OPERUM HIPPOCRATIS COI, ET GALENI PERGAMENI ARCHIATRΩN

TOMUS X.

Continens quæ ad morborum curationem spectant.

RENATVS CHARTERIVS, *Vindocinensis, Doctor Medicus Paris. Regis Christianißimi Consiliarius Medicus, ac Professor, plurima interpretatus, universa emendavit, instauravit, notavit, auxit, secundùm distinctas Medicinæ partes in tredecim Tomos digeßit, & conjunctim Græcè & Latinè primus edidit.*

LUTETIÆ PARISIORUM,
Apud ANDREAM PRALARD Bibliopolam, via Jacobæa, ad insigne Occasionis.

M. DC. LXXIX.

TOMO X.

Τὰ θεραπευτικὰ, quæ ad morborum curationem ſpectant.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΛΟΓΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑ.

ΠΡΩΤΟΣ.

GALENI METHODI MEDENDI LIBRI QVATVORDECIM.

PRIMVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Θεσσαλὸν μὲν καὶ τοὺς λοιποὺς Μεθοδικοὺς ἐξελέγχει, τοὺς πλεῖστον ἡμαρτηκότας ἐν τῇ διαγνώσει τῆς ὑγείας τε καὶ τῆς νόσου· ἀποδίδωσι δὲ τὰς τῆς μεθόδου ἀρχὰς, δι' ἧς ἡ νόσος διαγινώσκεσθαι πέφυκε, καὶ θεραπεύεσθαι.

ARGVMENTVM LIBRI.

Thessalum, ac reliquos Methodicos reprehendit, qui in sanitate, ac morbo dignoscendo plurimùm aberrarunt; docétque principia Methodi, quâ morbus tum dignosci, tum curari debet.

CAPVT I.

Retardatam ea de causa fuisse horum librorum editionem; quòd ignauissimi ad bonas artes excolendas, maiorumque studia amplexanda, Galeni tempore homines extiterint.

QVVM & tu me multoties (Hiero charissime) & alij quidam amici nunc hortentur sibi medendi methodum conscribere, quúmque ego sanè tum vobis maximè gratificari desiderem, tum verò nec minimè posteros homines pro viribus iuuare constituam, semper tamē sim cūctatus, ac distulerim multas ob causas, eas nunc quoque satius (opinor) fuerit priùs, quàm opus ipsum aggrediar, exponere; habent enim ad ea quæ post dicentur, nonnihil vtilitatis. Earum igitur omnium illa præcipua fuit, quod frustra me scripturum timebā, quum hominum nemo, vt vno verbo dicā, hac nostra ætate veritatis inquisitioni sit deditus, sed pecuniam, & ciuilem potentiam, & inexplebiles voluptatum delicias, omnes eousque suspiciant, vt siquis sapientiæ quoduis studiū sectetur, pro insano hūc habeāt; quippe qui primā ipsam, & verè sapiētiam, quæ diuinarum humanarūq; rerum est scientia, ne esse quidem omninò existiment; Medicinam verò, Geometriā, Rhetoricē, Arithmeticē, Musicen,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Τόνδε τῶν λόγων τὴν ἔκδοσιν τούτου γε χάριν ἀναβεβλῆσθαι, ὅτι ἐπὶ Γαληνοῦ οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ ἀκριβῶσαι τὰς ἀρίστας τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν προγόνων τὰς σπουδὰς ἐξιχνεῦσαι ἐνδεεστέρως εἶχον.

ΕΠΕΙΔΗ καὶ σύ με πολλάκις, ὦ Ἱέρων φίλτατε, καὶ ἄλλοι τινὲς νῦν ἑταῖροι παρακαλοῦσι θεραπευτικὴν μέθοδον αὐτοῖς γράψαι, ἐγὼ δὲ μάλιστα μὲν καὶ ὑμῖν χαρίζεσθαι βουλόμενος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τοὺς μεθ' ἡμᾶς ἀνθρώπους ὠφελῆσαι καθ' ὅσον οἷός τέ εἰμι προαιρούμενος, ὅμως ὤκνουν τε καὶ ἀνεβαλλόμην ἑκάστοτε διὰ πολλὰς αἰτίας, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ καὶ νῦν αὐτὰς διελθεῖν, πρὶν ἄρξασθαι τῆς πραγματείας· ἕξουσι γάρ τι χρήσιμον εἰς τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι. κεφάλαιον μὲν οὖν ἁπασῶν αὐτῶν ἐστι, τὸ κινδυνεῦσαι μάτην γράψαι, μηδενὸς τῶν νῦν ἀνθρώπων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀλήθειαν σπουδάζοντος, ἀλλὰ χρήματά τε καὶ δυνάμεις πολιτικὰς καὶ ἀπλήστους ἡδονῶν ἀπολαύσεις ἐζηλωκότων ἐς τοσοῦτον, ὡς μαίνεσθαι νομίζειν, εἴ τις ἄρα καὶ γένοιτο σοφίαν ἀσκῶν ἡντιναοῦν. αὐτὴν μὲν γὰρ τὴν πρώτην καὶ ὄντως σοφίαν, ἐπιστήμην οὖσαν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, οὐδ' εἶναι νομίζουσι τὸ παράπαν· ἰατρικὴν δὲ, καὶ γεωμετρίαν, καὶ ῥητορικὴν, ἀριθμητικήν τε καὶ μουσικὴν,

ἁπάσας τε τὰς τοιαύτας τέχνας εἶναι μὲν ὑπολαμβάνουσιν, οὐ μὴν ἐπί γε τὸ τέλος αὐτῶν ἰέναι δικαιοῦσιν. ἀλλ' ἔμοιγε καὶ τῶν πάνυ δοκούντων με φιλεῖν ἔνιοι πολλάκις ἐπετίμησαν, ὡς πέρα τοῦ μετρίου τῆς ἀληθείας σπουδάζοντι, καὶ ὡς οὔθ' ἑαυτῷ μέλλοντι χρησίμως ζήσεσθαι παρ' ὅλον τὸν βίον, οὔτ' ἐκείνοις, εἰ μὴ χαλάσαιμι μέντοι τι τῆς τοσαύτης περὶ τὴν ἀλήθειαν σπουδῆς, προσαγορεύοιμι δὲ περιερχόμενος ἕωθεν, εἰς ἑσπέραν τε συνδειπνοίην τοῖς δυναμένοις· ἐκ τούτων γὰρ καὶ φιλεῖσθαι, καὶ προσάγεσθαι, καὶ τοὺς τεχνίτας πιστεύεσθαι, οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας παρασκευῆς· οὐδὲ γὰρ εἶναι τοὺς κρίνοντας ἐκείνους, ἁπάντων δι' ὅλης ἡμέρας ἀσχολουμένων, ἕωθεν μὲν ἐν προσαγορεύσεσι κοινῇ, μετὰ ταῦτα δ' ἤδη σχιζομένων, ἐπὶ μὲν τὴν ἀγορὰν καὶ τὰς δίκας οὐ σμικροῦ τινος ἔθνους, ἐπὶ δ' αὖ τοὺς ὀρχηστάς τε καὶ τοὺς ἡνιόχους ἑτέρου πλείονος, οὐκ ὀλίγου δέ τινος ἄλλου τοῖς κύβοις, ἢ τοῖσιν ἔρωσιν, ἢ λουτροῖς, ἢ μέθαις, ἢ κώμοις σχολάζοντος, ἢ τισιν ἄλλαις ἡδοναῖς τοῦ σώματος· ἐς ἑσπέραν δὲ κοινῇ πάντων αὖθις συναθροιζομένων εἰς τὰ συμπόσια, κἀπειδὰν ἐμπλησθῶσιν οἴνου, οὐ λύρας ἐν κύκλῳ περιφερομένης, ἢ κιθάρας, ἢ τινος ἄλλου τῶν μουσικῶν ὀργάνων, ὧν ἅπτεσθαι πάλαι κατὰ τὰς τοιαύτας συνόδους καλὸν ἐνενόμιστο, καὶ θιγεῖν αἰσχρὸν τοὐναντίον ἦν· ἀλλ' οὐδὲ λόγων τινῶν ἀνακοινουμένων, οἵους ἐν τοῖς συμποσίοις συνέγραψαν ἡμῖν οἱ παλαιοὶ γινομένους, ἀλλ' οὐδ' ἄλλου τῶν καλῶν οὐδενός, ἀλλὰ προπινόντων μὲν ἀλλήλοις, ἁμιλλωμένων δὲ περὶ μεγέθους ἐκπωμάτων. ἄριστος γὰρ ἐν τούτοις, οὐχ ὁ πλείστων ἁψάμενος ὀργάνων μουσικῶν ἢ λόγων φιλοσόφων, ἀλλ' ὁ παμπόλλας καὶ μεγίστας ἐκπιὼν κύλικας· ὥς ἔμοιγε καὶ περὶ τὴν ἕω δοκοῦσιν ἔτι μεθύειν οἱ πολλοὶ τῶν τοιούτων, καί τινες αὐτῶν ὄζουσιν οἴνου σαφῶς οὕτως, ὡς ἄρτι προσενηνεγμένοι. ὥστ' εἰκότως, ἐπειδὰν νοσεῖν ὑπάρξωνται, μετακαλοῦνται τῶν ἰατρῶν οὐ τοὺς ἀρίστους, οὕς γε μηδὲ πώποτε εἶναι προὐθυμήθησαν ὑγιαίνοντες, ἀλλὰ τοὺς συνηθεστάτους τε ἅμα καὶ κολακευτικωτάτους, οἳ καὶ ψυχρὸν δώσουσιν, ἢν αἰτηθῶσι, καὶ λούσουσιν, ἢν κελευσθῶσι, καὶ χιόνα καὶ οἶνον ὀρέξουσι, καὶ πᾶν ὑπηρετήσουσι τὸ προσταττόμενον, ὥσπερ ἀνδράποδα, ἔμπαλιν ἐκείνοις τῶν ἰατρῶν τοῖς παλαιοῖς Ἀσκληπιάδαις, οἳ τῶν νοσούντων ἠξίουν ἄρχειν, ὡς στρατηγοὶ στρατηγουμένων, καὶ βασιλεῖς ὑπηκόων, οὐκ ἄρχεσθαι καὶ δεσπόζεσθαι, καθάπερ Γέται, καὶ Τίβιοι, καὶ Φρύγες, καὶ Θρᾷκες ἀργυρώνητοι. οὔκουν οὐχ ὁ κρείττων τὴν τέχνην, ἀλλ' ὁ κολακεύειν δεινότερος, ἐντιμότερος αὐτοῖς ἐστι, καὶ τούτῳ ἅπαντα βάσιμα καὶ πόριμα, καὶ τὰς οἰκίας ἀνεῴχασιν αἱ θύραι τῷ τοιούτῳ, καὶ πλουτεῖ τε ταχέως οὗτος, καὶ πολὺ δύναται, καὶ μαθητὰς ἔχει τοὺς ἐκ κοιτῶνος πολλούς, ὅταν ἔξωροι γένωνται. καὶ τοῦτο κατανοήσας ὁ Θεσσαλὸς ἐκεῖνος, οὐ τὰ ἄλλα μόνον ἐκολάκευε τοὺς ἐπὶ τῆς Ῥώμης πλουσίους, ἀλλὰ καὶ τῷ μησὶν ἓξ ἐπαγγείλασθαι διδάξειν τὴν τέχνην, ἑτοίμως ἐλάμβανε μαθητὰς παμπόλλους. εἰ γὰρ οὔτε γεωμετρίας, οὔτε ἀστρονομίας, οὔτε διαλεκτικῆς, οὔτε μουσικῆς, οὔτε ἄλλου τινὸς μαθήματος τῶν καλῶν οἱ μέλλοντες ἰατροὶ γενήσεσθαι δέονται, καθάπερ ὁ γενναιότατος ἐπηγγείλατο Θεσσαλός, ἀλλ' οὐδὲ μακρᾶς ἐμπειρίας χρήζουσι καὶ συνηθείας τῶν ἔργων τῆς τέχνης, ἕτοιμον ἤδη προσιέναι παντὶ γενησομένῳ ῥᾳδίως ἰατρῷ. διὰ τοῦτο καὶ σκυτοτόμοι, καὶ τέκτονες, καὶ βαφεῖς, καὶ χαλκεῖς ἐπιπηδῶσιν ἤδη τοῖς ἔργοις τῆς ἰατρικῆς, τὰς ἀρχαίας αὐτῶν ἀπολιπόντες τέχνας· οἱ μὲν γὰρ τὸν ῥῶπον διατιθέμενοι, καὶ περὶ πρωτείων ἐρίζουσι. καὶ διὰ τοῦτο κἀγὼ γράφειν ὤκνουν θεραπευτικὴν μέθοδον, ἣν εἰσηγήσαντο μὲν ἄνδρες παλαιοί, τελειῶσαι δ' ἐπεχείρησαν οἱ μετ' αὐτούς.

ac omnes id genus artes esse quidē autumēt, cæterùm finē earum studiosè persequendū minimè censeant. Me verò ex ijs, qui me vnicè diligere sunt visi, nōnulli sæpè increpant, quòd plùs iusto veritatis studio sim addictus; quasi nec mihi ipsi, nec ipsis in tota vita sim profuturus, nisi & ab hoc tāto veritatis indagandæ studio desistā, & manè salutando circumeā, & vesperi apud potentes cœnē. His enim *artibus*, tum amari, tum beneuolētiam conciliari, tum verò artifices haberi, non ex propria professione; neque enim esse, qui de ea iudicent, vbi omnes totum diem diuersis studijs transigant, manè quidem omnes simul salutationibus occupati, pòst autem distracti, ad forum & lites non exigua turba, ad saltationes autem & aurigas alia maior; iam tesseris, vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel comessationi, vel quibusdā cæteris corporis voluptatibus deditus sanè nō exiguus numerus; vesperi verò rursùm omnes ad symposia simul collecti, vbi postquàm vino se impleuêre, non lyra citharáve, aut aliud musicū instrumentū in orbē circunfertur (quod sicut olim in eiusmodi congressu tetigisse honestū, sic cōtrà nō tetigisse admodū erat turpe) sed nec sermones vlli habētur, quales in symposijs agitari solere veteres prodiderūt, nec aliud honestū quicquā; imò inuicē sibi propināt, & de magnitudine poculorū certāt; vtpotè inter quos optimus censetur, nō qui plurimis instumētis musicis, aut etiā sermone philosophico vti nouit, sed qui multos, eosq; maximos calices potauit; adeò vt mihi manè etiamnū ebrij ex his pleriq; videantur; nōnulli verò etiam euidenter adeò vinum olent, ac si modò hausissent. Eóque iure fit, vt, quū ægrotare cœperint, medicos aduocēt, nō quidē optimos, vtpotè quos per sanitatē noscere nunquā studuerūt, sed eos, quos maximè familiares habēt, quiq; ipsis maximè adulantur; qui & frigidam dabunt, si hanc poposcerint, & lauabunt, quū iusserint, & niuē vinūque porrigent; postremò quicquid iubebitur, mancipiorū ritu subministrabūt, cōtrà quā veteres illi medici ab Æsculapio oriūdi, qui tāquàm Duces militibus, & Reges subditis, imperare ægris voluerūt, non queadmodū Getæ, & Tibij, & Phryges, & Thraces empti pecuniā, parēre, atq; obsequi. Itaque non qui meliùs artem callet, sed qui adulari aptiùs nouit, apud istos magis in pretio est; huicq; omnia plana, peruiáq; sunt; huic ædiū fores patēt; hic breui efficitur diues, plurimūque potest; huic discipuli multi à cubiculis, vbi iam fuerint exoleti, traduntur. Quod Thessalus ille intelligēs, nō solū cætera Romæ diuitibus assentabatur, sed etiā artē sex mensibus traditurum se professus, quāplurimos discipulos facilè cōparauit. Si enim neq; Geometriæ, neq; Astronomiæ, neq; Dialectices, neq; Musices, nec vllius deniq; bonarū disciplinarū indigēt, qui medici sunt futuri, quemadmodū Thessalus iste generosissimus promittebat, nec etiā longā experiētiā, & operū artis vsū desiderāt; cuiuis prōptū fit artē aggredi, ceu facilè medico futuro. Atq; hinc adeò fit, vt nūc etiā sutores, & tinctores, & fabri tū materiarij, tū ferrarij, proprio magisterio relicto, in medicinæ artis opera insiliant. Nā qui pictoribus & vnguētarijs mixturas suas præparant, etiā de primo loco certāt. Atq; ob hæc ipse medēdi methodū scribere sū cunctatus, quā vtiq; & viri veteres inceperūt, & posteri eorū perficere sunt conati.

Atque

Atq; olim quidē nō parua lis erat eorū, qui in Co, atque Cnido habitabāt, vtri videlicet inuentorū multitudine reliquos superarēt; quippe geminū hoc genus Asclepiadarū adhuc in Asia supererat, deficiēte nimirū, quod in Rhodo viguerat. Certabāt autē cū his honestū illud certamen, quod Hesiodus prædicabat, etiā medici, qui Italiā incolebāt, Philistiō, Empedocles, Pausanias, & horū sectatores; erantq; tres hæ certantiū inter se nobiliū medicorū scholæ. Plurimos quidē atque optimos discipulos Coe fortuna contulit; ab hoc Cnidię; nec tamē in paruo habenda pretio erat & quæ in Italia florescebat. At horū nemo, nec manè potētiū fores, ipsos salutaturus, nec vesperi cœnaturus, frequētabat, sed sicut Hesiodus cecinit,

Namque alium ditem cernēs, cui decst, quod agatur,
Ipse solum vertit tauris, & semina ponit;

ita & illi inter se perpetuò certabant, nō vtique de arandâ, serendâve terrâ (quippe quæ, vt Asclepiadarum genere inferiora, sic Ascræo poëtæ erant non indecora) sed de Apollinis, Æsculapiique arte, tum exercendâ, tum verò semper augendâ, ac pro viribus perficiendâ. Nunc verò honestum illud certamen intercidit, aut certè minimum eius inter homines adhuc superest; regnat autem inhonestum, nec est, qui hoc auertat, aut malo medeatur, vt Hesiodus,

Lis ne te inducat mala deuitare laborem,
Dulce malum alterius cui sit.

Hæc enim lis, vt Hesiodo etiam diuinior poëta cecinit,

Armatur primùm tenuis, mox improba cœlo
Inserit alta caput, terris vestigia figens.

καὶ πρόσθεν μὲν ἔρις ἦν οὐ σμικρά, νικῆσαι τῷ πλήθει τῶν εὑρημάτων ἀλλήλοις φιλονεικούντων τῶν ἐν Κῷ καὶ Κνίδῳ· διττὸν γὰρ ἔτι τοῦτο τὸ γένος ἦν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἀσκληπιαδῶν, ἐπιλιπόντος τοῦ κατὰ Ῥόδον. ἤριζον δ' αὐτοῖς τὴν ἀγαθὴν ἔριν ἐκείνην, ἣν Ἡσίοδος ἐπῄνει, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἰατροί, Φιλιστίων τε, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Παυσανίας, καὶ οἱ τούτων ἑταῖροι· καὶ τρεῖς οὗτοι χοροὶ θαυμαστοὶ πρὸς ἀλλήλους ἁμιλλωμένων ἐγένοντο ἰατρῶν· πλείστους μὲν οὖν καὶ ἀρίστους χορευτὰς ὁ Κῷος εὐτυχήσας ἔσχεν, ἐγγὺς δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ ὁ ἀπὸ τῆς Κνίδου, λόγου δ' ἦν ἄξιος οὐ σμικροῦ καὶ ὁ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. ἀλλ' οὐδεὶς τούτων, οὔτε ἕωθεν ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων ἐφοίτα θύρας προσαγορεύσων αὐτούς, οὔτ' εἰς ἑσπέραν, δειπνησόμενος, ἀλλ' ὥσπερ Ἡσίοδός φησιν,

Εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι ἠδὲ φυτεύειν·

οὕτω κἀκεῖνοι διὰ παντὸς ἤριζον ἀλλήλοις, οὐκ ἀρόσαι ἢ φυτεῦσαι γῆν (σμικρότερα γὰρ ταῦτα τοῦ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γένους, καὶ Ἀσκραίῳ πρέποντα ποιητῇ) ἀλλ' ἀσκεῖν καὶ αὔξειν ἀεί, καὶ τελειοῦν πειρᾶσθαι τὴν Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀσκληπιοῦ τέχνην. νυνὶ δὲ ἀπόλωλε μὲν ἡ ἀγαθὴ ἔρις, ἢ σμικρὸν ἔτι καὶ ἀμυδρὸν αὐτῆς ἐν ἀνθρώποις ἐστίν· ἐπικρατεῖ δὲ ἡ πονηρά, καὶ ὁ ἀποτρέψων οὐδείς, οὐδὲ ὁ ἰασόμενος, ὥσπερ Ἡσίοδος,

Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι.

αὕτη γὰρ ἡ ἔρις, ὡς ὁ θειότερος αὖ πάλιν Ἡσιόδου ποιητής φησιν·

Ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

CAPVT II.

In Thessalum summæ arrogantiæ atque inscitiæ hominem, qui se Hippocratem, à quo Academici, Peripatetici, ac Stoici ratiocinationes de natura mutuati sunt, gloriatus est superasse.

HVius litis stimulis agitatus ille Thessalus, Hippocratē ac reliquos Asclepiadas maledictis incessit, ac totius terrarum orbis theatrū in suis ipsius libris constituens, inibi iudicatur, vincitq;, & contra omnē antiquitatē coronatur, ipséque à se victor declaratur. Hæc facit tum in eo libro, quē de Cōmunitatibus scripsit, tū in Syncriticis; quin in reliquis quoq; omnibus cōtumeliosus esse non desistit, veluti in epistola, quā ad Neronē mittit, his ipsis inter initia verbis vsus. *Quum nouam sectam condiderim, & quæ sola vera sit, propterea quòd qui antè medici fuerunt omnes nihil vtile prodiderunt, vel ad sanitatem tuendam, vel morbos propulsandos.* Pergens autem in epistola, *Hippocrates*, inquit, *noxia præcepta tradidit.* Ausus est & Aphorismis cum summo dedecore contradicere. Et quum ostendat se in Hippocratica disciplina nec à quoquam institutum, nec eius opera sub præceptore legisse; tamen non veretur etiam, talis quum sit, palmam sibi ipsi tribuere. Quò magis aliquæ esse meæ partes videntur (quanquàm aliàs parū assueui improbos acerbè arguere) aliquid contra hunc ob veterū contumeliā dicere. Quid, improbe, quæ bona sunt, calumniari tentas, vt multitudini placeas, quū liceret tibi in veritatis contēplatione excellere, si diligens esses, ac veritatis amator? Quid ita ruditatis auditorū patrocinio abuteris ad veterū obtrectationem?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Εἰς Θεσσαλὸν ἐσχάτης ἀλαζονείας καὶ ἀπαιδευσίας ἄνδρα, τὸν μεγαληγορησάμενον ἑαυτὸν ὡς Ἱπποκράτους σοφώτερον, ὑφ' οὗ οἱ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας τε καὶ περιπάτου καὶ οἱ Στωϊκοὶ τοὺς περὶ τῆς φύσεως ἐδανείσθησαν λογισμούς.

ΥΠὸ ταύτης τῆς ἔριδος ἐκμανεὶς ὁ Θεσσαλὸς ἐκεῖνος, Ἱπποκράτει τε καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀσκληπιάδαις ἐπιτιμᾷ, καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης θέατρον ἐν ταῖς ἑαυτοῦ βίβλοις πληρῶν, ἐπ' ἐκείνου κρίνεται, καὶ νικᾷ, καὶ στεφανοῦται κατὰ τῶν παλαιῶν ἁπάντων, ἀνακηρυττόμενος αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ. ταυτὶ μὲν οὖν ἔν τε τῷ περὶ τῶν κοινοτήτων ἐποίησε, κἀν τοῖς συγκριτικοῖς, ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἄλλοις ὑβρίζων οὐ παύεται, καθάπερ οἶμαι καὶ δι' ὧν ἐπιστέλλει Νέρωνι, κατ' ἀρχὰς μὲν εὐθέως γράφων αὐτοῖς ὀνόμασιν οὕτως· παραδεδωκὼς νέαν αἵρεσιν, καὶ ὡς μόνην ἀληθῆ, διὰ τὸ τοὺς προγενεστέρους πάντας ἰατροὺς μηδὲν παραδοῦναι συμφέρον πρός τε ὑγιείας συντήρησιν καὶ νόσων ἀπαλλαγήν· ἐπὶ προήκοντι δὲ τῷ γράμματι, προϊών φησιν, ὡς Ἱπποκράτης μὲν ἐπιβλαβῆ τὴν παράδοσιν πεποίηται. ἐτόλμησε δὲ καὶ τοῖς ἀφορισμοῖς ἀντιλέγειν, ἀσχημοσύνην ἀσχημονήσας μεγίστην, καὶ δείξας ὅτι μηδ' εἰσήχθη πρός τινος εἰς τὴν Ἱπποκράτειον θεωρίαν, μηδ' ἀνέγνω παρὰ διδασκάλῳ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ· καὶ ὅμως ὁ τοιοῦτος ἑαυτὸν οὐκ αἰδεῖται στεφανῶν. διό μοι δοκῶ κἀγώ, καίτοι γε οὐκ εἰθισμένος ἐξελέγχειν πικρῶς τοὺς σκαιούς, ἐρεῖν τι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς τῶν παλαιῶν ὕβρεως. τί πρᾶγμα διαβάλλεις, ὦ οὗτος, τὰ χρηστά, διὰ τὸ ἀρέσκειν τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμεῖν, ἐνὸν ὑπερβάλλεσθαι ταῖς ἀληθείαις, εἰ φιλόπονός τε τις εἴης, καὶ ἀληθείας ἐραστής; τί δὲ τῇ τῶν ἀκροατῶν ἀμαθίᾳ συμμάχῳ κέχρησαι κατὰ τῆς τῶν παλαιῶν βλασφημίας;

μὴ τοὺς ὁμοτέχνους τῷ πατρί σου κριτὰς καθίσῃς ἰατρῶν, τολμηρότατε Θεσσαλέ· νικήσεις γὰρ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ καθ' Ἱπποκράτους λέγων, καὶ κατὰ Διοκλέους, καὶ κατὰ Πραξαγόρου, καὶ κατὰ πάντων τῶν ἄλλων παλαιῶν· ἀλλ' ἄνδρας παλαιοὺς, διαλεκτικοὺς, ἐπιστημονικοὺς, ἀληθές καὶ ψευδὲς διακρίνειν ἠσκηκότας, ἀκόλουθον καὶ μαχόμενον ὡς χρὴ διορίζειν ἐπισταμένους, ἀποδεικτικὴν μέθοδον ἐκ παίδων μεμελετηκότας, τούτους εἰς τὸ συνέδριον εἰσάγαγε δικαστάς· ἐπὶ τούτων τόλμησον Ἱπποκράτει τι μέμψασθαι· τούτων κρινόντων, ἐπιχείρησόν τι τῇ μιαρᾷ καὶ βαρβάρῳ σου φωνῇ πρὸς Ἱπποκράτην διελθεῖν, πρῶτον μὲν ὡς οὐ χρὴ φύσιν ἀνθρώπου πολυπραγμονεῖν· ἔπειτα δὲ, ὡς εἰ καὶ τοῦτο συγχωρήσειέ τις, ἀλλ' ὅτι γε κακῶς αὐτὴν ἐζήτησεν ἐκεῖνος, καὶ ψευδῶς ἀπεφήνατο σύμπαντα. τίς οὖν ἔσται κριτής; εἰ βούλει, Πλάτων, ἐπεὶ τοῦτον γοῦν οὐκ ἐτόλμησας λοιδορεῖν. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ φύγοιμ' ἄν, οὔτε τὸν Σπεύσιππον, οὔτε τὸν Ξενοκράτην· τὸν Ἀριστοτέλην δὲ κἂν παρακαλέσαιμί σε κριτὴν ὑπομεῖναι, καὶ σὺν αὐτῷ Θεόφραστον· εὐξαίμην δ' ἂν σε καὶ Ζήνωνα, καὶ Χρύσιππον, ἅπαντάς τε τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἑλέσθαι κριτάς. οὐδεὶς τούτων, ὦ τολμηρότατε Θεσσαλὲ, τῶν Ἱπποκράτους κατέγνω περὶ φύσεως ἀνθρώπου δογμάτων, ἃ τὴν ἀρχὴν οὔτ' ἀνεγνωκέναι μοι δοκεῖς, οὔτ' εἴπερ ἀνέγνως, συνιέναι· καὶ εἰ συνῆκας δὲ, κρῖναι γοῦν ἀδύνατος ἦν σοι, τραφέντι μὲν ἐν γυναικωνίτιδι παρὰ πατρὶ μοχθηρῶς ἔρια ξαίνοντι. μὴ γὰρ ἀγνοεῖσθαί μοι δόκει τὸ θαυμαστόν σου γένος, καὶ τὴν ἀοίδιμόν σου παιδείαν, μηδ' ὡς ἐν κωφῷ θεάτρῳ λοιδορεῖν Ἱπποκράτην τε καὶ τοὺς ἄλλους παλαιούς· ἀλλὰ τίς ὢν, καὶ πόθεν, ἐκ ποίου γένους, ἐκ ποίας ἀνατροφῆς, ἐκ ποίας παιδεύσεως, ἐπίδειξον πρότερον, εἶθ' οὕτως λέγε, τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον μαθὼν, ὦ θρασύτατε, ὅτι λέγειν οὐκ ἔξεστι πᾶσι δημοσίᾳ ἐν οὐδεμιᾷ τῶν εὐνομουμένων πόλεων, ἀλλ' εἴ τις ἐπίσημός ἐστι, καὶ γένος ἔχει, καὶ ἀνατροφὴν δεῖξαι, καὶ παιδείαν ἀξίαν τοῦ δημηγορεῖν, τούτῳ συγχωροῦσιν ἀγορεύειν οἱ νόμοι· σὺ δ' οὐδὲν τούτων ἔχων ἐπιδεῖξαι, τολμᾷς ὦ γενναιότατε κατηγορεῖν Ἱπποκράτους, καὶ καθίζεις μὲν ἐν τοῖς ληρώδεσί σου βιβλίοις δικαστὰς τοὺς Ἕλληνας, ἀποφαίνῃ δ' αὐτὸς, οὐκ ἀναμείνας ἐκείνους, καὶ στεφανοῖς σεαυτὸν, ἐνίοτε μὲν κατὰ πάντων τῶν ἰατρῶν, ἐνίοτε δὲ κατὰ πάντων ἁπλῶς Ἑλλήνων. τοῦτο γάρτοι τὸ θαυμαστόν ἐστι τόλμημα τοῦ σοφωτάτου Θεσσαλοῦ, νικῆσαι μὲν ἅπαντας ἰατροὺς, αὐτὸν ἀγωνιστὴν, αὐτὸν ἀγωνοθέτην, αὐτὸν κριτὴν γενόμενον· ἐφεξῆς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας εἰς ἀγῶνα προσκαλέσασθαι, ῥήτορας, γεωμέτρας, γραμματικοὺς, ἀστρονόμους, φιλοσόφους, εἶτ' ἐν αὐτοῖς καταστάντα, καὶ τῇ τῶν ἐριουργῶν ἑρμηνείᾳ χρησάμενον, ἀξιοῦν ἁπάντων εἶναι πρῶτον· ἰατρικὴν μὲν γὰρ ἁπασῶν τῶν τεχνῶν 4 πρωτεύειν, ἑαυτὸν δὲ τοὺς ἰατροὺς ἅπαντας νενικηκέναι. τοῦτο μόνον ἐκ τύχης ἀληθῶς συνελογίσατο Θεσσαλός· εἰ γὰρ ἰατρικὴ μὲν ἁπασῶν ἐστι τῶν τεχνῶν ἀρίστη, πρῶτος δ' ἐν αὐτῇ Θεσσαλὸς, εἴη ἂν οὕτω γε πάντων ἀνθρώπων πρῶτος, καὶ Σωκράτους δηλονότι, καὶ Λυκούργου, καὶ τῶν ἄλλων, οὓς ὁ Πύθιος ἐπῄνεσεν, ἢ ὡς ἀγαθοὺς, ἢ ὡς σοφοὺς, ἢ ὡς μουσῶν θεράποντας, ἢ ὡς Διὸς ὑπηρέτας, ἢ ὡς ἄλλο τι θεοφιλὲς ἔχοντας. ἄγε δὴ λοιπὸν ὕμνους ᾀδόντων ἅπαντες Θεσσαλοῦ, καὶ γραφόντων ἐπινίκια μέλη, καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης τὸ θέατρον γενέσθω, καὶ παρελθὼν ᾀδέτω τις, ὡς παρὰ τοῖς ἱστοῖς τραφεὶς, ἐνίκησε μὲν Δημοσθένην, καὶ Λυσίαν, καὶ τοὺς ἄλλους ῥήτορας· ἐνίκησε δὲ Πλάτωνα, καὶ Σωκράτην, καὶ τοὺς ἄλλους φιλοσόφους·

A Noli paternæ artis socios, impudentissime Thessale, iudices medicorum statuere. Istis enim iudicibus vinces proculdubiò, siue contra Hippocratem, siue contra Dioclem, siue contra Praxagoram, siue cõtra reliquos omnes veteres dixeris; quin potiùs viros antiquos, dialecticos, scientes, qui verum, falsumque discernere sunt periti, qui consequens ac repugnans distinguere, qui demonstrandi methodum à pueris sunt meditati, hos, inquam, iudices in consessum introducito. His sedentibus, aude quippiam Hippocratem accusare. B His pronunciaturis, aggredere scelestâ illâ tuâ, barbarâque voce contra Hippocratem, primum illud disserere, non oportere de hominis natura curiosum esse; deinde, si quis hoc donet, malè illum de ea inquisiuisse, ac falsò omnia præcepisse. Ergo quis iudex erit? num Plato? quando huic saltem iniurius esse minimè es ausus. Ego verò ne discipulos quidem eius refugiam, non Speusippũ, non Xenocratem. Aristotelis verò vel rogem iudiciũ C subeas, & cum eo Theophrasti. Optem vtique & Zenonem, & Chrysippum, & eorum, qui hos sectantur, quemlibet iudicem eligas. Horũ nemo, audacissime Thessale, Hippocratis de natura hominis scita dãnauit; quæ tu mihi nec legisse vnquã videris; nec, si legisti, intellexisse; &, si intellexisti, iudicare certè de ijs minimè gẽtiũ potuisti, vt qui sub patre malè lanas carpente, in gynæceo sis educatus. Nec enim putes nobis vel egregiũ genus tuũ, vel clarã doctrinã latere; nec te Hippocrati, & reliquis veteribus in surdo theatro maledicere; sed qui sis, & vndè venias, quo genere ortus, quâ educatione vsus, quâ disciplinâ imbutus, priùs ostẽde, atque itâ demũ dicito; illud ipsum priùs, hominũ audacissime, monitus, D nõ esse cuiuis in vllâ benè institutâ ciuitate concessũ, publicè dicere; sed siquis vir clarus est, qui genus possit, & educationẽ, tũ eruditionẽ cõcione dignã ostẽdere, huic dicere permittũt leges. Tu quũ nihil horũ ostendere habeas, audes tamen, generosissime, Hippocratẽ accusare; & in nugacibus libellis tuis Græcos cõstituis iudices, fers autem ipse sententiam, nec illos expectas, & palmam tibi ipsi das, modò de omnibus medicis, modò de omnibus in vniuersum Græcis. Hæc enim insignis audacia sapiẽtissimi Thessali est, E omnes se medicos vicisse, sed se ipso litigatore, se ipso agonothetâ, se ipso iudice; post hos etiã reliquos Græcos in certamẽ prouocasse, Rhetoras, Geometras, Grãmaticos, Astronomos, Philosophos, inter quos constitutũ, ac lanificorum eloquutione vsum, censere se omniũ primum esse; quippe medicinam reliquas omnes artes præcellere, se verò medicos omnes superasse; quod vnum forte fortunâ rectè collegit Thessalus. Si enim medicina est omnium artiũ præstantissima, in ea verò Thessalus primas partes obtinet, omnium hominũ ita primus fuerit, ac Socratem, & F Lycurgũ præcellat, cæterosque omnes, quos Pythius, vel vt viros bonos, vel vt sapientes, vel vt Musarum ministros, vel vt Iouis famulos, vel vt alio quodam *munere* dijs grato præditos laudauit. Agedũ igitur Thessalo hymnos de cætero omnes cantẽt, scribantque victoriæ carmina, & publicũ orbis theatrũ cõstituatur, acceditoque aliquis, qui canat eũ, qui in textrina sit altus, vicisse Demosthenẽ, Lysiã, & reliquos Rhetoras; superasse Platonem, Socratem, & cæteros Philosophos;

palmam

palmam eripuisse Lycurgo, Soloni, & alijs legislatoribus; victorem deniq; totius hominū generis coronatum esse, Rhetorum, Philosophorum, Legislatorum. Nam si Geometras etiam, & Grāmaticos, ac Musicos nominatim post tātas victorias cōmemorem, contumeliosus in hominē videar. Vbi enim Lycurgus, Solō, Plato, Socrates, & Pythagoras dant manus, num pulchrū etiā sit Hipparchi, Archimedis, Aristoxeni, Aristarchi, & aliorum quorundam id genus meminisse, hominū (vt Thessalus dixerit) nullius precij? Sed quis tā magniloquus poëta nobis existet, qui hęc canat? Quis nūc dabitur Homerus, qui hexametro tono hāc Thessali victoriā celebret? aut quis lyricus, qui veluti Pindarus altè in dithyrābis canat, quique sicut olim Bacchi, ita nunc Thessali præconiū efferat? An horum potiùs nullū requirimus, sed eorum, qui iambos scribunt, Archilochum aliquem, aut Hipponactē, aut ex Tragica scena quempiam, qui sic hominem compellet;

Quiesce dùm, miserrime, in stratis tuis,
Nanque haud vides, quæ te putas nosse probè.

Orestis mihi somnium narras Thessale. Qualenam id theatrum est, in quo tu vincis Hippocratem? Qui iudices erunt? Quinam præmia proponent? Visne, primum Platonis suffragium legamus? fortassis enim hunc iudicem non reijcies. Atqui ille hæc ad verbum ait. *Animæ igitur naturam aptè putas intelligi posse, non cognitâ totius naturâ? Immò, siquidem Hippocrati vni ex Asclepiadarum genere fides est habenda, ne corporis quidem naturam absque hac methodo. Rectè ais amice; oportet tamen cum Hippocrate sermonem conferentes, num cum eo concordet, æstimemus. Sanè quidem. Igitur de natura consideranda, quid est, quod Hippocrates, rectáque ratio dicit? Non ad hunc modum? de cuiusque rei natura primum illud perpendi oportet, sitne id, cuius volumus vel ipsi artifices esse, vel alios facere artifices posse, simplex, an varias species habeat. Mox, si simplex sit, facultas eius tota æstimanda est, quam videlicet ad quid agendum obtineat, aut quam ad patiendum ab alio sit sortitum. Sin plures habeat species, his enumeratis, quod in vna feceris, id in vnaquaque exigere oportebit, nempe quid illa facere per suam naturam sit apta, vel quid ab alio pati.* Audisti, ô generosissime, Platonem, simili methodo animæ naturam inueniendam esse censere, quâ corporis naturam Hippocrates. An adhuc vis, multas hominis dictiones ex multis librorum eius locis deligam, in quibus ille Hippocratem omnium, qui ante se fuerunt, maximè admiratur? An potiùs, quum id alibi fecerim (nempe in eo opere, in quo de Hippocratis, & Platonis placitis disserui) illuc, qui id scire volet, remittam, vbi, vt arbitror, clarissimè ostendimus, in plurimis maximisque rebus horum virorum inter se consensum; atque aliò me conferens, alium tibi iam aduocem in testem cœtum, nempe Peripateticum, qui & ipse Hippocratis physiologiæ principia confirmat? Quin de hoc quoque proditum à me in alijs commentarijs est; quorum vnus de elementis secundum Hippocratem inscribitur; post hūc, alij tres de tēperamentis; mox alij duo, alter de inæquali intēperie, qui etiā ad tractatū de tēperamentis pertinet, alter de optima corporis cōstitutione, deinde etiā tres de naturalibus facultatibus: hos igitur siquis leget, clarè perspiciet, rationū Hippocratis de natura Aristotelē interpretem esse. Quinetiam de morborum differentijs, quot hi,

A ἐνίκησε δὲ καὶ Λυκοῦργον καὶ Σόλωνα, καὶ τοὺς ἄλλους νομοθέτας· ἐστεφάνωται δὲ κοινῇ κατὰ πάντων ἀνθρώπων, ῥητόρων, φιλοσόφων, νομοθετῶν. εἰ γὰρ δὴ γεωμέτρας ἔτι καὶ γραμματικοὺς, καὶ μουσικοὺς ὀνομαστὶ μνημονεύοιμι μετὰ τὰς τηλικαύτας νίκας, ὑβρίζειν δόξω τὸν ἄνθρωπον· ὅπου γὰρ Λυκοῦργος, καὶ Σόλων, καὶ Πλάτων, καὶ Σωκράτης, καὶ Πυθαγόρας ἐνικήθησαν, ἦπου ἄρα καλὸν ἔτι μνημονεύειν Ἱππάρχου, καὶ Ἀρχιμήδους, καὶ Ἀριστοξένου, καὶ Ἀριστάρχου, καί τινων ἑτέρων τοιούτων οὐδενὸς ἀξίων, ὡς ἂν εἴποι Θεσσαλός; ἀλλὰ τίς B ἡμῖν οὕτω μεγαλόφωνος ποιητὴς, ὃς ᾄσεται ταῦτα; τίνος Ὁμήρου νῦν εὐπορήσομεν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τὴν Θεσσάλειον ὑμνήσοντος νίκην; ἢ τίνος μελοποιοῦ κατὰ Πίνδαρον ᾄσοντος ὑψηλῶς ἐν διθυράμβοις, ὡς πάλαι τὸν Διόνυσον, οὕτως νῦν τὸν Θεσσαλόν; ἢ τούτων μὲν οὐδενὸς χρῄζομεν, Ἀρχιλόχου δέ τινος ἢ Ἱππώνακτος ἰάμβους γραφόντων, ἢ τινος τῶν ἀπὸ τῆς τραγικῆς σκηνῆς, ὃς ἐρεῖ πρὸς αὐτόν·

Μέν᾽ ὦ ταλαίπωρ᾽ ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις,
Ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ᾽ εἰδέναι.

C ὄνειρον ὀρέστειον διηγῇ Θεσσαλέ· οἷον τοῦτο τὸ θέατρον, ἐν ᾧ νικᾷς Ἱπποκράτην; τίνες οἱ κριταὶ καθεδοῦνται; τίνες οἱ ἀγωνοθετοῦντες; ἆρα βούλει πρῶτον Πλάτωνος ἀναγνῶμεν τὴν ψῆφον; ἴσως γὰρ οὐκ ἀναίνῃ τοιοῦτον ἑλέσθαι κριτήν· ἀλλά τοί φησιν αὐτοῖς ὀνόμασι. ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου κατανοῆσαι οἴει δυνατὸν εἶναι, ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως; εἰ μὲν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι, οὐδὲ περὶ σώματος, ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης. καλῶς γὰρ, ὦ ἑταῖρε, λέγεις· χρὴ μὲν πρὸς τῷ Ἱπποκράτει τὸν λόγον ἐξετάζοντας, σκοπεῖν εἰ συμφωνεῖ. φημί. τὸ τοίνυν περὶ φύσεως D σκοπεῖν, τί ποτε λέγει Ἱπποκράτης τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος; ἆρ᾽ οὐχ ὧδε; δεῖ διανοεῖσθαι περὶ τῆς ὁτουοῦν φύσεως, πρῶτον μὲν εἰ ἁπλοῦν ἢ καὶ πολυειδές ἐστιν, οὗ πέρι βουλευσόμεθα αὐτοί τε εἶναι τεχνικοὶ, καὶ ἄλλους δυνατοὶ ποιεῖν. ἔπειτα δὲ ἂν μὲν ἁπλοῦν ᾖ, σκοπεῖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τίνα πρὸς τί πέφυκεν εἰς τὸ δρᾷν ἔχον, ἢ τίνα εἰς τὸ παθεῖν ὑπό του· ἐὰν δὲ πλείω εἴδη ἔχῃ, ταῦτα ἀριθμησάμενον, ὅπερ ἐφ᾽ ἑνὸς, τοῦτο ἰδεῖν ἐφ᾽ ἑκάστου, τὸ τί ποιεῖν αὐτὸ πέφυκεν, ἢ τὸ τί παθεῖν ὑπό του. ἤκουσας, ὦ γενναιότατε, Πλάτωνος ὁμοίᾳ μεθόδῳ τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν ἀξιοῦντος E εὑρίσκειν, οἷάπερ Ἱπποκράτης τὰ κατὰ τὸ σῶμα· πότερον ἔτι βούλει πολλὰς πολλαχόθι αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων ἐκλέξω σοι ῥήσεις, ἐν αἷς ζηλοῖ τὸν Ἱπποκράτην πάντων μάλιστα τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ γεγονότων; ἢ τοῦτο μὲν ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ πεποιηκὼς, ἐν ᾗ περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἐπισκέπτομαι, εἰς ἐκείνην ἀναπέμψω τὸν βουλόμενον; ἀποδέδεικται γὰρ, ὡς ἐγὼ νομίζω, πάνυ σαφῶς ἡ περὶ πλεῖστά τε καὶ μέγιστα δόγματα συμφωνία τῶν ἀνδρῶν· μεταβὰς δὲ, τὸν ἕτερον ἤδη σοι καλέσω χορὸν μαρτύρων, τὸν ἐκ τοῦ περιπάτου, τὰς Ἱπποκράτους ἀρχὰς τῆς φυσιολογίας τιθέμενον; ἀλλά τοι F καὶ περὶ τούτου δέδεικταί μοι δι᾽ ἑτέρων ὑπομνημάτων, ὧν ἓν μέν ἐστι τὸ περὶ τῶν καθ᾽ Ἱπποκράτην στοιχείων, ἐφεξῆς δ᾽ ἕτερα τρία τὰ περὶ κράσεων, εἶθ᾽ ἑξῆς ἕτερα δύο, τὸ μὲν περὶ τῆς ἀνωμάλου δυσκρασίας, ἐκ τῆς περὶ κράσεων ἔτι πραγματείας ὑπάρχον, ἄλλο δὲ περὶ τῆς ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος, εἶτ᾽ ἐπὶ τούτοις τὰ περὶ φυσικῶν δυνάμεων τρία· ταῦτ᾽ οὖν εἴπερ ἀναγνοίη τις, ἐπιγνώσεται σαφῶς ἐξηγητὴν ὄντα τῶν περὶ φύσεως λογισμῶν Ἱπποκράτους Ἀριστοτέλη. καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς, ὁπόσαι τέ ἐστι

καὶ ὁποῖα, καὶ περὶ συμπτωμάτων ὡσαύτως, ἔτι τε καὶ τῆς καθ' ἑκάτερον αἰτίας, Ἱπποκράτης μὲν πρῶτος ἁπάντων ὧν ἴσμεν ὀρθῶς ὑπάρξασθαι φαίνεται, μετ' αὐτὸν δ' Ἀριστοτέλης ἐπὶ πλεῖστον ἐξηγήσατο. εἴσεται δὲ καὶ περὶ τούτων, ὁ βουληθεὶς ἀναγνῶναι τὰ καθ' ἕκαστον αὐτῶν ὑπομνήματά μοι γεγραμμένα. ὥστ' εἴπερ οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου κριταὶ καθίσαιεν, Ἱπποκράτης μὲν, οἶμαι, νικήσει, Θεσσαλὸς δ' ὡς ἀναίσχυντός τε, καὶ ἰταμὸς ἐκβληθήσεται. εἰ δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλοσόφους εἰς τὸ συνέδριον εἰσαγαγόντες, ἐπιτρέψαιμεν καὶ τούτοις τὴν ψῆφον, ἐξ ὧν αὐτοὶ τίθενται δογμάτων, ἐκ τούτων Ἱπποκράτην στεφανώσουσι. τὸ γὰρ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, Ἱπποκράτης μὲν πρῶτος εἰσηγήσατο, μετ' αὐτὸν δ' Ἀριστοτέλης ἀπέδειξεν· ἕτοιμα δ' ἤδη παραλαβόντες, οὐκ ἐφιλονείκησαν οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον, ἀλλ' ἐκ τούτων τὰ σύμπαντα κεκρᾶσθαι λέγουσι, καὶ ταῦτ' εἰς ἄλληλα πάσχειν καὶ δρᾶν, καὶ τεχνικὴν εἶναι τὴν φύσιν, ἅπαντά τε τἆλλα τὰ περὶ φύσεως Ἱπποκράτους δόγματα προσίενται, πλὴν περὶ μικροῦ τινὸς ἐστὶν αὐτοῖς ἡ διαφορὰ πρὸς Ἀριστοτέλην. λέγοντος γὰρ Ἱπποκράτους ὀρθῶς, ὡς σύμπνουν καὶ σύρρουν ἐστὶν ἅπαν τὸ σῶμα, καὶ πάντα συμπαθέα τὰ τῶν ζώων μόρια, προσίενται μὲν ἀμφότεροι τουτί, διαφέρονται δ' ἐν τῷ τὰς μὲν ποιότητας μόνας τὸν Ἀριστοτέλη δι' ἀλλήλων ἰέναι καὶ κεράννυσθαι πάντη, τοὺς δ' ἀπὸ τῆς στοᾶς οὐ ταύτας μόνας, ἀλλὰ καὶ τὰς οὐσίας αὐτὰς ὑπολαμβάνειν. ὅτι δὲ τοῦτο διορίζεσθαι, περιττὸν ἰατρῷ, καὶ ὡς ἀρκεῖ μόνον ὁμολογηθέντα εἰς τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔργα τὰ πρὸς ἀμφοτέρων ἀποδεικνύμενα, καὶ ὡς αἱ ποιότητές τε καὶ αἱ δυνάμεις ἐν τοῖς κεραννυμένοις ὅλαι δι' ὅλων ἀναμίγνυνται, δέδεικταί μοι πρόσθεν ἤδη, καὶ νῦν εἴ τι δέοιτο, δειχθήσεται. ὥστε καὶ κατὰ Πλάτωνα, καὶ κατὰ τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου, καὶ κατὰ τοὺς ἐκ τῆς στοᾶς, ἡ Ἱπποκράτους νικᾷ φυσιολογία. καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἐκ τῆς φυσιολογίας, ἅπαντες ἐπιδεικνύουσιν οἱ προειρημένοι φιλόσοφοι, μὴ δύνασθαί τινα καλῶς ἰᾶσθαι τὰ νοσήματα, πρὶν ὅλου τοῦ σώματος ἐπισκέψασθαι τὴν φύσιν. ἆρ' οὖν ἐνίκησεν ἂν ἐν τούτοις τοῖς φιλοσόφοις ὁ Θεσσαλὸς ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῶν πρωτείων, οἳ τῆς ἑαυτῶν ἁπάσης φυσιολογίας Ἱπποκράτην προὐστήσαντο; τί δὲ, εἰ τοῖς γεωμέτραις, ἢ τοῖς ἀστρονόμοις, ἢ τοῖς μουσικοῖς, ἢ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτρέψειε τὴν κρίσιν; ἆρ' οἰόμεθα καὶ τούτους Ἱπποκράτην παρελθόντας, ἕτερόν τινα στεφανώσειν; ἐγὼ μὲν οὔτ' ἄλλον τινὰ πέπεισμαι τὰ πρωτεῖα λήψεσθαι, καὶ πάντων ἥκιστα τὸν ἰταμώτατον Θεσσαλόν. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἠτίμησεν οὐ γεωμετρίαν, οὐκ ἀστρονομίαν, οὐ μουσικὴν, οὐ ῥητορικὴν, ὡς ἐκεῖνος, ὥστε ταύτῃ γ' ἐν ἐχθρῶν θεάτρῳ γένοιτ' ἂν ὁ ἀγὼν αὐτῷ. ἀλλ' ἴσως τούτους μὲν οὐκ ἂν εἰς τὸ θέατρον ἐκάλεσεν, οὕς γε αὐτὸς φθάνων ἐχθροὺς ἐποιήσατο, μόνοις δὲ τοῖς ἐν διαλεκτικῇ γυμνασθεῖσι φιλοσόφοις, ὡς ἂν ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν λόγων κριτήριον ἠσκηκόσιν, ἐπιτρέψειε τὴν κρίσιν. ἀλλ' ἐὰν τοὺς περὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Χρύσιππον, ὡς ἀγυμνάστους ἐν τῇδε παρέλθωμεν, οὐχ εὑρήσομεν ἑτέρους. εἰ τοίνυν οὔτε τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων τεχνῶν ὑπομένει δικαστὰς ὁ Θεσσαλὸς, οὔθ' οἱ διαλεκτικώτατοι τῶν φιλοσόφων οἴσουσιν αὐτῷ τὴν ψῆφον, ὑπὸ τίνων ἔτι κριθήσεται νικᾶν; τίνες πληρώσουσιν αὐτῷ τὸ θέατρον; τίνες ἀναρρήσουσιν; τίνες στεφανώσουσιν; αὐτὸς ἑαυτὸν δηλονότι, τοῦτο γὰρ ἐν ταῖς ἑαυτοῦ βίβλοις ταῖς θαυμασταῖς ἐποίησεν, αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ κρίνας, καὶ στεφανώσας, καὶ ἀναρρήσας.

quique sint, ac de symptomatis pari modo, præterea de horum vtrorũque causis, primus omniũ, quos nouimus, Hippocrates recte principia dedisse videtur; post eum verò Aristoteles fusissimè ea est interpretatus. Hæc ita esse intelliget, qui commentarios nostros, quos de singulis horum scripsimus, legere voluerit. Quare, si Peripatetici iudicium exercebunt, Hippocrates (arbitror) vincet, Thessalus, vt impudens & nequam, eiicietur. Sin Stoïcis philosophis in consessum admissis iudiciũ permittetur, ex iis placitis, quæ ipsimet statuunt, Hippocrati palmã dabunt. Quippe calidum, & frigidum, & siccum, & humidum primus Hippocrates inuexit, post eũ Aristoteles demonstratione asseruit. Eadem Chrysippi sectatores parata quum accepissent, minimè sunt obluctati, sed omnia ex horum mixtione constare confirmant, atque hæc inter se mutuò agere ac pati, artificémque naturã esse. Omnia denique alia Hippocratis dogmata de natura recipiunt, nisi quod in re tenui est illis cũ Aristotele dissensio; quippe cum rectè Hippocrates affirmet totũ corpus esse conspirabile & confluxile, omnésque animalis partes mutuò à se affici, recipiunt quidẽ hoc vtrique, dissident tamen in eo, quod Aristoteles qualitates tãtùm in se mutuò transire, omninóque misceri; Stoïci nõ has solas, sed etiam substantias ipsas existiment. Quòd autem hoc definire, medico superuacuum sit, quódque ad medicinæ opus abundè sit, si tantùm concedantur ea, quæ ab vtrisq; sunt demonstrata, itémque qualitates facultatésque in mixtis totę sint totis permixtæ, hęc & antè à me sunt iã demonstrata, & si res poscet, nunc demonstrabũtur. Quare & Platonis, & Peripateticorum, & Stoicorum iudicio, Hippocratis physiologiæ victoria dabitur. Imò verò ex physiologia omnes antè dicti sapientiæ professores ostendunt, neminem posse morbos commodè curare, qui corporis vniuersi naturam non perspexerit. Nunquid igitur, si de palma sub horum sapientiæ professorũ iudicio certasset Thessalus, vicisset, qui omnis suæ physiologię Hippocratẽ auctorẽ habent? Quid autẽ, si geometris, Astronomis, musicis, aut Rhetoribus iudicium cõcedet? putemusne hos Hippocrate prætermisso alij vlli palmam daturos? Ego sanè nec alium quemuis primas esse laturum arbitror, minimèq; omniũ impudẽtissimũ Thessalum, vt quo nemo Geometriã, Astronomiam, Musicen, ac Rhetoricen magis dehonestarit. Itaque hac saltem ratione apud hos in hostiũ theatro certauerit. Verùm hos fortassis in theatrũ minimè inducet, quos ipse prior inimicos reddiderit, sed solis sapientiæ professoribus, qui in Dialectica sunt exercitati, vt qui veræ falsæque orationis iudicandæ facultatem adepti sint, iudicum partes concedet. Atqui, si Platonem, Aristotelem, & Chrysippum, ceu parùm in ea exercitatos transibimus, alios non inueniemus. Quare si nec aliarum artium professores iudices admittet Thessalus, nec qui in Dialectice cæteris omnibus sapientiæ professoribus prę stiterunt, illi suffragabuntur; qui tandem erunt, qui eum vicisse iudicabunt? Qui illi frequens theatrum constituent? Qui victorem renunciabunt? Qui denique coronabunt? Ipse videlicet seipsum: id quod in illis egregijs libris suis fecit, in quibus se ipsum iudicauit, coronauit, victorémque declarauit.

CAPVT. III.

Aduersus Thessalum, qui nulla methodo duos in totum morbos, fluxum & astrictum, asseuerauit.

AT fortassis illud sibi gloriæ memoriæque occasionem fore est arbitratus, si optimis viris lacessitis, nos sibi respondere cogeret. Verùm ita & Zoilus celeber clarusque sit, qui Homeri statuam flagellauit; & Salmoneus, qui Iouem est imitatus; reliquaque flagitiosorum hominum non exigua turba, qui vel meliores non sunt reueriti, vel in deos ipsos fuerunt contumeliosi. Verùm hi non bonam de se opinionem reliquerunt; nec æmulatur quisquam, qui compos sit mentis, nec Homeromastiga Zoilum, nec dementem Salmoneum, quanuis maledicis Zoilus in admiratione sit, & Salmoneus sacrilegis. Sed quid hoc? etenim saccularij sacculariós æmulantur, & qui produnt, proditores; nec prorsus est vllus vir, qui proprium cœtum, in quo palmam ferat, non habeat. Adeò si Thessalus inter coquos, tinctores, lanificos, sutores, textores, ac fullones, de victoria certans scripsisset, vtique & retulisset de Hippocrate victoriam, & nemo nostrum ei repugnasset. Nunc, quum omnes homines iudices constituat; ex horum autem numero sint, & Plato; & Aristoteles, & Theophrastus, & Chrysippus; nequaquam omne punctum solus feret, sed alicui fortassis prouocare ad alium iudicem licebit. Quanquàm enim Hippocrates certare cum Thessalo se inferiori spernet, at fortè Erasistratus non negliget, multóque minus Herophilus; atq; his etiam minus Asclepiades, alijque multi iuniorum medicorum, quibus est ad contentionem natura propensior, minimè impunè abire contumeliam sinent, quâ pariter omnes Græcos Thessalus lædit; sed producto in medium homine, omnes eius libros extremâ ignorantiâ refertos Græcis ostendent; qui tot ac tantis libris scriptis, & tot versuum millibus nugacissimè effusis, nusquàm in vllo operum suorum demonstrationem vllam afferre tentauit; sed tyranni ritu duos tantùm esse in omni victûs ratione morbos iubet, nempe fluxum, & astrictum, non intelligens se differentiam quandam morborum dixisse, quam vtique prisci (vt ostendemus) probè norunt, cæterùm nemo tam rudis fuit, vt differentias morborum ipsos esse morbos putaret, ac remediorum indicationem ab ijs sumeret, substantiâ ipsâ pretermissâ. Atqui hic Thessali quidē error, ô Iupiter ac dij, minimus, quē vel puer in liberalibus disciplinis educatus statim animaduertisset; hic tamen paruus error eò insolentiæ hominē euexit, vt magnū & præclarū aliquid inuenisse se putaret, perinde ac si quis, quum omne animal rationale esse aut irrationale dixerit, nō animaliū differētias, sed aliud quippiam dixisse se putet; quū scilicet huic illud quoque similiter sit dictū, omne animal mortale est vel immortale. Quippe oppositio, quæ in singulis differētijs *notatur*, cōiūcta, de omnibus speciebus dicitur. Omne enim animal, aut māsuetū est, aut ferū. Omne animal, aut pedatū est, aut nō pedatū. Omne animal, aut cornutū est, aut cornuū expers. Nec est inter differentias inuenire oppositionē vllā, quę sit alterâ prestãtior, nec quę magis omnibus insit particularibus. Verū nō cōuenit, quū de animaliū omniū numero quæritur,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Πρὸς Θεσσαλὸν, τὸν οὐδεμιᾷ μεθόδῳ δύο καθ᾽ ὅλου τιθέμενον τὰ νοσήματα, ῥοώδες ἀμέλει καὶ στεγνόν.

ΑΛλ᾽ ἴσως ὑπενόησε τοῦτ᾽ αὐτῷ τιμὴν γενήσεσθαι, καὶ μνήμης ἀφορμὴν, εἰ λοιδορησάμενος τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν, ἀναγκάσειεν ἡμᾶς ἀντιλέγειν αὐτῷ. ἀλλ᾽ οὕτω γε καὶ Ζωΐλος ἔνδοξος τὴν Ὁμήρου μαστίζων εἰκόνα, καὶ Σαλμωνεὺς τὸν Δία μιμούμενος, καὶ ἄλλο πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἐπιτρίπτων ἀνθρώπων, ἢ τοὺς βελτίονας οὐκ αἰδουμένων, ἢ καὶ τοῖς θεοῖς αὐτοῖς λοιδορουμένων. ἀλλ᾽ οὐκ ἀγαθὴν οὗτοί γε δόξαν ὑπελίποντο σφῶν αὐτῶν, οὐδὲ ζηλοῖ νοῦν ἔχων ἀνὴρ οὐδεὶς, οὔτε τὸν Ὁμηρομάστιγα Ζωΐλον, οὔτε τὸν παραπλῆγα Σαλμωνέα, καίτοι τοῖς μὲν φιλολοιδόροις ζηλωτὸς ὁ Ζωΐλος, τοῖς δ᾽ ἱεροσύλοις ὁ Σαλμωνεύς. ἀλλὰ τί τοῦτο; καὶ γὰρ οἱ βαλαντιοτόμοι τὰ τῶν βαλαντιοτόμων ζηλοῦσι, καὶ οἱ προδόται τὰ τῶν προδοτῶν, καὶ οὐδείς ἐστιν ἁπλῶς ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἂν σχοίη χορὸν οἰκεῖον, ἐν ᾧ στεφθήσεται. καὶ εἴπερ ἔγραψε Θεσσαλὸς, ὡς ἐν μαγείροις, καὶ βαφεῦσι, καὶ ἐριουργοῖς, καὶ σκυτοτόμοις, καὶ ὑφάνταις τε καὶ κναφεῦσιν ἀγωνιζόμενος, ἀποίσεται τὴν νίκην καὶ καθ᾽ Ἱπποκράτους, καὶ οὐδεὶς ἂν ἡμῶν ἀντεῖπεν· ἐπεὶ δὲ πάντας ἀνθρώπους καθίζει δικαστὰς, ἐκ τῶν πάντων δ᾽ ἐστὶ δήπου καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Θεόφραστος, καὶ Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἔτι πάσας μόνος ἀποστρέφοιτο τὰς ψήφους, ἀλλ᾽ ἴσως ἐνέσται δίκην ἐφέσιμον ἀγωνίσασθαί τινι. κἂν γὰρ Ἱπποκράτης καταφρονήσῃ, μικρότερον ἑαυτοῦ νομίσας ἀγωνίσασθαι πρὸς Θεσσαλὸν, ἀλλ᾽ ἴσως Ἐρασίστρατος οὐ καταφρονήσει, καὶ πολύ γε μᾶλλον Ἡρόφιλος, καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον Ἀσκληπιάδης, ἄλλοι τε πολλοὶ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἔχοντές τι φύσει φιλόνεικον, οὐ καταφρονήσουσι τῆς ὕβρεως, ἣν εἰς ἅπαντας ἅμα τοὺς Ἕλληνας ὑβρίζει Θεσσαλὸς, ἀλλ᾽ εἰς τὸ μέσον τε προάξουσιν, ἐπιδείξουσί τε τοῖς Ἕλλησιν ἁπάσας αὐτοῦ τὰς βίβλους ἀμαθίας ἐσχάτης μεστὰς, ὃς τοσαῦτά τε καὶ τηλικαῦτα γράψας βιβλία, καὶ τοσαύτας ληρήσας ἐπῶν χιλιάδας, ἀπόδειξιν οὐδεμίαν οὐδαμόθι τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων ἐπεχείρησεν εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ὡς τύραννος κελεύει δύο μόνα εἶναι τὰ πάντα κατὰ δίαιταν νοσήματα, ῥοώδες, καὶ στεγνόν, οὐκ εἰδὼς ὅτι διαφοράν τινα νοσημάτων εἴρηκεν, ἐγνωσμένην μὲν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἰατροῖς, ὡς ἐπιδείξομεν, ἀλλ᾽ οὐδεὶς ἦν οὕτως ἀπαίδευτος, ὡς τὰς διαφορὰς τῶν νοσημάτων, αὐτὰ νομίζειν εἶναι τὰ νοσήματα, καὶ τὴν θεραπείας τὴν ἔνδειξιν ἐξ ἐκείνων λαμβάνειν, ὑπερβὰς τὴν οὐσίαν. ἀλλὰ τοῦτο τὸ σφάλμα τοῦ Θεσσαλοῦ, σμικρὸν μὲν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, σμικρότατον, ὃ καὶ παιδάριον ἐν ἐλευθέροις μαθήμασι τεθραμμένον εὐθέως γνωρίσειεν· ὅμως δ᾽ οὖν τοῦτο τὸ σφάλμα τὸ σμικρὸν, εἰς τοσοῦτον ἐπῆρεν αὐθαδείας αὐτὸν, ὥστε νομίζειν εὑρηκέναι τι μέγα, καὶ σεμνόν; ὁμοίως ὡς εἰ καί τις εἰπὼν, πᾶν ζῶον ἢ λογικὸν ὑπάρχειν ἢ ἄλογον, ἄλλο τι νομίζει, καὶ μὴ διαφορὰς εἰρηκέναι ζώων, ὡσαύτως οὖν τούτῳ κἀκείνου ῥηθέντος, ἅπαν ζῶον ἢ θνητόν ἐστιν ἢ ἀθάνατον· ἡ γὰρ ἐν ἑκάστῃ τῶν διαφορῶν ἀντίθεσις ὅλη κατὰ πάντων λέγεται τῶν εἰδῶν· ἅπαν οὖν ζῶον, ἢ ἄγριόν ἐστιν, ἢ ἥμερον· ἅπαν οὖν ζῶον, ἢ ὑπόπουν ἐστὶν, ἢ ἄπουν· ἅπαν οὖν ζῶον, ἢ κερασφόρον ἐστὶν, ἢ ἄκερων· καὶ οὐδέν γε τιμιωτέραν ἑτέρας ἑτέραν ἀντίθεσιν, ἐν ταῖς διαφοραῖς ἐστιν εὑρεῖν, οὐδὲ μᾶλλον ὑπάρχουσαν ἅπασι τοῖς κατὰ μέρος. ἀλλ᾽ οὐ χρὴ περὶ ζώων ἐρωτηθέντας

ὁπόσα τὰ πάντα ἐστὶ, ἀποκρίναιτο μίαν ἀντίθεσιν διαφορῶν. οὕτω μὲν γὰρ ἔσται δύο τὰ πάντα, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἢ λογικὸν καὶ ἄλογον, ἢ θνητὸν καὶ ἀθάνατον, ἢ ἄγριον καὶ ἥμερον, ἢ τῶν ἄλλων τις ἀντιθέσεων. εἰ δὲ τὰς διαφορὰς ἐάσας τις, ὡς οὖν ἐστι δίκαιον, ἵππον ἀποκρίναιτο, καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ ἄνθρωπον, ἀετόν τε, καὶ μέλιτταν, καὶ μύρμηκα, καὶ λέοντα, καὶ πρόβατον, ἅπαντά τε τἄλλα κατ' εἶδος ἐπέλθοι ζῶα, δῆλον ὡς οὗτος ὀρθῶς ἀποκεκριμένος ἐστὶ τῷ πυθομένῳ ὁπόσα τὰ πάντ' ἐστὶ ζῶα. κἂν εἰ πολλὰ μὲν διέλθοι τῷ λόγῳ ζῶα, πάντα δὴ ἐξαριθμήσασθαι μὴ δυνατὸν εἶναι λέγοι, καὶ οὕτως ἂν εἴη δεόντως ἀποκεκριμένος. ὁμοίας οὖν οὔσης τῆς ζητήσεως ἐπὶ τοῦ τῶν νοσημάτων ἀριθμοῦ, παρὰ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς, καὶ τῶν μὲν εἰπόντων ἑπτὰ τὰ πάνθ' ὑπάρχειν αὐτὰ, τῶν δὴ ἐλάττω τούτων ἢ πλείω, πάντων δ' οὖν εἰς τὰ κατὰ τὴν οὐσίαν εἴδη βλεπόντων, οὐκ εἰς τὰ κατὰ τὴν διαφοράν· οὐδεὶς γὰρ ἦν οὕτως ἀπαίδευτος, οὐδ' ἀμαθὴς λογικῆς θεωρίας, ὡς διαφορὰν εἰδῶν εἰπεῖν ἀντ' οὐσίας· ὁ δ' ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἐκπηδήσας Θεσσαλὸς, ἐπιτιμᾷ τηλικούτοις ἀνδράσιν, οὐ γένος ἔχων εἰπεῖν, οὐκ ἀναστροφὴν, οὐ παιδείαν οἵαν ἐκείνων ἕκαστος, ὁ μὲν Ἀριστοτέλους, ὁ δὲ Πλάτωνος, ὁ δὲ Θεοφράστου γενόμενος ὁμιλητὴς, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἐν τῇ λογικῇ θεωρίᾳ γεγυμνασμένων ἀνδρῶν. ὡς οὖν εἴ τις ἐρωτηθεὶς, ὁπόσα τῆς φωνῆς τὰ πάντ' ἐστὶ στοιχεῖα, δύο φήσειεν ὑπάρχειν, ἤτοι γὰρ φωνῆεν εἶναι φήσει πάντως, ἢ σύμφωνον, ὅπερ ἂν εἴη στοιχεῖον φωνῆς· ἀληθὲς μὲν εἴρηκεν, οὐ μὴν πρός γε τὴν ἐρώτησιν ἀπεκρίνατο. κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, ὅστις ἂν ὁπόσα τὰ πάντ' ἐστὶ νοσήματα διελέσθαι βουληθεὶς, ὑπερβῇ μὲν εἶδός τι λέγειν νοσήματος, οἷον ἤτοι φλεγμονὴν, ἢ σκίρρον, ἢ οἴδημα, διαφορὰς δὴ εἴπῃ μόνας, εἴτ' οὖν στεγνὸν καὶ ῥοῶδες, εἴτ' ἀραιὸν καὶ πυκνὸν, εἴτε σκληρὸν καὶ μαλακὸν, εἴτε συντεταμένον καὶ κεχαλασμένον, ἀληθὲς μὲν εἴρηκεν, οὐ μὴν πρός γε τὴν ἐρώτησιν ἀπεκρίνατο. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ πᾶσα διαφορὰ προστιθεμένη τῷ γένει, συντελεῖ τι πρὸς τὴν τοῦ εἴδους γένεσιν, ἀλλ' ἥτις ἂν ἐκ τῆς τοῦ γένους οἰκείας ᾖ διαιρέσεως· αὗται γάρ εἰσιν εἰδοποιοὶ μόναι τῶν διαφορῶν, αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι περιτταί. ζώου μὲν γὰρ οἰκεῖαι διαφοραὶ, τὸ θνητὸν καὶ ἀθάνατον, ἄλογόν τε καὶ λογικὸν, ἥμερόν τε καὶ ἄγριον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα· μαλακὸν δὲ καὶ σκληρὸν, καὶ βαρὺ καὶ κοῦφον, καὶ ἀραιὸν καὶ πυκνὸν, καὶ μέγα καὶ μικρὸν, οὐ ζώου, ἀλλ' οὐσίας εἰσὶ διαφοραί. καὶ τοίνυν εἰ μὲν προστεθείη τῷ ζώῳ τὸ μαλακὸν καὶ τὸ σκληρὸν, ἢ τὸ πυκνὸν ἢ τὸ ἀραιὸν, ἢ τὸ μικρὸν ἢ τὸ μέγα, πλέον οὐδὲν εἰς εἴδους γένεσιν συντελέσει· εἰ δὴ ἤτοι λογικὸν καὶ ἀθάνατον, ἢ λογικὸν καὶ θνητὸν, εἴη ἂν τὸ μὲν εἶδος θεὸς, τὸ δὲ ἄνθρωπος· οὕτω δὲ κἂν εἰ προσθείης τῷ λογικῷ ζώῳ διττὰς οἰκείας διαφορὰς, τὸ πεζὸν καὶ τὸ δίπουν, εἶδος ἐργάσῃ τι καὶ οὕτως, τὸν ἄνθρωπον· ὅθεν ἀδύνατόν ἐστιν οὐδενὸς τῶν ὄντων εἰδοποιοὺς εὑρεῖν διαφορὰς, ἄνευ τοῦ τὸν ὁρισμὸν, ἢ τὸν λόγον τῆς οὐσίας ἀκριβῶς αὐτοῦ περιγράψασθαι. δεύτερον δὴ ἐπὶ τούτου σφάλμα τοῖς ἀγυμνάστοις περὶ λόγον, ἐπειδὰν ἐξευρήσωσι μίαν τινὰ διαφορᾶς ἀντίθεσιν, εἶδός τι τοῦ προβεβλημέ-

A vnam differẽtiarum oppoſitionem reſpondere. Hoc enim pacto duo erunt *animalia* vniuerſa, nec vllum magis rationale vel irrationale, quàm mortale vel immortale, aut ferum vel manſuetum, aut reliquarum oppoſitionum quælibet. Quòd ſiquis differentijs omiſſis (ſicut planè ratio exigit) equum, bouem, canem, hominem, aquilam, apem, formicam, leonem, & ouem reſpondeat, reliquáque omnia per ſpecies animalia cõnumeret, conſtat hunc quærenti, quot ſint cuncta animalia, rectè reſpondiſſe. Quin ſi multa quidem ſermone animalia memoret, teſtetur autem enumerare ſe omnia non poſſe, ſic quoque commodiſſimè reſponderit. Similis agitata quæſtio de morborum numero, & omnibus antiquis medicis eſt, alijs ſeptem eos in totum eſſe C affirmantibus; alijs plures his, paucioresve dicentibus; omnibus tamen ad ſpecies, quæ in ſubſtantia, non quæ in differentia eſſent, reſpectum habentibus. Nemo enim ita erat indoctus, aut Logicæ ſpeculationis rudis, vt differentias ſpecierum pro ſubſtantia loquendo vſurparet. At Theſſalus iſte è gynæceo exiliens, tantis viris maledicit, ipſe nec genus habens, quod referat, nec educationem, nec eruditionem, qualem illorum quiſque, quorum alius Ariſtotelis, alius Platonis, alius Theophraſti, aut denique alterius cuiuſquam eorum virorum, qui in Logica contemplatione fuere exercitati, familiaris fuit. Veluti igitur rogatus quiſpiam, quot ſint in vniuerſum vocis elementa, ſi duo ea eſſe reſponderit, quippe aut vocalem omninò, aut conſonantem eſſe quicquid vocis ſit elementum; is verum D quidem dixerit, cæterùm ad quæſtionem non reſponderit. Ad eundem modum, arbitror, ſiquis omnium morborum numerum comprehendere ſtudens, ſpeciem quidem vllam morborum, veluti phlegmonen, ſcirrhum, vel œdema, referre non curet, ſolas autem differentias memoret, ſiue aſtrictum & fluidum, ſiue rarum & denſum, ſiue durum & molle, ſiue tenſum & laxum, verum hic quoque dixerit, minimè tamen ad quæſtionem reſponderit. Primùm nanque non omnis differentia generi addita, ad ſpeciei conſtitutionem aliquid conducit, ſed quæ ex generis propria diuiſione naſcitur; quippe hæ demùm differentiæ ſunt, quæ ſpecies conſtituant; reli- E quæ omnes, alienæ. Etenim animalis propriæ differentiæ ſunt, mortale & immortale, rationale & irrationle, manſuetum & ferum, & quæcunque alia id genus. Molle verò ac durum, graue & leue, rarum & denſum, magnum & paruum, animalis differentiæ non ſunt, ſed ſubſtantiæ. Itaque etiamſi cum animali, vel molle, vel durum, vel denſum, vel rarum, vel magnum, vel paruum componas, ad ſpeciem conſtituendam nihil ſanè plus contulerint; ſin vel rationale & F immortale, vel rationale & mortale animali adieceris, efficitur ſpecie illic deus, hîc homo. Ita verò & ſi rationali animali duas alias differentias peculiares addideris, quæ ſunt greſſile & bipes, ſic quoque ſpeciem quampiam effeceris, nempe hominem. Vnde fieri non poteſt, vt vllius rei ſpecificas differentias inueniat, qui eam definitione, ſiue ſubſtantiæ ipſius oratione, ad vnguem non circunſcripſerit. Alius deinde error incidere ſolet ijs, quibus parùm exercitata ratio eſt, quod quum vnam aliquam differentiarum oppoſitionem inuenerint, ſpeciem aliquam propoſiti

propositi generis se putent inuenisse, ceu paulò antè de vocis elementis est dictum. Siquidem qui vocalem & consonantem dixit, nondùm omnia humanæ vocis elementa dixit; sed duas tantùm primas & generales differentias. Quòd si vocales rursus in longas, breues, ancipitesque diducat; tum consonantes, in semiuocales, & mutas; itemque tum longas, tum breues *vocales* bifariàm, ancipites verò trifariàm; sed mutas primùm in aspiratas, tenues, ac medias; dein rursus tripartitò harum singulas; mox semiuocales propriâ (ne frustrà multis morer) sectione secet; ita quatuor & viginti elementa vocis, quâ vtimur, inueniat. Quippè id tantùm dixisse, quòd elementorum vocis quædam vocales sint, quædam consonantes, nondùm omnium elementorum artificem, aut planè scientem auditorem reddit; sed siquis, vbi in longas, breues, & ancipites diduxerit, adijciat duas esse breues, nempe ε & ο, duas prætereà longas η & ω, tres verò ancipites α ι υ, sic sanè artificem auditorem de omnibus vocalibus effecerit; itemque de consonis ad eundem modum. Itidem siquis tradere de morborum numero instituat, quot hi in vniuersum sint, non debet is in prima statim differentia subsistere, sed diuisâ eâ procedere, donec ad aliquam infimarum specierum, & quæ ampliùs in aliam diuidi non possit, perueniat. Id verò quàm haud cuique sit promptum, sed homini duntaxat, qui in diuidendi methodo magnoperè sit exercitatus, intelligere quisque poterit, primùm si omnia legerit, quæ de eo genere methodi in principio Philebi à Platone sunt prodita, dein si sophistam etiam & politicum legerit. Iam verò difficilior adhuc res videbitur, siquis primum Aristotelis librum de partibus animalium legerit. Conatur enim in eo libro omnes animalium differentias enumerare; at vbi multas dubitationes mouit, vix tandem suspectè ac timidè pronunciare quippiam audet. Et quum Aristoteles, & Plato tantam, tamque difficilem rem esse censuerint, genera in proprias differentias exactè diuidere, ac post hos Theophrastus & alij philosophi rationem absoluere tentauerint, vtpotè ne apud illos quidem satis adhuc constantem, audacissimus Thessalus absolutè pronuncians, credi sibi vult, duos in totum esse in victûs ratione morbos; & eos quidem simplices, ac primos, & veluti elementares; nam tertium ab his ratione gignit, ex ambobus compositum. At si vllâ methodo hæc, sicut iactas, inuestigasti, cur hanc nobis non dixisti? Sed contra planè, quàm pro grauitate nominis, quod tibi arrogas, homo temerarie atque à methodo alienissime, rem pronunciasti; qui ne principium quidem ipsum vnquàm attigeris, à quo cœpisse necesse sit eum, qui rectè cuiuslibet rei species & differentias peculiares sit inuenturus? *De re enim qualibet, ò puer, unum principium optimum, nosse id de quo proposita quæstio est; aut prorsus est aberrandum,* ait alicubi Plato, non ad diuidendum modò quiduis, ab ipsa quæsitæ rei essentia nobis esse inchoandum censens, sed etiam in omni disquirenda re, eiusmodi semper principio vtendum.

νου γένους ὑπολαμβάνουσιν εὑρηκέναι, ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῶν τῆς φωνῆς στοιχείων ἐλέγετο. φωνῆεν γάρ τις εἰπὼν καὶ σύμφωνον, οὔπω τὰ πάντα στοιχεῖα τῆς ἀνθρώπου φωνῆς εἴρηκεν, ἀλλὰ δύο τὰς πρώτας γενικὰς διαφοράς. εἰ δὲ τὰ μὲν φωνήεντα τέμνων αὖθις εἰς μακρὰ καὶ βραχέα καὶ δίχρονα, τὰ σύμφωνα δ' εἰς ἡμίφωνά τε καὶ ἄφωνα, καὶ αὖθις τὰ μὲν μακρὰ διχῆ, καθάπερ οὖν καὶ τὰ βραχέα, τὰ δ' αὖ δίχρονα τριχῆ· καὶ δὴ καὶ τὰ ἄφωνα, πρῶτον μὲν εἰς δασέα καὶ ψιλὰ καὶ μέσα, καὶ τούτων ἕκαστον αὖθις τριχῆ, τὰ δ' ἡμίφωνα πάλιν εἰ καὶ ταῦτα κατὰ τὴν οἰκείαν τέμνοις τομήν, ἵνα μὴ μακρολογῶ περιττῶς, οὕτως ἂν ἐξεύροις τὰ τέτταρα καὶ εἴκοσι στοιχεῖα τῆς φωνῆς, ᾗ χρώμεθα. τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὡς ἔστι τῶν στοιχείων τῆς φωνῆς, τὰ μὲν φωνήεντα, τὰ δὲ σύμφωνα, τεχνικὸν οὔπω ποιεῖ τὸν ἀκροατὴν οὐδ' ἀκριβῶς ἐπιστήμονα συμπάντων τῶν στοιχείων· ἀλλ' ἐὰν διελόμενος εἰς βραχέα καὶ μακρὰ καὶ δίχρονα, βραχέα μὲν εἶναι φῇ δύο, τό, τε ε καὶ τὸ ο, μακρὰ δ' ὁμοίως δύο τό, τε η καὶ τὸ ω, δίχρονα δὲ τρία, τό, τε ἄλφα καὶ τὸ ι καὶ τὸ υ, τεχνικὸν οὕτω ποιήσει τὸν ἀκροατὴν περὶ τῶν φωνηέντων ἁπάντων· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν συμφώνων, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. οὕτως οὖν καὶ ὅστις ἐπιχειρεῖ λέγειν ὑπὲρ τοῦ τῶν νοσημάτων ἀριθμοῦ, πόσα τὰ σύμπαντ' ἐστὶν, οὐ χρὴ τοῦτον ἐν τῇ πρώτῃ καταμεῖναι διαφορᾷ, τέμνοντα δ' αὐτὴν ἐπεξιέναι, μέχρι περ ἂν ἐπί τι τῶν ἐσχάτων εἰδῶν ἀφίκηται, τῶν μηκέτι τμηθῆναι δυναμένων εἰς ἕτερον εἶδος. ὅτι δ' οὐ τοῦ τυχόντος ἐστὶ τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἀνθρώπου γεγυμνασμένου μεγάλως ἐν τῇ διαιρετικῇ μεθόδῳ, μαθεῖν ἔνεστι τῷ βουλομένῳ, πρῶτον μὲν ἅπαντα ἀναγνόντι κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Φιλήβου Πλάτωνι γεγραμμένα περὶ τῆς τοιαύτης μεθόδου, μετὰ ταῦτα δὲ τόν τε Σοφιστὴν ἀναλεξαμένῳ καὶ τὸν πολιτικόν· ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτῷ χαλεπώτερον φανεῖται τὸ πρᾶγμα τὸ πρῶτον περὶ μορίων ζώων Ἀριστοτέλους ἀναγνόντι· πειρᾶται μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ τὰς διαφορὰς ἁπάσας ἐξαριθμήσασθαι τῶν ζώων, ἀπορίας τε παμπόλλας κινήσας, μόγις ὑπόπτως τε καὶ δειλῶς ἀποφαίνεσθαί τι τολμᾷ. εἶτ' Ἀριστοτέλους τε καὶ Πλάτωνος οὕτω μέγα καὶ χαλεπὸν εἶναι νομιζόντων, εἰς τὰς οἰκείας διαφορὰς ἀκριβῶς τὰ γένη τέμνειν, καὶ μετ' αὐτοὺς Θεοφράστου τε καὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων ἐξεργάζεσθαι πειρωμένων τὸν τρόπον, ὡς οὔπω κατωρθωμένον οὐδὲ παρ' ἐκείνοις, ὁ τολμηρότατος Θεσσαλὸς ἁπλῶς ἀποφηνάμενος, ἀξιοῖ πιστεύεσθαι δύο τὰ πάντ' εἶναι κατὰ δίαιταν νοσήματα, τὰ γοῦν ἁπλᾶ καὶ πρῶτα καὶ οἷον στοιχεῖα, τρίτον γὰρ ἐξ αὐτῶν ἄλλο γεννᾶται τῷ λόγῳ σύνθετον, ἐπιπεπλεγμένον ἐξ ἀμφοῖν. ἀλλ' εἴπερ μεθόδῳ τινὶ ταῦτ' ἐξεῦρες, ὥσπερ οὖν ἀλαζονεύῃ, τί οὐχὶ καὶ ἡμῖν ἔφρασας αὐτήν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, ἢ κατὰ τοὔνομα τὸ σεμνόν, ᾧ προσαγορεύεις σαυτόν, ἀμεθοδώτατε καὶ προπετέστατε, τὴν ἀπόφασιν ἐποιήσω, μηδ' οὖν μηδὲ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς ἐφαψάμενος, ἀφ' ἧς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἄρξασθαι τὸν μέλλοντα καλῶς ὁτουοῦν πράγματος ἐξευρήσειν εἴδη τε καὶ διαφορὰς οἰκείας; περὶ παντὸς γάρ, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ ἀρίστη, εἰδέναι περὶ οὗ ἡ ζήτησις, ἢ παντὸς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη, Πλάτων πού φησιν, οὐκ εἰς τὸ διαιρεῖν μόνον ὁτιοῦν ἀξιῶν ἡμᾶς ἀπ' αὐτῆς ἄρχεσθαι τοῦ ζητουμένου τῆς οὐσίας, ἀλλ' εἰς ἅπαν ἀεὶ χρῆσθαι σκέμμα τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς ἀρχῆς.

ἐχρῆν μὲν οὖν κἀνταῦθα, τί ποτέ ἐστι νόσημα, καὶ τί σύμπτωμα, καὶ τί πάθος, ἀκριβῶς εἰπόντα, καὶ διορισάμενον ὅπη ταὐτόν ἐστιν ἕκαστον τῶν εἰρημένων, καὶ ὅπη μὴ ταὐτόν, οὕτως ἤδη πειρᾶσθαι τέμνειν εἰς τὰς οἰκείας διαφορὰς αὐτά, καθ᾽ ἣν ἐδίδαξαν ἡμᾶς οἱ φιλόσοφοι μέθοδον· ἢ εἴπερ ἑτέραν τινὰ βελτίω τῆς τῶν ἐκείνων γεγραμμένης ἐξεῦρες, αὐτὸ τοῦτο πρότερον ἀγωνίσασθαι, καὶ δεῖξαι, καὶ διδάξαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς ὁ παρὰ τοῖς ἱστοῖς τραφεὶς ὑπερεβάλετο μὲν Ἀριστοτέλη καὶ Πλάτωνα μεθόδοις λογικαῖς, κατεπάτησε δὲ Θεόφραστόν τε καὶ τοὺς Στωϊκοὺς ἐν διαλεκτικῇ, φανερῶς δ᾽ ἐξήλεγξε τοὺς αἱρέσεις αὐτῶν ἁπάσας, οὐδὲ τίνα ποτ᾽ ἐστὶ τὰ πρῶτα νοσήματα γνωσκόντας, τὸν Ἡρόφιλον ἐκεῖνον τὸν διαλεκτικόν, καὶ τὸν συμφοιτητὴν αὐτοῦ Φιλότιμον, καὶ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Πραξαγόραν τὸν ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ, καὶ σὺν τούτοις τε καὶ πρὸ τούτων, Ἐρασίστρατον, Διοκλέα, Μνησίθεον, Διεύχη, Φιλιστίωνα, Πλειστόνικον, αὐτὸν Ἱπποκράτην. ὁ δ᾽ ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι, δύο εἶναι τὰ πάντα πάθη κατὰ δίαιταν, οὐ μέθοδον, οὐκ ἀπόδειξιν, οὐ πιθανὴν πίστιν, οὐ παραμυθίαν, οὐδ᾽ ὅλως οὐδὲν ἄλλο προσθέντα, πλὴν εἰς τοὺς παλαιοὺς βλασφημήσαντα, προστάττοντός ἐστιν ἔργον, οὐ διδάσκοντος. ἔστω, σιωπᾷς, ἐκ ποίας εὗρες αὐτὰ μεθόδου λογικῆς· ἀλλά τοι κἂν κριτήριόν γέ τι τῶν λόγων τῆς ἀληθείας ἐχρῆν σε παρασχέσθαι. τοῦ μὲν γὰρ εὑρεῖν τὸ ζητούμενον, αἱ λογικαὶ μέθοδοι τὴν δύναμιν ἔχουσι· τοῦ δὲ πιστώσασθαι τὰ καλῶς εὑρημένα, δύο ἐστὶν ἅπασιν ἀνθρώποις κριτήρια, λόγος, καὶ πεῖρα. πρὸς γοῦν τὸν ἐρωτήσαντα, διὰ τί τῳδέ τινι τῷ πυρέττοντι συνεχώρησας ὕδατος πιεῖν ψυχροῦ, δύο εἰσὶν ἀποκρίσεις, ἡ μὲν ἑτέρα γένεσίν τε καὶ φύσιν ἐκδιδάσκουσα πυρετοῦ, καὶ περὶ τῶν νόσων καιροῦ διεξιοῦσα, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὕδατος ψυχροῦ φύσιν ἐξηγουμένη, κἄπειτ᾽ ἐπειδὰν ταῦτα διεξέλθῃ, πειρωμένη διδάσκειν, ὡς τῷ τοιῷδε νοσήματι, κατὰ τὸν τοιόνδε καιρόν, εὔλογόν ἐστιν ἴαμα γενέσθαι τὸ ὕδωρ τὸ ψυχρόν· ἡ δ᾽ ἑτέρα τῶν ἀποκρίσεων, οὐδενὸς τούτων τῆς φύσεως ἐφαψαμένη, καταφεύγει πρὸς τὴν πεῖραν, ἐν τοιῷδε νοσήματι καὶ καιρῷ, τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἑωρᾶσθαι φάσκουσα πολλάκις ὠφελεῖν. ἐχρῆν οὖν, οἶμαι, καὶ τὸν Θεσσαλόν, ἤτοι πεῖραν ἢ λόγον ἐφ᾽ οἷς ἀποφαίνεται, κριτήριον ἐπάγειν, οὐχ ὡς τύραννον ἡμῖν ἐπιτάττειν, ἀξιοῦντα πιστεύεσθαι χωρὶς ἀποδείξεως. καὶ τίνα, φασὶν, ἀκούειν ἀπόδειξιν ἀξιοῖς; οὕτω γὰρ ἀντερωτῶσιν ἡμᾶς οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ· καὶ δικαίως γε τοῦτο ποιοῦσιν, οὐδ᾽ εἰς ἔννοιάν ποτε [13] προελθόντες ἀποδείξεως, ὡς ἂν οὔτε γεωμετρίας, οὔτ᾽ ἀριθμητικῆς, οὔτε διαλεκτικῆς, οὔτε ἀναλυτικῆς, οὐδ᾽ ὅλως λογικῆς τινος ἀψάμενοι θεωρίας. ἀποκριτέον οὖν αὐτοῖς, ὡς ὀψὲ πάνυ μανθάνειν [14] ἐφίεσθε, τί ποτ᾽ ἐστὶν ἀπόδειξις, καὶ ὡς οὐκ ἐνδέχεται χρόνῳ βραχεῖ, λεπτότητος γνώμης [15] δεομένη παραληφθῆναι θεωρία, μήτ᾽ ἠσκημένους ἀκούειν ἀκριβῶν λόγων, ἐν διατριβῇ τε πολυχρονίῳ γεγονότας. ἐκείνους μὲν οὖν ἀποπεμψώμεθα, ὡς μηδὲ συνιέναι δυναμένους ἀληθῶν μαθημάτων, μήτοιγε δὴ μαθεῖν ἢ κρῖναι καλῶς.

A Ergo hîc quoque par erat, vbi, quid morbus sit, quid symptoma, & quid passio, diligenter priùs dixisses; ac dein quâ conueniant, differantque ipsorum singula, definiuisses; sic demùm tentare in proprias ea differentias diducere, secundum eam, quam sapientiæ professores tradiderunt, methodum; aut siquam potiorem eâ, quæ ab ijs prodita est, explorasses, hâc ipsam prius astruere; tum illud ostendere, ac Græcos docere, hunc, qui in textrina sit altus, superasse Aristotelem & Platonem in methodis logicis, B conculcasse Theophrastum & Stoicos in Dialectice; clarè ostendisse omnes eorum sectatores ne primos quidem morbos, qui essent, vnquam nouisse; Herophilum illum Dialecticum, & condiscipulum eius Philotimum, & præceptorem eius Paxagoram, qui ab Æsculapio originem traxit, & qui cum his, & ante hos fuerunt, Erasistratum, Dioclē, Mnesitheum, Dieuchem, Philistionem, Plistonicum, ipsum denique Hippocratem. Porrò simplici verbo dicere, omnes in victu morbos esse duos, non methodo, non C demonstratione, non ratione vllâ probabili, non lenimento aliquo, non aliâ re prorsùs adhibitâ, prӕterquàm in veteres blasphemiâ, *id facere*, imperantis hominis munus est, non docentis. Esto, taceas, quâ logicâ methodo hæc inueneris; at certè, vnde saltem de veritate sermonis iudicaris, adhibitum aliquid oportuit. Nam inueniendi eius, quod quæritur, logicæ methodi facultatem præstant; at quæ fidem ijs faciant, quæ rectè sunt inuenta, duo sunt apud omnes homines iudiciaria *instrumenta*, ratio, & experientia. Quippe ad eum, qui interrogauerit, cur huic febricitanti frigidæ bibendæ potestatem feceris, D duplex responsio est; altera, quæ ortum naturamque febris docet, ac de morborum temporibus disserit, tum ad eundem modum aquæ frigidæ naturam explanat; & vbi hæc proposuit, conatur docere, in hoc morbo, atque hoc tempore aquam frigidam idoneum remedium esse; altera de nullius horum natura sollicita, ad experientiam confugit, quòd in tali morbo, atque occasione sæpè frigidam profecisse viderit. Debebat igitur (opinor) & Thessalus, vel experimentum, vel rationem assertioni suæ iudiciariam E probationem adhibuisse, non sicuti tyrannus, imperare, ac sibi citra demonstrationē credendum exigere. At quam (inquiunt) audire demonstrationem postulas? ita enim contrà nos interrogant eius sectatores; neque id iniuriâ, vt qui nec eò vnquam peruenerint, vt notionem demonstrationis tenerent, quum nec Geometriam nec Arithmeticen, nec Dialecticen, nec Resolutoriam, nec denique logicam vllam speculationem attigerint. Quocircà respondendum his ita est; nimis serò, quid demonstratio sit, discere postulatis; nec fieri potest, vt breui tempore spe- F culationem, quæ subtilitatem mentis desiderat, assequamini, præsertim qui nec accuratis rationibus audiendis exercitati, & in diuturnâ peruersitate volutati sitis. Sed istos mittamus, vt qui ne intelligere quidem, quæ veræ disciplinæ sint, valeant, nedum ipsas discere, aut rectè iudicare.

CAPVT IIII.

Quæ sit vera Methodus inueniendæ in vnaquaque facultate veritatis; & quantùm ab ea Thessalus & plerique veterum medicorum aberrarint.

NOs verò vnà cum ijs, qui exercitati sunt, & demonstrationem intelligunt, & naturâ sunt sagaces (neque enim Thessalios asinos docere profitemur) ad id, quod propositum nobis ab initio est, accingamur; ac statim vnà cum ipsa medendi methodo, etiam causas ipsas, vnde errarint medicorum plurimi, qui tradere eam sunt conati, exponamus; quippe ad firmiorem veritatis fidem id quoque non parùm conducere videtur. Ac primum quidē illud cauebimus, ne simul de ambobus, tum methodo, quæ ratione nititur, tum experientiâ, quæ ratione nō vtitur, agamus. Non enim de omni remediorū inuentione nunc loqui statuimus, sed tantùm de ea, quæ methodo fit; ita vtique, vt de Empirica ipsa & à nobis in alio opere est proditum, & ab ipsis Empiricis medicis, quos vocant, plurimùm elaboratum. Atque vtinam Rationales omnes medici propositum ita premerent, nec experientiam, & rationem miscerent, atque in vnum confunderēt, sed quam vtraque vim habeat, quantúmque ad propositum artis finem conducat, seorsùm tractarent, atque perpenderent. Ergo methodo quippiam inquirere, inueniréque, ex aduerso opponitur ei, quod est fortuitò, temeréque. Est autem id, cùm via quadam & ordine, ita vt in disquisitione aliquid primum sit, aliquid secūdum, & tertium, & quartum, atque ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demùm ad ipsum, quod ab initio est propositum, sit peruentum. Ac Empirici quidem rationabiliter fatentur, nec inuentionis, nec doctrinæ apud ipsos esse necessarium ordinem; nam nec arte vllâ, rationéve experientia nititur; imò fortunam prosperam ad ea quæ quærit inuenienda requirit. Qui verò rationem inuentionis suę auctorem statuerūt, ac ordinem, vnamque viam, quæ ad finem ducat, proposuerunt, ijs fuerat quidem necessarium à primo aliquo auspicatis, de quo inter omnes homines cōueniret, sic transire ad reliqua. Cæterùm hanc rationē non sequitur *pleraque medicorum pars*; imò principia quoque ipsa controuersa sumit, nec illa demonstratione confirmat, tum ad reliqua simili modo transit, legislatorum ritu sanciens veriùs, quàm demonstrans. Quæ omnia indè adeò his accidunt, quòd nihil priùs de demōstratione sunt meditati; sed simul & inquisitis insistunt, & ad eorum fidem demonstratione vti audent, simile profectò quiddam ijs molientes, qui sphæram, aut cubum, aut conum, aut cylindrum, aliudve id genus metiri aggrediuntur, quum tamē omnis Geometricæ, ac Logisticæ rationis sint ignari; imò verò nec cubiti, palmive, aut pedis mensuram præparatam habeant; ac deinde succensent ijs, qui vel demonstrationem ab ipsis exigunt, vel tacere iubent. Quemadmodùm enim in illo ridiculus erit is, qui rectāguli trigoni, cuius alterum (exēpli causâ) latus circa rectū angulum quinque sit pedū, alterum duodecim, dicat areā nō esse triginta pedū, sed quadraginta,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ

Τίς ἡ ἀληθὴς μέθοδος τοῦ ἐξευρεῖν ἐν ἑκάστῃ τῶν δυνάμεων τὴν ἀλήθειαν, καὶ πόσον αὐτῆς ὁ Θεσσαλὸς καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ἀπελείψαντο.

ΗΜεῖς δὲ μετὰ τῶν ἠσκημένων τε ἅμα καὶ παρακολουθεῖν ἀποδείξει, καὶ φύσει συνετῶν (οὐ γὰρ δὴ ὄνοις Θετταλείοις ἐπαγγελλόμεθα διδάσκειν) ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς ἴωμεν, εὐθὺς ἅμα τῇ διδασκαλίᾳ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, καὶ ὧν ἐσφάλησαν οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν ἐπιχειρησάντων ἐξευρεῖν αὐτήν, ἐξηγούμενοι τὰς αἰτίας. εἰς γάρ τοι τὴν βεβαιοτέραν πίστιν τῶν ἀληθῶν, οὐδὲ τοῦτο σμικρὸν φαίνεται συντελεῖν. πρῶτον μὲν οὖν εὐλαβηθῶμεν ἀμφοῖν ἅμα μεμνῆσθαι, μεθόδου τε λογικῆς, καὶ πείρας ἀλόγου. πρόκειται γὰρ οὐ περὶ πάσης εὑρέσεως ἰαμάτων εἰπεῖν νῦν, ἀλλὰ μόνης τῆς κατὰ μέθοδον· ὥσπερ καὶ περί γε τῆς ἐμπειρικῆς ἡμῖν τε δι᾽ ἑτέρου γράμματος εἴρηται, καὶ αὐτοῖς ἐμπειρικοῖς καλουμένοις ἰατροῖς ἐπὶ πλεῖστον ἐξείργασται. καὶ οὕτως ἂν εὐξαίμην καὶ τοὺς λογικοὺς ἅπαντας ἰατροὺς ἔχεσθαι τοῦ προκειμένου, καὶ μὴ συγχεῖν, μηδὲ ταράττειν, μὴ δὲ συνάγειν εἰς ταὐτὸν ἀναλογισμόν τε καὶ πεῖραν, ἀλλ᾽ ἑκάτερον ἰδίᾳ μεταχειρίζεσθαι, καὶ σκοπεῖσθαι, τίνα δύναμιν ἔχει, καὶ πόσον εἰς τὸ τέλος τῆς τέχνης συνεργεῖ. τὸ τοίνυν μεθόδῳ τι ζητεῖν ἐξευρεῖν, ἀντίκειται μὲν τῷ κατὰ τύχην τε καὶ αὐτομάτως· ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον μετά τινος ὁδοῦ καὶ τάξεως, ὡς εἶναί τι πρῶτον ἐν τῇ ζητήσει, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον, καὶ οὕτως ἐφεξῆς τἆλλα σύμπαντα, μέχρι περ ἂν ἀφίκηταί τις ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς. οἱ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, καλῶς ποιοῦντες ὁμολογοῦσιν, ὡς οὔτε τῆς εὑρέσεως, οὔτε τῆς διδασκαλίας ἀναγκαία τάξις ἐστὶ παρ᾽ αὐτοῖς· ἄτεχνον γάρ τι καὶ ἄλογον ἡ πεῖρα, καὶ τύχης ἀγαθῆς δεόμενον εἰς τὴν τῶν ζητουμένων εὕρεσιν. ὅσοι δὲ λόγον ἡγεμόνα τῆς εὑρέσεως ἐποιήσαντο, καὶ τάξιν, ὁδόν τε μίαν τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἄγουσαν ὑπέθεντο, τούτοις ἀναγκαῖον μὲν ἦν ἀπὸ πρώτου τινὸς ἀρξαμένοις ὁμολογουμένου πᾶσιν ἀνθρώποις, οὕτως ἤδη μετιέναι πρὸς τὰ λοιπά· ποιοῦσί γε μὴν οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρχὰς οἱ πλεῖστοι διαφωνουμένας λαμβάνουσιν, οὐκ ἀποδείξαντες δέ, ἐπὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον μετέρχονται, νομοθετοῦντες μᾶλλον, ἢ ἀποδεικνύντες. ἅπαντα δὴ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα συμβαίνει, διὰ τὸ μηδὲν ὑπὲρ ἀποδείξεως ἐπεσκέφθαι πρότερον, ἀλλ᾽ ἅμα τε τοῖς ζητουμένοις ἐφίστασθαι, καὶ τολμᾶν χρῆσθαι πρὸς τὴν πίστιν αὐτῶν ἀποδείξεσιν, ὅμοιόν τι ποιοῦσιν ἀνθρώπῳ μετρεῖν ἐπιχειροῦντι σφαῖραν, ἢ κύβον, ἢ κῶνον, ἢ κύλινδρον, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον, οὔτε γεωμετρίας, οὔτε λογιστικῆς ἐπιστήμονι θεωρίας, ἀλλὰ μηδὲ πῆχυν, ἢ παλαιστήν, ἢ πόδα παρεσκευασμένῳ, κἄπειτα ἀγανακτοῦντι πρὸς τοὺς ἀπόδειξιν ζητοῦντας, ἢ καὶ σιωπᾶν ἀξιοῦντας. ὡς γὰρ κἀκεῖ γελοῖος ὁ φάσκων, ὀρθογωνίου τριγώνου, τῆς μὲν ἑτέρας τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν γωνίαν πεντάποδος, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ὑπαρχούσης, τῆς δ᾽ ἑτέρας δωδεκάποδος, οὐ τριάκοντα ποδῶν γίγνεσθαι τὸ ἐμβαδὸν, ἀλλὰ τετταράκοντα,

καὶ τούτων μηδεμίαν ἀπόδειξιν ἔχων εἰπεῖν· οὕτω κἀνταῦθα γελοῖος ὁ ἀποφηνάμενος μὲν ὁπωσοῦν, ἀποδεῖξαι δ' οὐ δυνάμενος. ὡς οὖν ἐν τῇ κατὰ τὸ τρίγωνον ἀποδείξεως (οὐ γὰρ ἀφεκτέον ἡμῖν ἐστι τοῦ παραδείγματος, ἀπηλλαχόσιν ἤδη τοῦ λόγου τοὺς ἀπαιδεύτους μεθοδικούς) αὐτὸ μὲν τὸ προκείμενον ἐκ δυοῖν τούτων ἐπεραίνετο προτάσεων, μιᾶς μὲν τῆς τὸ περιεχόμενον χωρίον ὑπό τε τῆς πεντάποδος καὶ δωδεκάποδος, ἑξηκοντάπουν γίγνεσθαι, δευτέρας δὲ τῆς ἥμισυ τρίγωνον ἐκείνου τοῦ χωρίου λεγούσης καὶ δεικνυούσης ὑπάρχειν, ἑκατέρα δὲ πάλιν τούτων, ἑτέρων τινῶν εἰς ἀπόδειξιν ἐδεῖτο προτάσεων, εἶτ' ἐκεῖναι πάλιν ἑτέρων, ἄχρι περ ἂν ἐπὶ τὰς πρώτας ἀνέλθωμεν· αἳ δὲ οὐκ ἐξ ἄλλων, οὐδὲ δι' ἀποδείξεως, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῶν ἔχουσι τὴν πίστιν· οὕτως, οἶμαι, κἀπὶ τῶν τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἀποδεικνυμένων ἁπάντων, εἰς πρώτας τινὰς ἀναποδείκτους προτάσεις καὶ ἐξ ἑαυτῶν πιστὰς ἀνάγεσθαι χρὴ ἅπαντα. καὶ εἴπερ οὕτως ἅπαντες ἐπεχείρησαν εἰπεῖν τι περὶ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, πάντως ἄν που καὶ συνεφώνησαν ἀλλήλοις, ὥσπερ οἱ ἀριθμητικοί τε καὶ γεωμέτραι καὶ οἱ λογιστικοί· μαθεῖν γοῦν ἐστι παρ' ἐκείνων εὐθὺς κατ' ἀρχάς, ὁποῖον μέντοι δηλοῦται πρὸς ἑκάστου τῶν ὀνομάτων, οἷς μέλλουσι χρῆσθαι, τίνας δὲ προτάσεις ἀναποδείκτους παραλήψονται πρὸς τὸν λόγον, ἅσπερ δὴ καὶ ἀξιώματα καλοῦσιν, οἷον, ὅτι γραμμὴν μὲν ὀνομάζω μῆκος ἀπλατές, ἐπιφάνειαν δὲ τὸ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχον, καὶ τρίγωνον μὲν τόδε τι, τετράγωνον δὲ τόδε τι, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἕκαστον· εἶθ' ὅτι καὶ τοῖς τοιούτοις ἀξιώμασι χρήσοιτο, προειπών, ὡς τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἴσα ἔσται· μετὰ ταῦτ' ἤδη πειρᾶται δεικνύναι τὰ θεωρήματα, μηδὲν τούτων ἔξωθεν, ὧν ἐξ ἀρχῆς ὑπέθετο, προσλαμβάνων. οἱ πολλοὶ δὲ τῶν ἰατρῶν, ὡς οἶσθα καὶ αὐτός, Ἱέρων κράτιστε, πόθεν ἤρξαντο τῆς εὑρέσεως ἣν εὑρηκέναι φασίν, ἐρωτώμενοι, τοσοῦτον ἀποδέουσι τοῦ λέγειν ἀναποδείκτους τε καὶ ἅπασιν ὁμολογουμένας ἀρχάς, ὡς οὐδ' ἀποκρίνεσθαι σύμφωνον ἑαυτοῖς οὐδὲν ἐξευρίσκουσιν, ἀλλ' εὐρίπου δίκην ἄνω τε καὶ κάτω μεταβάλλονται, τἀναντία τιθέμενος ἕκαστος ἑαυτῷ, τοῦ λόγου προϊόντος, ὧν ἐξ ἀρχῆς ὑπέθετο. φαινομένας γοῦν εἰπὼν εἶναι τὰς κοινότητας ὁ σοφώτατος Θεσσαλός, ὀλίγον ὕστερον, οὐ μόνον οὐδένα τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν ἰδεῖν αὐτάς φησιν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν πρῶτον γεννήσαντα Θεμίσωνα· τούτῳ γὰρ οὖν δὴ μόνῳ παραχωρεῖ, καθάπερ πατρὶ τέκνα γνήσια, τὰς τερατώδεις ἐκείνας κοινότητας. εἶθ' οἱ μετ' αὐτοὺς ἅπαντες ἀλλήλοις τε καὶ τῷ Θεσσαλῷ διηνέχθησαν, οὔτε τὰς αὐτὰς εἰσηγούμενοι κοινότητας, οὔθ' ὅλως ἀλλήλοις ὁμολογοῦντες οὐδὲ καθ' ἕν, ὥσπερ σοι καὶ τοῦτο πολλάκις ἀπέδειξα, παρόντων αὐτῶν τῶν μεθοδικῶν· ἴσως δ' ἄν που καὶ γράψαιμι κατὰ πολλὴν σχολὴν, ὑπὲρ τῆς διαφωνίας αὐτῶν, ἀλλὰ νῦν γε τοσοῦτον εἰς τὰ προκείμενα προσήκει λαβεῖν, ὡς ἐχρῆν ἀρχηγοὺς αἱρέσεως καθισταμένους αὐτοὺς, ἐξηγήσασθαι πρότερον, ἐφ' ὅτου πράγματος ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ἐπιφέρουσιν, ὥσπερ οὖν καὶ οἱ ἐμπειρικοὶ ποιοῦσι, φαίνεσθαι μὲν λέγοντες τὰ ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπίπτοντα, γνώσκεσθαι δὲ τὰ μνημονευόμενα, φαίνεσθαι δ' ἅμα καὶ γνώσκεσθαι τὰ καὶ πρότερόν ποτε ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπεσόντα, καὶ νῦν ὁμοίως ὑποπίπτοντα. πότερον οὖν οὕτω καὶ αὐτοὶ φαίνε-

nec eius rei demonstrationem vllam afferat: ita hîc quoque ridiculus est, qui quicquam affirmat, quod demonstrare non possit. Ergo sicut in demonstratione de triangulo (neque enim recedendum nobis ab exemplo est, qui indoctos methodicos à disputatione nostra iam abegimus) ipsum, quod propositum est, ex duabus his propositionibus colligebatur, vnâ quæ spatium id, quod lateribus pedum quinque, & pedum duodecim continetur, sexaginta pedum effici dicit; alterâ, quæ triangulum dimidium eius esse spatij proponit, atque ostendit; harum vtraque rursus, vt demonstrationis fidem reciperet, alijs propositionibus egebat; mox illæ alijs, quoad peruentum ad primas esset; hæ verò, nec ex alijs, nec per demonstrationem, sed ex se fidem faciunt: sic arbitror & in ijs omnibus, quæ in medicina demonstrantur, ad primas & indemonstrabiles propositiones, & quæ ex se fidem faciant, omnia esse perducēda. Ac si omnes de medendi methodo sic dicere aliquid instituissent, prorsus sicuti inter Arithmeticos, Geometras, & Logisticos, ita inter ipsos quoque conuenisset; quippe apud quos discere ab ipso statim initio licet, quid quoque nomine, quo vsuri sunt, significetur; quas præterea propositiones indemonstrabiles (quæ axiomata vocant) ad disceptationem sint sumpturi, veluti lineam esse longitudinem citra latitudinem; superficiem, quæ longitudinem latitudinemque tantùm habeat; & triangulum esse hoc, quadrangulum illud, ac reliqua ad eundem modum. Ab his, vbi axiomata huiusmodi vsurpanda sibi esse prædixerint, scilicet, quæ eidem sunt æqualia, inter se etiam esse æqualia; & si æqualibus æqualia sint adiecta, tota fore æqualia; demonstrare theoremata iam tentant, nihil extra ea, quæ à principio præsumpserunt, adijcientes. Plerique tamen medicorum, sicut ipse scis, Hiero charissime, interrogati, vndenam principium inuentionis suæ sumpserint, tantùm abest, vt indemonstrabilia principia, & quæ omnibus hominibus in confesso sint, proferant, vt nec quod sibi ipsis consonum respondeant, inueniant; sed sursùm, ac deorsùm Euripi more agantur, contraria quisque in progressu sermonis ijs, quæ ab initio statuerunt, asserentes. Siquidem sapientissimus iste Thessalus, quum apparentes esse cōmunitates dixisset, paulò pòst non solùm non alium quenquam priorum medicorum vidisse eas asseuerat, sed nec ipsum, qui primus eas peperit, Themisonem. Huius nanque vnius esse monstrosas illas communitates fatetur, ceu patris legitimos filios. Post hos verò, qui sequuti sunt omnes, & inter se, & ab ipso Thessalo dissentiunt, nec easdem communitates tradentes, nec omninò inter se vel in vno concordantes. Id quod sæpenumerò tibi, ipsis etiam Methodicis præsentibus, ostendi; ac fortasse aliquando maius otium nactus, de eorum dissensione scribam. At nunc tantum saltem ad rem propositam sumi expedit, oportuisse eos, præsertim sectæ auctores, exposuisse priùs, de qua re singula nomina dici vellent; sicut Empirici faciunt, qui apparere ea dicunt, quæ sub sensum cadunt, nosci verò, quæ memoria tenentur; apparere simul, & nosci, quæ & antè aliquando sub sensum venerunt, & nunc simili modo veniunt. Nùm igitur ita ipsi quoque apparere communitates

munitates dicunt, ceu sensu cognitas, an & quæ ratione comprehendimus, apparentia nominant? Empirici nanque non admodùm concedunt quicquam ex ijs, quæ solâ ratione nosci videntur, apparens dici. Rursus veteres philosophi duplex esse genus apparentium decernunt; vnum, quod ipsi Empirici comprobant, nempe eorum, quæ sensu aliquo noscuntur, veluti albi, nigri, duri, mollis, calidi, frigidi, & similium; alterum eorum, quæ intelligentiæ primo occursu indemonstrabili patent, veluti, quę eidem sunt æqualia, ea etiam inter se esse æqualia; & si æqualibus æqualia addantur, tota etiam ęqualia fieri; & si ab æqualibus æqualia demas, quæ restant, etiam æqualia fore. Huius esse generis aiunt, & quòd nihil citra causam fiat; & quòd omnia ex ente quopiam; & quòd ex eo, quod omninò non sit, nihil fiat; simili modo, nihil corrumpi in id, quod antè non sit; item, quòd affirmare, vel negare de quoque sit necesse; aliáque id genus non pauca, de quibus in logicis tractatibus agitur, & ipse in commentarijs de demonstratione, quàm potui dixi clarissimè. De his inter eiusmodi principia, quæ logica nuncupamus, quidam Philosophorum contendunt atque ambigunt; hi tamen hactenùs saltem sunt modesti, quòd omni demonstrationi fidem abrogant, intelligentes (arbitror) tametsi id non dicunt, illud saltem se certò scire, nihil omninò demonstrari posse, si logicis principijs fides non sit adhibita. At qui eousque rudes, amentesque sunt, vt ne id quidem intelligere queant, hi demonstrare quidem conantur; cæterùm quæ, qualiáve, & quot demonstrationum principia sint, nec noscere, nec quærere volunt, nec alium docentem audire sustinent, sed absolutè pronunciant, & verba loquuntur, quæ nec quid significent, ipsi clarè explicare valeant. Meritò igitur eorum æmulis centum voluminum opera scribuntur, partim inuestigantibus, de quo quodq; nomen dici Thessalus voluerit, partim nihil tale inuenientibus, cui omnia ab eo particulatim dicta consentiant. Nam quæ demùm apparentes illæ communitates sint, aut quo modo apparentes, dicere non possunt, nec si iterum atque iterum totidem libros scripserint; quippe quod apparet, aut sub sensum omninò cadat oportet, aut sub intelligentiam vno semel occursu, vtrunque sine vllâ demonstrationis ope; quod verò intellectui se vno occursu non exhibet, protinùs id controuersum est, ac demonstratione eget, nec artem vllam à tali principio incepisse conuenit. Hæc si in logicis methodis exercuissent, & ipsi ea intelligerent, & tempus nostrum frustrà non contererent. Nunc quoniam inexercitati, rudésque, per amentiam audent demonstratione vti, priusquàm quid ea sit, didicerint, necesse est cum similibus sui, omnes aberrent, prorsúsque nugentur, ac eos, qui rectè demonstrant, minimè intelligant, sed tempus inaniter consumant. Ergo cum his nequaquàm, vt cum rationalibus animalibus, vel disputandum ampliùs est, vel iisdem impensè contradicendum, priusquàm didicisse, quænam res demonstratio sit, velint, & quatenùs exercitatum esse oporteat, qui eâ probè sit vsurus.

A σθαι λέγουσι τὰς κοινότητας, ὡς αἰσθήσει γνωριζομένας, ἢ καὶ τὰ διὰ λόγου λαμβανόμενα, φαινόμενα καλοῦσιν; οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, οὐ πάνυ τι συγχωροῦσιν οὐδὲν τῶν τῷ λόγῳ μόνῳ δοκούντων ἐγνῶσθαι, φαινόμενον ὀνομάζειν· οἱ δ' αὖ παλαιοὶ φιλόσοφοι, διττὸν γένος εἶναί φασι τῶν φαινομένων, ἓν μὲν, ὅπερ καὶ τοῖς ἐμπειρικοῖς ὁμολογεῖται, τῶν αἰσθήσει τινὶ διαγινωσκομένων, οἷον λευκοῦ καὶ μέλανος, καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ, καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τῶν ὁμοίων· ἕτερον δὲ τῶν ὑποπιπτόντων νοήσει κατὰ πρώτην ἐπιβολὴν ἀναπόδεικτον, B ὡς τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ὑπάρχειν ἴσα· καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα προστεθῇ, καὶ τὰ ὅλα ἴσα γίνεσθαι· καὶ ἐὰν ἀπὸ ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, καὶ τὰ λοιπὰ ἴσα εἶναι· τοῦ τοιούτου γένους εἶναι φασὶ καὶ τὸ, μηδὲν ἀναιτίως γίνεσθαι· καὶ πάντ' ἐξ ὄντος τινὸς, ἐκ δὲ τοῦ μηδόλως ὄντος οὐδέν· οὕτω δὲ καὶ τὸ φθείρεσθαι μηδὲν εἰς τὸ τέως οὐκ ὂν, καὶ τὸ, περὶ παντὸς ἀναγκαῖον ἢ καταφάσκειν ἢ ἀποφάσκειν, ἕτερά τε τοιαῦτα πολλὰ, περὶ ὧν ἐν ταῖς λογικαῖς πραγματείαις ἐπισκέπτονται, καὶ ἡμῖν δὲ C εἰς ὅσον οἷόν τε σαφέστατα διὰ τῶν περὶ ἀποδείξεως ὑπομνημάτων εἴρηται. περὶ τούτων ἐν ταῖς τοιαύταις ἀρχαῖς, ἃς δὴ καὶ λογικὰς ὀνομάζομεν, ἀμφισβητοῦσιν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων ἐρίζοντες· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, ἄχρι γοῦν τοσούτου σωφρονοῦσιν, ὡς ἀπιστεῖν ἀποδείξει πάσῃ, γινώσκοντες, οἶμαι, κἂν μὴ λέγωσιν, ὡς αὐτὸ γοῦν τοῦτο βεβαίως ἐπίστανται, τὸ μηδὲν ἀποδειχθῆναι δύνασθαι, τῶν λογικῶν ἀρχῶν ἀπιστουμένων· ὅσοι δ' ἄχρι τοσούτου σκαιοὶ καὶ ἀνόητοι τυγχάνουσιν ὄντες, ὡς μηδὲ αὐτῷ τούτῳ παρακολουθεῖν, ἀποδεικνύναι μὲν πειρῶνται, τίνες δὲ εἰσὶ καὶ ποῖαι καὶ πόσαι τῶν ἀποδείξεων ἀρχαὶ, μήτε γινώσκειν, μήτε ζητεῖν ἐθέλειν, μήτ' ἄλλου διδάσκοντος ἀκούειν ὑπομένειν, ἀλλ' ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι καὶ φθέγγεσθαι ῥή- D ματα, μηδ' ὅ, τι σημαίνει, σαφῶς εἰπεῖν δυνάμενοι. εὐλόγως οὖν ἑκατοντάβιβλοι πραγματεῖαι γράφονται τοῖς ἀπ' αὐτῶν, ἅμα μὲν ζητοῦσι καθ' ὅτου πράγματος ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ὁ Θεσσαλὸς ἐπέφερεν, ἅμα δ' οὐχ εὑρίσκουσιν οὐδὲν τοιοῦτον, ᾧ συμφωνήσει πάντα τὰ κατὰ μέρος ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα. τίνες γὰρ οὖν αἱ φαινόμεναι κοινότητές εἰσιν, ἢ πῶς φαινόμεναι, λέγειν οὐκ ἔχουσιν, οὐδ' ἂν πολλαπλασίους ἄλλας γράψωσι βίβλους. ἤτοι γὰρ αἰσθήσει πάντως ὑποπίπτειν χρὴ τὸ φαινόμενον, ἢ νοήσει κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἀθρόως, ἑκάτερα χωρὶς ἀποδείξεως· εἰ τι δ' ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ E κατὰ μίαν προσβολὴν εἰς γνῶσιν ἥκειν, εὐθὺς μὲν τοῦτο καὶ διαπεφώνηται πάντως, καὶ ἀποδείξεως δεῖται, καὶ τέχνην οὐδεμίαν ἀπὸ τοιούτου πράγματος ἄρχεσθαι προσήκει. ταῦτ' οὖν, εἰ μὲν ἐγυμνάσαντο κατὰ τὰς λογικὰς μεθόδους, αὐτοί τ' ἂν ᾔδεσαν, ἡμῶν τε οὐκ ἂν μάτην κατέτριβον τὸν χρόνον· ἐπεὶ δ' ἀγύμναστοι καὶ ἀμαθεῖς ὄντες, ἐξ ἀπονοίας ἐτόλμησαν ἀποδείξει χρήσασθαι, πρὶν ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἀπόδειξις μαθεῖν, ἀναγκαῖον ἤδη τοὺς τοιούτους ἅπαντας σφάλλεσθαι καὶ ληρεῖν μακρὰ, καὶ μηδὲ τοῖς ὀρθῶς ἀποδεικνύουσιν F ἀκολουθεῖν, ἀλλ' ἀναλίσκειν μάτην τὸν χρόνον. μὴ τοίνυν αὖθις, μηδ' ὡς ζώοις λογικοῖς ἔτι διαλεγώμεθα, μηδ' ἀντιλέγωμεν μακρὰ, πρὶν ἂν ἐθελήσωσι μαθεῖν, οἷόν τι πρᾶγμά ἐστιν ἀπόδειξις, ὅπως τε δεῖ τὸν μέλλοντα καλῶς αὐτῇ χρήσασθαι, γεγυμνάσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Περὶ τῆς τοῦ ὀνόματος τῆς νόσου ὑπογραφῆς, καὶ περὶ τῆς μεθόδου τοῦ καλῶς ὀνοματοθετεῖν.

Καί σοι τὸν ἑξῆς λόγον ἤδη ἅπαντα ποιήσομαι, χρώμενος ταῖς μεθόδοις, ἃς ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀποδείξεως ὑπομνήμασι κατεστησάμην. ὅτι τε γὰρ ἀρχαὶ πάσης ἀποδείξεώς εἰσι τὰ πρὸς αἴσθησίν τε καὶ νόησιν ἐναργῶς φαινόμενα, καὶ ὡς ἐπὶ πάντων τῶν ζητουμένων, εἰς λόγον χρὴ μεταλαμβάνεσθαι τοὔνομα, δι' ἐκείνων ἀποδέδεικται. νυνὶ δ' ὅπως μὲν ἢ εὑρίσκειν, ἢ ἀποδεικνύναι προσήκει, λέγειν οὐ πρόκειται, τοῖς δ' ἤδη μεμαθηκόσι τε καὶ ἠσκηκόσιν, ἅμα μὲν ἀποδοῦναί τινα καρπὸν τῶν πόνων εὐκαιρότατον, ἐξευρόντας οὐ σμικρὸν πρᾶγμα τὸ νῦν ἡμῖν προκείμενον· ἅμα δ' εἴ τινες ἐπιθυμηταὶ τῆς μεγίστης τέχνης εἰσίν, ἣ περὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου καταγίνεται, προγυμνάσαι καὶ τούτους εὔλογον ἐν τοῖς σμικροτέροις· τούτου γὰρ χρὴ μάλιστα κατὰ πάσας τὰς μεθόδους ἀντέχεσθαι, τὸ γυμνάζεσθαι κατ' αὐτὰς ἐπὶ πολλῶν πολλάκις προβλημάτων μικροτέρων, πρὶν ἐπιχειρεῖν τοῖς μείζοσιν. ἥδ' οὖν ἡμῖν ἀρχὴ τῆς ἀληθοῦς ἔστω διδασκαλίας, ἣν αὖ εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἐποιησάμεθα, ζητοῦντές τε τὴν τέχνην αὐτοὶ καὶ ὑφηγούμενοι ἑτέροις μηδέπω διεστραμμένοις, οὕτως, ὥστ' ἐπεὶ πρόκειται θεραπείας εὑρεῖν ἁπάντων τῶν νοσημάτων, ἀναγκαῖον ἐπίστασθαι πρότερον, ὁπόσα τὰ σύμπαντά ἐστιν· ἀλλ' ἐπεὶ μήτε διαφορὰς, μήτε εἴδη δυνατὸν ἐξευρεῖν γένους μηδενὸς, ἄνευ τοῦ βεβαίως αὐτὸ τὸ τεμνόμενον ἐπίστασθαι, χρὴ δήπου καὶ νῦν, ὅ, τί ποτέ ἐστι νόσημα, περὶ λόγου διελθεῖν, ἵν' οὕτως ἐπιχειρήσωμεν ὀρθῶς αὐτοῦ τῇ διαιρέσει. πῶς οὖν ἐξεύρωμεν αὐτὸ ὀρθῶς μεθόδῳ; πῶς δ' ἄλλως, ἢ ὡς ἐν τοῖς περὶ ἀποδείξεως ἐλέγετο; τῆς ἐννοίας πρότερον ὁμολογηθείσης, ἧς χωρὶς οὐχ οἷόν τε ἐστὶν εὑρεθῆναι τὴν οὐσίαν τοῦ προκειμένου πράγματος· αὐτὴν δὲ τὴν ἔννοιαν ὁμολογουμένην ἅπασιν ἐλέγομεν χρῆναι λαμβάνειν, ἣ οὐδ' ἂν ἀρχὴν δεόντως ὀνομάζεσθαι. τίς οὖν ὑπὸ πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων ὁμολογουμένη περὶ τοῦ νοσεῖν ἔννοια; καὶ κατὰ τίνος μάλιστα φέρουσιν ὑποκειμένου πράγματος, τουτὶ τὸ ῥῆμα τὸ νοσεῖν; ἆρ' οὐκ ἐπειδὰν μὲν ἀνεμπόδιστοι ταῖς ἐνεργείαις ἁπάντων ὦσι τῶν τοῦ σώματος μορίων, ὑγιαίνειν τε σφᾶς αὐτοὺς τηνικαῦτά φασι, καὶ οὐδὲν οἴονται δεῖσθαι τῶν ἰατρῶν· ἐπειδὰν δὲ τῶν κατὰ φύσιν ἔργων τοῦ σώματος ὁτιοῦν αἰσθάνωνταί σφισιν ἢ κακῶς ἢ μηδόλως ἔτι γινόμενον, ἡγοῦνταί γε νοσεῖν ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος, οὗ τὴν ἐνέργειαν ὁρῶσι βεβλαμμένην, ἰατρῷ τε συμβούλῳ χρῶνται περὶ τῆς ἰάσεως; ἐγὼ μὲν οὕτως ὁρῶ πάντας ἀνθρώπους τῷ τε τῆς ὑγείας καὶ τῷ τῆς νόσου χρωμένους ὀνόματι, καὶ τὴν ἔννοιαν ἣν εἶπον, ἅπαντας διασώζοντας, ἐπί τε τούτων αὐτῶν, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων ἁπάντων. καὶ γὰρ ὑγιαίνειν ἐκεῖνον ὑπειλήφασιν, ᾧ μηδεμία βέβλαπται μηδενὸς ἐνέργεια μορίου, καὶ νοσεῖν, ᾧ βέβλαπται· καὶ ὑγιαίνων οὗτος ὀνομάζεται παρ' αὐτοῖς, ᾧ πάντα τοῦ σώματος τὰ μόρια κατὰ φύσιν ἐνεργεῖ, καὶ νοσῶν, ᾧ βέβλαπταί τι· καὶ οὐδεὶς ὅλως Ἑλλήνων οὔτ' ὠνόμασεν ἄλλως, οὔτ' ἐπ' ἄλλο τι πρᾶγμα φέρει τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἕκαστον, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐδείξαμεν ἐν τῇ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων ἐξηγήσει, καὶ αὐτοῦ γε τούτου μέ-

CAPVT V.

De descriptione nominis morbi, ac de Methodo nominum rectè imponendorum.

AC tecum iam omnem deinceps sermonem conferam, & illis vtar methodis, quas in commentariis de demonstratione tradidi. Quippè non solùm principia omnis demonstrationis esse ea, quæ tum sensui, tum intelligentiæ manifestè se exhibent, sed etiam in omni re quærendâ, nomen ipsum assumi in disputationem oportere, in illis docuimus. Nunc verò neutrum præcipere statui, nec quemadmodùm inuenire, nec quemadmodùm demonstrare conueniat; sed iis, qui iam didicerunt, & exercitati sunt, simul aliquem laboris opportunum fructum reddere; inuentâ nimirum non tenui re, quam nunc instituimus; simul, siqui sunt, quibus artium maxima cordi est, quæ circa animum hominis versatur, ipsos quoque in minoribus priùs exercitare conuenit. Nam id maximè seruare in omni methodo oportet, vt in ea te multis sæpè leuioribus problematis priùs exerceas, quàm maioribus manum admoueas. Hoc igitur nobis veræ disciplinæ principium esto, quod vtique statim inter initia facturi fueramus, tum artem ipsi inquirentes, tum aliis præeuntes, qui adhuc peruersi non essent, hoc modo. Quoniam omnis morbi curationem inuenire propositum est, necesse est omnium numerum priùs sciri. At quoniam fieri nequit, vt aut differentias generis vllius, aut species inuenias, ipso, quod diuiditur, non planè explorato, oportet profectò nunc etiam, quid morbus sit, narremus, quò sic diuisionem eius ritè adeamus. Quâ igitur ratione id methodo inueniamus? Quânam aliâ, nisi eâ, quam in libris de demonstratione præcepimus? *Nempe* vt de notione ipsa priùs conueniat, quum sine hac, propositæ rei substantiam inuenire non liceat. Ipsam verò notionem, quæ omnibus cõcessa sit, sumendam diximus, vt quæ aliàs principium iure non dicatur. Quæ igitur est de ægrotando ab omnibus hominibus concessa notio? & de qua maximè subiectâ re verbum hoc, ægrotare, enunciant? Nunquid, vbi citra offensam, omnium corporis partium actiones obeunt, & valere se tunc dicunt, & minimè medicis egere putant; vbi verò earum, quæ secundum naturã sunt, corporis actionũ senserint quampiam vel malè fieri, vel prorsùs non fieri, & ægrotare se illâ parte corporis existimant, cuius actionem læsam vident, & medicum de remedio consulunt? Ego sanè omnes homines ita video tum morbi, tum sanitatis nomen vsurpare. Quinetiam eam, quam dixi, notionem omnes obseruant; non in his modò nominibus, sed etiam nihilo minùs in omnibus, quæ cum his coniugata sunt, tum nominibus, tum verbis. Etenim & sanum esse illum existimant, cui nullius partis actio sit læsa; & ægrotare, cui sit vitiata; & sanum eum nominant, cuius omnes corporis partes actiones suas secundum naturam edunt; & ægrotantem, cui pars aliqua læsa sit. Nec quisquam omninò Græcorum, aut aliis nominibus vtitur, aut de alia re enunciat iam dictorum nominum quodvis; id quod diffusè in medicorum nominum interpretatione ostendimus. Atque hoc saltem

tem mihi per omnem disceptationem memoriâ teneri maximè velim, nominum quidem interpretationem ex Græcorum me consuetudine facturum (sicut in commentariis de demonstratione dixi) ipsius autem rerum essentiæ tum inuentionem, tum inquisitionem, tum demonstrationem, non ex iis, quæ multitudini videntur, imò ex sumptionibus scientificis, de quarũ inueniendi ratione in illis est proditum. Ergo accepto eo, quod omnes concedunt, principio, nempè illud in medendi methodo propositum esse, vt ægrotis corporibus sanitas comparetur, id est, vt ad naturalem statum partium actiones, si oblæsæ sint, instaurentur; iam quod deinceps est, inquiremus, quot numero in totum res sint, quæ loco inter se sibi sunt propinquæ; necubi aliqua, procedente sermone, vel pro morbis accipiamus, quum sint his similia, vel pro sanitate, quum ad huius naturam propè accedant. Proponamus autem claritatis causâ partes aliquas, in quibus confirmetur, quod dicimus; ac primùm quidem ante cæteras, oculũ. De hoc igitur omnibus hominibus, non medicis modò, sed etiam aliis quibuslibet conuenit, eius opus esse, vt videat. Seu verò opus, seu actionem inter loquendum dicam, in præsentia saltèm non refert. Ad eundem modum, nec si quis aspicere, oculorum esse opus dixerit; nec si quis aspectum, aut visionem, aut quomodocunque aliter nominet, quicquam refert; quando etiamsi quis solœcismum committens nominet, ad rei ipsius scientiam nihil id afferat incommodi, modò, de qua re nomẽ pronunciet, clarè explicet, in hoc enim præcipua doctrinæ vis est. Nominetur igitur oculus pars corporis; neque hîc referat, partémne, an particulam quis dixerit. Quicquid enim totum complet atque integrat, id totius videlicet corporis, quod complet, particula, siue pars nominatur. Est enim pars ex ijs, quæ ad aliquid dicuntur, quippè pars totius integríque pars dicitur; æquè profectò, vt totum & integrum per relationem ad partes & particulas proprias nominatur; éstque sicuti dextrum ad sinistrum, & sinistrum ad dextrum, ita & totum ad partem, & pars se habens ad totum. Ergo siquis hac seruatâ notione, malit partem dicere, quam particulam; aut siquis contrà, particulam potiùs, quàm partem; is mihi ad rerum inuentionem impedimento non sit; cæterùm imperitum se linguæ Græcæ prodit; quemadmodùm certè, siquis integrum à toto secernat, is quoque linguæ Græcæ est ignarus. Dictum verò alibi (vt scis) diffusè de nominum vsu est. Ac nunc, quantum satis ad rem sit propositam, adijciam, illud duntaxat indicans, non oportere nominibus seduci, nec, qui in ijs dissentiunt, hos statim in rebus quoque ipsis dissentire putare. In quo genere omnes (vt vno verbo dicam) non medicos modò nostræ tempestatis, sed etiam philosophorum plerósque parùm exercitatos vides; vt quorum paucissimi nominum diuersitatem à rerum diuersitate distinguere norint. Verùm huius quoque rei methodum in Logicis speculationibus tradidimus, cuius opportunitas, si quando aliàs, vtique nunc quoque ad vsum venit. Quænam igitur fuit ea methodus? Vt à rerum incipias differentia,

A μνησό μοι διὰ παντὸς τοῦ λόγου μάλιστα, διότι τὰς μὲν τῶν ὀνομάτων ἐξηγήσεις ἐκ τῆς τῶν Ἑλλήνων συνηθείας ποιησόμεθα· καθότι κἀν τοῖς περὶ τῆς ἀποδείξεως ὑπομνήμασιν ἐλέγετο· τὰς δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ πράγματος εὑρέσεις τε καὶ ζητήσεις, καὶ ἀποδείξεις, οὐκέτ' ἐκ τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιστημονικῶν λημμάτων, ὑπὲρ ὧν τοῦ τρόπου τῆς εὑρέσεως ἐν ἐκείνοις εἴρηται. λαβόντες οὖν ἀρχὴν ὁμολογουμένην ἅπασιν, ὡς ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ τοῦτ' εἴη τὸ προκείμενον, ὑγείαν ἐκποιεῖσθαι τοῖς νενοσηκόσι σώμασι, τουτέστι τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας τῶν μορίων, εἴπερ βεβλαμμέναι τύχοιεν, ἐπανορθοῦσθαι· τὸ μετὰ τοῦτ' ἤδη ζητήσομεν, ὁπόσα
B τὰ σύμπαντά ἐστι κατὰ τὸν τόπον ἀλλήλοις παρακείμενα πράγματα, μή που τύχωμέν τινα, τοῦ λόγου προϊόντος, ἢ νοσήματα νομίσαντες, ὅταν ᾖ παραπλήσια τούτοις, ἢ ὑγείαν, ὅταν καὶ τῇ ταύτης φύσει πλησιάζῃ. προκεχειρίσθω δέ τινα μόρια σαφηνείας ἕνεκεν, ἐφ' ὧν ὁ λόγος ἡμῖν πιστωθήσεται· πρῶτον μὲν ἁπάντων ὀφθαλμός· ὁμολογεῖται γὰρ οὖν ἐπὶ τούτου πᾶσιν ἀνθρώποις, οὐκ ἰατροῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τυχοῦσιν, ὡς ἔστιν ἔργον αὐτοῦ τὸ βλέπειν. εἴτε δ' ἔργον εἴποιμι κατὰ τὸν λόγον, εἴτ' ἐνέρ-
C γειαν, οὐδὲν ἔν γε τῷ νῦν διαφέρει· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδ' εἰ τὸ βλέπειν εἴποι τις ἔργον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν, οὐδ' εἰ τὴν βλέψιν, οὐδ' εἰ τὴν ὄψιν ἢ τὴν ὅρασιν, ἢ ὅπως ἂν ἄλλως ὀνομάσῃ, διαφέρει· καὶ γὰρ εἰ σολοικίζων ὀνομάσοι, πρός γε τὴν αὐτὴν τοῦ πράγματος ἐπιστήμην οὐδὲν τοῦτο βλάπτει, μόνον εἰ καθ' ὅτου πράγματος φέρει τοὔνομα, [17] διηγήσοιτο σαφῶς, ἐν τούτῳ γάρ ἐστι τὸ κῦρος τῆς διδασκαλίας. ὀνομαζέσθω τοίνυν
D ὀφθαλμὸς μὲν, τὸ μόριον τοῦ σώματος· οὐδὲν οὐδ' ἐνταῦθα διαφέρον, εἴτε μέρος, εἴτε μόριον εἴποι τις· ὅ, τι γὰρ ἂν ᾖ τοῦ παντὸς συμπληρωτικὸν, ἐκεῖνο μόριόν τε καὶ μέρος ὀνομάζεται, τοῦ ὅλου δηλονότι σώματος, οὗ συμπληρωτικὸν ὑπάρχει. ἐν γὰρ τῷ πρός τι, τὸ μέρος· ὅλου γὰρ καὶ παντός ἐστι τὸ μέρος, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον, πρὸς τὴν τῶν οἰκείων μερῶν τε καὶ μορίων ἀναφορὰν ὀνομάζεται, καὶ ἔστιν ὥσπερ τὸ δεξιὸν πρὸς τὸ ἀρι-
E στερὸν, καὶ τὸ ἀριστερὸν πρὸς τὸ δεξιὸν, οὕτω καὶ τὸ πᾶν πρὸς τὸ μέρος, καὶ τὸ μέρος πρὸς τὸ πᾶν. εἴ τις οὖν ταύτην φυλάττων τὴν ἔννοιαν, αἱρεῖται μέρος λέγειν, οὐ μόριον, ἢ εἴ τις ἔμπαλιν οὐ μόριον ἀλλὰ μέρος, ἐμοὶ μὲν οὐδὲν εἰς τὴν εὕρεσιν τῶν πραγμάτων ἐμποδίζει, δείκνυσι δ' αὐτὸν ὀψιμαθῆ τῆς τῶν Ἑλλήνων φωνῆς· ὥσπερ γε καὶ εἴ τις ὅλον καὶ τὸ πᾶν διαιρεῖ, καὶ οὗτος ἀγνοεῖ τὴν τῶν Ἑλλήνων διάλεκτον. εἴρηται δ', ὡς οἶσθα, περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων χρήσεως ἐπὶ πλέον ἑτέρωθι, καὶ νῦν ὅσον ἀναγκαῖον εἰς τὸ προκείμενον, δίειμι, τοῦτ' ἐνδεικνύμενος μόνον, ὡς οὐ χρὴ παρέλκεσθαι τοῖς ὀνόμασιν, οὐδὲ τοὺς ἐν τούτοις διαφερομένους, ἤδη
F κἀν τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι διαφέρεσθαι. καὶ τούτου δ' αὐτοῦ πάντας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁρᾷς ἀγυμνάστους, οὐ τοὺς ἰατροὺς μόνον τοὺς νῦν ὄντας, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς πλείστους· ὀλίγοι γὰρ αὐτῶν ἴσασι διακρίνειν τὰς ἐν τοῖς ὀνόμασι διαφωνίας, τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' ἐδείχθη καὶ ἡ τούτου μέθοδος ἐν τῇ λογικῇ θεωρίᾳ, καὶ νῦν ἥκει καιρὸς αὐτῆς, εἴπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτε. τίς δ' ἦν ἡ μέθοδος; ἢ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἄρξασθαι διαφορᾶς;

οὐκ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, καὶ δεῖξαι, λόγου χάριν, ἀλλήλοις παρακείμενα τέτταρα πράγματα, κἄπειθ' ἑξῆς ἀποδείξει βεβαιώσασθαι τὸ, μήτε πλείω τούτων εἶναι μήτ' ἐλάττω τὰ κατὰ τὸ προκείμενον σκέμμα περιεχόμενα· μετὰ τοῦτο δ' ἤδη καὶ καθ' ἕκαστον τῶν πραγμάτων ἴδιον ὄνομα θέμενον, οὕτω περαίνειν ἅπαντα τὸν ἑξῆς λόγον, οὐκέτ' οὐδαμόσε μετατιθέντα καὶ μεταφέροντα τῶν ὀνομάτων οὐδέν, ἀλλ' ἀκριβῶς διαφυλάττοντα καθ' ὅτου περ ἂν αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς ἐπιτίθηται πράγματος. καὶ γὰρ σαφὴς οὕτως ἡ διδασκαλία γίνεται καὶ τῶν παρὰ τὰς ὁμωνυμίας σοφισμάτων ἐκτός, καὶ ῥᾳδίως ἐξελέγχεται τὰ μάτην προσκείμενα, καὶ διὰ ταχέων εὑρίσκεται τὰ λείποντα, καὶ τά τε διαφωνούμενα καὶ τὰ συμφωνούμενα, μάλιστα ἐν ταῖς τοιαύταις ἑρμηνείαις ἀκριβῶς γνωρίζεται.

non autem nominum; tum ostendas, quatuor, exempli gratiâ, esse res, quæ in vicino sunt positæ; post deinde, vt demonstratione confirmes, neque plura esse, neque pauciora, quę in proposita disceptatione contineantur; postremò, vt accommodato rerum cuique suo nomine, sic reliquum sermonem absoluas, nec mutans dehinc, nec transferens nomen vllum, sed, cui rei ipse ab initio imposueris, de eâdem perpetuò vsurpans. Quippè ita & dilucida doctrina efficitur, atque à cauillationibus, quas homonymia parit, libera; & quod frustrà est additum, facilè deprehenditur, & quod deficit, citò inuenitur, & quæ consonant dissonántque, maximè in eiusmodi explicationibus exactè discernuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Τί δήποτε τὸ ἐνεργεῖν καὶ τὸ πάσχειν, ἐπὶ παραδείγματι τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ· τί ἡ φορὰ καὶ ἡ ἀλλοίωσις, μέρος τε καὶ ὄργανον.

Λεγέσθω δὴ πάλιν ἡμῖν ἀναλαβοῦσιν. ὄψις μὲν, ὀφθαλμῶν ἐνέργεια, διάλεξις δὲ γλώττης, βάδισις δὲ σκελῶν· ἡ δ' ἐνέργεια πάλιν αὐτὴ, κίνησις δραστική· τούτων δ' αὐτῶν, ἡ μὲν κίνησις, ἐξάλλαξις τοῦ προϋπάρχοντος· ἡ δραστικὴ δὲ, ἡ ἐξ ἑαυτοῦ, ὥσπερ γε καὶ παθητικὴ κίνησις ἡ ἀπό τινος τῶν ἔξω· οἷον ἡ μὲν πτῆσις, ἐνέργεια τοῦ ζώου τοῦ πτηνοῦ, καὶ ἡ βάδισις, τοῦ βαδιστικοῦ· τὸ δ' ὑφ' ἑτέρου φερόμενον, ὡς ἀμείβειν τόπους, οὐκ ἐνεργεῖν, ἀλλὰ πάσχειν ἐστίν. ἐνήργησε μὲν γὰρ ὁ βαδίσας ἐκ Πειραιέως ἐπὶ Σούνιον, ἐκινήθη γὰρ δραστικῶς, τουτέστιν ἐξ ἑαυτοῦ τε καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν· ἔπαθε δ' ὁ πλεύσας ἐπὶ τὸ Σούνιον ἐκ τοῦ Πειραιέως, ὠχήθη γὰρ ὑπὸ τῆς νεώς. ἐπεὶ δ' ἐξάλλαξιν εἴπομεν εἶναι τοῦ προϋπάρχοντος, τὴν κίνησιν, ἐξαλλάττεται δὲ διχῶς τὸ προϋπάρχον, ἢ κατὰ ποιότητα, ἢ κατὰ τόπον· ἡ μὲν οὖν κατὰ τόπον ἐξαλλαγὴ αὐτοῦ, φορὰ ὀνομάζεται, ἡ δὲ κατὰ ποιότητα μεταβολὴ, ἀλλοίωσις· ὥστε εἶναι φορὰν μὲν, ἐξάλλαξιν, ἢ ὑπάλλαξιν, ἢ ἀλλαγὴν, ἢ μεταβολὴν τοῦ προϋπάρχοντος τόπου (ἐξεπίτηδες γὰρ ἐχρησάμην πολλοῖς ὀνόμασιν, αὐτὸ τοῦτ' ἐνδείξασθαι βουλόμενος, ὡς ἔνεστι παμπόλλους ὁρισμοὺς ποιεῖν ἑνὸς πράγματος, ἐν ταῖς φωναῖς μόνον, οὐκ ἐν τοῖς νοήμασι διαφέροντας) ἀλλοίωσιν δ' ἢ μεταβολὴν κατὰ τὸ ποιὸν, ἢ ἀλλαγὴν τῆς προϋπαρχούσης ποιότητος, ἢ ὑπαλλαγὴν κατὰ τὸ ποιὸν, ἢ ὑπάλλαξιν ποιότητος, ἢ ὅπως ἂν ἄλλως ἐλπίσῃς μάλιστα συνήσειν τοῦ λεγομένου τὸν ἀκούοντα· τὸ γὰρ πολυειδὲς τῆς ἑρμηνείας, εἰς τοῦτ' ἔσται σοι χρήσιμον. ἡ μὲν οὖν ὄψις (αὖθις γὰρ ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἰτέον) ἐνέργεια τοῦ μέρους ἐστίν· ὁ δ' ὀφθαλμὸς αὐτὸς, τὸ τοῦ ζώου μόριον· οὐδὲν γὰρ ὡς εἴρηται διαφέρει, μόριον εἰπεῖν, ἢ μέρος. ὄργανον δὲ ὀνομάζω μέρος ζώου τελείας ἐνεργείας ἀπεργαστικὸν, οἷον ὀφθαλμὸν ὄψεως, καὶ γλῶτταν διαλέκτου, καὶ σκέλη βαδίσεως· οὕτω δὲ καὶ ἀρτηρία, καὶ φλὲψ, καὶ νεῦρον, ὄργανά τε καὶ μόρια ζώων ἐστί. κατὰ ταύτην γοῦν τὴν χρῆσιν τῶν ὀνομάτων, οὐ πρὸς ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ὁρισθεῖσαν, ὁ μὲν οὖν ὀφθαλμὸς ὀνομασθήσεται καὶ μόριον ζώου, καὶ μέρος, καὶ ὄργανον· ὁ δὲ κερατοειδὴς χιτὼν, μόριον μὲν, καὶ μέρος, ὄργανον δ' οὔ· κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ὁ ῥαγοειδὴς, καὶ ὁ ἀραχνοειδὴς, καὶ ὁ ἀμφιβληστροειδής· ἕκαστος γὰρ τούτων, πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα, μόριόν ἐστιν ὀφθαλμοῦ, διότι δὲ καὶ προσώπου, διὰ τοῦτο κἀκεῖνοι,

CAPVT VI.

Quidnam actio & passio, exemplo visus, & oculi; quid latio, & alteratio, pars, & instrumentum.

Ergo illud repetamus denuò. Visus, oculorum actio est; loquutio, linguę; incessus, crurum. Ipsa rursùs actio, motus est actiuus. At horũ ipsorũ, motus, prioris habitûs est immutatio; actiuus, qui à se editur; vt & passiuus motus, qui ab aliquo externo excitatur; veluti volatus, actio est animalis volatilis; & incessus, animalis gressilis; quod autẽ ab alio sic agitur, vt locũ mutet, id vtique non agit, sed patitur. Egit nanque, qui ex Piræo Suniũ incessit, quippè motus actiuè est, idest, ex se ipso, & propriâ naturâ; contrà passus est, qui ex Piræo Sunium nauigauit, vtpotè qui naui vectus est. At quoniam motum prioris esse habitûs mutationem diximus; ea verò immutatio dupliciter fit, nempè aut in qualitate, aut in loco; vtique mutatio, quæ in loco agitur, latio dicitur, quæ in qualitate, alteratio; ita videlicet, vt latio sit immutatio, vel demutatio, vel mutatio, vel permutatio prioris loci (de industria enim multis sum vsus nominibus, maximè scilicet indicare studens, quòd licet vnius rei multas definitiones efficere, quæ vocibus tantùm, non etiam notionibus differant) alteratio verò, vel mutatio in qualitate, vel demutatio eius, quæ priùs fuit, qualitatis, vel immutatio in qualitate, vel trãsmutatio qualitatis, vel quomodocunque aliter auditori, quod dicitur, clarum fore speraueris; quippè huc tibi varietas interpretationis sit vtilis. Ergo visio (nam redeundum ad oculum est) actio partis est; oculus verò ipse, animalis est pars; nam particulam, an partem dicas (vt prædiximus) nihil refert. Instrumentum verò appello animalis partem, quæ perfectam edit actionẽ; veluti oculus visionem, & lingua loquelam, & crura incessum. Sic & arteria, & vena, & neruus, tum instrumenta, tum partes animalium sunt. Pro hoc nanque nominũ vsu, non à nobis modò, sed etiã à veteribus Græcis definito, oculus quidem, & pars animalis, & particula, & instrumentum vocabitur; cornea verò tunica, particula quidem, & pars, non autem instrumentum. Simili modo & vuea, & aranea, & reticulata; harum enim singulæ primùm quidem ac maximè oculi particulæ sunt; at quia is etiam faciei *pars est*, itidem & illæ faciei *sunt partes*,

sed

ſed ſecundâ quâdam ratione; ita verò & totius corporis *partes ſunt*, proptereà quòd facies ipſa totius corporis eſt pars. Similaris verò pars eſt, ſicut ipſum clarè indicat nomen, quæ vndique in ſimiles diuiditur particulas, veluti in oculo vitreus humor, & cryſtallinus, & tunicarũ propria cuiuſq; ſubſtãtia. Porrò hæc latiùs indicata ſunt in diſſectionum cõmentariis. Hîc verò ea tantũ dixiſſe ſat eſt, quorũ ad id, quod inſtat, meminiſſe eſt opus. Eſt autem opus oſtendere, in ſingulis partibus plura ineſſe, quæ inter ſe diſſideant, nec tamen à medicis quibuſdã ſint percepta; hoc autẽ vtile eſſe prædiximus, vt nominibus rectè vtamur, vtiq; cuius cauſâ nunc etiam id tractãdum ſuſcepimus; indicabitur autem & ad ipſam nobis propoſitã methodũ maximè neceſſariũ. Eſt enim inſtrumentum oculus, actio verò viſio; vna ex particulis eius ſimilaris, ac primùm viſionis inſtrumentum, cryſtallinus humor, ſicuti in libris, vbi de iis egimus, demonſtratum eſt; id nanq; eſt, quod alterari debet ab aliquo extrinſecùs occurrentium colorum, vt animal videat; alterari verò nõ potuit, niſi purum omninò, perſpicuumque eſſet. At purum ita pellucidúmque eſſe non poteſt ſine eo, quod nunc obtinet, temperamento; quippe oſtenſum eſt, vnamquamque rerum talem eſſe, qualis eſt, propter calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperamentum. Ideóque ſiquid horum magnoperè immutatum ſit, aut planè non videbit, aut malè videbit animal. Verùm hoc nobis parùm adhuc conſtat, modò artem quærere orſis; nec oportet aliquid ex ijs, quæ pòſt ſunt inquirenda, velut ſcitum præſumere; nec ipſe huius gratiâ, eorum, quæ de cryſtallino alibi demonſtraui, mentionem feci, ſed claritatis causâ eorum, quæ nunc ſunt dicenda. Videntes enim oculum probè actionem ſuam obire, ac rursùs nequaquàm videre; atque illud ſanitatem eius, hoc morbum, vel affectum, vel quicquid libet, vocantes, nihil enim ad rem propoſitam refert; quærimus deinceps, quæ demùm ſit eius læſionis cauſa.

CAPVT VII.

Aduerſus Theſſalum, Iulianum, Olympicum, & reliquos Methodicos, de ſanitatis, ac morbi definitione.

naturam affectus moratus, morbus sit censendus; ita illi nobis concedant illam permansionem subtrahere. Nã, si quis, siue tribus horis, siue quatuor, siue horæ tantum dimidio, toto corpore vehementer sit arreptus, sic, vt neq; sentiat neq; moueatur, hunc nos apoplexiâ correptum dicimus: Aequè, si quis conuulsus toto cõpore sit, hunc etiam comitiali morbo laborare; nullâ nec horarũ, nec dierũ ratione habitâ; quippe nomina id genus, naturæ rei, non tẽporis modi sunt indicia; nõ aliter credo, quam album, & nigrum, & calidum, & frigidum: alioqui mirum mehercule sit, si aqua calida, calida non sit, nisi perpetuum diem talis perduret; aut qui sex horis febricitauit, non febricitauerit; oportuisse enim vt febricitauerit, durasse malum; quanquam quod tempus id sit, quod permansionem, iusta-ne fuerit, aut secùs, determinet, nemo eorum tradidit: vtrúmne dierum aliquis numerus sit, an mensiũ, an horarũ; aut cur durabile dicant, cum licuerit diuturnum dicere; aut cur hæc quidem mutãtes nonnulli eorum, difficile solutu dicant? At certè hoc non absolutè morbi, sed diuturni morbi proprium est; perinde ac existimo, facilè solubile, breuis. Verum existimare, referre, ægrè solubilem, an durabilem, an diuturnũ dixeris, nõne extremæ est inscitiæ? Iam illud profectò magis mirũ, quod ipsi velut è graui somno experrecti, distinguere pathos à symptomate aggrediuntur; quum auctor stipiditatis eorum in secundo de methodo, sic scribat: *Eadem nanque, quum præcedunt, pathea dicuntur: quum succedunt, symptomata*. Quanuis etiam longè mirabilius hoc ipsum sit, quam ea, quæ ab illis dicuntur, vtique iecoris phlegmonen, si primo statim die irruat, nostrum esse concedere; sin alteri cuipiam secundo, aut tertio die succedat, inter symptomata referre; quãquam quid diem secundum memoro, quum melius sit horam secundam à morbi inuasione dicere? non enim in secundo die phlegmone iecoris symptoma fiet, in secunda ab initio hora, aliud quidpiam, non symptoma: nam alicui quod præcessit, superuenire, omninò competet. At, quod tam celeriter, inquiunt, superuenit, ab eo, quod vnà irruit, non distat. Rursum igitur dictum ab illo clarè oportuit, quot horis determinet, distinguátque, quod superuenit, ab eo quod vnà inuadit. Ac Thessalus quidem eiusmodi est. Olympicus verò, ceu in arcem ipsam sapientiæ euectus, non ita pathos à symptomate discernit, sed pathos id esse ait, quod dictum est, symptomata verò, quod huic accidit; mirificè videlicet, ac dilucidè essentiam eius interpretatus; quippe, quid ipsum symptoma, quod pathos comitatur, sit, adijcere (vt arbitror) ac definire oportuit, num corporis aliquis affectus, num læsio alicuius actionis, num pariter, vtrumque esset? At illi quidem minimè id dicunt, sed nobis videlicet diuinare est opus. Illud verò, quod definitioni apposuit, nempe specialem, atque etiam magis particularem in ijs, quæ præter naturam sunt, figurationem habens, excellentiam claritatis habet, atque etiam nominum græcam, perlepidámque interpretationem. Si magis specialem quandam figurationem, in ijs, quæ præter naturam sunt, symptoma habere; quid ergo, est quod magis generalem notam habet? non enim dixisti, an sine collatione ad generale, magis speciale liceat inuenire. Sin ad nihil omninò referens, magis speciale pronunciat, oppidò quam

διάθεσις παραμείνασα, νόσος ἐστίν, οὕτως ἡμῖν συγχωρείτωσαν ἀφαιρεῖν τὸ ἐπίμονον· εἴτε γὰρ τρισὶν ὥραις, εἴτε τέτρασιν, εἴτε καὶ ἡμίσει μόνον ὥρας, ὅλῳ τις τῷ σώματι καταληφθείη σφοδρῶς, ὡς μήτ' αἰσθάνεσθαι μήτε κινεῖσθαι, τοῦτον ἡμεῖς ἀπόπληκτον ὀνομάζομεν· ὥσπερ εἰ καὶ σπασθείη σύμπαντι τῷ σώματι, καὶ τοῦτον ἐπίληπτον· οὐδ' ὡρῶν ἀριθμόν, οὐδ' ἡμερῶν ἔτι προσλογιζόμενοι. μόνης γὰρ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, οὐ τῆς τοῦ χρόνου ποσότητος ὑπάρχει δηλωτικὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων, ὥσπερ οἶμαι καὶ λευκόν, καὶ μέλαν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν· ἢ θαυμαστὸν ἂν εἴη τὸ ὕδωρ τὸ θερμόν, οὐκ εἶναι θερμόν, ἂν μὴ δι' ὅλης ἡμέρας ὑπάρχῃ τοιοῦτον, ἢ τὸν ἓξ ὥραις πυρέξαντα μὴ πεπυρεχέναι, χρῆναι γὰρ καὶ τοῦτον, εἴπερ ἐπύρεξεν, ἐπίμονον ἔχειν τὸ πάθος· καίτοι τίς ὁ χρόνος ἐστὶν, ὁ κρίνων τὸ ἐπίμονον, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον, οὐδεὶς αὐτῶν ὥρισεν, ἆρά γε ἡμερῶν τις ἀριθμός, ἢ μηνῶν, ἢ ὡρῶν; ἢ διὰ τί λέγουσιν ἐπίμονον, ἐνὸν εἰπεῖν πολυχρόνιον, ἢ τοῦτο μὲν καὶ μετατιθέντες ἔνιοι ἐξ αὐτῶν, δύσλυτον ὀνομάζουσιν; ἀλλὰ τοῦτό γε τὸ δύσλυτον, οὐ νοσήματος ἁπλῶς, ἀλλὰ χρονίου νοσήματός ἐστιν ἴδιον, ὥσπερ γε οἶμαι καὶ τὸ ῥᾳδίως λυόμενον, ὀξέος. τὸ δ' οἴεσθαι διαφέρειν, ἢ δύσλυτον, ἢ ἐπίμονον, ἢ χρόνιον εἰπεῖν, ἆρ' οὐκ ἐσχάτης ἀμαθίας ἐστίν; ἔτι δὲ θαυμαστότερον, ὅταν οὗτοι μὲν, ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἐγερθέντες, ἐπιχειρῶσι διορίζεσθαι, πάθος συμπτώματος, ὁ δὲ τῆς ἐμπληξίας αὐτῶν ἡγεμὼν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ μεθόδου γράφει· τὰ γὰρ αὐτὰ προηγησάμενα μὲν, πάθη λέγεται, ἐπιγινόμενα δὲ, συμπτώματα· καίτοι τοῦτό γε πολὺ θαυμαστότερον ὧν ἐκεῖνοι λέγουσι, τὴν τοῦ ἥπατος φλεγμονὴν, εἰ μὲν εὐθὺς εἰσβάλοι κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, πάθος εἶναι συγχωρεῖν, εἰ δ' ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ γένοιτο, κατὰ τὴν δευτέραν ἢ τρίτην, εἰς τὰ συμπτώματα μετατιθέναι. καίτοι, τί λέγω δευτέραν ἡμέραν; ἄμεινον γὰρ εἰπεῖν ὥραν δευτέραν ἀπὸ τῆς εἰσβολῆς τοῦ νοσήματος. οὐ γὰρ δήπου κατὰ μὲν τὴν δευτέραν ἡμέραν ἡ τοῦ ἥπατος φλεγμονὴ σύμπτωμα γενήσεται, κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ὥραν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἄλλο τι, καὶ οὐ σύμπτωμα· τὸ γὰρ ἐπιγίνεσθαί τινι προηγουμένῳ, πάντως που καὶ τούτῳ ὑπάρξει. ἀλλὰ τὸ οὕτω, φασὶ, ταχέως ἐπιγιγνόμενον, οὐδὲν διαφέρει τοῦ συνεισβάλλοντος· πάλιν οὖν αὐτὸν ἐχρῆν εἰρηκέναι σαφῶς, ὁπόσαις ὥραις ὁρίζεται, καὶ διακρίνει τοῦ συνεισβάλλοντος τὸ ἐπιγιγνόμενον. ὁ Θεσσαλὸς μὲν δὴ τοιοῦτος. οἱ δὲ περὶ τὸν Ὀλυμπικὸν, ὡς δὴ εἰς ἄκρον ἥκοντες σοφίας, οὐχ οὕτω διορίζουσι πάθος συμπτώματος, ἀλλὰ τὸ μὲν πάθος, ὡς προείρηται, τὸ σύμπτωμα δὲ, τὸ τῷ πάθει συμβαῖνον, ὑπάρχειν φασὶ, θαυμαστῶς πάνυ καὶ σαφῶς ἐξηγησάμενοι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. τί γὰρ δὴ καὶ ὂν τὸ σύμπτωμα, ὃ τῷ πάθει συμβέβηκεν, ἐχρῆν οἶμαι προσθεῖναί τε καὶ διορίσασθαι, ἆρά γε διάθεσίς τις ἐστὶ σώματος, ἢ βλάβη τινὸς ἐνεργείας, ἢ συναμφότερον; ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐ λέγουσιν, ἡμᾶς δὲ δηλονότι μαντεύσασθαι χρή. τὸ δὲ καὶ προσθεῖναι τῷ λόγῳ τοῦτ' αὐτὸ, εἰδικὴν, ὥσπερ καὶ μερικωτέραν ἔχον ἐν τοῖς παρὰ φύσιν ἐντύπωσιν, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολέλοιπε σαφηνείας, ἅμα τῷ καὶ τοῖς ὀνόμασιν Ἑλληνισὶ, καὶ πάνυ καλῶς ἑρμηνεῦσθαι, εἰδικώτερόν τινα τύπον ἐν τοῖς παρὰ φύσιν ἔχειν τὸ σύμπτωμα. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ γενικώτερον ἔχον τὸν τύπον; οὐ γὰρ εἴρηκας εἰ χωρὶς τῆς πρὸς ἐκεῖνο παραβολῆς ἐγχωρεῖ τὸ εἰδικώτερον ἐξευρεῖν. εἰ δ' ὅλως πρὸς οὐδὲν παραβάλλοντες, εἰδικώτερον ὀνομάζουσιν, ἀκριβῶς τε

πλείου καὶ σαφῶς ἑρμηνεύουσι· (καίτοι διὰ συντόμων τε ἅμα καὶ σαφῶν οἷόν τ᾽ ἦν εἰπεῖν,) ὡς τὰ παρὰ φύσιν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ σῶμα τῶν ζώων, ἤτοι νοσήματ᾽ ἐστιν, ἢ αἴτια, ἢ συμπτώματα· κοινοῦ δ᾽ αὐτοῖς ὄντος τοῦ παρὰ φύσιν, ἡ νόσος μὲν ἐνέργειαν βλάπτει, τὸ δ᾽ αἴτιον ταύτης προηγεῖται, τὸ σύμπτωμα δ᾽ ἕπεται ταύτῃ· διττὸν δὴ τὴν φύσιν, ἐνεργείας μὲν βλάβη τὸ ἕτερον, διάθεσις δέ τις ἀκολουθοῦσα τῷ νοσήματι τὸ λοιπόν. ἀλλὰ γὰρ, ὥσπερ ἔφην, εἰ πάντα τις ἐπεξίοιτο τὰ σφάλματ᾽ αὐτῶν, οὐκ ἂν ἐπιθείη τέλος τῷ λόγῳ, καὶ γινώσκεις τοῦτο ἀκριβῶς καὶ σὺ, φίλτατε Ἱέρων, ὅτι μήτε τὸ χιλιοστὸν αὐτῶν μέρος ἐξελέγχειν ἐπεχείρησα. (τοσοῦτον οὖν ἔτι προσθεὶς, ἐνταυθοῖ που καταπαύσω τὸ πρῶτον γράμμα,) διότι κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς μεθόδου, σφάλλονται πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, οἱ μὲν ἀπὸ Θεσσαλοῦ καὶ Θεμίσωνος, οἵπερ δὴ καὶ μεθοδικοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζουσιν, ἔσχατά τε καὶ μέγιστα σφάλματα, σὺν αὐτοῖς δ᾽ οὐκ ὀλίγοι τῶν ἀναλογιστικῶν τε καὶ δογματικῶν, καὶ λογικῶν ὀνομαζομένων. εἰ μὴ γὰρ ἐξεύροι τις ἁπάσας τὰς διαθέσεις, ὑφ᾽ ὧν ἐνέργεια βλάπτεται, τὸ πλῆθος αὐτῶν τῶν νοσημάτων ὁπόσον τ᾽ ἐστὶ καὶ ὁποῖον, ἀδύνατον ἀκριβῶς ὁρισθῆναι· τοῦτο δ᾽ οὐδ᾽ ἐπιχειρήσαντες ἔνιοι ποιῆσαι, τυράννων δίκην ἀποφαίνονται τὰ δόξαντά σφισι, χωρὶς ἀποδείξεως. ἔνιοι δ᾽ οὐ μόνον οὐκ ἀπελέγξαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ παρὰ τῶν ἀποδεικνύντων μανθάνουσι· καὶ τό γε πλεῖστον γένος, ὡς οἶσθα, τῶν νῦν ἐπιπολαζόντων ἰατρῶν, ἐστὶ τοιοῦτον· καὶ θαυμαστὸν ἴσως οὐδέν· ὅπου γὰρ καὶ τῶν φιλοσόφων οἱ πολλοὶ, χωρὶς ἀποδείξεως ἀξιοῦσι πιστεύεσθαι, τί χρὴ θαυμάζειν τινὰ τῶν ἰατρῶν; οὐδὲ γὰρ σχολή γε αὐτοῖς ἐστιν ἀλήθειαν ζητεῖν, ἕωθεν μὲν ἐν ἀσπασμοῖς διατρίβουσιν, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἀσπασμοὺς, εἰς ἑσπέραν δ᾽, ἐμπιπλαμένοις τε καὶ μεθυσκομένοις. ἀλλὰ κατὰ τὸν παλαιὸν αὐλητὴν, ὦ Ἱέρων, ἁμιλλαίμην ἂν καὶ ταῖς μούσαις· αἰσχρὸν γὰρ αὐλητὴν μὲν οὕτως εὑρεθῆναι φιλόκαλον, οὐ μέγα τὸ πρᾶγμα κατορθοῦντα, μέθοδον δὲ θεραπευτικὴν, ἐκ παλαιοῦ μὲν ζητουμένην, ἀκριβῶς δ᾽ οὔπω γεγραμμένην, ἐξευρεῖν τε καὶ τελειῶσαι δυναμένους ἡμᾶς, ὀκνεῖν, καὶ μέλλειν, καὶ ἀναβάλλεσθαι διὰ τὴν ἐπιπολάζουσαν ἐν τῷ νῦν χρόνῳ ῥαθυμίαν. (ὥστ᾽ ἔμπαλιν ἤδη μοι δοκῶ διακεῖσθαι νῦν, ἢ πρόσθεν·) οὐδὲ γὰρ ὑμῖν χάριν οἰκείαν δίδωμι, προτρεψαμένοις με τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ἅπασαν ἐφεξῆς διελθεῖν. ὁ μὲν δὴ πρῶτος μοι λόγος ἐνταυθοῖ τελευτάτω, τοῦ δ᾽ ἑξῆς παντὸς ὁ δεύτερος ἀρχέσθω τοῦτον τὸν τρόπον.

A diligenter, claréque interpretatur: (quanquam, & paucis, & dilucidis verbis dicere ei licebat,) omnia, quæ circa corpus animalis præter naturam sunt, vel, morbum esse, vel causam, vel, symptoma. Quibus omnibus quum illud præter naturam sit commune, morbus actioni officit, causa ipsum præcedit, symptoma eum sequitur, ipsum videlicet naturâ duplex, alterum actionis læsio; alterum affectio quædam morbum sequens. Verùm (vt dixi) siquis omnes eorum errores excutere velit, finem dicendi non inueniat; ipséque, mi Hiero, optimè scis eorum nos ne millesimam quiB dem partem refutare conatos. Ergo, si illud tantum adiecero, primum hunc librum hoc loco claudam; nempe quòd in ipso statim methodi principio non pauci medicorum, falluntur, vt qui Thessali, & Themisonis sunt æmuli, quique methodicos se appellant postremis, extremis ac maximis erroribus; cùm his verò non pauci eorum, qui se analogisticos, dogmaticos, ac logicos nominant. Siquidem, nisi quis omnes affectus, à quibus actio læditur, inuenerit, numerum ipsum morborum, quantus, qualisque sit, ad vnguem definire non potest. Id quum quidam eorum faC cere nunquam, vel tentauerint, tyrannorum more, quæ ipsis videntur, citra demonstrationem pronunciant. Alij non modò ipsi non demonstrant, sed nec à demonstrantibus discunt. Ac plurima (vt scis) medicorum pars, qui nunc sunt in pretio, eiusmodi est; nec id fortasse mirum. Nam vbi philosophorum plerique citra demonstrationem credi sibi postulant, quid medicos mirere, quibus nec vacat veritatis inquisitioni vacate? vt qui manè in salutationibus (ita enim appellant) sint occupati, vesperi cibo distenti, ac ebrij. Verùm ego veteris tibicinis exemplo, mi
D Hiero, vel cum musis ipsis certauero; quum alioqui turpe putem, tibicinem, qui præsertim haud magnam rem prospere moliebatur, adeo repertum fuisse laudis cupidum; me autem, qui medendi methodum ab antiquis inquisitam, non tamen hactenus exactè proditam, inuestigare, absoluereque valeam, propter eam, quæ hac tempestate regnat, ignauiam grauari, atque cunctari, ac differe. Quare contrà nunc affectus, quàm antè, mihi videor. Nec enim propriam vobis, qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis, gratiam tribuo. Ac primus liber hic mihi finiatur; totius, quod sequitur, operis secundus ad hunc modum deinceps incipiatur.

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ, ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI, LIBER SECVNDVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τί τὸ νόσημα, καὶ τίνα τὰ πρῶτα αὐτοῦ γένη· καὶ πῶς ποιητέον τὰς ἐνδείξεις, αἷς ξύμπασα ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος, οἷα θεμελίοις ὑποστηρίζεται.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quid sit Morbus, ac quæ prima ipsius genera; & quo pacto statuendæ sint indicationes, quibus vniuersa morborum curandorum methodus, tanquam fundamentis fulcitur.

A

CAPVT I.

Affectum, à quo immediatè actio læditur, propriè dici morbum, quando & ad ipsum remouendum vniuersa curatio dirigitur.

QVÆ corporibus prẹter naturã sese habẽtibus accidunt, Hiero optime, eorũ omnes quatuor traditæ differentiæ sunt; vna ipsius functionis læsæ: altera affectus hãc efficientis; alia etiã tertia causarum eius affectus: quarta symptomatum, quæ hunc necessariò consequuntur. Quòd itaque vel cuncta hæc esse morbum oporteat, vel horum quædam, vel certè ex his vnum id colligere facile est. Quum enim ægrotantibus præter prædicta nihil insit, vtique præter hæc morbus non fuerit. Ergo reliquum est enunciare, aut omnium horum collectionem morbum esse, aut horum quædam, aut vnum omninò. Sed enim omnium esse collectionem, præter id quod neminem vsquàm habuit authorem, etiam dici non potest. Nam quæ morbi causa, aut quod morbi symptoma erit, si omnium pariter collectio morbus censebitur? Neutrum profectò erit. Ergo duo præter morbos genera relinqui necesse est; alterum causarum, quæ hos creant; alterum eorum, quæ necessariò sequuntur, non tamen homini officiunt. Verum, si hæc abstuleris, in altero duorum statuitur morbus, aut in læsis functionibus; aut qui has efficiunt, af-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

Τὴν διάθεσιν, ὑφ᾽ ἧς ἀμέσως ἡ ἐνέργεια βλάπτεται, κυρίως λέγεσθαι νόσον, ἐπεὶ καὶ πρὸς τὸ ἀποσείειν αὐτὴν πᾶσα ἡ θεραπεία διΐθυνεται.

ΤΩΝ συμβαινόντων τοῖς σώμασιν ἐν τῷ παρὰ φύσιν ἔχειν, Ἱέρων κράτιστε, τέτταρες ἐδείχθησαν αἱ πᾶσαι διαφοραί, μία μὲν αὐτῆς τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας, ἑτέρα δὲ τῆς ἐργαζομένης αὐτὴν διαθέσεως, ἄλλη τε τρίτη τῶν ταύτης αἰτιῶν, καὶ τετάρτη τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων. ὅτι μὲν οὖν ἤτοι πάντα ταῦτ᾽ εἶναι χρὴ τὴν νόσον, ἢ τινὰ τούτων, ἢ πάντως γ᾽ ἓν ἐξ αὐτῶν, ἕτοιμον συλλογίσασθαι· μηδενὸς γὰρ παρὰ τὰ προειρημένα τοῖς νοσοῦσιν ὑπάρχοντος, οὐδὲ ἔξω τούτων ἔσται τὸ νόσημα. λείπεται τοίνυν ἢ τὸ πάντων ἄθροισμα λέγειν τὴν νόσον εἶναι, ἢ τινὰ τούτων, ἢ ἕν γέ τι πάντως. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐξ ἁπάντων ἄθροισμα πρὸς τῷ μηδ᾽ εἰρῆσθαι πρός τινος, οὐδ᾽ ἐγχωρεῖ λεχθῆναι· τί γὰρ ἔσται νόσου αἴτιον, ἢ τί σύμπτωμα νοσήματος, εἰ τὸ πάντων ἄθροισμα νόσημα νομισθήσεται; οὐδὲ ἓν δήπουθεν. ἀναγκαῖον οὖν ἀπολιπεῖν δύο ἄλλα γένη παρὰ τὰς νόσους, ἕτερον μὲν τῶν ἐργαζομένων αὐτὰς αἰτιῶν, ἕτερον δὲ τῶν ἑπομένων μὲν ἐξ ἀνάγκης, λυπούντων δ᾽ οὐδὲν τὸν ἄνθρωπον; ἀλλ᾽ εἰ ταῦτ᾽ ἀφέλοιμεν, ἐν δυοῖν ἐστι τούτοιν ἡ νόσος, ἢ ταῖς βεβλαμμέναις ἐνεργείαις, ἢ ταῖς ἐργαζομέναις αὐτὰς διαθέσεσι.

καὶ δὴ καὶ διαπεφώνηται μὲν εὐθὺς ἐκ παλαιοῦ, καὶ περὶ τῆσδε, καὶ νῦν ἔτι διαφέρονται πάντες, οὐκ ἰατροὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλόσοφοι, τὰς ἐνεργειῶν μὲν τὰς βλάβας ἕτεροι, τὰς δ' ἐργαζομένων αὐτὰς διαθέσεων ἕτεροι προσαγορεύσαντες νοσήματα. τὸ μὲν οὖν διαφέρεσθαι πρὸς ἄνδρας ἐν οὕτως ἀσαφέσι πράγμασιν, οὐδὲν θαυμαστόν· τὸ δὲ μὴ διαγινώσκειν ὡς ὑπὲρ ὀνόματος ἐρίζουσιν, ἐπιτιμήσεως ἄξιον. εἴπερ γὰρ ὡμολόγηται παρὰ ἁπάντων, ἡ θεραπεία τῆς ἐμποδιζούσης τὴν ἐνέργειαν εἶναι διαθέσεως, οὐδὲν ἔτι χρήσιμον εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα τὸ διελέσθαι, πότερα τὴν διάθεσιν, ἢ τὴν βεβλαμμένην ἐνέργειαν ὀνομαστέον ἐστὶ νόσημα. ἑκατέρως γὰρ ὀνομαζόντων, ὁ κάμνων ὑγιαίνων ἀποδειχθήσεται, μόνον εἰ τὰ δέοντά τις ἰάματα προσφέροι ταῖς διαθέσεσιν· αὗται γάρ εἰσιν ἃς ἀλλοιοῦν χρή, καὶ μεταβάλλειν, καὶ τελέως ἐκκόπτειν, οὐχ αἱ βλάβαι τῶν ἐνεργειῶν. οὐδεὶς γοῦν ἰᾶται τὸ χωλεύειν βαδίζοντα, (καὶ γὰρ γελοῖον) ἀλλὰ τὴν ἐργαζομένην αὐτὸ διάθεσιν, οἷον τὴν φλεγμονήν, εἰ διὰ ταύτην χωλεύει· καὶ ταύτην καὶ καταντλεῖ, καὶ καταπλάττει, καὶ σχάζει, καὶ διαφορεῖ, καὶ πάντα τρόπον λύειν ἐπιχειρεῖ· τὸ γὰρ ὀρθῶς βαδίζειν ἕπεται ταύτῃ λυθείσῃ, καὶ οὐδὲν ἔτι δεόμεθα τὴν χωλείαν ἐπανορθοῦσθαι τῆς φλεγμονῆς οἰχομένης· οὐδὲ γὰρ ὑπόλοιπόν τι τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας, εἰ γ' ἐκκόψει τις ἀκριβῶς τὴν ἐργαζομένην αὐτὴν διάθεσιν, ἐς ὅσον δ' ὑπολείπεταί τι τῆς διαθέσεως, ἀνάγκη καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀνάλογον ἐκείνῃ βεβλάφθαι. ταύτην οὖν τὴν διάθεσιν, εἴτε νόσημα καλεῖν, εἴτε πάθος, εἴτ' αἰτίαν νοσήματος, εἴτε πάθους ἐθέλοι τις, οὐδὲν εἰς τὴν θεραπείαν, οὔτ' ὄφελος, οὔτε βλάβος ἐντεῦθεν· ἀλλ' οὐδ' εἰ Θέωνά τις ἢ Δίωνα προσαγορεύσας αὐτήν, ἔπειτ' ὀρθῶς ἰῷτο, βλάψειεν ἂν οὐδ' οὕτως οὐδὲν τὸν νοσοῦντα· κἂν εἰ τελέως δέ τις ἀνώνυμον ἀπολιπὼν αὐτήν, ἃ χρὴ προσφέροι τῷ κάμνοντι βοηθήματα, πρὸς τῷ μὴ βλάπτειν μηδὲν, ἔτι κάλλιστα θεραπεύσει. διδάσκειν μέντοι βουλόμενος ἕτερον ἃ γινώσκει, δεήσεταί τε πάντως ὀνομάτων ἐπὶ τοῖς πράγμασιν, ὅρον τε τῆς χρήσεως αὐτῶν ἕξει τὴν σαφήνειαν· ὁ γὰρ, ὡς ἂν ὁ μανθάνων ἐκμάθοι σαφέστατα, μάλιστα σπουδάζων ὀνομάζειν, ἄριστος διδάσκαλος. ἐπεὶ τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἐν τούτῳ νῦν καθεστήκαμεν, ἀνάγκη μέν που θέσθαι τοῖς πράγμασιν ὀνόματα· τὸ δ' εἰ καὶ σαφῶς, ἡμῖν σκοπεῖσθαι πάρεστιν. ἡ μὲν δὴ τὴν ἐνέργειαν ἐμποδίζουσα διάθεσις, ὀνομαζέσθω νόσος· εἴ τι δ' ἕπεται τῇδε, σύμπτωμα· τὸ δ' ἐργαζόμενον αὐτὴν, αἴτιον.

fectibus. Fuitque & antiqua sanè de hoc controuersia, & hodie dissident inter se omnes, non modò medici, sed etiam philosophi, alii ipsius actionis læsiones, alij affectuum, vnde actio prodit, morbos nominantes. Et dissidere viros in rebus ita obscuris minimè est mirum; non intelligere tamen eos, quòd de nomine contendant, sanè increpatione dignum est. Quippe, si inter omnes conuenit, ad affectum, qui functioni obest, curationis consilia dirigi; nihil ad artis officia confert definiuisse, affectúsne, an læsa functio, morbus sit appellandus. Vtrouis enim modo appellantibus, æger sanitati restituetur, modò quis affectui commodis præsidijs occurat; hic nanque est, quem alterare mutaréque, & prorsus submouere oportet, non læsiones functionum. Nemo enim ipsam claudicationem sanat, (id enim esset ridiculum) sed affectum, qui hanc efficit, veluti phlegmonen, si huius vitio claudicatur; atque hanc & perfundit, & cataplasma imponit, & scarificat, & discutit, & omni ratione soluere tentat, vt potè cum hac abolitâ, reddatur rectus incessus; nec hac submotâ, claudicationem corrigere prorsus sit opus, quum nec remaneat quicquam prauæ functionis, si, qui huic obfuit, prorsus sit amotus affectus; quoad verò huius quicquam relinquitur, necessum est ad proportionem eius, actionem lædi. Hunc itaque affectum, seu morbum appellasse, seu pathos, seu morbi patheos-ue causam, quis velit, id nihil ad curationem nec prosit, nec obsit; sed neque si Theonem, aut Dionem hunc vocet quis, modò ritè sanet, nec hic quidem ægrotanti officiat. Quin imò siquis prorsus innominato eo, tamen quæ ex vsu ægrotantis sint, adhibeat remedia, non solùm hic nihil lædet, sed etiam bellissimè curabit. Verùm, qui alterum docere volet, quæ ipse tenet, huic prorsus nominibus propter res, vti est opus. In quorum vsu perspicuitas quasi meta spectanda erit. Nam, qui sic nominare quæque studet vt qui discit, clarissimè intelligat, is optimus præceptor fuerit. Quoniam igitur & nos iam docendi munus ingredimur, necesse est alicubi rebus nomina imponamus; an verò dilucidè, id nos perpendere licet. Ergo affectus, qui actionem lædit, morbus appelletur; hunc si quid sequitur, symptoma; quod illum efficit, causa.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Τίνι τρόπῳ τοῖς νοσήμασι τὰ ὀνόματα προσέθεσαν οἱ πάλαι ἰατροί· καὶ ἐκ τίνων βιβλίων τῶν νοσημάτων καὶ τῶν συμπτωμάτων ὁ ἀριθμὸς καὶ τὰ αἴτια σαφηνίζοιντο.

ΟΥτω δὲ τούτων διωρισμένων, ἐπιβλέπειν ἀκριβῶς χρὴ τὴν ἀνωμαλίαν τῶν ὀνομάτων, ἃ κατὰ τῶν νοσημάτων ἐπήνεγκαν οἱ πρῶτοι θέμενοι· πολλαχόθι μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ βεβλαμμένου μορίου τὰ ὀνόματα, πλευρῖτις, καὶ περιπνευμονία, καὶ ἰσχίας, καὶ ποδάγρα, καὶ νεφρῖτις, καὶ ἀρθρῖτις, ὀφθαλμία τε καὶ κεφαλαλγία, καὶ δυσεντερία· πολλαχόθι δ' ἀπὸ τοῦ συμπτώματος, εἰλεός, καὶ τεινεσμός, καὶ σπασμός, καὶ παλμός, καὶ τρόμος, καὶ παράλυσις, ἀπεψία τε

CAPVT II.

Qua ratione veteres medici nomina morbis imposuerint, & quibus ex libris Morborum, ac Symptomatum numerus, & causæ declarentur.

HIs ita distinctis, inspicienda diligenter est diuersitas nominum, quæ morbis imposuerunt ipsorum primi authores. Passim enim à læsa parte sunt nomina, pleuritis, peripneumonia, ischias, podagra, nephritis, arthritis, ophthalmia, & cephalagia, & dysenteria. Frequenter ab ipso symptomate, vt ileus, tenesmus, conuulsio, palpitatio, & tremor, paralysis, & apepsia, dyspnœa,

dyspnœa, apnœa, peruigilatio, & delirium, & coma. Sæpè ab ambobus simul, vt cephalalgia, otalgia, cardialgia, odontalgia, hysteralgia. Sæpenumerò à causâ putatâ, vt melancholia quidem ab omnibus, choleræ autem à Cnidiis medicis; sed & hinc fortassis leucophlegmatias hyderus. Nonnunquam à similitudine ad aliquid extrà positum, vt elephas, cancer, polypus, staphyle, vitiligo alba, formica, atheroma, steatoma, staphyloma, meliceris, carbunculus, alopecia, ophiasis, ficus, satyriasmus, & priapismus. Ipsorum verò morborum, quæ nec locum affectum repræsentant, nec causam efficientem, perpauca sunt nomina, phlegmone, gangræna, scirrhus, erysipelas, abscessus, œdema, empyema, vlcus, luxatio, fractura, spasma, ruptura, coloboma, furunculus, varus, phyma. Quanquàm horum quoque nonnulla partim locum corporis, siue partem affectam subindicare videntur, quædam verò ab exuperante symptomate nominantur. Quòd siquis citra significationem nominetur, differentias & is varias habet; veluti vlcus, quanuis vnitatis solutio in carnosa parte non esset, atque ita affectam partē vnà subindicaret; at particulares eius differentiæ variæ sunt nominibus, chironium, telephium, cancer, herpes, phagedæna, omniáque id genus, quædam ab ijs, qui primùm ea sanarunt, vt chironium; quædam ab ipsis affectis, vt telephium; cancer autem à similitudine ad animantem; phagedæna à symptomate, vt & herpetes. Verùm phagedæna vlcus omninò est depascens, aut exedens, aut quomodocunque quis appellare voluerit. Herpes autem non sempervlcus est, quotiésque cum exulceratione est, non seruatâ veteri sede, vicinas partes depascit, sed sicuti nomen ipsum indicat, ritu serpentis bestiæ, relicto priore loco, transit ad alterum. Cauum verò vlcus, & sordidum, & purum, & planum, & supercrescens magis proprias sortita sunt appellationes, non tamen similiter omnes, sed planum à propria differentia, sicut & cauum & supercrescens. At cruentum, & purum, & sordidum, non à proprijs differentijs, sed ab externis symptomatis appellantur. Ergo, quum tam impar nominum impositio veteribus fuerit, multóque etiam magis, quum epinyctida, & acrochordona, & nyctalopa dicunt; primum, quòd noctu sit enatum; alterum, quòd summam occupet cutem; tertium, quòd noctu visum auferat; aliaque eiusmodi multa faciant (nam si omnia numerē, periclitabor videri studio sequi, quod fugere iussi) ergò omni modo enitendum est ei, qui veritatem ipsam expetit, ab ipsa nominum imaginatione recedere, & ad ipsam rerum substantiam se conferre, atque hanc speculari; tum quot in vniuersum sint & morbi, & symptomata, ac prætereà antecedentes horum causæ, requirere. Nos igitur id in alijs commentarijs fecimus, quorum vnus de morborum multitudine est, inscriptus autem est de morborum differentia; alter de symptomatum est differentia. Adeò verò causas horum vtriusque seorsùm explorare studuimus tum morborū tum symptomatum omnium, vt ad presentem disputationem nihil amplius desideretur, sed præparata omnia iam sint. Itaque ne legenda quidem, quæ hic dicemus, vlli suaserim, priusquàm in illis

καὶ δύσπνοια, καὶ ἄπνοια, καὶ ἀγρυπνία, καὶ παραφροσύνη, καὶ κῶμα. πολλαχόθι δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἅμα, ὡς κεφαλαλγία, καὶ ὠταλγία, καὶ καρδιαλγία, καὶ ὀδονταλγία, καὶ ὑστεραλγία. πολλαχόθι δ' ἀπὸ τῆς δοξαζομένης αἰτίας, ὡς ἡ μελαγχολία μὲν ὑπὸ πάντων, αἱ χολέραι δὲ ὑπὸ τῶν Κνιδίων ἰατρῶν, ἴσως δὲ καὶ ὁ λευκοφλεγματίας ὕδερος ἐντεῦθεν. ἐνίοτε δὲ ἀπὸ τῆς πρός τι τῶν ἐκτὸς ὁμοιότητος, ἐλέφας, καὶ καρκῖνος, καὶ πολύπους, καὶ σταφυλὴ, καὶ λεύκη, καὶ μυρμηκία, καὶ ἀθέρωμα, καὶ στεάτωμα, καὶ σταφύλωμα, καὶ μελικηρὶς, καὶ ἄνθραξ, ἀλωπεκία τε, καὶ ὀφίασις, καὶ σύκωσις, καὶ σατυριασμὸς, καὶ πριαπισμός. τῶν νοσημάτων δ' αὐτῶν ὀνόματα, μήτε τόπου ἐμφαινόμενα πεπονθότος, μήτε τῆς ποιούσης αἰτίας, ὀλίγα, φλεγμονὴ, καὶ γάγγραινα, καὶ σκίῤῥος, ἐρυσίπελάς τε, καὶ ἀπόστημα, καὶ οἴδημα, καὶ ἐμπύημα, καὶ ἕλκος, ἐξάρθρημά τε, καὶ κάταγμα, καὶ σπάσμα, καὶ ῥῆγμα, καὶ κολόβωμα, καὶ δοθιὴν, καὶ ἴονθος, καὶ φῦμα. καίτοι καὶ τούτων αὐτῶν ἔνια, τὰ μὲν καὶ τὸν τόπον τοῦ σώματος, ἤτοι τὸ πεπονθὸς μέρος ἐμφαίνειν ἔοικεν, ἔνια δὲ ἀπὸ τοῦ πλεονεκτοῦντος ὀνομάζεται συμπτώματος. εἰ δ' ἄρα τι καὶ χωρὶς παρεμφάσεως ὀνομάζεται, τάς γ' ἐν αὐτῷ διαφορὰς καὶ τοῦτο πολυειδεῖς ἔσχηκεν, οἷον ἕλκος, εἰ καὶ μὴ συνεχείας ἦν ἡ λύσις ἐν σαρκώδει μορίῳ, καὶ ταύτῃ παραδηλοῦν ἐδόκει τὸν πεπονθότα τόπον, ἀλλ' αἵ γε κατὰ μέρος αὐτοῦ διαφοραὶ, ποικίλαι τοῖς ὀνόμασι, χειρώνειον, καὶ τηλέφιον, καὶ καρκῖνος, ἕρπης τε, καὶ φαγέδαινα, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτως ἰασαμένων, ὡς τὸ χειρώνειον· ἔνια δ' ἀπὸ τῶν πεπονθότων, ὡς τὸ τηλέφιον· ἀπὸ δὲ τῆς πρὸς τὸ ζῶον ὁμοιότητος ὁ καρκῖνος· ἡ φαγέδαινα δ' ἀπὸ τοῦ συμπτώματος, ὥσπερ γε καὶ οἱ ἕρπητες. ἀλλ' ἡ μὲν φαγέδαινα πάντως ἐστὶν ἕλκος ἐσθιόμενον, ἢ ἀναβιβρωσκόμενον, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλοι τις ὀνομάζειν· ὁ δ' ἕρπης, οὐχ ἕλκος ἀεί, καὶ ὁπότε μεθ' ἑλκώσεως, οὐ κατέχων τὴν ἀρχαίαν ἕδραν, ἐπινέμεται τὰ πλησίον, ἀλλ' ὥσπερ τοὔνομα δηλοῖ, δίκην ἑρπόντων θηρίων, καταλείπει μὲν τὰ πρότερα, μετέρχεται δ' ἐφ' ἕτερα. κοῖλον δ' ἕλκος, καὶ ῥυπαρὸν, καὶ καθαρὸν, ὁμαλές τε καὶ ὑπερσαρκοῦν, οἰκειοτέρας μὲν ἔσχηκε τὰς προσηγορίας, οὐ μὴν ὡσαύτως γε πάσας, ἀλλὰ τὸ μὲν ὁμαλὲς ἀπὸ τῆς οἰκείας διαφορᾶς, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ κοῖλον ἢ ὑπερσαρκοῦν· ἔναιμον δὲ καὶ καθαρὸν καὶ ῥυπαρὸν, οὐ κατὰ τὰς οἰκείας διαφορὰς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ὀνομάζεται συμπτωμάτων. οὕτως οὖν ἀνωμάλου τῆς ὀνομάτων θέσεως τοῖς ἀρχαίοις γεγενημένης, καὶ πολὺ μᾶλλον, ὅταν ἐπινυκτίδα καὶ ἀκροχορδόνα καὶ νυκτάλωπα προσαγορεύωσι, τὸ μὲν ὅτι νύκτωρ ἐγένετο, τὸ δ' ὅτι κατ' ἄκρας ὀχεῖται τῆς ἐπιφανείας τοῦ δέρματος, τὸ δ' ὅτι τῆς νυκτὸς ἀποφαίνει μὴ βλέποντας, ἕτερά τε πολλὰ τοιαῦτα ποιῶσιν (εἰ γὰρ ἐπεξίοιμι πάντα, κινδυνεύσω σπουδάζειν δοκεῖν, ὃ φεύγειν ἐκέλευσα) πειρατέον οὖν χρὴ πάντα τρόπον τὸν τῆς ἀληθείας αὐτῆς ὀρεγόμενον, ἀποχωρεῖν μὲν τῆς προσδοξαζομένης τοῖς ὀνόμασιν, ἐπὶ δὲ τὴν οὐσίαν τῶν πραγμάτων αὐτὴν ἰέναι, καὶ ταύτην ἐπισκέπτεσθαι, καὶ ζητεῖν, ὁπόσα τὰ σύμπαντ' ἐστὶ νοσήματά τε καὶ συμπτώματα, καὶ προσέτι τὰς προηγουμένας τούτων αἰτίας. ὅπερ ἡμεῖς ἐποιησάμεθα ἐν ἑτέροις ὑπομνήμασιν, ὧν ἐστι περὶ μὲν τοῦ πλήθους τῶν νοσημάτων ἓν, ἐπιγέγραπται δὲ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς, ἕτερον δὲ περὶ τῆς τῶν συμπτωμάτων ἐστὶ διαφορᾶς. οὕτω δὲ καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν ἐπειράθημεν ἐξευρεῖν ἑκατέρας ἰδίᾳ, τάς τε τῶν νοσημάτων, καὶ τὰς τῶν συμπτωμάτων ἁπάντων, ὡς μηδὲν ἔτι λείπειν, ἀλλ' ἑτοίμην εἶναι τὴν παρασκευὴν ἅπασιν εἰς τὴν νῦν ἡμῖν προκειμένην πραγματείαν. ὅθεν οὐδ' ἀναγινώσκειν ἔτι τὰ μετὰ ταῦτα ῥηθησόμενα συμβουλεύω, πρὶν ἐν

ἐκείνοις γυμνάσασθαι· παρακούσας γὰρ τις οὕτω πολλῶν θεωρημάτων, οὔτ' αὐτὸς ὠφεληθήσεται, καὶ μάτην ἐγκαλέσει τοῖς ὀρθῶς λεγομένοις.

A sit exercitatus. Quippè tam numerosis theorematis neglectis, nec ipse fructum percipiet, & quæ rectè sunt tradita, temerè incusabit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Τί διαφέρει νόσημά τε καὶ πάθος· καὶ ὅτι πᾶσα ἡ τῶν νοσημάτων διάγνωσις ἐκ τῶν κατὰ φύσιν τῷ σώματι ἐνόντων περιέρχεται.

ΕΝ ἐκείνοις μὲν οὖν ἅπαντα κατὰ μέρος ἐπεξέρχομαι, τά τε νοσήματα, καὶ τὰ συμπτώματα, καὶ τὰς αἰτίας· ἐνταυθοῖ δὲ, δύο ἔτι προσθεὶς ταῦτα, ἀναγκαῖα γινώσκεσθαι τοῖς ἀσκήσουσι τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον, ἐπὶ τὸ χρῆσθαι τοῖς εὑρισκομένοις τηνικαῦτα μεταβήσομαι. τίνα δὲ τὰ δύο ταῦτ' ἐστὶν, ἃ μέλλω λέξειν; ἓν μὲν, ὅπῃ διαφέρει νόσημα πάθους· ἕτερον δὲ, ὅτι χωρὶς τοῦ γνῶναι τὰ στοιχεῖα τοῦ σώματος, ἐξ ὧν πρῶτον γέγονεν, ἀμήχανον ἐξευρεῖν τὰ νοσήματα. ταῦτ' οὖν ἐγὼ μὲν πειράσομαι διελθεῖν ἐπιμελέστατα, τοὺς δ' ἀναλεξομένους αὐτὰ παρακαλῶ μὴ πρότερον ἐπ' αὐτὴν μετιέναι τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον, πρὶν ὁπόσα τὰ πάντα ἐστὶ νοσήματα καὶ αὐτοὺς ζητῆσαι κατὰ μόνας, καὶ τοῖς ὑφ' ἡμῶν γεγραμμένοις ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν. ὡς οὖν ταῦτα ποιησόντων, ἄρξομαι τοῦ λόγου. τρεῖς ἐδείχθησαν οὖσαι διαθέσεις ἐν τῷ σώματι παρὰ φύσιν, αἰτιῶν τε, καὶ νοσημάτων, καὶ συμπτωμάτων· αἰτίων μὲν, οἷον τοῦ πλήθους, ἢ τῆς διαφθορᾶς· νοσημάτων δὲ, οἷον τῆς φλεγμονῆς, ἢ τοῦ ἕλκους· συμπτωμάτων δὲ, οἷον τῆς ἀχροίας, ἢ τῆς ἰσχνότητος. ἔξωθεν δὲ τούτων ἐστὶ τὰ ἀμέτρως ἐκκρινόμενα τοῦ σώματος, ἢ παρὰ φύσιν ἐπεχόμενα, καὶ τῶν ἐνεργειῶν αἱ βλάβαι, κοινῇ μὲν ἅπαντα προσαγορευόμενα συμπτώματα, γένος δ' οὐχ ἓν ἔχοντα. διάθεσις μὲν γάρ τις ἐστι σώματος ἡ ἀχροια· τὸ δὲ ἐκκρινόμενον ἢ ἐπεχόμενον, ἕπεται μὲν, διάθεσις δ' οὐκ ἔστιν· οὕτω δὲ καὶ ἡ ἐνέργεια βεβλαμμένη τε καὶ ἀβλαβὴς οὖσα, διάθεσις μὲν οὐκ ἔστιν, ἕπεται δὲ ἐξ ἀνάγκης τῇ τοῦ μορίου διαθέσει. τὸ μὲν οὖν οἴδημα καὶ ἡ φλεγμονὴ, τῶν ἁπλῶς ὄντων ἐστὶ, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ πλῆθος, εἰ τύχοι, τοῦ αἵματος, ἢ τοῦ σώματος ἡ ὠχρότης· ἡ δ' ἐνέργεια, τῶν μὲν ἁπλῶς ὄντων οὐκ ἔστιν, ἢ οὐχ ὁμοίως γε τούτοις ὄντων· οὐδένα γὰρ αὐτῆς χρόνον ὑπομένει τὰ μόρια, καθάπερ οὐδὲ τὰ τῆς λέξεως, οὐδ' ὅλως κινήσεως οὐδεμιᾶς, ἀλλ' ἕκαστον τούτων ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι λαμβάνει. διττοῦ δ' ὄντος γένους κινήσεως, τοῦ μὲν κατὰ τόπον, τοῦ δὲ κατὰ ποιότητα, φορὰ μὲν τὸ πρότερον, ἀλλοίωσις δὲ τὸ δεύτερον ὀνομάζεται. πᾶσα μὲν οὖν ἐνέργεια κίνησις ἐστι δραστική· πᾶσα δ' ἀλλοίωσις, κίνησις παθητικὴ τοῦ ἀλλοιουμένου, πάσχει γάρ τι τὸ ἀλλοιούμενον. αἱ τοίνυν διαθέσεις, ἐπειδὰν ἀλλοιῶνται, κινοῦνται· παυσάμεναι δὲ τοῦ κινεῖσθαι, ἠλλοίωνται μὲν, ἀλλοιοῦνται δ' οὐκ ἔτι. πᾶν γὰρ τὸ ὁπωσοῦν ἔχον, ἔν τινι πάντως ἐστὶ διαθέσει· τὸ δ' ἐν δυσλύτῳ διαθέσει, καθ' ἕξιν ἤδη διάκειται· ἀλλοιοῦται μὲν ὁ μελαινόμενος, ἠλλοίωται δὲ ὁ μελανθείς· ὥστε εἶναι τὴν ἀλλοίωσιν, γένεσιν ποιότητος, ἢ διαθέσεως, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν. οὐ μάχεται δὲ τὸ λέγειν ἀλλαγὴν εἶναι τοῦ προϋπάρχοντος τὴν ἀλλοίωσιν, τῷ λέγειν γένεσιν αὐτὴν εἶναι ποιότητος·

CAPVT III.

Quid differat Morbus, & Pathos, & quòd omnis morbi dignotio ex ijs pendeat, quæ corpori secundum naturam insunt.

AC in illis quidem particulatim omnia, tum morbos, tum symptomata, tum causas oratione persequor; B hìc duobus adhuc additis, quæ cognitu necessaria erũt ijs, qui medendi methodũ exercebunt, tum me ad vsum inuentorũ prodendum conferam. Quænam, *inquis*, duo illa, quæ dicere paro? Certè vnum, quid inter morbum, & pathos intersit; alterum quod sine corporis elementis, ex quibus primùm consistit, noscendis, non possint morbi inueniri. Hæc igitur nos accuratissimè tradere studebimus. Qui autem ea legent, oro, ne priùs ad ipsam methodum medendi se conferant, quàm & ipsi, quot in totum C morbi sint, per se inquisierint; &, quæ prodita à nobis sunt, curiosè inspexerint. Ergò tanquam hæc fecerint, sermonem incipiam. Tres esse in corpore affectus præter naturam ostensum iam est, causas, morbos, symptomata; causas, veluti redundantiam, vel corruptelam; morbos, vt phlegmonen, vlcus; symptomata, vt decolorationem, & gracilitatem. Diuersa ab his sunt, quæ immodicè à corpore excernuntur, aut quæ præter naturam retinentur, & functionum læsiones, omnia scilicet communi nomine symptomata dicta, cæterùm non vni generi subie- D cta. Quippe affectus quidam corporis est decoloratio; quod excernitur, aut retinetur, affectus non est, sed *affectum* sequitur. Similiter actio, vel læsa, vel integra, affectus sanè non est; partis autem, vnde actio editur, affectum necessariò comitatur. Ac œdema quidem & phlegmone ex ijs sunt, quæ absolutè esse dicuntur. Eodem modo & plenitudo, si accidat, sanguinis, & corporis pallor. Actio verò ex eorum numero non est, quæ esse absolutè dicuntur, aut certè non similiter, sicut iam comprehensa; siquidem nullo temporis spatio manent eius partes, sicuti E profectò nec sermonis, nec etiam motûs vllius, sed horum quilibet in ipso fieri, esse suum obtinet. Quum verò duplex sit motûs genus, vnum in loco, aliud in qualitate, prius latio, secundum alteratio dicitur. Ac omnis quidem actio, motus est actiuus; omnis alteratio, eius quod alteratur, motus est passiuus; patitur nanque quod alteratur. Ergo affectus, dum alterantur, mouentur; quum à motu cessauerint, iam alterati sunt, non autem ampliùs alterantur. Quicquid enim quocunque modo se habet, in aliquo omninò F affectu est; quod autem in difficilis solutionis affectu est, id habitu iam affectum est. Sanè alteratur is, qui nigrescit; alteratus est, qui iam obnigruit. Itaque alteratio generatio est qualitatis, aut affectûs, aut quomodocunque appellare velis. Nec si alterationem esse depositionem, vel mutationem eius, quod priùs fuit, dicas, id pugnat cum eo, quod dixi, alterationem generationem esse qualitatis; quum

quum ambo in idem recidant, nam & quæ prior in corpore qualitas fuit, mutatur, & nunc noua gignitur. Quippè eius, qui in Sole versatur, candor mutatur, nigrities gignitur; rursùs eius, qui ad ignem calefit, frigus mutatur, calor fit. Quoties verò cuiuspiam, quod substantia non sit, generationem esse dicimus, non idem eo sermone significamus, sicut quum absolutè generationem nuncupamus. Nam quæ absolutè generatio nominatur, via est in substantiam; quæ verò huius vel illius generatio dicitur, via est in illius (vt sic loquar) existentiam. Verùm hoc, veluti extra rem sit dictum. Quod verò propositum nobis in disputatione maximè fuit, fermè iam definitum est, nempè aliqua in generatione, & mutatione, & alteratione & vt semel dicam, in motu, ipsam essentiam habere; aliqua in ipsius substantiæ constantia. Ac sanitas quidē, & morbus, & quæcunque symptomatum causarumque, affectus vel habitus sunt, ex permanentium numero sunt; actiones omnes, alterationesque, in quacunque re fuerint, in ipso fieri essentiam suam possident; & corpus, secundum quodcunque mouetur, secundum idem patitur, motúsque eius pathos est. Sanè prisci, motus omnes, etiam qui secundum naturam se habent, nisi actiui sint, pathea, id est, passiones nominant; sicuti etiam ipsos actiuos motus, actiones. Eo pacto & Plato sensuum alterationes, pathea appellat; cum iunioribus aliter nescio quomodò sit visum, vt videlicet de solo eo, qui præter naturam fit, motu id nomen vsurpent. Ac à veteribus quidem pathos priuatim de omni extrinsecùs motu dicebatur; nunc per abusum etiam affectus, qui ex passione iam prouenere, nec ampliùs in motu sunt, pathea, appellant, non tamen diuturnior, aut solutu difficilior est affectio, quā habitus, quemadmodum neq; imbecillitas. Sed eiusmodi nominum promulgationes à iunioribus sunt inuectæ. Diximus autem alibi diffusiùs de medicinalium nominum vsu; nec illud nobis ad considerationem propositum nunc est, sed tantùm, queādmodùm ipsi vtemur, claritatis gratiâ distinguere necessarium est visum. Nam contrarium sanitati affectum, à quo lædi actionem dicimus, morbum tantùm appellamus, siue diuturnus hic, siue breuis sit, siue momento duret. Ex reliquis affectibus, qui præter naturam sunt, eos, qui hunc præcedunt, causæque rationem obtinent, causas tantùm dicimus, non pathea. Qui illum sequuntur, si actionum læsiones sunt, & symptomata, & pathea; eodē modo & immoderatas eccretiones, vel suppressiones. Qui verò affectus sunt, veluti decoloratio, supra passionis & symptomatis appellationē, etiam affectiones vocamus, ita nimirùm vt sunt. Omniū igitur horū cōmune id est, quòd præter naturam sunt, & causarum, & morborum, & symptomatū. Proprium autem, morborum quidem est actionem lædere; symptomatum hos sequi; causarum præcedere. Ergo nec is, qui morbū esse motum præter naturam dixit, intellexit, quid diceret; quemadmodùm in proximo libro docuimus methodicorum nonnullos definiuisse, adiectâ ex superabundanti permansione; nec is, qui mutationem esse ab eo, quod secundum naturam, ad id, quod præter naturam, voluit; quippe quæ non magis morbi, quàm causæ, & symptomatis definitio sit, quando omnia ea affectus sunt præter naturam.

A ἅμα γὰρ ἄμφω συμπίπτει, καὶ ἡ πρόσθεν ὑπάρχουσα τῷ σώματι μεταβολὴ, καὶ νῦν ἄλλη γίγνεται. τοῦ γοῦν ἐν ἡλίῳ διατρίψαντος ἀλλοιοῦται μὲν ἡ λευκότης, γίνεται δὲ ἡ μελανότης· καὶ τοῦ παρὰ πυρὶ θαλπομένου μεταβάλλει μὲν ἡ ψυχρότης, γίγνεται δὲ ἡ θερμότης. ὅταν δὲ τοῦδέ τινος, ὃ οὐκ ἔστιν οὐσία, γένεσιν εἶναι λέγωμεν, οὐ ταὐτὸν δηλοῦμεν ἐν τῇ λέξει τῇδε, καθάπερ ἐπειδὰν ἁπλῶς ὀνομάσωμεν γένεσιν· ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς ὀνομαζομένη γένεσις, ὁδός ἐστιν εἰς οὐσίαν, ἡ δὲ τοῦδέ B τινος γένεσις, εἰς τὴν ὡς ἂν εἴποι τις ὕπαρξιν ἐκείνου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ λελέχθω, ὃ δὲ ἐν τῷ λόγῳ μάλιστα προὔκειτο, σχεδὸν ἤδη διώρισται, τὰ μὲν ἐν γενέσει τε καὶ μεταβολῇ, καὶ ἀλλοιώσει, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν κινήσει, τοῦ εἶναι μεταλαμβάνειν, τὰ δὲ ἐν ὑπομονῇ τῆς οὐσίας. ὑγεία μὲν οὖν καὶ νόσος, ὅσαι τε συμπτωμάτων ἢ αἰτίων εἰσὶ διαθέσεις, ἢ ἕξεις, ὑπομενόντων εἰσίν· αἱ δὲ ἐνέργειαι πᾶσαι, καὶ αἱ καθ' ὁτιοῦν ἀλλοιώσεις, ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι κέκτηνται, καὶ τὸ καθ' ὁτιοῦν κινούμενον σῶμα, κατ' ἐκεῖνο πάσχει, καὶ ἡ κίνησις αὐτοῦ πάθος ἐστίν. οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ καὶ τὰς ἐν τῷ κατὰ C φύσιν ἔχειν ἁπάσας κινήσεις, ὅσαι γε μὴ δραστικαὶ, πάθη προσαγορεύουσιν, ὥσπερ οὖν ἐνεργείας τὰς δραστικὰς, οὕτω καὶ αὐτὰς τὰς τῶν αἰσθήσεων τὰς ἀλλοιώσεις ὁ Πλάτων ὀνομάζει πάθη· τοῖς νεωτέροις δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως δόξαι, ἐπὶ τῆς παρὰ φύσιν μόνης κινήσεως κεῖσθαι τοὔνομα. ἰδίως μὲν οὖν τὸ πάθος ἐπὶ πάσης τῆς ἔξωθεν κινήσεως ἐλέγετο παρὰ τῶν παλαιῶν, ἤδη δὲ καταχρώμενοι καὶ τὰς ἐκ πάθους μὲν γεγενημένας τῶν διαθέσεων, οὐκέτι δὲ ἐν κινήσει, πάθη προσαγορεύουσιν· οὐ μὴν D χρονιώτερόν γε, οὐδὲ δυσλυτώτερον ἡ διάθεσις τῆς ἕξεως, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἀρρωστία· ἀλλ' αἱ τοιαῦται νομοθεσίαι τῶν ὀνομάτων, ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἐπεισήχθησαν. εἴρηται δὲ ἐπιπλέον ὑπὲρ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων ἑτέρωθι, καὶ νῦν οὐ τοῦτο πρόκειται σκοπεῖν, ἀλλ' ὅπως ἡμεῖς χρησόμεθα, διελέσθαι μόνον ἀναγκαῖον ἔδοξε σαφηνείας ἕνεκα. τὴν γὰρ ἐναντίαν ὑγείᾳ διάθεσιν, ὑφ' ἧς ἐνέργειαν λέγομεν βλάπτεσθαι, νόσημα μόνον προσαγορεύομεν, εἴτε πολυχρόνιος, εἴτε ὀλιγοχρόνιος, εἴτ' ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ γίγνοιτο· τὰς δ' ἄλλας ἁπάσας τὰς προηγουμένας E τούτων ἐν αἰτίας λόγῳ διαθέσεις παρὰ φύσιν, αὐτὸ τοῦτο μόνον, αἰτίας, οὐ πάθη· τὰ δὲ ἑπόμενα ταύταις, ὅσα μὲν ἐνεργειῶν εἰσι βλάβαι, συμπτώματά τε καὶ πάθη, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὰς ἀμέτρους ἐκκρίσεις ἢ ἐπισχέσεις· ὅσαι δὲ διαθέσεις, ὥσπερ καὶ ἡ ἀχροια, πρὸς τῷ τοῦ πάθους τε καὶ τοῦ συμπτώματος ὀνόματι, διαθέσεις ὀνομάζομεν, ὥσπερ οὖν καί εἰσι. κοινὸν μὲν δὴ τούτων ἁπάντων τὸ παρὰ φύσιν, καὶ τῶν αἰτίων, καὶ τῶν νοσημάτων, F καὶ τῶν συμπτωμάτων· ἴδιον δὲ, τῶν μὲν νοσημάτων τὸ βλάπτειν ἐνέργειαν, τῶν δὲ συμπτωμάτων τὸ τούτοις ἕπεσθαι, τῶν δὲ αἰτίων τὸ προηγεῖσθαι. οὔτ' οὖν ὅστις κίνησιν εἶπε παρὰ φύσιν εἶναι τὴν νόσον, οἶδεν ὃ λέγει, καθάπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ δεδήλωται ἐνίους τῶν μεθοδικῶν οὕτως ἀφορίσασθαι προσθέντας ἐκ περιττοῦ τὸ ἐπίμονον· οὐδ' ὅστις τροπὴν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, οὐδὲν γὰρ μᾶλλον αἰτίας, ἢ νοσήματος, ἢ συμπτώματος, ὁ λόγος· ἅπαντα γὰρ ταῦτα διαθέσεις εἰσὶ παρὰ φύσιν,

ἀλλ' εἰ μὲν ὀλιγοχρόνια, δῆλον ὡς ὀξέα, εἰ δὲ δύσλυτα, χρόνια. διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ νόσον, ἢ νόσημα λέγειν, ὥσπερ οὐδὲ πάθος, ἢ πάθημα· καὶ μὲν δὴ καὶ ὅτι τὸ πάθους ὄνομα καὶ κατὰ τοῦ νοσήματος ἐπιφέρουσιν οἱ παλαιοί, καθάπερ καὶ τὴν ἀρρωστίαν καὶ τὴν ἀσθένειαν, ἐπιδέδεικται καὶ τοῦτ' ἐν τοῖς περὶ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων, καὶ ὡς οὐδὲν διαφέρει λέγειν ἀρρωστίαν ἢ ἀρρώστημα· καὶ μέν γε καὶ ὡς τοὺς νοσοῦντας αὐτοὺς οὐ νοσοῦντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρρωστοῦντας καὶ ἀσθενοῦντας καὶ κάμνοντας ὀνομάζουσιν, ἐπιδέδεικται δὲ καὶ τοῦτο δι' ἐκείνων τῶν ὑπομνημάτων. λοιπὸν δ' ἂν εἴη νῦν, οὗπερ ἕνεκα ταῦτ' εἴρηται πάντα, προσθέντας, ἐπί τι τῶν ἑξῆς ἤδη μετιέναι. τί δὲ τοῦτ' ἐστιν; οὐκ ἄλλο τοῦ πολλάκις ἤδη καὶ πρόσθεν εἰρημένου, τοῦ πρῶτόν τε καὶ μάλιστα τοῦτο σπουδάζειν τοὺς ἰατρούς, καὶ τοῦτο σχεδὸν αὐτῶν ἔργον ὑπάρχειν ἴδιον, ἐκκόπτειν τὰς νόσους· εὐθὺς γὰρ ἅμα τούτῳ καὶ ἡ βλάβη τῆς ἐνεργείας οἴχεται, καὶ τἆλλα συμπτώματα πάντα συναναιρεῖται. χρήζουσι μὲν γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι πρώτης καὶ μάλιστα τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας, δι' ἐκείνην δὲ καὶ τῆς ὑγείας· καὶ ἀποθέσθαι γε βούλονται τὴν βλάβην τῆς ἐνεργείας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν νόσον· οὐ μὴν τῇ γε βλάβῃ τῆς ἐνεργείας, ἀλλὰ τῇ νόσῳ προσφέρουσι τὰ βοηθήματα, τουτέστι τῇ παρὰ φύσιν διαθέσει τῇ βλαπτούσῃ τὴν ἐνέργειαν. ὅστις οὖν οὐκ οἶδεν αὐτῶν τῶν κατὰ φύσιν ὑπαρχόντων τοῖς μορίοις, τά τ' ἄλλως συμβεβηκότα καὶ τὰ τῆς ἐνεργείας αἴτια διορίσαι, πῶς τοῦτον εἰκὸς ἐξευρεῖν τὴν διάθεσιν, ὑφ' ἧς πρώτως ἡ ἐνέργεια βλάπτεται; τὰ μὲν γὰρ ἄλλως συμβεβηκότα τοῖς σώμασι, κἂν μυριάκις ἀλλοιωθείη, βλάπτειν τὴν ἐνέργειαν οὐ δύνανται, ἕως ἂν ὑφ' ὧν ἐγίγνετο, κατὰ φύσιν ἔχῃ πάντα· τούτων δ' εἴπερ τι κἂν ἓν ἀλλοιωθῇ, βλαβῆναι τὴν ἐνέργειαν εὐθὺς ἀναγκαῖον εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον περ καὶ ὠφελεῖται κατὰ φύσιν ἔχοντος.

Verùm, si breuia sint, constat acuta esse; sin ægrè soluantur, diuturna. Morbum autem, an ægritudinem dicas, nihil interest; quemadmodùm etiam non interest, pathos, an pathema dicas. Atqui patheos appellationem de morbo dixisse veteres, quemadmodùm & infirmitatem, & imbecillitatem, ostensum nobis est in ijs, quæ de medicinalibus vocabulis scripsimus. In quibus illud quoque traditum est, nihil referre, dicere valetudinem infirmam an infirmitatem valetudinis; nam & qui ægrotāt, eos appellant non solùm ægrotos, sed & infirmos, & laborantes. Atque hoc in illis commentarijs demonstratum est. Reliquum nunc fuerit, vt eo cuius causâ hæc omnia diximus, in medium adducto, ad aliquid eorum, quæ proximè tractanda sunt, deincèps transeamus. Id quid sit, rogas? Certè non aliud, quàm quod multotiès iam antè dictum est, primùm ac maximè id medicos studere, idque ferè proprium eorum munus esse, vt morbos adimant; quippè simul cum hoc non modò actionis læsio statim euanescit, sed etiam reliqua omnia symptomata tolluntur. Siquidem primùm ac maximè actionis ipsius, quæ secundum naturam est, omnes homines egent, propter illam verò & sanitatis; sed & functionis læsionem amoliri omnes cupiunt, ob id verò etiam morbum ipsum. Cæterum non functionis læsioni, sed morbo ipsi, id est, affectui præter naturam, qui actionem lædit, adhibent remedia. Quisquis igitur ex ijs, quæ partibus secundum naturam insunt, & quæ temerè accidunt, & quæ actionis sunt causæ, distinguere non potest, quomodò credibile est, vt ipse affectum, à quo primùm actio læditur, inuenire possit? Nam quæ temerè corporibus accidunt, etiāsi millies sint alterata, nocere profectò actioni non possunt, quandiù, à quibus fiebat, omnia naturam suam tuentur. Horum verò si vel vnum quodlibet sit alteratum, actionem quoque ipsam statim lædi in tantum est necesse, in quantum ab eo, quum secundum naturam se haberet, est adiuta.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Παραδείγμασι τρισὶν ἐπιδείκνυται, τὴν τῶν νοσημάτων διάγνωσίν τε καὶ θεραπείαν, ἐκ τοῦ γνῶναι τὴν κατὰ φύσιν διάθεσιν ἐξηρτῆσθαι.

Ἐμοὶ μὲν οὖν εἴρηται τὸ πᾶν, καὶ δέδεικται σαφῶς ἤδη τοῖς γε δυναμένοις ἕπεσθαι λόγοις ἀληθέσιν, ὡς οὐκ ἐγχωρεῖ ὁπόσα τὰ πάντ' ἐστὶ νοσήματα, μεθόδῳ περιλαβεῖν, εἰ μή τις εἰδείη ὁπόσα τὰ πάντ' ἐστὶν ὑπάρχοντα κατὰ φύσιν ἔχοντι τῷ σώματι τῆς ἐνεργείας αἴτια· μανθάνειν δ' οὔπω δυνατόν ἐστι τῶν εἰρημένων οὐδέν, ὅσοι σκαιότεροί τέ εἰσι, καὶ ἀργοὶ τὴν διάνοιαν, ἢ τοῖς τῆς μεθοδικῆς αἱρέσεως λήροις ἐνετράφησαν. αὖθις οὖν κἀκείνοις, ὃ καθόλου νῦν εἴρηται, τοῖς συνετοῖς, ἐπέλθωμεν κατὰ μέρος, ἕν τι καὶ δεύτερον οἷον παραδείγματα τῷ λόγῳ προχειρισάμενοι. διὰ τί γὰρ ἡ γλῶττα τῶν χυμῶν αἰσθάνεται, τῶν δ' ἄλλων μορίων οὐδέν; ἆρά γε διὰ χρόαν, ἢ διὰ τὴν θέσιν, ἢ διὰ τὸ μέγεθος, ἢ διὰ τὸ σχῆμα; παρούσης γὰρ αὐτῆς, οἶμαι, καὶ μηκέτ' αἰσθανομένης τῶν χυμῶν, ἤτοι τὴν χρόαν ἐπανάξομεν εἰς τὸ κατὰ φύσιν, εἰ κατὰ ταύτην εἶχε τὴν ἐνέργειαν, ἢ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν εἰρημένων, εἰ καὶ ἐκεῖνο·

CAPVT IV.

Tribus exemplis ostenditur, dignotionem morbi, ac curationem, ex intellectione affectûs, qui secundum naturam inest, pendere.

Ac mihi quidem res tota explicata iam est, clareq; ostensum, ijs præsertim, qui intelligere vera possunt, fieri non posse, vt omniū morborū numerū methodo quis cōprehendat, nisi idem omnium causarum actionis numerum, corpore secundum naturam se habente, norit. Nihil tamen ex iam dictis intelligere adhuc possunt, quicunque vel stolidiores sunt, & ingenio tardiore, vel methodicæ sectæ nugis innutriti. Denuò igitur, quod nunc generatim dictum, intelligentibus illis quoque speciatim exponamus, vnum aliquod atque alterum veluti exemplum sermoni proponentes. Cur lingua sapores percipit, nec vlla pars alia? Num propter colorem, aut situm, aut magnitudinem, aut figuram? Quippè eâ affectâ, nec commodè sapores sentiente, aut colorem eius ad naturam suam reducemus, si in eo actionem habet; aut iam dictorum quoduis, si ab illo agendi vim accipit.

Quòd

Quòd si propter aliud ab his quippiam constat, si illo tantum tenus ad naturalem habitũ sit restituta, nullo etiam reliquorum fore opus. Nam esto, exempli gratiâ, densitas certa pororum causa sit, succi saporem dijudicet; nunquid horum symmetriam, quæ in sanitate visitur, tuebimur, rursusque ametriam, quoties laborat, corrigemus? Age verò, si ita sors tulerit, moderatus calor causa sit, cur saporem sentiat lingua: non hîc quoque manifestum est, cæteris neglectis, vnam adhibendam curam, vt illud seruemus, à quo agendi facultatem accepit? Iam si propterea quòd ita in sicco humidóque attemperata sit, idcircò sentiat, quis non reliquis posthabitis, huc tantùm intendat, vt neque iusto siccior sit, nec etiam humidior? Quis rursus, si hoc verum est, non facilè promptéque colligat, duos esse vniuersos linguæ morbos, alterum humidum, alterum siccum? Veluti rursum, si per moderatum calorem & frigus habet quod sentiat, quis non hîc quoque duos esse morbos eius intelligat, caloris frigorisque ametriam? Quemadmodum etiam, si propter tenuium meatuum symmetriam sensum est nacta, promptum profectò hîc quoque colligere est, omninò eam ex horum ametria oblædi; duplexque vitium fore, densitatem meatuum, & raritatem. Num igitur etiam plura dico, quò stupidos istos inducam, vt si nihil aliud, illud saltẽ intelligant, non posse quenquam nec inuenire, nec demonstratione asserere morborum numerum, qui non ex ijs, quæ partibus insunt, tum quæ causæ actionis sint, tum quæ temerè accidant, norit? Num etiam alterum adhuc tertiumque exemplum adijciam? sæpè nanque multitudine exemplorum, stupidorum animi veluti à somno excitantur. Age igitur ita homines rursum interrogemus. Idcircóne corpus calida, dura, mollia læuia, & aspera, omnia denique sub tactum cadentia sentit, quod candidum colore est, aut quod nigrum, aut quod rufum, aut vt summatim dicam, quod talis coloris est; an propter horum nihil, sed aliud quippiam? Perspicuum enim cuique arbitror, quod si quid probè sentiendi munere vtatur, id tantum illi tuendum, custodiendumque sit, ex quo vno probè sentiendi facultatem accepit. Nam si ex eo quòd candidum fuit, id dotis obtinuit, eius tuendi maxima erat habenda cura, sicut nigri fugiendi. Sin contrà ex eo quòd nigrum fuit, sentiendi vim habuit, omnes, arbitror, alios colores fugere, formidareque oportebat. Ad eundem modum, & si inde adeò sentit quòd flauum vel rufum est; fugiendi, arbitror, alij colores omnes sunt, ceu sensum, vel penitus deperditum, vel deprauatum efficientes. Præterea, si eo quòd durum sit, sensu est præditum, si molle fiat, læditur; Ac si quòd densum sit, læditur, si rarum efficiatur. Quòd si tenuium meatuum symmetria sentiendi vim habeat, ab ametria certè læditur. Et generaliter, vt sentiat, id tantùm ipsum adsit oportet, vnde sensum obtinuit; atque id tantùm corrigatur, vndè sensus est læsus, quũ à natura recessit. Num igitur tertio exemplo est opus, an hæc abundè satisfaciunt? Sanè prudentibus vel hæc superuacua puto, vt qui vniuersale intelligere sine exemplis possint; rudibus autem, & tardis, & contentiosis, ne si tertium quidẽ addam exemplum, quicquã fortasse profecero. Veruntamen quando duo iam dicta sunt,

κἂν εἰ κατ' ἄλλο δέ τι παρὰ ταῦτα, δῆλον ὡς κατ' ἐκεῖνο μόνον, εἴπερ δὴ αὐτὴν ἐπανάγοιμεν εἰς τὸ κατὰ φύσιν, οὐδὲν τῶν ἄλλων ἔτι δεησόμεθα. φέρε γάρ, ὅτι πυκνὴ τοῖς πόροις ἐστὶν εἰς τοσόνδε, διὰ ταῦτ' αὐτὴν αἰσθάνεσθαι τῶν χυμῶν· ἆρ' οὐ τὴν ἐκείνων συμμετρίαν μὲν ὁπόθ' ὑγιαίνουσι, φυλάξομεν, τὴν ἀμετρίαν δ' αὖθις ὁπότε νοσοῦσιν, ἐπανορθωσόμεθα; φέρε δὴ εἰ οὕτως ἔτυχε, διότι συμμέτρως ἔχει θερμότητος, αἰσθητικὴ εἶναι τὴν γλῶτταν τῶν χυμῶν· ἆρ' οὐ κἀνταῦθα πρόδηλον, ὡς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀμελήσαντες, ἐκεῖνο φυλάξομεν αὐτῆς μόνον, ἀφ' οὗ τὴν ἐνέργειαν ἐκέκτητο; φέρε δ' εἰ ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος ὧδέ πως ἔχουσα, διὰ τοῦτ' αἰσθάνοιτο, τίς οὐκ ἂν ἁπάντων τῶν ἄλλων ἀμελῶν εἰς τοῦτ' ἀποβλέψαι μόνον αὐτῆς, ὅπως μήθ' ὑγροτέρα τοῦ δέοντος ἔσται, μήτε ξηροτέρα; τίς δ' οὐκ ἄν, εἴπερ τοῦτ' ἐστὶν ἀληθές, ἐξ ἑτοίμου συνελογίσατο, δύο εἶναι τὰ πάντα τῆς γλώσσης νοσήματα, τὸ μὲν ὑγρόν, τὸ δέ, ξηρόν; ὥσπερ αὖ καὶ εἰ θερμότητι καὶ ψυχρότητι συμμέτρῳ τὴν αἴσθησιν ἔχοι, τίς οὐκ ἂν κἀνταῦθα δύο εἶναι τὰ νοσήματα αὐτῆς ἐνόησεν, ἀμετρίαν θερμότητός τε καὶ ψύξεως; ὥσπερ εἰ καὶ τῇ τῶν πόρων συμμετρίᾳ τὴν αἴσθησιν ἐκέκτητο, πρόχειρον ἦν δήπου κἀνταῦθα λογίσασθαι πάντως ὑπὸ τῆς ἀμετρίας αὐτὴν βλαβήσεσθαι, διττὴν δὲ ταύτην ἔσεσθαι, πύκνωσίν τε καὶ μάνωσιν τῶν πόρων. ἆρ' οὖν ἔτι λέγω πολλά, τοὺς ἀναισθήτους ἐπάγων, εἰ καὶ μηδ' ἄλλο, τοῦτό γοῦν ἐννοῆσαι, τὸ μὴ δύνασθαί τι μήθ' εὑρεῖν, μήτ' ἀποδεῖξαι τὸ πλῆθος τῶν νοσημάτων, ἄνευ τοῦ γνῶναι, τίνα μὲν τῶν ὑπαρχόντων τοῖς μορίοις αἴτια τῆς ἐνεργείας ἐστί, τίνα δὲ ἄλλως [23] τούτοις συμβέβηκεν; ἢ καὶ δεύτερόν τι καὶ τρίτον ἔτι παράδειγμα προχειρίσομαι; πολλάκις γὰρ ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐτῶν τιτρώσκονται τῶν ἀνοήτων αἱ ψυχαί. φέρε τοίνυν αὖθις ὧδέ πως αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν. ἆρ' αἰσθάνεται τὸ σῶμα θερμῶν καὶ ψυχρῶν, καὶ σκληρῶν καὶ μαλακῶν, καὶ λείων καὶ τραχέων, καὶ ἁπλῶς ἁπάντων τῶν ἁπτῶν, ὅτι λευκὸν τὴν χρόαν ἐστίν, ἢ ὅτι μέλαν, ἢ ὅτι πυρρόν, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅτι τοιόνδε τὴν χροιάν· ἢ κατ' οὐδὲν μὲν τούτων, δι' ἄλλο δέ τι; πρόδηλον γὰρ οἶμαι παντί, τὸ φυλάττειν αὐτῷ χρῆναι μόνον ἐκεῖνο μέλλοντί γε αἰσθήσεσθαι καλῶς, ἐξ οὗπερ ἐκέκτητο μόνου, τὸ καλῶς αἰσθάνεσθαι. εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ λευκὸν εἶναι τοῦτ' ἐκέκτητο, περὶ παντὸς ἐχρῆν ποιεῖσθαι, καὶ φυλάττειν τοῦτο, καὶ φεύγειν τὸ μέλαν· εἰ δ' ἔμπαλιν ἐκ τοῦ μέλαν ὑπάρχειν ἦν αἰσθητικόν, ἀποδιδράσκειν ἐχρῆν, οἶμαι, καὶ δεδιέναι τὰς ἄλλας ἁπάσας χρόας· οὕτω δὲ καὶ εἰ διότι ξανθὸν ἢ πυρρόν ἐστι, διὰ τοῦτ' αἰσθάνοιτο, φευκτέον ἐστίν, οἶμαι, τὰς ἄλλας ἁπάσας χρόας, ὡς ἀναισθησίας ἢ δυσαισθησίας ἀπεργαστικάς. καὶ μὲν δὴ καὶ εἰ τῷ σκληρὸν εἶναι τὴν αἴσθησιν εἶχε, τῷ μαλακὸν γενέσθαι, βλαβήσεται· καὶ εἰ τῷ πυκνὸν εἶναι, τῷ μανὸν ἀπεργασθῆναι· καὶ εἰ συμμετρίᾳ πόρων ᾐσθάνετο, πρὸς τῆς ἀμετρίας δήπου βλαβήσεται· καὶ καθόλου τοῦτ' αὐτὸ μόνον ὑπάρχειν χρὴ πρὸς τὴν αἴσθησιν, ἀφ' οὗ τὴν αἴσθησιν εἶχε, καὶ τοῦτ' ἐπανορθοῦσθαι μόνον, ἐπειδὰν ἐξίσταται τῆς φύσεως, ὑφ' οὗ τὴν αἴσθησιν βλάπτεται. ἆρ' οὖν δεήσει τρίτου παραδείγματος, ἢ καὶ ταῦθ' ἱκανά; τοῖς μὲν συνετοῖς, οἶμαι, καὶ ταῦτ' ἐστὶ περιττά, τὸ καθόλου συνιέναι δυναμένοις ἄνευ τῶν παραδειγμάτων· ἀμαθέσι δὲ καὶ σκαιοῖς καὶ φιλονείκοις, ἴσως οὐδ' εἰ τρίτον προστεθείη παράδειγμα, πλέον οὐδέν. ἀλλ' ὅμως ἐπειδήπερ εἴρηται δύο,

καὶ κατατρίβουσιν ἀεὶ μάτην ἡμῶν τὸν χρόνον, εἴη ἂν καὶ νῦν οὐκ ἀπεικὸς, ἓν αὖθις ἔτι προσθεῖναι παράδειγμα. καὶ δὴ καὶ προβεβλήσθω μὲν ὅπως ἀποπεπτοῦσαν ἐπανορθωσόμεθα γαστέρα· τὸν δὲ λόγον οὐ πρὸς τοὺς μεθοδικοὺς ἔτι μόνους, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς ἐκείνους ποιησόμεθα τῶν λογικῶν, οἳ νομίζουσι μεθόδῳ τινὶ δύνασθαι καὶ λόγῳ τὴν τέχνην συστήσασθαι, χωρὶς τοῦ γνῶναι τὴν πρώτην αἰτίαν τῆς ἐνεργείας, ἣν δὴ καὶ προσεχῆ καλεῖν εἰώθασιν. ἔστω δή τινα λέγειν, ἀπὸ γὰρ τῶν προχείρων ἐχόντων τὴν ἀτοπίαν ἄρξασθαι βέλτιον, ἵν' ἐπανάγωμεν αὖθις εἰ οἷόν τε, κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ καὶ τῶν ἀμυδροτέρων αἰσθάνεσθαι· λέγειν οὖν ὑποκείσθω τινὰ, διότι πολλαῖς ἐφεξῆς ἡμέραις ὅδε τις ἄνθρωπος ὁ νῦν ἀπεπτῶν, ἐπὶ γάλακτος μόνου διαιτηθεὶς, ἠλλοίωσε τὸ τῆς γαστρὸς χρῶμα, καὶ λευκὸν ἐποίησεν αὐτὴν ἐρυθρὰν, διὰ τοῦτ' αὐτῷ βεβλάφθαι τὴν ἐνέργειαν· οἶμαί σε γελᾶν ἤδη, καὶ δικαίως γελᾶν· ἀλλ' εἴπερ εἰδείης, ὡς ἴσον ἐστὶ καὶ τούτῳ περὶ χρωμάτων εἰπεῖν ὁποιοῦν ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὴν ἀπόδειξιν, καί σοι περὶ τῆς τῶν πόρων, εἰ οὕτως ἔτυχε, συμμετρίας, ἢ ἄλλης ἡστινοσοῦν διαθέσεως, οὐκ οἶμαί σε γελάσειν ἀλόγως· ἢ γὰρ κατὰ σαυτοῦ τὸν γέλωτα κινήσεις, ἢ μηδ' ἐφ' ἑτέρῳ. ἔστω γὰρ ἰταμὸν εἶναι τὸν τὸ χρῶμα τῆς γαστρὸς αἰτιώμενον τοῦ μὴ πέττειν καλῶς, καὶ φάσκειν ὡς ἐπειδὴ κατὰ φύσιν ἔχουσα, τὴν χρόαν ἐνερευθής ἐστι, νῦν δὲ ἀπειργάσθη λευκὴ ἀκριβῶς, διὰ τοῦτ' ἀπεπτήσειν ἐξ ἀνάγκης αὐτήν, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμί σου τὴν πρὸς τοῦτον ἀντιλογίαν· ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδ' ἐπινοῆσαι δύναμαι τρόπον ἕτερον αὐτῆς, ἄνευ τοῦ κελεῦσαι τῷ ταῦτ' εἰπόντι, δεῖξαι πρότερον, εἰ διὰ τὴν χρόαν ὅλως ἐνεργεῖ κατὰ φύσιν ἡ γαστήρ· σὺ δὲ εἴπερ ἔχεις, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμί σου. ἀλλ' οὔτε ἔχεις, οὔθ' ἕξεις εἰπεῖν ἕτερόν τινα τρόπον ἀντιλογίας πρὸς τὸν τὴν χροιὰν αἰτιώμενον τῆς ἀπεψίας, ἀλλ' ἢ τὴν πρόκλησιν τοῦ δεῖξαι, πῶς ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν χρώματος ἡ γαστὴρ εἶχε τὸ πέττειν. εἶτ' ἐκεῖνος μὲν οὐ πιστευθήσεται τὴν χρόαν αἰτιώμενος τῆς ἀπεψίας, πρὶν δεῖξαι κατὰ τοῦτ' ἐνεργοῦσαν αὐτήν, σὺ δ' ἤτοι τὴν ἀμετρίαν λέγων τῶν πόρων, ἢ ὁτιοῦν ἄλλο, πιστευθήσῃ πρὸ τοῦ δεῖξαι, πῶς ἐνεργεῖ κατὰ τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ γένει συμμετρίαν; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο λέγω, φησὶν, οὐδ' ἄλλο τι τὸ προσεχὲς τῆς πέψεως αἴτιον, ἀλλ' ὅλως ἀγνοεῖν ὁμολογῶ. καὶ μὴν εἰ τῷ μὲν τὴν χρόαν αἰτιωμένῳ τῆς ἐνεργείας ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τῆς βλάβης αἰτιᾶσθαι· τῷ δὲ τὴν συμμετρίαν τῶν πόρων, καὶ τούτων τὴν ἀμετρίαν τῶν αὐτῶν τούτων πόρων· καὶ τῷ τὴν εὐκρασίαν τῶν τεττάρων ποιοτήτων, θερμότητος, καὶ ψυχρότητος, καὶ ὑγρότητος, καὶ ξηρότητος, καὶ τούτων τὴν δυσκρασίαν τῶν αὐτῶν· ἀναγκαῖον ἔσται καί σοι τὸ κατὰ φύσιν ὑποθεμένῳ πρότερον, οὕτως ἐξευρεῖν τὸ παρὰ φύσιν. εἰ δὲ μὴ γινώσκεις τὸ κατὰ φύσιν, οὐδὲ τὸ παρὰ φύσιν οἶσθα· καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἀκούω λεγόντων πρὸς τοὺς ἐμπειρικοὺς ἰατροὺς, ὡς οὐκ ἐνδέχεται γνῶναι τὸ παρὰ φύσιν, εἰ μὴ πρότερον εἰδείη τις τὸ κατὰ φύσιν. ἀλλὰ γιγνώσκω, φησὶ, τὸ κατὰ φύσιν· ἆρά γε σύμπαν, ἢ μέρος αὐτοῦ τι; καὶ τοῦτο τὸ μέρος ὃ γινώσκεις, ἆρά γε τὸ τῆς ἐνεργείας ἐστὶν αἴτιον, ἢ ἄλλως ὑπάρχει τῇ γαστρί; τί γὰρ δὴ καὶ γινώσκεις; αὐτῆς θέσιν δηλαδὴ, καὶ μέγεθος, καὶ πλοκὴν, καὶ διάπλασιν·

A & inaniter tempus nostrum semper terunt, non fuerit alienum, vnum etiamnum ijs exemplum adijcere. Proponatur itaq; iam, quemadmodùm ventriculus malè cõcoquens nobis sit corrigendus. Verba autem faciemus, non solùm contra Methodicos, sed etiam contra eos Rationalium, qui non cognitâ ipsius actionis primâ causâ, quã continentem etiam nominare sunt soliti, methodo quadam, ac ratione constitui posse artem putant. Esto igitur quispiam dicat (ab ijs enim, quæ obuiam promptamque absurditatem exhibent, cæpisse præstat, quò eos, si fieri potest, ad B ea, quæ confusa magis sunt, intelligenda sensim perducamus,) esto, inquam, aliquis dicat, hunc hominem, qui nunc cruditate laborat, quòd multos deinceps dies solo lacte est altus, ventris colorem mutasse: albumque ex rubro reddidisse, idcircóque ventris sui functionem læsisse. Fortasse iam rides, & iure profectò rides. Verùm, si scias, quàm sit simile & huic de coloribus citra vllam demonstrationem adhibitam quiduis pronunciare, & tibi de exiguorum meatuum (verbi gratia) symmetria, aut alio quolibet affectu, non, C arbitror, iure ridebis; nam aut in tete risum verte, aut nec in alterum. Nam esto, impudens sit, qui causam minùs probè concoquendi colori imputet, dicatque, quòd; quoniam ex naturali colore ventriculus ruber est, nunc verò redditus est planè albus, idcircò cruditate laboret, est necesse. Libens sanè audiam, quid tu cõtra hunc obijcias. Ego enim aliam rationem non inuenio, quàm vt iubeam, qui ita dicet, priùs ostendat, an omninò propter colorem, secundum naturam, actionem ventriculus edat. Tu siquam aliã D habeas, libenter audiam. Sed nec habes, nec habere aliam contradicendi rationem potes contra eum, qui colorem cruditatis ventriculi causam esse dicit, quàm exigere, vt doceat, quomodò ex naturali colore consequutus sit, vt concoqueret, ventriculus. An igitur huic, qui colori cruditatis causam imputat, fides non adhibebitur antequàm doceat etiam hoc nomine agere ventriculum? tu quum vel tenuium meatuum ametriæ, vel alij cuipiam hanc ascribas, credi tibi postulabis priusquàm doceas, quo pacto ex symmetria in illo genere agat? At nõ hoc aio, inquit E nec aliud quicquam esse concoctionis continentem causam, sed prorsus id ignorare me fateor. Atqui, si ei, qui colori actionis causam tribuit, necesse est etiam eidem læsionem actionis imputet: qui verò tenuium meatuum symmetriam *actionis causam dicit*, etiã horum ipsorum pororum ametriam, eãdem vitiare fateatur; tum, qui temperamẽto quatuor qualitatũ, caloris, frigoris, humoris, & siccitatis, *actionis causã assignat*; etiam eorundem ipsorum intemperiei *læsionem eius ascribat*; vtiq; & tibi necesse erit eo, quod secundũ naturã est, priùs supposito, ita quod præter naturam est, F inquirere; aut si ipsum, quod secundum naturam est, nõn nosti, nec quod prẹter naturã est, nosti. Etenim vos etiam ipsos audio contra Empiricos Medicos dicere, fieri non posse, vt, qui id, quod secũdũ naturã sit, nõ norit, dignoscere id, quod præter naturã sit, possit. At nosco, inquit, quod secundũ naturã se habet. Quæro, totúmne, an partem eius aliquam? atq; pars ipsa, quam nosti, estne actionis ipsius causa, an ventriculo inest ociosè? Nam quid demùm eius nosti? situm videlicet, & magnitudinem, & texturam, & conformationem.

At

At nihil horum actionis est causa. Sed nec Empicos horum quicquam latet; quippe qui & se partium dissectione, quum occasio hanc offert, vti fatentur, & ex illa se hæc intelligere, non tamen actiones vsusque partium. At noui, inquit, & actionem; est enim circumplexus & attritio. At, nisi causam eius noueris, nec morbum intellexeris. Nam si quatuor qualitatum temperies actionis sit causa, earum intemperies omninò læsionis causa erit. Tu verò retis phlegmonen, & scirrhum, & œdema, & abscessum, & alia, quæ oculis vsurpari possunt, solos esse ventriculi morbos; quanuis ne hæc ipsa quidem, veluti Empirici, solis oculis, manibus, & reliquis sensibus apprehendas, sed ad ipsam essentiam eorum tentas ascendere, atque hanc diligenter disquirere, videlicet non contentus ijs symptomatis, quæ sensui apparent; quæ tamen symptomata Empiricis definiunt ac circunscribunt suam syndromen: sic enim ipsi appellandam censent symptomatum congeriem, quæ in affecto sunt loco. Sed nec curationis indicationem ex apparentibus symptomatis accipis. Non enim, an tumor præter naturam, nec an renitens, nec an cum dolore, nec, an ruber; sed, an sit in finibus arteriarum impactio, ex parem-ptosi, *obreptione seu coincidentia*, consideras, ac curationem (vt ipse fateris) ad hoc referens exploras. An non ea est Erasistrati docendi ratio, vbi de febribus agit, sicuti rursus alia Dioclis, alia Praxagoræ, alia Asclepiadis? Itaque non à symptomatis, quæ in phlegmones apparent loco, indicatio præsidij his sumitur, sed ab ipsa substantia. Neque enim, an tumor præter naturam, neque, an renitentia, neque, an dolor pulsatorius sed, an coincidentia, & impactio in finibus arteriarum, aut obstructio in finibus venarum, aut putredo aliqua humorum, aut corpusculorum ratione contemplabilium, in laxitatibus æquè ratione speculabilibus intentio sit, æstimant. Quare hi omnes ab affectu phlegmone laborantis partis, non à symptomatis, quæ hanc sequuntur, præsidiorum indicationem sumunt. Ad eundem, arbitror, modum, & si quis calidum frigidum, humidum, & siccum causatur. Verùm hic, etiam si ventriculus citra phlegmonen, aut vlcus, aut abscessũ, aut aliud id genus, eo tantùm, quod frigidior euaserit, non rectè concoquat, tamen remedijs non destituitur. At qui phlegmonas, scirrhos, aliaque quæ oculis videre licet, tantùm esse morbos putant, ridiculè planè cruditates, quæ sine ijs fiunt, ex imbecillitate ventriculi incidere dicunt, ceu affectum aliquem priuatum seiunctumque, imbecillitatem esse velint, non autem, velut in suppurantibus, aut scirrho, aut phlegmone affectis, aut aliâ quauis ratione laborantibus, inesse. Quippe omnes hæ affectiones siue in ventriculo, siue in iecinore, siue in thorace, siue in alio quouis accidant, ilicò partem, in qua sunt, ad propriam functionem edendam imbecilliorem reddunt. Sed id non satis illis erat ad indicationem remediorum; alioqui frustrà inquirunt affectus, sed ad ipsam morbi essentiam subeunt, tanquàm non aliter detur idonei compotes esse remedij. Non igitur, qui imbecillitatem pathos esse dicunt, vbi nullo ex ijs, quæ ipsi morbos definiunt, affecto ventriculo animal cruditate laborat, ij, dum à nobis refellantur expectant; sed ipsi se ipsos redarguunt, quum non proprium aliquod, sed commune omnium dicant,

A ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐστὶ τῆς ἐνεργείας αἴτιον. ἀλλ' οὐδὲ ἀγνοεῖταί τι τούτων τοῖς ἐμπειρικοῖς, ὁμολογοῦσι γὰρ καὶ ἐξετάζεσθαι τῇ κατὰ περίπτωσιν ἀνατομῇ, καὶ ταῦτ' ἐξ ἐκείνης μανθάνειν, οὐ μὴν ἐνεργείας τε καὶ χρείας μορίων. ἀλλ' οἶδα, φησί, καὶ τὴν ἐνέργειαν· ἔστι γὰρ περιστολὴ καὶ τρῖψις. ἀλλ' εἰ μὴ τὴν αἰτίαν εἰδείης αὐτῆς, οὐκ εἴσῃ τὴν νόσον. εἰ γὰρ ἡ εὐκρασία τῶν τεττάρων ποιοτήτων αἰτία τῆς ἐνεργείας ἐστὶν, ἡ δυσκρασία πάντως τῆς βλάβης αἰτία ἔσται. σὺ δ' οἴει φλεγμονὴν, καὶ σκίῤῥον, οἴδημά τε καὶ ἀπόστημα, καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἐστι, μόνα τῆς γαστρὸς εἶναι παθήματα· B καίτοι γ' οὐδὲ ταῦτα τοῖς ἐμπειρικοῖς ὁμοίως, ὀφθαλμοῖς μόνοις καὶ χερσὶ καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι καταμανθάνεις, ἀλλ' ἐπὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἀνέρχεσθαι πειρᾷ, καὶ ταύτην ἐξευρίσκειν ἀκριβῶς, οὐκ ἀρκούμενος τοῖς φαινομένοις αἰσθητοῖς συμπτώμασιν, ἃ τοῖς ἐμπειρικοῖς ὁρίζει τε καὶ περιγράφει τὴν συνδρομήν· οὕτω γὰρ ἀξιοῦσιν ὀνομάζειν αὐτοὶ τὸ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα τῶν ὑπαρχόντων τῷ πεπονθότι τόπῳ, καὶ τὴν ἔνδειξίν γε τῆς θεραπείας, οὐκ ἐκ τῶν φαινομένων λαμβάνεις συμπτωμάτων. οὐδὲ γὰρ εἰ C παρὰ φύσιν ὄγκος, οὐδ' εἰ ἀντίτυπος, οὐδ' εἰ ὀδυνηρὸς, οὐδ' εἰ ἐρυθρὸς, ἀλλ' εἰ σφήνωσις ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ παρεμπτώσει σκοπεῖς, καὶ τὴν θεραπείαν, ὡς αὐτὸς ἔφης, πρὸς τοῦτ' ἀναφέρων ἐξευρίσκεις. ἢ γὰρ οὐχ οὗτος ὁ Ἐρασιστράτου τρόπος τῆς διδασκαλίας ἐν τοῖς περὶ πυρετῶν, ὥσπερ αὖ Διοκλέους μὲν ἕτερος, Πραξαγόρου δ' ἄλλος, Ἀσκληπιάδου δ' ἄλλος; ὥστ' οὐκ ἀπὸ τῶν περὶ τὸ φλεγμαῖνον μέρος φαινομένων συμπτωμάτων ἡ ἔνδειξις αὐτοῖς γίνεται τῶν βοηθημάτων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οὐσίας αὐτῆς· οὐ γὰρ εἰ παρὰ φύσιν ὄγκος, D οὐδ' εἰ ἀντίτυπος, οὐδ' εἰ πόνος σφυγματώδης, ἀλλ' εἰ παρέμπτωσίς τε καὶ σφήνωσις ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν ἀρτηριῶν, ἢ ἔμφραξις ἐν τοῖς πέρασι τῶν φλεβῶν, ἢ σῆψίς τις τῶν χυμῶν, ἢ λόγῳ θεωρητῶν ὄγκων ἔντασις ἐν λόγῳ θεωρητοῖς ἀραιώμασιν, ἐπισκοποῦνται. ὥστε ἕκαστος τούτων ἀπὸ τῆς διαθέσεως τοῦ φλεγμαίνοντος μέρους, οὐκ ἀπὸ τῶν ἑπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων, ἔνδειξιν τῶν βοηθημάτων λαμβάνει. κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον κἄν τις αἰτιᾶται τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν. ἀλλ' οὐκ ἔστι μὲν εἰ καὶ χωρὶς φλεγμονῆς, ἢ ἕλκους, ἢ ἀποστήματος, ἢ τινος ἑτέρου τοιούτου, μόνῳ τῷ ψυχρὰ γεγονέναι E μὴ πέττοι καλῶς ἡ γαστὴρ, εὐπορεῖ τῶν βοηθημάτων. οἱ δὲ τὰς φλεγμονὰς καὶ τοὺς σκίῤῥους, καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐστι θεάσασθαι, μόνα νομίζοντες εἶναι νοσήματα, γελοίως πάνυ τὰς χωρὶς τούτων ἀπεψίας, ἀτονίᾳ τῆς κοιλίας γίνεσθαί φασιν, ὥσπερ ἐξαίρετόν τινα λέγοντες τὴν ἀτονίαν, ἰδίαν ἐξαίρετον, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ καὶ τοῖς ἐκπυϊσκομένοις τε καὶ σκιῤῥουμένοις, καὶ φλεγμαίνουσι, καὶ ἄλλως ὁπωσοῦν πεπονθόσιν ὑπάρχειν. πάντα γὰρ ταῦτα τὰ πάθη, κἂν ἐν γαστρὶ, κἂν ἐν ἥπατι, κἂν ἐν θώρακι, κἂν ἐν ὁτῳδήποτε γένηται, παραχρῆμα τὸ μέρος ἀτονώτερον ἐργάζεται περὶ τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν. ἀλλ' F οὐ τοῦτ' ἄρ' ἦν αὔταρκες αὐτοῖς εἰς τὴν τῶν βοηθημάτων ἔνδειξιν, ἢ μάτην ζητοῦσι τὰς διαθέσεις, ἀλλ' ἐπ' αὐτὴν ἀνέρχονται τὴν οὐσίαν τοῦ νοσήματος, ὡς οὐκ ὂν ἄλλως εὐπορῆσαι τῆς προσηκούσης ἰάσεως. οὐκοῦν ἔτι τὸν ἔλεγχον ἐξ ἡμῶν ἀναμένουσιν, ἀλλ' αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐξελέγχουσιν, οἱ τὴν ἀτονίαν εἶναι λέγοντες τὸ πάθος, ἐν οἷς οὐδὲν ὧν ἔνιοι παθῶν ὡρίσαντο, πεπονθυίας τῆς γαστρὸς, ἀπεπτεῖ τὸ ζῶον. οὐ γὰρ ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸν ἁπάντων λέγουσι,

καὶ τὴν θεραπείαν οὐδὲ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους δυνάμενον ἐνδείξασθαι εὐλόγως, ὄνομα γάρ ἐστι ψιλόν, τὸ ῥωννύναι τὴν ἀτονίαν, καὶ δὴ σκοπὸς μᾶλλον, οὐ θεραπεία. τί γὰρ χρὴ ποιοῦντας, ῥώμην ἐντιθέναι τοῖς ἀρρωστοῦσι περὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ λέγουσιν· ἐν τούτῳ δ' ἦν ἡ θεραπεία. καὶ χωρὶς τοῦ τὴν διάθεσιν εὑρεθῆναι τῆς γαστρός, εὐπορῆσαι βοηθημάτων ἀδύνατον. εἰ μὲν γὰρ ἔψυκται, θερμαντέον, εἰ δ' ὕγρανται, ξηραντέον· ὡσαύτως δέ, καὶ εἰ μὲν ἀμέτρως τεθέρμανται, ψυκτέον, εἰ δ' ἐξήρανται, ὑγραντέον. οὗτοι μὲν ἁπλοῖ τρόποι τῆς ἰάσεως τέτταρες. ἕτεροι δὲ τέτταρες σύνθετοι, εἰ μὲν ψυχροτέρα καὶ ξηροτέρα τὴν κρᾶσιν ἡ γαστὴρ ἐγένετο, θερμαντέον τέ ἐστι καὶ ὑγραντέον αὐτήν· εἰ δὲ ὑγροτέρα καὶ θερμοτέρα, ξηραντέον τέ ἐστι καὶ ψυκτέον· οὕτω δὲ καὶ εἰ μὲν θερμοτέρα τε καὶ ξηροτέρα, ψυκτέον τε καὶ ὑγραντέον, εἰ δ' ὑγροτέρα τε καὶ ψυχροτέρα, ξηραντέον τε καὶ θερμαντέον· ὥστε καὶ αἱ διαθέσεις ὀκτὼ τῆς γαστρός, αὐτῆς, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀτονίας αἰτίαι, καὶ οἱ τρόποι τῆς ἰάσεως ὀκτώ.

quodque nec illis ipsis iudicibus, remediorum inuentionem indicare facilè possit. Quippe illud, roborare imbecillitatem, nomen nudum, ac veluti scopus potiùs est, non curatio. Nam quid faciendo ijs, qui inualidi ad actionem sunt, robur vindices, non dicunt; at in hoc curatio consistebat, & nisi ventriculi affectu inuento, vt remediorum sis compos, fieri non potest. Quippe si refrixerit, calfaciendus est; si humentior effectus, siccandus est; pari modo, si immodicè incaluit, refrigerandus est; si siccatus, humectandus est. Atque hæ quatuor simplices curationis rationes sunt. Alteræ quatuor compositæ sunt. Si frigidiore, ac ficciore temperamento redditus ventriculus est, calfaciendus simul humectandusque est. Sin humidior, & calidior iusto euasit, siccandus, ac refrigerandus est. Pari modo, si calidior, ac siccior est effectus, tum refrigerandus tum humectandus est. Sin humidior, ac frigidior, siccandus, ac calfaciendus est. Quare & octo sunt ipsius ventriculi affectus, qui sunt causæ ipsius (vt ipsi dicunt) imbecillitatis, tum octo medendi rationes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Κατ' ἐκείνων τῶν ἰατρῶν, τῶν τῆς φυσικῆς ἐνεργείας τὸ αἴτιον ἀνεξερεύνητον εἶναι φασκόντων, ἵνα ἡ μέθοδος τοῦ διαγνῶναι καὶ θεραπεύειν τὸ νόσημα ἀποδοθῇ.

CAPVT V.

Aduersus eos medicos, qui naturalis actionis causam negarunt inquirendam, vt methodus dignoscendi, & curandi morbi constitueretur.

ΚΑΙ οὐκ ἐγχωρεῖ λέγειν οὐδενὶ τῶν δογματιζόντων ὁμοίως τοῖς ἐμπειρικοῖς, ὡς οὐδὲν δέοιντο γιγνώσκειν, εἴθ' ὑπάρχουσιν, εἴτε μή· τελέως γὰρ [24] ἀνατρέψουσι τὴν λογικὴν αἵρεσιν, ὁμολογήσαντες εὐπορεῖν μὲν τῆς θεραπείας, ἀγνοεῖν δὲ τὴν διάθεσιν· ἐκ πείρας γὰρ δήπου πάντες εὐπορήσουσι τῆς ἰάσεως, εἴ γε μὴ ἐκ τῆς τοῦ πράγματος αὐτοῦ φύσεως ἔνδειξιν ἔλαβον. οἱ μὲν οὖν ἐμπειρικοί, καὶ τῷ μὴ δύνασθαι νομίζειν εὑρεθῆναί τι τῶν ἀδήλων, καὶ τῷ μὴ δεῖσθαι, κἂν εὑρεθῇ, τετηρηκέναι γὰρ αὐτοὺς τὰς θεραπείας ἐπὶ ταῖς φαινομέναις συνδρομαῖς, εὐλόγως οὔτε γιγνώσκειν φασίν, εἰ ὀκτὼ διαθέσεις εἰσὶ καθ' ἃς ἡ γαστὴρ ἀτονεῖ, καὶ χωρὶς τῆς τοιαύτης περιεργίας εὐπορεῖν τῶν ἰαμάτων· οἱ δέ, καὶ τὸν λόγον ὁμολογοῦντες ἔχειν, ᾧ καὶ περὶ τῶν ἀδήλων διασκέπτονται, καὶ τὴν εὕρεσιν αὐτῶν ἔνδειξιν ἰαμάτων παρέχεσθαι φάσκοντες, οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ αἰδοῦνται λέγοντες, ἢ μὴ γιγνώσκειν, εἰ ὑπάρχουσιν αἱ ὀκτὼ διαθέσεις, ἢ μὴ δεῖσθαι πρὸς τὰς ἰάσεις αὐτῶν; οὐ γὰρ τοῦτ' ἀπόχρη μόνον εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἐξελέγξαι προσήκει τοὺς εἰδέναι φάσκοντας, ὡς οὐκ ἀληθεύουσιν· ἄχρι δ' ἂν μήτ' αὐτοὶ τοῦτο ποιῶσιν, ἕτεροί τε πολλαῖς ἀποδείξεσι λέγωσι τὸ πᾶν σῶμα διὰ τὴν ἐκ τῶν τεττάρων ποιὰν κρᾶσιν ἐνεργεῖν, εὐλογώτερον ἐκείνοις πιστεύειν, εἰ μή τι ἄρα προφάσεις ψιλὰς λέγοντες, ἀξιώσουσι [25] πιστότεροι τῶν τὰς ἀποδείξεις λεγόντων εἶναι. καὶ μὴν ἐκεῖνοι μέν, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, πείθειν γοῦν καὶ διδάσκειν τοὺς ἀκροατάς, οὐ βιάζεσθαι καὶ προστάττειν ἐπιχειροῦσιν· οὗτοι δ' αὖ τοὐναντίον ὡς τύραννοι κελεύουσι μὴ ζητεῖν τῆς ἐνεργείας τὴν αἰτίαν· ἀλλ' ἡμεῖς μὲν καὶ Διονύσιον, καὶ Φάλαριν, καὶ τοὺς ἄλλους τυράννους. διὰ τοῦτο μισοῦμεν, ὅτι κελεύουσι καὶ προστάττουσιν, οὐ πείθουσι καὶ διδάσκουσιν, ὡς Σόλων, καὶ Δράκων, καὶ Λυκοῦργος. ἀλλ' ἐγώ, φησί, ἐν τοῖς ὅροις μένω τῆς τέχνης, ὑμεῖς δὲ ἀποχωρεῖτε,

NEque, sicut Empiricis, sic vlli dogmaticorum dicere licet, sint hæc, an non sint, nihil esse opus intelligere. Funditus nanque logicam Sectam subuertent, si ignorato affectu, curationis tamen facultatem abundè sibi superesse dicãt: Etenim ab ipsa experientia omnes, quomodò curandum sit, intelligent, si modò ab ipsius rei natura indicationem non sumpserint. Ac Empirici quidem, & quod inuenire posse non putent quicquam eorũ, quæ abstrusa sunt; & quod id, etiamsi inuentum sit, non desiderent, quippe obseruatas à se esse curationes in apparentibus concursibus, meritò nescire se, an octo affectus sint, quibus venticulus imbecillus fit, aiunt, & citra eiusmodi superuacuam curiositatem, remedijs se abundare. Qui verò & rationem se habere profitentur, cuius ope etiam abstrusa inquirant, & ipsorum inuentionem præsidiorum præstare indicationem dicunt, hos quomodo non pudeat dicere, aut non nosse se, an octo affectus sint, aut eos ad medendum se non requirere? Neque enim id tantum dicere satis est, non nosse se, sed refellere par est eos, qui se scire affirmant, ceu parùm vera professos. Quoad verò, nec ipsi id faciunt, alijque non paucis demonstrationibus confirmant, omne corpus pro certo quatuor qualitatum temperamento opus suum edere, rationabilius est illis accedere; nisi fortè, qui nuda afferunt verba, plus sibi credi postulabunt, quàm qui cum demonstrationum fide loquuntur. Atqui illi, si non aliud, saltem suadere, ac docere auditorem student, non cogere, iubereque: hi rursum contrà, tyrannorum ritu iubent, ne quæramus actionis causam. Verùm nos hoc nomine Dionysium, Phalarim, cæterosque tyrannos odio prosequimur, quod iubeant imperentque, non suadeant, ac doceant, sicut Solon, Draco, & Lycurgus. At, inquit, ego intra limites artis maneo, vos & ab iis exceditis,

& ad

& ad alia naturalis philosophiæ principia nos reducere conamini. An igitur, homo lepidissime, ne hoc quidem ipsum demonstrabis, quinam videlicet medicinæ artis sint limites; quæque nouisse expediat ei, qui ratione, remediorum inuentionem molietur; sed terrifico vultu tuo nos reddere attonitos putas? Audio quidem, & te illud dicere, non oportere actionis inquiri causam; audio & empiricos dicere, nec actiones ipsas esse considerandas; audio non minus illum, qui dicit, non tantum has esse æstimandas, sed etiam causas, vnde nascantur, quærendas. Num igitur ex eo esse me iniquorum iudicum numero iubes, qui priusquam omnes, qui inter se dissident, audierint, vni statim ferunt suffragium? An primùm, quæ vestrum quisque dicat, seorsum audire *vis*, dein conferre, atque perpendere, quis tum sibi, tum apparentibus consentiat; quis rursus, nec secum, nec cum ijs, quæ apparent? Atqui, si ita faciam, Empiricos audiam, etsi, quæ dicunt, stabiliter non demonstrent, saltem ea lenire conantes; vos ne id quidem *facitis*; nam sanè libenter audierim, quis vestrum, vel lenimen aliquod, vel demonstrationem aliquam afferre conatus est, cur actionis causam inquiri non expediat? Quæ enim à me methodus supra est posita, inquirendum esse demonstrauit: Vos nec demonstrationem vllam, nec rationem vllam probabilem afferre conamini, sed tantùm elato supercilio tetricè nos obiurgatis, abscedere à summa physiologia iubentes, nec sic quærere hominis naturam intelligere, vt philosophi faciunt, qui ad prima vsque elementa ratione ascendunt; illudque vobis, dixisse satis esse, arteriam, & venam, & neruum, principia continentia, & veluti elementa eius physiologiæ, quæ de homine instituitur, ponenda esse. In quo quidam Herophilum laudauit, quòd ita ad verbum dixerit: *Esto hæc prima esse, tametsi prima non sint.* Sed qui ad demonstrationem prouocat, ac hypotheses istorum, qui sic opinantur, pugnare secum ostendit; hunc auersamini, ac fugitis, prorsúsque non auditis, & contemnere simulatis, ibique rationem fastiditis, qui contra Empiricos rationem, demonstrationémque extollitis. Nam, quò secum dissideant rationes omnium, qui ex dimidio dogmatizant, etiam ijs, qui tenuiter in demonstrandi methodo sunt exercitati, facilè perspicere licet. Quum enim phlegmone ventriculus laborat, atque inde adeò concoquere non valet, quænam phlegmones causa sit, quærendum censent, atque inde præsidiorum copiam coniectant, spretâ Empiricorum inuentione; quum verò citra phlegmonen, aliudve id genus vitium, solius intemperantiæ culpâ concoquere non valet, hîc rursùs auxiliorum facultatem ab experientia petunt. Atqui hæc secum non conueniunt, quum Empiricorum opinio sibi constet, præterea demonstret efficiatque, quod volunt, ex ijs, quæ vos ipsi non inficiamini, lemmatis. Quippe, si fieri vllo modo potest, vt ex ijs, quæ apparent, symptomatis curandi ratio coniectetur, ignorato affectu, vtique non hîc possibile, in alio fuerit impossibile, sed æquè in omnibus possibile erit. Ergo nec hoc quidem loco rationem vllam afferre poteritis, quò minùs, vbi affectum explorare nequitis; experientia ipsa satis sit ad remediorum vbertatem. Omnia

A καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἡμᾶς ἀνάγειν ἐπιχειρεῖτε τῆς φυσικῆς θεωρίας. εἶτα οὐκ ἀποδείξεις, ὦ γυναικότατε, κἂν αὐτὸ τοῦτο, τίνες εἰσὶν οἱ ὅροι τῆς ἰατρικῆς θεωρίας, καὶ τίνα χρὴ γινώσκειν τὸν μέλλοντα λόγῳ ποιήσασθαι τὴν εὕρεσιν τῶν βοηθημάτων; ἀλλὰ μορμολυξάμενος οἴει καταπλήξειν ἡμᾶς; ἀκούω καὶ σοῦ λέγοντος, ὡς οὐ χρὴ σκοπεῖσθαι τῆς ἐνεργείας τὴν αἰτίαν· ἀκούω δὲ καὶ τῶν ἐμπειρικῶν, ὡς οὐδὲ τὰς ἐνεργείας αὐτὰς ἐπισκέπτεσθαι προσήκει· ἀκούω δὲ καὶ τοῦ λέγοντος, B ὡς οὐ μόνον ἐπισκεπτέον εἶναι δεῖ αὐτάς, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας ὑφ' ὧν γίγνονται, ζητητέον. ἆρ' οὖν κελεύεις με γενέσθαι τῶν ἀδίκων κριτῶν, οἳ μὴ περιμείναντες ἁπάντων ἀκοῦσαι τῶν ἀμφισβητούντων ἀλλήλοις, εὐθὺ φέροντες ἔδοσαν τὴν ψῆφον; ἢ πρῶτον μὲν ἀκοῦσαι τοὺς λόγους ὑμῶν ἑκάστου καταμόνας, εἶτ' ἀλλήλοις παραβαλεῖν καὶ διασκέψασθαι, τίς ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς φαινομένοις ὁμολογεῖ, καὶ τίς οὔτε τοῖς φαινομένοις, οὔθ' ἑαυτῷ; καὶ μὴν εἰ τοῦτο ποιήσαιμι, τῶν μὲν ἐμπειρικῶν ἀκούσαιμι κἂν παραμυθεῖσθαι γοῦν πειρωμένων ἃ λέγουσι, εἰ καὶ μὴ βεβαίως ἀποδεικνύουσιν· ὑμῶν δ' οὐδὲ τοῦτο. τίς γὰρ C ἢ παραμυθίαν ὑμῶν, ἢ ἀπόδειξιν εἰπεῖν ἐπεχείρησεν, (ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι,) διότι οὐ χρὴ ζητεῖν τῆς ἐνεργείας τὴν αἰτίαν; ἡ μὲν γὰρ ἔμπροσθεν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθεῖσα μέθοδος, ἀπέδειξεν ὡς δεῖ ζητεῖν· ὑμεῖς δ' οὔτ' ἀπόδειξιν οὐδεμίαν, οὔτε λόγον οὐδένα πιθανὸν ἐπεχειρήσατε εἰπεῖν, ἀλλ' ἀνατείναντες τὰς ὀφρῦς, ἐπιτιμᾶτε μόνον ἡμῖν σεμνῶς, ἀποχωρεῖν τῆς ἄκρας φυσιολογίας κελεύοντες, καὶ μὴ ζητεῖν οὕτω φύσιν ἀνθρώπου καταμαθεῖν, ὡς οἱ φιλόσοφοι καταμανθάνουσιν, ἄχρι τῶν πρώτων στοιχείων ἀνιόντες τῷ λόγῳ· καὶ τοῦτο ὑμῖν ἀπόχρη D μόνον εἰπεῖν, ὡς ἀρτηρίαν, καὶ φλέβα, καὶ νεῦρον, ἀρχὰς προσηκεῖς, καὶ οἷον στοιχεῖα χρὴ τίθεσθαι τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον φυσιολογίας. καί τις ἐπῄνεσεν ἐν τούτῳ τὸν Ἡρόφιλον εἰπόντα κατὰ λέξιν οὕτως, ἔστω ταῦτα εἶναι πρῶτα, εἰ καὶ μὴ ἔστι πρῶτα. τὸν δ' εἰς ἀπόδειξιν προκαλούμενον, ἐξελέγχοντά τε τὰς ὑποθέσεις τῶν ταῦτα δοξαζόντων ἑαυταῖς μαχομένας, ἀποστρέφεσθε καὶ φεύγετε, καὶ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ παρέχετε τὰ ὦτα, καὶ καταφρονεῖν προσποιεῖσθε, καὶ μισόλογοι γίγνεσθε νῦν, οἱ τὸν λόγον καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἐπανατεινόμενοι τοῖς ἐμπειρικοῖς. E ὅτι γὰρ ἑαυτοῖς οἱ λόγοι διαφέρονται ἁπάντων τῶν ἐξ ἡμίσεος δογματιζόντων, εὐφώρατόν ἐστι τοῦτο, τῷ κἂν βραχὺ γεγυμνασμένῳ κατὰ τὰς ἀποδεικτικὰς μεθόδους. ἐπειδὰν μὲν γὰρ φλεγμαίνῃ γαστήρ, καὶ διὰ τοῦτο πέττῃ ἀρρώστως, τίς ἡ τῆς φλεγμονῆς ἐστιν αἰτία, ζητεῖν ἀξιοῦσι, κἀντεῦθεν εὐπορεῖν τῶν ἰαμάτων, ἀποχωροῦντες τῆς ἐμπειρικῆς εὑρέσεως· ἐπειδὰν δὲ χωρὶς φλεγμονῆς, ἢ τοιούτου τινὸς ἄλλου παθήματος, ὑπὸ δυσκρασίας μόνης ἀρρώστως πέττῃ, ἐνταῦθα πάλιν ἐκ τῆς ἐμπειρίας αὐτῆς ἡ τῶν βοηθημάτων εὐπορία. καὶ μὴν ἀλλήλοις μὲν ταῦτα μάχεται, τὰ δὲ F τῶν ἐμπειρικῶν ὁμολογεῖ, καὶ ἀποδεικνύουσί τε καὶ περαίνουσι τὸ σφέτερον, ἐξ ὧν αὐτοὶ ὑμεῖς συγχωρεῖτε λημμάτων. εἰ γὰρ ὅλως δυνατόν ἐστιν ἐπὶ φαινομένοις συμπτώμασι τετηρῆσθαι θεραπείαν, ἀγνοουμένης τῆς διαθέσεως, οὐκ ἐπὶ μὲν τῆσδε δυνατόν, ἐφ' ἑτέρας δὲ ἀδύνατον, ἀλλ' ἐπὶ πασῶν ὁμοίως ἔσται δυνατόν. τοιγαροῦν οὐδ' ἐνταῦθα λόγον οὐδένα λέγειν ἕξετε τοῦ μὴ τὴν ἐμπειρίαν αὐτάρκη γίγνεσθαι πρὸς τὴν τῶν βοηθημάτων εὐπορίαν, ἐφ' οἷς τὴν διάθεσιν εὑρεῖν ἀδυνατεῖτε. πάντα οὖν ὡς

τύραννοι προστάττετε, χρῆσθαι δ' ἀποδείξεσιν οὔτ' αὐτοὶ βούλεσθε (βέλτιον γὰρ ἴσως εἰπεῖν τοῦτο, τοῦ μὴ δύνασθαι) καὶ τοῖς βουλομένοις τε ἅμα, καὶ δυναμένοις οὐχ ἕπεσθε. τί ποτ' οὖν ἄλλο εἰσὶν ὑμῶν οἱ λόγοι, πλὴν ἔρεις, καὶ φιλονεικία, καὶ πρόκλησις εἰς λοιδορίας καὶ μάχας, οἵας καὶ τῶν ὑμετέρων διδασκάλων τις ἐποιεῖτο διὰ παντὸς, ἢ καταγελῶν εἴ τις ἐφθέγξατο θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὡς βαλανεῦσι μᾶλλον, οὐκ ἰατροῖς προσηκόντων ὀνομάτων, ἢ σφοδρῶς ἐπιτιμῶν, ὡς ἀποχωροῦντι πόρρω τῆς ἰατρικῆς, ἢ τὴν Ἐρασιστράτου προχειριζόμενος ἀξιοπιστίαν. ἀλλὰ [27] ταύτην μὲν πρῶτον ἀκούσας, ἥσθην, δεύτερον δὲ, καὶ τρίτον ἀκούων ἐμίσησα, βωμολοχίᾳ μᾶλλον, οὐκ ἰατρικῇ πρέπειν ἡγησάμενος. εἰ γὰρ ἅπαξ ἡ τῶν κελευσάντων μὴ προσωτέρω χωρεῖν ἀξιοπιστία μάρτυς ἱκανὴ πρὸς ἀπόδειξιν εἶναι νομισθήσεται, λῆρος ἤδη μακρὸς ἔσται πάντα, καὶ πέρας οὐδὲν ἐν τοῖς διαλόγοις, ἀλλ' ἢ τοῦθ' ὅπερ νῦν ὁρᾶτε γιγνόμενον, ἔχθρα, καὶ μάχη, καὶ λοιδορία. τοῖς γὰρ ἀποχωρήσασι μὲν τῶν λογικῶν ἀποδείξεων, ὅτι δ' Ἡρόφιλος οὕτως ἐκέλευσεν ἢ Ἐρασίστρατος, ἀξιοῦσι πιστεύειν, ἀνάγκη πᾶσαν λοιδορίαν καὶ μάχην ἀκολουθῆσαι, τὰ θαυμαστὰ τῶν νῦν διαλόγων ἆθλα. φέρε γὰρ ἑτέρου μέν τινος λέγοντος, ὡς τῷδέ τινι τῷ μὴ πέπτοντι καλῶς, ἡ γαστὴρ δύσκρατος ἐπὶ τὸ ξηρότερόν τε καὶ ψυχρότερον ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὴν ὑγραντέον τ' ἐστὶ καὶ θερμαντέον· ἑτέρου δέ τινος, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ ψυχρότερόν τε καὶ ὑγρότερον ἀλλοιωθείσης, θερμὰ καὶ ξηρὰ τὰ διαιτήματα προσφέρεσθαι συμβουλεύοντος· καὶ ἄλλος τις τρίτος προσελθὼν, ὡς μὲν οὐκ ὀρθῶς εἴρηται τῶν εἰρημένων ὁπότερον, μηδ' ἐπιχειρήσειεν ἀντειπεῖν, μόνον δ' ἐπιτιμῷ ὡς περιττὰ ζητοῦσι, καὶ μάρτυρα τὸν Ἐρασίστρατον ἢ τὸν Ἡρόφιλον ἐπάγοιτο· πῶς οὐχ, ὅπερ ἔφην, ἀρχὴ διαφορᾶς ἐντεῦθεν ἔσται, καὶ λοιδορίας τῆς πρὸς ἀλλήλους; ἀνάγκη γὰρ δήπου κἀκείνους, Ἀθήναιον, καὶ Μνησίθεον, καὶ Διοκλέα, καὶ Πλειστόνικον, Ἱπποκράτην τε καὶ Φιλιστίωνα, καὶ μυρίους ἑτέρους τοιούτους ἐπικαλέσασθαι μάρτυρας. εἰ γὰρ δὴ κατὰ μάρτυρας χρὴ διαιρεῖσθαι τὸν λόγον, οὐ σμικρῷ τινι κρατήσουσιν· ὅτι τε γὰρ τῆς νοσώδους δυσκρασίας εἴδη πολλὰ, καὶ ὅτι καθ' ἕκαστον ἡ θεραπεία διάφορος, οὐχ Ἱπποκράτην μόνον, ἢ ἄλλους παμπόλλους ἰατροὺς, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Θεόφραστον, καὶ Ζήνωνα, καὶ Χρύσιππον, ἅπαντάς τε τοὺς ἐλλογίμους φιλοσόφους παρεχόμενοι μάρτυρας· ὅτι τε χωρὶς τοῦ τὴν φύσιν εὑρεθῆναι τοῦ σώματος ἀκριβῶς, οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν, οὔτε περὶ νοσημάτων διαφορᾶς ἐξευρεῖν οὐδὲν, οὔτε ἰαμάτων εὐπορῆσαι προσηκόντως, ἅπαντας πάλιν τοὺς νῦν εἰρημένους μοι φιλοσόφους τε καὶ ἰατροὺς, οὐ προστάττοντας, μὰ Δί', ὡς οὗτοι, δίκην τυράννων, ἀλλ' ἀποδεικνύντας παρέξονται. πρὸς ταῦτ' οὖν οἱ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, βαλανέων οὐκ ἰατρῶν ὀνόματα φάσκοντες εἶναι, βωμολοχεύσονται δηλονότι, καὶ γελωτοποιήσουσιν, ἢ μωροὺς, ἢ Φρύγας, ἢ σχολαστικοὺς διηγούμενοι (συνίσασι γὰρ ἑαυτοῖς) οὐ μόνον ἀποδεικτικὸν ἐπισταμένοις οὐδὲν, ἀλλ' οὐδ' ὅτι τί ποτέ ἐστιν ἀπόδειξις, ἐπαΐουσιν. ἐκ τούτων οὖν τῶν σκωμμάτων ἀνάγκη γενήσεσθαι διαφορᾶς ἀρχήν. ἵνα γὰρ τοῦ πρώτου πάντων, ὧν οἱ χωρὶς ἀποδείξεως φλυαροῦντες, οὐκ ὀκνοῦσι λέγειν, ἐπιμνησθῶ, σκέψαι πῶς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀκολουθῆσαι μάχην αὐτῷ.

A igitur vs tyranni imperatis; vti verò demonſtrationibus, nec ipſi vultis, (præſtat enim id fortaſſe dicere, quàm non poſſe vos) nec ijs, qui vti tum volunt, tum poſſunt, acceditis. Itaque quid aliud ſunt diſceptationes veſtræ, quàm lites, & contentio, & prouocatio ad cōuitia, & pugnas, cuiuſmodi præceptorum veſtrorum quidam perpetuò exercuit, aut irridens, ſi quis calidi, vel frigidi mentionem faceret, tanquam balneatoribus magis quàm medicis, ea nomina conuenirent; aut vehementer increpans, quaſi longiſſimè à medendi arte digreſſum; aut Eraſiſtrati grauem B illam authoritatem obijciens. Verùm hæc, vt primò audita oblectabat, ita quum ſecundò & tertiò audiui, moleſta ſanè fuit, ceu ſcurris, quàm medicis, magis congrua. Si enim ſemel authoritas eorum, qui vltrà non eſſe procedendum iubent, legitimus teſtis eſſe ad demonſtrationem putabitur, omnia iam meræ nugæ erunt, nec finis in diſputatione vllus, niſi, qui nunc viſitur, inimicitia, pugna, conuitium. Quippè, qui à logicis demonſtrationibus digreſſi, credi quippiā cenſent, propterea C quòd Herophilus, aut Eraſiſtratus ita iuſſit, hos neceſſe eſt omnis generis conuitia, pugnáſque ſequi, admiranda ſcilicet diſputationum, quæ nunc habentur, præmia. Finge enim alius dicat, huic, qui commodè non concoquat, ventriculum frigidam & ſiccam intemperiem contraxiſſe, proindeque humectandum, ac calfaciendum eſſe; alius quòd ſtatus eius ſecundum naturam mutatus ad frigidiorem, & humidiorem ſit, calidum ſiccumque victum adhibendum ſuadeat; tertius autem quiſpiam D accedens, quòd, quæ comprehenſa ſunt, non rectè ſint dicta, id ne tentet quidem oſtendere, ſed tantùm eos, qui dixerint, obiurget, quaſi ſuperflua ſcrutentur, & teſtes adhibeat Eraſiſtratum, vel Herophilum; nonne (vt dixi) diſſidij hinc, mutuique conuitij initium excitabitur? Quippe illos contrà neceſſe eſt Athenæum, & Mneſitheum, & Dioclem, & Pliſtonicum, & Hippocratem, & Philiſtionem, & ſexcentos alios tales opponere teſtes. Si enim teſtibus decidenda lis erit, non modico hi vincent. Nam, quòd tum morboſæ intemperiei multæ E ſint ſpecies, tum cuiuſque earum diuerſa curatio, vbi non Hippocratis modò, & plurimorum aliorum medicorum, ſed etiam Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, Zenonis, Chryſippi, & omnium illuſtrium philoſophorum teſtimonio comprobarint; vtique & quòd citra naturam corporis exactè inuentam fieri nequeat, vt vel de morborum differentia quicquam inuenias, vel auxiliorum conuenientiū copiæ ſis compos, iiſdem ipſis, tum philoſophis, tum medicis confirmabunt, hiſque non tyrannorum ritu, ſicut iſti, iubentibus, ſed F euidenti ratione probantibus. Contra hæc igitur, qui calidum, & frigidum, balneatorum, non medicorum dicunt eſſe vocabula, dicterijs videlicet vtentur & riſus mouebunt, moriones, phrygas, aut ſcholaſticos narrantes. Quippe conſcij ſibi ſunt, non modò nihil demonſtratione confirmatum ſcire, ſed nec, quid demùm demonſtratio ſit, intelligere. Ergo ex his dicterijs neceſſe eſt, oriatur diſſidij initium. Vt enim primum omnium memorem, quæ nugantes ſine demonſtratione dicere non dubitant, conſidera, quo pacto neceſſe ſit ex eo pugnam ſubſequi.

Nam, vbi contra dicta eorum demonstrationis expertia, ac contra testes ipsos, quibus credendum censent, alij tum celebriores, tum longè plures testes opponunt, necesse est, vel cedere vincique vtroque nomine, & quòd demonstrare recusarint; & quòd numero testium sint impares; vel perfrictâ fronte Erasistratum omnibus illis testibus dicere maioris esse fidei. Siquidem hîc necessum est, alterum negare esse maioris fidei aut Hippocrate, Mnesitheo medicis, aut Aristotele, & Platone philosophis; alterũ esse maioris fidei instare; deinde variè vltrò citróq;, tã immodestâ contentiosáque contradictione iactatâ alterũ eorum impelli, vt dicat, non tibi sanè ita bene erit, si Erasistratum negligas. Hæc enim quotidie fieri in medicorum disputationibus, ô Hiero, vides. Eâ verò semel datâ portâ, omnia iam muliercularum verba ingeruntur; & quum mutuis se maledictis asperserint, nihilque vtile docuerint aut didicerint, discedunt. Atque hanc turpitudinem, non est, quòd dicat aliquis non esse ab ijs, qui demonstrationem fugiunt, inceptam. Fugiunt autem multifariàm, vt scis, alij cum grauitate tantùm increpantes; alij scurrile aliquid iactantes; alij in risum sannasque disceptatione abreptâ. Quòd siquis sermoni stare, demonstrationesque audire audet, primùm quidem omninò non intelligit; neque enim potest, qui demonstratiuæ methodi sit imperitus, eos, qui ipsâ vtuntur, intelligere. Quòd si aliquatenùs intelligit, at quòd dogma suum, in quo nutritus, propugnare omninò decreuerit, contrà tendere aggressus, dein deprehensus, quæ nec ritè concludant, nec colligant, sed vana nugaciaque sint, dicere, irascitur, & deuouet Dialecticos, ceu malorum authores, quòd videlicet stiriam à naribus ipsorum detergent, ipsique mederi conantur, adhibitis non melle, & placentis, sed allijs, & cæpis, quæ etiam pituitâ tentatos gallinaceos sanare solent. Quippè millies affuisti ijs, quum à diuersè concludentibus argumentis non aliter, quàm ab ipso allio, & cæpis cogerentur lachrymari. Nec te profectò latet, multos sæpè nobis priuatim fassos, sentire iam se suam sectam, quàm sit absurda, nec tamen hanc posse publicè mutare, quum alioqui, nec alia nossent, vnde haberentur in pretio, & iam vulgo propter hæc, & noti, & in pretio forent. Itaque ob hæc ipse quoque sæpiùs distuli commentarios de medendi methodo scribere, pro comperto planè habens, paucissimos homines huius tempestatis ab ijs adiutum iri. Etenim nisi magna quæpiam miráque mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis studijs est, vt potè confusis, ac corruptis, nemine veritatem ipsam, sed tantùm scientiæ famam quærente. Optimè enim profectò scis, ne quinque quidem vsquam inuenisse nos, qui esse potiùs, quàm videri docti cuperent. Atqui, nisi quis sapientiam ipsam propter se ipsam expetat, ne tempus quidem vllum inueniet, quo se in logica methodo exerceat, imò diuitijs, & famæ, & potentiæ ciuili inhians, in horum occupatione vitam omnem consumet.

πρὸς γὰρ τὰς ἀναποδείκτους φάσεις αὐτῶν καὶ τοὺς ἀξιοπίστους μάρτυρας, ὅταν ἕτεροί τινες ἐνδοξότεροί τε καὶ πολὺ πλείονας ἀντιπροτείνωνται μάρτυρας, ἀναγκαῖον ἢ συγχωρεῖν καὶ ἡττᾶσθαι κατ᾽ ἄμφω νενικημένους ἔν τε τῷ μὴ συνακολουθῆσαι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, κἀν τῷ κεκρατῆσθαι πρὸς τοῦ πλήθους τῶν μαρτύρων, ἢ ἀναισχυντήσαντας Ἐρασίστρατον ἁπάντων ἐκείνων τῶν μαρτύρων ἀποφαίνεσθαι πιστότερον. ἀνάγκη γὰρ ἐνταῦθα, τὸν μὲν εἰπεῖν ὡς οὐκ ἔστι πιστότερος, οὔτε τῶν περὶ τὸν Ἱπποκράτην καὶ Μνησίθεον ἰατρῶν, οὔτε τῶν περὶ τὸν Ἀριστοτέλη τε καὶ Πλάτωνα φιλοσόφων, τὸν δ᾽, ὡς ἀντειπεῖν· εἶτ᾽ ἄνω καὶ κάτω τῆς τοιαύτης ἀντιλογίας φερομένης οὕτως ἀπαίδευτά τε καὶ φιλόνεικα, προαχθῆναι τὸν ἕτερον αὐτῶν εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἔσται οὕτω σοι καλῶς, ἐὰν Ἐρασίστρατον ἀτιμάζῃς. ταυτὶ γὰρ ὁρᾷς ἑκάστης ἡμέρας, ὦ Ἱέρων, γιγνόμενα κατὰ τοὺς τῶν ἰατρῶν διαλόγους· (τοιαύτης δ᾽ ἅπαξ ἀνοιχθείσης ὁδοῦ,) πάντ᾽ ἐπιρρεῖ τὰ τῶν γυναικῶν ἤδη ῥήματα, καὶ κακῶς εἰπόντες ἀλλήλους, οὐ διδάξαντές τι χρηστὸν ἢ μαθόντες, ἀπαλλάττονται. καὶ τῆς τοιαύτης ἀσχημοσύνης, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς οὐχ οἱ τὰς ἀποδείξεις ἀποδιδράσκοντες ἄρχουσιν· ἀποδιδράσκουσι δή, ὡς οἶσθα, πολυειδῶς, οἱ μὲν σεμνῶς ἐπιτιμήσαντες μόνον, οἱ δὲ κομψευσάμενοί τι βωμολοχικόν, οἱ δ᾽ εἰς γέλωτα καὶ χλεύην ἐξάγοντες τὸν διάλογον· εἰ δέ τις καὶ τολμήσειε παραμεῖναί τε τῷ λόγῳ, καὶ τῶν ἀποδείξεων ἐπακοῦσαι, μάλιστα μὲν οὐδ᾽ ἕπεται τὴν ἀρχήν, οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸν ἀγύμναστον ἀποδεικτικῆς μεθόδου, τοῖς χρωμένοις αὐτῇ παρακολουθεῖν· εἰ δ᾽ ἄρα καὶ μέχρι τινὸς παρακολουθήσειεν, ἀλλὰ τῷ πάντως ἐπαμύνειν ἐθέλειν οἷς ἐνετράφη δόγμασιν, ἐπιχειρῶν ἀντιλέγειν, εἶτ᾽ ἐξελεγχόμενος, ἀπέραντα, καὶ ἀσυλλόγιστα, καὶ περιττά, καὶ ληρώδη φλυαρῶν, ἀγανακτεῖ, καὶ καταρᾶται τοῖς διαλεκτικοῖς, ὡς κακῶν αἰτίοις, ὅτι δηλαδὴ τὴν κόρυζαν ἀπομύττουσιν αὐτῶν, καὶ θεραπεύειν πειρῶνται, προσφέροντες, οὐ μέλι καὶ πλακοῦντας, ἀλλὰ σκόροδά τε καὶ κρόμμυα, τὰ καὶ τοὺς κορυζῶντας ἀλεκτρυόνας ἰώμενα. παραγέγονας γὰρ δὴ μυριάκις αὐτοῖς, ὡς ὑπὸ σκορόδων ὄντως καὶ κρομμύων, τῶν ἐλέγχων, ἀναγκαζομένοις δακρύειν· οἶσθα δὲ δήπουθεν, ὡς καὶ πολλοὶ πολλάκις ἡμῖν ἐξωμολογήσαντο κατὰ μόνας, αἰσθάνεσθαι μὲν ἤδη τῶν κατὰ τὴν σφετέραν αἵρεσιν ἀτόπων, οὐ δύνασθαι δ᾽ ἔν γε τῷ φανερῷ μετατίθεσθαι, διὰ τὸ μήτ᾽ ἄλλα γινώσκειν ἀφ᾽ ὧν τιμηθήσονται, καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐφθακέναι ἀπὸ τούτων γιγνώσκεσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι. διὰ ταῦτα τοίνυν κἀγὼ πολλάκις ἀνεβαλλόμην ὑπομνήματα γράψαι μεθόδου θεραπευτικῆς, ὡς ἂν ἀκριβῶς εἰδὼς ὀλιγοστοὺς τῶν νῦν ἀνθρώπων ὑπ᾽ αὐτῶν ὠφεληθησομένους. εἰ μὴ γὰρ μεγάλη τις γένοιτο καὶ δαιμονία μεταβολὴ τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, οἴχεται πάντα τὰ καλά, καὶ συγκέχυται, καὶ διέφθαρται, μηδενὸς ἀλήθειαν σπουδάζοντος, ἀλλὰ τὸ δόξαι μόνον. οἶσθα γὰρ δήπου καὶ σὺ σαφῶς, ὡς οὐδὲ πέντε τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἐνετύχομεν, εἶναι μᾶλλον, ἢ φαίνεσθαι σοφοῖς ὀρεγομένοις. καὶ μὴν εἰ μή τις ὀρεχθείη σοφίας αὐτῆς δι᾽ ἑαυτήν, οὐδὲ καιρὸν ἕξει τοῦ γυμνάσασθαι κατὰ τὰς λογικὰς μεθόδους, ἀλλὰ περὶ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ δύναμιν πολιτικὴν ἐσπουδακώς, περὶ τὴν ἐν ἐκείνοις ἀσχολίαν ἅπαντα κατατρίψει τὸν βίον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Κατὰ τῶν ἀποφασκόντων μὴ γίνεσθαι τὰ νοσήματα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐκ μόνης τῆς δυσκρασίας· καὶ πόσα ἐστὶ τὰ γένη τῶν νοσημάτων, τὰ ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι, καὶ ὀργανικοῖς γινόμενα.

Ἐάσαντες οὖν αὐτοὺς, πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἴωμεν. ἔστι τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς, ὡς εἰ μή τις ἅπαντα τὸν ἀριθμὸν τῶν νοσημάτων ἐξεύροι μεθόδῳ, σφαλεῖται μέγιστον σφάλμα, κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς αὐτῆς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου· πρόδηλον γὰρ ὡς τοσούτους χρὴ τρόπους εἶναι τῆς ἰάσεως, ὅσαιπερ καὶ αἱ τῶν νοσημάτων ἰδέαι. τὸ τοίνυν μήτ' ἄπειρα ποιῆσαι τὰ νοσήματα, τοῖς κατὰ μέρος ἰδιότησι προσέχοντας, μήτ' εὐθὺς ἐν τοῖς πρώτοις καταμεῖναι γένεσιν, οὐ τοῦ τυχόντος ἐστὶν, ἀλλ' ἀνδρὸς, ὡς καὶ πρόσθεν ἐδείκνυτο, πάνυ γεγυμνασμένου κατὰ τὰς διαιρετικὰς μεθόδους. ἀρχὴ δὲ τῆς διαιρέσεως αὐτῶν, ὥς που καὶ τοῦτ' ἐλέγετο, τὸν λόγον τῆς οὐσίας τοῦ διαιρουμένου πράγματος ἀφορίσασθαι. καὶ τοίνυν ἐδείκνυτο, πάντως μὲν ἕν τι τῶν παρὰ φύσιν ὑπαρχόντων νόσημα. τεττάρων δ' ὄντων τῶν παρὰ φύσιν, ἤτοι τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας, ἢ τῆς ἐργαζομένης αὐτὴν διαθέσεως, ἢ τῆς ταύτην ποιούσης αἰτίας, ἢ τῶν ἑπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων, εἴτε τὴν βλάβην τῆς ἐνεργείας, εἴτε καὶ τὴν ἐργαζομένην αὐτὴν διάθεσιν ἐθέλοι τις ὀνομάζειν νόσον, οὐδὲν τοῦτο τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ὑπαλλάττειν ἐδείκνυμεν, εἰ τοῦθ' ἓν μόνον γιγνώσκοι, τὸ, τὴν πρώτην θεραπείαν, ἣν δήπου καὶ προσεχῆ καλοῦσιν ἔνιοι, τῆς τὴν ἐνέργειαν ἐμποδιζούσης εἶναι διαθέσεως. ἐπιδέδεικται δ' ἡμῖν ἐλέγομεν, ὡς ταύτην εὐλογώτερον εἴη προσαγορεύειν νόσημα, μὴ μέντοι κωλύειν ἡμᾶς, εἴ τις ἐθέλοι, τὴν μὲν τῆς ἐνεργείας βλάβην ὀνομάζειν νόσημα, τὴν δ' ἐργαζομένην αὐτὴν διάθεσιν, αἰτίαν τοῦ νοσήματος. ὑποθέμενοι δὲ καλεῖσθαι νόσημα, διάθεσιν παρὰ φύσιν ἐνέργειαν βλάπτουσαν, ἐζητήσαμεν ἐφεξῆς, ὁπόσα τὰ σύμπαντ' ἐστὶ νοσήματα. πρόδηλον δ' ἦν ἐν τούτῳ, τὸ, δεῖν ἐξευρεῖν πρῶτον εἴ τις ὁδῷ καὶ τάξει μέλλει προϊέναι, καὶ μὴ καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ὡς τύραννοι προστάττειν, ἥτις ποτὲ διάθεσίς ἐστιν, ἡ τῆς ἐνεργείας αἰτία δραστική. ταύτην οὖν ἡμεῖς μὲν εὐκρασίαν ἐλέγομεν εἶναι θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ὑγροῦ τε καὶ ξηροῦ· καὶ διὰ τοῦθ' ἡ πρώτη νόσος ἡ ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι, τῇ δυσκρασίᾳ τούτων ἐδείκνυτο γίγνεσθαι. ἕτερος δέ τις ἐν ὄγκοις καὶ πόροις θήσεται τὴν τούτων συμμετρίαν, καὶ διὰ τοῦτ' ἀμετρίᾳ τῶν πόρων αὐτῶν νοσήσειν τὰ ζῶα. τὸ δὲ μήτ' αὐτὸν ἀποφήνασθαι τολμῆσαι τῆς ἐνεργείας τὴν αἰτίαν, ἐν ὁτῳδήποτε γένει τῶν ὄντων ἐστὶ, μήτε τοῖς λέγουσιν ἀντειπόντα, νομίζειν ἔτι λόγῳ καὶ μεθόδῳ προϊέναι, δεινῶς ἐλέγομεν εἶναι μοχθηρόν. ἅμα μὲν, ἄφυκτον ἐργαζόμενον τὴν ἐκ τῶν ἐμπειρικῶν κατηγορίαν, ἅμα δὲ αὐτῷ μαχόμενον· ἐξ ἡμίσεος γὰρ δὴ, τοὺς τοιούτους εἶναι λογικούς· ὅπως μὲν δὴ γίγνεται φλεγμονὴ, καὶ σκίρρος, καὶ οἴδημα, καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα, πολυπραγμονοῦνται, ὅτι δὲ καὶ χωρὶς τούτων ἁπάντων κατὰ δυσκρασίαν μόνην ἐνέργεια βλάπτεται, μὴ γινώσκονται, ἀλλ' ἐμπειρικῶς τὰ τοιαῦτα θεραπεύονται. ὅστις οὖν βούλεται γνῶναι, πόσον ἁμαρτάνουσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ πόσον τι πλῆθος ὑπερβαίνουσι νοσημάτων, καὶ ὡς πολὺ πλέον ἀγνοοῦσιν, ἢ γιγνώσκουσι, τὸ περὶ διαφορᾶς νοσημάτων ἀναλεξάσθω γράμμα· μαθήσεται γὰρ, ὡς ὀρθῇ μὲν ὁδῷ πρῶτος ἁπάντων Ἱπποκράτης ἐχρήσατο, δέον δ' αὐτὴν τελειῶσαι τοὺς μετ' αὐτὸν, οὐχ ὅπως οὐδεὶς ἐτελείωσεν, ἀλλὰ καὶ τὰ καλῶς εὑρημένα διέφθειραν οἱ πλεῖστοι. πλησίον δὲ τὴν τελειῶσαί τε καὶ συμπληρῶσαι

CAPVT I.

Aduersus eos, qui morbos à sola plerunque intemperie fieri negarunt; & quot sint prima morborum genera, quæ in similaribus, & instrumentalibus oriuntur.

Ergo dimissis his, rursus ad propositum redeamus. Est autem ab initio propositum illud, qui omnem morborum numerum methodo non inuenerit, hunc maximè in ipsis medendi methodi foribus lapsurum; quum constet, totidem esse medendi rationes, quot sint morborum ideæ. Ergo sic in enumerandis morbis egisse, vt neque priuatis proprietatibus attentus, infinitos statuat, nec in primis statim generibus subsistat, id in promptu cuique non est, sed ei tantùm, sicut antea dictum est, qui in diuidendi methodis sit exercitatissimus. Principium verò diuisionis eorum est (vt etiam alibi diximus) vt essentiæ ratio rei diuidendæ constituatur. Igitur illud monstratum nobis est, morbum omninò vnum ex ijs esse, quæ præter naturam sint. Hæc autem quatuor quum sint, actio oblæsa, affectus ipsam efficiens; affectus ipsius causa; & quæ hunc subsequuntur symptomata; siue functionis læsionem, siue, etiam molientem hunc, affectum, morbum nominare velit aliquis, nihil in medendi methodum immutare ostensum est; modò vnum illud intelligatur, primam ipsam curationem, quam etiam nonnulli continentem appellant, affectus esse, qui actonem interturbat. Porrò ostensum à nobis diximus, rationabilius hunc morbum appellari; non tamen vetare nos, quin, si cui id cordi sit, actionis noxam morbum nominet; affectum, qui hanc creet, morbi causa. Supposito igitur, quòd morbus vocetur affectus is præter naturam qui functioni officiat, inquisiuimus deinceps, quot in vniuersum morbi essent; vbi clarum obiter fecimus, siquis via ordineq; processurus sit, nec (sicut vulgus medicorum facit) tyranni ritu imperaturus, huic primum inueniendum esse affectum illum, qui functionis effectrix sit causa. Hunc sanè nos téperiem diximus esse calidi, frigidi, humidi, ac sicci; proindeque primum morbum in similaribus, esse ex horum intemperie ostendimns. Alius quispiam corpusculorum, & meatuũ symmetriam statuet, propterea q; ex ametria meatuum ipsorum ægrotare animantes. Cæterùm, siquis nec ipse actionis causam, in quónam entium sit genere, audebit statuere; nec ijs, qui statuunt, contradicet, ac nihilo secius tamen ratione methodoque se procedere arbitrabitur; hunc egregiè improbum esse diximus, vt qui, nec tutum se ab Empiricorum accusatione facere possit, & secum planè pugnet; quippe eiusmodi homines ex dimidio logicos esse, qui, qua ratione phlegmone, scirrhus, œdema, & alia id genus fiant, multo labore disquirunt, lædi autem etiam, citra hæc omnia, ex sola intemperie actionem non intelligunt, sed Empiricè talia curant. Quisquis igitur, quantum hi aberrent, scire volet; tum quos morbos transiliant, quantoque plures ignorent, quam norint; librum de morborum differentijs perlegat; intelliget enim, Hippocratem primum omnium recta instituisse via, quæ cum à posteris absoluenda fuerat, nõ modò nemo eorum absoluit, sed plerique etiam, quæ probè fuere inuenta, corruperunt. Proximè autem, vt viam, quæ inchoa-

ta est ab Hippocrate, perficerent, absoluerentq; Aristoteles, & Theophrastus accesserunt: & si fateri verum oportet, potestate absoluerunt, quum constituerint aliud esse in corporibus similaribus morbi genus, aliud in ijs quæ organica dicuntur; quippe à similaribus functiones edi, eoq; esse cuiusque organi vnam propriam similarem; reliquas verò, quæ cum hac quoduis organum perficiunt, eas vsus alicuius gratia, illius, quæ prima erat actionis causa, factas esse; sed & horum tamen rursus cuiusque esse per se actionem, veluti in oculis. Satius enim fortassis sit, quæ in alijs diffusè ostendimus, strictim hic commemoremus. Ipsum visus organum est crystallinus humor; reliquæ oculi partes, eius causa sunt factæ; quarum omnium vsus narrauimus in decimo operis de partium vsu libro. Cæterùm, quanquam crystallini maximè causa omnes sunt factæ, singulæ tamen earum aliquã seorsum actionem sunt nactæ; ac vena quidem, & arteria, & neruus toti animanti communem; membranulæ oculi omnes, quum sint nutrimenti participes, omninò naturalibus facultatibus sunt prædita, ac perinde etiam functionibus, quæ ab his proficiscuntur. Quoties igitur crystallinus humor ex intemperie laborat, omninò læditur oculorum functio; cæterùm non est eorum, vt organa sunt, morbus: at, quod hypochyma vocant, nullius similarium est morbus, sed oculi totius, vt organum. Ad eundem modum, si in finibus venarum, quæ in cauo iecinoris habentur, obstructio ex lentis, aut crassis succis subhæsit, distributio quidem in corpus per has morabitur, morbus tamen totius iecinoris, ceu organi censebitur, nulla similarium eius partium ægrotante; quòd si intemperies venas eius infestauerit, ipsarum quidem illarum morbus primum erit, ex accidente verò etiam iecicoris. Ac Erasistratus quidem in phlegmones substantia tradenda est lapsus, quum nec in partibus phlegmone laborantibus, in finibus arteriarũ impactio necessariò cernatur; nec arteriæ spiritum tantùm, quum secundum naturam sunt, contineant; veluti in tractatione de his ostendimus. Si igitur phlegmone, eius generis morbus sit, cuius autumat; & scirrhus eius generis, cuius ille opinatur; & reliquorum singuli, sicut ipse obscurè & multi sequaces eius clariùs explicare conantur; vtique solidas ipsas partes liberas propemodum à morbis relinquit, nisi quatenus vlcerari, collidi, incidique valeant, atque id genus aliud quippiam pati. Laborare verò eas se totis eiusmodi morbis, quales nos octo intemperantias ostendimus, id nusquam dicit. Atqui corpora vniuersa, etiam quæ difficillimè afficiuntur, veluti æs, lapis, ferrum, saltem calefieri, refrigerari, siccari, humescereque cernuntur, vt vtique mirum sit, si tantùm arteria, & vena, & neruus, nihil eiusmodi sentient. Atque hoc etiam magis mirum si sapienter quidem, functionem tamen legitimam edent; veluti, si ita sors tulit, in corde facultas quædam est, (vt ipse quoque Erasistratus confirmat) qua dilatatur & contrahitur; hanc autem lædi profectò oportet, si viuenti animali cor sit exemptum, quemadmodum sæpe factum in sacrificiis videmus; quippe, si non lædatur, perpetuò mouebitur, nec tantum ad tempus aliquod, vt nunc cernitur. Manifestum est igitur lædi, proindeque mouere desinere. Quænam igitur

A τὴν ὑφ' Ἱπποκράτους προβληθεῖσαν ὁδὸν, οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην τε καὶ Θεόφραστον ἀφίκοντο, καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐτελείωσαν δυνάμει, διορισάμενοι τὸ μὴ ταὐτὸν εἶναι γένος τῶν νοσημάτων, ἔν τε τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασιν, ἔν τε τοῖς ὀργανικοῖς ὀνομαζομένοις. ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν ὁμοιομερῶν τὰς ἐνεργείας γίγνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' εἶναι καθ' ἕκαστον τῶν ὀργάνων ἓν ἴδιον ὁμοιομερές. ὅσα δ' ἄλλα μετὰ τούτου συμπληροῖ τὸ πᾶν ὄργανον, ἕνεκα χρείας τινὸς ἐκείνου τοῦ πρώτου τῆς ἐνεργείας αἰτίου γεγονέναι. καὶ τούτων μέντοι πάλιν αὐτῶν ἑκάστου κατὰ μόνας ὑπάρχειν ἐνέργειαν, οἷον ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν. ἄμεινον γὰρ ἴσως, ὡς ἐν ἑτέροις ἐπὶ πλέον ἐνδειξάμενοι, ἐνταυθοῖ διὰ βραχέων ὑπομνῆσαι ποιήσασθαι. τὸ μὲν τῆς ὄψεως ὄργανόν ἐστι, τὸ κρυσταλλοειδὲς ὑγρόν, ἕκαστον δὲ τῶν ἄλλων μορίων, ἐκείνου χάριν ἐγένετο. καὶ πάντων εἰρήκαμεν αὐτῶν τὰς χρείας ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς περὶ χρείας μορίων πραγματείας. ἀλλ' εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ἕνεκεν ἐγένετο σύμπαντα, κατὰ μέρος γοῦν ἕκαστον αὐτῶν ἐνεργείας τινὸς μετέχει· κοινῆς μὲν ὅλῳ τῷ ζώῳ, φλέψ, C καὶ ἀρτηρία, καὶ νεῦρον· οἱ δ' ὑμένες ἅπαντες οἱ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν, ὡς ἂν τρεφόμενοι δηλονότι, καὶ τῶν φυσικῶν ἐξ ἀνάγκης μετέχουσι δυνάμεων, ὥστε καὶ τῶν κατ' αὐτὰς ἐνεργειῶν. ὅταν μὲν οὖν τὸ κρυσταλλοειδὲς ὑπὸ δυσκρασίας νοσήσῃ, βλάπτεται μὲν ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἐνέργεια πάντως, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὡς ὀργάνων αὐτῶν τὸ νόσημα. τὸ δ' ὑπόχυμα καλούμενον, οὐδενὸς μὲν ὁμοιομεροῦς ἐστι πάθος, ὅλων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ὡς ὀργάνων. οὕτω δὲ κἂν εἰ γλίσχρων τινῶν ἢ παχέων χυμῶν ἔμφραξις ἐν τοῖς πέρασι τῶν κατὰ τὰ σιμὰ D τοῦ ἥπατος εἴη φλεβῶν, ἐμποδισθήσεται μὲν ἡ ἀνάδοσις, ὅλου δ' ἔσται τοῦ ἥπατος ὡς ὀργάνου τὸ πάθος. οὐδενὸς τῶν ὁμοιομερῶν αὐτοῦ μορίων νοσήσαντος. εἰ δὲ δυσκρασία καταλάβοι τὰς φλέβας, αὐτῶν μὲν ἐκείνων ἔσται τὸ νόσημα πρῶτον, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, καὶ τοῦ ἥπατος. Ἐρασίστρατος μὲν οὖν, ἔσφαλται περὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς καὶ φλεγμονῆς. οὔτε γὰρ ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἀρτηριῶν γίγνεται σφήνωσις ἐξ ἀνάγκης ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις, οὔτε πνεῦμα μόνον ἐν τῷ κατὰ φύσιν αἱ ἀρτηρίαι περιέχουσιν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τούτων λογισμοῖς ἀπεδείξαμεν. εἰ δ' οὖν ἐστί τι τοιοῦτον πάθος, οἷον E ἐκεῖνος οἴεται, φλεγμονή· καὶ σκίρρος τοιοῦτον, οἷον ἐκεῖνος νομίζει, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὡς αὐτὸς μὲν ἀσαφῶς ἐπὶ πολλῶν, οἱ δ' ἀπ' αὐτοῦ πειρῶνται διέρχεσθαι σαφέστερον, ὀλίγου δεῖν ἀπαθῆ καταλείπει τὰ στερεά, μόνον ἑλκωθῆναι δυνάμενα, καὶ διατμηθῆναι, καὶ θλιβῆναι, καί τι τοιοῦτον ἕτερον ὑπομεῖναι πάθημα. νοσεῖν δ' αὐτὰ δι' ὅλων ἑαυτῶν οὐδαμόθι φησὶ νόσους τοιαύτας, οἵας ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν εἶναι τὰς ὀκτὼ δυσκρασίας. καὶ μὴν ὁρᾶταί γε σύμπαντα τὰ σώματα, μέχρι καὶ τῶν δυσπαθεστάτων, οἷον χαλκοῦ, καὶ λίθου, καὶ σι- F δήρου, θερμαινόμενά τε καὶ ψυχόμενα, καὶ ξηραινόμενα, καὶ ὑγραινόμενα, καὶ θαυμαστὸν εἰ ἀρτηρία μόνη, καὶ φλέψ, καὶ νεῦρον, οὐδὲν τοιοῦτον πείσεται. καὶ τούτου θαυμαστότερον, εἰ πείσεται μὲν, ἐνεργήσει δὲ ἀμέμπτως, οἷον ἐπὶ τῆς καρδίας, εἰ τύχοι, δύναμίς μέν τίς ἐστι, καὶ καθ' αὐτὸν τὸν Ἐρασίστρατον, ᾗ διαστέλλεται καὶ συστέλλεται. καὶ βλάπτεσθαι δὲ δήπου ταύτην χρὴ, τῆς καρδίας ἐξαιρεθείσης ζῶντος τοῦ ζώου, καθάπερ πολλάκις ὁρῶμεν ἐν ταῖς ἱερουργίαις γιγνόμενον· εἰ γὰρ μηδὲν βλάπτεται, κινηθήσεται διαπαντός, οὐχ ἕως χρόνου τινὸς, ὡς νῦν φαίνεται. δῆλον οὖν ὅτι βλάπτεται, καὶ διὰ τοῦτο παύεται κινουμένη. τίς οὖν ἡ

βλάβην; καλῶς εἶχεν ἐπισκέψασθαι· δυναμένης γε δηλονότι τὴν βλάβην ἀναδέξασθαι τῆς καρδίας, καὶ πρὶν ἐξαιρεθῆναι τοῦ ζῴου. τίς οὖν ἄλλη, πλὴν δυσκρασίας ἐστίν· οὔτε γὰρ τὸ σχῆμα φαίνεται μεταλλαττόμενον αὐτῆς, οὔτε κοιλότης τις, οὔτε σύνδεσμος, οὔτε στόμιον, ἀλλ' οὐδ' ἄλλο μόριον οὐδὲν ἀπολλύμενον, ἀλλὰ μόνον ἡ φυσικὴ κρᾶσις ἐξαλλαττομένη. ταῦτ' οὖν ἅπαντα τῶν ὁμοιομερῶν, ὡς εἴρηται, νοσήματα τυγχάνοντα, τελείως αὐτῷ παραλέλειπται. τὸ γὰρ δὴ τοῦ αἵματος ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἀρτηριῶν σφηνωθέντος, ἐνέργειάν τινα βλαβῆναι τῶν ἀρτηριῶν, ὡς ὀργάνων, ἐστὶ τὸ πάθος. ὡς δ' ὁμοιομερῶν σωμάτων, ὀκτὼ μὲν αἱ κατὰ ψιλὰς τὰς ποιότητας, δυσκρασίαι, μετὰ ῥευμάτων δ' ὀκτώ. χρὴ τοίνυν, ὅστις τὰς τούτων ἀποδείξεις ἐπιστήμῃ βούλεται περιλαβεῖν, ἀπὸ τοῦ περὶ τῶν στοιχείων ἄρξασθαι λόγου. κἄπειθ' ἑξῆς ἕκαστον ἀναλέξασθαι τῶν ἄλλων, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν. ἔστι δ' ἐφεξῆς μὲν ἐκείνῳ τὰ περὶ κράσεων ὑπομνήματα. καὶ τούτων ἐφεξῆς, τὸ περὶ τῆς ἀνωμάλου δυσκρασίας. εἶτα τὰ περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων. ὅσα τ' ἄλλα περὶ τῶν ψυχικῶν εἴρηται παθῶν, ἐφεξῆς ἑκάστης ἰδίᾳ. τούτοις δ' ἕπεται τὰ περὶ χρείας μορίων, οἷς τὰ περὶ τῶν νοσημάτων τε καὶ συμπτωμάτων διαφορᾶς. οἱ πολλοὶ δὲ τῶν ἰατρῶν, οὔτε τῇ πείρᾳ μόνῃ προσέχοντες τὸν νοῦν, ἐνὸν αὐτοῖς ἀγαθοῖς ἰατροῖς γενέσθαι, καὶ κατὰ τὴν τῶν ἐμπειρικῶν ἀγωγήν, ὀρεγόμενοί τε τοῦ τελείου, κἄπειτα χωρὶς ἀποδείξεως ἀποφάσεσι πιστεύοντες, ἢ μοχθηραῖς ἀποδείξεσι παραλογισθέντες, οὐ μόνον οὐδὲν ἐξευρίσκουσι χρηστόν, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ τῆς ἐμπειρίας ἐγνωσμένα διαφθείρουσιν. οὐ γὰρ δήπου σμικρὰν ἔχει δύναμιν ὁ λόγος ὡς πρὸς τὸ κοσμῆσαι τὴν ἐμπειρίαν, ἢ διαφθεῖραι, ἀλλ' ὅσον ὁ χρηστὸς ἐπικοσμῶν προστίθησιν, τοσοῦτον, ἢ καὶ πλέον, ὁ μοχθηρὸς ἀφαιρεῖ. καὶ ταῦτ' ἀκούεις ἐμοῦ λέγοντος ἑκάστοτε τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν, ὅσοι πρὶν γυμνάσασθαι κατὰ τὰς λογικὰς μεθόδους, ἢ ἀποδεικνύναι τι πειρώμενοι, παραλογίζονται σφᾶς αὐτούς, ἢ διαιρεῖν ὁτιοῦν εἰς εἴδη τε καὶ διαφοράς, εἶτα κἀνταῦθα κατὰ τῶν μαγείρων δίκην, οὐ κατ' ἄρθρα τέμνουσιν, ἀλλὰ συντρίβουσί τε, καὶ θλῶσι, καὶ διασπῶσιν, ὥσπερ κἀπὶ τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου. συμβουλεύω δὴ πᾶσιν, ὡς οἶσθα, τοῖς τοιούτοις, τῇ πείρᾳ προσέχειν τὸν νοῦν. οὐ σμικρὸς γὰρ ὁ κίνδυνος ἅπασι τοῖς μειζόνων ἢ καθ' ἑαυτὸν ὀρεγομένοις πραγμάτων, μήτ' ἐκείνων ἐφικέσθαι, καὶ τῶν ἐνδεχομένων γνωσθῆναι παντάπασιν ἀτυχῆσαι. τοῖς οὖν καὶ πεφυκόσιν εἶναι ἀρίστοις, καὶ τοῖς μανθάνειν ἀργοῦσι σχολήν, αὖθις ἡμεῖς διαλεγώμεθα, τοσοῦτον ἀναμνήσαντες αὐτούς, ὧν εὐθὺς κατ' ἀρχὰς εἴπομεν, ὡς οὐ προσήκει συγχεῖν ἅμα καὶ φύρειν ἀμφότερα, τά τ' ἐκ τῆς πείρας εὑρισκόμενα, καὶ τὰ διὰ μόνου τοῦ λόγου, ἀλλ' ὑπὲρ ἑκατέρων ἰδίᾳ διαλεχθέντας, αὖθις ἄμφω συναγαγεῖν. εἰρηκότες οὖν ἡμεῖς ὑπὲρ τῆς ἐμπειρικῆς εὑρέσεως ἑτέρωθι, περὶ τῆς λογικῆς ἐν τοῖσδε τοῖς ὑπομνήμασι προὐθέμεθα διελθεῖν. καί μοι δοκῶ σαφῶς ἤδη δεδειχέναι, τοῖς γε τὰ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων τε καὶ συμπτωμάτων διαφορᾶς ἀνεγνωκόσι, πρὸς οὓς ὁ μετὰ ταῦτα πᾶς ἔσται μοι λόγος, ὡς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ μέγιστον πλάσμα πεπλάκασιν οἱ περὶ τὸν Θεσσαλόν. ἦν μὲν γὰρ οὐ σμικρὸν οὐδὲ τὸ Ἀσκληπιάδειον πλάσμα, διὰ τὸ κατ' ἀρχὰς ἐσφάλθαι τὸν ἄνδρα περὶ τὰ τοῦ σώματος στοιχεῖα, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον αὐτοῦ καὶ ἀνιατώτερον ἐποίησαν, οἱ περὶ τὸν Θεσσαλόν. εἰς δύο μὲν ἅπαντα τὰ κατὰ δίαιταν

A læsio? id considerare decebat, quum possit nimirum cor læsionem recipere, etiam antequam ab animali sit exemptum: quænam alia, præter intemperiem? nam neque figura eius mutata apparet, nec cauitas vlla, nec ligamentum, nec osculum, imò nec alia vlla pars deperdita, sed tantùm naturalis temperies mutata. Ergo omnes hi similarium partium morbi omninò, vt dictum est, ab illo sunt omissi. Siquidem vbi sanguis in finibus arteriarum impactus actionem aliquam lædit, arteriarum, vt organorum, morbus, est; vt verò similarium partium octo quidem secundum nudas qualitates) intemperies; octo autem cum B fluxione. Oportet igitur, quisquis horum certa scientia demonstrationes cœpisse velit, à libro de elementis incipiat; post deinde reliquos sigillatim (vt suprà dictum est) legat. Sunt verò proximi huic commentarij de temperamentis. Ab ijs proximus est, qui de inæquali intemperie inscribitur; mox, qui de naturalibus facultatibus; alijque qui de animæ affectibus sunt proditi, idque de vnoquoque; deinceps, & seorsum. Hos excipiunt, qui de partium vsu, sunt inscripti; quos sequuntur, qui de morborum, symptomatumque differentijs titulum habent. Plerique verò medicorum, nec tantùm experientiæ applican- C tes animum (quum tamen liceret ex Empiricorum institutione bonis esse medicis) & perfectioris rationis cupidi, quum aut ijs, quæ citra demonstrationem sunt enunciata, credant, aut vitiosis demonstrationibus fallantur, non solùm nihil excogitant boni, sed etiam, quæ per experientiam sunt cognita, corrumpunt. Si quidem ratio non leue momentum obtinet ad experientiam, vel ornandam, vel corrumpendam; sed, quantum recta ratio ornando adijcit, tantùm, vel etiam amplius, vitiosa detrahit. Atque hæc D me sæpe medicorum vulgo prædicantem audis, qui priùs, quàm in methodis logicis se exercuerint, vel, quum demonstrare aliquid tentant, se ipsos fallunt; vel, quum diuidere quiduis in species ac differentias, hîc quoque imperitorum coquorum ritu, non per articulos incidunt, sed conterunt, collidunt, ac dilaniant, veluti in eo, quod nunc est propositum. Consulo igitur (vt scis) talibus omnibus, experientiæ animum intendant; quum non leue instet periculum omnibus, qui supra vires aliquid moliuntur, ne, & id non consequantur, &, quæ intelligere aliàs possent, omni- E nò amittant. Ergo cum ijs, qui tum recto sunt ingenio, tum discere parati, ipsi rursus sermonem conferamus, illud tantum ex ijs, quę inter initia diximus, commonentes, non esse committendum, vt vtraque simul confundantur, misceanturque, & quæ per experientiam sunt inuenta, & quæ sola ratione sunt inuestigata; sed cum vtrunque seorsum sit tractatum, post ambo coniungantur. Ergo, quum ipsi de Emperica inuentione alibi egerimus, de logica in his commentarijs disserere proposuimus. At mihi videor F ijs præsertim, qui commentarios nostros de morborum symptomatumque differentijs perlegerunt, cum quibus scilicet mihi deinceps sermo erit, iam clarè ostendisse statim per initia in maximum errorem lapsum Thessalum esse. Lapsus enim non leui lapsu & Asclepiades erat, vbi inter initia de elementis corporis malè sensit; cæterùm multo & maiore, & grauiore Thessalus, quippe qui omnes in victus ratione morbos in

duos, similiter illi, contulit affectus; multos verò curatiuorum scoporum ademit, quibus ille est vsus. Pessimum autem grauissimumque illud admisit, quòd nec ipsas actionum læsiones, imo nec affectus, qui earum causæ sunt, morbos esse censet, sed solis vacuationibus, vel retentis, vel exuberantibus mentem intendi censet, quum nec, quid sit plus iusto sisti, exuberarive vacuationem, clarè nos doceat. Quippe vel ad vires, vel ad affectum, vel ad id, quod per sanitatem cuique semper est obseruatum, referri iudicium oportet. Ex quo factum arbitror, vt pugna, *inter eius* sequaces *non* parua sit orta, vt qui, tum de reliquis omnibus inter se dissideant, tum de eorumq; πάθη vocant, & notione & existentia. Verùm, si nunc de pugna eorum historiam moueam, deflectam ad inutilia sermonem. Omnem igitur deinceps sermonem faciam, ceu quum illis agam, qui commentarios de morborum, ac symptomatum differentijs, præterea de causis eorum legerint; ad hæc, qui ea omnia, quorum paulo ante memini, reuoluerint, atque hinc ordiar. Quoniam actiones omnes à similaribus corporibus proficisci ostendimus, reliquas verò omnes singulorum organorum partes vsum aliquem ipsis præbere, duplex sanè morborum genus erit; alterum in partibus similaribus, alterum in totis organis. In similaribus intemperies; in totis organis, vnum in conformatione spectatur, aliud in partium numero, aliud in cuiusque quantitate obseruatur, quartum in situ. *Vtrarumque vero partium*, similarium, organicarumque morbus, communis est ipsa vnitatis solutio. Ergo sex in vniuersum morborum sunt genera. Vnum ipsorum similarium proprium, intemperies; quatuor, vt modò dictum est, organorum cuiusque; & cum his sextum, quod tum similaribus, tum organicis est commune, ipsius vnitatis solutio. Horum cuiusque differentiæ ad vltimas vsque species in libro de morborum differentia sunt traditæ.

νοσήματα διαθέσεις διαγαγόντες, ὁμοίως ἐκείνῳ, πολλοὺς δὲ τῶν θεραπευτικῶν σκοπῶν ἀφελόντες, οἷς ἐκεῖνος ἐχρήσατο. χεῖρον δὲ, καὶ ἀνιατώτερον ἁμαρτάνοντες, ὅτι μήτε τὰς τῶν ἐνεργειῶν βλάβας, ἀλλὰ μηδὲ τὰς αἰτίας αὐτῶν τὰς διαθέσεις, ὑπολαμβάνουσιν εἶναι νοσήματα, μόναις δὲ ταῖς κενώσεσιν ἐπεχομέναις τε καὶ πλεοναζούσαις, ἀξιοῦσι προσέχειν τὸν νοῦν. οὐδ' οὕτω σαφὲς τί ποτ' ἐστὶ τὸ, παρὰ τὸ δέον, ἢ κενοῦσθαι τὰ ἐκ τοῦ σώματος, ἢ ἐπέχεσθαι διδάξαντες ἡμᾶς σαφῶς. ἢ γὰρ ὡς πρὸς τὴν δύναμιν, ἢ ὡς πρὸς τὴν αἰτίαν, ἢ ὡς πρὸς τὴν διάθεσιν, ἢ ὡς πρὸς κατὰ τὴν ὑγείαν, ἑκάστῳ τετηρημένον, ἀναφέρεσθαι χρὴ τὴν τήρησιν. ὅθεν οἶμαι καὶ πόλεμος οὐ σμικρὸς τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐγένετο, κατά τε ἄλλα πάντα διενεχθεῖσι, καὶ περὶ τῆς τῶν παθῶν ἐννοίας τε καὶ ὑπάρξεως. ἀλλ' εἰ νῦν κινήσαιμι τὴν περὶ τῆς διαφωνίας αὐτῶν διέξοδον, ἀπάξω τοῦ χρησίμου τὸν λόγον, ὡς οὕτω ἀνεγνωκόσιν ἤδη τὰ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων τε καὶ συμπτωμάτων διαφορᾶς ὑπομνήματα, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τῶν αἰτίων αὐτῶν, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἐκεῖνα σύμπαντα διεληλυθόσιν, ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα, τὸν ἑξῆς ἅπαντα ποιήσομαι λόγον, ἀρξάμενος ἐνθάδε. ἐπεὶ τὰς ἐνεργείας ἁπάσας ἐδείξαμεν ὑπὸ τῶν ὁμοιομερῶν γιγνομένας σωμάτων, τὰ δ' ἄλλα πάντα τὰ καθ' ἕκαστον ὄργανον μόρια χρείαν τινὰ τούτοις παρέχοντα, διττὸν δήπου γένος ἔσται νοσημάτων. ἕτερον μὲν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασιν, ἕτερον δὲ ἐν τοῖς ὅλοις ὀργάνοις. ἐν μὲν τοῖς ὁμοιομερέσιν, αἱ δυσκρασίαι. τῶν δ' ὅλων ὀργάνων, ἓν μὲν, τὸ παρὰ τὴν διάπλασιν, ἓν δὲ, τὸ παρὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν μορίων, ἄλλο δὲ, τὸ παρὰ τὸ ποσὸν ἑκάστου, καὶ τέταρτον, τὸ παρὰ τὴν θέσιν. κοινὸν δὲ τῶν ὁμοιομερῶν, καὶ τῶν ὀργανικῶν μορίων νόσημά ἐστιν, ἡ τῆς συνεχείας λύσις. ἓξ οὖν ἐστι τὰ πάντα τῶν νοσημάτων γένη. ἓν μὲν ἴδιον τῶν ὁμοιομερῶν, ἡ δυσκρασία, τέτταρα δὲ ἑκάστου τῶν ὀργάνων, ὡς εἴρηται νῦν ἤδη· καὶ πρὸς τούτοις, ἐστὶ κοινὸν ὀργανικῶν τε καὶ ὁμοιομερῶν ἡ τῆς συνεχείας λύσις. αἱ δὲ καθ' ἕκαστον αὐτῶν διαφοραὶ, μέχρι τῶν ἐσχάτων εἰδῶν, ἐν τῷ περὶ τῶν νοσημάτων διαφορᾶς εἴρηνται.

CAPVT VII.

Quid sit indicatio, & quo pacto ex intellectione eorum, quæ multitudine differunt, ac specie vnum sunt, Methodus communis indicationis oriatur, de affectibus passionibusque ac symptomatis amouendis.

His sic se habentibus, iam de medendi indicationibus, est dicendum, sed hoc ipso inducationis vocabulo prius exposito. Nam ipsam consequentiæ inspectionem, indicationem dicimus. Nam inuenitur quidem & ab ipsa experientia id, quod consequens, faciendúmve sit, cæterum non ita quasi in præcedenti aliquo designatum; proindéque nemo Empiricorum dicit, id isto indicari; quanquam certè hoc sequi illud dicunt, & hoc præcedere illud, & consistere hoc cum illo. Denique omnem artem horum obseruationem memoriamque esse dicunt, nempe quid cum quo, & quid post, quid à quo est, quid identidem sit visum. Ergo ex ipsa rei natura ordiri, atque ab ipsa, quod sequens sit, citra experientiam inuenire, id est indicatione inuenire. Definito iam hoc quoque, ac rursus, quod ante diximus ad memoriam re-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Τί ἡ ἔνδειξις, καὶ πῶς ἐκ τῆς ἐπιγνώσεως τῶν πλήθει διαφερόντων, καὶ εἴδει ἓν ὄντων, ἡ τῆς κοινῆς ἐνδείξεως μέθοδος ἐξάρχεται περὶ τοῦ ἀποκινεῖν τὰς διαθέσεις, τούτε πάθη, καὶ τὰ συμπτώματα.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἤδη λεκτέον ὑπὲρ τῶν θεραπευτικῶν ἐνδείξεων, αὐτὸ τοῦτο πρότερον ἐξηγησάμενοι τὸ τῆς ἐνδείξεως ὄνομα. τὴν γὰρ οἷον ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας, ἔνδειξιν λέγομεν. εὑρίσκεται μὲν γὰρ κἀκ τῆς πείρας τὸ ἀκόλουθον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐμφαινόμενον τῷ ἡγουμένῳ. καὶ διὰ τοῦτο, τῶν ἐμπειρικῶν οὐδεὶς ἐμφαίνεσθαί φησι τῷδε τινὶ, τὸ δέ τι. καί τοί γε ἀκολουθεῖν λέγουσι τόδε, τῷδε. καὶ προηγεῖσθαι τόδε, τοῦδε. καὶ συνυπάρχειν τόδε, τῷδε. καὶ ὅλως ἅπασαν τὴν τέχνην, τήρησίν τε καὶ μνήμην φασὶν εἶναι, τοῦ τί, σὺν τίνι. καὶ τί, πρὸ τίνος. καὶ τί, μετὰ τίνος, πολλάκις ἑώραται. τὸ τοίνυν ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ὁρμώμενον, ἐξευρίσκειν τὸ ἀκόλουθον ἄνευ τῆς πείρας, ἐνδείξεις καὶ εὕρεσιν ἐστι πεποιηκ. διωρισμένου δὲ καὶ τοῦδε, πάλιν ἀναμνήσαντες ὅπερ ἤδη καὶ πρόσθεν

εἰπόμενα, ὡς ἡ θεραπευτικὴ πᾶσα μέθοδος, ἄνευ τῆς ἐμπειρίας προέρχεται, καὶ ὡς οὐκ ὀρθῶς ποιοῦσιν οἱ συνάγοντες εἰς ταὐτὸν καὶ συγχέοντες ἀμφοτέρας τὰς διδασκαλίας ἐμπειρικήν τε καὶ λογικήν, ἐχώμεθα τῶν ἑξῆς. εἴη δ' ἂν πρῶτον ἁπάντων τῶν ἐφεξῆς, ὅπερ καὶ πρώτων ἁπάντων ἕπεται τοῖς ὑποκειμένοις. ἕπεται δὲ πρῶτον καὶ μάλιστα, τὸ δι' ἐνδείξεως ἅπασαν γίγνεσθαι τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον. ὅσον γὰρ ἀποκεχώρηκε τῆς ἐμπειρίας, ἔνδειξις ὀνομάζεται σύμπαν. ὥστε καὶ ὅστις ἀκριβῶς βούλεται συστήσασθαι τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον, ἄρξασθαι μὲν αὐτὸν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐνδείξεων χρή, μεταβῆναι δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς ἐφεξῆς, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τὰς ἐκείνων ἐχομένας, καὶ τοῦτο ποιοῦντα, μὴ παύσασθαι πρὶν ἐφικέσθαι τοῦ τέλους αὐτῶν. τέλος δ' ἐστὶ τῆς νῦν ἡμῖν προκειμένης πραγματείας, ἐξευρεῖν ἑκάστου τῶν νοσημάτων ἰάματα. τίς οὖν ἀρχὴ τῆς ἐπὶ τοῦτο φερούσης ὁδοῦ; τοῦ νοσήματος ἡ γνῶσις, ὁποῖόν τι τὴν φύσιν ἐστίν, ὡς ἀπεδείχθη καὶ πρόσθεν. εἰ γὰρ δὴ τὸ θεραπευόμενον αὐτὸ τοῦτ' ἐστιν, εὔλογον δήπου καὶ τῶν ἐνδείξεων ἐντεῦθεν ἄρξασθαι. τίς οὖν ἡ γενική, καὶ κοινὴ πάντων τῶν νοσημάτων ἔνδειξις, εὑρεῖν χρὴ πρῶτον, εἶτα ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς κατ' εἴδη προελθεῖν. ἀνάγκη γὰρ δὴ τὰς νόσους ἁπάσας, ἑνὸς καὶ ταὐτοῦ μεθέξει, νόσους ὀνομάζεσθαι καθάπερ, οἶμαι, καὶ ἄνθρωπον, καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. ἓν γὰρ καὶ ταὐτὸν ἐν ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. διὸ καὶ τῆς αὐτῆς προσηγορίας ἅπαντες ἐτύχομεν ἄνθρωποι καλεῖσθαι. παραπλησίως δέ, κἀν τοῖς κυσὶν ἅπασιν ἕν τι καὶ ταὐτόν ἐστιν, ἐφ' ὃ δὴ καὶ τὴν διάνοιαν ἐπιφερόμεθα νοῆσαι βουληθέντες τὸν κύνα. καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς ἵπποις, ὁμοίως ἕν τι καὶ ταὐτὸν ἅπασιν ἐστίν, ᾗ πάντες ἵπποι καλοῦνται. μάθοις δ' ἂν ἐναργέστερον ἐπὶ τῶν ὁμωνύμων αὐτό. τοῖς μὲν γὰρ τετράποσι ζώοις ἅπασι τοῖς ὑλακτικοῖς, ἓν καὶ ταὐτὸν ὑπάρχει, τὸ, τετράποσί τε εἶναι σύμπασι, καὶ ὑλακτικοῖς. τοῖς δ' ἐναλίοις θηρίοις τοῖς ἁρπακτικοῖς, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ κύνας ὀνομάζομεν, ἓν αὖ κἀκείνοις ὑπάρχει ταὐτόν, οὐχ ὑπάρχον τοῖς ἐπιγείοις. ὥστε μηδενὸς ἐκεῖνα τούτοις κοινωνεῖν ἄλλου κατὰ τὴν τῶν κυνῶν φύσιν, πλὴν ὀνόματος. ἀνθρώπῳ μέντοι πρὸς ἄνθρωπον, οἷον Σωκράτει πρὸς Ἀλκιβιάδην, οὐκ ὀνόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἐστὶν ἡ κοινωνία· καὶ γὰρ καὶ ζῷα, καὶ δίποδα, καὶ πεζά, καὶ λογικά, καὶ θνητά, καὶ ὅλως οὐδὲν ἂν εὕροις ὑπάρχον οὐδενὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων ᾗ ἄνθρωπος, ὃ μὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὑπάρχει. τοῖς μέντοι χερσαίοις κυσὶ πρὸς τοὺς ἄλλους θαλαττίους ὑπάρχει πολλὰ διαφέροντα, καὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ κατὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. ἥμερον γὰρ τοῦτο, καὶ φιλάνθρωπον, ἐπίβουλον δ' ἐκεῖνο καὶ ἄγριον. καὶ χερσαῖον μὲν τοῦτο, θαλάττιον δ' ἐκεῖνο. καὶ τὸ μὲν τετράπουν, τὸ δὲ οὔ. καὶ τὸ μὲν ὑλακτικόν, τὸ δέ, οὐχ ὑλακτικόν. οὐ μὴν τῶν ἐπιγείων κυνῶν, ὁ μὲν ὑλακτικός ἐστιν, ὁ δὲ οὐχ ὑλακτικός. καὶ τετράπους μὲν ὅδε τις, ἕτερος δὲ μὴ τοιοῦτος. ἀλλὰ πᾶσι μὲν αὐτοῖς, ἓν εἶδός ἐστιν, ᾗ κύνες ὀνομάζονται, καὶ οὐ μόνον ταῖς οὐσίαις ἔοικεν ὑπάρχειν τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτοῖς. ἢ ὡς διαθέσεσιν, ἢ ὡς ἐνεργήμασιν, ἢ ὡς παθήμασιν. οἷον ἄνθρωπος περιπατῶν, ἀνθρώπου περιπατοῦντος οὐδὲν διαφέρει κατ' αὐτὸ τὸ περιπατεῖν. καὶ καιόμενος δὴ καιομένου, καὶ τεμνόμενος τεμνομένου, καὶ λευκὸς λευκοῦ, καὶ μέλας μέλανος. ἐν μέντοι τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἕκαστον τούτων οὐ σμικρὰν ἔχει διαφοράν. οἷον,

uocato, omnem medendi methodum seiunctam ab experientia procedere; nec rectè facere eos, qui ambas doctrinas, Empiricam, Logicamque in vnum cogunt, atque confundunt; quæ reliqua sunt, prosequamur. Fuerit autem omnium, quæ reliqua sunt, ordine primum, quod & primum omnium proposita iam proximè sequitur. Sequitur autem primum, ac maximè illud, quod omnis medendi methodus per indicationem fit; nam, quicquid ab experientia seiunctum est, id totum indicatio nominatur. Quare, quisquis condere medendi methodum ad vnguem parat, huic à primis est indicationibus auspicandum; atque hinc ad eas, quæ deinceps sunt, transeundum; rursusque ab his ad proximas; itaque pergenti non priùs disistendum, quam ipsius compos sit finis. Porrò finis propositæ nunc nobis tractationis est, inuenire cuiusque morbi remedia. Quodnam igitur viæ, quæ huc perducit, statuetur principium? Nempe morbi ipsius cognitio, qualis scilicet is natura sit, vt priùs est ostensum; quippe, si id, quod curatur, is est, ratio profectò est ab ipso quoque indicationes esse incipiendas. Ergo primum, quæ generalis communisque morborum omnium indicatio sit, inuestigandũ est; ab hac deinde ad alias speciatim descendendum. Quippe necesse est omnes morbos vnius eiusdemque participatione morbos appellari, veluti, arbitror, & hominem, & bouem, & canem, & reliquorum singula. Vnum nanque idemque in omnibus hominibus est, cuius gratia omnes eandem appellationem hominis fortimur. Pari modo canibus vnum idemque omnibus inest, cui cogitatione innitimur, quum canem intelligere volumus. Similiterque in omnibus equis vnum idemque inest, propter quod omnes equi dicuntur. In homonymis autem hoc clarius perspicere licet. Nam omnibus quadrupedibus animantibus quæ latrant, vnum idemque inest, vtique quòd & quadrupedes sunt, & latrabiles. At marinis illis rapacibus belluis, quas ipsas quoque canes appellamus, vnum rursus idemque inest, quod terrestribus non est, ita, vt his cum illis in canum natura nulla sit, nisi tantum nominis, conuenientia. At hominis cum homine, veluti Socratis cum Alcibiade, non nominis modò verùm etiam eorum, quæ ijs insunt, societas est; nam & animalia, & bipedes, & pedestres, & rationales, & mortales sunt: denique nihil vlli singularium hominum, quà homo est, inesse deprehendas, quod non & reliquis hominibus insit. Cæterùm terrestribus canibus, ab ijs, qui sunt marini, multa insunt diuersa, seu corporis spectes formam, seu animi mores. Quippe ille cicur est, hominisque amans, hic insidiator & ferus; ille terrestris, hic marinus; ille quadrupes, hic non rursum; ille latrabilis, hic ad latrandum minimè habilis. At non terrestrium canum hic latrabilis est, ille non; nec rursus hic quadrupes; alter non quadrupes; sed omnibus ipsis vna forma inest, quà canes nominantur. Nec verò substantijs modò id inesse videtur, verùm etiam ipsis accidentibus, vel vt affectus sunt, vel vt actiones, vel vt passiones. Verbi gratia, homo inambulans ab homine inambulante nihil differt secundum ipsam inambulationem; sed nec vstus ab vsto, nec cæsus à cæso, nec albus ab albo, neç niger à nigro; verùm in maioris, minorisque ratione singuli horum non paruam obtinent differentiam, velu-

ti magis minusve albus; verum quatenus albus, vnum idemque cum altero albo possidet, ita nimirum, vt, quà homo est, vnum idemque cum alio quolibet est homine; & in singulis denique significatorum vnum idemq; omnibus inest; ita igitur & ipsum ægrotare, & valere se habent; illud enim ægrotantibus omnibus inest, hoc valentibus; vtique vnum idemque vtrunque; &, veluti nomine hominis vnum, ita etiam nomine sanitatis vnum significatur. Declarat autem & quotidianus inter vos sermo, quòd in quibus homonymia non est, in his vnum est, quod significatur. Si enim dicat quispiam vulneratum sibi esse lapide caput, nemini, qui audiat, sermo est obscurus, aut ambiguus, sicut est, quum dicitur, (si fortè ita contigerit) deuoratum esse à cane Coriscum; siquidem à quo cane, statim rogabit auditor, propterea videlicet, quòd duo sunt canum genera, terrestre alterum, alterum marinum. At non, quo lapide, aut quod caput, rogabit; quum & omnis lapidis, quà lapis est, vna species sit, & omnis capitis, quà caput; canis verò, vt canis sanè non vna, sicut nec linguæ, quà lingua, quando & tibiæ, & calceamenti, & animantis pars lingua est. Ac, si quem audias ministro iubentem, vt linguam emat, incertum est, quam linguam dicat; sin ventrem, aut vesicam, aut iecur emere iubeat, non item. Ergo singulis significatis vna certa subiecta res est, non tamen cuique voci vna res subijcitur; interdum enim tantummodo significatur per vocem, nec quicquam subijcitur. Verùm de his, quæ ita dicuntur, differere, præsentis propositi non est. Quibus autem non tantùm significatur aliquid, sed etiam res aliqua subiecta est, his quotquot significata fuerint, totidem sunt & rerum ideæ. Ac vocis quidem vnum significantis vna necessario erit & rei species; numero tamen plures has esse licet, sicuti *a*. Eóque septem esse vocales dicimus; elementa nostro videlicet idiomate cuncta quatuor & viginti, ad communem videlicet omnium speciem, quæ vna est, referentes, non ad particulares, quę chartis, lignis, membranis, & lapidibus sunt scriptæ; quarum maximus numerus est, nec potis numerari, penéque in infinitum extensus; nam possunt in toto temporis spatio infinita scribi tum *a*, tum *β*, tum *γ*, eodem modo & reliquarum literarum singulæ. Verùm ea in vniuersum quatuor esse & viginti numero dicimus, non particulares intelligentes, sed tantùm species, quibus (vt arbitror) ipsa nomina indimus. Quippe non hoc, quod in charta scribitur, *a* dicitur; illud, quod in ligno pingitur, non *a* dicitur; imò tum hoc, tum illud; idque siue describas in terra, siue in lapide, siue scalpas, siue coloribus pingas. Sed nec pueros docet quispiam multa, *a*, & *β*, & *γ*, & reliquorum singula, imò quodque horum vnum, simul autem omnia viginti quatuor. Simili genere, si equum vnum puero indices, aut camelum, vbi alium rursus equum, aut camelum alterum aspexit, non rogat, quod animal id sit, sed illum equum, hunc camelum nominat, atque illum, quem priùs, cum hoc, quem nunc cernit, eundem esse dicit, quanuis fortassis alter mortuus iam sit, alter (hic videlicet quem cernit) superfit; Iam vinum homines heri, hodiéque idem bibisse se dicunt, nempe specie idem; interdum tria se vina hodie bibisse narrant, aut etiam vnum, ad speciem vbique respicientes;

A λευκὸς μᾶλλον, ἢ ἧττον· ἀλλ' ᾗ λευκός, ἕν τι καὶ ταὐτὸν ἑτέρῳ λευκῷ κέκτηται· καθάπερ καὶ ᾗ ἄνθρωπος, ἕν τι ταὐτὸν ἀνθρώπῳ τῷ τυχόντι. καὶ καθ' ἕκαστον δὴ τῶν σημαινομένων ἐν ἅπασιν ὑπάρχει ταὐτόν· οὕτω δὴ καὶ τὸ νοσεῖν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν· τὸ μὲν τοῖς νοσοῦσιν ἅπασιν ὑπάρχει, τὸ δὲ τοῖς ὑγιαίνουσιν· ἓν καὶ ταὐτὸν ἑκάτερον· καὶ ὥσπερ ἐκ τῆς, ἄνθρωπος, φωνῆς, ἕν, οὕτω κἀκ τῆς ὑγιείας ἓν σημαίνεται. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμῖν γιγνομένη πρὸς ἀλλήλους διάλεκτος, ὡς, ἐν οἷς οὐκ ἔστιν ὁμωνυμία, τὸ σημαινόμενον ἓν ὑπάρχει. λέγοντος γὰρ τινος ὑπὸ ἀνθρώπου πεπλῆχθαι λίθῳ τὴν B κεφαλήν, οὐδενὶ τῶν ἀκουόντων ἀσαφὴς ὁ λόγος, οὐδ' ἀμφίβολος, ὥσπερ εἰ καταβρωθῆναί τις, εἰ οὕτως ἔτυχε, Κορίσκον ὑπὸ κυνὸς διηγεῖτο· τίνος γὰρ κυνός, ὁ ἀκούσας ἐρήσεται· διότι, οἶμαι, δύο ἐστὶν εἴδη κυνῶν, τὸ μὲν ἐπίγειον, τὸ δὲ ἐνάλιον. οὐ μὴν ὑπὸ τίνος γε λίθου, καὶ τίνα τὴν κεφαλὴν ἐρωτήσει· καὶ γὰρ λίθου παντὸς ἓν εἶδος, ᾗ λίθος ἐστί, καὶ κεφαλῆς ἁπάσης, ᾗ κεφαλή· κυνὸς δ' οὐχ ἕν, ᾗ κύων· ὥσπερ οὐδὲ γλώττης, ᾗ γλῶττα· καὶ γὰρ καὶ αὐλοῦ, καὶ ὑποδήματος, καὶ ζώου μόριον ἡ γλῶττα. καὶ εἴ τινος ἀκούσαις οἰ- C κέτῃ προστάττοντος ὠνήσασθαι γλῶτταν, ἄδηλόν ἐστιν ἥν τινα λέγει γλῶτταν· οὐ μὴν εἰ γαστέρα τις, ἢ κύστιν, ἢ ἧπαρ ὠνήσασθαι κελεύοι. καθ' ἕκαστον οὖν τῶν σημαινομένων, ἕν τι πρᾶγμά ἐστιν ὑποκείμενον, οὐ μὴν καθ' ἑκάστην γε τῶν φωνῶν ἕν· ἐνίοτε μὲν γὰρ σημαίνεται μόνον πρὸς τῆς φωνῆς, ὑπόκειται δὲ οὐδέν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν οὕτω λεγομένων, οὐ πρόκειται νῦν διελθεῖν. ἐν οἷς δὲ οὐ σημαίνεταί τι μόνον ἐκ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ καὶ πρᾶγμά τι ἐστὶν ὑποκείμενον, ὅσαπερ ἂν ᾖ τὰ σημαινόμενα, τοσαῦται καὶ αἱ τῶν πραγμάτων ὑπάρχουσιν ἰδέαι. D τῆς μὲν φωνῆς ἓν σημαινούσης, ἓν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ τὸ τοῦ πράγματος εἶδος. ἀριθμῷ μέντοι πολλὰ ταῦτα ἐγχωρεῖ γενέσθαι, καθάπερ τὸ α. καὶ διὰ τοῦτο ἑπτὰ μὲν τὰ φωνήεντα φαμὲν ὑπάρχειν· στοιχεῖα δὲ τέτταρα καὶ εἴκοσι τὰ σύμπαντα, κατὰ τὴν ἡμετέραν δηλονότι διάλεκτον, ἐπὶ τὸ κοινὸν ἁπάντων εἶδος ἀποβλέποντες ἓν ὑπάρχον, οὐκ ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος, ἐπὶ τὰ ἐν χάρταις, καὶ ξύλοις, καὶ διφθέραις, καὶ λίθοις γεγραμμένα, πάμπολύ τι πλῆθος ὄντα, καὶ μηδ' ἀριθμηθῆναι δυνάμενα, καὶ σχεδὸν εἰς ἄπειρον ἐκτεινόμενα· δύναται γοῦν ἄχρι τοῦ παντὸς αἰῶνος α. καὶ β. καὶ γ. γράφεσθαι μυ- E ρία· κατὰ ταῦτα δέ, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον γραμμάτων. ἀλλὰ τά γε σύμπαντα, τέτταρα καὶ εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν εἶναι φαμέν, οὐ τὰ κατὰ μέρος περιχλειζόμενοι, τὰ δ' εἴδη μόνον, καθ' ἅπερ, οἶμαι, καὶ τὰ ὀνόματα φέρομεν. ἄλφα γὰρ οὐ τουτὶ μέν τι λέγεται τὸ γεγραμμένον ἐν χάρτῃ, τουτὶ δ' οὐ λέγεται τὸ γεγραμμένον ἐν ξύλῳ, ἀλλὰ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, κἂν εἰ κατὰ τῆς γῆς γράψαις, κἂν εἰ κατὰ λίθου, κἂν εἰ καταξύσαις, κἂν εἰ διὰ χρωμάτων. καὶ οὐδὲ πολλὰ τοὺς παῖδάς τις διδάσκει, α. καὶ β. καὶ γ. καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ἀλλ' ἓν μὲν ἕκαστον, ὁμοῦ δὲ σύμπαν- F τα τέτταρα καὶ εἴκοσιν. οὕτως δὲ κἂν ἵππον ἕνα δείξῃς, ἢ κάμηλον παιδί, θεασάμενος αὖθις ἕτερον ἵππον, ἢ κάμηλον ἕτερον, οὐκ ἐρωτᾷ τί ποτ' ἐστὶ τὸ ζῷον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἵππον ὀνομάζει, τὸ δὲ κάμηλον. καὶ ταὐτόν γε εἶναι ἐκεῖνό φησι τοῦτο τὸ πρόσθεν ὀφθέν, τῷ νῦν ὁρωμένῳ. καίτοι τὸ μέν, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἀπέθανεν, ἕτερον δ' ἐστί, τὸ νῦν ὁρώμενον. οἶνον δὴ λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν αὐτὸν χθὲς καὶ τήμερον πεπωκέναι, τῷ εἴδει δηλονότι τὸν αὐτόν· ἐνίοτε δέ φασι τρεῖς οἴνους πεπωκέναι τήμερον, ἢ νὴ δία ἕνα, πανταχοῦ πρὸς τὸ εἶδος ἀποβλέποντες,

ἐπικεῖσθαί τε μίαν, εἰ τύχοι, σφραγῖδα πεντεκαίδεκα θύραις; ἐν ἅπασι τούτοις, ἐπὶ τὸ εἶδος ἀναφέροντες τὸν λόγον. οὕτω δὲ ἐναργές ἐστι, καὶ φύσει πᾶσιν ὑπάρχει, καὶ ἀνθρώποις, καὶ βοσκήμασιν, ἕτερον μέν τι, ὡς ὑποκείμενον κατ' οὐσίαν, ἕτερον δὲ, ὡς εἶδος ἓν ἐπινοεῖν, ὥστε καὶ τοῖς ὄνοις, οἵπερ ἁπάντων τῶν θρεμμάτων ἀνοητότατοί γε δοκοῦσιν ὑπάρχειν, ἄλλο μὲν τὸ κατ' εἶδος ἓν, ἄλλο δὲ τὸ κατ' ἀριθμὸν, εἰς διάγνωσιν ἥκει. θεασάμενος γοῦν κάμηλον ὁ ὄνος ἐξίσταταί τε, καὶ φεύγει, καὶ δέδιεν, εἰ μηδέ ποτε τύχοι θεασάμενος· εἰ μέν τοι συνεθισθείη τῷ θεάματι, κἂν ἄλλην αὐτῷ καὶ ἄλλην ἐπιδείξῃς κάμηλον, οὐκέτι δέδιεν ὑπὸ συνηθείας, ἀλλ' ὡς ἓν εἶδος ὁρᾷ, κἀκείνην ᾗ συνείθισται, καὶ ταύτην ᾗ πρώτως ἐντυγχάνει. οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἀνθρώπους οὐ δέδιεν ὑπὸ συνηθείας, ἀλλ' ὡς ἓν εἶδος ὁρᾷ καὶ τούτους. εἰ μέν τοι θεάσαιτο τὸν ὀνηλάτην, οὐχ ὡς ἄνθρωπον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς τόνδε τινὰ γνωρίζει, καὶ σείει γε τὰ ὦτα πολλάκις, καὶ τὴν κέρκον κινεῖ, καὶ ὀγκᾶται, καὶ σκιρτᾷ θεασάμενος, ἐμφαίνων ὅτι γνωρίζει τὸν οἰκεῖον. τοῦτον μὲν δὴ, καὶ ὡς ἄνθρωπον, καὶ ὡς συνήθη γνωρίζει· τὸν δὲ νῦν αὐτῷ πρῶτον ὀφθέντα, καθ' ὅσον μὲν ἄνθρωπον ὡσαύτως, ὡς συνήθη δ' οὐχ ὡσαύτως. ὥστ' οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλ' ἤδη καὶ οἱ ὄνοι, τὸ μὲν, ὡς ἀριθμῷ ταὐτὸν ὁρῶσί τε, καὶ διαγινώσκουσι, καὶ μέμνηνται, τὸ δὲ, ὡς εἴδει. καὶ τὸν Δίωνα τὸν ὀνηλάτην, ἔστω γὰρ, εἰ τύχοι, οὕτως λεγόμενος, ἄλλως μὲν ὡς ἄνθρωπον, ἄλλως δὲ ὡς Δίωνα γνωρίζουσιν οἱ συνήθεις ὄνοι, τὸ μέν τοι κοινὸν εἶδος αὐτοῦ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὡς ἀνθρώπου λαμβάνοντες, τὸ δὲ ἴδιον ἐξαίρετον, ὡς Δίωνος μόνου. καὶ τοσοῦτον τοίνυν δέον τοὺς παλαιοὺς φιλοσόφους ἐπαινεῖν, ὡς μέγα τι καὶ σοφὸν εὑρόντας, ὅτι τὸ ταὐτὸν, καὶ τὸ ἕτερον, καὶ τὸ ἓν καὶ τὸ οὐχ ἓν, οὐ μόνον κατ' ἀριθμὸν, ἀλλὰ καὶ κατ' εἶδος χρὴ νοεῖν, ὥστε καὶ τοῖς ὄνοις φημὶ τοῦτο ὑπάρχειν φύσει. πρόσκειται μὲν οὖν ὑπὸ τῶν παλαιῶν φιλοσόφων, ὡς οὐ μόνον ἀριθμῷ καὶ εἴδει λέγεταί τι ταὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τῷ γένει. οὐ μὴν ἤδη γέ πω τοῦδε χρήζω πρὸς τὰ παρόντα· μόνον γὰρ ἀρκεῖ μοι τὸ δεῖξαι, τῶν ὄνων ὑπάρχοντας ἀναισθητοτέρους, ὅσοι μὴ συγχωροῦσιν ἕτερον μέν τι τῷ εἴδει τὸ ἓν, ἕτερον δ' ἀριθμῷ λέγεσθαι, καὶ μᾶλλον ἔτι, τοὺς ἕνα μὲν, τὸν φρενιτικὸν εἶναι λέγοντας, καὶ ἕνα τὸν ἐμπειρικὸν, ἕνα δὲ τὸν ἄνθρωπον εἶναι μὴ συγχωροῦντας, ἢ μὴ γινώσκοντας, ὡς εἴδει μὲν ἓν ὁ ἄνθρωπος, ἀριθμῷ δ' οὐχ ἕν. οὐδ' ὁ Σωκράτης μὲν ἓν καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὸν ἀριθμόν. ὁ φρενιτικὸς δὲ, τὸ μὲν εἶδος, εἷς, οὐχ εἷς δέ ἐστι τὸ πλῆθος. οὐ γὰρ ἐνδέχεται Δίωνα, καὶ Σωκράτην, καὶ Θέωνα, καὶ Κορίσκον, ἅμα πάντας, εἰ τύχοι, φρενιτίζοντας, ἕνα τῷ πλήθει, τοὺς τέσσαρας ὑπάρχειν· ἀλλὰ τὸ μὲν εἶδος, ἕνα, τὸ πλῆθος δ' οὐχ ἕνα. παραλογώτερον δέ τι τῶν ἐμπειρικῶν ἰατρῶν ἐστιν, ὅτι καὶ τὸν ἐμπειρικὸν ἕνα λέγουσιν, εἶτ' ἐρωτηθέντες πῶς ἕνα φασὶ τὸν ζῶντα, τῷ τεθνεῶτι, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, τῷ κατ' Αἴγυπτον, ἀποκρίνονται πρὸς τοῦτο θαυμαστὴν ἀπόκρισιν. ᾗ γάρ φασιν ἐμπειρικός ἐστι, ταύτῃ καὶ εἷς. τοῦτο γὰρ δὴ τῆς ἐσχάτης ἀναισθησίας ἐστὶν, εἰ προστιθέντες τὸ, ᾗ, καὶ τὸ, ταύτῃ, μηδ' ὧν αὐτοὶ φθέγγονται, συνίασιν. εἰ γὰρ δὴ ταύτῃ γε Σεραπίων καὶ Μηνόδοτος εἷς ἐστον ᾗ ἐμπειρικοὶ, κατ' ἄλλα δήπουθεν οὐχ εἷς ἐστόν. ὥστ' εἴ γε παντοίως εἷς ἦν, ἐκ περιττοῦ καὶ μάτην ἄν, οἶμαι, προσέκειτο τὸ, ᾗ, καὶ τὸ, ταύτῃ, παρὸν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὡς εἷς ἐστι Σεραπίων καὶ Μηνόδοτος.

A praeterea quindenas fores vno sigillo obsignatas, ad speciem *scilicet* in omnibus his, sermonem referentes. Adeóque est euidens, ac omnibus natura insitum, tum hominibus, tum brutis, vt aliud quid ceu in substantia subiectum, aliud ceu specie vnum intelligant, vt vel asinorum (qui tamen omnium brutorum stupidissimi videntur) aliud esse specie vnum, aliud numero, notitiam non fugiat. Conspecta nanque camelo, asinus se retrahit, & fugit, ac timet, si nunquam antea camelum conspexit. Sin autem videre iam assueuit, quanuis aliam aliámque illi demonstres, tamen propter consuetudinem nõ amplius timet, sed B veluti vnam speciem intuetur & illam, cui insueuit, & hanc, quae nunc primùm apparet. Ad eundem modum nec homines timet propter consuetudinem, sed hos quoque velut vnam speciem videt. Verùm, si agasonem inspexit, non solùm vt hominem, sed etiam vt hunc hominem agnoscit, & saepe micat auribus, & caudam quatit, & rudit, & lasciuit, quum eum aspexit, vtique indicans se familiarem agnoscere. Huc itaque tum vt hominem, tum vt familiarem noscit; eum autem, quem primum iam videt, vt hominem similiter, vt familiarem non similiter. Quare non nos modò, C verùm asini quoque iam aliud vt numero idem tum vident, tum etiam dignoscunt, ac meminerunt; aliud vt specie. At Dionem agasonem (esto enim ita vocetur) aliter vt hominẽ, aliter planè, vt agasonem suum agnoscunt consueti asini, vtiq; communem eius cum alijs hominibus speciem, vt hominis, capientes; priuatã verò ac secretam, vt Dionis tantùm. Ergo tantum abest, vt veteres philosophos laudem, tanquam amplum aliquid, magnaeque subtilitatis inuenerint, quod idem ac diuersum, vnum ac non vnum, non solum numero, sed etiam specie, sit cogitandum, vt etiam D ipsis asinis hoc inesse naturâ dicam. Sanè adijciunt veteres philosophi non tantùm numero, ac specie aliquid idem dici, verùm etiam genere. Verùm id iam ad rem propositam non desidero; mihi enim vnicum illud satisfacit, quod ipsis asinis stupidiores ostendi, qui non concedunt aliud specie vnum, aliud numero dici; magisque his etiam, qui vnum esse phreniticum, & vnum Empiricum dicunt, vnum tamen esse hominem non concedunt; aut qui non intelligunt specie quidem vnum esse hominem, numero non vnum, nec Socratem vnum esse, tum specie, tum E numero; phreniticum autem specie esse vnum, multitudine non vnum; quum fieri non possit vt Dion, Socrates, Theon, & Coriscus, pariter, si ita fors tulit, phrenitide laborantes, quum quatuor sint, vnus multitudine sint, sed specie vnus, multitudine non vnus. Absurdius autem multo est, quod Empirici dicunt, quum vnum esse Empiricum dicunt, deinde rogati quomodo vnum dicant eum, qui viuit, cum eo, qui mortuus est, & eum, qui est in Graecia, cum eo qui est in Aegypto mirificũ reponsũ afferunt. Quatenus, inquiunt, F Empiricus est, eatenus etiam vnus est. Hoc enim extremae stupiditatis est, si adiectis illis, quatenus & eatenus, ne quae ipsimet loquuntur, intelligunt. Si enim eatenus Serapiõ & Menodotus vnus sũt, quà Empirici sunt, profectò in alijs vnus nõ erũt; quando, si omnifariam vnus essent, superuacuè, arbitror, ac frustra addita essent illa, quatenus, & eatenus, cum promptum esset simpliciter dicere, vnum esse Serapionem & Menodotum:

ita nimirum, vt, si de ipso tantùm Menodoto loquens, adiectione non egeres, sed absoluto sermone diceres, Menodotus est vnus. Ergo, si vnus absoluto sermone est Menodotus, Sera pion autẽ & Meodotus nõ absoluto sermone vnus, sed quatenus Empirici, omnino profectò ipsis alia quæpiã inerũt, quibus duo sunt, & non vnus ambo. Efficiturq; hoc illud, quod antiqui philosophi dixerũt, aliud numero & idem & vnum esse, aliud specie; nec esse mirũ, si Menodotus Serapioni in aliquo idem sit, atq; vnus, in aliquo non idem, neq; vnus; quatenus enim Empiricus, idem; quatenus autem hic resimus, ille naso adunco, aut candidus, aut niger, aut magnus, aut paruus, non idem. Nunquid igitur sic est vterque eorum homo, vt vel naso est adunco, vel resimus, an sic vt Empiricus est? An hoc quoque puer intelligat, quòd quà homo, vnus sunt; quà hic resimus, ille grypus, non vnus? Num igitur extremæ stupiditatis est, aut pertinaciæ, aut nescio quo nomine meritò appellem, fateri vnum esse phreniticum, quà phreniticus, simili modo lethargicum, & pleuriticum, hominem verò, quà homo est, non vnum. Præterea Empiricum vnum dicere, quà est Empiricus; equum verò, vt equus est, non vnum? quum audire liceat Aristotelem, & Theophrastum affirmantes, specie quidem posse alterum alteri idem esse, numero verò non idem; atque etiam ante hos illum, qui ipsos huiusmodi significatorum distinctionem docuit, audire dicentem, nihil esse miri, vnum esse multa, & multa vnum. Nam adeò dilucidè omnem hãc disceptationem Plato in principio Philebi absoluit, vt mihi, vel ipsis stupidis videatur esse euidens. Asini nanque norunt tum hominem, tum camelum, tum bouẽ; præterea huncce hominem quendam, huncce camelum, huncce bouem: eodem modo viam norunt, non tantùm absolutè, vt viam, sed etiam, vt hanc aliquam viam. Nam in ingressu viæ, quam non nouit, asinum statue, attendéque, vt illam perambulet, ac totam peragat in neutram partem declinans, nisi sicubi in diuersa scinditur, vtique declarans se speciem ipsam viæ meminisse, & clarè agnoscere; quippe inambulat eam, quæ trita est; quatenus autem ignorat, fallitur; neque enim ex recordatione eius, quæ insectilis, vnáque numero est, hanc quam non nouit, peragere potest. Manifestum verò est, eum hanc viam, qua nunc primum insistit, quatenus via est, vt specie noscentem inambulare; quatenus verò numero vna est, eatenus ignorare propterea, quòd & nusquã ad non tritam diuertat; &, quà in duas scinditur, nesciat, vtra sit eundem. Quod tamen omninò non ignoraret, si secundò, aut tertiò, nunc per hanc ingrederetur; nam, quoniam alterum nouit, alterum non nouit, propterea videlicet, quòd communem viæ speciem cognoscit, propriam autem huius, vel illius ignorat, vtique, quatenus nouit, non fallitur, quippe qui tritæ insistit: quatenus ignorat, fallitur multoties in triuijs, nescius, quam eligat. Duplicem ergo cognitionem habent & asini, communium specierum alteram, priuatarum alteram. In summa, siue vnam speciem appellare commune illud velis, siue genus, siue communitatem, si illius hanc, quam ipse nunc interpretor, notionem custodias, de nominibus contendes, rem tamen non mutare poteris. Et de nominũ quidẽ impositione aliusfortasse quispiã tecum contendet, vtique qui

A οὕτως οὖν ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ μόνου Μηνοδότου τὸν λόγον ποιούμενος, οὐκ ἂν προσθήκης δεηθείης, ἀλλ' ἁπλῶς ἂν εἴποις, εἷς ἐστι Μηνόδοτος. εἰ τοίνυν Μηνόδοτος μὲν εἷς ἁπλῶς, Μηνόδοτος δὲ καὶ Σεραπίων, οὐχ ἁπλῶς εἷς, ἀλλ' ᾗ ἐμπειρικοὶ, πάντως δήπουθεν αὐτοῖς ἐστιν ἕτερ' ἄττα καθ' ἃ δύο εἰσὶ, καὶ οὐχ εἷς ἀμφότεροι. καὶ γὰρ τοῦτο ἐκεῖνο τὸ πρὸς τῶν παλαιῶν φιλοσόφων εἰρημένον· ἕτερον μὲν ἀριθμῷ, καὶ ταὐτὸν, καὶ ἓν· ἕτερον δὲ τῷ εἴδει· καὶ μηδὲν εἶναι θαυμαστὸν, εἰ Μηνόδοτος, Σεραπίωνι κατά τι μὲν ὁ αὐτός ἐστι καὶ εἷς, κατά τι δὲ, οὐχ ὁ αὐτὸς, οὐδ' εἷς· ᾗ μὲν γὰρ B ἐμπειρικὸς, ὁ αὐτός· ᾗ δ' ὁ μὲν, σιμὸς, ὁ δὲ γρυπὸς, ἢ μέλας, ἢ λευκὸς, ἢ μέγας, ἢ μικρὸς, οὐχ ὁ αὐτός. ἆρ' οὖν οὕτως ἐστὶν ἑκάτερος αὐτῶν ἄνθρωπος, ὡσεὶ ἢ γρυπὸς, ἢ σιμὸς, ἢ οὕτως ὡς ἐμπειρικός; ἢ κἂν παῖς τοῦτό γε νοήσειεν, ὡς ᾗ μὲν ἄνθρωπος, εἷς ἐστιν· ᾗ δ' ὁ μὲν, σιμός· ὁ δὲ γρυπὸς, οὐχ εἷς. ἆρ' οὖν οὐκ ἐσχάτης ἀναισθησίας, ἢ φιλονεικίας, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ, τι ποτε καὶ προσειπεῖν ἄξιον, ἕνα μὲν ὁμολογεῖν εἶναι τὸν φρενιτικὸν, ᾗ φρενιτικὸς, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ληθαργικόν τε, καὶ πλευριτικόν· οὐδένα δὲ τὸν ἄνθρωπον ᾗ ἄνθρωπος· καὶ C τὸν μὲν ἐμπειρικὸν ἕνα λέγειν, ᾗ ἐμπειρικὸς, οὐχ ἕνα δὲ τὸν ἵππον, ᾗ ἵππος, ἐνὸν ἀκοῦσαι λέγοντος Ἀριστοτέλους τε καὶ Θεοφράστου, δύνασθαί τι τῷ μὲν εἴδει, ταὐτὸν ὑπάρχειν ἕτερον ἑτέρῳ· τῷ δ' ἀριθμῷ, μὴ ταὐτόν. ἔτι δὲ τούτων ἔμπροσθεν, αὐτοῦ τοῦ κἀκείνοις ὑφηγησαμένου τὴν τοιαύτην διαστολὴν τῶν σημαινομένων, ἐπακοῦσαι λέγοντος, ὡς οὐδὲν θαυμαστόν ἐστιν ἓν εἶναι τὰ πολλὰ, καὶ τὰ πολλὰ ἕν. οὕτω γὰρ σαφῶς ἅπαντα τοῦτον τὸν λόγον ὁ Πλάτων διῆλθεν ἐν ἀρχῇ τοῦ Φιλήβου, ὥστ' ἐγὼ μὲν καὶ τοῖς ἀναισθήτοις αὐτὸν εἶναι νομίζω σαφῆ. γνωρίζουσι γοῦν οἱ ὄνοι, καὶ ἄνθρωπον, καὶ κάμηλον, καὶ D βοῦν. καὶ τόνδε τινὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τήνδε τινὰ τὴν κάμηλον, καὶ τόνδε τινὰ τὸν βοῦν. οὕτω δὲ καὶ ὁδὸν, οὐ μόνον ἁπλῶς ὡς ὁδὸν, ἀλλὰ καὶ ὡς τήνδε τινὰ γνωρίζουσιν. ἐπίστησον γοῦν ὄνον ἐπ' ἀρχὴν ὁδοῦ μὴ γνωρίμου, καὶ θέασαι πῶς αὐτὴν βαδίζει τε καὶ διέρχεται πᾶσαν, οὐκ ἐκτρεπόμενος ἑκατέρωσε, πλὴν εἰ μὴ τύχοι που σχιζομένη, δῆλον ποιῶν, ὡς αὐτὸ τὸ εἶδος ὅ, τί ποτ' ἐστὶν ὁδοῦ μέμνηται, καὶ γινώσκει σαφῶς. βαδίζει γοῦν τὴν τετριμμένην· καθ' ὅσον δὲ ἀγνοεῖ, σφάλλεται· οὐ γὰρ δὴ τήνδε γε ἄτομον, καὶ μίαν τῷ E ἀριθμῷ μεμνημένος, ἀπ' ἐκείνης, ἣν οὐκ οἶδε, βαδίζειν δύναται. δῆλον δ' ὅτι τὴν ὁδὸν ταύτην, ἣν νῦν βαδίζει πρῶτον, ᾗ μὲν ὁδὸς, ὡς εἴδει γινώσκων, βαδίζει· καθ' ὅσον δὲ ἀριθμῷ μία, κατὰ τοσοῦτον ἀγνοεῖ, τῷ τε μηδαμῶς πρὸς τὰς ἀτριβεῖς ἐκτρέπεσθαι, καὶ τῷ καθ' ὃ σχίζεται, μὴ γινώσκειν ὁποίαν ἰτέον· ὅπερ ἠπίστατο ἂν ἀκριβῶς, εἰ δεύτερον αὐτὴν ἢ τρίτον ἔτυχε νῦν βαδίζων. ἐπεὶ γὰρ ἕτερον μὲν οἶδεν, ἕτερον δ' ἀγνοεῖ, καθ' ὅσον, τὸ μὲν κοινὸν εἶδος ὁδοῦ γινώσκει, τὸ δ' ἴδιον ταύτης ἢ τινος, ἀγνοεῖ. καθ' ὅσον μὲν οἶδεν, οὐ F σφάλλεται, βαδίζει γοῦν τὴν τετριμμένην, καθ' ὅσον δ' ἀγνοεῖ, σφάλλεται πολλάκις ἐν ταῖς τριόδοις, οὐκ εἰδὼς ὁποίαν ἕληται. διττὰς οὖν ἔχουσι γνώσεις καὶ οἱ ὄνοι· τῶν μὲν κοινῶν εἰδῶν ἑτέρας, τῶν δ' ἰδίων ἄλλας. λοιπὸν εἴ τε ἓν εἶδος ἐκεῖνο ἐθέλοις καλέσαι τὸ κοινὸν, εἴ τε γένος, εἴτε κοινότητα, φυλάττων αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν, ἣν ἐγὼ νῦν ἐξηγοῦμαι, περὶ μὲν ὀνομάτων ἀμφισβητήσεις, οὐ μὴν μεταθεῖναί γε δυνήσῃ τὸ πρᾶγμα. καίτοι πρὸς μὲν τὴν τῶν ὀνομάτων θέσιν ἴσως ἕτερος ἀμφισβητήσει παραπλησίως

σοι, τῆς περὶ τὰ πράγματα θεωρίας ἀγύμναστος. οὐ μὴν ἡμεῖς γε ἀμφισβητήσομεν, ἀλλ' [33] ἐκείνου μόνον ἀξιώσομέν σε μεμνῆσθαι τοῦ παρὰ Πλάτωνος λεγομένου· ἓν γὰρ δὴ τὰ πολλὰ εἶναι, καὶ τὸ ἓν πολλὰ, θαυμαστῶς λεχθὲν, καὶ [34] οὐ ῥᾴδιον ἀμφισβητεῖσθαι τῷ τούτων ὁποτερονοῦν τιθεμένῳ· εἰ γὰρ δὴ τοῦτο διασώζοις, οὐκέθ' ἑξῆς ἐρίζειν, ὥσπερ νῦν ἐρίζεις, τὰ μὲν, ὑπὸ τῆς ἀμαθίας, τὰ δ' ὑπὸ τῆς φιλονεικίας ἀγόμενος. ἀλλ' εἴτε τις ἕνα λέγοι τὸν φρενιτικὸν, ἕνα συγχωρήσεις ὑπάρχειν· εἴτε πολλοὺς, καὶ οὕτω συγχωρήσεις· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ἐμπειρικόν τε, καὶ δογματικὸν, καὶ τὸν μεθοδικόν· οὕτω δὲ τὸν ἰατρὸν ἕνα τε καὶ πολλοὺς φήσεις· ἕνα μὲν, ᾗ ἰατρόν· οὐχ ἕνα δὲ, τῷ κατὰ μέρος πλήθει. οὐ γὰρ δὴ ἐπὶ μὲν τοῦ ἐμπειρικοῦ, τὸ ᾗ, προσθήσεις, ἀφαιρήσεις δὲ ἐπὶ τοῦ ἰατροῦ· οὐδὲ ἐπὶ μὲν τοῦ ἰατροῦ προσθήσεις, ἀφαιρήσεις δὲ ἐπ' ἀνθρώπου. οὐδὲ τὸν φρενιτικὸν μὲν ἕνα φήσεις, ᾗ φρενιτικός, τὸν νοσοῦντα δ' οὐχ ἕνα. καὶ γὰρ καὶ οὗτος ᾗ νοσῶν, εἷς ἐστιν. ἐπιλάθου τοίνυν ἤδη ποτὲ τῶν λήρων ἐκείνων, οὓς ἐν ἄλλοις βιβλίοις ἐρίζων λέγεις, ἀξιῶν δειχθῆναί σοι τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν μόνον ἄνευ τῶν κατὰ μέρος. ὥσπερ αὐτὸς δεῖξαι δυνάμενος τὸν ἐμπειρικὸν ἄνευ Μηνοδότου καὶ Σεραπίωνος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ μέρος, ἢ, νὴ Δία, τὸν φρενιτικὸν ἄνευ τῶν κατὰ μέρος φρενιτικῶν. ἐν τίνι τοίνυν τὸ σφάλμα, καὶ πόθεν ἡ ἐκτροπὴ τοῦ καὶ τῶν ὄνων αὐτοὺς γίγνεσθαι μωροτέρους; ἐξ ὧνπερ καὶ ἄλλα μυρία σφάλλονται. μεταβαίνειν γὰρ ἐπὶ τὰς οὐσίας τῶν πραγμάτων ἀπὸ τῶν ἐννοιῶν ἐπιχειροῦντες, εἶθ' ὡς ἀγύμναστοι τῆς λογικῆς θεωρίας σφάλλονται, συνανατρέποντες τῇ περὶ τούτων ἀπορίᾳ καὶ τὰς ἐννοίας. ἐκδέχεται γὰρ αὐτοὺς ἐνταῦθα, τὸ περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν ζήτημα, σφῆλαι δυνάμενον, οὐ μόνον ἀγυμνάστους ἀνθρώπους ἐν ταῖς λογικαῖς μεθόδοις, ἀλλὰ καὶ τῶν γεγυμνασμένων τινὰς, ἐὰν μὴ προσέχωσιν ἀκριβῶς τὸν νοῦν. ἀλλ' οὐ χρὴ διότι περὶ τῆς οὐσίας ἀποροῦσι τῶν πραγμάτων, ἀφίστασθαι τῶν ἐναργῶν ἐννοιῶν· οὐδ' ἡγεῖσθαι σοφὸν ἐξευρηκέναι τι τοὺς μὲν ἐμπειρικοὺς, ἐὰν ἓν εἴπωσιν, ἄνευ τοῦ προσθεῖναι κατὰ ποῖον σημαινόμενον, ἕν ἐστι· τοὺς δὲ μεθοδικοὺς, ἐὰν ἀντὶ γένους, ἢ εἴδους, ἢ κοινοῦ, κοινότητα λέγωσιν. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἄμεινον ἐδόκει, σαφῶς τῆς ἐννοίας ἤδη διωρισμένης, ὡς ᾗ μὲν φρενιτικοὶ, ταύτῃ πάντες εἷς. ᾗ δ' ὁ μὲν, νέος, ὁ δὲ γέρων, ἢ ἰσχνός, ἢ παχὺς, ἢ ἀνὴρ, ἢ γυνὴ, ταύτῃ πολλοὶ, χρῆσθαι λοιπὸν ἑρμηνείᾳ παλαιᾷ, καὶ συγκινδυνεύσαι κατὰ τὴν λέξιν Ἀριστοτέλει, καὶ Θεοφράστῳ, καὶ Πλάτωνι. πάντα τὰ τοιαῦτα τῷ μὲν εἴδει λέγουσιν ἓν ὑπάρχειν, τῷ πλήθει δ' οὐχ ἕν· οὐ φρενιτικὸν μόνον, ἢ ληθαργικὸν, ἢ ἐμπειρικὸν, ἀλλὰ καὶ δογματικὸν, καὶ μεθοδικὸν, καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἵππον, καὶ ἄνδρα, καὶ γυναῖκα, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. εἰ δὴ ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος ἔλθοις, οἷον τήνδε τὴν γυναῖκα τὴν δειχθῆναι δυναμένην, ταύτην οὐκ ἐγχωρεῖ τῷ μὲν εἴδει λέγειν ἕν, τῷ πλήθει δὲ, πολλὰ, κατ' ἄμφω γὰρ ἕν ἐστιν ἡ δειχθῆναι δυναμένη γυνὴ, καὶ τῷ εἴδει, καὶ τῷ πλήθει, ὅπερ δὴ καὶ τῷ ἀριθμῷ καλοῦμεν. οἱ δέ γε οὐχ οὕτως ποιοῦσιν, ἀλλ' οἱ μὲν, κοινότητας ὀνομάζουσιν· ὥσπερ οὐ μᾶλλον ἀπορηθῆναι δυναμένας εἰδῶν καὶ γενῶν. οἱ δ' ᾗ μὲν ὅ ἐστί τι λέγουσιν, ὑπάρχειν ἕν· ᾗ δ' οὐχ ἕν, οὐκέτι λέγουσιν ἓν ὑπάρχειν. ἐχρῆν γὰρ δήπου καὶ τούτους ὥσπερ δὴ

æquè in rerum contemplatione, vt tu, parum est exercitatus. Cæterum nos saltem non contendemus, illud potius te monebimus meminisse, quod Plato ait; *Multa enim vnum esse, & vnum multa.* Mirificum sanè dictum! Nec facile est contendere cum eo, qui horum vtrumlibet statuat; etenim, si hoc obserues, non erit, quòd contendas, vt nunc contendis; partim ignorantia, partim adductus pertinacia. Sed, siue quis vnum esse phreniticum dicat, vnum esse consenties: siue multos, ita quoque consenties: simili modo & Empiricum, & Dogmaticum, & Methodicum: ita verò & medicum vnum esse, ac multos dices, vnum quidem, quà medicum, non vnum verò particulari multitudine. Non enim de Empirico *loquens* illud, quatenus, adhibebis, de medico loquens id tolles. Neq; rursus de medico *loquens* adijcies, de homine *loquẽs* auferes. Nec phreniticũ vnũ esse dices, quà phreniticus, ægrotantem verò non vnum, siquidem hic quoq;, quà ægrotans est, vnus est. Dedisce igitur tãdem nugas illas, quibus in alijs libris captiosè vtens, censes ostendi tibi ipsum hominem solum, & seorsum à particularibus hominibus; tanquam ipse ostendere possis Empiricum citra Menodotum, & Serapionem, & alios particulares Empiricos; aut etiam phreniticum seorsum à particularibus phreniticis. Vbi igitur est error, vndéque hæc mutatio, vt asinis adeò ipsis sint stolidiores? nempe vnde in alijs quoque infinitis falluntur. Quippe vbi à notionibus ad rerum substantias transire tentant, deinde per logicæ contemplationis imperitiam falluntur, vtique subuertentes cum rerum addubitatione etiam ipsas notiones. Siquidem excipit eos hîc quæstio de generibus, & speciebus, quæ non modò homines, qui in logicis methodis non sunt exercitati, sed etiam, nisi acriter intendant, aliquos ex ijs, qui sunt exercitati, potest fallere. Cæterùm non oportet propterea, quod de rerum substantia dubitant, à manifestis recedere notionibus: nec putare consultum aliquid inuenisse vtrosuis, vel Empiricos, si vnum dicant, non adiecto, quo significato vnum sit; vel Methodicos, si pro genere, vel specie, vel communi, communitatem vsurpent. Mihi enim melius visum est notione ipsa clarè iam definita (nempe quà phrenitici sunt, hâc esse omnes vnum: quà verò hic iuuenis, ille senex, aut gracilis, aut obesus, aut vir, mulier, hac multos) veteri elocutione de cætero vti, ac cum Aristotele, Theophrasto, & Platone loquendo periclitari, qui omnia id genus specie esse vnum dicũt, multitudine verò non vnum, non phreniticum modò, aut lethargicum, aut Empiricum, sed etiam Dogmaticum, & Methodicum, & hominem, & equum, & virum, & mulierem, & reliquorum singula; Quòd si ad particularia descenderis, veluti hanc mulierem, quæ indicari digito potest, hanc sanè non possis specie quidem vnam dicere, multitudine verò multas. Quippe hæc mulier, quæ indicari digito potest vna est vtroque modo, & specie, & multitudine, quod etiam aliter numero dicere solemus. Hi verò ita non faciunt, sed alij communitates nominant, ceu verò non magis dubitari de ijs, quàm generibus, & speciebus possit. Alij, quatenus hoc quippiam est, vnum esse dicunt; quatenus autem non vnum, nequaquã explicant. Etenim par erat hos quoque, quemadmodum

ostendunt, quòd Menodotus, & Serapio, & Theodas, Glaucias, & Appollonius, & Callicles, & Diodorus, & Heraclides, & Lycus, vnus omnes sunt, quà Empirici: ita rursus, quemamodum non vnus omnes, sed multi sunt, exponere. Siquidem in his exponendis alicubi planè deprehendissent idem, tum vnum, tum multa non modò esse, sed etiam dici posse. Menodotus nanque, & Serapio, quà Empirici sunt, vnus sunt, imò & quà medici, & quà homines. Quid verò quà animalia? Nam id quæri ab his operæ præcium est. Num hactenus quoque Menodotus & Serapio vnus sunt? Nam, si id negent, nec nos cōcedemus, quatenus Empirici sunt, eatenus duos homines esse vnū. Sin concedant hæc quoq; duos esse vnū, quatenus ambo sunt animalia, protinus illud subijciemus; rectè igitur ab antiquis philosophis dictū est, aliud numero, aliud specie, aliud genere esse, quod tū idem, tū vnū est. Dehinc rursus interrogabimus; phreniticus Menodotus, phreniticus Serapio, idémne est, an diuersus? Si respondeant eatenus vnum phreniticū esse, vnúmq; & eundem ambo quà phrenitici, rursus percōctabimur; quid autē, quà ægrotantes; num hæc quoq; ambo vnus sunt? Si negēt, neq; nos illis cōcedemus, quà phrenitici. Sin annuent, vtiq; rem aliquam ponemus, cuius vna sit species, de qua omnes homines morbi nomen enunciant. Non enim phrenitis res aliqua fuerit, cui vna sit idea, atq; eatenus omnes qui ea sunt affecti, vnum efficiens; morbus autē similiter vnum non faciet omnes, quos occupauerit. At nulla est, inquit, ita distincta species, aut animalis, aut morbi, sicut hominis, & phrenitidis. Quid ais improbe? An nihil tibi significare videtur hæ voces, animal, & morbus, sed similiter efferri, vt blityri, & scindapsus? An significāt quidē, verū nulla res substat, quæ vocibus respōdeat, veluti in Scylla, & Centaurus? an etiam significant, atq; id quod gnificatur, vnum est? Quippe, si nulla sit res, quæ his vocibus, animal, & morbus, indicetur, non rectè dicis hominem esse animal, aut phrenitim morbum. Sin est res aliqua, & verè dicis, tum hūc qui aduenit, animal esse; tū huncce qui decumbit phrenitide laborare; est vtique omninò aliquid eorū, quę ipsis insunt, de quo vocem, vtranq; enūcias. Verū ad hæc intelligēda, parū es exercitatus, tametsi ea ex primis sint, quæ in logicis institutionibus tradantur. Cæterùm quid hoc ad ipsam veritatem? Non enim profectò ex ijs, quæ tu non intelligis, iudicāda veritas est, sed ex ijs, quæ quispiam intelligit, qui & natura prudens sit, & ea didicerit, ac exercuerit, nec idem contentiosus sit, sed veritatē amet; quorū nullū in te est; quanquā medius fidius haud scio, an ista, natura prudentē desiderent. Quis enim nescit non idem significare Socratem, ac resimum, sed socratem totius esse subiectæ substantiæ nomen, reliquorum autē nominū nullum de tota corporis substantia dici? non enim simum, non ventrosum, non caluum, sed horum aliud figuræ nasi esse nomen, aliud defectus capillorum in capite, aliud magnitudinis esse ventris. Atque hæc sunt, quæ respectu partium dicuntur. At, si candidum aut nigrum Socratem dicam, de omnibus arbitror, corporis partibus nomina pronuncio; cæterùm nō totam substantiam, sed vnum ex ijs, quæ illi accidunt, indico, nempe colorem. Quinetiam, si obesum dicā, aut gracilem; durum aut mollem; hirtum aut glabrum, aut cætera id genus, quæ Socrati accidunt, ne sic

ἢ οὐδ' ὅλως δεῖται γενέσεως σαρκός, ἢ σμικρᾶς παντάπασιν· ὥστε μᾶλλον αὐτὸ χρὴ ξηραίνειν τοῦ σαρκωτικοῦ. ταύτῃ τε οὖν ἀλλήλων διοίσει [46] μικρὰν τινὰ διαφοράν, ἑτέραν τε μεγάλην, ᾗ τὸ μὲν σαρκωτικὸν εὐθὺς χρὴ καὶ ῥυπτικὸν ὑπάρχειν, ἵνα μὴ μόνον ξηραίνῃ τὸ περιττὸν τῆς ὑγρότητος, ἀλλὰ καὶ τὸν ῥύπον ἀφαιρῇ· τὸ δὲ κολλητικὸν, οὐ ῥύπτειν, οὐδὲ ἀποσμᾶν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν εἰς ταὐτὸν συνάγειν ἅπασαν τὴν οὐσίαν· ὅπερ οἶμαι πέφυκε δρᾶν ὅσα τῶν φαρμάκων αὐστηρὰ καὶ στύφοντα καλεῖται· ταῦτα γὰρ εἰς ταὐτὸ συνάγειν καὶ πιλεῖν, οὐκ ἀπορρύπτειν, οὐδὲ καθαίρειν πέφυκεν. ὥστε μάλιστα πάντων φυλαξώμεθα τὸ στῦφον φάρμακον, ἔνθα σαρκῶσαι πρόκειται, δυσαπολύτως ἐμπλάσσον τοῖς ἕλκεσι τὸν ῥύπον. οἶνος οὖν ἄριστον φάρμακον ἑλκῶν ἁπάντων, ᾗ ἕλκη. εἰ δὲ καὶ μὴ προσθείημεν τῷ λόγῳ, ᾗ ἕλκη, ταὐτὸν οἶμαι νοήσεις· ὑπὲρ γὰρ τοῦ μὴ παρακοῦσαί τινα, πρόσκειται χάριν ἀναμνήσεως, οὐχ ὡς ἀναγκαῖόν τι διοριζόμενον. ὡς εἴ γέ μοι μεμνημένος εἴης τῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ λόγων ἁπάντων, τῶν περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ὄνομα σημαινομένων τε καὶ ὑποκειμένων πραγμάτων, οὐδέν ἔτι σοι δεήσομαι τὰ τοιαῦτα διορίζεσθαι· μόνον δὲ ἀρκέσει μοι καθ' ἕκαστον αὐτῶν διελέσθαι, τὰς ἁπλᾶς διαθέσεις τῶν συνθέτων, ὑπὲρ ὧν ἤδη μέν πού τι πρόσθεν εἴρηται· ῥηθῆναι δ' ἀναγκαῖον ἔσται καὶ νῦν, οὐ τοσοῦτον αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἕνεκεν, ἀλλ' ὅτι νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ὑπὸ τῆς λέξεως ἐξαπατώμενοι, διαφορὰς ἑλκῶν εἶναι τὸ κοῖλον καὶ ὁμαλὲς, ἔναιμόν τε καὶ παλαιὸν, ῥυπαρόν τε καὶ καθαρὸν, ἀφλέγμαντόν τε καὶ φλεγμαῖνον. ἀναγκαῖον οὖν ἔσται διελέσθαι, τίνες μὲν αἱ οἰκεῖαι διαφοραὶ τῶν ἑλκῶν εἰσι, τίνες δ' ἐπιπλοκαὶ διαθέσεων ἑτέρων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὀλίγον ὕστερον. ἡ δὲ συνήθης διδασκαλία τοῖς παλαιοῖς, ἥνπερ δὴ καὶ νῦν ηὐξάμην ἀσκηθῆναι, κατὰ φύσιν ὑπάρχει, μάλιστα τῶν ἁπλῶν ἑκάστης διαθέσεως ἴδιον ἴαμα λεγόντων αὐτῶν, καὶ μάλιστα πάντων Ἱπποκράτους. ἡ γάρ τοι μέθοδος ἡ θεραπευτικὴ, κατὰ τοῦτο ἂν μάλιστα προΐοι τὸν τρόπον, ὑπὲρ ἑκάστου τῶν ἁπλῶν, ἰδίᾳ διελθόντων ἡμῶν· ἔπειτ' αὖθις ἐπὶ τοῖς συνθέτοις ἅπασιν, ἑτέραν μίαν ἐπιδειξάντων μέθοδον· ὥσπερ καὶ εἰ δύο ἦν ὄντως κατὰ δίαιταν νοσήματα, τὸ, δὲ στεγνὸν καὶ τὸ ῥοῶδες, ἰδίαν ἑκατέρου θεραπείαν εἰπόντας, οὕτως ἐχρῆν ἐπιπεπλεγμένου μνημονεύειν, ὡς οἱ περὶ τὸν Θεσσαλὸν ἀξιοῦσι, τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, ἐπειδὰν τῶν μὲν ἑλκῶν ᾗ ἕλκη, πάντων ἓν εἶδος ὑπάρχῃ, τῶν φλεγμονῶν δ', ᾗ φλεγμοναὶ, καὶ τούτων ἕτερον εἶδος ἕν, ἰδίᾳ μὲν χρὴ τῶν ἑλκῶν, ἰδίᾳ δὲ τῶν φλεγμονῶν εἰπόντας θεραπείας, οὕτως ἤδη συνάπτειν εἰς ταὐτὸν ἀμφοτέρας. τοῦτ' οὖν εἰ ποιήσαιμεν, ἕλκη μὲν ἅπαντα ξηραίνεσθαί τε ἅμα καὶ στύφεσθαι δεόμενα, κατὰ τὴν εἰρημένην μέθοδον εὑρήσομεν, οὐ μὴν καὶ ῥύπτεσθαί γε· κοιλότητα δ' ἐν σαρκὶ, ξηραίνεσθαι μὲν καὶ ῥύπτεσθαι, στύφεσθαι δ' οὐκέτι. καὶ δὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἐπὶ τῶν κοίλων ἑλκῶν, ἀνάλογον καὶ νῦν ἐπισκεψόμεθα τοῦ σώματος τὴν φύσιν, εἰ μαλακὴ, καὶ [47] βρυώδης, ἢ σκληρὰ, καὶ ξηρὰ, καὶ σύντονος. ἡ μὲν γὰρ προτέρα, καθ' ὅσον ὑγροτέρα, κατὰ τοσοῦτον καὶ τῶν φαρμάκων ἧττον ξηραινόντων δεήσεται· ἡ δευτέρα δὲ, καθ' ὅσον ξηροτέρα, κατὰ τοσοῦτον αὖ καὶ ἥδε καὶ σφοδρότερον ξηραινόντων δεήσεται, καὶ μᾶλλον στυφόντων.

ὁ γοῦν ἐμπειρικός, οἶμαι, κἀνταῦθα, παίδων μὲν, καὶ γυναικῶν, καὶ ἁπαλοσάρκων μνημονεύσει, νεανίσκους, καὶ γεωργούς, καὶ θαλαττουργοὺς ἀντιτάττων αὐτοῖς· οὐ μὴν ὅτι γε διὰ μὲν τὴν ὑγρότητα τῆς κράσεως, ἐπὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἑώραται τὰ τοιαῦτα τῶν φαρμάκων εὐδοκιμοῦντα· διὰ δὲ τὴν ξηρότητα πάλιν ἕτερα, θερισταῖς καὶ ναύταις ἁρμόττοντα συνιέναι δυνάμενος, οὔτε τὸ καθ' ἕκαστον σῶμα θεραπείας ἀκριβῶς στοχάσεται, καὶ τῆς ἀποτυχίας οὐχ εὑρήσει τὴν αἰτίαν. ὥστε οὐδὲ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον εὐπορήσει μεταβολῆς, ὁπόταν ἀποτυγχάνῃ τὰ διὰ τῆς ἐμπειρίας αὐτῷ προεγνωσμένα. τοῦτο μὲν δὴ καθόλου περὶ τῶν φαρμάκων εἴρηταί μοι τῶν κολλητικῶν. ἑξῆς δ' ἄλλη τις μέθοδος εἰς τὴν σκευασίαν τε καὶ τὴν σύνθεσιν αὐτῶν διαφέρουσα προσέρχεται· τοῖς μὲν γὰρ κοίλοις ἕλκεσιν, ὃ βουλόμεθα προσφέρομεν εὐθὺς, εἴτ' οὖν ξηρὸν, εἴθ' ὑγρὸν φάρμακον· ἐγχωρεῖ γὰρ ἐπιπάττειν, ἢ ἐμπλάττειν αὐτὰ παντὶ μορίῳ τοῦ ἕλκους· ἐπὶ δὲ τῶν ἄχρι βάθους ἱκανοῦ γεγενημένων τραυμάτων, ἐπειδὰν ἅπαξ συναγάγωμεν τὰ χείλη, ψαῦσαι τῶν ἐν τῷ βάθει διῃρημένων οὐκ ἐγχωρεῖ. χρὴ τοίνυν οὐχ ἁπλῶς, εἰ ξηραντικόν ἐστι καὶ αὐστηρὸν μετρίως τὸ φάρμακον, ἀλλ' εἰ καὶ μέχρι τοῦ βάθους ἐξικνεῖσθαι δυνατὸν, ἐπισκέπτεσθαι. ψιμμύθιον γοῦν καὶ λιθάργυρος, στύφει καὶ ξηραίνει μετρίως· ἀλλ' ἐὰν ἐπιπάσῃς αὐτὰ δίκην τέφρας ἐν κύκλῳ τοῦ τετρωμένου, πλέον οὐδὲν ἀνύσεις· οὐ γὰρ διϊκνεῖται τοῦ οὕτω ξηροῦ φαρμάκου εἰς τὸ βάθος ἡ δύναμις. ὑγρότητος οὖν αὐτοῖς δεήσει τινὸς, ἵν' ὁποῖόν τι τῶν ἐμπλαστικῶν φαρμάκων, ἢ καὶ τῶν ὑγροτέρων τι γίνηται. τοῦτο μὲν οὖν τῆς περὶ συνθέσεως φαρμάκων πραγματείας ἐστὶν ἴδιον, οὐκ αὐτῆς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου. εἰ δὲ δεηθείημεν αὐτοῦ δεῖσθαί τε πρὸς τὰ παρόντα, κἀν τῷ προήκοντι τῷ λόγῳ μνημονεύσομεν.

Empiricus enim, arbitror, hic quoque pueros, & fœminas, & qui tenera sunt carne, memorabit, iuuenes, agricolas, & nautas his opponens. Cæterùm, quum non intelligit, quòd in pueris, & fæminis propter humiditatem temperamenti, eiusmodi medicamenta visa sunt conducere; rursus altera messoribus, ac nautis propter siccitatem conuenire, nec cuiusque corporis curationem exactè conijciet, nec erroris causam deprehendet. Quo fit, vt nec intelligat, quemadmodum se ad potius transferet, vbi parum cessit ijs, quæ per experientiam prius nouit; hæc igitur summatim de glutinatorijs medicamentis diximus. Hinc verò altera quædam methodus succedit, ad eorum præparationem compositionémq; pertinens; siquidem cauo vlceri, quicquid volumus, statim applicamus, siue siccum id, siue humidum medicamentum sit; licet enim omni parti vlceris ea, tum inspergere, tum illinire; at in vulneribus, quorum maior est profunditas, id non licet; quippe, vbi semel oras coniunxeris, appropinquare quę in imo sunt diuisa, non possis. Considerandum igitur est non modò, an siccans adstringensque modicè medicamentum sit, verùm etiam an peruenire ad imũ valeat. Nam, & cerussa, & lithargyrus siccant, adstringúntq; modicè; sed, si ea cineris ritu circa vulnus inspergas, nihil proficies, neque enim ad fundum peruenit medicamenti vis, quod ita siccum; humiditatem igitur quandam desiderat, quò simile emplastici sit, vel etiam humidioris cuiusquã medicamenti. Verùm hæc operis eius, quod de medicamentorum compositione præcipit, propria speculatio est, nõ eius, quod de medendi ratione instituitur; quod si quid eâ ad rem propositam indigebimus, id procedente opere attingemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Τί διαφέρουσι τὰ κολλητικὰ φάρμακα τῶν ἐπουλωτικῶν.

Ἐπεὶ δὲ τὸ τῆς οὐλῆς δεόμενον ἕλκος ἐπάνειμι, περὶ οὗ μικρὸν ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὡς ὁ πρῶτος μὲν εἴη καὶ τούτου σκοπὸς ἐκ τοῦ γένους τοῦ κοίλου. γεννῆσαι γὰρ χρή τι τῶν ἀπολωλότων, οὐχ ἁπλῶς ἑνῶσαι τὰ διεστηκότα· τρόπον δ' ἕτερον ἐπὶ τούτου γεννᾶται τὸ λεῖπον, ἢ ὃν ἐπὶ τοῦ κοίλου· ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ τὸ αἷμα, τούτῳ δ' ἡ σὰρξ ὕλη· πληροῦται μὲν οὖν τὸ κοῖλον ὑπὸ τῆς γεννωμένης σαρκὸς, τὴν γένεσιν ἐκ τοῦ αἵματος ἐχούσης· εἰς οὐλὴν δὲ ἀφικνεῖται τὸ ἤδη πεπληρωμένον· ὑπὸ τοῦ γεννωμένου δέρματος, ἐκ τῆς ὑποβεβλημένης σαρκὸς τὴν γένεσιν ἔχοντος· ἀλλὰ σὰρξ μὲν ἡ αὐτὴ τῷ εἴδει τῇ διεφθαρμένῃ δύναται γεννηθῆναι κατὰ τὸ κοῖλον ἕλκος· δέρμα δ' οὐκ ἐνδέχεται γεννηθῆναι τοιοῦτον ἀκριβῶς, οἷον ἦν τὸ διεφθαρμένον, ἀλλ' ὅμοιον μέν τι δέρματι, καὶ τὴν χρείαν αὐτοῦ δυνάμενον ἀποπληροῦν, οὐ μὴν ἀκριβὲς δέρμα. διὰ τί μὲν οὖν οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν ἡμῖν γεννῆσαι δέρμα τὸ ἅπαξ ἀπολλύμενον, ὥσπερ σάρκα καὶ πιμελὴν γεννῶμεν, ἐκ τῶν φυσικῶν ἐστι προβλημάτων· ὅπως δ' ἄν τις μιμήσαιτο τὴν φύσιν καὶ χρείαν δέρματος ἐκ τῆς νῦν ἐνεστώσης πραγματείας, ἧς τὴν μέθοδον ἤδη λέγομεν, ἐπεὶ προσήκει σκεπάσαι τὴν σάρκα συμφύτῳ τινὶ σκεπάσματι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἰς οὐλὴν ἀγαγεῖν τὸ ἕλκος, ἤτοι δέρμα γεννητέον ἡμῖν ἐστιν, ἢ τῆς σαρκὸς τὸ ἐπιπολῆς δέρματι παραπλήσιον ἐργαστέον· ἀλλ' οὐκ ἐγχωρεῖ γεννῆσαι δέρμα, τὸ λοιπὸν ἄρα πειρατέον ἐργάζεσθαι. τίς οὖν ὁ τρόπος τῆς ἐργα-

CAPVT V.

Quid differant glutinatoria medicamenta ab ijs, quæ cicatricem inducunt.

Nunc ad vlcus, quod cicatrice induci postulat, reuertar; de quo paulò ante dixi, eius quoque primum, quò tenditur, finem ex eodem esse genere, cuius est, & caui. Quippe regignere aliquid opus est, quod perijt, non tantùm vnire, quæ dissident; cæterùm diuersa ratione hic gignere, quod desit, quã in cauo; quãdo illic sãguis, hîc caro pro materia sit. Siquidem, quod cauum est, impletur ex gignenda carne, quæ ex sanguine ortũ habet; at, ad cicatricem producitur, quod iã est impletum, ex gignenda cute, quæ ex subiecta creatur carne. Cæterùm caro eadem specie cum ea, quæ perijt, gigni in cauo vlcere potest; cutis talis omninò, qualis erat, quæ perijt, prorsus restitui non potest, sed simile quiddam cuti, & quod eius officium suppleat, potest, non tamen planè cutis. Ac *causa* quidem, cur sicuti caro adépsque regignuntur, ita cutis, quæ prorsus perierit, regigni nequeat, ex naturalibus problematis est *petenda*; quemadmodum autem, tum naturam, tum vsum cutis imitemur, hinc accipiendum, eiúsque rei methodum iam tradamus. Quoniam tegere carnem naturali aliquo tegumento propositum est (*quippe*, id est ducere ad cicatricem vlcus) aut cutis nobis generanda est; aut summa caro cuti similis efficienda. Verùm, vt cutis regeneretur, fieri omninò nequit; quod superest igitur, efficere est tentandum. At, quæ igitur

igitur huius efficiendi est ratio? Nempe alteratio; quippe, vt carnis pars quæpiam non ampliùs caro permaneat, sed veluti cutis euadat, postulamus. Quo pacto igitur (*inquies*) alterabitur? Profectò alicuius alterantium qualitatum ope; incidit enim rursus hoc loco, vel nolentibus nobis, de elementis sermo, sine quo nec, quod cicatricem inducat, inuenire medicamentum licet, nedum quod carnis producendæ, aut agglutinandi facultatem habeat. Ergo, quoniam cutis carne ipsa, tum siccior est, tum etiam densior, si carnem siccabimus, & adstringemus, cuti etiam persimilem reddemus. Habes medicamenti, quod cicatricem inducit, summam, verùm ea non satisfacit; nam & glutinatoria, tum siccabant, tum etiam adstringebant; ergo, quo hæc ab illis distent, id, si ipsam rerum substantiam inspicias, inuenies. Nam, quoniam in glutinatione vlceratorum siccandum, quod affluit, est, quò videlicet affecta pars superuacuis vacet; in cicatrice ducenda non modò, quod affluit, verùm etiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumendus; multò profectò siccius, quod cicatricem inducat, quàm quod agglutinet, esse conueniet; quando gultinaturo vnum id propositum est, vt eius, quod secundum naturam est, redundantiam consumat; qui *cicatricem inducet*, non hoc modo, verùm etiam vt ei, quod secundum naturam se habet, aliquid deradat. Galla igitur immatura hoc loco, & malicorium, & Aegyptiæ spinæ fructus, modicè siccantia medicamenta sunt; chalcitis, & æs vstum, & æris squama, & misy, & fissum alumen, multò his sunt valentiora; misy quidem, & chalcitis præcipuè, mitior autem æris squama, atque etiam hoc mitius æs vstum; quod etiam si lauabis, vtique minus mordens medicamentum habebis. Porrò hoc quoque ad opus de compositione medicamentorum pertinet, quod sanè medendi methodum ordine sequitur. Nam medicamentorum facultates nosse, id quidem medendi methodum præcedit, tractatumque de his alibi est; compositio verò medicamentorum, medendi methodum sequitur. Quum enim hæc vniuersale præcepit, dico autem siccandum, aut humectandum, aut calefaciendum, aut refrigerandum esse; tum vel modicè id faciendum esse, vel valenter, vel leuiter; intelligamus verò cuiusque simplicium medicamentorum facultatem, hácque per se seorsum perpensam; tum profectò, quo pacto quis ea commodè ad vsum miscuerit, considerare conueniat. Existit igitur eo pacto duplex de medicamentis peritia; altera de eorum facultatibus, altera de compositione, ac præparatione. At enim ad id, quod superest methodi de vlceribus, redeundum est.

A σίας; ἡ ἀλλοίωσις δηλονότι· σαρκὸς γάρ τι μόριον οὐκέτι σάρκα μένειν, ἀλλ' οἷον δέρμα γενέσθαι βουλόμεθα· πῶς οὖν ἀλλοιωθήσεται; κατά τινα τῶν ἀλλοιουσῶν δηλονότι ποιοτήτων· ἥκει γὰρ αὖθις ἐνταῦθα, κἂν μὴ θέλωμεν, ὁ περὶ τῶν στοιχείων λόγος, οὗ χωρὶς, οὐδὲ ἐπουλωτικὸν ἔστιν εὑρεῖν φάρμακον, οὐ μόνον σαρκωτικὸν, ἢ κολλητικόν. ἐπεὶ τοίνυν τὸ δέρμα τῆς σαρκὸς ξηρότερόν ἐστι καὶ πυκνότερον, εἰ ξηραίνοιμεν καὶ στύφοιμεν τὴν σάρκα, δέρματι παραπλησίαν ἐργασόμεθα. τὸ μὲν κεφάλαιον ἔχεις ἤδη τῶν ἐπουλωτικῶν B φαρμάκων, ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο· καὶ γὰρ τὰ κολλητικὰ, ξηραίνοντά τε ἦν, καὶ στύφοντα· ὅπῃ ποτ' οὖν διοίσει ταῦτ' ἐκείνων, εἰς αὐτὴν ἀποβλέπειν τὴν οὐσίαν τῶν πραγμάτων, ἐξευρήσεις· ἐπεὶ γὰρ ἐν μὲν ταῖς κολλήσεσι τῶν ἡλκωμένων ξηραίνεσθαι χρὴ τὸ ἐπιῤῥέον, ὡς ἀπέριττον μένειν τὸ πεπονθὸς μέρος, ἐν δὲ ταῖς ἐπουλώσεσιν, οὐ μόνον τὸ ἐπιῤῥέον, ἀλλὰ καὶ τὸ περιεχόμενον ἐν ταῖς σαρξὶν ὑγρὸν ἐκδαπανᾶσθαι προσήκει, πολὺ δήπου ξηρότερον εἶναι χρὴ τὸ συνουλωτικὸν C φάρμακον τοῦ κολλητικοῦ· τῷ μὲν γὰρ κολλήσοντι, σκοπὸς εἷς ἐστι μόνος ἐκδαπανῆσαι τὸ περιττὸν τοῦ κατὰ φύσιν· τῷ δὲ, οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ἅψασθαι· κηκὶς οὖν ὀμφακίτης ἐνταῦθα, καὶ τὰ τῆς ῥοιᾶς λέμματα, καὶ τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης ὁ καρπὸς, μετρίως ξηραίνοντα φάρμακα· χαλκῖτις δὲ, καὶ χαλκὸς κεκαυμένος, καὶ λεπὶς χαλκοῦ, καὶ μίσυ, καὶ στυπτηρία σχιστὴ, πολὺ τούτων σφοδρότερα· μίσυ μὲν καὶ D χαλκῖτις, μάλιστα, μετριώτερον δ' ἡ λεπὶς τοῦ χαλκοῦ· καὶ τούτου μετριώτερον, ὁ κεκαυμένος χαλκὸς, εἰ δὲ καὶ πλύναις αὐτὸν, ἕξεις τὸ ἀδηκτότατον ἐξ ἑαυτοῦ φάρμακον. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἤδη τῆς περὶ φαρμάκων συνθέσεως πραγματείας, ἑπομένης τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ. τὸ μὲν γὰρ τὰς δυνάμεις τῶν φαρμάκων γνῶναι, προηγεῖται τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου· καὶ λέλεκται περὶ αὐτῶν ἑτέρωθι· τὸ δὲ συνθεῖναι τὰ φάρμακα, μετὰ τὴν θεραπευτικήν ἐστι μέθοδον. ὅταν γὰρ αὕτη μὲν διδάξῃ τὰ καθόλου, λέγω δὲ τὸ ξηραίνειν, ἢ ὑγραίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ E θερμαίνειν, καὶ ἤτοι μετρίως τοῦτο δρᾶν, ἢ σφοδρῶς, ἢ ἀμυδρῶς, εἰδῶμεν δὲ καὶ τὴν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἑκάστου δύναμιν ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὴν ἐπεσκεμμένοι, τηνικαῦτά πως ἄν τις ταῦτα μίξειεν ἐπιτηδείως τῇ χρείᾳ, προσήκει σκέπτεσθαι· γίνεται γοῦν οὕτως, διττή τις ἡ περὶ τῶν φαρμάκων μέθοδος· ἑτέρα μὲν ἡ τῆς δυνάμεως αὐτῶν· ἑτέρα δὲ ἡ τῆς συνθέσεώς τε καὶ σκευασίας. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὸ λοιπὸν ἔτι τῆς περὶ τῶν ἑλκῶν ἀπιέναι χρὴ μεθόδου. F

CAPVT VI.

De Mothodo Vlcerum curandorum, quibus caro supercrescit.

SVperest autem (vtarbitror) de supercrescente carne dicere, quam hypersarcosin vocat maxima medicorum pars. Est porrò is quoque morbus ex eo genere, quod in quantitate, magnitudinéve partium spectatur; licet enim

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Περὶ μεθόδου τοῦ θεραπεύειν τὰ ἕλκη, ὧν αἱ σάρκες ὑπεραυξάνονται.

ΛΕίπει δ', ὡς οἶμαι, τὸ περὶ τῶν ὑπεραυξανομένων σαρκῶν εἰπεῖν, ὃ δὴ καὶ ὑπερσάρκωσιν ὀνομάζουσιν οἱ πλείους τῶν ἰατρῶν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο νόσημα τοῦ γένους τοῦ παρὰ τὸ ποσὸν, ἢ τὸ πηλίκον τῶν μορίων· αὐξέσθω γὰρ ὡς

ἂν ἐθέλοις ὀνομάζειν. ἐκ ταὐτοῦ δὲ γένους καὶ ἡ κοιλότης ἦν, ὑπὲρ ἧς προειρήκαμεν. ὡς οὖν ὃ καλοῦσιν ἕλκος κοῖλον, οὐχ ἕν ἐστι πάθος, ἀλλὰ κοιλότης τε ἅμα καὶ ἕλκος, οὕτως ἕλκος ὑπερσαρκοῦν, οὐχ ἕν ἐστι πάθος, ἀλλ' ὑπερσάρκωσίς τε ἅμα καὶ ἕλκος. ἐνδείκνυται δὲ, τὸ τῷ μεγέθει παρὰ φύσιν, τὴν πρώτην ἔνδειξιν, ἣν δὴ καὶ σκοπὸν τῆς τῶν ἰαμάτων εὑρέσεως ἐλέγομεν εἶναι, τοῦ πλεονάζοντος τὴν ἀφαίρεσιν. ὑπὸ φαρμάκων δ' αὕτη γίνεται μόνον, οὐκέθ' ὑπὸ φύσεως, ἀνάπαλιν ἢ ὡς ἐπὶ σαρκώσεως καὶ κολλήσεως εἶχεν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐστιν ἔργα, τῶν φαρμάκων, τὰ διακωλύοντα τὰς ἐνεργείας αὐτῆς, ἐκποδιζόντων. ἡ δὲ τῶν ὑπεραυξηθεισῶν σαρκῶν καθαίρεσις, οὐδὲν μὲν τῆς φύσεώς ἐστιν ἔργον, ὑπὸ δὲ τῶν ἰσχυρῶς ξηραινόντων γίνεται φαρμάκων. παράκειται δὲ ταῦτα τὰ φάρμακα, τοῖς τε ῥύπτουσιν ἰσχυρῶς, καὶ τοῖς ἐπουλοῦσιν. ὡς πολλοὺς διαμαρτάνοντας ἐνίοτε, τὸ καθαιρετικὸν φάρμακον, ἢ ὡς ῥύπου καθαρτικὸν, ἢ ὡς εἰς οὐλὴν ἄγον παραλαμβάνειν. οἷον αὐτίκα τὸ μίσυ καὶ ἡ χαλκῖτις εἰ ὑγρᾷ φύσει προσάγοιτο, τῶν καθαιρόντων μᾶλλον, ἢ τῶν ἐπουλούντων ἐστίν. ὅθεν εἴ ποτε τοιούτοις ἀναγκασθείημεν χρῆσθαι πρὸς ἐπούλωσιν, ἑτέρων δηλονότι μὴ παρόντων, ὡς ἐλαχίστοις αὐτοῖς χρησόμεθα, μόνον τὸν πυρῆνα τῆς μήλης καθιέντες εἰς ἄκρον λελειωμένα τὰ φάρμακα. κἄπειθ' οὕτως οἷον χνοῦν τινα τοῖς τῆς ἐπουλώσεως δεομένοις ἐπιβάλλομεν μορίοις. εἰ δὲ καὶ καθαιρεῖν βουλοίμεθα τὰ ὑπερέχοντα, δαψιλέστερον ἐπιθήσομεν. ἰὸς δὲ τούτων ἐστὶ καθαιρετικώτερος, ὡς ὅλως ἐκπεπτωκέναι τοῦ γένους τῶν ἐπουλούντων. εἰ δὲ καὶ καύσειας αὐτὰ, δριμύτερα μὲν ἧττον, ἐπουλωτικώτερα δὲ ποιήσεις. εἰ δὲ καὶ πλύνοις, ἠπιώτερα. μέμνησαι δὲ δήπου καὶ σὺ, τὸν ἄνευ λογισμοῦ θεραπεύοντά ποτε τὸ ῥυπαρὸν ἕλκος, τῷ συνήθει φαρμάκῳ τῷ χλωρῷ, μιγνύντα μὲν αὐτῷ τὸ μέλι, πολλαῖς δὲ ἐφεξῆς ἡμέραις εὑρίσκοντα ῥυπαρὸν ὁμοίως. εἶτ' ἀπορούμενόν τε, καὶ ὅπῃ μεταβῇ, μὴ γινώσκοντα. συνέβαινε γὰρ οὐ καθαίρεσθαι μόνον τὸν ῥύπον, ἀλλὰ καὶ συγκαθαιρεῖσθαί τι καὶ συντήκεσθαι τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς, ἰσχυροτέρου τοῦ φαρμάκου τῆς τοῦ κάμνοντος ὑπάρχοντος φύσεως, εἶτ' ὁ μὲν ἰατρὸς ἀεὶ πλέον ἀνεμίγνυε τῷ φαρμάκῳ τοῦ μέλιτος. ἵνα δὴ σφοδρότερον καθήρειεν, ὡς ἐλλιπῶς τοῦ προτέρου τοῦτο δράσαντος. ἐγίγνετο δὲ πᾶν τοὐναντίον. εἰς ὅσον γὰρ ἐπετείνετο τῇ δριμύτητι τὸ προσφερόμενον, εἰς τοσοῦτον συνετήκετο μὲν ἡ ὑποκειμένη σάρξ, ὁ δὲ τῆς συντήξεως ῥύπος εὑρισκόμενος ἐπὶ τοῦ ἕλκους, ἐξηπάτα τὸν ἰατρὸν, ὡς οὐδὲν ἀνύοντος τοῦ φαρμάκου. [48] τούτου μὲν δὴ περὶ τὴν διάγνωσιν; οὐ μόνον περὶ τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ἡ ἄγνοια. καὶ γὰρ μάλιστα καὶ ῥυπαρὸν καὶ ὑγρὸν [49] ὁμοίως φαίνεται τὸ ἕλκος ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν φαρμάκων, ἀλλά τοι κοιλότερον μὲν ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν τε καὶ συντηκόντων γίγνεται. καὶ προσέτι τοῖς χείλεσιν ὀχθῶδες, ἐρυθρόν τε καὶ ὑποφλεγμαῖνον, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ δάκνεται σαφῶς ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ τοιούτου φαρμάκου. τὸ δ' ἧττον ἢ

pro arbitrio voces; ex eodem genere, & cauitas erat, de qua iam egimus. Ergo, veluti, quod vlcus cauum vocant, non vnum est vitium, sed pariter, & cauitas, & vlcus; ita vlcus, quod supercrescentem carnem habet, non vnus est morbus, sed simul caro supercrescens, & vlcus. Indicat autem magnitudo, quæ præter naturam est, primam indicationem, (quam etiam veluti metam inueniendorum remediorum diximus) ipsius scilicet exuperantis ablationem; at hæc sola medicamentorum ope perficitur, non operâ naturæ; videlicet contrà quàm in carne restituenda, aut glutinatione se habuit; hæc enim naturæ ipsius sunt opera, medicamentis tantùm, quæ actioni eius obstant, submouentibus; at supercrescentis carnis detractio, nullum quidem naturæ opus est, sed medicamentis perficitur vehementer siccantibus. Porrò proxima sunt eiusmodi medicamenta tum ijs, quæ valenter detergent, tum ijs, quæ cicatricem inducunt, sic, vt non pauci interdum per errorem medicamentum, quod carnem minuit, vel pro eo, quod sordem deterget, vel pro eo quod cicatricem inducit, accipiant; vt (*ne ab exemplo nostro recedamus*) misy, & chalcitim, si humidæ naturæ applicabis, potiùs carnem demere, quam cicatricem inducere, deprehendes; vnde, si quando ijs vti ad cicatricem inducendam, in aliorum penuria, cogimur, parcissimè ipsis vtemur, summum tantum specillum in ea ad exactissimum leuorem tunsa demittentes, ac post velut tenuissimum quendam pollinem partibus, quæ cicatrice induci postulant, imponentes; quod si minuere, quæ supercreuere, studemus, liberalius imponemus. Sanè ærugo magis etiam, quam hæc, minuere carnem potest, ita vt genus eorum, quæ cicatricem inducant, omninò sit egressa; at, si illa etiam aduras, vt minus acria, sic, ad cicatricem inducendam, reddes magis apta; si verò etiam laues, adhuc fient mitiora. Meministi verò, arbitror, & tu eius, qui celebri illo viridi medicamento sordidum vlcus citra rationem curabat, mel quidem ei admiscens, multis autem deinceps diebus æquè sordidum reperiens; deinde inops consilij, nec habens, quò se verteret (accidebat enim, vt non modo non purgaretur sordes, sed etiam, vt de subiecta quoque carne nonnihil vnà detraheretur, & colliquaretur, propterea quòd medicamentum valentius, quàm pro laborantis natura, erat,) plus deinde (vt erat egregius medicus) mellis assiduè medicamento adijciebat, quò videlicet adhuc valentiùs purgaret, ceu non satis id medicamentum priùs adhibitum fecisset. Eueniebat autem planè contra; quippe, quantum ille intendebat medicamenti acrimoniam, tantum caro subiecta colliquabatur; quod verò in vlcere ex liquata carne sordis apparuit, id medico, ceu medicamentum nihil efficeret, imposuit. Atque huius quidem ignorantia etiam in dignoscendi peritia erat, non solùm in medendi methodo; etenim, si quàm maximè similiter sordidum, & humidum, ex vtroque medicamento, vlcus deprehenditur, at certè cauitas maior ex valenti, &, quod colliquat, medicamento efficitur; quinetiam labijs prælatis, rubrúmque, & phlegmone quodammodo affectum, *vlcus cernitur*, aliquando verò mordicationem quoque manifestam ex huiusmodi medicamento *æger* homo sentit, quod verò minus, quàm

quam par est, siccat, nec mordet, nec quicquam efficit eorum, quæ retuli. Patere autem, & in his arbitror Empiricum etiam si experientia quàm maximè distincta discretáque vtatur, transire tamen, vbi quid non cessit, ad id, quod expedit, artificiosè non posse, imò vni illi id licere, qui vera methodo (quam ipse nunc instituo) medetur.

A προσήκει ξηραίνον, οὔτε δῆξιν, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν, ὧν εἶπον, ἐργάζεται. δῆλον δ' οἶμαι κἀπὶ τούτων ἐστὶν, ὡς ὁ μὲν ἐμπειρικὸς εἰ καὶ ὅτι μάλιστα διωρισμένῃ χρήσαιτο τῇ πείρᾳ, τό γε μεταβαίνειν ἐπὶ τὸ προσῆκον, εὐμηχάνως οὐκ ἔχει. μόνῳ δ' ὑπάρχει τοῦτο, τῷ κατὰ μέθοδον ἰατρεύοντι τὴν ὄντως δηλονότι μέθοδον, ἣν ἐγὼ νῦν διέρχομαι.

CAPVT VII.

Quid differat ratione recta curare à curatione Methodicorum, ac Empiricorum.

QVam enim Thessalij isti amethodi methodũm profitentur, nomen duntaxat esse nudum intelligis, omnis effectus vacuum; qui, quũ tanta, támque multiplex saltem methodus sit in vlcere sanando, neque Empiricorum discrimine ad inuenienda remedia sunt vsi, neq; sicut Dogmatici, ab ipsa rerum indicationem agendorum sumpserunt; sed solùm id, quod nec vulgares lateat, proponentes, cauum vlcus *carne* impleri postulare; plenum cicatrice induci; quod carne supercrescente luxuriat minui; sordidũ expurgari; mundum, cicatrice obduci; recens agglutinari; vlcerũ curationis methodum quandã explicasse se putant: tantũ *scilicet* absunt, vt intelligant humidioribus naturis minus siccantia medicamenta conducere, siccioribus, quæ magis *siccent*. Ergo, quod in tota disputatione nostra manifestè apparuit, id denuò resumendũ est, vt & nos illi quàm maximè simus attẽti; & reliqui omnes, qui veterẽ methodum corrũpunt, quantũ aberrent, clariùs intelligant. Incipiã verò ab eo vlcere, quod carne impleri postulat, vnum id pro exemplo proponẽs, quando etiam proximè de eo sermonem feci, ab hoc, de omni simul in vniuersum curatione loquar. Ergo illud non ratione modò, verùm etiam experientia considerantibus apparuit, non omnem naturam eadem medicamenta requirere, sed infirmiores molliorésque mitiora, validiores sicciorésque valentiora. Ita verò tũ in ijs, quibus cicatrix inducebatur, se habebat; tum etiam quæ glutinatione egebant; omninò enim nullum vehementium medicamentorũ ferunt molles naturæ. In eiusmodi verò sermonis nostri decursu perspicuum planè fit, tum ægri naturam esse considerandam; tum cuiusque hominis propriam esse curationem; tum supra hæc illud tertium, quoniam cuiusque naturæ proprietas ineffabilis est, nec exactissimâ scientiâ comprehensibilis, hunc esse optimum cuiúsque particularis morbi medicum, qui methodum quandã comparauit, ex qua, & dignoscere naturas possit, & coniectura consequi, quæ sint cuiusq; propriè remedia. Porrò existimare communem quãdam esse omnium hominũ curationem, sicuti stupidissimi methodici putant, extremæ est dementiæ. Atqui illi ob id stata esse putant omnia medicinæ theoremata, hoc est eiusmodi esse, quæ scientes homines faciant, firmaq; sui notitiam præstent; ipsorúmq; notitiam artem quandam esse communitatum, non proprietatum, tanquam cómmunem, & generalẽ hominem, non particulares curarent. Ergo, sicuti in alijs omnibus statim inter initia sunt lapsi, sic in hoc quoq; siquidem curatur nõ homo communis & generalis, sed nostrum quisque, alius videlicet aliud temperamentum naturamq; obtinens.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

B *Τί διενήνοχε τὸ ὀρθῷ λόγῳ θεραπεύειν τῆς τῶν Μεθοδικῶν τε καὶ Ἐμπειρικῶν ἰάσεως.*

ΤΗν γὰρ τῶν ἀμεθόδων Θεσσαλείων μέθοδον, ὄνομα μόνον οἶσθα δήπου κενὸν, ἔρημον ἔργου παντός· εἴ γε τοσαύτης τε καὶ τηλικαύτης οὔσης μεθόδου περὶ τὴν τῶν ἑλκῶν ἴασιν, οὔτε τοῖς τῶν ἐμπειρικῶν ἐχρήσαντο διορισμοῖς εἰς τὴν τῶν φαρμάκων εὕρεσιν, οὔτ' ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς τῶν πραγμάτων ἔλαβον τὴν ἔνδειξιν, ὡς οἱ δογματικοί· μόνον δ' εἰπόντες, ὃ καὶ τοῖς ἰδιώταις γνωρίζεται, τὸ, δεῖσθαι τὸ μὲν κοῖλον ἕλκος πληρώσεως, τὸ δὲ πλῆρες, ἐπουλώσεως, τὸ δ' ὑπερσαρκοῦν, καθαιρέσεως, καὶ τὸ μὲν ῥυπαρὸν, καθάρσεως, τὸ δὲ καθαρὸν, ἐπουλώσεως, τὸ δὲ ἔναιμον, καὶ κολλήσεως, ἑλκῶν θεραπείας οἴονταί τινα μέθοδον εἰρηκέναι· τοσοῦτον ἀποδέουσι γινώσκειν, ὡς ταῖς μὲν ὑγροτέραις φύσεσι, τῶν ἧττον ξηραινόντων φαρμάκων ἐστὶ χρεία, ταῖς δὲ ξηροτέραις, τῶν μᾶλλον. ὃ τοίνυν παρ' ὅλον τὸν λόγον ἐφάνη σαφῶς, αὖθις ἀναληπτέον· ἵν' ἡμεῖς τε μάλιστα προσέχωμεν αὐτῷ τὸν νοῦν, οἵ τ' ἄλλοι πάντες οἱ τὴν παλαιὰν μέθοδον διαφθείροντες, ἐναργέστερον γνῶσιν ὅσον ἁμαρτάνουσιν. ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῶν σαρκώσεως
D δεομένων ἑλκῶν, ἕν τι τοῦτο παράδειγμα προχειρισάμενος, ἐπεὶ καὶ φθάνω τὸν λόγον ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιημένος, εἶθ' ἑξῆς περὶ πάσης ὁμοῦ τῆς ἰάσεως, ἐν τῷ καθόλου ποιήσομαι τὸν λόγον. ἐφάνη τοίνυν, οὐ τῷ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ πείρᾳ σκοπουμένοις, οὐ τῶν αὐτῶν ἅπασα φύσις δεομένη φαρμάκων, ἀλλ' αἱ μὲν ἀσθενέστεραι καὶ μαλακώτεραι, τῶν μαλακωτέρων, αἱ δ' ἰσχυρότεραι καὶ ξηρότεραι, τῶν ἰσχυροτέρων. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν εἰς οὐλὴν ἀγομένων ἑλκῶν εἶχε, καὶ προσέτι τῶν κολλήσεως δεομένων· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲν τῶν ἰσχυρῶν φαρμάκων αἱ μαλακαὶ φέρουσι φύσεις. ἐν δὲ τῇ διεξόδῳ ταύ-
E τῃ τοῦ λόγου, καταφανὲς γίνεται σαφῶς, ὅτι τε τὴν φύσιν ἐπισκεπτέον ἐστὶ τοῦ κάμνοντος· ὅτι τε καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον, ἰδία τίς ἐστι θεραπεία· καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, ὡς ἐπειδὴ τὸ τῆς ἑκάστου φύσεως ἴδιον ἄρρητόν ἐστι, καὶ πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην ἄληπτον, οὗτος ἂν ἄριστος ἰατρὸς εἴη τῶν κατὰ μέρος ἁπάντων νοσημάτων, ὁ μέθοδόν τινα πορισάμενος, ἐξ ἧς διαγνωστικὸς μὲν τῶν φύσεων ἔσοιτο, στοχαστικὸς δὲ τῶν ἑκάστης ἰδίων ἰαμάτων. τὸ δ' οἴεσθαι κοινήν τινα ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι θεραπείαν, ἐσχάτως ἠλίθιόν
F ἐστιν· ὅπερ οἱ ἀναισθητότατοι νομίζουσι μεθοδικοί. καὶ διὰ ταῦθ' ἑστάναι τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔφασαν ἅπαντα θεωρήματα, τουτέστιν ἐπιστημονικὰ καὶ βέβαια ταῖς γνώσεσιν ὑπάρχειν. εἶναί τε τὴν γνῶσιν αὐτῶν, τέχνην τινὰ κοινοτήτων, οὐκ ἰδιοτήτων, ὡσπερεὶ τὸν κοινὸν καὶ γενικὸν ἄνθρωπον θεραπεύοντες, οὐ τοὺς κατὰ μέρος. ὡς οὖν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εὐθέως κατὰ τὰς ἀρχὰς ἐσφάλησαν, οὕτω κἀν τῷδε· θεραπεύεται μὲν γὰρ, οὐχ ὁ κοινὸς καὶ γενικὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἡμῶν ἕκαστος, ἄλλος ἄλλην ἔχων δηλονότι κρᾶσίν τε καὶ φύσιν.

οἱ δ' οἴονται μίαν θεραπείαν ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι. ἐγὼ δ' εἰ καὶ τὴν ἑκάστου φύσιν ἀκριβῶς ἠπιστάμην ἐξευρίσκειν, οἷον ἐπινοῶ τὸν Ἀσκληπιὸν, αὐτὸς ἂν ἦν τοιοῦτος· ἐπεὶ δ' ἀδύνατον τοῦτο, τὸ γοῦν ἐγγυτάτω προσιέναι καθόσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν, αὐτός τε ἀσκεῖν ἔγνωκα καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι. πειρῶνται μὲν οὖν εἰς ὅσον οἷόν τε καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, ἀποχωρεῖν μὲν τῶν κοινῶν, προσέρχεσθαι δὲ τοῖς ἰδίοις· ἀλλ' ὅσον καὶ τούτοις ἐνδεῖ πρὸς τὸ τέλεον, εἴρηται πρόσθεν. οὐ γὰρ ἐπὶ παίδων, ἢ γυναικῶν, ἢ γερόντων, ἢ μαλακὴν ἐχόντων καὶ λευκὴν τὴν σάρκα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὡς ἐκεῖνοι ποιοῦσι, προσδιοριστέον ἐστὶν, ἀλλ' ὅπως ὑγρότητος, ἢ ξηρότητος ἔχει τὸ σῶμα. τοὺς μὲν οὖν ἐμπειρικοὺς ἰατροὺς, ἄλλων τε πολλῶν ἕνεκεν ἀποδέχεσθαι χρὴ, καὶ μάλισθ' ὅταν προσέρχεσθαι πειρῶνται καθόσον ἐγχωρεῖ τῇ τοῦ κάμνοντος ἰδιότητι. μετὰ γὰρ τοὺς ἄλλους διορισμοὺς ἅπαντας οὓς διορίζονται, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ἐθῶν ἐπάγουσιν, ὡς κἀντεῦθεν εὐπορήσοντες οἰκειοτέρων τῷ κάμνοντι βοηθημάτων. εἰρήσεται δ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπὶ πλέον περὶ τῶν ἐθῶν, κἀκεῖ ἀποδείξομεν ὑπὲρ τοῦ γνῶναι τὴν ἰδιότητα τῆς τοῦ κάμνοντος φύσεως, ἐξευρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ ἔθους διορισμόν. τοῦτον οὖν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις οἱ ἐμπειρικοὶ παραλαμβάνουσι, καὶ πρὸς τούτῳ, καὶ αὐτὸν τὸν ἰατρὸν, εἰ πολλάκις εἴη παραγεγονὼς τῷ νοσοῦντι, βέλτιον ἂν ἰᾶσθαί φασι τοῦ μὴ παραγεγονότος· εἶθ' ὅταν ταῦτα πάντα προσθῶσιν, οὔπω βεβαίαν, οὐδ' ἐπιστημονικὴν ἔχειν φασὶ τῆς ἰδίας τοῦ κάμνοντος ἰάσεως τὴν γνῶσιν. ὁ δ' ἀναισχυντότατος Θεσσαλὸς ἓν μόνον εἰδὼς, ὅτι τὸ κοῖλον ἕλκος πληρωτέον, ἑστῶτά τε καὶ βέβαια φησὶ τὰ τῆς ἰατρικῆς εἶναι θεωρήματα· καίτοι τοῦτό γε πάντες, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, ἄνθρωποι γινώσκουσιν, οὐχ οἱ νῦν μόνον, ἀφ' οὗ Θεσσαλὸς, ὁ δεύτερος Ἀσκληπιὸς εἰς ἀνθρώπους ἧκεν, ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ Δευκαλίωνος οἶμαι, καὶ Φορωνέως, εἴπερ γε κἀκεῖνοι λογικοί τε ἦσαν. ἀλλὰ πρὸς τῷ γινώσκειν ὡς σαρκωτέον ἐστὶ τὸ κοῖλον ἕλκος, ἔτι κἀκεῖνο συνίεσαν, ὡς ὁ γινώσκων τὰ φάρμακα τὰ σαρκώσοντα τοιοῦτον ἕλκος, ἐκεῖνος ἰατρός ἐστιν. εἰ μὲν οὖν ἐξ ἐμπειρίας εὕρηται ταῦτα, δῆλον ὡς ἐμπειρικῶς ἡμῖν ἰατρευτέον ἐστίν· εἰ δὲ ἐκ λόγου, λογικῶς· οὐ γὰρ δὴ ἄλλο μὲν εὕρηκεν, ἄλλῳ δέ τινι νῦν ἐπιδεξίως χρήσεται. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου, πρὸς τοὺς ἐμπειρικούς ἐστιν ἡ ἀμφισβήτησίς τις ἡμῖν· ὅπερ δὲ λέγων ἀπέλιπον, ἡ ὄντως ἰατρικὴ, τῆς τοῦ κάμνοντος ἐστοχάσατο φύσεως· ὀνομάζουσι δὲ, οἶμαι, τοῦτο πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ἰδιοσυγκρασίαν, καὶ πάντες ἀκατάληπτον ὁμολογοῦσιν ὑπάρχειν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴν τὴν ὄντως ἰατρικὴν Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι παραχωροῦσιν. ἤρτηται δὲ ὁ λόγος ὧδε σύμπας, ἀπὸ διττῶν ἀρχῶν· ἀπὸ μὲν τῶν ἐναργῶς φαινομένων, τοῖς ἐμπειρικοῖς τε καὶ τηρητικοῖς· ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων, τοῖς λογικοῖς. ὅτι τε γὰρ ἄλλον ἄλλο φάρμακον ὠφελεῖ, σχεδὸν ἤδη καὶ οἱ παῖδες ἐπίστανται· συμφωνεῖ δὲ τούτῳ καὶ ὁ ἀπὸ τῶν στοιχείων λογισμός. εἰ γὰρ ὑπόθοιο πεντεκαίδεκα διαφορὰς εἶναι κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν ταῖς κράσεσι τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ μόνης τῆς ὑγρᾶς φύσεως, ἀνάγκη δήπου καὶ τῶν φαρμάκων, οἷς μέλλεις χρήσασθαι, πεντεκαίδεκα διαφορὰς ἐπίστασθαι· καὶ τὰς μὲν μᾶλλον, τὰς δὲ ἧττον ξηραινούσας, ἵν' ἑκάστῃ φύσει τὸ προσῆκον ἐξευρίσκῃς.

A Hi verò vnam esse omnium hominum curationem existimant; ego *contra*, si cuiusque priuatim naturam explorare ad vnguem scirem, *vtique*, qualem fuisse Aesculapium mente concipio, talem me esse putarem; sed quoniam id fieri non potest, certè vt, quoad homini licet, quàm proximè accedam, tum ipse me exercere decreui, tum alios, vt idem faciant, adhortor. Ac conantur quidem, quantum possunt, & Empirici, vt à communibus secedere, *ita propiùs* ad ea, quæ propria sunt, accedere; verùm, quantum hi quoque ab eius rei perfectione absint, suprà est dictum. Non B enim hæc in pueris, vel mulieribus, vel senibus, vel mollem carnem albamque habentibus, aliáque id genus, pro certis discretionibus (sicuti illis placet) sunt ponenda, imò, quemadmodum in humore, & siccitate corpus se habeat. Ac Empiricos quidem medicos, tum ob alia multa, tum ob id probare maximè conuenit, quòd accedere, quantum licet, ad proprietatem conantur. Post enim reliquas discretiones omnes, quas adhibent illam etiam, quæ à consuetudine sumitur, adijciunt, tanquam hinc remediorum, quæ ægro magis sint propria, compotes futuri. Dicetur C autem à nobis in sequentibus de consuetudine fusiùs, vbi pro cognoscenda proprietate laborantis naturæ, etiam discrimen à consuetudine priscis inuentum esse probabimus. Hanc itaque cum reliquis Empirici recipiunt; & præter hanc, ipsum etiam medicum, qui sæpè ægrum inuisit, quam eum, qui nō viderit, commodiùs curaturū aiunt; postea tamen, cum hęc omnia adiecerint, stabilē se atq; scientificam habere notitiā propriæ curationis ægri adhuc non dicunt. At verò impudentissimus Thessalus illud modò vnum intelligens, D quòd cauum vlcus sit implendum, constantia tamen, & firma dicit esse medicinæ theoremata; quanquam hoc saltem omnes (vt ante iam dictum est) homines sciunt, non ij modò, qui nunc sunt, postquam Thessalus iste, alter Aesculapius, in lucem hominum venit, sed etiam, arbitror, qui ante Deucalionem, & Phoroneum fuerunt, si modò hi rationales erant. Imò verò præter hoc, quod carne esse implendum cauum vlcus nouerunt, etiam illud non ignorarunt, qui medicamēta nosset, quæ tale vlcus carne implerent, hunc E medicum esse. Atque hæc si per experientiam sunt inuenta, constat Empiricè nobis esse curandum; sin ratione inuenta sunt, logicè: non enim profectò aliud inuenit, alio autem nunc commodè vtetur. Verùm de eo nobis cum Empiricis lis est; quod autem dicere cœperam, verè ipsa medicina de laborantis natura coniecturam fecit; nominat, arbitror, id vulgus medicorum propriū temperamentum, omnésque id incomprehensibile fatentur, ideóque ipsam veram medicinæ artem Aesculapio Appollinique concedunt. Pendet porrò omnis hæc ratio ex duplici principio; F Empiricis, obseruatoribusq; ab ijs, quæ manifestè apparent; Logicis autem, ab ipsis elementis. Nam quòd alij aliud medicamentū prosit, etiā pueri iā fermè sciūt; & ratio pariter, quæ ab elementis ducitur, id confirmat. Si nanq; quindecim differētias in hominū temperamentis ex minoris in ijs, maiorísque ratione, idque in humida tantum natura statuas, necesse profectò est, medicamentorū etiā quibus sis vsurus, quindecim differentias noueris; quarum aliæ magis, aliæ minus siccent, quò nimirum, quod cuique naturæ cōgruat, innenias.

Quòd si etiam in ficciore natura alijs quindecim positis, ad hanc quoque pari modo alia quindecim medicaméta requiras, habebis in totũ triginta medicamenta, quæ triginta naturis conueniẽt, quibus vti is demũ solus cõmodè poterit, qui corporum temperamenta diligenter considerauerit. Nunquid igitur, si totum corpus temperamento sit ficciore ab ijs, quæ magis siccent, medicamentis iuuabitur; si verò pars quæpiam eius cæteris partibus naturâ sit siccior, quæ minus siccent, requiret? An liquidò patet hic quoq;, quæ pars siccius temperamentum obtinuit, hanc etiam, quæ magis siccent, postulare; quæ humidius sit sortita, minus siccantia? Atq; hoc totum prætermittunt amethodi Thessalij, qui vnũ omni parti congruere medicamentum putant. Empirici autem, quantum in hoc Thessalios istos methodicos superant, tantùm à veris Methodicis Logicisq; superantur. Habẽt enim profectò illi quoque, ab ipso scilicet vsu edocti, aliud medicamentũ ad ea vlcera, quæ in oculis accidunt; aliud ad ea, quæ in auribus, aut articulis, aut carnibus, aut sola cute. Cæterùm, quòd nec in ijs se transferre ad aliud possint, ex ijs, quæ suprà diximus, facilè patet.

CAPVT VIII.

Quo pacto in curandis vlceribus, corporum temperiei, aërisque ac partium naturæ, ratio sit habenda.

QVoniam autem, & de his satis iam dictum est, rursus ad disputationis initium reuertamur; misceamúsque omnes, qui vlceri concidunt affectus, ab intemperie primum orsi. Si enim exulcerata caro, vel priùs etiam ex quauis occasione, vel ipso vlcerationis tempore, iusto calidior frigidiórve est effecta, vtique medicamentum exigit, quod non modò moderatè siccet, sed etiam in tantum calefaciat, refrigerétve, in quantum subiecta caro à naturali statu recessit, quum fieri non possit, vt in vlcere, vel carnis productio, vel *sinus* impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio rectè vnquam cedat, si subiecta caro prauè se habeat; nec frustrà dictum suprà est hæc omnia naturæ esse opera; purgari tamẽ sordida, minuíque supercrescentia, etiam, carne naturalem statum non seruante, possunt; nam tantum hæc medicamẽtorũ sunt opera. Quocirca legitimi vlceratarum partium temperamenti, quoties eas, vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere studes, maior tibi solicitudo erit. Seruari nanque debebunt naturæ motus, quos comprehensorum singula cõmitantur; at aliàs non seruabũtur, nisi prorsus secundum naturã se pars habeat. Quemadmodũ igitur, si phlegmone quædam vlceri vnà acciderat, priusquam hæc discussa sit, nemo id vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere tentarit: ad eundem, arbitror, modum, si etiam sine phlegmone, sola subsit intemperies rerum quas recensuimus, nullum horum fore priùs sperabimus, quàm illa sit sanata. Rursus igitur hinc indicatio quædam ad medicamentorum, quæ superiùs comprehensa sunt, inuentionem, oritur, quippe omnia ea siccantia erant, sed dissidebant inter se pro intensionis, remissionísque modo. Cæterùm definitum antea non est, quomodo in calefaciendo, refrigerandóque se haberent; sed

A Εἰ δὲ καὶ τῆς ξηροτέρας φύσεως ἄλλας πεντεκαίδεκα διαφορὰς ὑποθέμενος, ὡσαύτως κατ' ἐκείνης ἄλλων πεντεκαίδεκα δέοιο φαρμάκων, ἔσται σοι τὰ πάντα τριάκοντα φάρμακα, πρὸς τριάκοντα φύσεις ἡρμοσμένα, καὶ τούτοις προσηκόντως χρῆσθαι δυνήσεται μόνος, ὁ περὶ κράσεως σωμάτων ἀκριβῶς ἐπεσκεμμένος. ἆρ' οὖν, εἰ μὲν ὅλον τὸ σῶμα εἴη ξηρότερον τὴν κρᾶσιν, ὑπὸ τῶν ξηραντικωτέρων ὠφεληθήσεται φαρμάκων· εἰ δὲ μόριον αὐτοῦ τι τῶν ἄλλων φύσει ξηρότερον ὑπάρχοι, τῶν ἧττον ξηραινόντων δεήσεται; ἢ πρόδηλον κἀν τούτῳ, B τὸ μὲν ξηρότερον τῇ κράσει μόριον, τῶν ξηραντικωτέρων, τὸ δὲ ὑγρότερον, τῶν ἧττον ξηραινόντων προσδεῖσθαι; καὶ τοῦτ' οὖν ὅλον παραλέλειπται τοῖς ἀμεθόδοις Θεσσαλείοις, ἓν ἐπὶ παντὸς μορίου φάρμακον ἡγουμένοις ἁρμόττειν. οἱ δ' ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας ὅσον πλεονεκτοῦσι κἀν τῷδε τῶν Θεσσαλείων μεθοδικῶν, τοσοῦτον ἀπολείπονται τῶν ὄντως μεθοδικῶν τε καὶ λογικῶν. ἔχουσι γὰρ δὴ κἀκεῖνοι πρὸς τῆς πείρας διδαχθέντες, ἄλλο μὲν τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἑλκῶν, ἄλλο δὲ τῶν ἐν ὠσὶν, ἢ ἄρθροις, ἢ σαρξὶν, ἢ δέρματι μόνῳ φάρμακον. ἀλλ' ὅτι γε κἀν τούτῳ μεταβαίνειν ἐφ' C ἕτερον ἀδυνατήσουσιν, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων εὔδηλον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Πῶς ἐν τῇ τῶν ἑλκῶν ἰάσει, τὴν τῶν σωμάτων δυσκρασίαν, ἀέρος τε καὶ φύσεως μορίων σκεπτέον.

ΕΠεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως διώρισται, πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀνέλθωμεν τοῦ λόγου, μιγνύντες ἁπάσας τὰς συμπιπτούσας ἕλκει διαθέσεις, D ἀπὸ πρώτης ἀρξάμενοι τῆς δυσκρασίας. εἰ γὰρ, ἤτοι πρόσθεν εἴη κατὰ δή τινα συντυχίαν, ἢ καὶ παρ' αὐτὸν τῆς ἑλκώσεως τὸν χρόνον ἡ ἡλκωμένη σὰρξ γένοιτο θερμοτέρα τοῦ δέοντος, ἢ ψυχροτέρα, δεήσει τὸ φάρμακον οὐ μόνον ξηραίνειν μετρίως, ἀλλὰ καὶ θερμαίνειν ἢ ψύχειν εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον ἡ ὑποκειμένη σὰρξ ἐξέστη τοῦ κατὰ φύσιν· οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ σάρκωσιν, ἢ πλήρωσιν, ἢ κόλλησιν, ἢ ἐπούλωσιν ἕλκους ὀρθῶς ποτε γενέσθαι τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς ἐχούσης κακῶς. οὐδὲ εἰκῆ πρόσθεν ἐλέγομεν ἔργα φύσεως εἶναι σύμπαντα ταῦτα, E κάθαρσιν μέν τοι τῶν ῥυπαρῶν καὶ καθαίρεσιν τῶν ὑπεραυξηθέντων ἐγχωρεῖ γενέσθαι, καὶ χωρὶς τοῦ κατὰ φύσιν ἔχειν τὴν σάρκα· μόνον γὰρ τῶν φαρμάκων ταῦτ' ἔργα. διὸ καὶ μείζων ἡ πρόνοια γιγνέσθω σοι τῆς εὐκρασίας τῶν ἡλκωμένων μορίων, ὁπότε σαρκοῦν, ἢ κολλᾶν, ἢ ἐπουλοῦν ἐθέλεις αὐτά. σώζεσθαι γὰρ δεῖ τὰς κινήσεις τῆς φύσεως αἷς εἵπετο τῶν εἰρημένων ἕκαστον· οὐ σωθήσονται δὲ ἄλλως εἰ μὴ πάντη κατὰ φύ- F σιν ἔχοι τὸ μόριον. ὥσπερ οὖν εἰ φλεγμονή τις ἅμα τῷ ἕλκει τύχοι, πρὶν ταύτην λῦσαι, σαρκοῦν, ἢ κολλᾶν, ἢ ἐπουλοῦν, οὐκ ἂν οὐδεὶς ἐπεχείρησεν αὐτὸ, κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον εἰ καὶ χωρὶς φλεγμονῆς εἴη μόνη δυσκρασία τῶν εἰρημένων, οὐδὲν ἐλπίσομεν γενέσθαι πρὶν ἐκείνην ἰᾶσθαι. πάλιν οὖν ἐντεῦθεν ἔνδειξίς τις εἰς τὴν τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων φαρμάκων εὕρεσιν γίνεται· ξηραίνοντα μὲν γὰρ ἦν ἅπαντα, διέφερε δὲ ἀλλήλων ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, οὐ μὴν ὅπως γε τοῦ θερμαίνειν ἢ ψύχειν εἶχεν εἴρηταί που πρόσθεν, ἀλλ' ἢ

μέθοδός πως ἀναγκάζει καὶ τοῦτ' ἐρευνᾶσθαι. οὐ γὰρ ἁπλῶς εἰ ξηραῖνον, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ σφόδρα θερμαῖνον, ἢ ψῦχον, ἐπισκέπτεσθαι χρή. φεύξῃ τοιγαροῦν ὑοσκύαμον, καὶ μανδραγόραν, καὶ κώνειον, ὡς πέρα τοῦ μετρίου ψύχοντα, καί τοι ξηραίνει γε εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον ἕλκος ξηραίνεσθαι ὀφείλει. καὶ ῥητίνη καὶ πίττα, καὶ ἄσφαλτος, εἰ καὶ ξηραίνει συμμέτρως, ἀλλὰ πέρα γε τοῦ προσήκοντός ἐστι θερμά· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἄν τις αὐτοῖς χρήσαιτο μόνοις, ἀλλὰ τοῖς ἀτρέμα ψύχουσιν ἐπιμίξας, ἓν ἐξ ἁπάντων εὔκρατον ἀπεργάσασθαι φάρμακον. εἰ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει, καθάπερ οὖν ἔχει, προσεπιβλέπειν δεήσει καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσιν· οἷον γὰρ φάρμακόν τι, καὶ οὗτος ἔξωθεν προσπίπτων τοῖς σώμασιν ἐπειδὰν ἀμέτρως ἔχῃ θερμότητος ἢ ψύξεως, ἐμποδὼν ἵσταται τῇ θεραπείᾳ. χρὴ τοίνυν ἀντιπεπονθέναι τὰ φάρμακα ταῖς ἀμετρίαις αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο καὶ Ἱπποκράτης ψυχροτέροις μὲν τῇ δυνάμει χρῆται κατὰ τὰς θερμὰς ὥρας, θερμοτέροις δὲ κατὰ τὰς ψυχράς. οἶσθα δὲ δήπου κἀνταῦθα τῶν ἀναισθήτων τινὰ μεθοδικῶν, ὁμολογήσαντα μὲν ἐπιβλέπειν ὅπως ἔχει θερμότητος ἢ ψύξεως ὁ περιέχων ἀὴρ τὸν κάμνοντα, μὴ μέν τοι τὰς ὥρας τοῦ ἔτους ἐπισκέπτεσθαι συγχωροῦντα, ὥσπερ τῶν ὀνομάτων τῶν κατὰ τὰς ὥρας βλαπτόντων ἢ ὠφελούντων, ἀλλ' οὐ τῆς κράσεως αὐτῶν, ἢ οὐ διὰ ταύτην ἀποβλεπόντων εἰς αὐτὰς τῶν παλαιῶν ἰατρῶν. ἀλλὰ γὰρ ὅτι μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ μέλλοντι μεθόδῳ τινὶ θεραπεύσειν ἕλκος, ἐπί τε τὰ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μάλιστα παραγίνεσθαι, καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους, καὶ τὰς κράσεις τῶν σωμάτων ὅλων τε καὶ κατὰ τὰ μόρια ἐπιβλέπειν, ἱκανῶς οἶμαι δεδεῖχθαι. πάλιν δὲ ἀναμνηστέον κἀνταῦθα, ὃ καὶ πρόσθεν εἴρηται ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν ἐνδείξεως· ὡς γὰρ ἐπ' ἐκείνων, ἡ μὲν ὑγροτέρα φύσις, ὑγροτέρων ἐδεῖτο τῶν φαρμάκων, ἡ δὲ ξηροτέρα, ξηροτέρων, οὕτως καὶ νῦν ἡ μὲν θερμοτέρα, θερμοτέρων, ἡ δὲ ψυχροτέρα, ψυχροτέρων δεήσεται, ἔμπαλιν δὲ τῆς ἐνδείξεως γιγνομένης ἀπὸ τῶν παρὰ φύσιν τε καὶ κατὰ φύσιν· τὰ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, ὁμοίων ἑαυτοῖς ἐστὶν ἐνδεικτικά, τὰ δὲ παρὰ φύσιν, ἐναντίων, εἴ γε τὰ μὲν φυλάττεσθαι, τὰ δὲ, διαφθείρεσθαι χρή.

methodus hoc quoque inuestigare quodammodò cogit. Non enim tantum, an siccet, sed an etiam non valde calefaciat, aut refrigeret, expendi oportet. Ergo altercum, & mandragoram, & cicutam, ceu supra modum refrigerantia, fugies, tametsi siccant ea quoque quantum sit vlceri ex vsu. Resina verò, & pix, & asphaltus, quanquam modicè siccant, tamen immodicè sunt calida; ideóque eis nemo vtetur solis, nec aliter, nisi cum leniter refrigerantibus admixtis, vnum ex omnibus medicamentum fecerit temperatum. Si igitur hæc ita se habent, sicut profectò habent, inspici etiam conueniet, & circundantis nos aeris temperiem. Siquidem, veluti medicamentum quoddam, is quoque corporibus nostris forinsecus incidens, vbi immodicus calore, vel frigore est, sanationem moratur. Danda igitur opera est, vt medicamenta eius ametriæ occurrant. Ideóque Hippocrates in calidioribus anni temporibus, frigidioribus facultate *medicamentis* vtitur, calidioribus autem per frigidiora. Non ignoras profectò hîc quoque ex stupidis Methodicis quendam fateri, quo pacto in calore, & frigore se habeat, qui ægrum continet, aërem se inspicere, non tamen anni tempora inspici permittere; quasi nomina ipsa temporum anni prosint, obsintve, non eorum temperamenti ratio; aut non huius causa veteres medeci ad ea respexerint. Enimuerò, quod, qui certa methodo curare vlcus debet, huic necesse sit, tum ad prima elementa, vel maximè venire, tum anni tempora, & corporum temperamenta, non omnium modò, verùm etiam singularum partium considerare, abundè monstratum reor. Rursus verò hîc repetendum est, quod priùs diximus in indicatione, quæ à sicco, humidóq; sumitur; nam vt in illis humidior natura humidiora, siccior licciora medicamenta exigebat; ita nunc calidior calidiora, frigidior frigidiora requirere, contrariam scilicet semper ijs, quæ præter naturam, & ijs, quæ secundum naturam sunt, indicationem præstantibus; quippe, quæ secundum naturam sunt; similium sibi indicatiua sunt; quæ præter naturam, contrariorum, si modò illa seruari, hæc submoueri necesse est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ ἰάσεως ἕλκους, διὰ τί αἱ ἐνδείξεις ἀλλήλαις ἐναντίαι; καὶ περὶ τριπλῆς τῶν θεραπευτικῶν ἐνδείξεων πηγῆς.

Τὸ μὲν οὖν καὶ τὰς κράσεις τῶν σωμάτων, καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους, καὶ τὰς φύσεις τῶν μορίων ἐπιβλέπειν χρῆναι τὸν μέλλοντα καλῶς ἕλκος ἰάσασθαι, δεδεῖχθαί μοι νομίζω σαφῶς· καὶ ὡς ὁ μὲν πρῶτος σκοπὸς τῆς ἰάσεως, ἐκ τῆς διαθέσεως λαμβάνεται μόνης· ἐξευρεῖν δὲ οὐκ ἔτι ἐντεῦθεν ἐγχωρεῖ τὰ βοηθήματα, πρὶν ἐπί τε τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων ἀναβῆναι, καὶ τοῦ κάμνοντος ἐπισκέψασθαι τὴν κρᾶσιν, ὅλου τε τοῦ σώματος, καὶ τοῦ πεπονθότος μέρους, εὐθὺς αὐτῷ καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν συνεπισκεπτομένους· ἥτις ἐκτείνεται κἀπὶ τὰς ἐπιδήμους καταστάσεις, καὶ προσέτι τὰς χώρας. ὅτι δὲ πολλάκις ἐναντίαι ἐνδείξεις γίγνονται κατὰ μίαν θεραπείαν, ὅπως τε χρὴ μεταχειρίζεσθαι τὰς τοιαύτας, εἰρήσεται μὲν ἐπιπλέον ἐν τοῖς ἐφεξῆς· εἴη δ' ἂν οὐκ ἀπὸ τρόπου καὶ νῦν ἐπὶ βραχὺ διελθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. οὐδὲν γὰρ οἶμαι θαυμαστὸν ὑγροτέραν,

CAPVT IX.

De curando vlcere, cur indicationes contrariæ inuicem extiterint? ac de triplici fonte indicationum curatiuarum.

Itaque quòd tum corporum temperies, tum anni tempora, tum partium naturæ, consideranda illi sint, qui probè vlcus sit sanaturus, clarè me docuisse existimo; ad hæc, quòd prima quidem curationis indicatio à solo sumatur affectu; remedia tamen inde inueniri non posse, nisi priùs ad corporum elementa sit ascensum, & ægri temperamentum perpensum, non corporis modò vniuersi, sed etiam affectæ partis, cum hoc quoque ambientis temperie æstimata; quæ vtique cum ad præsentes status, tum verò regiones extenditur. Quòd autem contrariæ multoties in vna curatione indicationes sint, atque has quemadmodum tractare conueniat, latiùs quidem dicetur in sequentibus; non tamen alienum sit, nunc quoque paucis de ipsis egisse. Etenim, quòd ægri temperamentum

mentum sit humidius, pars ipsa, quæ laborat siccior; aut contra quòd hæc sit humidior, totius temperamentum siccius, mirandum non arbitror; pari modo in calore, & frigore, quòd contrario temperamẽto sit pars, cum toto. Vt igitur, si totum corpus medio temperamento esset, (quod esse optimum docuimus) nihil planè, quantum ad laborantis naturam attineret, in medicamentis nouaremus; ita, vbi vel siccius, vel humidius, vel calidius, vel frigidius iusto cernitur, eatenus intendere vires medicamentorum oportet, quatenus corpus ad naturalem intemperiem est versum. Non enim, arbitror, excidit nobis, quæ naturalis intemperies sit, & quæ præter naturam; dictum enim de ipsis est in alijs, ac præcipuè in libro, qui de inæquali intemperie est inscriptus. Pone igitur totum laborantis corporis temperamentum humidius esse, eóque medicamenta desiderare, quæ minus siccent; ipsam verò ægram partem ex ijs esse, quæ natura sicciores sint, (qualia esse diximus, quæ minùs sunt carnosa; huius generis sunt, quæ circa digitos, & articulos habentur, & aures, & nasum, & oculos, & dentes sunt, ac, vt semel dicam, vbi multæ cartilagines, & membranæ, & ligamenta, & ossa, & nerui sunt; adeps verò, & caro, vel omninò nulla est, vel per quàm exigua,) diuersa in his est ea, quæ ab affecta parte accipitur indicatio, ab ea, quæ ex ægri natura. Quare si, quanto ægri temperamentum commoderato est humidius, tanto pars quoque iusto sit siccior, nec adijciendum, nec detrahendum medicamento quicquam est, sed tale adhibendum, quale, si vlcus in commoderati temperamenti parte corporis commoderatè temperati consisteret, adhiberemus. Sin siccior debito pars magis fuerit, quàm corporis temperamentum iusto est humidius, vtique in tantum intendi siccitatem medicamenti conueniet, quantum partis temperamentum totius temperamentum excedit; veluti, si quatuor numeris sit exulcerata pars medio temperamento siccior, ægri natura gradibus tribus humidior, manifestum est partem, quæ nunc exulcerata est, siccius vno gradu desideraturam medicamentum, quàm quæ pars sit temperata. Quod autem hæc omnia coniectura sint accipienda, tum quod optimè conijcere poterit, qui in ratiocinando de his sit exercitatus, liquidò patet. Ac in talibus quidem omnibus contrariæ sæpè indicationes vno tempore fiunt; neque enim est, quod de indicationibus, quæ à calido, & frigido sumuntur, etiamnum dicam, vt quæ ad proportionem dictorum intelligi possunt; in alijs verò, etiam temporibus quibus statim perficiendæ sunt, indicationes separantur, oportétque in principio præsertim curationis alteram cessare, alteram actione fungi. Sicut exempli causa, quum vlcus cauum simul sit, & admodum sordidum; nam affectus præter naturam in hoc triplex est, vlcus, cauitas, & sordes. Ordo verò sanationis à sorde expurganda ordietur, quòd videlicet nec glutinari quicquam, nec carne impleri potest priùs, quam purum fuerit. Secundũ locum exiget cauitatis sanatio; si nanq; vel glutinabimus, vel cicatricem inducemus, vel (vt summatim dicã) curabimus vlcus, cauitatẽ implere non poterimus. Pone ergo non solum tria hæc partem obsidere, sed etiam phlegmonen, vel erysipelas, vel gangrenã,

Tom. X.

crates. Sed & quæ vlceribus ipsis admouentur medicamenta siccent valentius, oportet, quàm ea quæ simplici admouentur vlceri. Quod si sisti *compescique* medicamentis influxus nequeat, causa eius inuestiganda est, atque hæc priùs adimenda. Ac, siquidem ob partis fluxum recipientis, imbecillitatem aliquam id fiat, huic medendum est; fuerit autem hæc vlceratæ quoque partis propria quædam curatio; sin propter sanguinis copiam, vitiosúmve succum, vel corporis totius, vel alicuius suprà positarum partium, illa priùs sunt corrigenda. Ac imbecillitas quidem partis, propter quam plus iusto succorum illi influit, omninò ab intemperie prouenit, non tamen omnem intemperiem sequitur imbecillitas; eóque fit, vt exulcerata caro nonnunquam intemperata tantùm fit, non autem imbecilla; nonnunquam vtrunque, & intemperata, & imbecilla; quippe imbecillitatis affectæ partis valentior intemperiei deprauatio causa est. Hanc autem, sicut priùs dictum est, curabis vtique, calidam refrigerando, siccam *humectando*, frigidam calefaciendo, humidam siccando; quòd si per coniugationem frigidior pariter, humidiórque locus sit, calefaciendo, pariter, ac siccando; & in alijs ad eundem modum vincentem qualitatem contrariâ semper oppugnando. Huius rei ratio hæc est; quicquid rectum est, non in animalibus modò, plantísve, verum etiam alijs omnibus, id commoderatum est, mediúmque, & omnis vitiosi excessus expers; cui nec demere quicquam, nec adijcere non partem, aliquam, non qualitatem possis, prorsus id rectè ac *citra noxam* se habet: contra, quod demi sibi aliquid, adijcíve postulat, id iam ab optimo statu recessit, ad quem vtique redire aliter non est, nisi, & quod superuacuum est, tollatur, & quod deficiens est, adiiciatur; ac de ijs quidem, quibus partes quæpiam abundant, deficiúntve, alibi sermo erit. Vbi verò qualitas aliqua plus iusto inualuit, ibi & continuò vinci contrariam illi necesse, & continuò vitium corrigi, ex ea, quæ victa ante est, restituenda. Quippe refrigerans, quod immodicè incaluit, vnà & quod deficit, restitues; &, quod superat, diminues. Quare, quę per intemperiem aliquam à naturali statu recesserunt, eorum sanationem per ea quæ contraria viribus sunt, fieri omninò est necesse; atque ad hunc modum caro, aliáve carnosa quæpiam pars, quę fluxione humoris ob imbecillitatem affligitur, sanari debebit; vbi intemperiei affectum priùs sanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum sanabis, non aliter planè nunc curata intemperie, quàm si citrà vlcus incidisset. Quo manifestum fit non esse vlceris, sed intemperiei, propriam omnem eiusmodi curationem. Ad eundem modum, si aut alterius cuiuslibet partis occasione, aut etiam totius coporis plethorici, aut cacochymi existentis vitiosum aliquid exulceratis partibus influxerit, medendum prius est, vel ei, quod fluxionis est causa, vel etiam toti corpori. Ita igitur & varices, qui sæpe supra exulceratum locum sunt, priùs sanabimus, vt deinde mox vlcus sanemus; etiam qui ex liene, aut alia quauis notabili parte parte laborant, ipsa priùs parte percurata, mox ad vlceris curationem accedemus. Cæterùm nulla harum curationum ipsius est vlceris, sed alterius cuiusquam affectus, qui vlcus, vel gignit, vel certè auget.

CAPVT

CAPVT III.

Externam causam ad morbi quidem cognitionem necessariam, sed tamen nullam ex ipsa indicationem curationis præberi.

NAm illud quoque iam definiri tempestiuum *videtur*, nullam Procatarcticarum, *seu primitiuarum* causarum curationis indicatricem esse; sed huius indicationem ab ipso affectu initium habere; quæ verò particulatim sunt agenda, hæc tum à primo scopo, tum verò ab ægræ partis natura, tum ambientis temperie, quæque alia sunt his cognata, inueniri. Nam (vt breuiter dicam) à nullo eorum, quæ adhuc non permanent, indicatio sumi eius, quod ex vsu sit, potest. Sed quoniam ad affectus dignotionem, qui omninò tum rationem, tum sensum lateat, sæpè cogimur de externa causa inquirere, opinatur vulgus hanc quoque sanationis rationem indicare; quod planè secus est. Apparet id liquidò in ijs, quibus nosci affectus exactè potest; siue enim ecchymosis, siue vlcus, siue erysipelas, siue putredo, seu phlegmone in parte aliqua consistat, superuacuum est causam efficientem inquirere, nisi iam etiam faciat; sic enim simul, quod iam factum est, curabimus, simul quod adhuc facit, facere inhibebimus. Si verò fecit illa quidem, cæterum iam abijt, vtique quod factum est, curabimus; quod adhuc non est, nec si velimus, submouere id possumus; rei nanque præsentis est curatio; eius autem, quod futurum est, præcautio, *seu præseruatio*, quod verò nec nunc lædit, nec læsurum timetur, id ab vtroque artis munere, tum eo quod curat, tum eo quod præcauet, excessit. Quare neque indicatio ab hoc ad curationem vlla, neque præseruationis ratio sumitur; sed, vti dictum est, ad eos tantùm affectus, qui nostram notitiam fugiunt externæ causæ cognitio est vtilis; Empiricis tamen, ceu pars totius concursus, in quo curationem obseruarunt, externa causa interdum sumitur; veluti in ijs, qui à rabido cane, & omnibus, qui à venenosis bestijs, sunt læsi; quinetiam ex Dogmaticorum quoque numero ijs, qui sine rationali indicatione, sola experientia curare se talia confirmant. Etenim his quoq; externa causa, ceu pars totius concursus quæritur; ijs verò, qui ex priore vsu venenosarum animantium vim norunt, atque ab hac indicationem curationis sumunt, non sanè ad curationis indicationem conducit externa causa cognita, sed ad præsentis affectus cognitionem. Nam pone, sciam scorpionis venenum frigida vi esse, sumámque veluti à frigido, remedij indicationem; nullo tamen signo intelligam talé esse in hoc corpore affectum; manifestum est, si scorpium percussisse didicero, quòd calefacere, tū corpus totum, tum punctam ab eo partem conabor, nulla amplius expectata experientia, sed ab ipsa rei natura indicatione sumpta. Monstratum enim in ijs libris est, qui de medicamentis sunt inscripti, in quibus exercitatum esse censui quisquis ex his commmentarijs fructum percipiet, nullam eiusmodi facultatem sine experientia inueniri; esset enim profectò fælicitatis cuiusdam munus, siquis inspecto lithargyro, aut castoreo, aut cantharide; protinus eorum vires intelligeret. Verùm, sicut in

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ.

Τὴν ἔξωθεν αἰτίαν ἀναγκαίαν μὲν εἶναι πρὸς τὴν τοῦ νοσήματος γνῶσιν, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδεμίαν ἐκ ταύτης ἔνδειξιν θεραπείας λαμβάνεσθαι.

ΚΑὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο καιρὸς διορίσασθαι ἤδη, τὸ μηδὲν τῶν προκαταρξάντων τῆς διαθέσεως αἰτίων, ἐνδείκνυσθαι τὴν θεραπείαν· ἀλλὰ τὴν μὲν ταύτης ἔνδειξιν, ἀπ᾽ αὐτῆς ἄρχεσθαι τῆς διαθέσεως· ἐξευρίσκεσθαι δὲ τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας, ἀπό τε τοῦ πρώτου σκοποῦ, καὶ τῆς τοῦ πεπονθότος μορίου φύσεως, καὶ τῆς τοῦ περιέχοντος κράσεως, ὅσα τε ἄλλα τούτοις ἐστὶν ὁμόφυλα. συνελόντι γὰρ εἰπεῖν, ἀπ᾽ οὐδενὸς τῶν μηκέτι ὄντων, ἔνδειξιν τοῦ συμφέροντος ἔνεστι λαβεῖν. ἀλλ᾽ ἐπεὶ πολλάκις εἰς διάγνωσιν τῆς διαθέσεως, ἀδήλου παντάπασιν ὑπαρχούσης, καὶ τῷ λόγῳ, καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν, ἀναγκαζόμεθα πυνθάνεσθαι περὶ τοῦ προκαταρξαντος αἰτίου, δόκησις τοῖς πολλοῖς γέγονεν κἀκεῖνο συνενδείκνυσθαι τὴν ἴασιν· τὸ δ᾽ οὐχ οὕτως ἔχει. μαθήσῃ δ᾽ ἐναργῶς ἐφ᾽ ὧν ἐγχωρεῖ ἀκριβῶς γνῶναι τὴν διάθεσιν. εἴτε γὰρ ἐκχύμωσις, εἴθ᾽ ἕλκος, εἴτε ἐρυσίπελας, εἴτε σηπεδὼν, εἴτε φλεγμονὴ κατά τι μέρος ὑπάρχει, περιττὸν ζητεῖν τὸ αἴτιον ποιῆσαν, εἰ μὴ καὶ νῦν ἔτι ποιεῖ. οὕτως γὰρ ἅμα τε τὸ γεγονὸς θεραπεύσομεν ἤδη, ἅμα τε τὸ ποιοῦν, ἔτι ποιεῖν διακωλύσομεν. εἰ δ᾽ ἐποίησε μὲν ἀπηλλάγη δὲ, τὸ μὲν γεγονὸς ἰασόμεθα. τὸ δὲ οὐκέτι ὂν, οὐδ᾽ ἂν ἐκκόπτειν προαιρώμεθα, δυνησόμεθα· τῶν μὲν γὰρ ὄντων, αἱ θεραπεῖαι, τῶν δὲ ἔσεσθαι μελλόντων, αἱ προφυλακαί· τὰ δὲ μήτ᾽ ὄντα, μήτε βλάψαι προσδοκώμενα, καὶ τοῦ θεραπευτικοῦ, καὶ τοῦ προφυλακτικοῦ μέρους τῆς τέχνης ἐκπέπτωκεν. ὥστε οὔτε ἔνδειξις ἀπ᾽ αὐτῶν ἐστιν εἰς θεραπείαν, οὔτε προφυλακή τις· ἀλλ᾽ ἢ μόνον, ὡς εἴρηται, πρὸς τὰς ἐκπιπτούσας τὴν ἡμετέραν ἐπίγνωσιν διαθέσεις, ἡ γνῶσις τοῦ προκαταρξαντος αἰτίου χρησίμη· τοῖς δ᾽ ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας ἰατροῖς ὡς μέρος τῆς ὅλης συνδρομῆς, ἐφ᾽ ἧ τετηρήκασι τὴν θεραπείαν, καὶ τὸ προκαταρξαν αἴτιον ἐνίοτε προσλαμβάνεται· καθάπερ ἐπί τε τῶν λυττώντων κυνῶν, καὶ τῶν ἰοβόλων ἁπάντων θηρίων· ἤδη δὲ καὶ τῶν δογματικῶν ἐκείνων, ὅσοι χωρὶς ἐνδείξεως λογικῆς ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας μόνης ὁμολογοῦσι θεραπεύειν τὰ τοιαῦτα. καὶ γὰρ καὶ τούτοις, ὡς ἓν μέρος τῆς ὅλης συνδρομῆς τὸ προκαταρξαν αἴτιον ζητεῖται· τοῖς δ᾽ ἐκ μὲν τῆς ἔμπροσθεν πείρας ἐγνωκόσι τῶν ἰοβόλων θηρίων τὰς δυνάμεις, ἔνδειξιν δὲ θεραπείας ἀπ᾽ αὐτῶν λαμβάνουσιν, οὐκ εἰς ἔνδειξιν ἰάσεως τὸ προκαταρξαν αἴτιον γνωσθὲν, ἀλλ᾽ εἰς τὴν τῆς παρούσης διαθέσεως ἐπίγνωσιν συντελεῖ. φέρε γὰρ ἐπίστασθαι μὲν τὸν ἰὸν τοῦ σκορπίου ψυχρὸν εἶναι τῇ δυνάμει, καὶ λαμβάνειν ὡς ἀπὸ ψυχροῦ τὴν τῆς ἰάσεως ἔνδειξιν, ἔχειν δὲ μηδὲν μή πω σημεῖον, ὅτι τοιαύτη τις ἐν τῷδε τῷ σώματι διάθεσις ὑπάρχει, δῆλον γὰρ ὡς εἰ πυθοίμην ὅτι σκορπίος ὁ πλήξας, ἐκθερμαίνειν πειράσομαι τό τε σύμπαν σῶμα, καὶ τὸ κεντηθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ μόριον, οὐκ ἀναμείνας ἔτι τὴν πεῖραν, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς τοῦ πράγματος τῆς φύσεως λαβὼν τὴν ἔνδειξιν. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασιν, ἐν οἷς ἠξίωσα γεγυμνάσθαι πρότερον, ὅτῳ μέλλει τι καὶ τῶν νῦν λεγομένων ὄφελος ἔσεσθαι, μηδεμίαν ἄνευ πείρας εὑρίσκεσθαι δύναμιν· ἦν γὰρ ἂν δήπου μακάριον, εἴ τις ἐκ τοῦ θεάσασθαι λιθάργυρον, ἢ καστόριον, ἢ κανθαρίδας, εὐθέως ἐγίνωσκεν αὐτῶν τὰς δυνάμεις. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐν

ἅπασιν αἱ διαμαρτίαι, τοῖς ὑπερβάλλουσι τοῦ μέτρου, καὶ τοῖς ἐλλείπουσιν, οὕτω κἀνταῦθα γίνονται. καὶ δὶς διὰ πασῶν οὐχ ἅπαξ, ὡς ἔοικεν, ἀντᾴδουσιν ἀλλήλαις, οἵ τε μηδέπω καὶ τήμερον ὁμολογοῦντες ἐπίστασθαί γε τὰς δυνάμεις τῶν φαρμάκων ἐπὶ τοσαύτῃ πείρᾳ· οἵ τε καὶ παρὰ τῆς μιᾶς πείρας ἀξιοῦντες ἐπίστασθαι. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προπετὲς, εἰ χρὴ προπετὲς εἰπεῖν, τὸ ἀδύνατον· καὶ θάτερον ἢ τελέως ἀναισθήτων ἐστὶν, ἢ φανερῶς ἐριζόντων. ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἔφην, οὐ χρὴ νῦν περὶ τούτων ἀκούειν ποθεῖν, εἰρημένων ἐπὶ πλέον ἔν τε τῷ τρίτῳ τῶν περὶ κράσεων, κἀν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασιν. ἀλλ' εἰς διάγνωσιν τῶν διαθέσεων, ἔνια τῶν προκαταρξάντων αἰτίων συντελεῖ. ἔνθα δ' οὐδὲν λανθάνει τῆς παρούσης διαθέσεως, οἴχεται καὶ τοῦ προκαταρξάντος ἡ χρεία. εἴρηται μὲν οὖν μοι κἀν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς οὐ δεῖ συνάπτειν ἐς ταὐτὸν ἀμφοτέρας τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' ἰδίᾳ μὲν τὴν ἐμπειρικὴν, ἰδίᾳ δὲ ποιεῖσθαι τὴν λογικήν. ἀναμεμνήσθω δὲ κἀν νῦν, ὡς ἐπειδὴ πρόκειται μόνην τὴν λογικὴν ἐν τοῖσδε τοῖς ὑπομνήμασι διελθεῖν, εἰ δὲ καὶ μὴ προσκέοιτό που περί τινος τῶν λεγομένων, ὡς οὐχ ἁπλῶς ἐστὶν ἀληθὲς, ἀλλὰ μόνοις τοῖς κατὰ μέθοδον ἰωμένοις, ἀκόλουθον αὐτὸν λογίζεσθαί τινα τοῦτο, καὶ προστιθέναι παρ' ἑαυτοῦ. νυνὶ μὲν γὰρ ἡμεῖς προσεθήκαμεν, ὡς οὐδὲν τῶν προκαταρξάντων αἰτίων εἰς ἔνδειξιν θεραπείας ἐστὶ χρήσιμον, ἀλλὰ εἰς διάγνωσιν ἐνίοτε διαθέσεως, ὁμολογοῦντες ὡς ἐν τοῖς ἐμπειρικῶς ἰωμένοις ὁπωσοῦν, ἕν τι τῶν τῆς ὅλης συνδρομῆς μορίων ἐστὶ καὶ τὸ προκατάρχον αἴτιον, εἴτ' οὖν λογικῶς τἄλλα θεραπεύοιεν, εἴτε δι' ἐμπειρίας ἅπαντα. κατὰ δὲ τὸν ἐφεξῆς λόγον, οὐκ ἀναγκαῖον ἂν εἴη προσγράφειν τοῦτο. πάλιν οὖν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, ἀρχὴν ὁμολογουμένην λαβόντες, ᾗ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν ἤδη κεχρήμεθα, φάσκοντες, τὴν τῆς θεραπείας δεομένην διάθεσιν, αὐτὴν εἶναι τὸν πρῶτον σκοπὸν ἐνδεικνυμένην· ἐκ δὲ τούτου, τἄλλα πάντα λαμβάνεσθαι. τούτῳ δ' ὅτι, τῷ σκοπῷ κοινωνίαν οὐδεμίαν ἔχει τῶν προκαταρχόντων αἰτίων οὐδὲν, ἐξ αὐτῶν μάλιστα τῶν ἑλκῶν ὅθεν περ ὁ λόγος ὡρμήθη, μαθήσῃ. γεγονέσθω γοῦν ἕλκος ἐξ ἀποστήματος, ἀλλ' εἰ τοῦτο, δῆλον ὡς ἐκ μοχθηρῶν χυμῶν· οὕτω γὰρ εἴωθεν ἡ φύσις ἐν νόσοις ἐκκαθαίρουσα τὸ σῶμα, τὸ περιττὸν ἅπαν ὠθεῖν ἐπὶ τὸ δέρμα· καὶ τούτῳ μὲν οὖν ἑλκωθῆναι συμβαίνει, τῷ δ' ὅλῳ σώματι ἐκκεκαθάρθαι. τίς οὖν ἡ τῶν τοιούτων ἑλκῶν ἴασις; οἵα περ καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οἷς οὐκ ἐπιπλέκεται διάθεσις οὐδεμία κακοήθης. ἀλλ' εἴπερ τοῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον ὡς οὐδεμία παρὰ τῆς ποιησάσης τὸ ἕλκος αἰτίας, ἔνδειξις εἰς τὴν θεραπείαν ἐγένετο. καὶ μὴν εἴ περ ἔμενεν ἡ κακοχυμία, πάντως ἄν που καὶ παρ' αὐτῆς τὴν ἔνδειξιν ἐλαμβάνομεν. ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἄτοπον ἦν δεῖσθαι θεραπείας τὸ μηκέτ' ὄν· ἢ ἐνδείκνυσθαι θεραπείαν τὸ μὴ δεόμενον αὐτῆς· ὥστε παντοίως ἄτοπον ἐκ τοῦ προκαταρξάντος αἰτίου ἔνδειξιν λέγειν γίνεσθαι θεραπείας. ἐπεὶ τοίνυν οὐ τοῦτο, δῆλον ὡς τὸ παρὸν αἴτιον ἔνδειξιν ποιήσεται. τίς οὖν ἡ ἔνδειξις; ἀκριβολογουμένῳ μὲν, ἡ προφυλακτικὴ προσαγορευομένη· καταχρωμένῳ δὲ, ἡ θεραπευτική. καὶ γὰρ καὶ αὐτῶν τῶν ἑλκῶν τῆς ἰάσεως, εἴθ' ἁπλῶς ἕλκη μόνον, εἴτε καὶ μετὰ κοιλότητος ὑπάρχει, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον ἡ ἴασις, ἐκ τοῦ φεύγειν τε καὶ προφυλάττεσθαι τὰ λυπήσοντα τὴν φύσιν, ἀποτελεῖται.

A omnibus peccata, tum ab ijs, qui modũ excedunt, tum qui citra consistunt, committuntur; ita nimirum hic quoque, ac Dis dia pason non semel, arbitror, inter se, discordant, & qui neque in hodiernũ vsq diem affirmant sciri medicamentorum facultates, idque post tantam experientiam, & qui ex vna experientia sciri eas cẽsent; nã & hoc præcipitanter inconsultéque dictum est, (si vtique inconsultum est quod fieri omninò non potest;) & aliud hominum est, aut omninò attonitorum, aut planè litigiosorum. Verùm de his (vt dixi) plura expectare nunc non oportet, vtpote de quibus dictum latius est, tum in tertio De temperamentis B tum in ijs libris, quos De medicamentis inscripsimus; sed (*vt dixi*) ad dignoscendos affectus quędam externarum causarum conferunt; vbi verò præsentis affectus nihil latet, nulla iam externæ causæ est vtilitas. Ac diximus quidem in superioribus, non esse in idem coniungendas vtrasque doctrinas, sed seorsum Empiricen, & seorsum tradendam Rationalem. Memoria autem tenendum nunc quoque est, quòd quoniam propositum nobis in his commentarijs est solam rationalem tractare, quanquam ad quæpiam horum, quæ dicimus, non apponitur, quod absolu- C tè vera non sint, sed solis iis, qui methodo curant, aliquis tamen eorum id per se ratiocinari, vltróque apponere debet. Nunc enim ipsi apposuimus nullam externarum causarum ad curationis indicationem conducere, sed ad affectus aliquando dignotionem, fatentes externam causam iis, qui empiricè quiduis curant, vnam esse partem totius concursus; idque siue ij ratione reliqua curant, siue omnia empiricè; in ijs autem, quæ deinceps scribentur, non erit necesse hoc D adscribere. Rursus igitur ad propositum redeamus, indubitatum illud principium præsumentes, quo etiam in præcedentibus sumus vsi, vbi diximus, primum scopum, quò medicus tendat, affectum ipsum, qui curari desideret, indicare; ex hoc verò & reliqua omnia sumi. Quod verò cum hoc scopo nulla externæ causæ societas sit, ex ipsis maximè vlceribus à quibus sermo est ortus intelliges. Ergo generatũ sit vlcus ex abscessu, sed si hoc ita sit, ex vitiosis prouenire succis manifestum est, sic enim in morbis facere natura solet, E quum corpus expurgat, omne excrementum ad cutem trudit; atque hanc quidem vlcerari, totum verò corpus purgari accidit. Quænam igitur est eiusmodi vlcerum sanatio? quæ reliquorum omnium, quibus nullus affectus malignus est adiunctus. Verùm, si hoc sic se habet, manifestum est nullam esse, ad curationem à causa quæ vlcus excitauit, indicationem. Atqui, si vitiosus succus remaneret, omninò aliqua ab hoc quoque indicatio sumeretur. Verùm alioqui etiam absurdum esset, si curationem postularet, quod amplius non sit; aut si curationem indicaret, quod nul- F lius indigeat; quare dicere indicationem curationis ab externa causa sumi, omni modo est absurdum. Quoniam ergo non ab hac, perspicuum est ab ea quæ præsens est, indicationem fore. At qualis tandem est indicatio? nempe ei, qui exactè loquetur, prophylactica *siue præcautio* dicitur; ei verò qui abuti vocabulo volet, curatiua; quando quidem ipsorum etiam vlcerum, siue tantùm vlcera simpliciter sint, siue etiam cum cauitate, si quis diligenter æstimet, ex fugiendis prospiciendisque ijs, quę naturę officient, sanatio perficitur.

Et in summa, in quibus quod efficitur, naturæ ipsius opus est, vt vlceris glutinatio, & ex carne impletio, prophylactici generis est eiusmodi curatio; ceterùm sanatio ab omnibus hominibus dicitur. Ideóque etiam prophylacticæ partis artis, in altero genere constitutum est, quod morbosum affectum iam præsentem submouet, in altero, quod eum, qui nondum vrget, prohibet. Itaque hîc quoque iuniores medici de nominibus contendere se non intelligunt. Par autem erat, si de rebus studiosi essent, illud inuenisse, duas esse functionum medici primas differentias. Aut enim eos, qui nunc vrgent affectus, iis, quæ moliuntur, curant; aut eos, qui non sunt, fieri prohibent. Ergo præsentes iam affectus tollere, siue amouendis ijs, quæ naturæ opus impediunt, id fiat, siue per medicamenta quid ipsi moliamur, omnes profectò homines curare dicunt; cauere autem, ne accidant, prospicere. Et sanè ea quæ succorum vitio sunt exulcerata, curant ij, qui ratione, ac methodo artem administrant, simul illos purgantes, simul ea, quæ naturæ motus impediunt, auferentes; quorum vtraque qui exactè loquitur, prophylactica vocat; vetant nanque (vt in superiori ostensum est libro) omnia talia, aut sordem vlceri, aut humiditatem nimiam vitiosámve innasci.

A καὶ ὅλως ἐφ' ὧν τὸ γινόμενον αὐτῆς τῆς φύσεως ἔργον ἐστίν· ὡς κόλλησις ἕλκους καὶ σάρκωσις, ἐκ τοῦ προφυλακτικοῦ γένους ἐστὶν ἡ τῶν τοιούτων ἐπιμέλεια· ἀλλ' ὅμως ἴασις λέγεται πρὸς ἁπάντων ἀνθρώπων. καὶ τοῦτο διώρισται τοῦ προφυλακτικοῦ μέρους τῆς τέχνης, τὴν διάθεσιν μὲν ὑπάρχουσαν ἤδη τινὰ νοσερὰν ἐκκόπτεσθαι, κατὰ τὸ ἕτερον εἶδος τῆς προφυλακτικῆς. κωλύεσθαι δὲ γίνεσθαι τὴν μηδέπω γεγενημένην κατὰ τὸ ἕτερον. ὥστε κἀνταῦθα περὶ ὀνομάτων ἐρίζοντες, ἀγνοοῦσιν οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν. ἐχρῆν δ' αὐτοὺς εἰ περὶ πραγμάτων ἐσπούδαζον, ἐξευρεῖν ὡς δύο εἰσὶν αἱ πρῶται διαφοραὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῖς ἰατροῖς. ἢ γὰρ B τὰς οὔσας ἤδη διαθέσεις ἐξ ὧν πράττουσι, θεραπεύουσιν, ἢ τὰς οὐκ οὔσας γενέσθαι κωλύουσι. τὸ μὲν δὴ τὰς οὔσας ἐκκόπτειν, εἴτε τὰ διακόπτοντα τὰς ἐνεργείας τῆς φύσεως ἐκποδὼν ποιουμένους, εἴτε καὶ αὐτούς τι διὰ τῶν φαρμάκων ἐργαζομένους, ἅπαντες ἄνθρωποι θεραπεύειν ὀνομάζουσι. τὸ δὲ κωλύειν γενέσθαι, προφυλάττεσθαι. καὶ δὴ καὶ τὰ μετὰ κακοχυμίας ἡλκωμένα θεραπεύουσιν, οἱ λόγῳ τε καὶ μεθόδῳ, τῇ τέχνῃ προσιόντες, ἅμα μὲν ἐκείνην ἐκκαθαίροντες, ἅμα δὲ τὰ διακόπτοντα τὰς κινήσεις τῆς φύσεως ἀναιροῦντες. ἄμφω δ' ἐστὶν ἀκριβολογουC μένῳ ταῦτα προφυλακτικά. κωλύει γὰρ ὡς κἀν τῷ πρὸ τούτου δέδεικται λόγῳ, πάντα τὰ τοιαῦτα, ῥύπον ἐπιτρέφεσθαι τοῖς ἕλκεσιν, ἢ ὑγρότητα πολλήν, ἢ μοχθηράν.

CAPVT IV.

Falsa Methodo, ac improprijs nominibus vsum fuisse Thessalum, cum de curandis vlceribus diuturnis loqueretur, ac de more loquendi Hippocratis, & veterum medicorum.

Non igitur in nominibus anxiè occupari bonum est, sed præstantiùs aliquam vlcerum curandorum methodum tradere, qualem (arbitror) ipse tum superiori libro, tum in hoc præcipio. Ego nanque, vel stupiditatem Thessali demiror, ita in vlcerum malignorum curatione scribentis. *Sunt autem perquam necessariæ, & communitates vlcerum diuturnorum, ac non sanescentium, aut post cicatricem inductam redeuntium; ad hoc vt in iis, quæ non coalescunt quidem æstimetur, quid sit, quod prohibeat, idque tollatur; in ijs verò; quæ post cicatricem inductam renouantur, vt cicatricem tenere cogas, roborans scilicet vel affectam partem, vel etiam communiter, totum corpus; atque ne facilè patiatur, id præparans per ea, quæ hæc faciant, præsidia.* Atque hæc quidem Thessalus quum in principio statim libri De Chirurgia proposuisset, postea de ijs ipsis latiùs ad hunc modum scripsit; *Diuturna vlcera, & quæ non sanescunt, aut quæ ad cicatricem perducta denuò reuertuntur, hæc indicant: quæ quidem ad cicatricem non perueniunt, vt, quæ coitionem fieri vetant, auferas, ac locum affectum noues; postquam simile recenti vulneri feceris, rursus vt cruentum sanes; quod si non processerit, vt phlegmonen mitiges, & reliquam diligentiam adhibeas. Quæ verò ad cicatricem veniunt, & rursus se aperiunt, in accessionibus quidem, & exulcerationibus, vt simili modo cures ijs, quæ recens phlegmone vrget, ex mitigantibus cataplasmatis, quoad sedatus fuerit doloris acerbitas; vbi deferbuit, adiuues ad cicatricem; post hæc, vt partes circumpositas latè complexus malagmate,*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ψευδεῖ τῇ μεθόδῳ, καὶ ἀχρήστοις ὀνόμασι κεχρῆσθαι τὸν Θεσσαλόν, διαλεγόμενον περὶ τῆς ἰάσεως τῶν χρονίων ἑλκῶν· καὶ περὶ τοῦ τρόπου τοῦ λαλεῖν τοῦ Ἱπποκράτους τε καὶ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν.

D Οὐκ οὖν ἐν ὀνόμασι μικρολογεῖσθαι καλόν, ἀλλ' ἄμεινον εἰπεῖν τινα μέθοδον ἰάσεως ἑλκῶν, οἵαν ἡμεῖς ἔν τε τῷ πρὸ τούτου λόγῳ κἀν τῷδε διεξήειμεν. ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ θαυμάζω τὴν ἀναισθησίαν τοῦ Θεσσαλοῦ, γράφοντος ὧδέ πως ὑπὲρ τῆς τῶν κακοήθων ἑλκῶν ἰάσεως. εἰσὶ δὲ σφόδρα ἀναγκαῖαι καὶ αἱ κοινότητες αἱ τῶν χρονίων ἑλκῶν, καὶ μὴ ὑγιαζομένων, ἢ κατουλουμένων, καὶ πάλιν ἀναλυομένων· πρὸς τῷ ἐπὶ μὲν τῶν μὴ συμφυομένων, σκέπτεσθαι τί ἐστι τὸ ἐμποδίζον, καὶ τοῦτ' αἴρειν· τὸ δ' ἐπουλούμενον, καὶ E ἀναξαινόμενον, ἀναγκάζειν κρατεῖν τῆς οὐλῆς, μετασυγκρίνοντας τὸ πάσχον μέρος ἢ καὶ κοινῶς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ δυσπαθὲς τοῦτο ποιεῖν, διὰ τῶν τοῦτο δρώντων βοηθημάτων. ταυτὶ μὲν οὖν ὁ Θεσσαλὸς ἐν τῷ περὶ χειρουργίας βιβλίῳ, κατ' ἀρχὰς εὐθὺς προειπών, ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐπὶ πλέον ὧδέ πως ὑπὲρ αὐτῶν τούτων γράφει. τὰ δὲ χρόνια τῶν ἑλκῶν, καὶ μὴ ὑγιαζόμενα, ἢ κατουλούμενα καὶ ἀναξαινόμενα, ἐμφαίνει· τὰ μὲν εἰς οὐλὴν μὴ συνερχόμενα, ἐκκόπτειν τὰ κωλύοντα τὴν σύμφυσιν γίνεσθαι, καὶ νεωτεροποιεῖν τοὺς πεπονθότας F τόπους, καὶ παραπλήσια ποιήσαντας τοῖς νεοτρώτοις, πάλιν ἐναίμως ἰᾶσθαι· κἂν μὴ κρατηθῇ, παρηγορεῖν τὴν φλεγμονήν, καὶ τὴν λοιπὴν προσάγειν ἐπιμέλειαν. τὰ δ' εἰς οὐλὴν ἐρχόμενα καὶ ἀναλυόμενα, κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμούς, καὶ τὰς ἑλκώσεις, ὁμοίως θεραπεύειν τοῖς προσφάτως φλεγμαίνουσι, καταπλάσμασι τοῖς παρηγοροῦσιν, ἕως ἂν παύσηται ἡ ἀγανάκτησις· ἐνδούσης δέ, συνεργεῖν εἰς ἐπούλωσιν· μετὰ δὲ ταῦτα, φοινίσσειν τὰ κύκλῳ μέρη, πλατὺν περιλαμβάνοντας τόπον, τῷ διὰ τοῦ νάπυος μαλάγματι,

ἤ τινι ἑτέρῳ μεταβάλλειν δυναμένῳ, καὶ τὸ δυσπαθεῖς ἀναιρεῖν. A μὴ ληγόντων δὲ, καὶ κοινῶς ὅλου τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι, μετασυγκρίνοντας αὐτὸ διὰ γυμνασίων ποικίλων, καὶ αἰώρας, καὶ ἀναφωνήσεως, παρόντων ἐμπείρων· καὶ διαίτης κατὰ περίθεσιν αὐξανομένης τε καὶ μειουμένης, ἀρχῆς ἐντιθεμένης διὰ τὸν ἀπὸ ῥαφανίδων ἔμετον. χρῆσθαι δὲ καὶ τῇ τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου δόσει· καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷς χρώμεθα ἐπὶ τῶν ὑπαγομένων διαίτῃ χρονίων καὶ δυσαποτρίπτων παθῶν. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Θεσσαλοῦ ῥῆσις. ἄξιον δὲ θαυμάσαι τἀνθρώπου τὴν ἀναισθησίαν, ἢ τὴν τόλμαν. εἰ μὲν αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνέπεισεν B ὡς ὀρθῶς λέγει, τὴν ἀναισθησίαν· εἰ δ᾽ ἐπιστάμενος ὡς οὐδὲν λέγει, παρακρούσασθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας ἅπαντας ἤλπικε, τὴν τόλμαν. ἐκ τῶν χρονίων ἑλκῶν, ὦ γενναιότατε, τίς ἔνδειξις γίγνεται θεραπείας; ἐγὼ μὲν γὰρ οὔτ᾽ ἐκ τῶν προσφάτων, οὔθ᾽ ὅλως ἐκ χρόνου καθ᾽ οὐδὲν τῶν νοσημάτων ἐξεῦρον οὐδεπώποτε τὴν θεραπείαν, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς τῆς διαθέσεως, ἣν ἰᾶσθαί μοι πρόκειται. καθόλου γὰρ ἐὰν εἰς τὸν χρόνον ἀποβλέπῃ τις, ὡς ἔνδειξιν παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνειν, ἑτέραν μὲν πάντως ἡ δευτέρα τῶν ἡμερῶν, ἑτέραν δ᾽ ἡ τρίτη παρέξει τὴν C ἔνδειξιν· οὕτως δὲ καὶ ἡ τετάρτη τῆς πέμπτης ἑτέραν· καὶ τούτων ἁπασῶν, ἡ ἕκτη, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη τῶν μετ᾽ αὐτάς. ὥστ᾽ οὐκέτι τὰς διαθέσεις ἃς θεραπεύομεν, ἐπισκεψόμεθα, καὶ παρ᾽ αὐτῶν ἔνδειξιν ληψόμεθα; καίτοι γε τούτου ἀλογώτερον, οὐδ᾽ ἐπινοῆσαι δυνατόν ἐστι. πῶς οὖν ἀναγκαῖαι αἱ κοινότητες αἱ τῶν χρονίων ἑλκῶν εἰσιν, οὐδέν γε ἐνδείκνυσθαι δυναμένου τοῦ χρόνου καθ᾽ ἑαυτόν; οὐ δήπου γὰρ, ἐπειδὰν ὑπὸ κακοχυμίας ἕλκος ἀναβιβρώσκηται, διάφορον ἔνδειξιν ἀπ᾽ αὐτοῦ ληψόμεθα μετὰ τέτταρας μῆνας, ἧς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐλάβομεν. ἐγὼ μὲν οὐδ᾽ ἂν ἐάσαι- D μι χρονίσαι τὸ τοιοῦτον ἕλκος, ἀλλ᾽ εὐθέως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκκόψαιμι τὴν αἰτίαν αὐτοῦ. καὶ γὰρ καὶ γνωρίζειν δυνατόν ἐστι τὴν διάθεσιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ὡς τὰ πολλά· καὶ τὴν ἔνδειξιν ἀπὸ τῆς διαθέσεως λαμβάνειν, ἀναγκαῖον. ὁ χρόνος δὲ τί πλέον ἡμᾶς διδάξει τοῦ τῶν ἡμερῶν ἀριθμοῦ, μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἔχω συμβαλεῖν, πλὴν εἰ τοῦτο λέγειν ἠβουλήθη ὁ Θεσσαλὸς, ὡς εἰς διάγνωσιν τῶν τοιούτων ἑλκῶν, ἀναγκαῖον ἀναμεῖναι τὸν χρόνον. ἀλλ᾽ οὕτω γε, πρῶτον μὲν ἂν ἰδιώτης εἴη παντάπασιν, εἰ μηδέποτε πρὶν τοῦ χρονίσαι τὸ ἕλκος, ὁμολογεῖ διαγνῶναι δύνασθαι τὴν διάθεσιν. ἔπειτα E δὲ σαφῶς ἂν ἔτι καὶ τοῦθ᾽ ὁμολογήσειεν, ὡς ἐξ ἄλλου μὲν ἡ τῆς ἰάσεως ἔνδειξις, ἐξ ἄλλων δὲ, ἡ διάγνωσις γίγνεται τῆς διαθέσεως. ἔστω γὰρ τι συμβάλλεσθαι τὸν χρόνον εἰς τὴν διάγνωσιν· ἀλλ᾽ ἥ γε ἔνδειξις τῆς ἰάσεως, οὐκ ἐκ τοῦ χρόνου. τί γὰρ ἂν εἴη πρὸς ἔπος, εἴ τι χρονίζει τῶν ἑλκῶν, ἐκκόπτειν τὰ κωλύοντα τὴν σύμφυσιν γίνεσθαι, καὶ νεωτεροποιεῖν τοὺς πεπονθότας τόπους; εἰ γὰρ διὰ ῥεῦμα κακόηθες, ὦ γενναιότατε, τὰ χείλη τοῦ ἕλκους ἐν διαθέσει τινὶ γέγονε, τί πλέον ἕξομεν; ἂν περικόψωμεν αὐτὰ, πρὶν ἰάσασθαι τὸ ῥεῦμα· F μεῖζον ἐργασόμεθα δηλονότι τὸ ἕλκος, ὥσπερ καὶ ποιοῦσιν ἔνιοι τῶν ὁμοίως ἐκείνῳ θεραπευόντων ἕλκη. τῆς γὰρ αἰτίας μενούσης, τῆς καὶ πρότερον αὐτὰ σκληρὰ καὶ τυλώδη ποιησάσης, οὐδὲν ἔσται πλέον ἐκ τοῦ περιτέμνειν ἄλλο γε, ἢ μέγεθος ἕλκους· πάλιν γὰρ ἐκεῖνα τὰ περιτμηθέντα, τοῖς πρότερον ὁμοίως ἔσται τυλώδη καὶ σκληρά. καίτοι γ᾽ οὐδ᾽ αὐτὸ τοῦτο προσέθηκεν ὁ σοφώτατος Θεσσαλὸς, ὡς ἐκκοπτέον ἐστὶ τὰ τυλώδη, καὶ σκληρὰ, καὶ κακόχροα τῶν ἡλκωμένων μορίων,

quod ex sinapi sit compositum, rubere facias, aut alio quopiam, quod mutare possit, ac, vt minus malo pateant, efficere. Quòd si ita non cessent, etiam totius communiter corporis curam habeas; ipsum per varias exercitationes, & gestationes, & vociferationes, adhibitis scilicet earum rerum peritis, roborans, etiam victus ratione gradatim, tum diminuta, principio à vomitione per radiculas facto. Vteris etiam albo veratro, alijsque omnibus, quibus vtimur in ijs, qui diuturni, ægréque submoti morbi victus rationi subijciuntur. Atque hæc quidem est Thessali dictio. Operæ precium verò est æstimare hominis, vel stuporem, vel audaciam; vtique, si rectè se dicere sibi persuasit, stuporem; sin conscius sibi nihil dicere, imponere omnibus legentibus sperat, audaciam. Ex diuturnis vlceribus, quænam est, ô generosissime Thessale, curationis indicatio? Ego sanè neque ex his, neque ex recentibus, nec omninò à tempore, in vllo morbo curationem vnquam inueni, sed ex ipso, quem sanandum mihi proposui, affectu. Prorsus enim, si tempus spectabitur, tanquam ab eo indicatio sumatur, alteram omninò secundus, alteram tertius dies, indicationem dabit: ad eundem modum, & quartus alteram à quinto, & ab his omnibus sextus, & reliquis singulis, qui post istos. Sic affectus, quos curamus, non vltra nobis ad considerationem proponentur, nec ab his indicatio sumetur; quo tamen nec cogitari quidem magis alienum à ratione potest? Quomodo ergo necessariæ sunt diuturnorum vlcerum communitates, vbi nihil indicare tempus ipsum per se potest? non enim profectò, vbi à malis succis eroditur, diuersam ex eo, post quatuor menses indicationem sumemus ab ea, quam statim ab initio sumpsimus. Ego sanè nec finerem quidem eiusmodi vlcus diuturnum esse, sed protinus in principio causam eius adimerem. Nam & nosse affectum à principio plerúmque licet; & indicationem ab affectu sumi est necesse. Tempus verò quid amplius, quam dierum numerum docere nos possit, non hercle possum conijcere; nisi id voluit Thessalus, ad eiusmodi vlcera noscenda tempus omninò esse manendum. Verùm sic primum idiota prorsus sit, si videlicet fateatur non priùs agnoscere se affectum, quam vlcus inueterauerit. Deinde illud quoque apertè fateatur, oportet, ex alio suggeri sanationis indicationem, ex alijs præberi affectus dignotionem. Nam esto, conferat aliquid tempus addignotionem, certè indicatio curationis à tempore non sumitur. Quid enim ad rem pertineat, si quod vlcus inueterauit, adimere, quæ coitionem impediant, & nouare locum, qui affligitur? Nam si propter fluxionem malignam, vir inepte, vlceris labra hoc vel illo modo sunt affecta, quid commodi erit, si ea excideris antè, quam fluxioni sistendæ consulueris? Videlicet vlcus latius efficies, veluti nonnulli faciunt eorum, qui similiter, vt tu, vlcera curant. Siquidem causa, quæ ea, & dura, & callosa priùs reddidit, adhuc manente, nihil aliud ex his excidendis accedet, quàm vlceris amplificatio; quippe illa ipsa, quæ excideris, perinde, & dura, & callosa rursus erunt, atque ea, quæ priùs. Quanquam ne id ipsum quidem adiecit sapientissimus Thessalus, callosa, & dura, & decolorata exulceratæ partis excidenda esse, sed

ſed abſolutè abſcindi, quæ coitionem morantur, iubet, ac nouari. Ac, ſi quidem ſubmouere cauſas, quæ glutinationem morantur, ſuaderet, & vetus ea ratio eſſet, nec ipſe eum accuſarem; præcipitur enim ab omnibus ferè antiquis medicis, quicunque ratione quadam, ac methodo de vlcerum curatione ſcripſerunt, cauſas, quæ illa creant, abſcindendas eſſe, æquè arbitror, vt cæterorum omnium morborum. Non enim in vlceribus, manente adhuc cauſa ea efficiente, hanc prius tolli expedit, in alijs morbis non expedit; ſed omninò in omnibus, in quibus effectrix cauſa adhuc manet, ab hac inchoanda curatio eſt. Quòd ſi, quæ coitionem impediunt, non dixit de omnibus cauſis, quæ eam impedire poſſunt, ſed de labris tantùm, veluti ex ijs, quæ ſubiecit, oſtendit, plus certè neſcire, quàm ſcire eorum quæ ad vlceris curationem ſpectant, videtur. Quippe fieri aliquando poteſt, vt & hæc cauſa ſola ſit, quominus ſaneſcat vlcus; poteſt etiam (vt dictum eſt) cauſa eſſe, & quæ citra tumorem præter naturam ſit in exulceratis partibus intemperies; & quæ cùm tumore quidem aliquo coniuncta ſit, non tamen qui omninò ſibi labra excidi deſideret; poteſt & ſcirrhus ſuperiacens, vel lien auctior, vel in iecinore vitium aliquod, prætérque hæc omnia imbecillitas partis ægræ, quæ ipſa quoque intenſa quædam eſt intemperies, quinetiam vitioſus in toto corpore ſuccus maxima cauſarum, quæ noxam vlceribus inferre poſſunt. Vexat ſanè non minus vlcera, & quæ plethora vocatur. Horum quodque ſi adimi Theſſalus iubeat, laudo hominem, ceu veteribus ſubſcribentem; ſin labra tantùm, vnum nouit ex multis, ſed quod nec caprarios lateat. Quippe, ſi caprarius vlceris labra dura, & calloſa, & liuida, & nigra, & alio quopiam notabili coloris vitio videat, prorſus ea circuncidere non dubitabit. Eſt enim circuncidere res promptiſſima, maius verò quippiam, atque artis egens, medicamentis ſanare. Theſſalus autem nec quæ labra molliri medicamentis poſſunt, vnquam nouit; quippe fatentur, eum penitus hanc artis partem declinaſſe, ita vtique, vt ipſe quoque indicat; nec omninò experientiam, rationalémve ſcientiam de vllo medicamento viſus eſt habere, quod ipſum quoque ex libro eius de medicamentis oſtenditur. Verùm de ijs, quæ ibi non rectè ab eo ſunt prodita, in progreſſu operis dicemus; nunc de diuturnorum vlcerum ſanatione, quam in priùs poſita dictione tradidit, paramus diſſerere. Sanè melius fuerat non diuturna, ſed cacoethe ea vocaſſe, tum naturam eorum narraſſe, & cauſas generationis eorum expoſuiſſe, curationémque cuiuſque, primum quidem communem omnium, quatenus vlcera ſunt, qualem in tertio libro deſcripſi; deinde priuatam cuiuſque pro efficientis cauſæ ſpecie, veluti in hoc libro docui. Hic quum nihil horum fecerit, & nouandum vlceratum locum cenſeat, & vbi inſtar recentis vulneris fecerit, vt cruenta ſanandum. Hoc ſanè, per Aeſculapium, quis operibus artis exercitatus euidentiſſimè intelliget ab eo eſſe ſcriptum, qui nunquam vlcus curauit. Sanarene vlcus diuturnum, vt cruentum, quiſquam poteſt, vbi id ſimile recenti vulneri fecerit? vtrumne labris eius fibula adductis, an ſutura coniunctis, an potius horum nullo, ſed medicamento quod cruentis ſit aptum, & cum hoc ſola deligatura fretus?

ἀλλ' ἁπλῶς ἐκκόπτειν κελεύει τὰ κωλύοντα τὴν σύμφυσιν καὶ νεωτεροποιεῖν. εἰ μὲν οὖν ἐκκόπτειν τὰ κωλύοντα τὴν σύμφυσιν αἴτια συνεβούλευε, παλαιός τ' ἂν ἦν ὁ τοιοῦτος λόγος· ἐγώ τε, οὐδὲν ἂν ἐμεμφόμην αὐτῷ, εἴρηνται γὰρ ὑπὸ πάντων σχεδὸν τῶν παλαιῶν ἰατρῶν, ὅσοι γε λόγῳ τινὶ καὶ μεθόδῳ περὶ θεραπείας ἑλκῶν ἔγραψαν, ὡς ἐκκοπτέον ἐστὶ τὰς ἐργαζομένας αἰτίας αὐτά, καθάπερ οἶμαι καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων νοσημάτων. οὐ γὰρ δὴ ἐπὶ μὲν τῶν ἑλκῶν, ἔτι μενούσης τῆς ποιούσης αὐτὰ αἰτίας, κάλλιον ἐκείνην προτέραν ἐκκόπτειν, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων νοσημάτων, οὐ κάλλιον; ἀλλ' ἐπὶ πάντων ἁπλῶς, ὧν τὸ ποιοῦν ἔτι πάρεστιν, ἀπ' ἐκείνου τῆς θεραπείας ἀρκτέον. εἰ δὲ τὰ κωλύοντα τὴν σύμφυσιν, οὐκ ἐπὶ τῶν αἰτίων ἁπάντων ὅσα τοῦτο πέφυκε δρᾶν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χειλῶν εἴρηκε μόνον, ὡς ἐξ ὧν ἐπιφέρει δῆλός ἐστιν, πλέον ἀγνοεῖν ἔοικεν, ἢ γινώσκειν εἰς ἑλκῶν ἴασιν. εἴη μὲν γὰρ ἄν ποτε καὶ τοῦτο μόνον αἴτιον τοῦ μὴ θεραπεύεσθαι τὸ ἕλκος· εἴη δ' ἂν οὐδὲν ἧττον, ὡς εἴρηται, καὶ ἡ χωρὶς ὄγκου παρὰ φύσιν ἐν τοῖς ἡλκωμένοις μέρεσι δυσκρασία, καὶ ἡ μετ' ὄγκου μέν τινος, ἀλλ' οὐ πάντως τοῦ γε περιτομῆς δεομένου. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι σκίρρος ὑποκείμενος, ἢ σπλὴν μέγας, ἤ τις ἐν ἥπατι κακοπραγία, καὶ χωρὶς τούτων ἁπάντων, ἀτονία τοῦ μέρους αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος, ἐπίτασις οὖσα δυσκρασίας καὶ ἥδε· καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ καθ' ὅλον τὸ σῶμα κακοχυμία, μέγιστον τῶν αἰτίων, ὅσα λυμαίνεσθαι τοῖς ἕλκεσι πέφυκεν. ἐνοχλεῖ δὲ οὐδὲν ἧττον αὐτοῖς καὶ ἡ καλουμένη πληθώρα. τούτων ἕκαστον εἰ κελεύοι ἐκκόπτειν Θεσσαλός, ἐπαινῶ τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἑπόμενον τοῖς παλαιοῖς· εἰ δὲ τὰ χείλη μόνον, ἓν ἐκ πολλῶν ἔγνωκε, ὃ μηδὲ τοὺς αἰπόλους λανθάνει. εἰ γὰρ σκληρά, καὶ τετυλωμένα, καὶ πελιδνά, καὶ μέλανα, καί τινα ἄλλην ἐπίσημον ἀχροιαν ἔχοντα θεάσαιτό τις αἰπόλος, ἕλκους χείλη, πάντως τολμήσει περικόπτειν αὐτά. καὶ γάρ τοι καὶ προχειρότατόν ἐστι τὸ περικόψαι· μεῖζον δέ γε, καὶ τεχνικώτερον, ἰᾶσθαι φαρμάκοις. Θεσσαλὸς δέ, οὔτε τῶν ὑπὸ φαρμάκων δυναμένων μαλαχθῆναι χειλῶν, εἰς γνῶσιν ἧκέ ποτε; καὶ γὰρ καὶ λέγουσιν αὐτὸν ἀποστῆναι τελέως τοῦ τοιούτου μέρους τῆς τέχνης, ὥσπερ οὖν ἐμφαίνει καὶ αὐτός, οὔθ' ὅλως ἐμπειρίαν, ἢ λογικὴν ἐπιστήμην ἔοικεν ἔχειν οὐδενὸς φαρμάκου· καθότι καὶ τοῦτο διὰ τοῦ περὶ φαρμάκων ἐνδείκνυται βιβλίου. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐν ἐκείνοις οὐκ ὀρθῶς εἰρημένων, ἐπὶ προσήκοντι τῷ λόγῳ διαλέξομαι· περὶ δὲ τῆς τῶν χρονίων ἑλκῶν ἰάσεως, ἣν ἐν τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει Θεσσαλὸς ἐποιήσατο, πρόκειταί μοι, τό γε νῦν εἶναι διελθεῖν. ἄμεινον μὲν ἦν δήπου μὴ χρόνια καλεῖν, ἀλλὰ κακοήθη ταῦτα, καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν ἐκδιηγήσασθαι, καὶ τὰς αἰτίας τῆς γενέσεως εἰπεῖν, καὶ τὴν θεραπείαν ἑκάστου, τὴν μὲν ὡς ἐφ' ἕλκει κοινὴν ἁπάντων αὐτῶν, οἵαν ἐν τῷ τρίτῳ γράμματι διῆλθον· ἰδίαν δ' ἐφ' ἑκάστου, κατὰ τὸ τῆς ἐργαζομένης αἰτίας εἶδος, ὡς ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ διωρισάμην. ὁ δέ, οὐδὲν τούτων ποιήσας, καὶ νεωτεροποιεῖν τοὺς ἡλκωμένους τόπους ἀξιοῖ, καὶ παραπλήσια τοῖς νεοτρώτοις ἀπεργασάμενος, ἐναίμους ἰᾶσθαι. τοῦτο μέν γε ναὶ μὰ τὸν Ἀσκληπιόν, ἐναργῶς ἄν τις γνωρίσειε τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ἐγγεγυμνασμένος, ὡς ὑπ' ἀνθρώπου γέγραπται ταῦτα μηδέποτε προνοήσαντος ἕλκους. ἐναίμως ἰᾶσθαι δύναταί τις, ἕλκος χρόνιον ὅμοιον τοῖς νεοτρώτοις ἐργασάμενος, ἀγκτῆρσι συναγαγών, ἢ ῥάψας αὐτοῦ τὰ χείλη· ἢ τούτων μὲν οὐδενί, ἐναίμῳ δέ τινι φαρμάκῳ, καὶ μόνῃ σὺν αὐτῷ θαρρήσας ἐπιδέσει;

τίς οὐκ οἶδεν ὡς πᾶν ἕλκος κακόηθες, εὐθὺς καὶ κοῖλόν ἐστιν, ὡς ἂν ἐξ ἀναβρώσεως γιγνόμενον; ἆρ' οὖν, ὦ σοφώτατε Θεσσαλὲ, πρὶν σαρκωθῆναι τὸ κοῖλον ἕλκος, εἰς σύμφυσιν ἀχθῆναι δύναται; ἢ οὐ τοῦτ' ἔστι τὸ ἐναίμως ἰᾶσθαι; μάτην τοίνυν αὐτὸς σὺ, τῶν κοίλων ἑλκῶν τὸν σκοπὸν, οὐ κόλλησιν, ἀλλὰ πλήρωσιν ἔγραψας. εἰ δὲ καὶ μὴ δι' ἑαυτὸ κοῖλον ἦν ἅπαν ἕλκος κακόηθες, ἀλλά τοί γ' ἐν τῷ νεωτεροποιεῖν, αὐτὰ τὰ χείλη περικόπτοντας ὡς σὺ κελεύεις, ἐξ ἀνάγκης οἶμαι καὶ κοῖλον γίνεσθαι, καὶ πλείστην ἴσχειν τῶν χειλῶν τὴν διάστασιν· ὥστ' οὐκ οἶδα, πῶς ἔτι κολλήσεις αὐτὸ, καὶ συμφύσεις ἐναίμως. εἰ γὰρ προσάγειν ἐπιχειρήσεις βιαίως τὰ διεστῶτα πάμπολυ χείλη, φλεγμανεῖ μὲν ἐξ ἀνάγκης, οὐ συμφύσεται δὲ, τούτου καὶ μόνου συνιέναι μοι δοκεῖ καὶ Θεσσαλός· ἐπιφέρει γοῦν, κἂν μὴ κρατηθῇ, παρηγορεῖν τὴν φλεγμονήν. ἄμεινον δ' ἦν γράψαι, καὶ μὴ κρατηθέντων, παρηγορεῖν τὴν φλεγμονὴν, ἐξ ἀνάγκης γὰρ οὐ κρατηθήσεται. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο συγχωρηθείη τῷ Θεσσαλῷ, καὶ παρέλθοιμεν αὐτὸ, καὶ μὴ λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζοιμεν, ὅτι γε τελέως ἀποκεχώρηκε τῆς κοινότητος ἧς αὐτὸς ὑπέθετο, πρόδηλον παντί. εἰ γὰρ τὸ ἐμποδίζον ἐξαιρήσομεν, οὐδὲν ἔτι περὶ τῆς τῶν χρονίων ἑλκῶν ὡς χρονίων κοινότητος ληψόμεθα. ἀλλ' ἔστω καὶ τοῦτο. θεασώμεθα δὲ τὰ ἐφεξῆς, γράφει γοῦν ὧδε. τὰ δὴ εἰς οὐλὴν ἐρχόμενα, καὶ ἀναλυόμενα, κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμοὺς, καὶ τὰς ἑλκώσεις, ὁμοίως θεραπεύειν τοῖς προσφάτως φλεγμαίνουσι. μετὰ δὲ ταῦτα, φησί· φοινίσσειν τὰ κύκλῳ μέρη τῷ διὰ τοῦ νάπυος μαλάγματι. τί φῄς, ἄνθρωπε, κἂν δριμὺ, κἂν θερμὸν ῥεῦμα τὸ φερόμενον ᾖ, φοινίσσειν χρὴ νάπυϊ τὸ μόριον; ἵν' ὅπερ ἐν πολλῷ χρόνῳ πάσχειν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἔμελλεν, ὑπὸ τοῦ Θεσσαλείου ταχέως πάθοι φαρμάκου, πᾶν ἑλκωθέν τε καὶ ἀναβρωθέν; τὰς γὰρ διὰ ψύξιν, ἢ ὑγρότητα πολλὴν, ἄνευ θερμασίας ἐπιφανοῦς, ἀτονίας τῶν μερῶν, φοινιγμοῖς ἐθεράπευον οἱ παλαιοί. σὺ δ' ἑξῆς ἐπὶ πάντων χρᾷ, πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο μὴ διορισάμενος, εἴτε δι' ἀτονίαν τοῦ μέρους, εἴτε διὰ κακοήθειαν τοῦ ῥεύματος, οὐ θεραπεύεται τὸ ἕλκος. ἔπειτα δ' ὑπαλλάττων τὴν τάξιν. ὅταν γὰρ καταπλάσας τῷ νάπυϊ τὸ μέρος, ἀνύσῃς μηδὲν, ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς σώματος ἔρχῃ θεραπείαν· ἔμπαλιν δ' οἶμαι, καὶ τῷ λόγῳ, καὶ τῇ πείρᾳ περὶ τούτων ἐγνῶσθαι, τὸ σύμπαν σῶμα πρότερον ἀπέριττον ἐργασαμένους, τολμᾶν ἐπιφέρειν τι τῷ μορίῳ, θερμαῖνον καὶ δριμὺ φάρμακον. ἕλκειν γὰρ ἐφ' ἑαυτὰ πέφυκεν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, δίκην σικύας. ἐὰν μὴ φθάσῃς κενώσας αὐτὸ, χορηγίαν ῥεύματος ἐγκαταλείψεις τῷ δριμεῖ φαρμάκῳ. τοῦτο καὶ τοῖς ἐμπειρικοῖς ἰατροῖς ὡμολόγηται, καὶ τοῖς δογματικοῖς· τοῦτο καὶ τοῖς ἀρίστοις ἔδοξε τῶν φιλοσόφων· ἐπεὶ γὰρ κἀκείνων μέμνηται Θεσσαλὸς, οὐ χεῖρον αὐτοὺς ἐπικαλέσασθαι μάρτυρας, ὡς ὀφθαλμὸν οὐκ ἐγχωρεῖ καλῶς ἰάσασθαι πρὸ τῆς ὅλης κεφαλῆς, οὐδὲ ταύτην, ἄνευ τοῦ παντὸς σώματος. οὕτως Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐγίνωσκεν ὑπὲρ νοσημάτων ἰάσεως· οὕτω δὲ καὶ Ἱπποκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πραξαγόρας, καὶ Πλειστόνικος, καὶ πάντες οἱ παλαιοί. Θεσσαλὸς δὲ μόνος ἔμπαλιν, ἐπὶ τὸ διὰ τοῦ νάπυος ἥκει φάρμακον πρῶτον· εἶθ' ὕστερον ἐπιμελεῖται τοῦ παντὸς σώματος· ἔοικεν οὐδ' ἐνταῦθα φρονίμως οὐδὲν ὑποτιθέμενος.

Quis est qui non norit, vlcus omne cacoethes statim etiam cauum esse, vt ex rosione natum? Nunquid igitur, sapientissime Thessale, fieri potest, vt coalescat cauum vlcus priusquàm cauitas carne sit impleta? an non est hoc, vt cruentum, sanare? Ergo ipse tu frustra cauorum vlcerum curandorum indicationem non esse glutinationem, sed impletionem scripsisti. Quòd si etiam non esset ex se cauum omne vlcus cacoethes, certè dum (vt tu præcipis) excisis videlicet labris, vt cruentum efficitur, ex necessitate cauum fit, maximámque conquirit labrorum distantiam; adeò, vt non videam, quomodo id glutines, & coire, vt cruentum, facias. Nam si adducere violenter labra, quæ plurimùm distant, tentabis, phlegmonen necessariò accersent, nec coalescent; id, quòd tantùm intelligere mihi Thessalus videtur; Subdit enim *si non fuerint victa, vt phlegmonen mitiges.* Satius verò fuerat scribere; quum non vincentur, vt phlegmonen mitiges; nam necesse est non esse vincenda. Verùm, vt hoc quoque Thessalo donetur; atque id transeamus, nec valde anxiè examinemus, illud cuiuis apertum est, quod à communitate, quam ipsemet tradidit, prorsus recessit. Nam si, quod obstat, auferemus, nihil amplius de communitate diuturnorum vlcerum, quà diuturna sunt, sumemus. Sed detur hoc quoque. Videamus, quæ sequuntur; scribit enim ad hunc modum. *Quæ ad cicatricem veniunt, rursus se aperiunt, hæc in accessione, & vlceratione similiter curabis ijs, quæ recenter vexata phlegmone sunt.* Post hæc subdit; *Malagmate, quod ex sinapi semine fit, circumpositis partibus ruborem excitandum.* Quid ais homo, etiamsi acre, & calidum sit, quod influit, rubefieri partem ex sinapi semine oportet? vt quod in multo tempore contrahere ex fluxione debebat, id statim ex Thessalio medicamento obtineat, tota videlicet vlcerata, atque erosa? Nam veteres eas partium imbecillitates, quæ vel ex frigore, vel plurimo humore, citra manifestum calorem acciderant, phænigmis curabant. Tu in omnibus deinceps vteris; primùm nullo facto discrimine, proptérne partis imbecillitatem, an propter fluxionis malitiam, non sanetur vlcus. Deinde ordinem inuertis. Nam, quum sinapi partem vsseris, nec quicquam profeceris, tum ad corporis totius curationem accedis; quum contra, vt arbitror, tum ratione tum experimento de ijs sit statutum, vt toto priùs corpore à superuacuis liberato, tum calidum aliquod, acréque medicamentum parti admouere sit audendum; quippe eiusmodi medicamenta omnia cucurbitæ ritu ad se trahere à toto corpore sunt habilia. Itaque, nisi id priùs vacuaueris, materiam fluxionis acri medicamento relinques. Hoc enim tum Empirici medici fatentur, tum Dogmatici; hoc philosophorum optimi senserunt; nam quum eorum quoque meminerit Thessalus, non alienum sit eos citare testes; quòd oculum rectè sanare, ante totum caput non licet, neque hoc, ante totum corpus. Sic Aristoteles, ac Plato de morborum curatione senserũt; sic sanè, & Hippocrates, & Diocles, & Praxagoras, & Plistonicus, & veteres vniuersi. Thessalus verò solus non sic, sed primùm ad medicamentum ex sinapi venit; post de toto corpore solicitus est, ne hic quidem prudenter quicquam docens.

Nam

Nam, quum liceat, corpore medicamento purgante semel vacuato, mox salubri victu ipsum reficere, hîc vociferationum meminit, exercitationúmque, & gestationum, & victus certo ambitu mutati, tum vomitionis ex radicula, mox summam his imponit, ipsum veratrum; idem scilicet, qui sine vllo magno negocio omnia sanare promisit. Ego verò, ne intelligere quidem possum, quomodo quisquam, aut deterius, aut maioris temporis dispendio, aut inani magis opera, vlcus sanauerit. Age igitur, sicut vsu nonnunquam vidimus, sic verbis quoque hominem fingamus, cui sanari vlcus cacoethes sit opus. Esto aliquis, qui cætera quidem sit sanus, sed ex scabenda de repente quapiam parte, veluti brachio, pustulam statim excitarit; mox eadem ipsa pars iterum pruritu vexetur, pustuláque dirupta, vlcus decolor inæqualiter erosum gignatur; atque hæc in tribus quatuórve diebus à principio inciderint; dicat mihi hîc quispiam ex medicis Thessalijs, quonam pacto sanare eiusmodi vlcus conueniat. Ego nanque cacoethes omninò id dico; & ob id, qualis sit totius corporis affectus, statim considerabo; inueniam nanque, tum ex vlceris ipsius symptomatis, tum ex signis totius corporis apparentibus, cuius maximè generis sit is, qui redundat succus; atque hunc medicamento protinus educam, nec protraham, dum totus hominis cubitus affectum quendam malignum rebellémq; curatione contrahat. At Thessali sectatores, ipsius videlicet præcepta seruantes, primùm expectabunt, dum vlcus inueteratum sit, quò in mirificam illam inueteratorum vlcerum communitatem recidat; quasi non longè melius esset malignorum vlcerum, non autem inueteratorum communitatem, quæ curationem indicaret, tradere. Mox duorum alterum, aut excident, & ceu recens vulnus reddent, ac veluti ad glutinandum partes eius adducent; aut primùm, quod ex sinapi conficitur, medicamento vtentur; quo non proficiente, ad sublatas voces, & gestationes, & reliquas exercitationes, & victum per circuitus mutandum confugient; ab ijs vomitionem ex radicula mouebunt; quòd si his vlcus non sanabitur, veratrum dabunt; Sin nec id profecerit, hominem in Libyam ablegabunt; nam id quoque adijcere debuit Thessalus, post eximiam illam contumacium vlcerum curationem. Itaque in vociferationibus, gestationibus, & alijs eiusmodi immoratur, quasi malum habitum corporis non vitium humorum curent. Et quid miri, si tum fatentur se vlcus cacoethes nouissimè consistens non nosse; tum verò, dum sit inueteratum, ac sæpè cicatricem ducat, sæpè se aperiat, manent, antequam, quid facto opus sit, intelligant; vbi etiam eos, qui quoquo modo febricitent, accessionem, quæ tertio die futura, non futuráve est, transire censent; adeò videlicet ad vnguem contemplationem de crisi pernouerunt, aut summũ morbi incrementum futurum prospicere possunt. Quid igitur sæpè accidit? Nempe tabescere in lectulis horum culpâ homines, qui statim secundo die explicari potuissent. Non enim semel nos, aut bis, térve, sed sexcenties, tum ipsi multos febricitantes simul, vt prima accessio desiit, lauimus; tum præceptores nostros id ipsum facere vidimus; intrepidéque de cætero victitare permisimus, ceu post febre cárituros; quos sapientissimus Thessalus, qui primam tridui

ἐξὸν γὰρ, ἅπαξ ἐκκενώσαντα τὸ σῶμα καθαίροντι φαρμάκῳ, μετὰ τοῦτο χρηστῶς ἀναθρέψαι, ἀναφωνήσεώς τε μέμνηται καὶ γυμνασίων, αἰωρήσεών τε, καὶ διαίτης ἐκ περιόδου μεταβαλλομένης, καί τινος ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτου· κἄπειτα τὸν κολοφῶνα τούτοις ἐπάγει, τὸν ἐλλέβορον αὐτὸν, ὁ χωρὶς περιεργίας ἐπαγγελλόμενος ἅπαντα θεραπεύειν. ἐγὼ δ᾽ οὐδ᾽ ἐπινοῆσαι δύναμαι, πῶς ἄν τις χεῖρον, ἢ μακρότερον, ἢ περιεργότερον ἕλκος ἰάσαιτο. φέρε γὰρ, ἵν᾽ ὥσπερ ἔργῳ πολλάκις ἑωράκαμεν, οὕτω καὶ τῷ λόγῳ πλάσωμεν ἄνθρωπον ἰάσεως ἕλκους κακοήθους δεόμενον. ἔστω τις ὑγιαίνων μὲν τἄλλα, κνησάμενος δ᾽ ἐξαίφνης ὁτιοῦν μόριον, εἰ βούλει πῆχυν, ἐργασάσθω παραχρῆμα φλυκταίναν· εἶτ᾽ αὖθις καὶ αὖθις κνησμώδες γενέσθω τοῦτο τὸ μόριον· ἐκραγείσης δὲ τῆς φλυκταίνης, ἕλκος κακόχρουν, ἀνωμάλως ἀναβιβρωσκόμενον γενέσθω· καὶ ταῦτ᾽ ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ἡμέραις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συμπιπτέτω. λεγέτω δή τις ἐν τῶν μοι τῶν Θεσσαλείων ἰατρῶν, ὅντινα χρὴ τρόπον ἰᾶσθαι τὸ τοιοῦτον ἕλκος. ἐγὼ μὲν γάρ φημι, κακόηθές τε πάντως ὑπάρχειν αὐτό· καὶ διὰ τοῦτο συνεπισκέψομαι παραχρῆμα τὴν τοῦ παντὸς σώματος διάθεσιν, ὁποία τίς ἐστιν. εὑρήσω γὰρ ἔκ τε τῶν περὶ τὸ ἕλκος συμπτωμάτων, κἀκ τῶν περὶ σύμπαν τὸ σῶμα φαινομένων σημείων, ὁποῖος μάλιστα τὴν ἰδέαν ἐστὶν ὁ πλεονάζων χυμός· καὶ τοῦτον ἐκκενώσω φαρμάκῳ παραχρῆμα· καὶ οὐκ ἀναμενῶ τὸν πῆχυν ὅλον τοῦ ἀνθρώπου, διάθεσίν τινα κακοήθη καὶ δυσίατον σχεῖν. οἱ δ᾽ ἀπὸ τοῦ Θεσσαλοῦ, τὰς ἐκείνων δηλονότι φυλάττοντες ὑποθήκας, πρότερον ἀναμένουσι χρόνιον γενέσθαι τὸ ἕλκος, ἵν᾽ εἰς τὴν θαυμαστὴν ἐμπέσῃ κοινότητα τῶν χρονίων ἑλκῶν, ὥσπερ οὐκ ὂν ἄμεινον μακρῷ, κακοηθῶν ἑλκῶν, ἀλλὰ μὴ χρονίων, ἐνδεικτικὴν θεραπείας ὑποθέσθαι κοινότητα. εἶτα δυοῖν θάτερον, ἢ ἐκκόψουσι, καὶ νεωτεροποιήσουσι, καὶ σκευάζουσιν ὡς εἰς κόλλησιν, ἢ πρότερον μὲν, τῷ διὰ τοῦ νάπυος χρήσονται φαρμάκῳ· τούτου δ᾽ ἀνύσαντος μηδὲν, ἐπὶ τὰς ἀναφωνήσεις τε καὶ τὰς αἰωρήσεις, καὶ τὰ ἄλλα γυμνάσια, καὶ τὰς τῆς διαίτης κατὰ περιόδους μεταβολὰς ἀφίξονται· κἄπειτα καὶ τοῖς ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτοις χρήσονται· καὶ μηδὲ τούτων ἰασαμένων τὸ ἕλκος, ἐλλέβορον δώσουσιν· ἂν δὲ μηδ᾽ οὗτος ἀνύσῃ μηδὲν, ἀποπέμψουσιν εἰς Λιβύην τὸν ἄνθρωπον· ἔτι γὰρ τοῦτ᾽ ἔδει προσγεγραφέναι τὸν Θεσσαλὸν, ἐπὶ τῇ θαυμαστῇ τῶν ἑλκῶν τῶν κακοηθῶν ἰάσει. καταπείθεται γοῦν ἐν ἀναφωνήσεσιν, αἰώραις τε, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὥσπερ καχεξίαν, ἀλλ᾽ οὐ κακοχυμίαν θεραπεύων. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ μήτε γνωρίζειν ὁμολογοῦσιν ἄρτι συνιστάμενον ἕλκος κακόηθες, ἀναμένουσί τε χρόνιον αὐτὸ γενέσθαι, καὶ πολλάκις μὲν ἐπουλωθῆναι, πολλάκις δὲ ἀναλυθῆναι, πρὶν τοῦ γνῶναι τί ποιητέον ἐστὶν, ὅπου καὶ τοὺς ὁπωσοῦν πυρέξαντας ὑπερβάλλειν ἀξιοῦσι, τὴν διὰ τρίτης ἡμέρας, ἤτοι γενησόμενον, ἢ μὴ γενησόμενον παροξυσμόν· οὕτως ἀκριβῶς ἄρα τὴν περὶ κρίσεων ἐκμεμαθήκασι θεωρίαν, ἢ τῆς μελλούσης ἀκμῆς τοῦ νοσήματος ὑπάρχουσι προγνωστικοί. τί δὴ συμβαίνει πολλάκις; ἐπὶ τῆς κλίνης κατασήπεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπ᾽ αὐτῶν, ἀπαλλάττεσθαι δυναμένους εὐθὺς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν. οὐχ ἅπαξ γὰρ ἡμεῖς, ἢ δὶς, ἢ τρὶς, ἀλλὰ μυριάκις αὐτοί τε πολλοὺς τῶν πυρεξάντων ἐλούσαμεν, ἅμα τῷ παύσασθαι τὸν πρῶτον παροξυσμόν· τούς τε διδασκάλους ἡμῶν ἐθεασάμεθα τοῦτο ποιοῦντας· ἀδεῶς τε τῷ λοιποῦ διαιτᾶσθαι συνεχωρήσαμεν, ὡς οὐκ ἂν ἔτι πυρέξοντας, οὓς ὁ σοφώτατος Θεσσαλὸς, ὁ τὴν πρώτην

διάτριτον ἐξευρὼν, ἐπεξήρανεν ἂν ὅλαις, οἶμαι, τρισὶ λιμοκτονήσας ἡμέραις· εἶθ' οὕτως ἔθρεψεν ἂν, οἶμαι δηλαδὴ μετρίως τεταρταίους. εἶτα κατ' ὀλίγον ἀνακομίζων, μόλις ἑκταίους ἢ ἑβδομαίους ἀπέλυσεν ἂν ἐπὶ τὰ συνήθη τοὺς ἅπαξ πυρέξαντας. οὕτως ἀεὶ κατασήπουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐν τοῖς πάθεσι, κἂν ἀπαλλαγῆναι ῥᾳδίως αὐτῶν ᾖ δυνατόν. ὀλιγίσταις οὖν ἡμέραις, οἷόν τε θεραπευθῆναι κακόηθες ἕλκος ἀρχόμενον, ὁ Θεσσαλὸς εἰς ἐνιαυτὸν, ἢ καὶ πλείονα χρόνον ἐκπίπτειν ἐᾷ. τὸ γὰρ ἀναμένειν πολλάκις μὲν αὐτὸ συνουλωθῆναι, πολλάκις δ' ἀναλυθῆναι, ἵν' εἰδῇ εἰ κακόηθες, κἄπειτα τῆς θεραπείας ἀρξάμενον, οὐδ' οὖν οὐδὲ τότε καθαίρειν εὐθὺς, ἀλλὰ τῷ διὰ τοῦ νάπυος μὲν πρῶτον, εἶτ' αἰώραις, ἀναφωνήσεσί τε καὶ διαίταις χρῆσθαι, κἄπειτα ῥαφανίσιν, εἶθ' οὕτως ἐλλεβόρῳ, τί ἄλλο, ἢ ἐνιαυτὸν ἀναμένοντός ἐστιν; εἶτ' ὦ πρὸς θεῶν, ἓξ ἡμερῶν, ἢ τὸ πλεῖστον ἑπτὰ, δυναμένου τὸν ἄνθρωπον τεθεραπεῦσθαι, μῆνας ἀναμενοῦμεν πολλούς· ἵνα δηλαδὴ πρῶτον μὲν γνῶμεν εἰ χρόνιόν ἐστιν, ἔπειτα δ' ἀρξώμεθα τῆς θεραπείας; καὶ τίς ἦν ἀνάγκη, χρονίων ἑλκῶν ἰδίαν ὑποθέσθαι κοινότητα, μηδὲν εἰς τὰς ἰάσεις ἡμᾶς ὠφελοῦσαν; ἐνὸν μὴ χρονίων, ἀλλὰ κακοηθῶν, οὐ κοινότητα μὰ Δία, οὐδὲ τούτων ἐνδεικτικὴν, ἀλλὰ θεραπείαν γράψαι. συμβέβηκε μὲν γάρ τισιν ἕλκεσί τε καὶ νόσοις κακοήθεσιν ὑπάρχειν, οὐ μὴν ἀπὸ τούτου γε, ἡ τῆς θεραπείας ἔνδειξις, ἀλλ' ἡ μὲν διάθεσις αὐτὴ, τὸν πρῶτον τῆς ἰάσεως ὑπαγορεύει σκοπόν· ἐξ ἐκείνου δ', εὑρίσκεται τὰ ποιητέα, καθ' ὃν ἐγὼ διελήλυθα τρόπον. ὥστε τοῦτ' ἐστὶ τὸ μεθόδῳ θεραπεύειν, ὃ ποιοῦμεν ἡμεῖς, ἑπόμενοι τοῖς παλαιοῖς· εἴ γε χρὴ τὴν μέθοδον, ὁδόν τινα εἶναι καθόλου μίαν ἁπάντων κοινὴν τῶν κατὰ μέρος. ὁ δέ γε κἂν τούτῳ σφάλλεται, καὶ τὸ πάντως ὑπάρχον τοῖς ὁπωσοῦν μεθόδῳ ποιοῦσι, τοῦτο τὴν μέθοδον αὐτὴν εἶναι νομίζει. γνῶσιν μὲν γὰρ ἔχειν ἀναγκαῖόν ἐστι τὸν μεθόδῳ πᾶν ὁτιοῦν ἐργαζόμενον, ὁμοιότητός τε καὶ ἀνομοιότητος, οὐ μὴν αὐτό γε τοῦτ' ἔστιν ἡ μέθοδος, ὁμοίου τε καὶ ἀνομοίου γνῶσις. οὐδὲ τοῦτο λέγει Πλάτων ἢ Ἀριστοτέλης, ὧν τολμᾷ καταψεύδεσθαι Θεσσαλός· ἀλλὰ γὰρ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ταῦτ' ἐξελέγχειν. αὖθις οὖν ἐπὶ τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ἐπάνειμι, καὶ δείξειν ἐπαγγέλλομαι τήν τε ἀρχὴν αὐτῆς μίαν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἰάσεσι, τήν τε ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὁδὸν ἕως τοῦ τέλους, ὁμοίαν ἐν ἅπασι τοῖς κατὰ μέρος. ὥστ' εἰ καὶ καθ' ἕκαστον πάθος, ἰδία τις φαίνοιτο μέθοδος ἰάσεως, ἀλλὰ τό γε κοινὸν ἐφ' ἁπάσαις γένος ἓν ὑπάρχει. ἄρχεσθαι μὲν γὰρ ἀεὶ χρὴ τῆς ἐνδείξεως, ἀπὸ τῆς διαθέσεως ἣν θεραπεύειν ἐπιχειροῦμεν· ἐπισκέπτεσθαι δὲ, καὶ διορίζεσθαι, πότερον ἤδη πέπαυται τὸ ποιῆσαν αἴτιον τὴν διάθεσιν, ἢ καὶ νῦν ἔτι συνεπαύξει τε, καὶ ποιεῖ· κἄπειτα πεπαυμένου μὲν, ἐπὶ τὴν ἐν τῷ τρίτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων εἰρημένην μέθοδον ἰτέον· ἔτι δὲ ποιοῦντος, ἐπὶ τὴν ἐν τῷδε. τῇ γὰρ αὐτῇ μεθόδῳ τῇδε, καὶ φλεγμονῆς, καὶ πυρετοῦ, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν νοσημάτων τὰς ἰάσεις, ἐξευρήσομεν, εἰ μὲν μηκέτι γίγνοιτο μηδὲν, μὴ προσαρχώμενοι τοῖς προηγησαμένοις αἰτίοις, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μόνης τῆς διαθέσεως ὁρμώμενοι. εἰ δέ τι καὶ νῦν γίγνοιτο, καὶ διπλοῦν σκοπὸν τῆς θεραπείας ὑποτιθέμενοι, καὶ τἄλλ' ἑξῆς ὡς εἴρηται ποιοῦντες. ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς ἀναισθησίας τῶν ἑπομένων τῷ Θεσσαλῷ, θαυμάζειν ἄξιον· οὐκ ἐπειδὰν

A inediam excogitauit, prorsus arefecisset, totis (puto) tribus diebus fame confectos; mox dein, arbitror, modicè scilicet in quarto die nutriuiset; ab hoc paulatim reficiens, vix sexto, aut septimo, ad consueta munia, qui semel febricitassent, dimisisset. Ita semper homines in morbis tabefaciunt, à quibus vtique facilè possent liberari. Nam quum paucissimis diebus sanari vlcus cacoethes incipiens posset Thessalus, id in annum, aut etiam longius tempus incurrere sinit. Manere nanque, dum id cicatricem sæpe inducat, sæpe etiam se resoluat, vt scias, an cacoethes sit; mox B vbi curationem inceperis, ne tunc quidem corpus statim purgare, sed primùm medicamento ex sinapi, dein gestatione, & vociferatione, & certo victu, pòst radicula, ab his veratro vti; hæc quid aliud, quam annum expectantis, sunt? An per Deum *immortalem*, quum sex diebus aut ad plurimum septem, posset homo curari, multos menses trahemus, quò videlicet primum, an diuturnum vlcus sit sciamus, dein curationem inchoabimus? Et quæ demum necessitas erat propriam inueteratorum vlcerum communitatem tradendi, præser- C tim quum nihil ad curationem conducat, licueritque non inueteratorum, sed cacoethûm, nec horum mehercle communitatem indicatricem, sed curationem scribere? Nam accidit quibusdam tum vlceribus, tum morbis, vt maligni *rebelléſque* ad curandum sint; nec tamen inde curationis indicatio sumitur, sed affectus ipse primam curationis indicationem suggerit; ex ea verò, & quæ sunt agenda, inueniuntur, ad eum modum, quem ipse tradidi. Quare hoc est methodo curare, quod nos facimus, veteres imitantes; si D modò methodum esse oportet vnam quandam vniuersalem viam, quæ omnium particularium sit communis. Hic verò etiam in hoc fallitur, putátque quicquid omninò in ijs habetur, qui methodo aliquid faciunt, ipsam methodum esse. Nam notitiam certè habeat, oportet, tum similis, tum dissimilis qui methodo quiduis molitur; non tam ipsum hoc methodus est, similis dissimilísque notitia; neq hoc Aristoteles Platóve affirmat, quod falsò Thessalus citare audet; verùm hęc ad pręsens refellere non attinet. Quare rursus E ad medendi methodum reuertor, promittóque ostensurum, me tum vnum esse eius in omnibus curationibus principium; tum viam, quæ ab eo principio ad finem vsque ducit, in omnibus particularibus similem esse. Quare etsi in singulis morbis priuata quædam methodus sanandi videtur, commune tamen in omnibus genus vnum est. Auspicari nanque perpetuò oportet ab indicatione, quæ ab affectu, cui mederi paramus, *accipitur*; æstimare verò, ac discernere, an causa quæ affectum excitauit, iam desierit; an nunc quoque ipsum, tum augeat tum faciat; dein, si F desijt, ad eam, quæ in tertio huius operis libro traditur, methodum est veniendum; sin adhuc facit, ad eam, quæ hîc docetur. Quippe eadam hac methodo, tum phlegmones, tum febris, tum omnium vno verbo morborum, remedia inuenias, vtique, si nihil etiamnum fit, de præcedentibus causis non laborans, sed ab ipso tantum affectu ordiens. Sin nunc quoque aliquid fit, duos tibi curationis scopos proponens, tum alia deinceps, vt dictum est, faciens. Sed enim mirari stupiditatem eorum, qui Thessalum sequuntur, est operæ pretium; non vtique, quòd

quòd in talibus delinquunt, sed quòd dyspathias, & metasyncrises, & imbecillitates, & firmitudines, & alia id genus nomina non pauca proferentes, quæ per ea significentur, ne nunc quidem, si interroges, respondere possunt. Nam, quid sit, quod in omnibus diuturnis *vlceribus* transmutare habitudinem, nec similiter inter se omnes, nec clarè, nec prudenter respondent. Atqui si vel antiquum nomen esset, vel ab vllo Græcorum vsurpatum, ex ijs fortassis, quæ illi scriberent, intelligi posset, de quo id negocio dicerent; nunc, quoniam stupiditatis ipsorum proprium est, vtique ex Asclepiadis hypothesi natum, sicut & reliqua eorum placita, æquum profectò est ipsi sua somnia interpretentur; vnde [misceri, discernique corpora] solis ijs, qui corpuscula, & meatus, aut indiuidua, & vacuum, aut denique impatibilia, & inalterabilia prima elementa statuunt, liceat vsurpare, sicut certè vsurpant, & assiduè ipsis nominibus vtuntur. Quinetiam ipse Thessalus in canone, quum hæc principia confirmat, nouat quidem aliquid ibi quoque præter ea, quæ à Themisone, & Asclepiade sunt posita: ceterùm, quod sentit, docet sanè non obscurè. Non enim prorsus, vt Asclepiades, quum in symmetria quadam, exiguorum meatuum sanitatem; in ametria, morbum constitueret; reditum ad pristinam meatuum symmetriam, sanationem putauit: ita Thessalus quoque est arbitratus, sed totum exiguorum meatum statum censet immutandum; atque ex hac opinione processit metasyncriseos nomen, idem *planè* indicans potestate, quod metaporopœesis, *seu exiguorum meatuum status mutatio*. Cæterùm non decebat ipsum, in quibus fugere ab incertis obscurísque iubet, & solis ijs communitatibus, quę euidenter apparent animum intendere, in ijs quoque Dogmaticorum vti nominibus. At ne dogmaticè ipsum audias loquentem, inquiunt, sed simpliciter; nam ita ferre suppetias ex sectatoribus eius quidam solent ad aliud rursus nomen nos reuocantes, *nempe* [simplicitatem,] quam ne ipsam quidem, quid significet, ipse sanè intelligere possum. Si enim, sicuti ipsi hoc quoque rursus exponunt, ad aliud magis friuolum nomen nos remittentes, *nempe* [communiter] quod ipsum rursus exponentes, significari per id dicunt idem, quod vulgo hominum similiter; vtique tantundem fuerit [simpliciter] ei, quod non definitè, nec exactè, sed sine omni, tum arte, tum scientia; siquidem loquuntur homines magis ad loquendum præcipites artium nomina sub sensibus quibusdam, qui nullo fundamento nitantur; rogati verò quid significent, ostendere clarè non possunt. Quod si hoc, Thessalij isti accidere sibi fatentur, loqui se quædam, nec intelligere se exactè, quæ loquantur, idipsum profectò fatentur, quod nos illis obijcimus. Nam metasyncrisis illa, si quidem de immutanda poropœia *seu exiguorum meatuum statu*, dicatur, certè intellectus aliquid habuerit, significaueritque rem aliquam; cæterùm delirabit multis modis. Nam nec ex corpusculis, & meatibus corpora nostra constant; nec, si hoc verùm esset, posset tamen aliquis docere, qua ratione sinapi meatuum illorum statum immutaret; nec, si id quoque ostendere aliquis posset, consentiens eorum sectæ esset, qui se apparentibus communitatibus contentos esse dicunt.

A ἐν τοῖς τοιούτοις ἁμαρτάνωσιν, ἀλλ' ὅτι δυσπαθείας τε καὶ μετασυγκρίσεις, ἀτονίας τε καὶ ῥώσεις, καὶ πολλὰ τοιαῦθ' ἕτερα λέγοντες ὀνόματα, σημαινόμενα πρὸς αὐτῶν, οὐδέπω καὶ νῦν ἐρωτηθέντες, ἀποκρίνασθαι δύνανται. τί γάρ ἐστι τὸ μετασυγκρίνειν τὴν ἕξιν ἐπὶ τῶν χρονιζόντων ἀπουλώτων, οὔθ' ὡσαύτως ἀλλήλοις, οὔτε σαφῶς, οὔτε νουνεχῶς ἀποκρίνονται. εἰ μὲν οὖν ἢ παλαιόν, ἢ παρά τινι τῶν Ἑλλήνων ἦν γεγραμμένον τοὔνομα, τάχ' ἂν ἴσως ἐξ ὧν ἐκεῖνοι γράφουσιν ἐνοήσαμεν ἐφ' ὅτου πράγματος ἐπιφέρουσιν αὐτό· νυνὶ δέ, τῆς γὰρ τούτων ἐμπληξίας ἐστὶν οἰκεῖον, B ἀπὸ τῆς Ἀσκληπιάδου γεγεννημένον ὑποθέσεως, ὥσπερ καὶ τἆλλα αὐτῶν δόγματα, δίκαιοι δήπουθεν εἰσί, τοὺς ἰδίους ὀνείρους ἐξηγεῖσθαι· ὅθεν συγκρίνεσθαι τὰ σώματα, καὶ διακρίνεσθαι, τοῖς ὄγκους, καὶ πόρους ὑποθεμένοις, ἢ ἄτομα, καὶ κενόν, ἢ ὅλως ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτα τὰ πρῶτα στοιχεῖα, μόνοις ἐγχωρεῖ λέγειν, ὥσπερ οὖν καὶ λέγουσι, καὶ συνεχῶς αὐτοῖς χρῶνται τοῖς ὀνόμασι. καὶ δῆτα καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἐν τῷ κανόνι, ταύτας κατασκευάζων τὰς ἀρχάς, νεωτεροποιεῖ μέν τι κἀκεῖ παρὰ τὰ C Θεμίσωνί τε καὶ Ἀσκληπιάδῃ δοκοῦντα· διδάσκει δ' οὖν ὅμως τὴν ἑαυτοῦ γνώμην οὐκ ἀσαφῶς. οὐ γὰρ ἁπλῶς, ὡς Ἀσκληπιάδης, ἐν συμμετρίᾳ μέν τινι πόρων, τὸ ὑγιαίνειν ἡμᾶς ὑποθέμενος, ἐν ἀμετρίᾳ δέ, τὸ νοσεῖν, ἐπάνοδον εἶναι τὴν θεραπείαν εἰς τὴν ἀρχαίαν συμμετρίαν τῶν πόρων ὑπέλαβεν, οὕτω καὶ ὁ Θεσσαλός, ἀλλὰ τὸν τρόπον τῆς ποροποιΐας ὅλον ὑπαλλάττεσθαι νομίζει· κἀκ ταύτης τῆς ὑπολήψεως ἥκει τὸ μετασυγκρίσεως ὄνομα, ταὐτὸν δηλοῦν δυνάμει, τῷ τῆς μεταποροποιήσεως. οὐκ ἐχρῆν δ' αὐτόν, ἐν οἷς ἀποχωρεῖν τῶν D ἀδήλων κελεύει, καὶ μόναις προσέχειν τὸν νοῦν ταῖς ἐναργῶς φαινομέναις κοινότησιν, ἐν τούτοις ἔτι δογματικοῖς χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν. ἀλλὰ μὴ δογματικῶς, ἀκούσῃς λέγοντος αὐτοῦ, φασίν, ἀλλ' ἀφελῶς. εἰώθασι γὰρ οὕτως ἀντιλαμβάνεσθαί τινες τῶν ἀπ' αὐτοῦ, πάλιν ἐφ' ἕτερον ἡμᾶς ἄγοντες ὄνομα, τὴν ἀφέλειαν, ἣν οὐδ' αὐτὴν ἔγωγ' οὖν ἔχω νοῆσαι τί δηλοῖ. εἰ μὲν γὰρ ὡς αὐτοὶ καὶ τοῦτ' ἐξηγοῦνται, πάλιν εἰς ἕτερον ὄνομα μεταλαμβάνοντες ληρωδέστερον, τό, βιωτικῶς, εἶτ' αὖθις καὶ τοῦτ' ἐξηγούμενοι, φασὶ δηλοῦσθαι πρὸς αὐτοῦ, τὸ τοῖς πολλοῖς E τῶν ἀνθρώπων ὡσαύτως· ἴσον ἂν εἴη δήπου τὸ ἀφελῶς, τῷ μὴ διηρθρωμένως, μηδ' ἀκριβῶς, ἀλλ' ἀτέχνως τε καὶ χωρὶς ἐπιστήμης ἁπάσης· φθέγγονται μὲν γὰρ οἱ προπετέστεροι τῶν ἀνθρώπων ὀνόματα τεχνικὰ μετά τινων ὑπονοιῶν, οὐδὲν ἐχουσῶν ἔρεισμα· τοῖς δ' ἐρωτήσασιν ὅ,τι ποτὲ δηλοῦσιν, οὐκ ἔχουσιν ἀποκρίνασθαι σαφῶς. εἰ δὲ τοῦθ' ὁμολογοῦσι, καὶ οἱ Θεσσάλειοι πεπονθέναι, φθέγγεσθαι μέν τινα, μὴ γινώσκειν δ' ἀκριβῶς ἃ λέγουσιν, αὐτὸ δήπου προσίενται τὸ πρὸς ἡμῶν αὐτοῖς ὀνειδιζόμενον. ἡ γοῦν μετασύγF κρισις, εἰ μὲν ἐπὶ τοῦ τὴν ποροποιΐαν ἐναλλάττεσθαι λέγοιτο, νοῦν μὲν ἕξει τινά, καὶ δηλώσει τι πρᾶγμα· ληρώδης δ' ἔσται πολυειδῶς. οὔτε γὰρ ἐξ ὄγκων καὶ πόρων τὰ σώματα ἡμῶν συνέστηκεν, οὔτ' εἰ καὶ τοῦτ' ἀληθὲς ἦν, ἔχει τις δεῖξαι, πῶς ἐξαλλάττει τὸ νᾶπυ τὴν ποροποιΐαν, οὔτ' εἰ καὶ τοῦτ' εἶχέ τις δεῖξαι, τό γε ἀκόλουθον ἦν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν, ἀρκεῖσθαι φασκόντων ταῖς φαινομέναις κοινότησι.

μὴ τοίνυν μηδὲ χρήσθωσαν τῷ ὀνόματι, μηδὲ πράγματα ἡμῖν παρεχέτωσαν· ἔνεστι γὰρ δήπου, καὶ χωρὶς τοῦ χρήσασθαι τῷ τῆς μετασυγκρίσεως ὀνόματι, τὴν θεραπείαν εἰπεῖν τῶν χρονιζόντων ἑλκῶν ἑτέροις ὀνόμασιν, ὥσπερ καὶ οἱ ἐμπειρικοὶ ποιοῦσιν. ὅτι δὲ καὶ ἡ τῆς ἀτονίας προσηγορία κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον αὖθις φλυαρεῖται, δέδεικται πρόσθεν ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ. εἰ μὲν γὰρ ὡς ἐμπειρικοὶ προσφέρονται τοὔνομα, πλέον οὐδὲν δηλοῦσι, τοῦ μὴ σώζεσθαι τὴν ἐνέργειαν· εἰ δέ τινας ὑποτίθενται δυνάμεις τὸ ζῷον διοικεῖν, οἵας ἡμεῖς τε λέγομεν, ἅπαντές τε σχεδὸν οἱ παλαιοί, πρὸς τῷ τοῖς Ἀσκληπιάδου δόγμασιν ἐναντία τίθεσθαι, καὶ τῶν ἀδήλων τε καὶ διαπεφωνημένων ἐφάπτονται, καίτοι φεύγειν ταῦτα παρακελευόμενοι. τί λέγεις ὦ ἄνθρωπε; τὸ μετασυγκρίνειν, ἀποσαφήνισον ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ τοὺς πόρους ὑπαλλάττειν, καὶ ψεύδῃ, καὶ τῶν ἀδήλων ἐφάπτῃ· εἰ δ' αὐτὸ τοῦτο τὸ ῥώννυσθαί τε καὶ ὑγιάζεσθαι τὸ μόριον τοῦ σώματος, ἢ τὸν ἄνθρωπον ὅλον, οὐδὲν αὖ πλέον ἐν τούτῳ τῶν ἐμπειρικῶν ἀποφαίνῃ, πλὴν ὀνόματος. γιγνώσκουσι γὰρ δήπου κἀκεῖνοι, τῶνδέ τινων προσαγομένων τῶν βοηθημάτων, ὑγιάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ τί ποιούντων αὐτῶν, οὐκ ἴσασιν. οὔτε γὰρ εἰ τοὺς πόρους ὑπαλλάττουσιν αἱ δυνάμεις τῶν βοηθημάτων, οὔτ' εἰ συμμετρίαν αὖθις ἐκπορίζουσιν, οὔτ' εἰ σύμπαν ἀλλοιοῦσι κατὰ ποιότητα τὸ θεραπευόμενον μόριον, ἔχει τις εἰπεῖν τῶν ἐμπειρικῶν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν σωφρονοῦσιν, ἓν μόνον ἐπίστασθαι λέγοντες, ὡς τῷ τοιῷδε νοσήματι, κατὰ τόνδε τὸν καιρόν, προσφερομένου τοῦ διὰ νάπυος φαρμάκου, πολλάκις ἐτήρησαν ὠφέλειαν ἀκολουθοῦσαν. οὐ μὴν μεθόδους γε φθέγγονται, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνουσι, καὶ σεμνύνονται τῇ τοιαύτῃ γνώσει, καὶ τοῖς παλαιοῖς λοιδοροῦνται, καὶ τὸν Ἱπποκράτην τὸ μηδὲν ὑπειλήφασιν, ἀλλ' αὐτὸν τοὐναντίον ἐπαινοῦσί τε, καὶ σχεδὸν ἅπαντά φασιν ἀληθεύειν αὐτόν. ὁ δὲ καὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἁπάντων καταφρονήσας Θεσσαλός, ἕλκους κακοήθους ἐμπειρικὴν ἀναγράφων διδασκαλίαν, οὐκ αἰσθάνεται· καίτοι γ' εἰ καὶ τοῦτο δεόντως ἐποίησεν, ἦν ἄν τι πλέον ἐξειργασμένος· ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ποιεῖν ἔοικεν, ὑπαλλάττων τὴν τάξιν τῶν βοηθημάτων, καὶ πρότερον χρώμενος τῷ τοῦ πεπονθότος μέρους, πρὶν ἂν τὸ σύμπαν σῶμα παρασκευάσαι. τοῦτο γὰρ ὑπερβολὴν ἀμαθίας ἔχει μόνον γοῦν σχεδόν τι τοῖς ἰατροῖς ἅπασιν ὡμολόγηται, καίτοι γε τῶν πλείστων διαπεφωνημένων, τὸ πᾶν σῶμα κενὸν καὶ ἀπέριττον ἐργάζεσθαι, πρὶν ὁποιῳοῦν μορίῳ ἰσχυρὰ ὑποβάλλειν βοηθήματα. εἴτε γὰρ τῇ πείρᾳ κρίνειν ἐθέλει τις ἄν, εἴτε καὶ τῷ λογισμῷ, τρίτον γὰρ οὐδὲν ἕτερον κριτήριον, οὔτε κατ' ἄλλην τέχνην, οὔτε καθ' ὅλον τὸν βίον ἔχομεν, εὑρήσει μέγιστον κακὸν ὑπάρχον, ὅταν, τοῦ παντὸς σώματος ἐπικουρίας δεομένου, πρὶν ἐκείνου προνοήσασθαι, τῷ πεπονθότι μορίῳ προσφέρῃ τις ὁτιοῦν δριμὺ καὶ θερμὸν φάρμακον· ἕλκει γὰρ ἐφ' ἑαυτὸ δίκην σικύας ἐξ ὅλου τοῦ σώματος τὰ περιττώματα, καὶ στηρίζει δυσλύτως κατὰ τὸ πεπονθὸς μέρος. ἄξιον οὖν ἔρεσθαι τοὺς Θεσσαλείους, πόθεν ἐπῆλθε τῷ Θεσσαλῷ τοιαῦτα φλυαρεῖν ὑπὲρ ἑλκῶν κακοηθῶν ἰάσεως· οὔτε γὰρ ἐμπειρικὸς οὐδεὶς τῶν πρόσθεν, οὔτε λογικὸς ἀνὴρ οὕτως ἔγραψεν· ἀλλὰ μὴν οὐδ' αὐτὸς ὁ Θεσσαλός, οὐδὲ τῶν ἀπ' αὐτοῦ τις τολμήσειεν εἰπεῖν, ἢ τῇ πείρᾳ συμφωνεῖν, ἢ τῷ λογισμῷ τὴν τοιαύτην τάξιν τῶν βοηθημάτων. οὐ μὴν οὐδὲ δεῖξαι δύνανται, πῶς ὁ χρόνος, οὐχ ἡ διάθεσις, ἐνδείκνυται· καὶ τὸ τούτου μεῖζόν ἐστι, πῶς αὐτὸς ὁ Θεσσαλὸς ἀξιοῖ σκέπτεσθαι, τί τὸ ἐμποδίζον ἐστὶ τὴν συνούλωσιν τῶν ἑλ-

Ne igitur vtantur hoc nomine, nec nobis negocia facessant; licet enim & sine metasyncriseos nomine, diuturnorum vlcerum curationem alijs verbis dicere, sicut Empirici faciunt. Quòd autem, & in atoniæ *siue imbecillitatis* vocabulo, simili modo nugentur, monstratum priùs est in secundo libro. Si enim, sicut Empirici, nomen vsurpant, aliud prorsus non significant, quam quòd actio non seruatur; sin autem facultates aliquas gubernare animal proponunt, quas tum nos asserimus, tum omnes ferè veteres, præter id, quod Asclepiadis dogmatis contradicunt, etiam incerta, & de quibus parum inter authores conueniat, attingunt, quanuis ea fugere iubeant. Sed dic nobis, ô homo, clarè quid sibi velit illud [transmutare habitudinem?] Si nanque exiguos meatus mutare, & falleris, & quæ incerta sunt, vsurpas; si firmari sanámque reddi corporis partem, vel hominem totum, nihil hîc præter nomen, plus quam Empirici, doces. Quippe sciunt hi quoque, remedijs quibusdam admotis, reddi hominem sanum; cæterùm, qua ratione remedia id faciant, vtique nesciunt. Neque enim, an exiguos meatus mutet medicamenti facultas, neque an symmetriam efficiat, neque an totam affectæ partis qualitatem alteret, potest Empiricorum quispiam dicere. Atque illi saltem sunt modesti, vt qui vnum se solum scire dicant, huic scilicet morbo in hoc tempore si medicamentum ex sinapi adhibeatur, sæpe notasse se vtilitatem sequutam; non tamen methodos loquuntur, supercilium attollunt, nec tali sibi notitia placent, nec antiquis maledicunt, nec Hippocratem pro nihilo habent, imò verò ipsum laudant, feréque omnia verè dixisse affirmant. Hic verò Thessalus, qui tum hunc, tum reliquos omnes medicos contemnit, Empirica maligni vlceris præcepta se scribere non intelligit; quanquam, si vel hoc commodè faceret, vtique aliquid operæ pretium faceret; atenim ne id quidem fecisse videtur, quum ordinem remediorum inuertat, & priùs partis affectæ remedijs vtatur, quàm totum corpus præparauerit. Nam hoc insignis inscitiæ argumentum est; quum in vno eo ferè omnibus medicis conueniat, quanuis in plurimis dissentiant, quod totum corpus vacuum, purumq; ab excrementis antè sit reddendum, quàm vlla pars valentibus remedijs sit subiicienda. Nam siue experientia iudicare quis velit, siue etiam ratione (tertium enim quo iudicet, neque in alia quapiam arte, neque in vlla vitæ parte quisquam habet) maximũ esse incommodum deprehendet, quum, toto corpore suam curam requirente, priusquàm illi sit prospectum, affectæ parti acre aliquod & calidum medicamentum sit admotum; trahit enim ad se, cucurbitæ more, ex toto corpore excrementa, atque ita in affecta, parte affigit, vt ægrè auelli possint. Quò magis operæ pretium est Thessalios istos percontari, vndénam Thessalo in mentem venerit de vlcerum curatione talia nugari, quum nec empiricus quisquam antè, nec Rationalis vir ita scripserit; sed nec ipse Thessalus, nec eius sequacium quisquam eiusmodi remediorum ordinem, aut cum experientia consentire, aut cum ratione, affirmare ausit. Adde, quod nec docere possunt, quomodo tempus indicet, non autem affectus; sed neque (quod hoc maius est) quomodo Thessalus, qui æstimandum censet, quid sit, quod cicatricem vlce-

rum

rum moretur, atque id tollendum, non prorsus sit stupidus? quanquam hoc tantum satis esse non videat, diuturnitatem autem vlcerum nihil esse ad rem; tamen non in vlceribus modò, verùm etiam reliquis morbis omnibus, id esse faciendum; veluti veteres monent, *non aduertit*. Verùm ad hæc nobis nihil respondent: sed semper non rectè intelligere nos dictantes, tanquam ipsi vel Hippocratis, vel veterum cuiusquam sententiam ad vnguem intelligerent, rectè Thessalum dixisse affirmant, diuturnorum vlcerum, vnam quandam communitatem esse. Ita enim Hippocratem quoque sensisse in libro de vlceribus ita scribentem; *Etiam ab inueteratis vlceribus id agere, vt sanguis crebrò effluat, conducit, quomodocunque videtur oportunum esse.* Fortassis ergo ad rem pertineat, tametsi non prædixerim, me de Hippocratis mente hoc loco disserturum, vel summatim aliquid de ea perstringere, fuerit verò, quod dicemus, non minus, & priscorum sensus interpretatio. Hos nanque viros ceu nullius adhuc dogmatum sectæ addictos, sed pura, & simplici mente studentes, vtile quippiam ad sanitatem inuenire, credibile sanè est quædam experientiâ, quædam inuenisse ratione; tum scripsisse, quæ inuenerant sæpè non adhibita inuentionis suæ ratione, aliquando verò, & adhibita; atque id fecisse ipsius legentium vtilitatis causa; quippe, vbi ad dextrum inuentorum vsum conducturum posteris sperabant, si rationem inuentionis nouissent, tum eam diligenter prodiderunt; vbi secus, superuacuam relatu putauerunt, & propterea omiserunt. Nam, quod sermonis compendium (siquidem, & aliquid aliud) prisci in primis coluerint, id omnes, vel me tacente iam norunt; atque ob hanc maximè causam non Hippocrates modò, verùm etiam reliqui priscorum, medio interdum transgresso, primo tertium adnectunt. Si enim primum secundi sit signum, atque hoc tertium ex necessitate sequitur, ita tertium primo subijciunt, secundum prætereuntes. Ostendi verò persæpe tum reliquos antiquos, tum verò maximè omnium Hippocratem talia scripsisse; debétque, qui callere priscorum interpretandi genus volet, in illis exercitari. Nunc verò ipsum, quod propositum est, tantùm exponam.

CAPVT V.

Quid sit vlcus cacoethes; ac de Methodo vlcerum omnium curandorum ex Hippocrate,

NAm, quæ vlcera, omnibus ritè decenterque factis, tamen non sanantur, ea medici cacoethe, *seu maligna* vocitant. Diuturna autem prorsus fiunt, quum quis solam ipsis curationem inducit, vt vlcera sunt. Quæ verò sit vlcerum, vt vlcera sunt, curatio, in libro qui hunc præcedit, definitum est. Hæc igitur vlcera, & cacoethe, & inueterata, & diuturna vocant, indifferenter his nominibus in ipsis vtentes. Quinetiam ad dignoscendum, quòd affectus ipse cacoethes, vnà cum alijs notis etiam id, quod peractis etiam, quæ decent, omnibus, diuturna fiant, aliquam portionem habet. Non tamen, aut ipsa diuturnitas, aut quod diuturna, & vocentur, & sint, idoneam curationem indicat; sed ex

κῶν, καὶ τοῦτ' ἐκπλήττειν, οὐχὶ τελέως ἐστὶν ἀναίσθητος; ἅμα μὲν οὐκ εἰδώς, ὡς τοῦτ' ἀρκεῖ μόνον· ἡ χρονιότης δὲ τῶν ἑλκῶν, οὐδέν ἐστι πρὸς ἔπος· ἅμα δέ, ὡς οὐκ ἐφ' ἑλκῶν μόνον, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων νοσημάτων τοῦτο ποιητέον ἐστίν, ὡς οἱ παλαιοὶ παραινοῦσιν. ἀλλὰ πρὸς ταῦτα μὲν ἡμῖν οὐδὲν ἀποκρίνονται· παρακούειν δὲ ἑκάστοτε λέγοντες ὡς δῆθεν ἀκριβῶς μεμαθηκότες, ἢ τὴν Ἱπποκράτους, ἢ τὴν ἄλλου τινὸς τῶν παλαιῶν γνώμην, ὀρθῶς φασι τὸν Θεσσαλὸν ἀποφήνασθαι χρονίων ἑλκῶν εἶναί τινα κοινότητα μίαν. οὕτω γοῦν καὶ Ἱπποκράτην γινώσκειν ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν ὧδέ πως γράψαντα· καὶ ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων ἑλκέων ξυμφέρει αἷμα ποιέειν ἀποῤῥέειν πυκινά, ὅπως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. τάχα οὖν ἄμεινον ἂν εἴη, καίτοι μὴ προῃρημένον με, περὶ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης ἐνταυθοῖ διέρχεσθαι, δηλῶσαί τι κἂν διὰ κεφαλαίων ὑπὲρ αὐτῆς· εἴη δ' ἂν οὐδὲν ἧττον καὶ τῆς τῶν παλαιῶν διανοίας ἐξήγησις ὅδε ὁ λόγος. ἐκεῖνοι γὰρ οἱ ἄνδρες, ἅτε μήπω δουλεύοντες αἱρέσει δογμάτων, ἀλλὰ καθαρᾷ καὶ ἁπλῇ τῇ διανοίᾳ σπουδάζοντες ἐξευρίσκειν τι χρηστὸν εἰς τὰς ἰάσεις, ἔμελλον δήπου, τὰ μὲν, ἐκ τῆς πείρας εὑρήσειν, τὰ δέ, ἐκ τοῦ λόγου· καὶ γράψειν γε τὰ εὑρημένα, πολλαχόθι μὲν χωρὶς τοῦ προσθεῖναι τὸν τρόπον τῆς εὑρέσεως· ἐνίοτε δὲ καὶ σὺν τούτῳ· καὶ τοῦτό γε ποιήσειν αὐτό, τῆς ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἀναγινωσκόντων· εἰ μὲν γὰρ εἰς τὴν ἐπιδέξιον χρῆσιν τῶν εὑρημένων, ἤλπιζόν τι συντελέσειν τοῖς ἔπειτα, τὸν τρόπον τῆς εὑρέσεως γνωσθέντα, τηνικαῦτα μὲν ἀκριβῶς ἔγραφον· εἰ δὲ μή, περιττόν τε λέγειν ἡγοῦντο, καὶ παρέλειπον. ὅτι γάρ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ ἡ βραχυλογία τοῖς παλαιοῖς ἐτετίμητο, πάντες ἤδη τοῦτο γινώσκουσι, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω· καὶ διά γε ταύτην τὴν αἰτίαν, οὐχ Ἱπποκράτης μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι παλαιοί, τὸ μέσον ὑπερβαίνοντες, ἐνίοτε τῷ πρώτῳ τὸ τρίτον συνάπτουσιν. εἰ γὰρ σημεῖον μὲν εἴη τὸ πρῶτον τοῦ δευτέρου, τούτῳ δ' ἐξ ἀνάγκης ἕποιτο τὸ τρίτον, οὕτως ἐπιφέρουσι τῷ πρώτῳ τὸ τρίτον, ὑπερβαίνοντες τὸ δεύτερον. ἔδειξα δὲ πολλάκις τοιαῦτα, τούς τ' ἄλλους παλαιούς, καὶ μάλιστα πάντων τὸν Ἱπποκράτην γράψαντα, καὶ χρὴ τὸν βουλόμενον ἐθάδα γίνεσθαι παλαιᾶς ἑρμηνείας, ἐν ἐκείνοις γυμνάσασθαι. νυνὶ δ' αὐτὸ τὸ προβεβλημένον ἐξηγήσομαι μόνον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Τί ἕλκος τὸ κακόηθες· καὶ περὶ τῆς μεθόδου τῆς ἰάσεως πάντων τῶν ἑλκῶν, ἐξ Ἱπποκράτους.

ΟΣα γὰρ τῶν ἑλκῶν, ἁπάντων ὀρθῶς καὶ δεόντως γιγνομένων, ὅμως οὐ θεραπεύεται, καλεῖται μὲν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, κακοήθη. χρονίζει δὲ πάντως, ὅταν τὴν ὡς ἑλκῶν μόνην αὐτοῖς τις ἐπάγῃ θεραπείαν. ἥτις δ' ἐστὶ τῶν ἑλκῶν, ὡς ἑλκῶν, ἴασις, ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ διώρισται. ταῦτα γοῦν τὰ ἕλκη, καὶ κακοήθη, καὶ πεπαλαιωμένα, καὶ χρονίζοντα καλοῦσιν, ἀδιαφόρως χρώμενοι τοῖς ὀνόμασιν ἐπ' αὐτῶν. καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸ διαγνῶναι τὴν διάθεσιν, ὅτι κακοήθης, ἅμα τοῖς ἄλλοις γνωρίσμασι, καὶ τὸ χρονίζειν αὐτά, πάντων τῶν δεόντων γιγνομένων, ἔχει τινὰ μοῖραν. οὐ μὴν τοῦτό γε αὐτὸ χρονίζειν, ἢ χρόνια καλεῖσθαί τε καὶ εἶναι, τὴν προσήκουσαν ἐνδείκνυται θεραπείαν· ἀλλ' ἐκ

μὲν τούτου, τὸ μοχθηρῶς διακεῖσθαι τὸ ἡλκωμένον μόριον ἔνεστι συλλογίσασθαι· τούτου δ' εὑρεθέντος, εὐπορῆσαι τῆς θεραπείας. πῶς καὶ τίνα τρόπον; εἰ μὲν μόνα τὰ περιέχοντα μόρια τὴν ἕλκωσιν, οὕτως εἴη διακείμενα, ταῦτ' ἐξιασάμενον. εἰ δὲ σύμπαν τὸ σῶμα κακοχυμίας τινὸς ὑπάρχοι μεστὸν, ἐκείνην ἐκκενωσάμενον. σημεῖον μὲν οὖν τῆς κακοχυμίας, τὸ χρονίζειν τὰ ἕλκη· τοῦ συμφέροντος δ' ἡ εὕρεσις, οὐκ ἐκ τοῦ χρονίζειν, ἀλλ' ἐκ τῆς κακοχυμίας. ὥστ' εἶναι τρία ταῦτ' ἐφεξῆς ἀλλήλων, τὸ σημεῖον, τὴν διάθεσιν, τὴν θεραπείαν· σημεῖον μὲν, τὸ χρονίζειν· διάθεσιν δὲ, τὴν κακοχυμίαν· θεραπείαν δὲ τὴν ταύτης κένωσιν. καὶ κατὰ τοῦτο πολλάκις τοὺς παλαιοὺς ὑπερβαίνοντας τὸ μέσον, ἐπὶ τὸ τρίτον εὐθέως ἀπὸ τοῦ πρώτου παραγίνεσθαι, ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης ἐποίησεν, εἰπών. καὶ ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων ἑλκῶν ξυμφέρει αἷμα ποιέειν πυκνὰ, ὅπως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι· οὐ τῆς παλαιότητος δήπουθεν ἐνδειξαμένης τὴν θεραπείαν ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας τοῦ αἵματος· ἐπιφέρων γοῦν αὐτὸς ἐρεῖ. Κωλύει γὰρ μάλιστα μὲν τὰ τοιαῦτα ἕλκεα ὑγιαίνεσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ τἄλλα σύμπαντα, αἵματος σηπεδὼν, καὶ ὅτι ἐξ αἵματος μεταστάσιος γεγένηται. καὶ δὴ καὶ μετ' ὀλίγον αὖθις ὑπὲρ τῶν μὴ συνιόντων εἰς οὐλὴν ἑλκῶν διεξιών· οὐδ' ἢν, φησὶ, τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος μελανθῇ αἵματος σηπεδόνι, ἢ καὶ κιρσοῦ παρέχοντος τὴν ἐπιρροίην, οὐδὲ ταῦτα ἐθέλῃ συνιέναι, ἢν μὴ τὰ περιέχοντα τοῦ ἕλκεος ὑγιέα ποιήσῃς. εἶτα καὶ περὶ τῆς κιρσῶν τῆς ἰάσεως γράφει. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καθάρσεως μέμνηται τοῦ σύμπαντος σώματος, ἐπί τε ἄλλοις τισὶ τρώμασι, καὶ οἷς σφακελίσαι κίνδυνος. ἕρπησί τε, καὶ πᾶσι τοῖς ἐσθιομένοισιν· οὕτω δ' ὀνομάζειν εἴωθε τὰ ἀναβιβρωσκόμενα. καὶ μετὰ δὴ κἀν τοῖς ἐφεξῆς, πάλιν ὧδέ πώς φησιν· ἐπὶ παντὶ ἕλκει, ἐρυσιπέλατος ἐπιγινομένου, κάθαρσιν ποιέεσθαι παντὸς τοῦ σώματος. καὶ ὅλως εἰ θελήσαις ἐπιμελῶς διελθεῖν τὸ περὶ τῶν ἑλκῶν βιβλίον, εὑρήσεις αὐτὸν ἀεὶ μὲν ἀπὸ τῶν διαθέσεων τὴν ἔνδειξιν λαμβάνοντα· προσερχόμενον δέ ποτε τῷ χρόνῳ πρὸς τὴν τῆς διαθέσεως διάγνωσιν. ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει μάθοις ἂν ἐκ πρώτης μὲν ἀρχῆς τοῦ συγγράμματος, ἐχούσης ὧδε. ἕλκεα ξύμπαντα, οὐ χρὴ τέγγειν πλὴν οἴνῳ· ὅτι πολλάκις ἑτέρα διάθεσις ἐπιπλακεῖσα τῷ ἕλκει, κωλύει τὴν ὡς ἕλκους προσφέρεσθαι θεραπείαν. καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκων, φησί. τὸ γὰρ ξηρὸν, τοῦ ὑγιέος ἐγγυτέρω ἐστί· τὸ δ' ὑγρὸν, τοῦ μὴ ὑγιέος, εἶθ' ἑξῆς. τὸ γὰρ ἕλκος, ὑγρόν ἐστι· τὸ δὲ ὑγιὲς, ξηρόν ἐστι. καὶ διὰ τοῦτο, καθ' ὅλον τὸ σύγγραμμα, τῆς θεραπείας τῶν ἑλκῶν ἁπάσης σκοπὸν ποιησάμενος τὸ ξηραίνειν, οὕτως ἤδη τὰ κατὰ μέρος ἐξευρίσκει· σὺν τῷ, καὶ πολλάκις ἀναμιμνήσκειν ἡμᾶς τοῦ σκοποῦ. ἔν τε γὰρ τῷ γράφειν, τῶν δὲ ἑλκέων, ὅ, τι μὲν ἂν ὀξέϊ βέλει, ἢ διαιρεθῇ, ἢ διακοπῇ, ἐνδέχεται καὶ ἔναιμον φάρμακον τὸ κωλύον διαπυΐσκειν, καὶ ἀναξηραῖνον· γίγνεται γὰρ, ἀπορρέοντος τοῦ αἵματος, ξηρότερον. καὶ πάλιν· ὁκοῖα δ' ἂν καθαρθέντα καλῶς καὶ ἐς τὸ δέον, ἀεὶ ἐπὶ τὸ ξηρότερον θεραπεύεται, πλὴν εἰ θλασθῇ. καὶ πάλιν, ὅ, τι δ' ἂν μὴ δύνηται προσελθεῖν, ἡ σὰρξ ὑγρὴ ἐοῦσα, αἰτίη ἐστίν· ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ἀναμιμνήσκει τοῦ πρώτου σκοποῦ τῆς ἑλκῶν τῆς ἰάσεως. ἕλκους γὰρ, ᾗ ἕλκος ἐστὶν, ἴαμα, τὸ ξηραίνεσθαι μετρίως· εἴρηται δὲ ἡ ἀπόδειξις, ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ. τοῦ μέντοι μεθ' ἑτέρας διαθέσεως, ἧς προτέρης χρὴ παύσασθαι τὴν ἐπιμέλειαν, οὐκ ἔθ' ὡς ἕλκους ἐστὶν ἡ θεραπεία μόνου, ἀλλὰ πρώτη μὲν ἐκείνης τῆς διαθέσεως· ἐφεξῆς δὲ τοῦ ἕλκους. εἴτε γὰρ φλεγμονή τις, εἴτε μελανότης, εἴτ' ἐκχύμωσις, εἴτ' ἐρυσίπελας, εἴτ' οἴδημα, περὶ τὴν ἡλκωμένην συσταίη σάρκα, πρό-

hoc, quòd malè affecta sit vlcerata pars, licet colligere; hoc verò inuento, & curationis ratio constabit. Quo, inquies, modo? si solæ partes, quibus vlcus insidet, ita sint affectæ, has sanaueris; vbi totum corpus vitioso aliquo succo abundat, si hunc vacuaueris. Ac signum quidem vitiosi succi est ipsa vlceris diuturnitas; inuentio autem eius, quod expedit, non ex diuturnitate, sed ex succi vitio suggeritur. Quare tria hæc deinceps se habent, signum, affectio, & curatio; signum quidem, ipsa diuturnitas; affectus, succi vitium; curatio, eius vacuatio. Atque hac ratione sæpè veteres inuenias, medio prætermisso, tertium statim primo subijcere; veluti Hippocrates fecit, quum dixit; *Tum ab inueteratis vlceribus, confert, vt assiduè sanguinem effluere facias; vtcunque id opportunum videbitur*; non vtique curationem indicante vetustate, sed sanguinis vitio; quippe ipse mox subijcit; *Prohibet nanque maximè quidem eiusmodi vlcera sanescere, post verò etiam reliqua omnia, putredo sanguinis, & siquid ex sanguinis transmutatione est ortum.* Quinetiam post paulo, quum de vlceribus, quæ ad cicatricem non veniunt, disserit; *nec si* (inquit) *quæ vlcus ambiunt, nigricent, sanguine putri, aut etiam varice fluxionem suppeditante, id genus vlcera coire possunt, nisi quæ vlcus ambiunt, sana reddas.* Post etiam de varicum sanatione scribit. Ad hæc etiam purgationis meminit totius corporis, tum in alijs quibusdam vulneribus, tum ijs quibus sphacelum instare est metus. Præterea herpetibus, & esthiomenis omnibus; ita enim nominare solet ea, quæ humor aliquis erodit. Iam verò in ijs, quæ mox sequuntur, rursus ad hunc modum subiungit; *Cuicunque vlceri erysipelas superuenerit, purgatio totius corporis adhibenda est.* Et in summa, si curiosè librum de vlceribus reuoluas, inuenies semper eum ab affectu indicationem sumere; vti verò interdum & tempore, sed ad affectum noscendum. Quòd verò hæc ita se habeant, ex ipso libri ingressu agnoscas, qui talis est; *Vlcera madefacere, quæcunque ea fuerint, nisi vino, non oportet*; quod alter sæpenumero affectus vlceri implicitus, vlceris curationem adferri prohibeat, tum causam docens ait: *Nam siccum sano vicinius est, humidum verò non sano.* Et mox; *vlcus enim humidum est; sanum autem siccum.* Ideóque, per totum librum quum totius vlcerum curationis scopum siccationem statuat, mox particularia inuenit, etiam finis ipsius sæpè nos commonefaciens. Quum enim ita scribit; *Quodcunque vlcus acuto telo cæsim: percussimve diuisum est, medicamentum cruentis aptum* seu enæmum, *ac siccans, & quod suppurare vetet admittit; fit enim effluente sanguine siccius.* Et rursus; *Quæcunque probè, & opportunè purgata, semper ad siccius promouentur nisi si contusa sunt.* Et rursus; *si quod coire nequit, humecta caro causa est.* In his omnibus primi sanandorum vlcerum scopi nos admonent. Siquidem vlceris, quà vlcus est, sanatio mediocris siccatio est; cuius rei demonstratio in libro, qui hunc præcedit, tradita est. Verùm vlceris, quod cum alio affectu coniunctum est, cuius præcedere curationem oportet, eius curatio, vt vlceris solius, non est, sed prior illius affectus, secunda vlceris. Nam, siue phlegmone aliqua, siue nigritia, siue ecchymosis, siue erysipelas, siue œdema, vlceratam carnem obsederit; primum.

mum eius molienda curatio est. At verò, quòd vlcus hoc tempore non solùm non commodè curatur, sed multò etiam maius redditur, id neminem lateat; nam siue contusa fuerint circumposita vlceri loca, seu phlegmone aliúsve tumor in his constiterit, propria eius affectus sanatio inuenienda nobis est, illud pro certo habentibus, fieri non posse, vt vlcus sanetur, nisi locus, in quo consistit, priùs sit sanatus. Ac proinde Hippocrates ipse reducens nobis in memoriam ea, quæ statim in libri initio tradiderat, tum quæ reliqua paulò ante sunt comprehensa, tum verò hæc adscripsit; *Quodcunque vlcus cæsim percusśimve acuto telo est diuisum, medicamentum enæmum, & siccans, & quod suppurare vetet, admittit. Sin caro aliquo telo tum contusa, tum cæsa sit, huic, ita medendum est, vt quàm celerrimè suppuret; nam & minùs phlegmone vrgebitur, & necesse est carnes contusas, cæsas, putrefactas, & in pus versas liquari; postea nouam carnem nasci.* Indicat enim hoc sermone manifestè solos eos vlceratarum partium affectus non esse siccandos, in quibus gigni quam celerrimè pus cupimus, quod cum aliqua putredine pus fiat, obiter docens. Porrò omnia, quæ putrefiunt, ex calido, & humido sic afficiuntur. Ideóque etiam ea cataplasmata, quæ ex hordei farina componuntur, ceu quæ calefaciant humecténtque, omnibus ijs affectibus, quibus moueri pus expedit, admouemus. Hordei nanque farina ex aqua, & oleo, itémque panis ex aqua, & oleo, præterea fomentum multæ calidæ aquæ, & tetrapharmaci vis, omnia denique quæ calefaciunt, & humectant, celerrimè pus mouent. Ideóque etiam ijs partibus, quæ phlegmone infestantur, vbi vehementiùs iam pulsitant, sic, vt iam desperetur de horum citra pus curatione, veteres omnes eiusmodi applicant medicamenta, antè verò nequaquam. Atque hoc Hippocrates ipse apertè nos docet in memoratis iam verbis, quibus iubet, quæ sine contusione vulneratæ partes sunt, quàm maximè siccare: quæ cum contusione quadam sunt læsæ, ijs quam primum pus mouere. Quinetiam, cum dixit; *Quæcunque vlcera non probè & vt conuenit, expurgata, semper priùs pullulare incipiunt, ijs, maximè caro supercrescit; quæ verò probè, & vt decet, expurgata, semper ad siccius promouentur, ijs, nisi sit contusa, caro vt plurimum non supercrescit.* Etenim hîc illud, *nisi sint contusa*, quod adijcitur, redigit nobis in memoriam, quod in superius proditis verbis est dictum; nempe oportere omnia siccari præter ea, quæ contusa sunt. Neque enim sicubi cataplasmate, quod calefaciat humectétque illinuntur, quæ phlegmone infestantur, ex prima ratione id fit, hoc est, vt remedium affectus, sed vt symptomatis mitigatio; siquidem ipsius phlegmones remedia, sicciorum sunt facultatum. Audi nanque loquentem Hippocratem; *Cataplasmata œdematum, & phlegmones, quæ in circa positis consistit, verbascum coctum, & folia trifolij cruda, & epipetri folia cocta, & polium*; quippe omnia hæc siccandi vim habent, veluti in commentarijs De simplicibus medicamentis docuimus. Et compendiaria obsessarum phlegmone partium curatio per id genus præsidia obitur, quæ sanè vel affectum prorsus submouent; vel si quid exiguum, quod suppuret, reliquerint, alterum medicamentum acre, quod educere

A τῆς ἐκείνης χρὴ ποιεῖσθαι τὴν θεραπείαν. ἀλλ' ὅτι γε τὸ ἕλκος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μὴ ὅτι θεραπεύεται προσηκόντως, ἀλλὰ καὶ πολὺ μεῖζον ἑαυτοῦ γίνεται, παντί που δῆλον· εἴτε γὰρ θλασθείη τὰ πέριξ χωρία τοῦ ἕλκους, εἴτε φλεγμονή τις, εἴτ' ὄγκος ἕτερος ἐν αὐτοῖς συσταίη, τὴν οἰκείαν ἐκείνης τῆς διαθέσεως ἴασιν ἐξευρήσομεν, εὖ εἰδότες, ὡς οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν ἰαθῆναι τὸ ἕλκος πρὶν ὑγιᾶναι τὸ χωρίον ἐν ᾧ συνέστη. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἀναμιμνήσκων ἡμᾶς ὧν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ συγγράμματος ἀπεφήνατο, τά τ' ἄλλα τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένα προσέγραψε. καὶ μέντοι καὶ τάδε· τῶν δ' ἑλ-
B κέων, ὅ, τι μὲν ἂν ὀξεῖ βέλει, ἢ διατμηθῇ, ἢ διακοπῇ, ἐνδέχεται καὶ ἔναιμον φάρμακον τὸ κωλῦον διαπύειν, καὶ ἀναξηραῖνον. εἴ τις δὲ ὑπὸ τοῦ βέλους ἐθλάσθη τε, καὶ διεκόπη σὰρξ, ταύτην ἰατρεύειν, ὅπως διάπυος ὡς τάχιστα γένηται· ἧττόν τε γὰρ φλεγμαίνει, καὶ ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς θλασθείσας, καὶ κοπείσας, καὶ σαπείσας, καὶ πῦον γενομένας ἐκτακῆναι, ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας. δηλοῖ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ σαφῶς, ὡς μόνας ἐκείνας τῶν ἐν τοῖς ἡλκωμένοις μέρεσι γινομένων διαθέσεων,
C οὐ χρὴ ξηραίνειν, ἐφ' ὧν ὅ, τι τάχιστα γεννῆσαι βουλόμεθα πῦον, εὐθὺς συνεμφαίνων, ὅτι μετὰ σήψεώς τινος γεννᾶται τὸ πῦον. ἅπαντα δὲ τὰ σηπόμενα, θερμῷ καὶ ὑγρῷ τοῦτο πάσχει. καὶ τοίνυν καὶ τὰ διὰ τῆς ὠμηλύσεως καταπλάσματα, θερμαίνοντά τε καὶ ὑγραίνοντα προσφέρομεν ἐπὶ πασῶν τῶν ἐκπυῆσαι δεομένων διαθέσεων. ὠμήλυσις γὰρ δι' ὑδρελαίου, καὶ ἄρτος δι' ὑδρελαίου, καὶ καταιόνησις δι' ὕδατος θερμοῦ πολλοῦ, καὶ ἡ τετραφάρμακος δύναμις, ἅπαντά τε τὰ θερμαίνοντα καὶ ὑγραίνοντα, διαπυΐσκει τάχιστα. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς φλεγ-
D μαίνουσι μορίοις, ἐπειδὰν ἤδη σφύζῃ σφοδρότερον, ὡς ἀπελπισθῆναι τὴν χωρὶς διαπυήσεως ἴασιν, ἐπ' αὐτῶν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ τὰ τοιαῦτα προσφέρουσι φάρμακα· πρότερον δ' οὔ. καὶ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐναργῶς ἡμᾶς διδάσκει, κατά τε τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, ἐν ᾗ κελεύει τὰ μὲν χωρὶς τοῦ τεθλάσθαι τετρωμένα μόρια, ξηραίνειν ὡς μάλιστα· τὰ δ' ἅμα θλάσει τινὶ γεγενημένα, διαπυΐσκειν ὡς τάχιστα. καὶ μέντοι κἀπειδὰν εἴπῃ, τὰ δὲ ἕλκεα, ὅσα μὴ καλῶς καθαρθέντα ἐς τὸ δέον, ἀεὶ πρότερον ἄρχεται βλα-
E στάνειν, ταῦτα ὑπερσαρκεῖ μάλιστα· ὁκόσα δ' ἂν καθαρθέντα καλῶς, καὶ ἐς τὸ δέον ἀεί, ἐπὶ τὸ ξηρότερον θεραπεύεται, πλὴν εἰ θλασθῇ, ταῦτα οὐχ ὑπερσαρκεῖ ὡς ἐπιπολύ. καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα, τὸ πλὴν εἰ θλασθῇ προσκείμενον, ἀναμιμνήσκει τοῦ κατὰ τὴν προγεγραμμένην λέξιν εἰρημένου, τοῦ χρῆναι πάντα ξηραίνεσθαι, πλὴν τῶν θλασθέντων. οὐδὲ γὰρ ὁπότε τὰ φλεγμαίνοντα καταπλάττεται θερμαίνοντι καὶ ὑγραίνοντι καταπλάσματι, κατὰ τὸν πρῶτον λόγον γίνεται τοῦτο· τοῦτ' ἐστὶν οὐχ ὡς ἴαμα τῆς διαθέσεως, ἀλλ' ὡς παρηγορία τοῦ συμπτώματος· ἐπεί τοι τά γε τῶν φλεγ-
F μονῶν αὐτῶν ἰάματα, τῆς ξηροτέρας ἐστὶ δυνάμεως. ἀκούσοι γοῦν λέγοντος τοῦ Ἱπποκράτους, καταπλάσματα οἰδημάτων, καὶ φλεγμασίης τῆς ἐν τοῖς περιέχουσι, τὸ ἑφθὸν φλόμος, καὶ τῆς τριφύλλου τὰ φύλλα ὠμά, καὶ τοῦ ἐπιπέτρου τὰ φύλλα ἑφθά, καὶ τὸ πόλιον· ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξηραίνειν πέφυκε καθότι κἂν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασιν ἐλέγετο. καὶ ἡ σύντομος θεραπεία τῶν φλεγμαινόντων μορίων, διὰ τῶν τοιούτων ἐπιτελεῖται φαρμάκων, ἃ ἤτοι τελέως ἐξιᾶται τὴν διάθεσιν· ἢ εἰ καὶ καταλείπει τι βραχὺ διαπύσκον, ἑτέρου χρήζει φαρμάκου δριμέος,

ἐκκενοῦν δυναμένου τὸ πῦον· ἢ εἴπερ λεπτὸν εἴη τὸ περιέχον δέρμα, καὶ θᾶττον ἀπαλλάξαι τὸν κάμνοντα βουλόμεθα, τομῆς ἐστι χρεία. ἡ δὲ διὰ τῆς ὠμηλύσεως ἀγωγὴ τῶν φλεγμαινόντων, ἐκ τοῦ παρηγορικοῦ τρόπου τῆς τέχνης ἐστὶν, οὐ τοῦ θεραπευτικοῦ τε καὶ ἀγωνιστικοῦ· ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τῶν τοιούτων διαφορᾶς, ἐν τοῖς ἑξῆς πλέον ἐροῦμεν. ὅτι δὲ τὰ ἕλκη πάντα ξηραίνειν ὁ Ἱπποκράτης κελεύει, καὶ ὅτι τὸν σκοπὸν εἶναι τῆς ἰάσεως ἀπεφήνατο, τῆς διαθέσεως ἐνδειξαμένης, οὐ τοῦ χρόνου, σαφῶς ἤδη μοι δεδεῖχθαι νομίζω. εἰ δέ τις ἐπὶ μᾶλλον πεισθῆναι βούλεται, τῷ περὶ τῶν ἑλκῶν βιβλίῳ τἀνδρὸς ἐπιπλέον ὁμιλησάτω πάντα, γνώσεται γὰρ ἐναργῶς αὐτό τε τοῦτο, τὸ μίαν εἶναι πάντων ἑλκῶν ἴασιν καθόλου, τὴν ὑφ' ἡμῶν ἐν τῷ περὶ τούτου λόγῳ δεδειγμένην, ἔτι τε πρὸς τούτῳ, κἀκεῖνο μαθήσεται, τὸ μηδεμίαν ὑπάρχειν ἔνδειξιν ἀπὸ τοῦ χρόνου, μήτ' ἐπὶ τῶν ἑλκῶν, μήτ' ἐπὶ τῶν φλεγμονῶν, μήθ' ἁπλῶς ἐπ' ἄλλης ἡστινοσοῦν διαθέσεως. ἐπεὶ δὲ κατὰ τοῦτο τοῦ λόγου γεγόναμεν, ἐπιδεῖξαι δίκαιον, ὡς οὐ μόνον, ὧν ἄρτι διεληλύθαμεν, εὑρετὴς ὁ Ἱπποκράτης ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα χρὴ γινώσκειν τὸν μέλλοντα καλῶς ἕλκος ἰάσασθαι· φαίνεται γὰρ οὐ μόνον τῶν ἄνευ τινὸς ἑτέρας διαθέσεως ἑλκῶν ἐξευρὼν τὴν ἴασιν, ὡς ἐν τῷ ξηραίνειν ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῶν διαθέσεων ἁπασῶν, ἑκάστης ἰδίᾳ κατ' εἶδος. ἤτοι γὰρ ἔτι κατ' ἐπιρρεῖ τῷ δεδεγμένῳ τὴν ἕλκωσιν μορίῳ μοχθηρὸς χυμὸς, ἢ ἐπιρρεῖ· μηκέτι μὲν οὖν ἐπιρρέοντος, αὐτὸ μόνον ἰᾶσθαι χρὴ τὸ πεπονθός· εἰ μὲν ἤτοι πελιδνὸν, ἢ μέλαν, ἢ ἐρυθρὸν εἴη, σχάζοντάς τε, καὶ τοῦ αἵματος ἀφαιροῦντας· εἶθ' οὕτως σπόγγον μὲν ἐπιθέντας, ὡς αὐτὸς ἔλεγε, πολὺ ξηρότερον μᾶλλον ἢ ὑγρότερον· οὐ γὰρ ἀγνοήσειν οἶμαί τινα, τὸ, ἢ, μόριον, ἀποφάσεως ἔχον ἐνταῦθα δύναμιν, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπε, ξηρότερον, οὐχ ὑγρότερον· ἔπειτα δὲ τοῖς ξηραίνουσι φαρμάκοις χρωμένους, εἶτ' εἰ πάλιν δέοιτο, αὖθις αἵματος ἀφαιροῦντας· εἶτ' αὖθις τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ἄχρις ἂν ἐξυγιασθῇ τελέως· εἰ δὲ τὰ χείλη σκληρὰ καὶ τυλώδη φαίνοιντο, περιτέμνοντας αὐτά. καὶ γὰρ δὴ καὶ περὶ τούτων φησί· τῶν δ' ἑλκέων τὰ κυκλοτερῆ, ἢν ὑπόκοιλα ᾖ, ἐν κύκλῳ περιτέμνειν χρὴ τὰ ἀφεστῶτα, ἢ πάντα, ἢ τὰ ἡμίσεα τοῦ κύκλου, κατὰ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου. γέγραφε δὲ καὶ περὶ τῶν ἅμα τοῖς ἕλκεσιν ὄγκων ἁπάντων, ὡς χρὴ θεραπεύειν ἕκαστον· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν κιρσῶν, ἐπειδὰν καὶ διὰ τούτους ἕλκη δυσίατα γίγνηται, δῆλον ὡς ἐπιρρέοντός τινος ἐξ αὐτῶν τοῖς ἡλκωμένοις μορίοις. οὕτως δὲ κἀπειδὰν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἡ ἐπιρροὴ γίγνηται, καθαίρειν κελεύει τὸ πᾶν, ἐν οὐδενὶ τούτων ἀπὸ τοῦ χρόνου τὴν ἔνδειξιν λαμβάνων· ἐπεί τοι καὶ γελοῖον, ἀπὸ μιᾶς κοινότητος ἐνδείξεις οὕτω πολλὰς καὶ διαφερούσας καὶ πολλάκις ἐναντίας γίγνεσθαι. εἰ γὰρ καὶ συγχωρήσαιμεν ἔνδειξίν τινα περὶ τοῦ χρόνου λαμβάνεσθαι, τίς ποτέ ἐστιν αὕτη, δίκαιον εἰπεῖν, αὐτὴν ἑνὶ κεφαλαίῳ περιλαβόντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ποιοῦμεν, οὐχ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Θεσσαλός. ἓν γοῦν ἐνδείκνυται καθόλου τὸ στεγνὸν πάθος αὐτῷ, τὸ χαλᾶν· ὥσπερ γε καὶ τὸ ῥοῶδες ἓν ἕτερον, τὸ στέλλειν. ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὰ τὰ ἕλκη, τὸ μὲν ῥυπαρὸν, καθαίρεσθαι δεῖται· τὸ δὲ κοῖλον, πληροῦσθαι· τὸ δὲ ὁμαλὲς, ἐπουλοῦ-

pus queat, requiritur; vel si tenuis circumposita cutis sit, velísque quàm celerius explicatum ægrum, sectio petenda est. Cæterùm curatio phlegmones per hordei farinam dolorem lenire studentis est, non medentis, & contra malum pugnantis; verùm de talium differentia in sequentibus pleniùs docetur. Illa porrò mihi demonstrata manifestè puto, Hippocratem, tum vlcera quæque siccanda esse iussisse, tum hunc esse curationis scopum sanxisse, ipso scilicet affectu indicationem præbente, non tempore. Quòd si quis hoc magis etiam sibi persuasum cupit, librum eius de vlceribus totum diligentiùs euoluat; intelliget enim illud ipsum perspicuè, tum vnam esse vlcerum omnium generalem curationem, quam nos proximo libro docuimus, tum verò non minus illud, nullam esse à tempore, nec in vlceribus, nec in phlegmone, nec denique in alio quopiam affectu, indicationem. Quoniam verò in hunc sermonis locum peruenimus, æquum est ostendere non modò horum, quæ iam retulimus, fuisse inuentorem Hippocratem, sed etiam reliquorum omnium, quæcunque hunc scire, qui commodè vlcus sit sanaturus, est opus. Videtur enim is non solùm vlcerum, quæ citra alium affectum consistunt, sanandorum rationem inuenisse, vt quæ in siccando consistat, sed etiam priuatim per species affectuum cuiusque. Nam aut vitiosus succus ad partem, cui vlcus insedit, ampliùs non fluit, aut etiam fluit; ac si non amplius fluit, ipsi tantùm, quod laborat, succurrendum est; siquidem vel liuidum, vel nigrum, vel rubrum conspicitur, scarificando, ac sanguinem emittendo; mox (vt ipsius verbis vtar) spongiam statim sicciorem magis, quàm humidiorem superimponendo; neque enim, arbitror, ignorabit quispiam, particulã illam [quam] negationis hoc loco vim habere, tanquam ita diceret sicciorem, non humidiorem; post hæc verò etiam siccantia remedia applicando; ab his si res postulet, rursus sanguinem auferendo; ac mox iterum talia peragendo, donec parta omninò sanitas sit; quod si labra vlceris dura callosáque appareant, etiam ea excidendo. Etenim de his quoque ita ait; *Circularia vlcerum, si subcaua sint, circulo præcidere, quæ abscesserunt, oportet, vel omnia, vel ex dimidio circuli secundum hominis longitudinem.* Scripsit verò, & de tumoribus, qui coniuncti cum vlcere sunt, vniuersis, quemadmodum curandi singuli sint; simili modo, & de varicibus, quando horum quoque occasione contumax ad sanandum vlcus redditur, quoniam aliqua ex his humiditas ad exulceratas partes defluat. Ad eundem modum, & quum ex toto corpore humor confluit, totum purgare iubet, nusquam videlicet in his indicationem à tempore sumens; nam, & ridiculum planè sit, adeò multas, ac varias, sæpe etiam contrarias indicationes ab vna communitate fieri. Nam, si etiam demus indicationem aliquam à tempore sumi, quæ tandem ea sit, dicere par est, ac summa quapiam vna eam complecti; veluti in reliquis omnibus ipse quoque Thessalus facit, nedum nos. Quippe vnum illi perpetuò indicat astrictus affectus, *nempe*, vt laxetur; vnum rursus, fluxus, vt adstringatur. Quinetiam in ipsis vlceribus, quod sordidum est, abstergeri postulat; quod cauum est, impleri; quod æquabile est, cicatrice induci;

duci; cui caro supercreuit, hanc sibi detrahi, etiam eo ipso authore; ergo, sicut in horum singulis, ita in diuturnis quoque alterum aliquid ad proportionem ostendat, quod virum sit; verùm non potest, nam, & excidēda ea præcipit. At quænam, *quæso*, sit ista rationabilis à tempore incadicatio? tum remedio ex sinapi vti, de quo vanum illud nomen metasyncriseos vsurpat? ad hęc ex radicula vomitu; & postremo, quum nihil vltra inueniat, veratro? Verùm hæc quidem (quemadmodum dixi) etiam in sequentibus pleniùs dicentur, vbi nihil vsquam vllo in morbo à tēpore indicari, sed signum *id* nonnunquam affectus esse docebimus.

CAPVT VI.

De indicationibus venæ sectionis, & humorum purgationis, quæ ab vlceratarum partium temperamento, & substantia sumuntur.

VErùm rursus ad Hippocratem reuertor; quem virum sanè diligentiæ nomine admiror, cum in alijs omnibus, tum verò quod scopum, qui medico ad indicationem, non in vno alteróve, sed prorsus omni morbo sit spectandus, non omiserit. Est autem is, qui ab affectus magnitudine sumitur, quem non modò Methodici prætermiserunt (non enim est id mirum) sed etiam rationalium plurimi, atque etiam Empirici (quanquam alio modo) omnes. Nam vbi in plethorico (vt illi loquuntur) concursu vacuationem à se obseruatam dicunt, manifestè fatentur ob nullius alterius eorum, quæ in ægro visuntur, respectum, se ad vacuationem accedere. Neque hoc dico propterea, quod purgatio vacuatio sit, quam plethoricus concursus non indicet, sed quòd etiam, tametsi plethoricus concursus non adsit, ad ipsam tamen sanguinis missionem interdum sit confugiendum; nam si vehemens morbus sit cum virium robore, nemo est, qui venam non secet, qui in artis operibus sit exercitatus. Nam ipsos Empiricos videmus, quum lapsu aliquo, aut plaga aliqua contusæ vehementer corporis partes fuerint, ad sanguinis missionem confugere; quanquam idem homo paulò ante sanus fuerat, prorsúsque redundantiæ sanguinis expers. Ex quo patet non hoc esse, quod mittendum sanguinem indicet, sed magnitudinem morbi, ac virium robur, exceptis à sermone pueris. Nam & alia ratione, siquis etiamnum sanus, nec adhuc quicquam læsus, in sanguinis redundantis concursu sit positus, non statim huic mitti sanguinem est necesse; imò alijs satisfacit inedia, alijs cibi parcitas. alijs soluta aluus, vel purgatio, vel frequentius balneum; alijs sola exercitatio, vel multa frictio abundè fuit; missio verò sanguinis ne ab ipsis quidem Empiricis, ijs qui ita se habent, necessariò adhibetur. Ad eundem modum nec purgatio in sola vitiosi succi abundantia conuenienter suscipitur; sed sicut missio sanguinis, vel propter ipsius abundantiam, vel propter morbi magnitudinem, ita purgatio, & propter abundantiam alterius cuiusquam humoris, & propter vehemētiam morbi adhibetur. Ac de sanguinis missione, tum in alio libro egimus, tum verò in sequentibus agemus. De purgatione in hoc libro disseram; quòd desiderant enim ægri hanc, non modò, vt noxium excrementum, *quoque vexantur*, purget,

A δεῖ· εἰ δ' ὑπερσαρκοῦν, καθαιρεῖσθαι, ὃ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον λεξάτω τινὰ ἡμῖν, οὕτω κἀπὶ τῶν χρονιζομένων, τί ποιοῦσιν ἕτερον ἓν, ὡς ἐπ' ἐκείνων ἑκάστου· ἀλλ' οὐκ ἔχει, καὶ γὰρ καὶ περιτέμνειν αὐτὰ φησὶ χρῆναι. καί τοι τίς αὖ ἔνδειξις αὕτη; ποίου ἔχουσα περὶ τοῦ χρόνου γίγνοιτο; καὶ τὸ διὰ τοῦ νάπυος χρῆσθαι φαρμάκῳ, καθ' ὃ τὸ κενὸν ὄνομα φησὶν εἶναι, τῆς μετασυγκρίσεως· ἔτι τε πρὸς τούτοις, τοῖς ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτοις· καὶ τελευτῶν, ἐπειδὰν μηκέτ' εὑρίσκῃ μηδὲν ἐλλεβόρῳ; ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς ἔφην, κἂν τοῖς ἑξῆς ἐπὶ πλέον εἰρήσεται, δεικνύντων B ἡμῶν, ὡς οὐδὲν ἐπ' οὐδενὸς νοσήματος ὁ χρόνος ἐνδείκνυται, σημεῖον μὲν τοι πολλάκις γίγνεται τῆς διαθέσεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Περὶ τῶν ἐνδείξεων τῆς φλεβοτομίας, καὶ τῆς τῶν χυμῶν καθάρσεως, τῶν ἀπὸ τῆς τῶν ἑλκωμένων μορίων κράσεως καὶ οὐσίας λαμβανομένων.

ΕΠάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν Ἱπποκράτην· θαυμάζω γὰρ τῆς ἀκριβείας τὸν ἄνδρα, κἂν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὐχ ἥκιστα δὲ κἂν τῷ μὴ παραλιπεῖν εἰς ἔνδειξιν διαφέροντα C σκοπὸν, οὐκ ἐφ' ἑνὸς μόνον, ἢ δυοῖν, ἀλλ' ἐπὶ πάντων ἁπλῶς τῶν νοσημάτων. ἔστι δ' οὗτος ὁ ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῆς διαθέσεως λαμβανόμενος· οὐ μόνον οἱ μεθοδικοὶ παρῆλθον, οὐδὲν γὰρ τοῦτό γε θαυμαστὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν λογικῶν οἱ πλεῖστοι· καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ἅπαντες οἱ ἐμπειρικοί. ἐπειδὰν γὰρ ἐπὶ τῇ πληθωρικῇ καλουμένῃ συνδρομῇ, κένωσιν ἑαυτοῖς τετηρῆσθαι λέγωσιν, ἄντικρυς ὁμολογοῦσιν, ὡς εἰς οὐδὲν ἄλλο τῶν περὶ τὸν κάμνοντα γιγνομένων ἀποβλέποντες, ἐπὶ τὸ κενοῦν παραγίγνονται. καὶ οὐ τοῦτό φημι διότι καὶ αἱ καθάρσεις, κε- D νώσεις εἰσὶν, οὐδ' αὗται πρὸς τῆς πληθωρικῆς διδασκόμεναι συνδρομῆς, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν φλεβοτομίαν αὐτὴν ἐνίοτε, καί τοι μὴ παρούσης τῆς πληθωρικῆς συνδρομῆς, δίκαιόν ἐστι παραλαμβάνειν. εἰ γὰρ ἰσχυρὸν εἴη τὸ νόσημα, καὶ ῥώμη δυνάμεως, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν φλεβοτομήσειε, τῶν ὡμιληκότων τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης. αὐτοὺς γοῦν ὁρῶμεν τοὺς ἐμπειρικοὺς, ἐπειδὰν ἐκ καταπτώσεώς τινος, ἢ ἄλλης πληγῆς θλασθῇ μέρη τινὰ τοῦ σώματος ἰσχυρῶς, ἐπὶ τὴν φλεβοτομίαν ἐρχομένους· καί τοι μικρὸν ἔμπροσθεν ὑγιαίνειν ἐκεῖνος, μηδεμίαν ἔχων πληθωρικὴν συνδρομήν. E ᾧ δῆλον, ὡς οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ σκοπὸς τῆς φλεβοτομίας, ἀλλ' ἥ τε τοῦ νοσήματος ἰσχὺς, καὶ ἡ ῥώμη τῆς δυνάμεως, ἀφαιρουμένων τοῦ λόγου τῶν παιδίων. καὶ γὰρ αὖ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, εἴ τις ὑγιαίνων ἔτι, καὶ μηδὲν μηδέπω βεβλαμμένος, ἐν τῇ πληθωρικῇ γένοιτο συνδρομῇ, τοῦτον οὐκ ἀνάγκη φλεβοτομεῖν· ἀλλ' ἀρκεῖ, τῷ μὲν ἀσιτία, τῷ δὲ, ὀλιγοσιτία, τῷ δ' ὑπαγωγὴ γαστρὸς, ἢ κάθαρσις, ἢ πλείω λουτρά· τῷδέ τινι, καὶ γυμνάσιον ἤρκεσε μόνον, ἢ τρῖψις πολλή· φλεβοτομία δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, οὐδ' ὑπὸ αὐτῶν τῶν ἐμπειρικῶν, τοῖς οὕτως ἔχουσι προσάγεται. κατὰ δὲ F τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδὲ ἡ κάθαρσις ἐπὶ μόνῳ πλήθει χυμῶν μοχθηρῶν, δεόντως παραλαμβάνεται· ἀλλ' ὥσπερ ἡ φλεβοτομία διά τε πλῆθος αἵματος, καὶ ἰσχυρὰν νόσον, οὕτω καὶ ἡ κάθαρσις, διά τε πλῆθος ἑτέρου τινὸς χυμοῦ, καὶ ἰσχὺν νοσήματος· περὶ μὲν τῆς φλεβοτομίας, ἐν ἑτέρῳ τέ μοι εἴρηται λόγῳ, κἂν τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται· περὶ δὲ τῆς καθάρσεως, ἐν τῷδε τῷ λόγῳ δίειμι· χρῄζουσι γὰρ αὐτῆς οἱ κάμνοντες, οὐχ ὡς τὸ λυποῦν περίττωμα καθαιρούσης μόνον,

ἀλλὰ καὶ ὡς ἀντισπώσης τε, καὶ κενούσης. καὶ διὰ τοῦθ' Ἱπποκράτης, ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι συγγράμμασι, κἀν τῷ περὶ τῶν ἑλκῶν ἐπισκοπεῖται, καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ νοσήματος, εἰς ἔνδειξιν καθάρσεως. ὑποκάθαρσις γάρ, φησι, τῆς κάτω κοιλίης, ξυμφέρει τοῖς πλείστοισι τῶν ἑλκέων, καὶ ἐν τρώμασιν ἐν κεφαλῇ ἐοῦσι, καὶ ἐν κοιλίῃ, καὶ ἐν ἄρθροισι, καὶ ὅσα σφακελίσαι κίνδυνος, καὶ ὅσα ῥάπτεται, καὶ τοῖς ἐσθιομένοισι, καὶ ἕρπησι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι πεπαλαιωμένοισι τὰ ἕλκεα, καὶ ὁκοῖα δ' ἂν μέλλῃ τις ἐπιδέειν, ὑποκαθαίρειν τὴν κάτω κοιλίην. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ σαφῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὅτι τοῖς ἕλκεσιν ἅπασι, καὶ τοῖς τρώμασιν, ὅταν ἰσχυρὰ γένηται, κάθαρσις συμφέρει. τριχῶς γὰρ οὐ μόνον τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων παθῶν ἁπάντων ἰσχυρῶν γιγνομένων· ἢ διὰ τὸ κύριον τοῦ πεπονθότος μέρους, ἢ διὰ τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως, ἢ διὰ τὴν κακοήθειαν, ἑκάστου τούτων ἰδίᾳ φαίνεται μεμνημένος ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ μὲν τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ κοιλίᾳ τρωμάτων, τὸ κύριον ἐμφαίνων τοῦ τετρωμένου μορίου. κοιλίην δ', ὅτι μὴ τὴν κάτω μόνην ἀκούειν νῦν χρή, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄνω, πρόδηλον οἶμαι παντί· διαιρουμένου γὰρ τοῦ μεταξὺ τραχήλου, καὶ σκελῶν κύτους, εἰς δύο μεγίστας κοιλότητας, ἡ πρώτη μὲν ὑπὸ τοῦ θώρακος, ἡ δευτέρα δ' ὑπὸ τοῦ περιτοναίου περιέχεται. καὶ δὴ τῶν τρωμάτων ὅ, τι ἂν εἴη εἴσω τοῦ θώρακος, ἢ εἴσω τοῦ περιτοναίου διαφθαρῇ, κίνδυνον οὐ σμικρὸν ἐπιφέρει, καὶ μάλισθ' ὅταν συντρώσῃ τι τῶν ἔνδον· ἀλλὰ καὶ ὅτι ταχέως κακοήθη γίγνεται πάντα τὰ ἐν τοῖς ἄρθροις τρώματα, καὶ τοῦτο σχεδὸν ἅπαντες ἴσασιν· ἐκ μὲν τῆς πείρας μόνης μεμαθηκότες, οἱ ταύτῃ μόνῃ προσέχοντες τὸν νοῦν· ἐκ δὲ τῆς φύσεως αὐτῶν τῶν τετρωμένων ὀργάνων, οἷς ἐσπουδάσθη, φύσεως σώματος ἐπιστήμην ἔχειν. ὅπου γὰρ τένοντες, καὶ νεῦρα, καὶ ἄσαρκα, καὶ ὀστώδη χωρία, κίνδυνος ἐνταῦθα καὶ ὀδυνηθῆναι, καὶ ἀγρυπνῆσαι, καὶ σπασθῆναι, καὶ παραφρονῆσαι· ταῦτά τε δὴ τὰ τρώματα, καὶ πρὸς τούτοις, ὅσα ῥάπτεται, τουτέστιν ὅσα οὕτως ἐστὶ μεγάλα, ὡς ῥαφῆς χρῄζειν, ἢ εἰ μὴ ταύτης, ἀλλ' ἐπιδέσεως γοῦν, ὑποκαθαίρεσθαι δεῖται. λέλεκται δ' ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ, διότι χρὴ τὰ μεγάλα τῶν ἑλκῶν, ἢ ῥαφαῖς, ἢ ἐπιδέσεσι συνάγεσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅσα σφακελίσαι κίνδυνος, ἐν μεγέθει δηλονότι φλεγμονῆς ἐστι. καὶ τοίνυν καὶ τὰ ἐσθιόμενα, τουτέστι τὰ ἀναβιβρωσκόμενα, κακοήθη τε ἅμα, καὶ κακοχυμίας ἐστὶν ἔκγονα. καὶ οἱ ἕρπητες δ' ἐπὶ χολώδει περιττώματι συνίστανται· καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ παλαιούμενα, κατά τινα τοιαύτην γίνεται πρόφασιν· ὥστ' εὐλόγως ἐπὶ πάντων τούτων, ὑποκαθαίρειν συμβουλεύει. καὶ μὲν δὴ καὶ προελθὼν ἔτι τάδε φησίν· ἐπὶ παντὶ ἕλκει, ἐρυσιπέλατος ἐπιγιγνομένου, κάθαρσιν ποιέεσθαι τοῦ σώματος ἐφ' ὁπότερα ξυμφέρει τῷ ἕλκει, εἴτε ἄνω, εἴτε κάτω· τούτου δ' αὐτοῦ πάλιν ἡμᾶς τὸν διορισμὸν, ἐν τῷ περὶ χυμῶν ἐδίδαξεν, ἀντισπᾷν μὲν κελεύων εἰς τἀναντία, παροχετεύειν δ' εἰς τὰ πλάγια· καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἐπειδὰν μάλιστα ῥέπῃ, τότε ἀντισπαστέον· εἴρηται καὶ περὶ τούτου κατ' ἐκεῖνο τὸ βιβλίον. ὥστε καὶ νῦν, εἰ μὲν ἔτι φέροιτο σφοδρῶς τὸ ῥεῦμα, διὰ τῶν ἐναντίων ἀντισπάσομεν· ἄνω μὲν γιγνομένου τοῦ ἕλκους, κάτω καθαίροντες, εἰ δ' ἐν τοῖς κάτω μέρεσι συσταίη, τὴν ἄνω κοιλίαν κενοῦντες· ἤδη δὲ καὶ πεπαυμένου καὶ κατὰ τὸ μόριον ἐστηριγμένου, παροχετεύειν ἄμεινον

A sed etiam, vt tum reuellat, tum vacuet. Atque ob eam rem Hippocrates, tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo, quod de vlceribus prodidit, etiam morbi magnitudinem ad purgationis indicationẽ considerat. *Purgatio, enim, inquit, per aluum plurimis vlceribus prodest; praeterea vulneribus, quae in capite sunt accepta, item, quae in ventre, & articulis; ad haec ijs, in quibus ossi caries impendet; praeterea ijs, quae suuntur, & exeduntur, & herpetibus, & reliquis, quae vlcera diuturna reddunt, etiam quaecunque deliganda sunt, per aluum purganda sunt.* His verbis clarè nos B docuit vlceribus omnibus, & vulneribus, quoties perualida sunt, purgationem esse vtilem. Quum enim trifariam non hae modò affectiones, verùm etiam reliquae omnes vehementes magnaeque reddantur, vel propter affectae partis praestantiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propter cacoethiam, cuiusque horum seorsum videtur Hippocrates mentionem fecisse, vtique in capitis, ventrisque vulneribus praestantiam laesae indicans partis. Ventrem autem hoc loco non solum inferiorem intelligendum esse, sed etiam superiorem, patere cuiuis arbitror; C diuiso nánque, quod inter collum, & crura est, trunco in duas capacites maximas, prior sub thorace, secunda sub peritonaeo continetur. Et sanè vulnus, quod intra thoracem, intráve etiam peritonaeum penetrauit, non paruum periculum affert, potissimum siquid interiorum vnà sit vulneratum; quinetiam cacoethe statim fieri, quaecunque in articulis accepta vulnera sunt, id quoque omnes ferè sciunt, Empirici quidem ex sola ipsa experientia, cui soli attendunt; qui verò corporis naturae scientiam comparare studuerunt, ex ipsa vulneratarum partium organicarum naturâ. D Vbi enim tendones, & nerui, & carne vacua, atque ossea loca sunt, hîc doloris, vigiliarum, conuulsionis, & delirij periculum instat; tum haec igitur vulnera, tum quae suuntur, idest, quae adeo sunt magna, vt suturis indigeant, aut si non his, certè deligaturâ, alui purgationem desiderant. At verò iam dictum in proximo libro est, quae magna vlcera sunt, ea vel suturis, vel deligaturis esse coniungenda. Quinetiam, quibus corrumpendi ossis periculum impendet, ea vtique cum magnitudine phlegmones sunt. Iam, quaecunque e- E xeduntur, hoc est, eroduntur, ea tum maligna sunt, tum malorum succorum soboles. Herpetes quoque à bilioso excremento ortum habent; reliquáque, quae inueterantur omnia, ex huiusmodi aliqua causa proueniunt; quare in omnibus his non sine ratione purgare per aluum iubet. In progressu verò haec insuper adijcit; *In omni vlcere, cui erysipelas superuenit, purgari corpus oportet, qua parte vlceri maximè conducit, siue id per superna, siue per inferna sit*; cuius etiam ipsius rei discrimen in libro de humoribus nos e- F docuit, reuellere nos iubens ad contraria, deriuare verò ad latera; quinetiam, quum maximè repit, tum reuellendum; dictum verò, & de hoc in eo libro est. Quare nunc quoque, si etiamnum fluxio valenter irruat, ad contraria reuellemus, vtique, si in superioribus vlcus consistat, per inferna purgantes; sin autem in inferioribus sit, superiorem ventrem vacuantes; at, si iam fluxio restitit, atque in parte inhaesit, deriuare per vicina magis expedit, quum

quum & in propinquiora translatio sit, & purganti medicamento promptior tum accessus, tum attractus è vicino detur. Hanc verò rationem ad aliam quoque artis partem spectare, nempe, quæ de succorum medicatione præcipit, neminem latere arbitror; proindéq; in sequentibus etiã repetere eam erit necesse, ac totam absoluere. Nunc illud docere volo, tum ipsam morbi siue vim, siue magitudinem appellare velis, scopum a nobis detractionis sanguinis, vel purgationis statuendum esse; tum verò Hippocratem hanc omnium, quos nouimus, primum indicationẽ adinuenisse; ac de alijs quidem morbis in sequentibus libris id ostẽdam, de vlceribus verò in hocce, de purgationibus quidẽ mihi explicatum iam est, Nam quũ triplici genere morbus quisq; sit magnus ac grauis, aut propter præcellentiam partis affectæ, aut propter affectus magnitudinẽ, aut propter ipsius cacoethiam, omnium horum meminit Hippocrates, vbi de purgatione egit. Quid igitur (dicet aliquis) nunquid etiam sanguinem detrahi interdum suadet propter has ipsas causas? Mihi verò id quoq; iubere videtur, verùm breuiter, nec sine demonstratione, veluti tum huic ipsi, tum reliquis priscis mos fuit. Id ita esse intelliges, primum quidem, si hæc eius verba relegeris. *Omni recens facto vulneri, nisi in ventre sit, expedit ex ipso vulnere statim sanguinem plus minúsue effluere; Nam phlegmone minus tentabitur, tam vlcus ipsum, tum quæ circũposita loca sunt.* Post hæc autem, si verba quæ in libro de vlceribus ab eo sunt scripta, tum quæ in alijs omnibus libris sæpè proposuit, recorderis, debere imitatorem esse medicum non tantum naturæ, sed etiam eorum, quæ quum sua sponte veniunt, conferunt, clarè iam senis mẽtem intelliges de sanguine, quũ magna sunt vulnera, detrahendo. Si nanque expedit in talibus sanguinem effluere, non autem effluxit, quod deest ipse adijcias, oportet; declarant id ea, quæ subiungit, quippe hæc statim cum dictis verbis copulat; *Et ab ijs, quæ inueterata sunt vlcera, vt sanguis crebrò fluat efficere prodest, vtcunque opportunum videbitur, tum ab ipsis vlceribus, tum à circumpositis vlceri partibus.* Nam quoniam prædixerat *omni vlceri recens facto sanguinem emittendum esse;* cernens, nisi etiam de inueteratis mentionem faceret, fore, vt ab aliquo putaretur de recentibus tantùm ita pronunciasse, idcirco illud rectè adiecit, *& ab inueteratis vlceribus sanguinem mittendum esse.* At si id perpetuum est, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem reuellendam esse, fixam verò iam in laborante parte vacuandam esse, vel ab ipsa parte affecta, vel à maximè vicina; in promptu nobis, & de sanguinis detractione colligere nunc est, quòd in principio hæc è longinquo, postea ab ipsis exulceratis partibus, sit emolienda. Quinetiam, si ijs, quæ iam dixi illud quoque adijcias, quod ipsum, qui redundat humorem vacuandum esse Hippocrates suadet, aliàs sanguinis detractionem adhibebis, quum videlicet is vincit; aliàs medicamentum quod ad bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendam vim habet, dabis, illius interim, in omnibus his, non immemor, non esse vlceris, quà vlcus est, vllam id genus curationem, sed vel vitiosi qui coniunctus est, succi, vel plenitudinis, vel phlegmones, vel herpetis, vel eius generis alterius; sed nec illius oblitus, quòd aliquid interdum ex ijs, quæ vlceribus accidunt, indicationem propriam suggerat, veluti, & magnitudo.

A ἐγγυτέρω γὰρ ἡ μετάληψις, καὶ ἡ ὁρμὴ, καὶ ἡ ὁλκὴ τῷ καθαίροντι φαρμάκῳ ῥᾴων ἐκ τοῦ πλησίον. ὅτι δ' ὁ λόγος οὗτος ἤδη καὶ ἄλλου τινὸς ἅπτεται τῶν τῆς τέχνης μερῶν, τοῦ περὶ τὴν τῶν χυμῶν ἴασιν, οὐκ οἶμαί τινα λανθάνειν· ὅθεν κἀν τοῖς ἑξῆς αὐτὸν ἀναγκαῖον ἔσται πάλιν ἐπαναλαβεῖν, καὶ τελειῶσαι σύμπαντα. νυνὶ δ' ὅτι τὴν ἰσχὺν τοῦ νοσήματος, ἢν εἴτε καὶ μέγεθος τις ὀνομάζειν ἐθέλει, σκοπὸν ἐπὶ ποιητέον ἡμῖν ἀφαιρέσεως αἵματος, ἢ καθάρσεως, καὶ ὡς Ἱπποκράτης ἁπάντων πρῶτος ὧν ἴσμεν ἐξεῦρε τοῦτον τὸν σκοπὸν ἐπιδεῖξαι βούλομαι· περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων νοσημάτων, ἐν

B τοῖς ἑξῆς λόγοις ἐπιδείξω, περὶ δὲ τῶν ἑλκῶν, ἐν τῷδε. τὰ μὲν οὖν τῶν καθάρσεων ἤδη μοι λέλεκται. τριχῶς γὰρ ἑκάστου νοσήματος ἰσχυροῦ γινομένου, διὰ τὸ κύριον τοῦ πεπονθότος μορίου, διὰ τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως, καὶ τρίτην τὴν κακοήθειαν αὐτοῦ, ἁπάντων τούτων ἐμνημόνευσεν Ἱπποκράτης ἐν τῷ τῆς καθάρσεως λόγῳ. τί δὴ οὖν ἴσως φησί τις, οὐχὶ καὶ φλεβοτομεῖν ἐνίοτε συμβουλεύει διὰ τὰς αὐτὰς προφάσεις; ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, καὶ τοῦτο κελεύειν· ἀλλὰ διὰ ταχέων τε, καὶ μετ' ἀποδείξεως, ὡς αὐτῷ τε τούτῳ, καὶ τοῖς

C ἄλλοις παλαιοῖς ἦν ἔθος. εἴσῃ δὲ πρῶτον μὲν ἀναγνοὺς τήνδε τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ. ἕλκει νεοτρώτῳ παντὶ, πλὴν ἐν κοιλίῃ, συμφέρει ἐκ τοῦ τρώματος αἷμα ῥυῆναι αὐτίκα πλέον, ἢ ἔλασσον· φλεγμαίνει γὰρ ἧσσον αὐτό τε τὸ ἕλκος, καὶ τὰ περιέχοντα. μετὰ δὲ ταύτην ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν γεγραμμένην, ἀναμνησθεὶς ὧν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι συγγράμμασι πολλάκις ὑπέθετο, μιμητὴν ἀξιῶν εἶναι τὸν ἰατρὸν, οὐ τῆς φύσεως μόνον, ἀλλὰ κἀκείνων ὅσα αὐτόματα ὠφελεῖ, σαφῶς ἂν ἤδη τὴν γνώμην εἰδείης τοῦ παλαιοῦ περὶ τῆς τοῦ αἵματος

D ἀφαιρέσεως ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶν τραυμάτων· εἰ γὰρ δὴ συμφέρει μὲν αἷμα ῥυῆναι τοῖς τοιούτοις, οὐκ ἐρρύη δὲ, τὸ λεῖπον αὐτὸν χρὴ προστιθέναι· δηλοῖ δὲ τοῦτο κἀξ αὐτῶν, ὧν ἐπιφέρει, συνάπτων γοῦν τῇ προειρημένῃ ῥήσει τήνδε, φησί. καὶ ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων ἑλκέων ξυμφέρει αἷμα ποιέειν ἀπορρέειν πυκινὰ, ὅκως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἑλκέων, καὶ ἀπὸ τῶν περιεχόντων τὸ ἕλκος. ἐπεὶ γὰρ προειρήκει, ἕλκει νεοτρώτῳ παντὶ ξυμφέρει αἷμα ῥυῆναι, γιγνώσκων ὡς εἰ μὴ καὶ τῶν κεχρονισμένων μνημονεύσειεν, οἰήσεταί τις ἐπὶ τῶν προσφάτων μόνων οὕτως αὐτὸν ἀπο-

E φήνασθαι, διὰ τοῦτο δεόντως προσέθηκε τὸ, καὶ ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων ἑλκέων ἀφαιρεῖν τοῦ αἵματος. ἀλλ' εἴπερ ἐκεῖνο καθόλου πρὸς αὐτοῦ μεμαθήκαμεν, ὡς ἀρχομένων μὲν τῶν ῥευμάτων ἀντισπᾷν προσήκει, ἐστηριγμένων δὲ ἐν τῷ πεπονθότι μορίῳ, τὴν κένωσιν, ἢ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι τοῦ πεπονθότος μορίου, ἢ ὅτι μάλιστα πλησιέστατα, πάρεστιν ἡμῖν καὶ νῦν συλλογίσασθαι περὶ τῆς τοῦ αἵματος ἀφαιρέσεως, ὡς ἐν ἀρχῇ μὲν πόρρωθεν ἐξ ὑστέρου δ' ἀπ' αὐτῶν τῶν ἡλκωμένων προσήκει ποιεῖσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ τούτοις αὖθις οἷς εἴρηκα προσθεὶς, ὡς τὸν πλεονάζοντα χυμὸν ἐκκενοῦν ὁ Ἱπ-

F ποκράτης συμβουλεύει, ποτὲ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ αἵματος ἀφαίρεσιν ἄξεις, ὅταν τοῦτο κρατῇ, ποτὲ δ' ἤτοι ξανθῆς, ἢ μελαίνης χολῆς, ἢ φλέγματος ἀγωγὸν δώσεις φάρμακον· ἐκείνου μεμνημένος ἐν ἅπασι τούτοις, ὡς οὐκ ἔστιν ἕλκους, ᾗ ἕλκος οὐδεμία τῶν τοιούτων ἰάσεων, ἀλλ' ἤτοι κακοχυμίας συμπτούσης, ἢ πλήθους, ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἕρπητος, ἢ τινος ἑτέρου τοιούτου· καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἐνίοτε τῶν συμβεβηκότων τι τοῖς ἕλκεσιν ἔνδειξιν ἰδίαν ποιεῖται, καθάπερ καὶ τὸ μέγεθος.

εἴρηται δὲ καὶ περὶ αὐτῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι, τὰς διαφορὰς τῶν ἑλκῶν ἁπάσας, ὁπόσαι τέ εἰσι, καὶ ὁποῖαι, καὶ τίς ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν ἔνδειξις, ἐξηγησαμένου μου. τὸ δ' ἀπὸ τῆς ἰσχύος τοῦ νοσήματος ἔνδειξιν γίγνεσθαι κενώσεως, ἐν ἐκείνῳ μὲν οὐκ εἶπον τῷ λόγῳ, διότι τε μακροτέρας ἀποδείξεως ἐδεῖτο, καὶ τὴν τοῦ ὅλου σώματος ἐπιμέλειαν, οὐ συνῆπτον ἐν αὐτῷ τοῖς ἕλκεσιν· ἐνταῦθα δὲ διεξῆλθον, ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Περὶ τῶν λοιπῶν ἐνδείξεων τῆς ἰάσεως τῶν ἑλκῶν, μάλιστα δὲ περὶ τῶν ἀπὸ θέσεως καὶ σχήματος μορίων γινομένων.

Ὁ γάρ τοι σύμπας λόγος ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἐνδείξεως, ἣν ἀπὸ τῆς ἰσχύος φαμὲν τοῦ νοσήματος λαμβάνεσθαι, καὶ μετὰ ταῦθ' ἡμᾶς ἀναμένει ῥηθῆναι, καθάπερ καὶ ἡ ἀπὸ τῆς ἡλικίας καὶ προσέτι καὶ ἡ ἀπὸ τῆς τῶν χυμῶν ἰάσεως· οὕτω δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τῶν πεπονθότων μορίων ἔνδειξις εἰς τὴν θεραπείαν γινομένη, τελεώτερον ἐν τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν ἀποδοθήσεται. νυνὶ μὲν γὰρ, ὅσον ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῶν, τουτέστι τῆς κράσεώς τε καὶ οὐσίας, οἷόν τ' ἐστὶν εἰς τὰς ἰάσεις λαμβάνεσθαι, λέλεκται μόνον· ἡ δ' ἀπὸ τῆς θέσεώς τε καὶ διαπλάσεως, ἔτι τε χρείας, εὐαισθησίας τε καὶ δυσαισθησίας ἔνδειξις οὐκ εἴρηται· λεγέσθω δὲ καὶ περὶ τούτων ὅσον εἰς τὴν τῶν ἑλκῶν ἴασιν διαφέρει. τὸ μὲν οὖν αἰσθητικὸν μόριον, ἀνωδύνως ὅτι μάλιστα χρὴ πειρᾶσθαι θεραπεύειν· εἴρηται δ' ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ἡ τῶν ἀνωδύνων ὕλη. τὸ δὲ δυσαισθητότερον, ἐγχωρεῖ καὶ διὰ τῶν σφοδροτέρων, εἰ ἡ διάθεσις οὕτω κελεύει· καὶ μὲν δὴ καὶ τοῦ μὲν κυρίου μορίου τὸν τόνον χρὴ φυλάττειν, ὡς ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ φλεγμονῆς λογισμοῖς ἀποδείξομεν· εἰ δέ τι μὴ τοιοῦτον, ἐγχωρεῖ τοῦτο καὶ τὴν χαλαστικὴν ἀγωγὴν τῆς θεραπείας ἀλύπως δέχεσθαι. ταυτὶ μὲν οὖν ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐπιπλέον ἐροῦμεν. ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ, τὴν ἀπὸ τῆς θέσεώς τε καὶ διαπλάσεως τῶν μορίων ἔνδειξιν ἔτι προσθέντες, οὕτω καταπαύσομεν καὶ τουτὶ τὸ τέταρτον βιβλίον. ἐντεῦθεν γοῦν ἐπενοήθη, τὸν μὲν κατὰ τὴν κοιλίαν ἡλκωμένον, πίνειν τὰ φάρμακα· τὸν δὲ κατὰ τὸν στόμαχον, οὐχ ἅπαξ, οὐδ' ἀθρόως ὅλα προσφέρειν, ἀλλὰ κατὰ βραχύ τε καὶ συνεχῶς· ἐν γὰρ τῷ παρέρχεσθαι, καὶ ψαύειν, ἡ ὠφέλεια τούτοις ἐστίν· οὐκ ἐν τῷ περιέρχεσθαι, καὶ πλησιάζειν ἐπὶ πλείονα χρόνον, ὥσπερ τῇ γαστρί. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς χρὴ παχύτερα προσφέρειν ταῦτα, καὶ γλίσχρα, παρὰ τῆς θέσεώς τε καὶ διαπλάσεως ἡ ἔνδειξις. ἐπεὶ γὰρ διέξοδός τις ὁ στόμαχός ἐστι τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, διὰ τοῦτο πάντων τῶν ἔχεσθαί τε καὶ περιπήγνυσθαι, καὶ προσκολλᾶσθαι δυναμένων ἐστὶ χρεία φαρμάκων, οὐ τῶν ἀποκλύζεσθαι καὶ διαρρεῖν ἑτοίμως πεφυκότων. περιπήγνυται μὲν οὖν παχέα, κολλᾶται δὲ τὰ γλίσχρα. τὰ δὴ ἐν τοῖς παχέσιν ἐντέροις ἕλκη, τῶν διὰ τῆς ἕδρας ἐνιεμένων χρήζει μᾶλλον φαρμάκων· ἐγγυτέρω γὰρ ταύτης ἐστί. τὰ δὴ ἐν τοῖς λεπτοῖς, ἀμφοτέρων· πορρωτέρω γὰρ ἤδη ταῦτ' ἐστὶ καὶ μέσα τῇ θέσει τῶν ἄνωθέν τε λαμβανομένων, καὶ κάτωθεν ἐνιεμένων φαρμάκων. κοινὴ δὴ ἐπὶ πάντων τῶν ἐντὸς μορίων ἔνδειξις, αἱρεῖσθαι μὲν τὰ συνηθέστατα τοῦ ζώου τῇ φύσει, καὶ σιτία, καὶ φάρμακα· φεύγειν δὲ, καὶ ἀποτρέπεσθαι τἀναντία· καίτοι γ' ἐπὶ τῶν ἐκτὸς ἑλκῶν, ἄλυπος καὶ ἡ τῶν τοιούτων χρῆσις, ἰοῦ, καὶ χαλκοῦ κεκαυμένου, καὶ λεπίδος χαλκοῦ, καὶ καδμείας, καὶ πομφόλυγος, καὶ λιθαργύρου, καὶ ψιμμυθίου. ταῦτ' οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, μὴ προσφέρειν τοῖς ἐν-

A Dictum autem, & de ipsis vlceribus est in libro, qui hunc præcedit; vbi vlcerum differentias omnes, & quot, & quæ sint, & quę sitvniuscuiusq; indicatio, exposuimus. Pręberi tamen vacuandi indicationem ab ipsa morbi vi, *ac magnitudine*, in eo libro non dixi; propterea quòd & longiorem demonstrationē requirebat, & totius corporis curam cum vlceribus in eo non coniunxi; hic verò exequutus sum quantum ad rem propositū erat vtile.

CAPVT VII.

B *De reliquis indicationibus vlcerum curandorum, maximè vero de ijs, quæ à situ, & figura partium oriuntur.*

NAm absolutus sermo de hoc genere indicationis, quam à magnitudine morbi sumi diximus etiam in sequentibus habendus restat; pari modo de indicatione, quæ ab ætate sumitur; præterea de ea, quæ ab humoribus sanandis accipitur; ad eundem modum, & quæ ab affectis partibus indicatio exhibetur, consummatiùs in sequentibus libris tradetur. Nunc enim, quod ab earū na- C tura, idest, temperamento, & substantia sumi ad curationem potuit, tantùm diximus; quæ verò tū à situ, tū cōformatione; itémq; vsu, præterea sensus acumine, hebetudinéve, indicatio suggeritur, hāc nō attigimus; dicatur itaq; & de his quātū sit ad vlcerū curationē vtile. Igitur quæ prædita sēsu pars est, eam quā maximè citra dolorem curare tentādū; tradita verò anodynorū remediorū materia est in ijs libris, qui sunt de simplicibus medicamētis inscripti. Quæ stupidior est, hæc, si affectus ita suadet, valentiora remedia recipit; & principis quidē D partis robur seruari oportet; veluti latiùs, vbi de phlegmone agemus, docebitur; quod tale nō est, licet, huic eā medendi rationē tutò adhibeas, quæ laxando remittendòque mitiget; atque hæc quidē in sequentibus fusiùs tractabimus. In hoc libro indicationem, quę à situ, & à conformatione partiū sumitur, trademus, atq; ita quarto huic libro finē imponemus. Hinc igitur excogitatū est, ei cui exulceratus ventriculus sit, medicamenta esse bibēda; cui stomachus, nō semel, nec tota simul assumēda, sed paulatim, & assiduè; quando ex trāsitu, E & cōtactu vulneribus, quæ hîc sunt, vtilitas accedit, nō ex continendo & diutius adhærendo, sicut ijs, quæ in vintriculo sunt. Quinimò, & quòd crassiora hæc, & magis lenta sint adhibēda, id quoque à situ, & cōformatione est indicatū. Nā, quoniam gula transitus quidā comestorum, bibitorúmque est, idcirco medicamētorum eget, quæ adhærere, & vndiq; quasi cōcrescere, & agglutinari possint; non autē, quæ elui, ac defluere sint prompta. Ac circa partes eius cōcrescūt quæ crassa, agglutinātur, quæ lēta sūt. Quæ verò vlcera in crassis sūt in- F testinis, ijs, quæ per sedē injiciūtur, remedijs magis egēt, nā ipsi magis sūt propinqua; quę in tenuibus habentur (quoniā & lōginquiora sunt, & medio situ posita) ambo *requirunt*, & quæ supernè sumuntur, & quæ per sedem infundūtur medicamēta. Sanè cōmunis omniū internarū partiū indicatio est, vt ea eligātur quę animalis naturæ maximè sint familiaria, siue ea cibi sint, siue medicamēta; fugiātur, respuātúrq; huic contraria; quanquā in ijs quæ foris sunt vlceribus innoxius etiā taliū medicamētorū est vsus; æruginis, æris que vsti, & æris squamę, & cadmię, & pōpholygis, lithargyri & cerussę; hęc igitur, & similia interioribus exhiberi nō debebunt.

debebunt. Porrò proditum de natura horum est, tum in tertio de temperamentis volumine, tum in libris de simplicibus medicamētis. Eligenda verò alimēta sunt, si ad cicatricem perducere, aut glutinare vlcus studemus, tū austera, tū glutinosa, tū quæ minimè mordeant; sin emundare, quæ modicè abstergeant; quod munus mel crudum præter cetera præstat. Austeræ verò potiones, & eiusdem rationis alimenta cuique sunt nota. Voco austerum id, quod adstringens dicitur; acerbum verò, quod intensum austerum est. Quæ verò medicamenta citra internarum partium molestiam sumantur, tradita sunt in ijs libris, qui de medicamentis sunt scripti; dicetur tamen, & nunc eorum formula. *Ergo internis vlceribus opitulantur*, hypocystis, & balaustium, & cytini punicorum, & galla, & malicorium, & terra Samia, & lemnium sigillum, & rhois, rosarúmque succus, & acacia, aliáque id genus, quæ vlceribus internis præsidiū afferunt, nec vllam visceribus noxam inferunt. Danda verò hæc sunt ex aliquo adstringentium decocto, vel mali cotonei, vel lẽtisci, vel summorum rubi, vitísve, vel myrtorum, vel *denique* ex vino aliquo austero. Non latet autem, & de vini vsu; quod cauendum id est, vbi phlegmones suspicio adest; aliàs darī nihil vetat. At manifestum est, eiusmodi medicamenta præparanda, ac iam dictis humidis excipienda esse; tum verò tragacanthen, & gummi illis admiscenda, ac potissimum quis ea ijs, quæ in gula sunt, exhibebit. Sed & gargarizare quoque iubendum est ei, qui ad fauces & paristhmia his vtetur. At ad vlcus, quod in aspera sit arteria, vt supinus quam diutissimè in ore teneat, ac omnes qui illic sunt, musculos relaxet, remittátque, præcipiendum; influit enim sic sensim & paulatim de medicamento aliquid sensibiliter, & manifestè in ipsam arteriam; nam, & quū secundum naturam se habet, scire licet potionis nonnihil huc percolari. Sed veluti in secunda valetudine, ita in aduersa cauendum est, ne largius influat, vt potè quod tussim excitabit. Nā quoad humor vndiq iuxta tunicas arteriæ, ceu iuxta murū aqua, descendit, tussim non cit; siquid per mediā spiritus viā incidit, tusses statim excitat. Tum hæc igitur à situ, & cōformatione partium omnia sunt desumpta; tum verò non minùs illud, quod omnibus medicamentis, quæ thoracis & pulmonū vlceribus sunt destinata, mel sit admiscendum; nam si sola austera his medicamenta exhibueris, ea in vētriculo morabuntur. Ergo distributionis eorū *in corpus*, instrumentum est mel, ac celeris transitus veluti vehiculum; cum eo, quod nec vlceri nocebit. Ad eundem modum, quoties in vesica, & renibus vitium consistit, non solùm mel ipsum, sed etiam eorum, quæ vrinas mouent, quippiam, vlcerum medicamentis misceri oportebit. Illud quoque patere, vel me tacente, cuiuis arbitror, exulceratas partes, tum ex earum substantia, tum functione, tum vsu, tum situ, tum conformatione discerni. Monstratum autem id abundè est in libro de dignotione affectorum locorum; verùm non est de illis nunc dicendi locus; rursus igitur ad medendi methodum reuertor. Aio igitur & hæc, & alia multa, ex conformatione partium, situráque indicari; nam quādo nec deligare commodè ægram partem possis, nisi priùs, vel ex conformatione vel positura, vel vtrísque indicationem sumpseris, sed nec immittere in sedem clysteris fistulam commodè queas absque eius generis indi-

A τός. εἴρηται δὲ περὶ τῆς φύσεως αὐτῶν, ἔν τε τῷ τρίτῳ περὶ κράσεων, κἀν τοῖς περὶ φαρμάκων. αἱρεῖσθαι δὲ καὶ τὰς τροφάς, εἰ μὲν εἰς οὐλὴν ἀγαγεῖν, ἢ κολλῆσαι βουλοίμεθα τὸ ἕλκος, αὐστηράς τε, καὶ γλίσχρας, καὶ ἀδήκτους· εἰ δ' ἀνακαθῆραι, ῥυπτούσας μετρίως· εἰς μὲν δὴ τοῦτο πάντων ἄριστον μέλι ἄπεφθον. τὰ δ' αὐστηρὰ πόματα, καὶ αἱ τοιαῦται τροφαί, πρόδηλοι πᾶσι. καλῶ δ' αὐστηρόν, ὅπερ καὶ στύφον ὀνομάζεται· τὸ στρυφνὸν δέ, ἐπιτεταμένον ἐστὶν αὐστηρόν. ὅσα δὲ φάρμακα λαμβάνεται τοῖς ἐντὸς ἄλυπα, γέγραπται μὲν ἐν τοῖς περὶ

B φαρμάκων· εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ὁ τύπος αὐτῶν. ὑποκυστὶς δὴ βαλαύστιον, καὶ κύτινοι ῥοιῶν, καὶ κηκίς, καὶ ῥοιᾶς λέμματα, καὶ σάμιος ἀστήρ, καὶ λημνία σφραγίς, καὶ χυλὸς ῥοῦ, καὶ ῥόδων, ἀκακία τε, καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα, τοῖς ἐντὸς ἕλκεσιν ἀρήγοντα, βλάβην δ' οὐδεμίαν ἐργάζεται περὶ τὰ σπλάγχνα. διδόναι δ' αὐτὰ διά τινος τῶν στυφόντων ἀφεψήματος, ἢ μήλων κυδωνίων, ἢ σχίνου, ἢ βάτου ἀκρεμόνων, ἢ ἀμπέλων, ἢ μύρτων, ἢ καὶ δι' οἴνου τινὸς τῶν αὐστηρῶν. εὔδηλος δὲ ἡ τοῦ οἴνου χρῆσις, ὡς πεφυλάχθαι χρὴ τὸν καιρὸν τῶν φλεγμονῶν· ἄλλως δ' οὐδὲν κωλύει διδόναι. εὔδηλον δέ, ὡς καὶ ἀναλαμβάνειν

C χρὴ τὰ τοιαῦτα φάρμακα, παρασκευάζοντα διά τε τῶν εἰρημένων ὑγρῶν, καὶ προσέτι τραγακάνθης τε καὶ κόμμεως ἐπιμιγνύντα, καὶ μάλιστα, τοῖς ἐν στομάχῳ προσάξειν μέλλοντα. καὶ μὲν δὴ καὶ ἀνακογχυλίζεσθαι μὲν τοῖς κατὰ τὴν φάρυγγα, καὶ τὰ παρίσθμια προσφέρουσι, κελεύειν χρή. κατέχειν δ' ὕπτιον, ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῷ στόματι, χαλαροὺς ἐργασάμενον ἅπαντας τοὺς τῇδε μῦς, ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν ἀρτηρίαν ἑλκῶν· παραρρεῖ γὰρ οὕτως ἀτρέμα καὶ κατὰ βραχύ, σαφῶς καὶ αἰσθητῶς εἰς αὐτὴν τὴν ἀρτηρίαν τοῦ φαρμάκου· καὶ γὰρ κἂν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, εὖ εἰδέναι χρὴ παρηθούμενον οὐκ

D ὀλίγον ἐνταῦθα τοῦ πόματος. ἀλλ' ὥσπερ ὑγιαινόντων, οὕτω καὶ νοσούντων φυλάττεσθαι χρὴ τὸ πλέον, ὡς βηχῶν κινητικόν. ἄχρι μὲν γὰρ ἂν ἐν κύκλῳ παρὰ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας, ὥσπερ εἰ παρὰ τοῖχον ὕδωρ, φέρηται τὸ ὑγρόν, οὐκ ἐργάσεται βῆχα· τὸ δ' εἰς τὰς ὁδοὺς μέσας τοῦ πνεύματος ἐμπῖπτον, εὐθὺς βηχώδεις ἀποτελεῖ. ταῦτά γε οὖν ἀπὸ τῆς θέσεως, καὶ διαπλάσεως τῶν μορίων εἴληπται πάντα· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, τὸ συμμιγῆναι μέλιτος ἅπασι τοῖς πρὸς τὰς ἑλκώσεις φαρμάκοις, ἐπὶ τὸν κατὰ τὸν θώρακα καὶ τὸν πνεύμονα· μόνα γὰρ εἴπερ ἐπὶ τούτων αὐστηρὰ προσφέροις φάρμακα, χρονίζει κατὰ τὴν γαστέ-

E ρα. τῆς οὖν ἀναδόσεως αὐτῶν, ὄργανον ὑπάρχει τὸ μέλι, καὶ ἔστιν οἷον ὄχημά τι ταχείας φορᾶς· ἅμα τῷ μὴ δὲ βλάπτειν ἕλκη. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, αὐτό τε τὸ μέλι, καὶ τῶν οὔρησιν κινούντων τινὰ μιγνύναι χρὴ τοῖς τῶν ἑλκῶν φαρμάκοις, ἐπειδὰν τὰ κατὰ τὴν κύστιν, καὶ τοὺς νεφροὺς ᾖ πεπονθότα. τὸ δὲ καὶ τὰς διαγνώσεις τῶν ἡλκωμένων μορίων, ἀπό τε τῆς οὐσίας αὐτῶν καὶ τῆς ἐνεργείας, καὶ χρείας γίνεσθαι, καὶ τῆς θέσεώς τε καὶ διαπλάσεως, εὔδηλον μὲν οἶμαι κἂν ἐγὼ μὴ

F λέγω. δείκνυται δ' αὐτάρκως, κἀν ταῖς περὶ τῶν πεπονθότων τόπων διαγνώσεσιν· ἀλλ' οὐ πρόκειται νῦν περὶ ἐκείνων λέγειν· αὖθις οὖν ἐπὶ τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ἐπάνειμι. φημὶ δὴ καὶ ταῦτα, καὶ ἄλλα πολλὰ τὴν τῶν μορίων ἐνδείκνυσθαι θέσιν τε καὶ διάπλασιν· ἐπιδῆσαι γὰρ τὸ ἡλκωμένον μόριον οὐκ ἐγχωρεῖ καλῶς, ἄνευ τοῦ λαβεῖν τὴν ἔνδειξιν, ἢ ἐκ τῆς διαπλάσεως, ἢ ἐκ τῆς θέσεως, ἢ ἐκ συναμφοτέρων· ἐνιέναι τε τὸν αὐλίσκον τοῦ κλυστῆρος εἰς τὴν ἕδραν ἐπιτηδείως οὐχ οἷόν τε χωρὶς τῆς τοιαύτης ἐνδεί-

ξεως. ἤδη μὴν καὶ διὰ τοῦ καυλοῦ, φάρμακον ἐνιέναι πολλάκις εἰς τὴν κύστιν ἀναγκαῖόν ἐστι. περὶ μὲν γὰρ τοῦ καθετῆρος οὐδὲν δέομαι λέγειν, ὡς οὐχ οἷόν τέ ἐστι καλῶς χρήσασθαι αὐτῷ, χωρὶς τοῦ καὶ θέσιν ἀκριβῶς ἐπίστασθαι καὶ διάπλασιν ὅλης τῆς κύστεως. ἐν μὲν δὴ τοῖς τοιούτοις ἅπασι, πρόδηλον ὡς οὐκ ὀλίγον εἰς τὴν ὅλην θεραπείαν ὁ πεπονθὼς τόπος συνενδείκνυται. ἐπὶ δὲ τῶν καλουμένων ῥηγμάτων, πλέονες ἐνδείξεις φαίνονται συντρέχειν, εἰς ταὐτό· καὶ γὰρ καὶ ἡ ἀπὸ τῆς θέσεως ὀρθῶς ἂν ἐξετάζοιτο· διότι γὰρ ἐν βάθει τοῦ σώματός ἐστι καὶ κατακέκρυπται, διὰ τοῦτο καὶ τῆς θεραπείας ἐξηλλαγμένης παρὰ τὰ φαινόμενα δεήσεται. διότι δὲ σὺν ἐκχυμώσει μὲν πάντως, ἐνίοτε δὲ καὶ σὺν περιθλάσει τῆς ἐρρωγυίας σαρκὸς ἀποτελεῖται, διὰ τοῦτο πλείους ἰάσεις ἐνδείξεται· ἀεὶ γὰρ τῷ πλήθει τῶν διαθέσεων, οἱ πρῶτοι σκοποὶ τῶν ἰάσεων ἰσάριθμοι. λεχθήσεται μὲν οὖν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ τῆς φλεγμονῆς λογισμοῖς, ὡς ἰσχυροτέρων δεῖται φαρμάκων ἅπαντα τὰ διὰ βάθος πεπονηκότα σώματα, τῶν ἐπιπολῆς ἀρρωστούντων. δῆλον δ' οἶμαι καὶ νῦν ἤδη τό γε τοσοῦτον, ὡς ἐκλύεσθαι τὴν δύναμιν ἀναγκαῖόν ἐστι τῶν ἐπιτιθεμένων ἔξωθεν φαρμάκων, ὅταν ἐν τῷ βάθει κατακεκρυμμένον ᾖ τὸ δεόμενον τῆς ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας· ἐπιτείνειν οὖν αὐτὴν εἰς τοσοῦτον προσήκει, εἰς ὅσον ἐκλύεσθαι μέλλει κατὰ τὴν εἰς τὸ βάθος ὁδόν. αἱ δ' ἐκχυμώσεις ἅπασαι, τὸν σκοπὸν τῆς ἰάσεως κένωσιν ἔχουσιν· ὥστε θερμαινόντων αὐταῖς καὶ μετρίως ξηραινόντων ἐστὶ χρεία φαρμάκων. ὅσα γὰρ ἰσχυρῶς ξηραίνει, διαφορεῖ μὲν εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἐπιδηλότερον τῶν ἀσθενεστέρων, ἀπολείπει δέ τι λείψανον τῆς διαθέσεως, σκιρρῶδες καὶ δυσίατον· εἰρήσεται μὲν οὖν κἀν τοῖς ἑξῆς, περὶ τούτων ἀκριβέστερον, ἀλλὰ καὶ νῦν ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον, αὐτάρκως λέλεκται. τά τε γὰρ ὑγραίνοντα καὶ θερμαίνοντα φάρμακα, καὶ ταῦτα δὴ τὰ συνήθως ἅπασιν ὀνομαζόμενα χαλαστικά, καὶ τούτων ὅσα βραχὺ μὲν πρὸς τὸ ξηρότερον ἀποκεχώρηκεν, οὔπω δὲ σαφῶς οὐδ' ἐναργῶς ἐστι συνακτικά, τῶν ἐκχυμωμάτων ἁπάντων ἐστὶν ἰάματα. χρὴ δὲ δηλονότι καὶ ταῦτα τοῖς πῶς ἐν βάθει τοῦ σώματος ῥήγμασι, συνεπιτείνεσθαί τε τῇ δυνάμει, καὶ δριμύτερα προσφέρεσθαι καὶ τμητικώτερα, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν, ἐνεργέστερα τοσοῦτον, εἰς ὅσον τοῦ δέρματος ἀποκεχώρηκε πρὸς τὸ βάθος ἡ ἐκχύμωσις. ἐκ τῶν τοιούτων εἴη ἂν καὶ ἡ τῆς σικύας χρῆσις ὠφέλιμος· ὄργανον δὲ καὶ αὕτη τοῖς ἰατροῖς ἐξεύρηται βιαίας ὁλκῆς. ἐπειδὰν μέντοι διαφορηθῇ τὸ σύμπαν ἐκχύμωμα, ξηραίνειν ἤδη σφοδρότερον ἐγχωρεῖ τὸ ῥῆγμα, καὶ συνάγειν ἐπιδέσει, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν, ἅπαντα πράττειν ὑπὲρ τοῦ συμφῦναι τὸ ἕλκος. εἰ μὲν οὖν ἐν τάχει διαφορηθείη τὸ ἐκχύμωμα, προσφύεται ῥᾳδίως τῇ συμφύσει ἡ ἐρρωγυῖα σάρξ· εἰ δ' ἐν χρόνῳ πλείονι διαφοροῖτο, ῥύπος ἀξιόλογον ὑποτρεφόμενον, ἐν τῷ μεταξὺ τῶν χειλῶν ἵσταται τοῦ ἕλκους· ὥστ' οὐκέτ' οἷόν τε συμφῦναι τῷ ῥήγματι. καὶ διὰ τοῦτο πᾶν ὁτιοῦν αἴτιον, ὑπομιμνήσκει ταῦτα· καὶ γὰρ ῥιγώσαντες, καὶ ἀπεπτήσαντες, καὶ πυρέξαντες, καὶ σφοδρότερον ἐνεργήσαντες, τοῖς τοιούτοις μορίοις, εὐθέως ἀλγοῦσιν· οὐ γὰρ συνέφυ τὰ χείλη τοῦ ῥήγματος, ἀλλὰ παράκειται μόνον· ὥστε μικρὰ πρόφασις ἀφίστησί τε ῥᾳδίως ἀπ' ἀλλήλων αὐτά, καὶ τὴν μεταξὺ χώραν ἐμπίπλησιν ὑγρότητος περιττῆς. καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐκχύμωμα γίνεται συνεχῶς αὖθις ὅμοιον τῷ κατ' ἀρχάς, ἡνίκα τὸ πρότερον ἡ σὰρξ ἐρράγη, πλὴν ὅτι νῦν μὲν ἰχῶρός τινος μᾶλλον λεπτοῦ, κατ' ἀρχὰς δ' αἵματος ἦν τὸ ἐκχύμωμα; διὰ τοῦτο καὶ ῥᾷον νῦν ἢ κατ' ἀρχὰς διαφορεῖται. ταῦτα μὲν οὖν εἴρηταί μοι πρός γε τὸν περὶ τῶν ἑλκῶν λόγον ἀποχρήσοντα· καὶ ἤδη τέλος ἐπιτίθημι καὶ τῷδε τετάρτῳ γράμματι.

A catione. Iam per penem inijcere medicamenta in vesicā sępe necessum est. Illud de cathetere apponere opus non est; quòd eo probè vti omninò nequeas, nisi & situm, & figurā totius vesicæ perspectā habeas. In talibus ergo omnibus clarè patet nō parum ad totam curationem, affectum ipsum locū simul indicare. In ijs autem quæ rupta dicuntur plures indicationes in idem cōcurrunt; siquidem, & quæ a situ capitur, rectè ad examen venit; nam propterea, quòd & in profūdo corporis sunt, & latent, idcirco diuersam curationem ab ijs, quæ apparent, postulabunt. Quoniam verò cum ecchy- B mosi quidem omninò, aliquando verò & cum cōtusione circum ipsam præruptam carnem consistunt, idcirco plures curationes indicabūt; semper enim affectuum numero primi medendi scopi respondent. Ac docebitur quidem, vbi de phlegmone disseremus, locupletiùs, quòd valentiora medicamenta requirant, quæcunq; in profundis partibus laborant, quàm quæ in summo corpore sunt affecta. Nūc id saltem arbitror patere, quòd exolui necessum est medicamētorum, quæ foris applicantur, vim, vbi quod ab his iuuandum est, in profundo latet; quare intēdere hanc eatenus oporte- C bit, quatenus per transitum ad profundū est remittenda. Sanè ecchymosis omnis, vacuationem pro remedio curationis indicat; quare calefaciētibus huic & modicè siccātibus medicamētis est opus. Nam quæ vehementer siccant, discutiunt illa siquidē in principio euidentius, quàm quę sunt imbecilla, cæterùm nonnihil ipsius vitij scirrhosum difficileq; curatu relinquunt; dicemus autem de his in sequentibus diligentiùs; sed & nunc, quantum ad rem pertinet, abundè est dictum. Quæ enī humectant, calefaciūtq; medicamenta, præterea D hæc, quæ omnes iam vocare chalastica, *laxantia*, solent; atq; ex his quæcunq; ad siccius paulo vergunt, nec tamen ad hunc clarè manifestéq; cōtrahentia sunt; hęc omniū sunt ecchymomatū remedia. Curādū verò est, vt vna cū ruptis, quæ in profundo hęrent corpore, hęc, tū vires magis habeāt intētas; tū ipsa magis acria, magísq; incidētia sint; tū (vt semel dicā) tanto efficaciora, quāto magis à cute ad profunda ecchymosis excessit. In talibus sanè nec cucurbitæ vsus sit inutilis; id etiā est instrumentū ad violentū attractū à medicis excogi- E tatū. Cęterùm, quū totū ecchymoma discussū, siccare iam vehementius ruptū ipsū permittitur, ac deligatura cōiungere, omniáq; in summa facere quę vt vlcus coalescat, efficiant. Ergo, si discussū celeriter ecchymoma sit, facilè coalescet rupta ipsa caro; sin longiore spatio discussū sit, sordes multa subnascēs mediū inter vlceris labra spatiū occupat, ita vt iam coire ruptio non possit. Atque inde adeò fit, vt qualibet leui de causa nos hæc sui admoneant; nam siue quis obriguit, siue non concoxit, siue febre laborauit, siue se vehemētius fatigauit, eiusmodi partibus ilicò dolet; nō enim in F idē coiere ruptionis labra, sed tantùm propè sunt admota; quò fit, vt leue mouentum ea facilè separet, & mediū locū superuacuo humore repleat. Et quid, quæso, aliud, quàm assiduè nouum ecchymoma his gignitur, & primo illi, quū videlicet primum caro est rupta, simile; nisi quòd nūc ex tenui magis sanie constat, quum in principio è sanguine ecchymoma esset; ideóq; facilius etiā nunc, quàm intra initia, discutitur. Hæc itaque, quæ hactenus diximus, disputationi de vlceribus satisfacient; finémque iam quarto huic volumini impono.

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI LIBER QVINTVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Αἱ τοῦ αἵματος ῥοαί, ὅσαι ἐκ τῶν φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν βεβλαμμένων συμβαίνουσιν, ἰῶνται, καὶ τὰ ἕλκη τὰ ἐν τῷ αἰδοίῳ, ἢ ἕδρᾳ.

ARGVMENTVM LIBRI.

Sanguinis profluuia quæcunque venis, vel arterijs læsis contingunt, sanantur, ac vlcera in pene, vel in sede.

A

CAPVT I.

Epilogus vniuersæ vlcerum curationis superioribus libris explicatæ.

Qvemadmodum quis vlcerum curationem optimè moliatur, quum duobus ante hunc libris docuerimus, illud obiter ostendimus, reliquos omnes medicos, qui, simplicium in nobis partium elementis minimè inquisitis, artem adeunt, non posse quicquam certa ratione sanare, miniméque omnium, qui Thessali sectam profitentur. Reliqui nanque ea saltem vlcera, quæ in diuersis sint partibus, diuersis rationibus sananda censent, ipsa nimirum experientia docti. Qui verò Thessalum authorem sequuntur, propter abundantiam sapientiæ, omne vlcus, quacunque in parte animalis sederit, similis egere curationis putant; nam si cauum sit, impleri; si æquale, cicatrice induci; si caro supercrescat, hanc detrahi; si cruentum, recénsq; sit, agglutiationem postulare aiunt: ceu verò, qui hæc norit, eum rectè mederi sit necesse; nec sit hæc ratio etiam cuilibet è plebe comunis, quum nemo sit, qui horum quidquam ignoret. Cæterùm nec, quemadmodum carne implendus sinus sit; nec quemadmodum ad cicatricem perduci, quod impletum est, debeat; aut comprimi quod superauctum; aut coalescere, quod purum citráque sinum est, intelligunt; sunt enim eiusmodi opera tantum medicorum, quæ vel ratione, vel experientia, vel vtriúsque ope

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Πάσης τῆς τῶν ἑλκῶν θεραπείας ἐπίλογος τῆς ἐν τοῖς ἀνωτέρω βιβλίοις ἐξηγημένης.

ΤΗΝ τῶν ἑλκῶν ἴασιν ὡς ἄν τις ἄριστα ποιοῖτο, διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοῖνδε δυοῖν ὑπομνημάτοιν διερχόμενος, καὶ τοὺς ἄλλους μὲν ἅπαντας ἰατροὺς ὅσοι χωρὶς τοῦ ζητεῖσθαι τὰ στοιχεῖα τῶν ἁπλῶν ἐν ἡμῖν μορίων ἅπτονται τῆς τέχνης, οὐ δυναμένους οὐδὲν ἰάσασθαι μεθόδῳ, πάντων δὲ μάλιστα τοὺς τὴν Θεσσαλοῦ πρεσβεύοντας αἵρεσιν ἐπέδειξα. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τά γ' ἐν τοῖς διαφέρουσι μέρεσιν ἕλκη, διαφόρως θεραπεύειν ἀξιοῦσιν ὑπὸ τῆς πείρας δεδιδαγμένοι. τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ Θεσσαλοῦ διὰ τὸ περιττὸν τῆς σοφίας, ἅπαν ἕλκος ὁμοίας δοκεῖ δεῖσθαι θεραπείας, ἐν ὁτῳοῦν ἂν ᾖ μέρει τοῦ ζώου γεγονός· εἰ μὲν γὰρ εἴη κοῖλον, ἀναπληρώσεως αὐτό φασι χρῄζειν· εἰ δ' ὁμαλές, ἐπουλώσεως· εἰ δ' ὑπερσαρκοῖ, καθαιρέσεως· εἰ δ' ἔναιμόν τε καὶ πρόσφατον, κολλήσεως· ὥσπερ τῷ ταῦτα γινώσκειν, ἀκόλουθον ἐξ ἀνάγκης τὸ θεραπεύειν ὀρθῶς, ἀλλ' οὐχὶ κοινὸν μὲν τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς ἰδιώτας ὑπάρχον, οὐδεὶς γοῦν ἀγνοεῖ τῶν ῥηθέντων οὐδέν. οὐ μὴν οὔθ' ὡς χρὴ σαρκῶσαι τὸ κοῖλον, οὔθ' ὡς ἐπουλῶσαι τὸ πεπληρωμένον, ἢ καταστεῖλαι τὸ ὑπεραυξανόμενον, ἢ συμφῦσαι τὸ καθαρόν τε, καὶ μὴ κοῖλον, ἐπίστανται· μόνων γὰρ οἶμαι τῶν ἰατρῶν, τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστίν, ἤτοι γ' ἐκ λόγου τινός, ἢ ἐξ ἐμπειρίας, ἢ ἐκ συναμφοτέρου

B

C

τὴν εὕρεσιν ἔχοντα. πάλιν οὖν ἀναλαβόντες ἐν κεφαλαίοις, ὑπὲρ αὐτῶν διεξέλθωμεν, ἕνεκα τοῦ συνάψαι τὴν ἀρχὴν τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι τῇ τελευτῇ τῶν φθανόντων εἰρῆσθαι. πᾶν ἕλκος ἐδείχθη ξηραινόντων χρήζειν φαρμάκων· ἀλλὰ τὸ μὲν κοῖλον ἧττόν τε τῶν ἄλλων, καὶ πρὸς τῷ μετρίως ξηραίνειν, τὸ ῥύπτειν ἐχόντων· τὸ δὲ τῆς ἑνώσεως τῶν χειλῶν δεόμενον, οἷα τὰ καλούμενα πρὸς τῶν ἰατρῶν ἐστὶν ἔναιμα, τῶν τε μᾶλλον ἔτι ξηραινόντων, καὶ χωρὶς τοῦ ῥύπτειν ἀτρέμα συφόντων. ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅσα τῶν ἑλκῶν εἰς οὐλὴν ἀχθῆναι δεῖται, ξηραινόντων τε χρήζει φαρμάκων καὶ στυφόντων οὐκ ἀμυδρῶς. εἰ δὲ ἡ σὰρξ αὐτῶν ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν ἀρθείη, δριμέων τε καὶ καθαιρετικῶν, ἅπερ ἐξ ἀνάγκης εἶναι θερμὰ καὶ ξηρά. συμπτώματος δέ τινος ἑτέρου προσγινομένου τοῖς ἕλκεσιν, ἀπὸ τῆς ἐκείνου φύσεως ὁ σκοπὸς τῆς ἰάσεως ἐλαμβάνετο· κἀκ τούτου πάλιν, ἡ τῶν φαρμάκων δύναμις. εἰ μὲν γὰρ ῥύπος ἐπιτραφείη, τῶν ἀφαιρησόντων αὐτὸν εἶναι τὴν χρείαν· ἅπερ ἅπαντα ὑπάρχει ῥυπτικά, πολὺ δή τι πλέον, ἢ κατὰ τὰ σαρκοῦντα. πλέονος δ' ὑγρότητος ἐν αὐτοῖς φανείσης, ἔτι μᾶλλον ξηραίνειν χρῆναι τὸ φάρμακον, οὐκ ἐξιστάμενον τῆς οἰκείας ἰδέας. ἀλλ' εἰ μὲν κολλητικὸν εἴη, ξηραῖνόν τε καὶ στύφον, εἰ δὲ σαρκωτικόν, ξηραῖνόν τε καὶ ῥύπτον· ἐφ' ἑκάστου τε τῶν ἄλλων ὥσπερ εἴρηται. δυσκράτου δὲ τῆς ὑποκειμένης γεγονυίας σαρκός, ἐκείνης προτέρας ἰᾶσθαι τὴν δυσκρασίαν, τὴν μὲν ξηροτέραν τοῦ κατὰ φύσιν, ὑγραίνοντας· τὴν δ' ὑγροτέραν, ξηραίνοντας· καὶ τὴν μὲν θερμοτέραν, ψύχοντας· τὴν δὲ ψυχροτέραν, θερμαίνοντας· καὶ εἰ κατὰ συζυγίαν δέ τινα δύσκρατος ὑπάρχοι, καὶ τὴν τοῦ φαρμάκου δύναμιν ἐξ ὑπεναντίου κατ' ἀμφοτέρας αἱρεῖσθαι τὰς συζυγίας. κοινὸν γὰρ εἶναι τοῦτό γε τῶν παρὰ φύσιν ἁπάντων ὡς μηδὲν δύνασθαι πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανελθεῖν, ἄνευ τῶν ἐναντίων ἑαυτῷ τῇ δυνάμει. προσεπισκοπεῖσθαι δ' ἐν τῷδε καὶ τὰς αὐτῆς τῆς δυσκρασίας αἰτίας εἴ τε κοιναὶ τοῦ σώματος ἅπαντος ὑπάρχοιεν, εἴ τε μορίων τινῶν ἐξαίρετοι, κατὰ συμπάθειαν ἀδικοῦσαι τὸ ἡλκωμένον. ἐξιᾶσθαι δὲ προτέραν μὲν τὴν τῆς γινομένης δυσκρασίας αἰτίαν, ἐφεξῆς δὲ καὶ τῆς ἤδη γεγενημένης· εἶναι γὰρ δεῖ καὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν ἁπάντων κοινόν, τῶν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐπιγιγνομένων. ἐδείξαμεν δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν ἑλκῶν διαφόρους ἐνδείξεις· καὶ τὰς ἀπὸ τῆς τῶν πεπονθότων σωμάτων κράσεως, ἑτέρως ἐχούσας ταῖς προειρημέναις. ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν παρὰ φύσιν ὑπάρχουσαι, τῶν ἐναντίων ἅπασι χρήζουσιν· αὗται δ' ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρμώμεναι, τῶν ὁμοίων· τὸ μὲν γὰρ ξηρότερον μόριον, ξηραίνεσθαι δεῖ μᾶλλον· τὸ δὲ ἧττον τοιοῦτον, ἧττον ξηραίνεσθαι χρή. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπὶ τοῦ θερμαίνεσθαί τε, καὶ ψύχεσθαι· λαμβάνεσθαι δέ τινα κἀκ τοῦ κύριον ἢ μὴ τοιοῦτον εἶναι τὸ μόριον, εὐαίσθητόν τε καὶ δυσαίσθητον, διαφορὰν ἰάσεως ἔνδειξιν.

sunt inuenta. Rursus igitur repetentes, summatim ea percurramus, quò dicendorum caput cum dictorum copuletur calce. Monstratum est omne vlcus siccantia medicamenta requirere, verum cauum minùs quam reliqua, sic ea, quæ præterquam quod modicè siccent, etiam abstergendi facultatem obtineant, desiderare, quod verò coniungi sibi labra postulat (cuiusmodi sunt, quæ medicis cruenta dicuntur) huic tum quæ magis etiam siccent, tum verò, quæ citra abstersionem leuiter astringant, opus esse. Iam, quæ vlcera perduci ad cicatricem postulant, hæc non solum magis adhuc siccantibus, sed etiam strenuè adstringentibus medicamentis egere. Quòd si caro eorum præter naturæ modum intumuit, acria & demolientia (quæ eadem calida siccáque necessariò sunt) desiderare. Si quod verò aliud symptoma vlceri adiunctum erat, ab eius natura curationis indicatio sumebatur; atque ex hac rursus remediorum facultas petebatur. Si nanque sordes innasceretur, quæ hanc tollerent, opus esse; eáque omnia abstergendi facultatem habere multò sanè maiorem, quàm ea quæ carne implerent. Si verò copiosior in his humiditas cerneretur, etiamnum quod magis siccaret, medicamento opus esse, cæterùm quod propriam speciem non egrederetur. At si agglutinans medicamentum esset, siccans, adstringénsque id esse debere; si carne impleturum, siccans & abstergens, atque in singulis reliquorum, vt dictum est. Si verò intemperata subiecta caro esset, primum eius intemperiei succurrendum esse, vtique quæ siccior præter naturam esset, hanc humectantibus; quæ humidior, siccantibus; tum quæ calidior esset, refrigerantibus; quæ frigidior, hanc calefacientibus; & si gemina qualitate esset intemperata; medicamentum quoque eligentibus, quod gemina esset qualitate contrarium. Nam id omnium, quæ præter naturam sunt, commune esse, non posse ad naturam suam redire quicquam, sine ijs quæ ipsi facultatem haberent contrariam. Considerandas pręterea & intemperiei causas hoc tempore esse, siue hæ totius corporis essent communes, siue quarundam partium propriæ, quę per sympathiam exulceratam partem infestarent. Medendum vcrò esse primariæ causæ quæ intemperiem efficit; denique verò ipsi, quæ iam facta est; hanc enim communem scopum esse omnium, quę ex causa aliqua oriantur. Ostendimus autem tum ab vlcerum differentijs diuersas præberi indicationes; tum eas quæ à laborantis corporis temperamento sumuntur, diuersam ab his habere rationem. Siquidem illæ, quum ex ijs, quæ præter naturam sunt, sumantur, omnes contraria esse adhibenda dictant; hæ quum ab eo quod secundum naturam est capiantur, similia; nam, si qua siccior pars est, ea magis siccari postulat; quæ minùs talis est, ea minùs est siccanda. Ad eundem certè modum, & de calefaciendo, refrigerandóque *est præceptum*. Nec illud omisimus, ex præcellentia partis, aut contrario statu, itémque ex sensu acri, hebetéve diuersum medicandi consilium peti.

CAPVT

CAPVT II.

De vnitatis solutione in vena, vel arteria.

ERgo quod reliquum est huius morborum generis curandi, id nunc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinæ causa, vnitatis solutionem appellauimus, nec refert, si continuitatis *solutionem* voces; incidit hæc non similaribus modo, & simplicibus nominatis partibus, sed etiam compositis, & organicis. At verò remediorum indicationes aliæ à similaribus sumuntur, aliæ ab organicis has quidem ambas norunt, qui methodum Hippocratis consectantur, propterea, quòd vtrarúnque partium naturam intelligunt; alteram autem duntaxat (nempe quæ ab organicis præbetur) qui Erasistratum, & Herophilum sequuntur. Quare in ijs qui sequentur sermonibus, quæcunq; à calido, frigido, sicco, & humido corpore, morbóve indicationes sumũtur, nullius certè methodũ hi habebunt Erasistrati & Herophili sectatores; quæ verò à cõformatione, situ, præcellentia, acri sensu, aut his contrarijs præbentur, has non ignorabunt. Illustrius erit, quod dicimus si partes ipsas proposuerimus. Quoniam igitur de ijs maximè vlceribus, quæ in carnosis accidunt partibus, hactenus abundè tractauimus, nunc tempestiuum videtur de ijs agere, quæ in arteria vena, & neruo contingunt; nec de ijs absolutè, sed vt in quouis sunt viscere, vel (vt summatim dicam) animalis parte. Ergo, si cui arteria venáve magna, vulnerata est, & copiosum sanguinis profluuium continuò superuenit, & glutinari id vulnus difficile quidem etiam in vena est; in arteria verò non solum difficile, sed etiam quod fieri (sicut nonnullis medicorum est visum) omninò fortasse non possit. Dicendum ergo vicissim de vtrisque est, ac priùs de sanguinis profluuio; secundò de agglutinatione. Quoniam autem, & per anastomosin, & per diapedesin vocatam, profluuia huiusmodo fiunt, non alienum sit, propterea, quòd curationem communem habent, etiam hoc loco de ijs meminisse, tametsi ex alio esse morborum genere videantur. Sanè profluit ex vena, vel arteria sanguis, aut reseratis vasorum osculis, aut tunica earum diuisa, aut (vt quis dixerit) transcolatus, *siue sudoris modo transmissus*. Porro diuiditur ipsa tunica, tum ex vulneratione, tum contusione, tum ruptione, tum erosione. Anastomosis accidit propter, tum vasis imbecillitatem, tum sanguinis, ad eius osculum impetu fluentis, copiam; ad hæc, acrem quampiam, quæ illi extrinsecus incidat, qualitatem. Diapesis verò ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine verò tenuato oritur; accidere præterea interdum potest, & ex gracilium vasorum anastomosi. Dicendum igitur est de horum affectuum vnoquoque seorsum, ac primum de diuisione, quam vel ex erosione, vel vulnere, vel contusione, vel ruptione diximus accidere. Quæ itaque vt causę vulnerant, ea sunt acuta, atque ad secandum habilia; quæ contundendo soluunt, ea grauia duráque sunt; quæ rumpunt, omnia id tensionis interuentu faciunt; idem & intensior actionis vehementia facit, tum succi abundantia, non vtique virium respectu, sed quum à vase suo non continetur; etiam casus ab alto, tum graue quippiam durúmque incidens. Nam eiusmodi aliquid quum vel

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ τῆς λύσεως τῆς ἑνώσεως ἐν τῇ φλεβὶ, ἢ ἐν τῇ ἀρτηρίᾳ.

ΟΣον οὖν ὑπόλοιπον ἔτι τῆς τούτου τοῦ γένους θεραπείας ἐστὶν, ἤδη λέγωμεν. ὀνομάζεται μὲν τὸ γένος τοῦτο πρὸς ἡμῶν, ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας, ἑνώσεως λύσις· οὐδὲν διαφέρον εἰ καὶ συνεχείας εἴποιμεν· ἐγγίνεται δ' οὐ μόνον τοῖς ὁμοιομερέσι τε καὶ ἁπλοῖς ὀνομαζομένοις μορίοις,

B

ἀλλὰ καὶ τοῖς συνθέτοις τε καὶ ὀργανικοῖς. αἱ δὲ τῶν βοηθημάτων ἐνδείξεις, ἕτεραι μὲν ἀπὸ τῶν ὁμοιομερῶν εἰσιν, ἕτεραι δὲ ἀπὸ τῶν ὀργανικῶν· ἀμφοτέρας μὲν οὖν οἱ τὴν Ἱπποκράτους μέθοδον ἀσπαζόμενοι, γινώσκουσι· διότι καὶ τὴν ἑκατέρων τῶν μορίων φύσιν ἐπίστανται· τὴν δ' ἑτέραν ἐξ αὐτῶν μόνην τὴν ἀπὸ τῶν ὀργανικῶν, οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατόν τε καὶ Ἡρόφιλον. ὥστε κἂν τοῖς ἐφεξῆς λόγοις, ὅσα μὲν ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ σώματος ἢ πάθους εἰς τὴν ἔνδειξιν λαμβάνεται, τούτων οὐδενὸς ἕξουσι μέθοδον οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατόν τε καὶ Ἡρόφιλον. ὅσα δὲ ἀπὸ

C

τῆς διαπλάσεως, ἢ θέσεως, ἢ κυριότητος, ἢ εὐαισθησίας, ἢ τῶν ἐναντίων, οὐκ ἀγνοήσουσι. φανείη δ' ἂν σοι σαφέστερον ὃ λέγω, τῶν σωμάτων αὐτῶν προχειρισθέντων. ἐπεὶ τοίνυν ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῶν ἐν σαρκώδεσι μέρεσι γινομένων ἑλκῶν, ὁ πλεῖστός μοι λόγος ἐπεράνθη, νῦν δ' ἤδη καιρὸς ὑπὲρ τῶν ἐν ἀρτηρίᾳ, καὶ φλεβὶ, καὶ νεύρῳ, διελθεῖν· οὐδὲ περὶ τούτων ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον σπλάγχνον, ἢ συλλήβδην εἰπεῖν, ὀργανικὸν τοῦ ζώου μόριον. εἰ δέ τις ἀρτηρίαν ἢ φλέβα τρωθείη μεγάλην, αἱμορραγία τε λαύρως ἐπιγίνοιτο

D

παραυτίκα, καὶ κολληθῆναι τῷ τοιούτῳ τραύματι χαλεπὸν μὲν κἂν τῇ φλεβί· κατὰ δὲ τὴν ἀρτηρίαν, οὐ χαλεπὸν μόνον, ἀλλὰ ἴσως καὶ ἀδύνατον (ὥς τινες ἀπεφήναντο τῶν ἰατρῶν.) λεκτέον οὖν ὑπὲρ ἑκατέρων ἐν μέρει· πρότερον μὲν τῶν αἱμορραγιῶν· δεύτερον δὲ, τῶν συμφύσεων. ἐπεὶ δὲ καὶ κατὰ ἀναστόμωσίν τε καὶ τὴν καλουμένην διαπήδησιν, αἱμορραγίαι γίνονται, διὰ τὴν κοινωνίαν τῶν ἰαμάτων, οὐδὲν χεῖρον ἐν τῷδε μνημονεῦσαι αὐτῶν, εἰ καὶ δοκοῦσιν ἐξ ἑτέρου γένους εἶναι νοσημάτων. ἐκχεῖται τοίνυν αἷμα φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας, ἤτοι κατὰ τὸ πέρας ἀνεστομωμένων τῶν ἀγ-

E

γείων, ἢ τοῦ χιτῶνος αὐτῶν διαιρεθέντος, ἢ ὡς ἄν τις εἴποι διηθουμένων, ἢ διιδρουμένων. ὁ μὲν οὖν χιτὼν διαιρεῖται τιτρωσκόμενός τε, καὶ θλώμενος, καὶ ῥηγνύμενος, καὶ διαβιβρωσκόμενος. ἀναστόμωσις δὲ γίνεται, διά τε ἀτονίαν ἀγγείου, καὶ πλῆθος αἵματος ἀθρόως ῥυέντος ἐπὶ τὸ στόμιον αὐτοῦ, καὶ τινὰ ποιότητα προσπίπτουσαν ἔξωθεν αὐτῷ δριμεῖαν. ἡ δὲ διαπήδησις, ἀραιωθέντος μὲν τοῦ χιτῶνος, λεπτυνθέντος δὲ τοῦ αἵματος ἀποτελεῖται· γένοιτο δ' ἄν ποτε καὶ δι' ἀναστόμωσιν ἀγγείων μικρῶν. λεκτέον οὖν ὑπὲρ ἑκάστης διαθέσεως ἐν μέρει, καὶ πρό γε τῆς

F

διαιρέσεως, ἣν ἐξ ἀναβρώσεως, καὶ τρώσεως, καὶ θλάσεως, καὶ ῥήξεως ἔφαμεν γίγνεσθαι. τὰ μὲν δὴ τιτρώσκοντα τῶν αἰτίων, ὀξέα τ' ἐστὶ, καὶ εὔτομα· τὰ δὲ θλῶντα, βαρέα τε, καὶ σκληρά· τὰ δὲ ῥηγνύντα, διὰ μέσης μὲν ἅπαντα τῆς τάσεως ῥήγνυσιν· ἔστι δὲ πλείων σφοδρότης ἐνεργείας καὶ πλῆθος χυμῶν· οὐ τὸ πρὸς τὴν δύναμιν, ἀλλ' ὅταν ὑπὸ τῶν περιεχόντων μὴ στέγηται), καὶ κατάπτωσις ἐξ ὑψηλοῦ καί τι τῶν βαρέων καὶ σκληρῶν ἐμπεσόν. τὸ γὰρ τοιοῦτον, ἐπειδὰν μὲν ἤτοι κενοῖς, ἢ

ὀλιγοστὴν οὐσίαν περιέχουσιν ἀγγείοις ἐμπέσοι, θλάσιν ἐργάζεται, μετὰ τοῦ καὶ τὸ ἀντιστηρίζον ἔχειν σκληρόν· ἐπειδὰν δὲ πλῆρες ᾖ, φθάνει ῥηγνύειν πρὶν θλάσαι, παραπλησίου τοῦ συμβαίνοντος ὄντος, ὥσπερ εἰ καὶ πληρώσας ἀσκὸν ἢ κύστιν, ἐπιρρίψαις λίθον· ἢ εἰ κατὰ τοῦ λίθου σφοδρῶς ἐπιρρίψαις τὸν ἀσκόν. ἔοικε δὲ μάλιστα τοῦτο τὸ γινόμενον ἐν ταῖς καταπτώσεσιν· ὃν γὰρ ἔχει λόγον, ὡς πρὸς τὸν λίθον, ὁ ἀσκὸς, τοῦτον ὡς πρὸς τοὔδαφος ὁ ἄνθρωπος. ὅσοι δὲ μέγιστον ἢ ὀξύτατον βοήσαντες, ἔρρηξαν ἀγγεῖον ἐν πνεύμονι, διὰ σφοδροτάτην ἐνεργείας ἔπαθον οὕτως· ὡσαύτως δ' αὖθις, καὶ ὅσοι βαρὺν ὄγκον σώματος ἢ τοῖς ὤμοις ἀναθέσθαι προὐθυμήθησαν, ἢ ἄλλως πως ἐξᾶραι διὰ τῶν χειρῶν. ἔτι δὲ μᾶλλον ὅσοι διὰ δρόμον ὠκὺν, ἢ πηδήσαντες μέγιστα, ἢ πως ἄλλως ἰσχυρῶς τείναντές τι μόριον· ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο παραπλήσιον ὡς εἰ καὶ σχοινίον, ἢ ἱμάντα διατείναις ἐπὶ πλεῖστον. ὅτι δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ στέγειν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς αἷμα, καὶ μάλισθ' ὅταν ᾖ πνευματικὸν οὐκ ὀλίγα ῥήγνυται, δηλοῦσιν οἵ τε πίθοι πρὸς τοῦ γλεύκους ἀναρρηγνύμενοι, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἰσχυροτάτων σωμάτων.

vasis vacuis, vel pusillam omninò rem continentibus in ea inciderit, si durum ex opposito obiectum habent, contusa reddit; at, si plenum vas sit, prius id rumpit, quàm contundat; quum sit, quod tum accidit, persimile, ac si vtrem vesicámve impleas, atque in hunc lapidem iactes; vel contra, lapidi vtrem violenter illidas. Sanè huic persimile est, quod accidit in casibus ab alto; quam nanque rationem vter habet ad lapidem, hanc homo habet ad solum. Quisquis verò ex maximo acutissimóque clamore, in pulmonibus vas perfregit, is violentiæ actionis acceptum malum referet; similiter huic, & qui ex eo, quod prægraue onus corporis, aut humeris imponere est conatus, aut aliàs manibus attollere vas fregit; atque hoc etiam magis, cui ex concitatissimo cursu, aut valentissimo saltu, aut aliter pars vlla violenter extensa, id accidit; est enim id quoque persimile, ac si funiculum, aut lorum, quàm maximè distendas. Porrò perrumpi quoque non pauca, propterea, quòd sanguinem, quem in se habent, non continent, potissimum quum flatulentus is sit; indicio sunt, tum dolia, quæ sæpè musto rumpuntur; tum alia multa valentissimorum corporum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Ποίοις φαρμάκοις τὰ τῶν φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἕλκη κολλᾶσθαι, καὶ ἡ τοῦ αἵματος ῥοὴ περιέργεσθαι καὶ διασπᾶσθαι δύναται.

Εἰ μὲν οὖν ἐκ τρώσεως, ἢ βοῆς, ἢ καταπτώσεως ἡ ῥῆξις ἐγένετο, πέπαυται τὸ αἴτιον. εἰ δ' ὑπὸ πλήθους, ἐγχωρεῖ καὶ νῦν ἔτι τὸ ἀγγεῖον ἐπὶ πλέον ἀναρρηγνύσθαι μενούσης ἔτι τῆς ποιούσης αἰτίας. ἐπὶ μὲν οὖν τῆσδε τῆς διαθέσεως, ἐκκενωτέον ὅτι τάχιστα τὸ πλῆθος: εἶθ' οὕτως ἐπισχετέον τὸ αἷμα· κἄπειτα τὸ ἕλκος θεραπευτέον. ἐφ' ὧν δὲ οὐκ ἔστι τὸ αἴτιον, ἐπισχεῖν μὲν χρὴ πρότερον τὸ αἷμα, τὸ δ' ἕλκος ἑξῆς ἰᾶσθαι. πῶς οὖν ἐπισχῶμεν τὸ αἷμα; στεγνώσαντες μὲν τὸ ἐρρωγὸς, ἐκτρέψαντες δὲ, καὶ ἀποστρέψαντες ἑτέρωσε τὸ δι' αὐτοῦ φερόμενον, ὡς εἴ γε καὶ τοῦτ' ἐπιρρέοι, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ὥρμησε, καὶ τὸ στόμιον ἴσον ἑαυτῷ διαμένοι, θᾶττον ἂν ἀπόλοιτο τὸ οὕτως αἱμορραγοῦν ζῶον, ἢ τὸ αἷμα παύσαιτο κενούμενον. ἀλλὰ καὶ τό γ' ἕλκος, ἤτοι τῶν διεστώτων χειλῶν ἐς ταὐτὸν ἀφικομένων, ἢ τοῦ στομίου φραχθέντος, στεγνωθήσεται. συναχθήσεται μὲν οὖν ἐς ταὐτὸν ἀλλήλοις τὰ χείλη, διά τε τῶν ἡμετέρων χειρῶν, ὅταν οὕτως προχειρὸν ᾖ τὸ τραῦμα, καὶ δι' ἐπιδέσεως· ὁπότε τῶν ψυχόντων καὶ στυφόντων φαρμάκων. οὐ γὰρ δὴ ῥάπτειν γε δυνάμεθα τὸ τῆς ἀρτηρίας ἢ φλεβὸς τραῦμα· καθάπερ ἂν εἴποιεν, οἱ μηδὲ μίαν ἐκ τῆς τῶν τετρωμένων μερῶν οὐσίας τε καὶ φύσεως ἔνδειξιν γίνεσθαι φάσκοντες. ἐμφραχθήσεται δὲ τὸ στόμιον ὑπό τε θρόμβου, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιβαλλομένων αὐτῷ· δύναται δ' ἐπιβάλλεσθαι τά τε περικείμενα σαρκώδη, καὶ τὸ δέρμα κατ' ἐνίας τρώσεις, ὅσα θ' ἡμεῖς ἐπιτεχνώμεθα. ταῦτα δ' ἐστὶν οἵ τε καλούμενοι μοτοὶ, καὶ τῶν φαρμάκων ὅσα τ' ἐμπλάττει γλίσχρα καὶ παχέα ταῖς οὐσίαις ὄντα· καὶ ὅσα τὴν καλουμένην ἐσχάραν ἐργάζεται· καὶ γὰρ καὶ ταύτην οἷον φράγματι τοῖς τοιούτοις ἕλκεσιν ἐξεῦρον οἱ πρόσθεν· ἐργάζονται δ' αὐτὴν διά τε πυρὸς αὐτοῦ καὶ φαρμάκων, ὁμοίαν πυρὶ τὴν δύναμιν ἐχόντων. ἐκ τοιού-

CAPVT III.

Quibus remediis venarum, & arteriarum vlcera agglutinari, & fluxus sanguinis deriuari, ac reuelli queat.

Si itaque ex vulnere, vel clamore vel casu, vel contusione perruptum vas sit, vtique in hiscausa ipsa desijt. Si verò ex abundantia fieri potest, vt vas etiam amplius rumpatur, effectrice saltem adhuc manente causa. Atque in hoc quidem affectu vacuanda quamprimùm abundantia est; abhinc sanguis supprimendus; mox vlcus ipsum curandum. Vbi verò effectrix causa iam desijt, primum sistere sanguinem expediet, post vlcus sanare. Quomodo igitur sistemus sanguinem? Obturato quidem, quod perruptum est; auerso autem, atque aliorsum translato, quod per id ferebatur; si id eo, quo inter initia impetu confluat, osculúmque vasis pari modo pateat, citiùs planè moriatur animans, quæ profluuio laborat, quam sanguis cesset effluere. Sed & vlcus ipsum claudetur, vel labris eius, quæ diffident, in idem adductis, vel osculo eius obstructo. Adducentur in idem labra eius, tum nostrarum manuum opera, vbi sic ad manum vlcus se exhibet, tum per deligaturam; tum verò per ea medicamenta, quæ refrigerent, & adstringant. Neque enim suere fas est arteriæ vénæve vulnus; veluti dixerint, qui nullam à vulneratæ partis substantia, naturáque sumi indicationem aiunt. Obstruetur vasis osculum, & sanguine ipso concreto, & ijs, quæ foris illi imponuntur; possunt autem superimponi, tum carnosæ ipsæ, quæ circa vlcus sunt, partes; tum in nonnullis vulneribus ipsa cutis; adhæc quæcunque ipsi comminiscimur. Ea sunt, & linamenta, & medicamenta emplastica, quæ idcirco, quòd ex lenta crassáque substantia consistant, meatus obstruunt; præterea, quæ crustam, siue escharan efficiunt; quippe hanc quoque ceu septum quoddam huiuscemodi vlceribus veteres excogitarunt; efficiunt hanc tum ignis ipse, tum quædam medicamenta, quibus ignea facultas inest. Atque his

his quidem rebus obſtruitur vaſis oſculum. Auertitur autem ſanguis, atque ad alias partes conuertitur, tum deriuatione, tum reuulſione; nam hæc quoque Hippocratis inuenta ſunt, omnis immoderatæ vacuationis communia remedia. Deriuatio ad vicinos locos fit, quum id, quod per palatum vacuatur, per nares deriuatur; reuulſio autem ad contraria, quum ad inferna reuellitur. Rurſus, quod per ſedem profluit, id per vuluam deriuamus, ſurſum verò reuellimus. Ita nanq; & natura facere ſolet. *Mulieri enim*, inquit, Hippocrates, *ſanguinem vomenti menſibus eruptis ſolutio eſt.* Hac igitur de cauſa, ſi vel menſes confertim eruperint, vel ſanguis ab vtero quoquo modo profluxerit, ſeorſum reuelles, cucurbitam maximam ſub mammis defigens; nam & hoc Hippocratis inuentum eſt. Eandem ob cauſam, quum à naribus ſanguis erumpit, nō retinēt maximæ in hypochōdrijs defixę cucurbitæ. Infigendæ autem ſunt, ſi ex dextra nare profluit, ſuper iecinore; ſin ex ſiniſtra ſuper liene; ſi ab vtraque nare, ſuper vtroque ſunt imponendæ viſcere. Quòd ſi reſolutus adhuc æger non ſit, etiam vena ex eo cubito incidenda eſt, *qui profuſioni* è directo *reſpondet*; vbi paulum detraxeris, mox vnam horam intermittens, rurſus detrahes; poſt iterum, atque iterum, pro laborantis viribus. Ad hunc modum & reliquas omnes fluxiones (quippe communis ratio eſt) tum reuelles, tum deriuabis quæ per aluum quidem *fluunt*, ea vel per vrinas, vel vterum; quæ verò per vrinas, ea vel per aluum, vel per ſedem; pari modo, quæ per vterum *erumpunt*, vel per vrinas vel per aluum; quæ verò in oculis, aure, vel palato *fluxiones accidunt*, eorum deriuatio per nares eſt. Reuulſio verò in ijs, quæ ſupra ſunt, omnibus, deorſum ſemper agitur; ſurſum in ijs, quę ſunt infra. Præterea à dextris ad ſiniſtra, ſicut ab his rurſus ad illa; ſimiliter ex ijs, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris ſunt; contráque ab his ad illa. Ergo frictio contrapoſitæ partis, potiſſimum per ea medicamenta, quæ calefaciant; præterea vincula valentiùs adducta, ijs, quæ ad contrarium reuellant, remedijs ſunt annumeranda; quemadmodum profectò & naturalium meatuum, qui poſiti ex aduerſo ſunt, recluſio; quæ verò id præſtare medicamenta poſſint, tradita eorum materia à nobis eſt in libris, quos de medicamentis prodidimus; ſed de omni fluxione in ſequentibus etiam libris tractare neceſſum erit; nunc ad ſanguinis profluuium eſt redeundum. Quippe de genere obturantium quodammodo eſt, & vinculum ipſis profluentibus vaſis iniectum; ipſique noſtri digiti, dum ea committunt, conſtringúntque. Eſt & alia huc pertinens deligatio; quanquam ipſum vas circulo non complectitur, ſicuti vinculum; verùm cum ex parte, complexu ſuo committat quodam modo vulneratæ partis diſſidentia labra, & quæ ſuperimpoſita ſunt, contineat, meritò inter conſtringentia remedia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagiæ remedia cenſeatur & idonea vulneratæ partis figura; ſed idonea fuerit ſi hos duos ſcopos habeat, tum indolentiæ, tum erectionis partis; ſi verò deorſum vergens, vel dolens, non ſolùm profluuium non ſiſtetur, ſed etiam, ſi non ſit, prouocabitur. Ergo, qui hęc norit, ſi quando aſtiterit ei, cui ex vulnere ſanguis profluit (de his enim primum agam) ilicò digitum ſuper os vulneris vaſis imponat, blandè

A των μὲν δὴ στεγνοῦνται τὸ στόμιον, ἀποτρέπεται δὲ καὶ ἀποστρέφεται τὸ αἷμα πρὸς ἕτερα μόρια, προχετεύσει τε καὶ ἀντισπάσει. καὶ γὰρ καὶ ταῦθ' Ἱπποκράτους εὑρήματα κοινὰ πάσης ἀμέτρου κενώσεως. προχετεύεται μὲν οὖν εἰς τοὺς πλησίον τόπους· ἀντισπᾶται δὲ ἐπὶ τοὺς ἀντικειμένους· οἷον τῆς δι' ὑπερώας κενουμένης, διὰ ῥινῶν μὲν ἡ προχέτευσις, κάτω δὴ ἡ ἀντίσπασις. ὥσπερ γε τῆς δι' ἕδρας, διὰ μήτρας μὲν ἡ προχέτευσις, ἄνω δὲ ἡ ἀντίσπασις. οὕτως γοῦν καὶ ἡ φύσις αὐτὴ δρᾶν πέφυκε. γυναικὶ μέν, φησιν, αἷμα ἐμεούσῃ, τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις. διὰ τοῦτ' ἄρα καὶ καταμη-
B νίων ἀθρόων ἐκκενουμένων, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως αἱμορραγούσης μήτρας, ἀντισπάσεις ἄνω, σικύαν μεγίστην ὑπὸ τοὺς τιτθοὺς προσβαλών. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο Ἱπποκράτους εὕρημα. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγίας ἐπέχουσιν αἱ κατὰ τῶν ὑποχονδρίων ἐπιβαλλόμεναι μέγισται σικύαι. χρὴ δ' ὅταν ἐκ δεξιοῦ ῥέῃ μυκτῆρος, ἐφ' ἥπατος ἐρείδειν, ὅταν δ' ἐξ ἀριστεροῦ, κατὰ σπληνός· ὅταν δ' ἐξ ἀμφοτέρων, ἀμφοτέροις τοῖς σπλάγχνοις ἐπιφέρειν τὰς σικύας. εἰ δὲ μηδέπω καταλελυμένος ὁ κάμνων
C εἴη, καὶ φλέβα τέμνειν ἐξ ἀγκῶνος τοῦ κατ' εὐθύ· κενώσαντα δ' ὀλίγον, εἶτα διαλιπόντα μίαν ὥραν, αὖθις ἐκκενοῦν· εἶτ' αὖθις καὶ αὖθις ὡς πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος. οὕτω δὲ καὶ τἄλλα ῥεύματα σύμπαντα, κοινὸς γὰρ ὁ λόγος, ἀντισπάσεις τε καὶ προχετεύσεις, τὰ μὲν διὰ γαστρός, ἤτοι δι' οὔρων, ἢ μήτρας· τὰ δὲ δι' οὔρων, ἤτοι διὰ μήτρας ἢ δι' ἕδρας· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ διὰ μήτρας, ἤτοι δι' οὔρων ἢ διὰ γαστρός· ἐπὶ δὲ τῶν κατ' ὀφθαλμοὺς, καὶ ὦτα, καὶ ὑπερώαν, διὰ ῥινῶν ἡ προχέτευσις. ἡ δ' ἀντίσπασις, ἄνω μὲν ἐπὶ τοῖς κάτω πᾶσι· κάτω δ'
D ἐπὶ τοῖς ἄνω. καὶ μὲν δὴ κἀκ τῶν δεξιῶν ἐπὶ θάτερα· κἀξ ἐκείνων, ἐπὶ ταῦτα· κἀκ τῶν εἴσω, πρὸς τὰ ἔξω· κἀκ τούτων αὖ πάλιν, πρὸς ἐκεῖνα. τρίψεις οὖν τῶν ἀντικειμένων μερῶν, καὶ μάλιστα διὰ φαρμάκων θερμαινόντων, ἔτι τε δεσμὰ σφοδρότερα, τῶν ἀντισπαστικῶν ἐστι βοηθημάτων· ὥσπερ γε καὶ οἱ ἀντικείμενοι τῶν φυσικῶν πόρων ἀναστομωθέντες. εἴρηται δ' ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασιν, ἡ τῶν τοῦτο δυναμένων ἐργάζεσθαι φαρμάκων ὕλη· περὶ μὲν οὖν ἁπάντων ῥευμάτων εἰπεῖν, ἀναγκαῖον ἔσται
E κἀν τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασι· νυνὶ δὲ ἐπὶ τὰς αἱμορραγίας ἰτέον. ἐκ γάρ τοι τοῦ γένους τῆς στεγνώσεώς ἐστί πως, καὶ ὁ βρόχος ὁ περιτιθέμενος αὐτοῖς τοῖς αἱμορραγοῦσιν ἀγγείοις· οἵ θ' ἡμέτεροι δάκτυλοι συνάγοντές τε καὶ σφίγγοντες αὐτά. τούτου δ' ἐστὶ τοῦ γένους καὶ ἡ ἐπίδεσις· καίτοι γ' οὐ κατὰ κύκλον τὸ ἀγγεῖον περιλαμβάνουσα, καθάπερ ὁ βρόχος, ἀλλὰ τῷ συνάγειν τέ πως ἐκ μέρους τὰ διεστῶτα χείλη τοῦ τετρωμένου μορίου, καὶ προστέλλειν τὰ ἐπικείμενα, τῶν στεγνωτικῶν ἐστι βοηθημάτων. ἔξωθεν δὲ
F τῶν εἰρημένων ἁπάντων, αἱμορραγίας βοήθημά ἐστι, τὸ ἐπιτήδειον σχῆμα τοῦ τετρωμένου μορίου. ἐπιτήδειον δὲ τὸ δυοῖν τούτοιν ἐχόμενον σκοποῖν· ἀνωδυνίας τε καὶ ἀναρροπίας. εἰ δ' ἤτοι κατάρροπον, ἢ ὀδυνῶδες γίγνοιτο, καὶ τὰς οὐκ οὔσας αἱμορραγίας ἐργάσεται, μή τοί γε δὴ τὰς οὔσας οὐ παύσει. ταῦτ' οὖν ἐπιστάμενός τις, ἢν ἐπιστῇ ποθ' αἱμορραγοῦντι μορίῳ διὰ τρῶσιν, ἐπὶ τούτων γὰρ ὁ λόγος μοι γιγνέσθω πρῶτον· αὐτίκα μὲν ἐπιβαλλέτω τὸν δάκτυλον ἐπὶ τὸ στόμιον τοῦ κατὰ τὸ ἀγγεῖον ἕλκους,

ἐρείδων πραέως, καὶ πιέζων ἀνωδύνως, ἅμα τε γὰρ ἐφέξει τὸ αἷμα, καὶ θρόμβον ἐπιπήξει τῇ τρώσει. καὶ μὴν καὶ εἰ διὰ συχνοῦ βάθους εἴη τὸ αἱμορραγοῦν ἀγγεῖον, ἀκριβέστερον ἂν καταμάθοις τήν τε θέσιν αὐτοῦ καὶ τὸ μέγεθος· καὶ πότερα φλὲψ, ἢ ἀρτηρία ἐστί. μετὰ δὲ ταῦτα διαπείρας ἀγκίστρῳ, ἀνατεινέτω τε καὶ περιστρεφέτω μετρίως. μὴ ἐπισχεθέντος δ' ἐν τῷδε τοῦ αἵματος, εἰ μὲν φλὲψ εἴη πειράσθω χωρὶς βρόχου στέλλειν τὸ αἷμα, τῶν ἰσχαίμων τινὶ φαρμάκων. ἄριστα δ' αὐτῶν ἐστι τὰ ἐμπλαστικὰ, συντιθέμενα διά τε τῆς φρυκτῆς ῥητίνης, καὶ ἀλεύρου πυρίνου χνοῦ, καὶ γύψου, καὶ ὅσα τοιαῦτα. εἰ δὲ ἀρτηρία ἐστὶ, δυοῖν θάτερον, ἢ βρόχον περιθεὶς, ἢ ὅλον διακόψας τὸ ἀγγεῖον, ἐφέξεις τὸ αἷμα. βρόχον δ' ἀναγκαζόμεθά ποτε καὶ ταῖς μεγάλαις περιτιθέναι φλεψὶν, ὥσπερ γε καὶ διατέμνειν ποτ' αὐτὰς ὅλας, ἐγκαρσίας δηλονότι. καταστήσει δ' ἄν τις εἰς ἀνάγκην τοῦδε, κατὰ τὰς ἐκ πολλοῦ βάθους ὀρθίας ἀναφερομένας, καὶ μάλιστα διὰ στενοχωρίας τινὸς, ἢ μορίων κυρίων. ἀνασπᾶται γὰρ οὕτως ἑκάτερον τὸ μέρος ἑκατέρωθεν· καὶ κρύπτεται καὶ σκέπεται πρὸς τῶν ἐπικειμένων σωμάτων ἡ τρῶσις. ἀσφαλέστερον δ' ἄμφω ποιεῖν, βρόχον μὲν τῇ ῥίζῃ περιτιθέναι τοῦ ἀγγείου, τέμνειν δὲ τοὐντεῦθεν. ῥίζαν δ' ἀγγείου καλῶ, τὸ πρότερον αὐτοῦ μέρος, ἤτοι τῷ ἥπατι συνάπτον, ἢ τῇ καρδίᾳ· τοῦτο δ' ἐν τραχήλῳ μέν ἐστι, τὸ κάτωθεν· ἐν χερσὶ δὲ καὶ σκέλεσι, τὸ ἄνωθεν· ἐν ἑκάστῳ τε τῶν ἄλλων μορίων, ὡς ἐξ ἀνατομῆς ἔνεστι μαθεῖν· ἣν οὐδ' αὐτὴν οἱ ἀμέθοδοι προσίενται Θεσσάλειοι.

innitens, ac sine dolore comprimens; quippe simul tum sanguinem sistet, tum eum concrescere in vulnere facit. Quinimò si vas, vnde profluit, altè sit demissum, certius ipsis, tum situm intelligat, tum etiam magnitudinem; preterea, venáne sit, an arteria; post hæc iniecto vnco attollat, ac modicè intorqueat. Quòd si ne tunc quidem sistitur sanguis; si vena fuerit, tentet citra vinculum sanguinem supprimere aliquo ex ijs medicamentis, quæ sanguinis supprimendi facultatem habeant. Sanè optima horum sunt emplastica quæ ex frixa resina, & farinæ triticeæ tenuissimo polline, & gypso, alíisque id genus sunt composita. Sin arteria sit, duorum alterum, aut vinculo amplectens, aut totum vas præcidens, profluuium sistes. Sanè vinculum magnis quoque venis inijcere interdum cogimur, atque etiam interdum totas præcidere, vtique transuersas. Incidet autem huius necessitas in ijs, quæ ex profundissimo loco rectæ assurgunt, præsertímque per angustas, vel principes partes. Ita, nanque retrahitur ex vtraque parte pars vtraque, celatúrque, ac integitur à superiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen est vtrunque facere, & vinculum vasis radici inijcere; & quod deinceps habetur præcidere. Radicem vasis voco priorem eius partem, quæ vel iecinori propior est, vel etiam cordi; hæc in collo ab inferiore est parte; in brachijs & cruribus à superiore; in singulísque reliquarum partium, prout ex dissectione intelligere licet; quam nec ipsam amethodi isti Thessalij admittunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ὃν τρόπον σαρκῶσαι δεῖ τὰ ἕλκη, ἐπεὶ τὴν τοῦ αἵματος ἐπέσχομεν ὁρμήν· καὶ περὶ φαρμάκων, τῶν ἐπιφερομένων ἐσχάραν.

Ταῦτα δὲ πράξαντα, σαρκοῦν ὅτι τάχιστα τὸ τραῦμα, πρὶν ἀποῤῥυῆναι τοῦ ἀγγείου τὸν βρόχον. εἰ μὴ γὰρ φθάσειεν, ἡ ἐπιτραφεῖσα σὰρξ στεγνῶσαι τὸ πέριξ χωρίον τῆς ἀποτετμημένης ἀρτηρίας, ἀλλ' εὑρεθείη που χώρα κενὴ, τὸ καλούμενον ἀνεύρυσμα γίγνεται. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἐμπλαστικοῖς ἰσχαίμοις, χρῆσθαι κελεύω μᾶλλον τῶν ἐσχαρωτικῶν· ὅτι θᾶττόν τε, καὶ ἀκινδυνότερον ἐπ' αὐτοῖς σαρκοῦται τὸ τραῦμα· κίνδυνος γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἀποπιπτούσης τῆς ἐσχάρας, αὖθις αἱμορραγῆσαι τὸ ἀγγεῖον. ἄριστον οὖν ἁπάντων ὧν οἶδα φαρμάκων, ᾧ καὶ πρὸς τὰς ἐκ μηνίγγων αἱμορραγίας ἀσφαλέστερον χρῆσθαι, τὸ λεχθησόμενόν ἐστι· λιβανωτοῦ μέρος ἓν, ἀλόης ἡμίσει μεμίχθω μέρει· κἄπειτα τῆς χρείας ἐπιστάσης, ᾠοῦ τῷ λευκῷ φυράσθω, τοσοῦτο τὸ πλῆθος ὡς μελιτώδη σύστασιν ἔχειν· εἶτ' ἀναλαμβανέσθω τοῦτο λαγωαῖς θριξὶ ταῖς μαλακωτάταις· κἄπειτα τῷ ἀγγείῳ καὶ τῷ ἕλκει παντὶ πλεῖστον ἐπιτιθέσθω. καταδείσθω δ' ἔξωθεν ἐξ ὀθόνης ἐν ὑποδεσμίδι· τὰς μὲν πρώτας ἐπιβολὰς τέτταρας ἢ πέντε, κατ' αὐτοῦ αἱμορραγοῦντος ἀγγείου ποιουμένων ἡμῶν· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν ῥίζαν αὐτοῦ νεμομένων, ἐφ' ὧν ἐγχωρεῖ μερῶν ἐπὶ τὴν ῥίζαν νέμεσθαι· σχεδὸν δ' ἐπὶ πάντων ἐγχωρεῖ, πλὴν μηνίγγων. εἶτα λύσαντα διὰ τρίτης, εἰ μὲν ἀσφαλῶς ἔτι προσέχοιτο τῷ ἕλκει τὸ φάρμακον, αὖθις ἕτερον ἐν κύκλῳ περιχέοντα, καὶ ὥσπερ ἐπιτέγγοντα τὸν ἐκ τῶν τριχῶν μοτὸν ἐπιδεῖν, ὡς ἐξ ἀρχῆς

CAPVT IV.

Quo pacto implenda carne sint vlcera, quum sanguinis impetum stiterimus; ac de medicamentis crustam inducentibus.

His peractis, implendum carne vulnus quamprimùm est, priusquàm vinculum à vase decidat. Nisi enim producta caro priùs locum, qui circa præcisam arteriam est, impleuerit, sed locus aliquis vacuus superfuerit, aneurysma vocatum sequitur. Quamobrem emplasticis sanguinem sistentibus magis vtendum suadeo, quàm escharoticis, quòd, & citiùs, & minore cum periculo post ipsum impletur vulnus; periculum enim in altero est, si decidat crusta, rursum sanguinis profusionem ex vase excitari. Optimum igitur omnium, quæ noui, medicamentorum, quo etiam ad meningum hæmorrhagias tutissimè vtemur, est, quod nunc subijciam; Thuris pars vna, aloes partis vnius semissi miscetur; mox cum vtendi tempus instat, tantum huius cum oui candido subigitur, quantum mellis reddat crassitudinem; hoc dehinc leporis mollissimis pilis excipitur; deinde tum vasi ipsi, tum vlceri toti, liberaliter imponitur. Alligandum autem id forinsecus fascia est ex tenui linteo; cuius fasciæ primi quatuor quinquéve amplexus ipsi profluenti vasi inijcientur; ab hinc vasis radicem versus ducentur, in quibus partibus radicem versus ducere licet; licet autem ferè in omnibus, præterquam meningibus. His factis, vbi tertio die solueris, si tutò adhuc medicamentum vlceri adhæreat, aliud rursus circunfundes, ac veluti linamentum quod ex pilis factum inhæsit, madefaciens deligabis, vt initio

initio deligasti; sin priùs sua sponte linamentum decidat, radicem vasis, digito blandè comprimēs quatenus nihil confluat, hoc quidem suspensa manu adimes, atque alterum impones. Ad hunc modum, quod carne munietur, curare vas debebis, vtique à principio ad finem vsque partem supinam seruans, sed commoderata sit, ea figura. Periculum enim est, dolorem incidere, ac rursus è vase sanguinem profluere, quum nihil sanguinis profluuium magis, quàm dolor, proritet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamento multifariam vtor, aliàs (vt dictum est) duplum thuris aloæ admiscens; aliàs pari modo ambobus vtens; aliàs paulo superante aloen thure, aut etiam plusculo, sed nondum duplo; etiam mannam pro thure aliquando inijciens. Est autem manna medicamentum, quod magis, quàm thus, adstringit, thus verò, quàm manna magis emplasticum. Porrò constat in duris corporibus plus aloes esse immiscendum, in mollibus plus thuris. Eritque alterum eorum magis adstringens; alterum magis emplasticum. Itaque etiam, magis lentum ac (vt siquis dixerit) resinosius deligas thus, oportet, vbi magis esse emplasticum medicamentum studebis; id sanè, tum mollius est, tum albidius, tum quod mansum ritu aloes, & mannæ non comminuitur, sed partes suas sibi cohærentes defendit, veluti Chia mastiche. Verùm hæc eius tractationis sunt propria quæ de compositione medicamentorum præcipit; quam in hoc opere, non alicubi, attigisse omninò non licuit. Siquidem aut nusquàm nobis particularis exempli facienda mentio fuit; sed ipsis tantum vniuersalibus contentos esse methodis oportuit; aut si particularia poneremus, etiam præparatio eorum fuit attingenda. Verum (vt ante dictum) eius generis remediorum, quæ methodo sunt inuentæ, vno alteróve exemplo hic posito contentos esse conueniet; id verò semper mihi teneri memoria velim; sed reuertamur rursus ad id, quod dicendo, parum absoluimus. Mentionem enim iam dicti medicamenti idcirco pluribus feci, quòd cæteris id omnibus præstare mihi persuasi; mirórque, sicui melius inuenire continget. Ideóque tum in meningibus semper; tum in colli vulneribus eo vtor, etiam ipsarum venarum iugularium; vt potè cum harum quoque sanguinem citra vinculum sistat. Non est autem in his committendum, vt in opere properes, veluti quidam stolidi chirurgi faciunt; sed altera manu inferiorem vasis partem comprimes, aut complexus tenebis; altera medicamentum vulneri impones, ac blandè ei apprimes, donec concretum adhæserit; mox deligabis supernè deorsum, non (vt in artubus) infernè sursum; siquidem radicem versus vasorum ducere deligationem oportet, ac quod confluit, reprimere. Sunt porrò, & alia non pauca medicamenta emplastica quæ citra dolorem obturant; verùm nullum ita carne implet. Expedit autem quam maximè in eiusmodi casu, vt priore medicamento cadente, caro circum vas ipsum sit producta. At quæ crustas generant, vbi crusta decidit, magis nudam partem, quàm pro eo, qui secundum naturam est, statu, derelinquunt. Est nanque ipsius crustæ generatio ex subiectis, circumpositisque corporibus (vt siquis dixerit,) semiustis, sic, vt cuiusmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parant, eiusmodi ipsæ crustæ carnis exustæ sint reliquiæ.

A ἐπέδησας· εἰ δ' αὐτομάτως ὁ πρότερος ἀποπίπτοι μοτὸς, ἀτρέμα πιέζοντα τῷ δακτύλῳ τὴν ῥίζαν τοῦ ἀγγείου πρὸς τὸ μηδὲν ἐπιρρυῆναι, τοῦτον μὲν ἀφελεῖν ἠρέμα, περιθεῖναι δ' ἕτερον. οὕτω σε θεραπεύειν δεῖ μέχρι περ ἂν σαρκωθῇ τὸ ἀγγεῖον, ἀνάρροπον ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους φυλάττοντα τὸ μόριον· ἔστω δὲ μὴ δὲ τοῦτο ἄμετρον τὸ σχῆμα· κίνδυνος γὰρ ὀδύνην γενέσθαι, καὶ αὖθις αἱμορραγῆσαι τὸ ἀγγεῖον. οὐδὲν γὰρ ὀδύνης μᾶλλον αἱμορραγίας τε κινεῖ, καὶ φλεγμονὰς αὐξάνει. τούτῳ τῷ φαρμάκῳ πολυειδέστατα χρῶμαι· ποτὲ μὲν, ὡς εἴρηται, μιγνύων ἀλόη τὸ διπλάσιον τοῦ λιβανωτοῦ· ποτὲ δ' B ἐξ ἴσης ἀμφοτέροις χρώμενος· ἢ βραχεῖ πλείονι τῷ λιβανωτῷ τῆς ἀλόης· ἢ πλείονι μὲν ἀλλ' οὔπω τῷ διπλασίῳ· καὶ μάννην δ' ἀντὶ λιβανωτοῦ ποτ' ἔβαλλον. ἔστι δὲ στυπτικώτερον μὲν φάρμακον ἡ μάννη τοῦ λιβανωτοῦ· ὁ λιβανωτὸς δ' ἐμπλαστικώτερος τῆς μάννης. εὔδηλον δ' ὅτι τοῖς μὲν σκληροῖς σώμασι, τὴν ἀλόην χρὴ προσφέρεσθαι πλείονα, τοῖς δὲ μαλακοῖς, τὸν λιβανωτόν· ἔσται δὲ τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν, στυπτικώτερον· τὸ δ' ἕτερον, ἐμπλαστικώτερον. διὸ καὶ τὸν γλισχρότερον, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ῥητινωδέστερον αἱ- C ρεῖσθαι χρὴ λιβανωτόν, ὅταν ἐμπλαστικώτερον ἐργάσασθαι τὸ φάρμακον ἐθέλῃς· ἔστι δ' οὗτος ἁπαλώτερος ἅμα, καὶ λευκότερος, καὶ μασσώμενος οὐ θρύπτεται δίκην ἀλόης καὶ μάννης, ἀλλὰ συνεχὴς ἑαυτῷ μένει, καθάπερ ἡ μαστίχη. ταῦτι μὲν οὖν ἤδη τῆς περὶ συνθέσεως φαρμάκων πραγματείας ἐστὶν, ἧς ἀδύνατον μηδαμῶς ἅπτεσθαι κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον. ἢ γὰρ οὐδόλως ἐχρῆν ἡμᾶς μεμνῆσθαι τῶν ἐν μέρει παραδειγμάτων, ἀλλ' αὐταῖς μόναις ἀρκεῖσθαι ταῖς καθόλου μεθόδοις, ἢ καὶ τῶν ἐν μέρει προσαπτομένους ἅπτεσθαί ποτε D καὶ τῆς σκευασίας αὐτῶν. ἀλλ' ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, παράδειγμα τοῦ γένους τῶν φαρμάκων τῶν κατὰ τὴν μέθοδον εὑρισκομένων, ἓν ἢ δύο ἐνταυθοῖ γράφοντας, ἀρκεῖσθαι προσήκει· τούτου μὲν οὖν ἀεὶ χρὴ μεμνῆσθαι. πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐφ' ὅπερ λέγοντες ἀπελίπομεν. ἐμνήσθην γὰρ ἐπὶ πλέον τοῦ προειρημένου φαρμάκου, διότι πάντων αὐτὸ τῶν ἄλλων ἄμεινον εἶναι πέπεισμαι· καὶ θαυμάζοιμ' ἂν εἴ τις εὑρεῖν δύναται βέλτιον. καὶ διὰ τοῦτ' αὐτῷ χρῶμαι, κατά τε τῶν μηνίγγων ἀεὶ, καὶ τῶν ἐν τῷ τραχήλῳ τρώσεων, ἄχρι καὶ τῶν σφαγιτίδων αὐτῶν· καὶ γὰρ καὶ τούτων ἐπέχει τὸ αἷ- E μα χωρὶς βρόχου. χρὴ δὲ μὴ σπεύδειν ἐν τῷ ἔργῳ, καθάπερ ἔνιοι τῶν ἐμπλήκτων χειρουργῶν, ἀλλὰ τῇ μὲν ἑτέρᾳ χειρὶ, τὸ κάτω μέρος τοῦ ἀγγείου προστέλλειν, ἢ περιλαβόντα κατέχειν· τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ φάρμακον ἐπιθέντα τῇ τρώσει, προστέλλειν ἀτρέμα, ἄχρι περ ἂν προσπαγῇ· κἄπειθ' οὕτως ἐπιδεῖν ἄνωθεν κάτω, μὴ καθάπερ ἐν τοῖς κώλοις κάτωθεν ἄνω· πρὸς γὰρ τὰς ῥίζας τῶν ἀγγείων ἀφικνεῖσθαι χρὴ τὴν ἐπίδεσιν, ἀναστέλλουσαν τὸ ἐπιρρέον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πλείω φάρμακα τῶν ἐμπλαττόντων ἀλύπως· ἀλλ' F οὐδὲν οὕτως σαρκοῖ. χρεία δ' ἐστὶ μάλιστα κατὰ τὰ τοιαῦτα συμπτώματα τοῦ περισαρκοῦσθαι τὸ ἀγγεῖον, ἀποπίπτοντος τοῦ προτέρου φαρμάκου. τὰ δέ γε τὰς ἐσχάρας ἐπιπηγνύντα, γυμνότερον ἐργάζεται τὸ μέρος, ἢ κατὰ φύσιν εἶχεν ἀποπιπτούσης αὐτῆς. ἔστι γὰρ ἡ γένεσις τῆς ἐσχάρας ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ περικειμένων σωμάτων· ὡς ἂν εἴποι τις ἡμικαύτων γινομένων· ἵν' ὁποῖόν τι χρῆμα, τουτουσὶ τοὺς ἐσβεσμένους ἄνθρακας εἰς τὸν χειμῶνα παρασκευάζονται, τοιοῦτο ὑπόλειμμα τῆς διαπύρου σαρκὸς ἡ ἐσχάρα γίνεται.

ὥστ' ἀπόλλυται τοῦ μορίου τοσοῦτον τῆς κατὰ φύσιν σαρκός, ὅσον ἐσχαρούμενον ἐκαύθη. τοῦτ' οὖν ἅπαν λείπει τῷ μορίῳ τῆς ἐσχάρας ἐκπιπτούσης· καὶ διὰ τοῦτο γυμνὸν καὶ ἄσαρκον φαίνεται· καὶ πολλοῖς αἱμορραγία δυσεπίσχετος ἐπηκολούθησεν, ἐπὶ ταῖς τῶν ἐσχαρῶν ἀποπτώσεσιν. ὥστε κἀν τούτοις, ὅς τις ἂν ἐθέλῃ μεθόδῳ πάντα πράττειν, ἐσκέφθω τε περὶ πολλοῦ τοὺς τρόπους ἅπαντας οἷς ἐφέξει τὸ αἷμα, τόν τ' ἀκινδυνότερον αἱρεῖσθαι πειράσθω χρώμενος καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὅταν ἀνάγκη βιάζηται. μεγίστην δὴ ἀνάγκην οἶδα τοῦ χρῆσθαι φαρμάκοις ἐσχαρωτικοῖς ἢ καυτηρίοις διαπύροις, ὅταν ἐξ ἀναβρώσεως σηπεδονώδους ἡ αἱμορραγία γίγνηται. καὶ μέν τοι κἀπειδὰν ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ἅπαν ἐκκόψωμεν τὸ σηπόμενον, ἀσφαλέστερον ἤτοι καίειν αὐτοῦ τὴν οἷον ῥίζαν, ἢ φαρμάκοις ἐσχαρωτικοῖς χρῆσθαι. καὶ κατὰ τοῦτο ἐπ' αἰδοίων καὶ ἕδρας εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγκην ἀφικνούμεθα πολλάκις· ὅτι ῥᾳδίως σήπεται τὰ μόρια διά τε τὴν σύμφυτον ὑγρότητα, καὶ ὅτι περιττωμάτων εἰσὶν ὀχετοί. σκοπὸς δὴ ἔστω σοι τῶν ἐσχαρωτικῶν φαρμάκων, οὐχ ἁπλῶς ἡ θερμότης, ἀλλ' ἄμεινον ὅταν ἅμα τῷ στύφειν ὑπάρχῃ, καθάπερ ἐν χαλκίτιδι, καὶ μίσυϊ, καὶ χαλκάνθῳ, καυθεῖσί τε καὶ ἀκαύστοις εἰς χρείαν ἀγομένοις. τὰ δὲ διὰ τῆς ἀσβέστου τιτάνου, σφοδρότερα μὲν τούτων· ἀλλ' οὐ μέτεστι τῇ τιτάνῳ στυπτικῆς δυνάμεως. ἀποπίπτουσι τοιγαροῦν θᾶττον αἱ τοιαῦται τῶν ἐσχαρῶν. ἔχονται δὲ τῶν σωμάτων ἐπὶ πλέον, αἱ ἐκ τῶν στυφόντων· ἄμεινον δὲ τοῦτο μακρῷ· φθάνει γὰρ ὑποσαρκοῦσθαι τὰ κατὰ τὴν βάσιν αὐτῶν, καὶ γίνεσθαι καθάπερ τι πῶμα τοῖς ἀγγείοις. ὅθεν οὐδ' ἡμᾶς αὐθις χρὴ σπεύδειν, ὥσπερ ἔνιοι, τὰς ἐσχάρας ἐκβάλλειν, ἔνθα κίνδυνος αἱμορραγίας· ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μόνων τῶν διαθέσεων, ἐφ' ὧν, διὰ σηπεδόνα, τὸ καυτήριον ἠναγκάσθημεν ἐπιφέρειν ἀνθρώπου σώματι. καλεῖται δ', οὐκ οἶδ' ὅπως, ἅπασιν ἤδη τοῖς ἰατροῖς ἡ τοιαύτη διάθεσις, νομή, διότι νέμεσθαι συμβέβηκεν αὐτὴν ἀπὸ τῶν πεπονθότων μορίων, ἐπὶ τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα, καὶ τούτων ἀεί τι προσεπιλαμβάνειν, ὡς ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, οὐκ ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ δηλουμένου πράγματος, ἔχειν τὴν προσηγορίαν. ἡ δ' εὐπορία τῆς ὕλης ἁπάντων τῶν τοιαύτην ἐχόντων δύναμιν φαρμάκων, ἐν ταῖς οἰκείαις εἰρήσεται πραγματείαις. οἰκείας δὲ δηλονότι λέγω, τήν τε περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, καὶ τὴν περὶ συνθέσεως αὐτῶν.

Quare, quantum parti adustum ad crustam est, tantum profectò ipsi de naturali carne deperditur. Id itaque omne, parti decidit, quum crusta cadit; atque ob eam rem nuda sinéque carne visitur; multisque, posteaquam crusta decidit, profusio sanguinis, quæ ægrè supprimi potuit, superuenit. Quare in his quoque, quisquis methodo administrare omnia volet, is tum modos omnes, quibus sanguis supprimatur, longè prius considerabit; tum enim eliget, qui minus sit cum periculo, vtens non minus, & reliquis omnibus, quoties necessitas vrgebit. Maximam autem necessitatem, vel escharoticis medicamentis, vel ignitis cauterijs vtendi animaduerti, vbi ex erosione putrescentis alicuius, profluuium sanguinis concitatur. Quinetiam, vbi in tali affectu totum, quod computruit est sublatum, tutius est, vel ipsius veluti radicem adurere, velcertè crustificis medicamentis vti. Hacverò ratione, tum in pudendis, tum sede, ad talem necessitatem sæpè deuenimus, quòd hæ partes, tum propter naturalem humiditatem, tum quòd excrementorum sunt canales, ex leui causa putrescant; scopus autem esto tibi incrustantium medicamentorum non simpliciter calor, sed præstantius fit si simul adstringendi sit facultas, qualis in chalcitide, & mysi & atramento sutorio, siue vstis his, siue inustis vtare, *visitur*. Quæ verò ex calce non extincta conficiuntur, ea valentiora his sunt; cæterùm calx adstringendi vim non habet. Excidunt igitur citiùs quæ ab his fiunt crustæ; hærent autem corporibus diutiùs, quæ ab adstringentibus; quod vtique longè est vtilius, quando ita priùs nascitur in imó earum caro, efficitúrque profluenti vasi velut operculum quoddam. Vnde nec nosmet præcipites esse (veluti nonnulli sunt) ad crustas, vbi hæmorrhagiæ periculum imminet, detrahendas, oportet, nisi in illis tantum affectibus, in quibus propter putredinem candens ferrum corpori hominis admouere coacti fuimus. Appellant, nescio quomodo, eum affectum omnes nunc medici [nomen] ἀ νέμεσθαι *pascere*, propterea quod pergere pascendo id vitium ab ægris partibus ad eas, quæ secundum naturam se habent, soleat, atque harum semper aliquod ægris adijcere; ita, vt non à substantia indicatæ rei, sed ab accidente, appellationem indiderint. Copia materiæ medicamentorum omnium, talem facultatem obtinentium, in proprijs commentarijs dicta est. Proprios intelligo, & qui de simplicium medicamentorum facultatibus, & compositione eorum sunt scripti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Τὰ κεφάλαια τῆς μεθόδου τοῦ ἐπέχειν τὴν αἱμορραγίαν· καὶ περὶ τῆς αἱμορραγίας ἐκείνης τῆς ἐκ βάθους τοῦ σώματος ὁρμωμένης.

Ἀναλαβόντες οὖν αὖθις τὰ κεφάλαια τῆσδε τῆς μεθόδου, καθ' ἣν ἰᾶσθαι χρὴ τὰς προχείρους αἱμορραγίας, ἑξῆς ἐπὶ τὰς διὰ βάθους γιγνομένας ἀφικώμεθα τῷ λόγῳ. τὸ τοίνυν ἐκχεόμενον αἷμα τῶν ἀγγείων, ἢ τῷ μηκέτι ἐπιρρεῖν αὐτὸ παύσεται, ἢ τῷ στεγνωθῆναι τὴν διαίρεσιν, ἢ ἅμα ἀμφοτέρων γιγνομένων, ὅπερ οἶμαι βέλτιστόν ἐστιν. ἐπιρρεῖν μὲν οὖν κωλύεται διά τε λειποθυμίαν καὶ ἀντίσπασιν, καὶ παροχέτευσιν, καὶ ψύξιν ὅλου τε τοῦ σώματος καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ τετρωμένου μορίου.

CAPVT V.

Capita methodi sanguinis profluuium sistendi, ac de eo profluuio, quod de profundo corporis erumpit.

Ergo recensitis huius methodi, quâ vulgares hæmorrhagias cures, capitibus, mox ad eorum, quæ in alto sunt corpore, tractationem conuertamur. Qui igitur è vasis profluit sanguis, aut quod ampliùs non confluet, sistetur; aut quòd occlusa diuisio erit; aut etiam propter vtrúnque simul, id quod reor tutissimum. Porrò cõfluere prohibetur, & propter animi deliquium, & reuulsionẽ, & deriuationem, & refrigerationẽ, tũ corporis totius, tum verò præcipuè ipsius partis vulneratæ.

Hac

Hac enim ratione etiam frigida pota sæpe hæmorrhagias suppressit; idem facit & frigida foris in fotu affusa, sed & posca, & vinum acerbum, aliáque quæcunque, vel adstringendi, vel simpliciter refrigerandi vim habent. Clauditur ipsa diuisio, si vel contrahatur, *conniueátque* id, quod diuisū est, vel obstruatur. Sanè contrahitur, tum adstrictione, tum refrigeratione, tum deligatura coniunctum, tum vinculo exceptum. Obstruitur vel intrinsecus, vel extrinsecus; & intrinsecus quidem à sanguine concreto, extrisecus, tum hoc ipso, tū verò linamentis, & spongijs, & crustis, & medicamentis emplasticis; ad hæc corporibus circumiacentibus propius admotis; quorum singula quemadmodum perficiantur, dictum iam est. At, quę de profundo sanguinis profluuia erumpunt, ea nec vinculo, nec deligatura sanes; vt neque cauterijs, nec (vt semel dicam) ijs, quę diuisum ipsum corpus partéve contingere machinamur; imò per reuulsionem, ac deriuationem; præterea cibum potionémque, qui & emplasticam vim habeant, & refrigerent, & medicamenta, quæ adstringāt; habes verò vberem talium materiem in proprijs operibus. Quæ verò à partibus indicatio sumitur, ea communibus, quæ iam dictę sunt curandi indicationibus, veluti auctarium in singulis affectibus accedit; siquidem instrumentis aliquando vtimur pro partis ipsius proprietate, alijs ad vterum, alijs ad vesicam, alijs ad omnia intestina crassa. Quippe in hæc, per clysterem; in vterum, per metrēchytas idoneorum aliquod medicamentorum immittimus; sic & in vesicam, per in directum foratos catheteres. Sanè rariora ex his profluuia sanguinis fiunt, sed tamen aliquando fiunt, & quanquam non profusione ipsa, periculosa, at certè ob diuturnitatem non sine periculo. Siquidem quaternis diebus vidimus ex vtero profluere sanguinem, nec potuisse vllo remedio sisti, quoad quarto die arnoglossi succo vtentibus nobis, prorsus constiterit. Est porrò id medicamentum & ad ea, quæ ex erosione excitantur sanguinis profluuia vtilissimum; cui etiam valentius aliquod hoc casu medicamentum, aliàs aliud ei miscere soleo, vtique ad totum respiciens affectum; id quod semper est faciendum, ac pro maximo documento in omnibus habendum. Nam in his ipsis, quæ ex vtero, vesica, & intestinis, profluuia citantur, æstimari debebit ipsius profusionis quantitas, vt hanc iam vel vt primam, vel vt secundam, indicationem curationis habeamus, nec tamen obiter totius affectus non habentes rationem. Nam, si perruptum vas aliquod magnum est, aut vehementer reclusum hiat, vtique adstringentibus medicinis est opus, veluti balaustio, & hypocystide, & rhoe, & omphacio, & acacia, gallis immaturis, & malicorio. Sin vel exiguum vas est, quod perruptum est, vel modicè reclusum, sic, vt non multus sit, qui in eo profluit sanguis, etiam aloe, & manna, & pini cortex, & Lemnium sigillum, & spinæ Ægyptiæ fructus, & crocum, & lapis hæmatites, aliáque id genus ex vino nigro austero vtilia medicamenta sunt. Quòd si nec genus id vini præsto sit, nec arnoglossum, nec solanum, (quippe hæc quoque sunt idonea) coquemus in aqua, & rubi germina, & canini rubi, & myrti, & lentisci, & hederæ, in summa, omnium, quibus adstrictoria vis inest, siue radix sit, siue fructus, siue cortex, siue germen;

A κατὰ τοῦτον γοῦν τὸν λόγον καὶ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ποθὲν, ἔπαυσεν αἱμοῤῥαγίας πολλάκις, ἔξωθέν τε καταντλούμενον αὐτό τε τὸ ὕδωρ ψυχρόν· ὀξύκρατόν τε, καὶ οἶνος στρυφνὸς, ὅσα τἄλλα στύφειν ἢ ἁπλῶς ψύχειν πέφυκε. στεγνοῦται δὲ ἡ διαίρεσις, ἢ μυσάντος, ἢ φραχθέντος τοῦ διῃρημένου. μύει μὲν οὖν στυφόμενόν τε καὶ ψυχόμενον, ἐπιδέσει τε συναγόμενον, καὶ βρόχῳ διαλαμβανόμενον. ἐμφράττεται δὲ ἢ ἔνδοθεν, ἢ ἔξωθεν· ἔνδοθεν μὲν ὑπὸ θρόμβου, ἔξωθεν δὲ, ὑπό τε τούτου, καὶ μοτῶν, καὶ σπόγ- B γων, ἐσχάρας τε, καὶ τῶν ἐμπλαστικῶν φαρμάκων· ἔτι τε τῶν παρακειμένων σωμάτων προσσταλέντων· ὅπως δ' ἐργάσῃ τῶν εἰρημένων ἕκαστον, εἴρηται. τὰ δὴ ἐκ τοῦ βάθους αἱμοῤῥαγοῦντα, βρόχοις μὲν οὐκ ἄν τις, οὐδ' ἐπιδέσει, θεραπεύσειεν· ὥσπερ οὐδὲ καυστηρίοις· οὐδ' ἁπλῶς εἰπεῖν ὅσα διὰ τοῦ ψαύειν αὐτοῦ τοῦ διῃρημένου σώματος ἢ μέρους ἐπιτεχνώμεθα· δι' ἀντισπάσεως δὲ καὶ παροχετεύσεως, ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων, ἐμπλαττόντων τε καὶ ψυχόντων, καὶ στυφόντων φαρμάκων· ἄφθονον δὲ καὶ τὴν τῶν τοιούτων ὕλην ἐν ταῖς οἰκείαις ἔχεις πραγματείαις· ἡ δ' C ἀπὸ τῶν μορίων ἔνδειξις, τοῖς κοινοῖς τῆς θεραπείας σκοποῖς τοῖς εἰρημένοις, ἐξ ἐπιμέτρου καθ' ἕκαστον πάθημα πρόσεισιν· ὀργάνοις γοῦν ἐνίοτε χρώμεθα διὰ τὴν ἰδιότητα τοῦ μέρους, ἄλλοις μὲν ἐπὶ μήτρας, ἄλλοις δὲ ἐπὶ κύστεως, ἄλλοις δὲ ἐπὶ τῶν παχέων ἁπάντων ἐντέρων. εἰς ταῦτα μὲν γὰρ διὰ κλυστῆρος· εἰς μήτραν δὲ, διὰ μητρεγχυτῶν, τῶν ἐπιτηδείων τι φαρμάκων ἐνίεμεν· ὥσπερ γε καὶ εἰς κύστιν, διὰ τῶν εὐθυτρήτων καθετήρων. σπανιώτεραι μὲν οὖν αἱ ἐκ τούτων αἱμοῤῥαγίαι· γίγνονται δ' οὖν ποτε κἂν D εἰ μὴ τῷ λάβρῳ κινδυνώδεις, ἀλλὰ τῷ γε χρονίζειν οὐκ ἀκίνδυνοι. τεττάρων γοῦν ἡμερῶν οἶδά ποτε διὰ μήτρας φερόμενον αἷμα, πρὸς οὐδὲν τῶν βοηθημάτων εἶξαν ἄχρι τῆς τετάρτης, χυλῷ δὲ χρησαμένων ἡμῶν ἀρνογλώσσου, παντάπασιν ἐπαύσατο. κάλλιστον μὲν οὖν τοῦτο τὸ φάρμακόν ἐστι καὶ πρὸς τὰς ἐξ ἀναβρώσεως αἱμοῤῥαγίας· εἴωθα δ' αὐτῷ μιγνύειν τι τηνικαῦτα καὶ τῶν ἰσχυροτέρων φαρμάκων ἄλλο τε ἄλλο, πρὸς ὅλην ἀποβλέπων τὴν διάθεσιν, ὅπερ ἀεὶ χρὴ πράττειν, οὐ μικρὸν ἔχοντας εἰς ἅπαντα παράγγελμα. κατὰ γοῦν αὐτὰ ταῦτα τὰ ἐκ μήτρας, ἢ ἐκ E κύστεως, ἢ ἐντέρων αἱμοῤῥαγοῦντα, σκέπτεσθαι μὲν χρὴ καὶ τὸ τῆς αἱμοῤῥαγίας ποσόν· ἵν' ἤδη τὸν μὲν πρῶτον ἔχωμεν ἐν τῇ θεραπείᾳ σκοπὸν τοῦτον, ἢ τὸν δεύτερον· οὐ μὴν οὐδὲ τῆς ὅλης διαθέσεως ἀσκέπτως ἔχειν. εἰ μὲν γὰρ ἔῤῥωγεν ἀγγεῖόν τι τῶν μεγάλων, ἢ ἰσχυρῶς ἀνεστόμωται, τῶν αὐστηρῶν φαρμάκων ἐστὶ χρεία· ὡς βαλαυστίου, καὶ ὑποκυστίδος, καὶ ῥοῦ, καὶ ὀμφακίου, καὶ ἀκακίας, καὶ κηκῖδος ὀμφακίτιδος, καὶ τῶν τῆς ῥοιᾶς λεμμάτων. εἰ δ' ἤτοι μικρόν ἐστι τὸ ἐῤῥωγὸς ἀγγεῖον, ἢ ἀνεστόμωται μετρίως, ὡς ὀλίγον εἶναι τὸ φερόμε- F νον αἷμα, καὶ ἀλόη, καὶ μάννα, καὶ ὁ τῆς πίτυος φλοιός, ἥ τε σφραγὶς ἡ Λημνία, καὶ ὁ τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης καρπὸς, ἔτι τε κρόκος, καὶ λίθος ὁ αἱματίτης ὀνομαζόμενος, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, δι' οἴνου μεγάλως αὐστηροῦ χρηστὰ φάρμακα. μὴ παρόντος δὲ μήτ' οἴνου τοιούτου, μήτ' ἀρνογλώσσου, μήτε στρύχνου, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἐπιτήδεια, ἀφεψεῖν ἐν ὕδατι βλαστοὺς βάτου καὶ κυνοσβάτου, καὶ μυρσίνης, καὶ σχίνου, καὶ κισσοῦ, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἁπάντων τῶν στυφόντων, εἴτε ῥίζα τις, εἴτε καρπὸς, εἴτε φλοιὸς, εἴτε βλάστημα τύχοι·

διὰ τοῦτο καὶ τὸ τῶν στυφόντων μήλων καὶ μάλιστα τῶν κυδωνίων, ἔτι τε μύρτων καὶ μεσπίλων ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς τὰ παρόντα τὸ ἀφέψημα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ΄.

Περὶ αἱμορραγίας τῆς ἐξ ἀναβρώσεως, ἢ διαπηδήσεως.

Εἰ δ' ἐξ ἀναβρώσεώς τις αἱμορραγία γίγνοιτο, τὰ πολλὰ μὲν οὐδὲ λάβρος αὐτοῖς ἐστιν, ἀλλ' ὀλίγη, καὶ κατὰ βραχύ· καὶ διὰ τοῦτο τῷ Πασίωνος, ἢ Ἄνδρωνος, ἢ Πολυείδου τροχίσκῳ χρηστέον, ἢ ὡς εἴρηται τῷ ἡμετέρῳ, τὴν αὐτὴν μὲν κατὰ γένος ἔχοντι δύναμιν, ἰσχυροτέρῳ δὲ ὑπάρχοντι. παύει γὰρ ταῦτα, τὴν ἀνάβρωσιν ἅμα τῷ δηλονότι καὶ τοῦ παντὸς σώματος προνοεῖσθαι, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. λαύρου δὲ ἐμπεσούσης αἱμορραγίας, τοῖς αὐστηροτάτοις χρηστέον φαρμάκοις, ἄχρι περ ἂν ἐπισχῶμεν αὐτῆς τὸ σφοδρόν· εἶθ' οὕτως ἅμ' ἐκείνοις μιγνύναι τοὺς τροχίσκους· εἶθ' ἑξῆς ἐπ' αὐτοὺς μόνους μετέρχεσθαι μετά τινος τῶν εἰρημένων χυλῶν ἢ ἀφεψημάτων. ὅσα δὲ ἔξωθεν ἐπιτίθεται τοῖς αἱμορραγοῦσι, στύφοντά τε καὶ χωρὶς στύψεως ψύχοντα, ταῦτ' οὐχ ἁπλῶς ἐπαινῶ, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν· ἀλλά μοι δοκεῖ τοὐναντίον ἐνίοτε πρᾶγμα οὗ δεόμεθα διαπράττεσθαι, συνελαύνειν εἴσω τὸ αἷμα καὶ πληροῦν τὰς ἐν τῷ βάθει φλέβας. εἶδον γοῦν τινας ἐκ πνεύμονος ἀναβήττοντας αἷμα προφανῶς βλαβέντας ἐπὶ ταῖς τοῦ θώρακος καταψύξεσιν· οὕτω δ' ἐνίους καὶ τῶν ἐμούντων αἷμα, τῆς γαστρὸς ἔξωθεν ψυχείσης· ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἐκ ῥινὸς αἱμορραγούντων ἐνίους φανερῶς ἐβλάβησαν ἐπὶ ταῖς τῆς κεφαλῆς ψύξεσιν. οὔκουν ἁπλῶς, οὐδ' ἀδιορίστως, οὐδ' ἐν παντὶ καιρῷ συμβουλεύω ψύχειν τὰ κύκλῳ τοῦ αἱμορραγοῦντος, ἀλλ' ἀποστρέψαντας εἰς ἕτερον πρότερον, οἷον ἐπὶ τῆς ῥινός, ἤτοι φλεβοτομίᾳ χρησαμένους, ὡς εἴπομεν, ἢ τρίψει καὶ δεσμοῖς τῶν κώλων, ἢ σικύαις ἐπὶ τῶν ὑποχονδρίων. ἀλλ' οὐδ' οὕτω χρῆσθαι τοῖς ψύχουσιν εὐθέως ἐπὶ μετώπῳ καὶ κεφαλῇ, ἀλλὰ σικύαν πρότερον ἀντισπαστικὴν ἐρείδοντα κατ' ἰνίον. διττὴ γὰρ ἡ ἀντίσπασις ἐπὶ ταῖς ἐκ μυκτήρων αἱμορραγίαις· ἥ τε ἐπὶ τὰ κάτω μόρια τοῦ σώματος ὅλου, καὶ ἡ ἐπὶ τὰ τῆς κεφαλῆς ὀπίσω· διότι καὶ αὐτὸ τὸ μόριον ἡ ῥίς, ἄνω τ' ἐστὶ καὶ πρόσω. ἀντίκειται δὲ, τὸ μὲν ἄνω, τῷ κάτω· τὸ δὲ ὀπίσω, τῷ πρόσω. ἀλλὰ περὶ μὲν αἱμορραγίας, ἱκανὰ καὶ ταῦτα. δῆλον γὰρ ὅτι καὶ ἡ διαπήδησις ὑπὸ τῶν ψυχόντων καὶ στυφόντων θεραπευθήσεται· καὶ εἰ διὰ λεπτότητα γίγνοιτό ποτε τοῦ αἵματος, ὑπὸ τῆς παχυνούσης διαίτης· ὁποία δ' ἐστὶν αὕτη, λεχθήσεται μέν που κἀν τοῖς ἑξῆς· εἴρηται δὲ δυνάμει κἀν τῷ περὶ λεπτυνούσης διαίτης· ἐπὶ δὲ τὴν θεραπείαν ἰτέον ἤδη τῶν εἰρημένων διαθέσεων. τὸ μὲν οὖν τῆς φλεβὸς ἕλκος ἐπειδὰν πρόχειρον ᾖ, παραπλησίας δεῖται θεραπείας τοῖς ἐν σαρκὶ γινομένοις, ὑπὲρ ὧν ἐν δυοῖν ὑπομνήμασι τοῖς πρὸ τοῦδε διελέχθην. εἴτε γὰρ ἐκ τρώσεως προσφάτου τυγχάνει γεγονός, ἐγχωρεῖ συμφῦσαι αὐτὸ τοῖς ἐναίμοις καλουμένοις φαρμάκοις· εἴτε κατ' ἀνάβρωσιν, ὅσα περὶ τῶν κακοηθῶν ἑλκῶν εἴρηται, ταῦτα τῷ λόγῳ διελόμενον, ἑξῆς ἔργῳ προστιθέναι αὐτὰ πειρᾶσθαι. καὶ μέντοι καὶ ὁπότε βρόχῳ διαλαμφθείσης, ἢ ἰσχαίμοις φαρμάκοις, ἢ καυτηρίοις χρησαμένων, ὁ σκοπὸς τῆς θεραπείας ἐστὶ προσσαρκῶσαι τὰ χείλη τοῦ ἕλκους, τοῖς αὐτοῖς χρησόμεθα πάντως φαρμάκοις, οἷς ἡ μέθοδος ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἐπὶ τῶν κοίλων ἑλκῶν.

ideóque etiam adstringentium malorũ, maximéque cotoneorum, itémq; myrtorum, & mespilorũ decoctum, idoneum ad proposita præsidium est.

CAPVT VI.

De profluuio sanguinis ex erosione, vel diapedesi.

At si ex erosione profluuium quoddam incidit, non est id magna ea parte profusius, sed exiguum & paulatim *effluens*; eóque Pasionis, vel Andronis, vel Polyidæ pastillis vtendum est; aut etiã (vt dictum est) nostro, qui genere eandem, vim obtinet, cæterùm magis potentem. Sistunt enĩ hæc erosionem, si tamen etiam toti corpori sit consultum, vt priùs est dictum. Sin profusior hæmorrhagia sit, ijs, quæ vehemẽtissimè adstringant vtendũ medicamentis est, quoad vehemens eius *impetus* frangatur; mox deinde admiscendi illis pastilli sunt; postea ad ipsos solos veniendum, cũ aliquo ex ante dictis succis, aut decoctis. At verò quæ extrinsecus parti sanguinem profundenti admouentur, tũ adstringentia, tum citra adstrictionem frigida, hæc ipse (veluti pleriq; medicorum) non vbiq; probo; sed mihi contrà omninò, quam fieri res postulat, ipsum sanguinem intrò compellere ac venas, quæ in alto sunt implere videntur. Vidimus enim quosdam eorum, qui ex pulmonibus sanguinem rejicerent, ex thorace refrigerato manifestè læsos; æquè vt, qui sanguinem vomuerunt, nonnullos, quòd venter foris esset refrigeratus; eodem modo & eorum, quibus naribus sanguis profluit, aliqui ex capitis refrigeratione deteriùs habuerunt. Ergo nec omninò, nec sine discrimine, nec omni tẽpore loca, quæ circa partẽ, vnde sanguis profluit, sunt posita, refrigerãda suaserim, imò posteaquam in alia priùs auerteris; vt, exẽpli gratia, in naso, vbi sanguinis missione (vt diximus) sis vsus, vel artuum frictione deuinctionéque, vel ad hypochondria *defixis* cucurbitis. Quin ne sic quidem ad frontem & caput ilicò refrigerantibus vtendum, sed priùs reuellendum est, affixa inio *seu occipiti* cucurbita. Nam duplex est in sanguinis ex naribus profusione reuulsio, tũ quæ ad inferiores sit totius corporis partes, tũ quę ad capitis posteriora; propterea quòd ipsæ partes nares *dictæ* & in superiore, & in anteriore parte sunt sitæ; opponitur autem pars superior, inferiori, & posterior, anteriori; verùm de sanguinis profluuio, hæc sufficient. Patet nanque & diapedesin, refrigerantibus adstringẽtibúsq; esse curandam; & si propter tenuitatem sanguinis aliquando incidat, crassiore victu; is verò cuiusmodi sit, dicetur in sequentibus; dictúmq; iam ad quendam modum est libro, qui De attenuante victu est scriptus; iam verò ad memoratorũ affectuum curationẽ est redeundũ. Ergo, quod venæ insedit vlcus, vbi ad manum est, eandem desiderat curationem ijs, quæ in carne accidunt, de quibus, duobus ante hoc voluminibus disputaui. Nam siue ex recenti vulnere factum est, id agendum est, vt medicamentis enæmis vocatis coeat; siue ex erosione, quæcunque dicta de malignorum vlcerum curatione sunt, ea priùs ratione discernenda, mox vt opere perficiantur, tentanda. Quinetiam, vbi vinculo *vas* sis complexus, aut medicamentis sanguinem supprimentibus, aut cauterijs vsus; illeq; tibi curationis scopus est, vt quę circa vlceris labra sũt, carne impleas; ijsdem omninò medicamentis vtere, quę in methodo cauorum vlcerum nobis sunt præcepta.

CAPVT

CAPVT VII.

De vulneratæ arteriæ curatione.

De arteria autem vulnerata iam dictum est nonnullis medicorum, videri non posse fieri vt coeat. Atque id asserunt aliqui quidem sola experientia se contentos professi; alij verò etiam ratione vsi eiusmodi duram esse, ac cartilagineam aiunt alteram arteriæ tunicam; talium verò nihil posse in vnum coire, quum sit mollium tantum corporum in vnum coeundi habilitas, vt tum in externis videre licet, neque lapide cum lapide, neque testa cum testa, vnquam coeunte; tum verò in nobis quum nec cartilago cum cartilagine coalescat, nec os cum osse vniatur. Non enim fracta ossa per coalitum; sed per callum conglutinationem habent. Igitur nos quoque a à priori experientia nostra incipiamus, in vulgúsque exponamus ea, quæ ipsi visu vsurpauimus. Vidimus enim iu mulieribus, & pueris tum conglutinatas arterias, tum carne vndique circundatas, ídque in fronte, malleolo, & carpo. Simile quoddam aliquando, & agresti contigit iuueni, venam secari veris tempore volenti, quod nostratibus hominibus maximè est in vsu; quum enim medicus, venam incisurus brachium deligasset, contigit attolli velut in gibbum arteriam; itáque hanc pro vena medicus diuisit. Exigua sanè incisio erat; sanguis autem flauus, & tenuis, & feruidus statim pulsitans exiliebat Ac medicus quidem, vt erat admodum iuuenis, & ad artis opera inexpertus, venam se incidisse putabat. Ego verò cum quodam alio ex ijs, qui aderant medicis seniore, vbi quod accidit, aduerti, præparato ex emplastrorum genere, enæmo medicamento, tum incisionem curiosè admodum coniunxi, tum super, medicamentum ilicò imposui, ac spongiam mollissimam extrinsecus super *hoc* deligaui. Mirante verò, qui arteriã inciderat, modum rationémq; prouidentiæ nobis hoc in casu succurrentis, indicauimus homini rem factã, sed postquam incisi hominis diuersorium exijssemus; iussimúsq; ne vel solueret nobis absentibus, vel ante quartũ diẽ id aggrederetur, sed ita, vt erat, deligatũ habeter, spongiã duntaxat desuper madefaciẽs. Postea verò, quã in quarto soluẽtes planè conglutinatã incisurã inuenimus, rursus idẽ medicamẽtũ imponere iussimus, tũ simili modo deligare, nec multis postea dieb⁹ soluere. Atq; ita percurata est huius hominis incisa arteria, sola omniũ, quas in cubito incisas vidi; nã reliquis omnibus aneurysma, alijs maius, alijs minus superuenit; ac quemamodũ quidem aneurysmata curare conueniat, in progressu dicetur suo loco, vtique quum reliquorũ omniũ præter naturam tumorum curatio tradetur; nunc cœptam disputationẽ absoluamus. Siquidẽ arteriæ natura difficultatẽ quidẽ durioris tunicæ suæ cõglutinãdæ prorsus indicat, nõ tamen eiusmodi, quæ euinci omninò nequeat; neq; enĩ ita est sicca duráq; vt os, vel cartilago, imò longè his mollior, ac magis carnosa. quo vtiq; minus de vniẽda sectione eius est desperãdũ, vbi tũ ipsa sit parua, tũ hois corpus natura molle. Videtur autẽ experiẽtia quoq; ipsa rationi subscribere; quũ & in pueris & in mulieribus propter corporũ humiditatẽ, & mollitiẽ, eã viderim glutinari; & in vno iuuene, cui (vt dictũ est) exiguè *erat incisa.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ τῆς τρωθείσης ἀρτηρίας θεραπείας.

Ἐπ' ἀρτηρίας μὲν τοι τρωθείσης, ἐρρέθη καὶ πρόσθεν ὡς ἐνίοις τῶν ἰατρῶν ἀδύνατος ἡ σύμφυσις εἶναι δοκεῖ. καὶ λέγουσι τοῦτό τινες μὲν ἀρκεῖσθαι φάσκοντες μόνῃ τῇ πείρᾳ· τινὲς δὲ καὶ λόγῳ χρώμενοι τοιῷδε, σκληρὸν καὶ χονδρώδη φασὶν εἶναι τὸν ἕτερον τῶν χιτώνων τῆς ἀρτηρίας· οὐδὲν δὲ τῶν τοιούτων συμφῦναι δύνασθαι, μόνων γὰρ τῶν μαλακῶν σωμάτων ἰδίαν ὑπάρχειν τὴν σύμφυσιν, ὡς ἐπί τε τῶν ἐκτὸς ἔνεστι θεάσασθαι, μήτε λίθου πρὸς λίθον ἑνωθέντος ποτὲ, μήτε ὀστράκου πρὸς ὄστρακον· ἐπί τε τῶν ἐν ἡμῖν, μήτε χόνδρου χόνδρῳ συμφύντος, οὔτ' ὀστοῦ πρὸς ὀστοῦν ἑνωθέντος. οὐδὲ γὰρ τὰ κατάγματα διὰ συμφύσεως, ἀλλὰ διὰ πώρου τὴν κόλλησιν ἴσχει. ἀρξώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς ἀπὸ προτέρας τῆς ἡμετέρας πείρας, εἰς τὸ κοινὸν κατατιθέντες ὅσα τυγχάνομεν ἑωρακότες. ἐθεασάμεθα γὰρ ἐπὶ μὲν γυναικῶν καὶ παιδίων, ἀρτηρίας κολληθείσας τε καὶ περισαρκωθείσας ἐν μετώπῳ, καὶ σφυρῷ, καὶ καρπῷ. νεανίσκῳ δ' ἀγροίκῳ ποτὲ καὶ τοιοῦτόν τι συνέπεσε, φλέβα τμηθῆναι βουληθέντι κατὰ τὴν ἐαρινὴν ὥραν, ἐν ἔθει δὲ μάλιστα τοῦτό ἐστι τοῖς παρ' ἡμῖν ἀνθρώποις, δήσαντος τὸν βραχίονα τοῦ μέλλοντος αὐτὸν φλεβοτομεῖν ἰατροῦ, συνέβη κυρτωθῆναι τὴν ἀρτηρίαν, ὥστε καὶ διεῖλεν αὐτὴν ὁ ἰατρὸς ἀντὶ φλεβός. βραχεῖα μὲν οὖν ἡ διαίρεσις ἐγένετο· ξανθὸν δὲ, καὶ λεπτὸν, καὶ θερμὸν εὐθέως ἐξηκοντίζετο τὸ αἷμα σφυγμωδῶς. ὁ μὲν οὖν ἰατρὸς, ἦν δὲ καὶ πάνυ νέος καὶ ἄπειρος τῶν τῆς τέχνης τῶν ἔργων, ᾤετο διῃρηκέναι τὴν φλέβα. θεασάμενος δ' ἐγὼ τὸ γενόμενον σὺν ἄλλῳ τινὶ τῶν παρόντων ἰατρῶν πρεσβύτῃ, τῶν ἐναίμων τι φαρμάκων τῶν ἐμπλαστῶν παρασκευάσας, ἐπιμελῶς τε πάνυ συναγαγὼν τὴν διαίρεσιν, ἐπέθηκά τε τὸ φάρμακον αὐτίκα, καὶ σπόγγον μαλακώτατον ἔξωθεν ἐπέδησα. θαυμάζοντος δὲ τοῦ τέμνοντος τὴν ἀρτηρίαν, τὸν τρόπον τῆς ἐπελθούσης ἡμῖν περὶ τὰ τοιαῦτα προνοίας, ἐδηλώσαμεν αὐτῷ τὸ γενόμενον, ἐξελθόντες τῆς καταγωγῆς τοῦ τμηθέντος· ἐκελεύσαμέν τε μήτε λῦσαι χωρὶς ἡμῶν, μήτε θᾶττον πρᾶξαι τοῦτο τῆς τετάρτης ἡμέρας, ἀλλ' ὡς εἶχεν ἡ ἐπίδεσις, φυλάξαι, ἐπιτέγγοντα μόνον τὸν σπόγγον. ἐπεὶ δὲ λύσαντες ἐν τῇ τετάρτῃ, κεκολλημένην ἀκριβῶς εὕρομεν τὴν διαίρεσιν, ἐπιθεῖναί τε τὸ αὐτὸ φάρμακον αὖθις ἐκελεύσαμεν, ἐπιδῆσαί τε ὁμοίως, ἡμερῶν πλειόνων μὴ λύειν. οὕτω μὲν ἐθεραπεύθη τὴν διαίρεσιν τῆς ἀρτηρίας ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος μόνος ὃν εἶδον ἐν ἀγκῶνι τμηθέντα ἀρτηρίαν· ἅπασι δὲ τοῖς ἄλλοις ἀνεύρυσμα, τοῖς μὲν μεῖζον ἐπεγένετο, τοῖς δ' ἧττον. ὅπως μὲν οὖν χρὴ θεραπεύειν ἀνευρύσματα, προϊόντος τοῦ λόγου κατὰ τὸν οἰκεῖον εἰρήσεται καιρὸν, ὅταν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὄγκων τῶν παρὰ φύσιν ἡ θεραπεία γράφηται· νυνὶ δ' ἐπὶ τὸ συνεχὲς ἴωμεν τοῦ λόγου. ἡ γάρ τοι φύσις ἡ τῆς ἀρτηρίας, ὄντως ἐνδείκνυται τὸ δυσσύμφυτον, οὐ τὸ παντάπασιν ἀσύμφυτον τοῦ σκληροῦ τῶν ἐν αὐτῇ χιτώνων· οὐ γὰρ οὕτως ἐστὶ ξηρὸς καὶ σκληρὸς, ὡς ὀστοῦν, ἢ χόνδρος, ἀλλὰ πολὺ μαλακώτερος τούτων, καὶ σαρκωδέστερος. οὔκουν εὐλόγως ἄν τις ἀπογινώσκῃ συμφῦναι τὴν διαίρεσιν, ὅταν αὐτή τε ὑπάρχῃ μικρὰ, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου μαλακὸν ὑπάρχῃ φύσει. ἔοικε δὲ καὶ ἡ πεῖρα τῷ λόγῳ μαρτυρεῖν· ἐπί τε γὰρ παίδων καὶ γυναικῶν ἐθεασάμην συμφύσασαν αὐτὴν διὰ τὴν ὑγρότητα καὶ μαλακότητα τῶν σωμάτων· ἐφ' ἑνός τε νεανίσκου βραχεῖαν ἔχοντος διαίρεσιν, ὡς εἴρηται.

δυσιατώτερα μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρτηρία τῆς φλεβὸς, οὐ μὴν ἐξήλλακταί γε πολλῷ τῶν φαρμάκων ἡ χρῆσις ἐφ' ἑκατέρου τῶν ἀγγείων, ἀλλ' ἔστιν ἡ αὐτὴ κατ' εἶδος, ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον διαφέρουσα· τοσούτῳ γὰρ δεῖται ξηραντικωτέρων φαρμάκων ἡ ἀρτηρία τῆς φλεβὸς, ὅσωπερ καὶ φύσει ξηροτέρα τὴν κρᾶσιν ἐστίν. εἰ δὲ περισαρκοῦσθαι δέοι, τῶν αὐτῶν ἀμφότεραι χρῄζουσι· σαρκὸς γὰρ ἐστὶ φύσις, ἐν τῇ περισαρκώσει κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον γινομένης, ὡς κἀν τοῖς κοίλοις ἕλκεσιν ἐδείχθη γιγνομένη. αἱ δὲ κατὰ τὴν μήτραν, ἢ κύστιν, ἢ ἔντερα, φλέβες τε καὶ ἀρτηρίαι, τῶν αὐτῶν δεόμεναι κατὰ γένος φαρμάκων ὅταν ἑλκωθῶσιν, ὀργάνων χρῄζουσι τῶν εἴσω παραπεμψόντων αὐτὰ, μητρεγχυτῶν δηλονότι, καὶ καθετῆρος εὐθυτενοῦς, καὶ κλυστῆρος. εἰς δὲ τὰ κατὰ τὸ ἀπευθυσμένον ἕλκη, καὶ διὰ κύστεως ἐγχωρεῖ ἐγχεῖν φάρμακον τηκτὸν χλιαρὸν, αὐλίσκον ἐχούσης κατὰ τὸ πέρας αὐτῆς εὐθυτενῆ. ἐξελεγχθήσεται τοιγαροῦν ἅμα τῇ τῶν ὀργάνων ἰδέᾳ, καὶ ἡ τῶν φαρμάκων σύστασις· οὐ γὰρ οἷόν τε παχέα φάρμακα τοῖς τοιούτοις ἐγχεῖν, ἀλλ' ὑγροτέρων δηλονότι δέονται, καὶ διὰ τοῦτο συμμέτρως θερμῶν ὡς τὰ πολλά· διὰ τοῦτο δὲ καὶ τῶν τηκτῶν καλουμένων φαρμάκων, ἐπιτηδειότερα τὰ ξηρά· μίγνυται γὰρ ἑτοίμως, εἴτ' ἀρνογλώσσου τις, εἴθ' ἑτέρου τοιούτου βούλοιτο χυλῷ. τὰ δὲ τοιαῦτα φάρμακα, κρόκος τ' ἐστὶ, καὶ πομφόλυξ, καὶ ἀλόη, καὶ τὰ κεφαλικὰ καλούμενα· κατὰ δὲ τὸν πρῶτον καιρὸν τῆς σαρκώσεως, τὸν συνάπτοντα τῇ ἐπισχέσει τοῦ αἵματος, καὶ ἡ Λημνία σφραγὶς ἀγαθὸν φάρμακον.

A Quum verò sanatu difficilior sit arteria, quàm vena, non tamen est medicamentorum admodum diuersus in vasorum vtroque vsus; imò specie planè idem, maioris minorísque ratione euarians; quippe tanto sicccioribus medicamentis eget arteria, quàm vena, quanto ipsa est suápte natura siccioris temperamenti, quàm vena. Quòd si carnem circa gigni opus fuerit, eadem ambæ requirunt; siquidem ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circundandis, quo in cauis vlceribus prouenire est traditum. At, quæ in vtero, vesica, vel intestinis, venæ arteriæque sunt, quum eadem genere medicamenta, vbi e- B xulceratæ sunt, requirant, etiam instrumenta, quibus infundantur, metrenchytas, catheterem rectum, & clysterem desiderant. Ad ea verò, quæ in recto intestino sunt vlcera, etiam per vesicam, cui sit fistula recta ad finem annexa, inijcere liquatum medicamentum tepidum licet. Exquiretur itaque remediorum consistentia pro instrumentorum specie; neque enim fas est, eiusmodi *instrumentis* crassa medicamenta infundere, sed humidiora postulant, atque idcirco mediocriter plerunque calida; proinde sicca medicamenta magis sunt idonea, quàm ea, C quæ liquabilia vocantur, quoniam facilè, vel arnoglossi, vel alterius eius generis succo misceantur. Eiusmodi medicamenta sunt, & crocum, & pompholyx, & aloe, & quæ cephalica dicuntur; in ipso autem primo producendæ carnis tempore, quod suppressionem sanguinis continenter excipit, etiam Lemnia terra probum medicamentum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Περὶ ἑλκῶν τοῦ πνεύμονος, καὶ περὶ αἵματος τοῦ ἐκ τοῦ θώρακος ὁρμῶντος.

Τὰ δ' ἐν τῷ πνεύμονι συνιστάμενα τῶν ἑλκῶν, χαλεπωτέραν ἔχει τὴν ἴασιν. ἐνίοις δ' οὐ χαλεπὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατος εἶναι δοκεῖ, τοῖς τε λόγῳ τεκμαιρομένοις, καὶ τῇ πείρᾳ· τῷ λόγῳ μὲν, ἐπειδὴ διὰ τὴν ἀναπνοὴν ἀεικίνητόν ἐστι σπλάγχνον ὁ πνεύμων, ἡσυχίας δὲ δεῖ τοῖς μέλλουσιν ἰαθήσεσθαι· τῇ πείρᾳ δ' ὅτι μηδὲ πώποτε μηδένα τῶν τοῦτο παθόντων ἐθεάσαντο θεραπευθέντα. ὃ μὲν δὴ τῆς πείρας, ἐντεῦθεν γὰρ ἄρξασθαι δίκαιον, ἀμφισβήτησιν ἴσως ἕξει κατὰ τὴν διάγνωσιν. ἡμεῖς γοῦν ἐθεασάμεθα, τὸν μέν τινα, τῷ βοῆσαι μέγα· τὸν δὲ, τῷ καταπεσεῖν ἀφ' ὑψηλοῦ· τὸν δ' ἐν παλαίστρᾳ πληγέντα, παραχρῆμά τε βήξαντα σφοδρότατα, καὶ σὺν τῇ βηχὶ, τοὺς μὲν μίαν ἢ δύο κοτύλας, ἐνίους δὲ, καὶ πλείους πτύσαντας. αὐτῶν δὲ τῶν ταῦτα παθόντων, ἔνιοι μὲν ἀνώδυνοι παντάπασιν ἦσαν, ἔνιοι δ' ὠδυνῶντο κατὰ θώρακα. καὶ τοίνυν καὶ τὸ αἷμα, τοῖς μὲν ὀδυνηθεῖσιν, οὔτ' ἀθρόον ἦν, οὔτε πολὺ, καὶ ἧττον ἐρυθρὸν, καὶ ἧττον θερμὸν, ὡς ἂν πόρρωθεν ἧκον. τοῖς δ' ἀνωδύνοις οὖσιν, ἀθρόον τε, καὶ πλέον, ἐρυθρόν τε καὶ θερμὸν ἀνεβήττετο, σαφῶς ἐνδεικνύμενον ὅτι μὴ πόρρωθεν ἥκει. ἔχει μὲν οὖν ἀπορίαν καὶ ἄλλην οὐ σμικρὰν, ἡ ἐκ τοῦ θώρακος εἰς τὰς τραχείας ἀρτηρίας μετάληψις τοῦ αἵματος, ἐζητημένην τοῖς ἰατροῖς, ὅσοι ἀδύνατον εἶναι νομίζουσι τὴν διὰ τοῦ περιέχοντος ὑμένος τὸν πνεύμονα, φό-

CAPVT VIII.

De vlceribus pulmonis, & sanguine de pectore erumpente.

D At quæ in pulmone hæserunt vlcera difficiliorem habent curationem. Quibusdam verò non difficilis modò eorum curatio, verùm etiam quæ perfici nequeat, esse videtur, idque tum ratione coniectantibus, tum experientia; ratione, quoniam pulmo viscus propter respirationem perpetuo sit in motu, quum quietem requirant ea, quæ sint sananda; experientia, quòd neminem vnquam eorum, qui ita sunt affecti, sanatum viderint. Atque de experientia qui- E dem (nam hinc cœpisse par est) dubitare fortasse licet, propter dignotionem. Nos enim quendam, vidimus ex eo, quod maximè vocem in clamore intendisset, alium quòd ab alto cecidisset, alium in palæstra percussum, non solùm statim grauissimè tussiuisse, sed etiam simul cum tussi alios vnam duásve, alios plures heminas sanguinis spuisse. Qui verò ita erant, affecti, aliqui omninò sine dolore erant, alij in thorace dolebant. Quinetiam sanguis ijs, qui doluerant, nec confertim reiectus est, nec multus, F minúsque tum ruber, tum calens, ceu è longinquo veniens. At quibus citra dolorem est reiectus, ijs & confertim, & plurimus, tum ruber feruénsque tussiendo expuebatur, clarè docens, quòd non procul veniret. Porrò aliam dubitationem facit, non leuem, ipsa sanguinis ex thorace in asperam arteriam transumptio, propositam videlicet à medicis ijs, qui transmitti eum per membranam pulmonem inuoluentem, posse non

non putarunt. Fortéque (nisi multis eorum, qui ita sunt affecti, tum statim ortus dolor, tum verò quibusdam eorum phlegmone superueniens cum abscessu, manifestum indicium præbuissent in thorace consistentis affectus) pronunciassent sanguinem ex pectore per fauces nunquam tussiendo reijci. Nunc verò his indicijs confusi à pectore quidem venire concedunt; cæterùm dum aliam viam, quàm per pulmonis membranulam, inquirunt, multa, eáque absurda proferre coguntur; quanuis in suppuratis ipsum pus, quod medio spatio inrer pectus, & pulmonem contineri ipsi fatentur, videant, arbitror, apertè ex pulmone expui. Nos verò in ijs, quibus erat in pectore tantus abscessus, vt etiam ossium aliquid carie corrumperetur, manifestè ipsis ostendimus mulsam, quæ iniecta in pectus fuerat, ex pulmone expui. Sanè nouimus Romæ eiusmodi affectus rheumatico modo in pectore non rarò constitisse, vt necesse fuerit ipsum os affectum excidere. In plurimis verò etiam membrana, quæ costis intra subtenditur, vnà cum corrupta costa inuenitur putrefacta. Solemus ergo in curatione, mulsa per vlcus infusa, iubere aliquando quidem, vt, inclinati in laborantem partem tussiant, sæpè verò molliter concutere; interdum etiam pyulco educere, quod intus ex mulsa reliquum est. Hoc facto, vbi tum pus vniuersum, tum etiam saniem vlceris eluisse confidimus, mox medicamenta inijcimus. Ergo in eiusmodi affectibus, siquem, in medio pectoris, ac pulmonis spatio, humorem relìqueris, statim hunc tussi eiectum contemplabere. Mirandi profectò sunt ij, qui de via plumonis hæsitant, quo pacto non magis hæsitent, quemadmodum crassus sanguis infracti ossis callo effundatur, nam & ipse, qui effunditur, non paulo naturali est crassior, & cutis substantia longè crassior pulmonis inuolucro est. Quod igitur diximus, quum vel casu, vel præualida acutáque voce vas aliquod in pulmone rumpitur, citráq; dolorem confertim sanguis feruens, floridus, multúsque cum tussi expuitur, scire licet in viscere vulnus esse. Aggredienda verò curatio est, prout nos sæpè sumus aggressi; quibus non rarò successit. Igitur laboranti ipsi iniungendum est, vt nec magna vtatur respiratione, ac semper agat silentium; præterea vena cubiti interna protinus incidenda à qua bis, térque postea sanguis est detrahendus, reuulsionis causa; tum artus omnes fricandi, vinciendíque ita, vt ipsi solemus; vbi hæc sunt facta, primum posca, tum diluta, tum tepida, potui est offerenda; quò, siquis in viscere cruor concretus latitet, resolutus expuatur, atque hoc nihil vetet bis térve ternis horis facere. Ab his verò, etiam aliquod eorum, quæ tum emplasticam vim habent, tum adstringunt, medicamentum exhibendum, idque aut ex posca diluta primum, aut ex malorum, myrtorúmve, vel alicuius eiusmodi adstringentium decocto. Rursúsque vesperi medicamentum hoc similiter dandum, circumciso, si valentior sit, omni nutrimento; sin aliter, sorbitionis quod satis est, exhibendum. Maximè verò ad rem pertinebit, si etiam postero die, modò fortis *cubans* sit, parum sanguinis ab incisa iam vena rursum detrahatur; tum victu medicamentísque eodem modo in quartum vsque diem vtatur, pectore interdum, si æstas sit, vndique melino, rosaceóve madefacto; sin hyems, nardino

A ἐὰν αὐτοῦ. καὶ τάχ' ἂν εἰ μὴ πολλοῖς τῶν οὕτω παθόντων, ὅτε παραχρῆμα πόνος, ἤ τ' ἐξ ὑστέρου τισὶν αὐτῶν ἐπιγινομένη φλεγμονὴ, σὺν ἀποστάσει, [72] σαφῆ τὴν ἔνδειξιν ἔφερε τοῦ κατὰ τὸν θώρακα πάθους, ἀπεφήναντο μηδέποτ' ἐκ θώρακος αἷμα διὰ τῆς φάρυγγος ἀναβήττεσθαι. νυνὶ δ' ὑπὸ τούτων δυσωπούμενοι, συγχωροῦσι μὲν ἀπὸ τοῦ θώρακος φέρεσθαι, ζητοῦντες δ' ἑτέραν ὁδὸν τῆς διὰ τοῦ περιέχοντος ὑμένος τὸν πνεύμονα, πολλὰ καὶ ἄτοπα λέγειν ἀναγκάζονται. καί τοι τό γε πύον ἐπὶ τῶν ἐμπύων, ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ὁμολογοῦντες περιέχεσθαι, βλέπουσιν οἶμαι σαφῶς ἀναβηττόμενον ἐκ πνεύμονος. ἡμεῖς δὲ κἀπὶ τῶν ἀπόστημα τοιοῦτον ἐν θώρακι ἐχόντων, ὡς σφακελίσαι τι καὶ τῶν ὀστῶν, ἐπεδείξαμεν αὐτοῖς ἐναργῶς, τὸ ἐνιέμενον τῷ θώρακι μελίκρατον ἀναβηττόμενον ἐκ πνεύμονος. ἴσμεν γὰρ δήπου τὰς τοιαύτας διαθέσεις, ἐν θώρακι συνισταμένας, οὐκ ὀλιγάκις ἐν Ῥώμῃ μάλιστα, [73] τρόπῳ ῥευματικῷ, ὡς ἀναγκασθῆναι τὸ πεπονθὸς ἐκκόπτειν ὀστοῦν. ἐπὶ τῶν πλείστων δ' εὐθὺς ἅμα τῇ διεφθαρμένῃ πλευρᾷ, καὶ ὁ ὑπεζωκὼς αὐτὴν ὑμὴν ἔνδοθεν εὑρίσκεται διασεσηπώς. εἰώθαμεν οὖν ἐν τῇ θεραπείᾳ μελίκρατον ἐκχέοντες διὰ τοῦ ἕλκους, ἐνίοτε μὲν ἐγκελεύεσθαι βήττειν αὐτοῖς ἐπικεκλιμένοις τῷ πεπονθότι μέρει, πολλάκις δὲ κατασείειν ἠρέμα· καί ποτε καὶ πυουλκῷ κομίζεσθαι τὸ ὑπολειπόμενον ἔνδον τοῦ μελικράτου. ἐπειδὰν δὲ τοῦτο ποιήσαντες ἐκκεκλύσθαι τότε πύον ἅπαν, καὶ τοὺς ἰχῶρας τοῦ ἕλκους ἐλπίσωμεν, ἐντίθεμεν οὕτως τὰ φάρμακα. κατὰ τὰς τοιαύτας οὖν διαθέσεις, εἴ τις ἐάσειεν ἐν τῇ μεταξὺ πνεύμονος καὶ θώρακος χώρᾳ τὸ ὑγρὸν, αὐτίκα ἀναβηττόμενον θεάσηται. θαυμάσαι δ' ἐστὶν ἐπὶ τῇ τοῦ πνεύμονος ὁδῷ τῶν ἀπορούντων, πῶς οὐ μᾶλλον ἀποροῦσιν ἐπὶ τοῦ περιχεομένου πάχεος αἵματος ἐν ταῖς τῶν καταγμάτων πωρώσεσιν· αὐτό τε γὰρ τὸ περιχεόμενον, οὐ σμικρῷ παχύτερόν ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν, ἥ τε τοῦ δέρματος οὐσία παμπόλλῳ δή τινι παχυτέρα, τοῦ περὶ τῷ πνεύμονι χιτῶνος. ὅταν οὖν ἐλέγομεν ὅτ' ἂν ἐκ καταπτώσεως, ἢ μεγάλης ἅμα καὶ ὀξείας φωνῆς, ἀγγείου ῥαγέντος ἐν πνεύμονι, χωρὶς ὀδύνης ἀθρόον καὶ θερμὸν, εὐανθές τε καὶ πολὺ μετὰ βηχὸς ἀναφέρηται τὸ αἷμα, πεπεῖσθαι μὲν χρὴ τὸ τραῦμα, κατὰ τὸ σπλάγχνον ἐνυπάρχειν. ἐπιχειρεῖν δὲ τῇ θεραπείᾳ καθάπερ ἡμεῖς πολλάκις ἐπιχειρήσαντες, ὀλιγάκις ἀπετύχομεν. αὐτῷ μὲν οὖν τῷ κάμνοντι παραγγεῖλαι χρὴ, μήτ' ἀναπνεῖν μέγα, καὶ σιωπᾶν ἀεί· τέμνειν δ' αὐτίκα φλέβα κατ' ἀγκῶνα τὴν ἔνδον· ἐπαφαιρεῖν δὲ δίς που καὶ τρὶς, ἀντισπάσεως ἕνεκα· τρίβειν τε καὶ διαλαμβάνειν ὅλα τὰ κῶλα δεσμοῖς, ὥσπερ εἰώθαμεν. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα πραχθῇ πρῶτον μὲν ὀξύκρατον ὑδαρές τε καὶ χλιαρὸν διδόναι πίνειν· ὅπως εἴ τις εἴη θρόμβος ἐν τῷ σπλάγχνῳ διαλυθεὶς, ἐκβηχθείη· καὶ τοῦτ' οὐδὲν κωλύει καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐν ὥραις τρισὶν ἐργάσασθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, διδόναι τι τῶν ἐμπλαττόντων τε ἅμα καὶ στυφόντων φαρμάκων, ἤτοι δι' ὑδαροῦς ὀξυκράτου τὴν πρώτην, ἢ δι' ἀφεψήματος μήλων, ἢ μύρτων, ἤ τινος ἄλλου τῶν στυπτικῶν. εἰς ἑσπέραν τε πάλιν ὁμοίως διδόναι τὸ φάρμακον, εἴργοντας ἁπάσης τροφῆς, ἐὰν ἰσχυρὸς ᾖ. εἰ δὲ μὴ, ῥοφήματος αὔταρκες διδόναι. κάλλιστον δὲ καὶ κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἐπαφελεῖν αὖθις ὀλίγον αἵματος ἀπὸ τῆς τετμημένης φλεβὸς, ἐὰν ἰσχυρὸς ᾖ· καὶ τροφαῖς καὶ φαρμάκοις ὡσαύτως χρῆσθαι, μέχρι τῆς τετάρτης ἡμέρας, ἐπιβρέχοντας ἐν κύκλῳ τὸν θώρακα, θέρους μὲν μηλίνῳ, ἢ ῥοδίνῳ· χειμῶνος δὲ μύρῳ ναρ-

δίνῳ. εἰ δὲ καὶ τῶν ἐμπλαστῶν τινι χρήσασθαι βούλοιο φαρμάκων, κάλλιστον μὲν ἔχοις τὸ ἡμέτερον, ᾧ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα τραύματα θαῤῥῶν χρῶ· σύγκειται δὲ ἐξ ἀσφάλτου, καὶ ὄξους, ὅσα τ' ἄλλα μίγνυται τοῖσδε κατὰ τὰς καλουμένας ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἐναίμους βαρβάρους. εἰ δὲ γυναῖκα θεραπεύοις, ἢ παῖδα, ἢ ὅλως μαλακόσαρκόν τινα, τὸ διὰ τῆς χαλκίτεως ἱκανὸν φάρμακον· οὗ κατὰ τὸ πρῶτον ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων συνθέσεως ἐδήλωσα τὴν δύναμιν. οὕτως ἡμεῖς ἐθεραπεύσαμεν οὐκ ὀλίγους, ἐπιφανέντες αὐτίκα τῷ πεπονθότι. τὸ γάρ τοι μέγιστον αὐτὸ τοῦτ' ἐστιν, ᾧ μάλιστα προσέχειν σε χρὴ τὸν νοῦν, εἰ παραχρῆμα τῆς ῥήξεως τῶν ἀγγείων γεγενημένης, ὑπάρξαις τῆς θεραπείας, ὥστ' ἔναιμον ὄν, κολληθῆναι τὸ τραῦμα πρὶν ἄρξασθαι φλεγμαίνειν. εἰ δέ γε φλεγμήνειεν, ὀλίγη μὲν ἔτι τοῦ κολληθῆναι τὸ τοιοῦτον ἡ ἐλπίς, εἰς χρόνον δ' ἐκπίπτει πλείονα. καὶ τὸ χαλεπὸν ἢ ἀδύνατον τῶν ἐν τῷ τοιῷδε, τῆς ἰάσεώς ἐστι· ἐκπλύνεσθαι γὰρ δηλονότι χρὴ τό τε πύον, καὶ τοὺς ἰχῶρας τοῦ ἕλκους, λυομένης τῆς φλεγμονῆς· ἐκ μὲν δὴ τῶν κατὰ μήτραν καὶ κύστιν, ἐκκρίνεται μὲν καὶ αὐτόματα τῷ κατάντει τῆς φορᾶς, ἐκκλύζεσθαι δὲ δύναται καὶ πρὸς ἡμῶν· ἐπὶ πνεύμονος δὲ γίνεσθαι ἑκάτερον, ἀδύνατον. ἀπολείπεται οὖν ἔτι μόνη τοῖς ἐνταυθοῖ πᾶσιν ἕλκεσιν ἡ μετὰ τοῦ βήττειν κάθαρσις. ἀλλ' εἴπερ ὀρθῶς τήν τ' ἄλλην ἡσυχίαν αὐτοῖς συνεβουλεύομεν, ἀναπνεῖν τε καὶ καταβραχύ, καὶ μηδ' ὅλως φθέγγεσθαι προσετάττομεν ὑπὲρ τοῦ κολληθῆναι τὸ τραῦμα, τίς ἂν εἴη τῆς βηττόντων τῆς ἰάσεως ἡ ἐλπίς; ἔχουσιν ὅτι διὰ τὴν ἀναπνοὴν, ἀκίνητον ἐστι τὸ σπλάγχνον ὡς εἰ περὶ ἡμῶν φασιν ἰατροὶ ἄπορος ἡ ἴασις, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἰχώρων τε καὶ τοῦ πύου κένωσιν. καὶ διὰ τοῦτο παραχρῆμα μὲν εἰς σύμφυσιν ἀφικνεῖται καθ' ὃν εἴρηται τρόπον ἰαθέντα· φλεγμῆναι δὲ φθάσαντα, χαλεπὴν καὶ ἄπορον ἴσχει τὴν ἐπανόρθωσιν· ὅ τε γὰρ ἰχὼρ καὶ τὸ πύον, οὐκ ἀκριβῶς ἐκκενοῦται τῶν κατὰ τὴν πνεύμονα χωρίων αἵ τε βῆχες ἱκανῶς σπαράττουσι τὰ πεπονθότα. τὰ δ' ἐκ θώρακος, τριχῆ τῶν κατὰ τὸ σπλάγχνον τοῦτο πλεονεκτεῖ· τά τε γὰρ ἀγγεῖα πολὺ σμικρότερα, καὶ ἡ ἐκροὴ τῶν ἰχώρων εἰς τὴν εἴσω γίνεται χώραν· ὅλως τε σαρκωδέστερός ἐστι τοῦ πνεύμονος. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἡ τῶν τραχειῶν ἀρτηριῶν οὐσία κατ' ἄλλο τι τοῦ ζώου μέρος ἐστιν, ἱκανῶς ἄσαρκον καὶ ξηρὸν ὑπάρχουσα· ὧν καὶ αὐτῶν δήπου ῥῆξις ἐν ταῖς τοιαύταις 74 ἀναβλώσεσι γίνεται· ὡς εἴ γε τῶν ἄλλων μέν τι ῥαγείη, μένοιεν δ' ἀπαθεῖς αἱ τραχεῖαι ἀρτηρίαι κατὰ τὰς συναναστομώσεις μόνας ἡ μετάληψις γίνεται. ὥστε οὔτε θερμὸν, οὔτ' ἐρυθρὸν, οὔτε πολὺ τοῖς τοιούτοις ἀναφέρεται τὸ αἷμα. καὶ δοκεῖ μὲν εἶναι μετριώτερα τὰ τοιαῦτα παθήματα, τήν γε πρώτην, ὡς ἂν μὴ καταπλήττοντα τῷ πλήθει τῆς κενώσεως· ἔστι δὲ χείρω δι' αὐτὸ τοῦτο· κωλύεται γὰρ ἡ σύμφυσις ὑπὸ τοῦ περιθρομβουμένου τοῖς ἐῤῥωγόσιν ἀγγείοις αἵματος, οὐκ ἔχοντος εὐπετῆ τὴν εἰς τὰς τραχείας ἀρτηρίας διέξοδον.

vnguento. Quòd si emplastico aliquo vti medicamento placet, habes à nobis optimum, quo etiam ad reliqua vulnera cum fiducia vtare; constat id ex bitumine, & aceto, aliisque quæ illis misceri medicamentis solent, quæ enæma barbara à medicis dicuntur. Quòd si mulieri mederis, pueróve, aut denique corpori, quod mollis sit carnis, quod ex chalcitide fit, satis idoneum medicamentum fuerit; cuius vires in primo libro eorum, quæ de medicamentorum compositione inscripsi, explicauimus. Hac nos ratione multos, ad quos statim, vt malum senserunt, accessimus, percurauimus. Quippe hoc maximum est; cuíque te attentum esse magnopere oportet, an videlicet statim à ruptura vasis facta curationem incipias, quò cruentum adhuc vulnus, priusquam phlegmonen excitet, glutines. Nam, si phlegmone inuaserit, exigua spes est eius postea glutinandi; in longius tamen trahere potest tempus. Quòd verò eiusmodi vlcera, vel difficulter, vel planè nunquam, curari possint; hoc in causa est, quòd quum phlegmone soluitur, eluenda pus vlceris & sanies sunt; atque ex vtero quidem, & vesica, tum sua sponte excernuntur, quoniam videlicet pronis delabi licet, tum elui præterea à nobis possunt; in pulmone neutrum omninò fieri potest. Quare omnibus, quæ huic loco hærent, vlceribus vna reliqua expurgatio est ea, quæ per tusses fit. At si rectè his tum reliquam omnem quietem suasimus; tum verò, vt sensim respirarent nec quicquam loquerentur, vt vulnus glutinaretur, iniunximus; quæ potest tussientibus esse sanationis spes? Non igitur quòd in perpetuo, propter respirationem, motu viscus id sit, desperata curatio est, velut qui ante nos medici senserunt, sed propter saniei, & puris vacuationem. Ideóque si statim quis sit aggressus, ac iam dicta ratione medeatur, coeunt; sin phlegmone prius occuparit, difficilem incertámque curationem recipiunt, nam pus, & sanies prorsus, totáque ex spatijs pulmonis non expelluntur, & tussis affectas partes valdè lacerat. At quæ ex pectore educuntur, triplex compendium præ ijs, quæ ex pulmone vacuantur, habent; nam & vasa ipsa multo sunt minora, & sanies in spatium interius effluit, & in summa magis carnosum *pectus* est, quàm pulmo. Nam asperæ arteriæ substantia, quæ admodum carnis expers siccáque est, nulla alia animalis in parte inuenitur; quæ etiam ipsa in eiusmodi expuitionibus rumpi solet, quum, si qua reliqua vena, *vel arteria* sit rupta, ipsis asperis illęsis manentibus, per mutuas solas anastomoses translatio *sanguinis* fit. Itaque nec calidus in talibus, nec ruber, nec multus sanguis emittitur. Ac videntur quidem, prima saltem fronte, leuiores eiusmodi affectus, vt qui copia vacuationis minimè terreant; sunt verò, vel ob hoc ipsum grauiores; quippe concretus circa ruptum vas cruor, cui facilis transitus in asperas arterias non est, glutinationem prohibet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ τραυμάτων τοῦ διαφράγματος, καὶ τῶν μερῶν, τῶν ἔνδον περιτοναίου περιεχομένων.

ΩΣαύτως δὲ καὶ τὰ τοῦ διαφράγματος τραύματα, τά γε μὴ διήκοντα πρὸς τοὐκτός· ἐν μὲν τοῖς σαρκώδεσι

CAPVT IX,

De vulneribus septi transuersi, ac earum partium, quæ intra Peritonæum continentur.

SImili modo, & transuersi septi vulnera, quæ foras non perueniunt, in carnosis quidem partibus sæpè coalescere sunt visa, eius motu non

non obſtante; quæ in neruoſis eius hærent, inſanabilia ſunt. Sanè difficilis curatio eſt etiam eorum, quæ in carnoſis ſunt partibus, ſi has iam phlegmone occupauit; idque non ipſi modò diaphragmati, verùm etiam omnibus quæ intra peritonæum ſunt contenta, quod in ea ſcilicet ſanies defluat. Cæterum danda opera eſt, vt ea quacunque ratione ſiccemus, tum per ea medicamenta quæ extrinſecus imponuntur, tum per ea, quæ ex aqua vinóve tenui bibuntur. Porrò horum maximè idonea ſunt & quæ ex ſeminibus fieri dicuntur; & quod ſolenne nobis eſt, quóque in pectore perforato ſemper vtimur, quod ex caſſia componitur. Cæterùm tum hæc, tum perfuſiones quædam eiuſmodi vulneribus accommodatæ, ad tractationem de medicamentis pertinent; hîc methodos ſolas tradimus, quæ præſidiorum indicent genus; quare, ſi quando quædam à nobis particulatim pro exemplis adhibeantur, hæc addita claritatis cauſa fuiſſe exiſtimandum.

CAPVT X.

Aduerſus methodicos, quòd medicamentorum genera è partium vlceratarum ſubſtantia immutentur.

RVrſus igitur ad methodos reuertamur, monſtremúſque quantum generalis omnium vlcerum curatio per ſingulas animalis partes ſpeciatim immutetur. Hinc nanque diſcemus præcipuè quidem id, quod in toto opere eſt propoſitum, minimè in curationibus errare; velut appendicem verò, etiam eorum, qui ſe Methodicos vocarunt, audaciam. Qui (ſi quid mihi, qui nec ad gratiam quicquam, nec ad odium loqui ſoleam, eſt credendum) cum omnium ipſi medicorum maximè à methodo ſint alieni, damnant (quatenus ſaltem ſcribunt) non ſolùm reliquos veteres, ſed etiam ipſum omnium nobis methodorum authorem Hippocratem. Ac Empiricus quidem medicus omnia, quæ nos per indicationem inueniri oſtẽdimus, ea dicit per experientiam ſibi cognita. Quum verò præter indicationem, & experientiam nullum inuentionis organum tertium præterea ſit, iſti neutro vtentes, tamen appellandos ſe Methodicos cenſent. Ergo ſequantur nos, & nunc ſaltem oſtendant vlceribus per ſingulas partes curandis vnam eſſe omnium ſanationem. Audiamus ipſos, quo pacto vlcus curent, aut quales indicationes ab eo ſumant; num alias vllas, quàm quòd planum cicatrice ſit inducendum; cauum carne implendum; cruentum glutinandum? At quo pacto inueniam, quod cicatricem inducat, & quod conglutinet; & quod carne impleat; & quod coaleſcere faciat? Ne labora, inquiunt, ſunt enim inuenta. Atqui haud ſcio, an rectè, aut non omnia; fieri enim poteſt, vt vel ex deteriorum nota, quædam inuenta ſint, potiora inuenta non ſint; vel vt, quæ inuenta eſſe videantur, etiam ipſa ſint mala; Indéque adeò accidere, vt quædam vlcera prorſus non ſanentur, quædam longiore ſpatio, & cum dolore, & famis cruciatu minimè neceſſario. Neque enim audet quiſquam nouam aggredi experientiam priuſquàm ſibi perſuaſerit priorem curandi rationem rectè ſe damnaſſe; veluti in ijs vlceribus in pulmone conſiſtentibus, quæ ne agnouiſſe quidem

μέρεσι πολλάκις ἐκολλήθη, μηδὲν ὑπὸ τῆς κινήσεως αὐτοῦ παρεμποδισθέντα. τὰ δ᾽ ἐν τοῖς νευρώδεσιν, ἀνίατα. χαλεπὴ δὲ καὶ ἡ ἐν τοῖς σαρκώδεσιν ἴασις, εἰ φλεγμῆναι φθάσειεν· οὐκ αὐτῷ τῷ διαφράγματι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔνδον τοῦ περιτοναίου πᾶσιν· εἰς ταῦτα γὰρ ἀπορρέουσιν οἱ ἰχῶρες. ἀλλὰ χρὴ ξηραίνειν παντὶ τρόπῳ πειρᾶσθαι, διά τε τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων φαρμάκων καὶ τῶν πινομένων δι᾽ ὕδατος, ἢ οἴνου λεπτοῦ. ἔστι δ᾽ αὐτῶν ἐπιτηδειότατα, τά τε διὰ σπερμάτων λεγόμενα, καὶ τὸ συνήθες ἡμῖν, ᾧ καὶ πρὸς τὰς τοῦ θώρακος συντρήσεις ἀεὶ χρώμεθα, τὸ διὰ τῆς κασσίας. ἀλλὰ καὶ ταῦτα καὶ τινὲς ἐπιβροχαὶ τοῖς τοιούτοις τραύμασιν ἐπιτήδειοι, τῆς περὶ φαρμάκων εἰσὶ πραγματείας· ἐνταυθοῖ δὲ τὰς μεθόδους λέγομεν μόνας ἐνδεικνυμένας τῶν φαρμάκων τὸ γένος· ὥστ᾽ εἴποτε λέγεταί τινα τῶν κατὰ μέρος, ὡς παραδείγματα, σαφηνείας ἕνεκα, γεγράφθαι χρὴ νομίζειν αὐτά.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Κατὰ μεθοδικῶν, ὅτι τὰ τῶν φαρμάκων γένη ὑπὸ τῆς τῶν ἑλκουμένων μορίων οὐσίας μεταβάλλονται.

ΑΥθις οὖν ἐπὶ τὰς μεθόδους ἀνέλθωμεν, ἐπιδεικνῦντες ὅσον ἡ κοινὴ πάντων ἑλκῶν ἴασις ἐξαλλάττεται κατ᾽ εἶδος ἐν ἑκάστῳ τοῦ ζώου μορίῳ. μαθησόμεθα γὰρ ἐκ τοῦδε, μάλιστα μὲν ὃ δι᾽ ὅλης πρόκειται τῆς πραγματείας, ἀναμαρτήτους εἶναι κατὰ τὰς ἰάσεις, ἐν παρέργῳ δὲ καὶ τὴν τῶν ἑαυτοὺς ὀνομασάντων μεθοδικοὺς τόλμαν. εἰ γὰρ ἐμοί χρή τι πιστεῦσαι, μηδὲν, μήτε πρὸς χάριν εἰωθότι, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν λέγειν, ἁπάντων τῶν ἰατρῶν ὄντες ἀμεθοδώτατοι, κατεγνώκασιν ὥς γε δὴ γράφουσιν, οὐ μόνον τῶν ἄλλων παλαιῶν, ἀλλὰ καὶ τοῦ πασῶν τῶν μεθόδων ἡμῖν ἡγεμόνος Ἱπποκράτους. ὁ μὲν οὖν ἐμπειρικὸς ἰατρὸς, ἐκ πείρας φησὶν ἐγνῶσθαι πάνθ᾽ ἅπερ ἡμεῖς δι᾽ ἐνδείξεως εὑρίσκεσθαι δείκνυμεν. τρίτου δὲ οὐδενὸς ὄντος οὐδεμιᾶς εὑρέσεως ὀργάνου, παρά τε τὴν ἔνδειξιν καὶ τὴν πεῖραν, οὐδετέρῳ χρώμενοι, μεθοδικοὶ καλεῖσθαι δικαιοῦσιν. ἀκολουθησάτωσαν οὖν ἡμῖν, καὶ νῦν γοῦν εἰς τὴν τῶν καθ᾽ ἕκαστον μέρος ἑλκῶν θεραπείαν, ἐπιδειξάτωσαν τε μίαν ἁπάντων ἴασιν. ἀκούσωμεν αὐτῶν ὅπως θεραπεύουσιν ἕλκος, ἢ τινας ἐνδείξεις ἀπ᾽ αὐτοῦ λαμβάνουσιν· ἆρ᾽ ἄλλας τινὰς, ἢ τὸ μὲν ὁμαλὲς, ἐπουλῶσαι κελεύουσι· τὸ δὲ κοῖλον, σαρκῶσαι· τὸ δ᾽ ἔναιμον, συμφῦσαι; πῶς οὖν εὕρω τά τε ἐπουλωτικὰ, καὶ τὰ κολλητικὰ, καὶ τὰ σαρκωτικὰ, καὶ τὰ συμφυτικά; μὴ κάμνε, φασὶν, εὕρηται γὰρ, ἀλλ᾽ οὐκ οἶδ᾽ εἰ καλῶς, ἢ εἰ πάντα· δύναται γὰρ ἤτοι γε εὑρῆσθαι μέν τινα τῶν φαυλοτέρων, οὐχ εὑρῆσθαι δὲ τὰ βελτίω· ἢ καὶ τὰ δοκοῦντα εὑρῆσθαι, καὶ αὐτὰ εἶναι μοχθηρά· καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν μηδόλως θεραπεύεσθαι τῶν ἑλκῶν· τὰ δὲ ἐν χρόνῳ πλέονι, καὶ σὺν ἀλγηδόσι καὶ λιμαγχονίαις οὐκ ἀναγκαίαις. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τολμᾷ τις ἐπιθέσθαι νεωτέραν πεῖραν, πρὶν ἢ ἑαυτὸν πεῖσαι τῆς ἔμπροσθεν ἀγωγῆς ὀρθῶς κατεγνωκέναι· οἷον, αὐτίκα περὶ τῶν ἐν πνεύμονι συνισταμένων ἑλκῶν, ἃ μηδὲ διαγνῶναι

τὴν ἀρχὴν οἷόν τ' ἐστὶν αὐτοῖς τῆς ἀνατομῆς τε καὶ τῆς τῶν ἐνεργειῶν γνώσεως, ἅπερ ἀμφότερα φεύγουσιν. ἀλλὰ συγκεχωρήσθω κατά γε τὸ παρὸν ἐγνῶσθαι τοῖς περὶ τὸν Θεσσαλὸν ἕλκος ἐν πνεύμονι γεγονός. πότερον οὖν ὥσπερ τοῦτο συνεχωρήσαμεν αὐτοῖς, οὕτω καὶ ὅτι ῥυπαρὸν, ἢ καθαρὸν, ἢ ὅτι κοῖλον, ἢ ὁμαλὲς, ἢ ἰχώρων, ἢ πύου μεστὸν, ἐπίστασθαι συγχωρήσομεν, ἤτοι γ' ἐξ ἐπιπνοίας ἐνθέου, ἢ ὄναρ ἰδοῦσιν; ἢ κἀν τούτῳ γοῦν ἐρωτήσομεν αὐτοὺς τὰς διαγνώσεις, ἢ χωρὶς τοῦ διαγνῶναι διδόναι συγχωρήσομεν ὅ,τι βούλοιντο φάρμακον εἰδέναι; ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι καθῆραι μὲν χρῆναι τῶν ῥυπαρῶν πρότερον τὸν ῥύπον· σαρκῶσαι δὲ τὸ καθαρὸν ἅμα καὶ κοῖλον· ἀποκαθῆραι δὲ τοὺς ἰχῶράς τε καὶ τὸ πύον, ᾧ περικέχυται ταῦτα· κἄπειθ' οὕτως ἐπουλοῦν. οἱ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἰάσονται καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἑλκῶν· τὴν ἀρχὴν γὰρ, οὐδ' ἔγραψέ τι Θεσσαλὸς ὑπὲρ αὐτῶν, ἵν' ἤτοι τὴν ἄγνοιαν, ἢ τὴν ἀσυμφωνίαν αὐτοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιδείξῃ. ἤτοι γὰρ ἄλογα καὶ ψευδῆ περὶ αὐτῶν ἐροῦσιν, ἢ εἴπερ ἀληθῆ τις φησὶ, τὴν ἔνδειξιν αὐτῶν ἀναγκαῖον ἐκ τῆς οὐσίας γενέσθαι τοῦ μορίου, καὶ προσέτι θέσεώς τε, καὶ διαπλάσεως. ὑποκείσθω γὰρ, αὐτοὺς ἐπίστασθαι διαγινώσκειν ἕλκος ἐν πνεύμονι ῥυπαρὸν καὶ καθαρὸν, ἀφλέγμαντόν τε καὶ φλεγμαῖνον, ὁμαλές τε καὶ κοῖλον· ἔτι δὲ καὶ τοῦτ' αὐτοῖς συγχωρείσθω γιγνώσκειν· οὐ μὴν οὐδ' αὐτοῦ, καί τοί γε μικροτάτου γε ὄντος, ἔχουσιν εἰπεῖν ἰδίαν εὕρεσιν, ὅτι τὸ τοιοῦτον ἕλκος ὑπὸ τοῦ χλωροῦ φαρμάκου γίνεται καθαρὸν, εἰ βούλει τοῦ Μαχαιρίωνος, ἢ τοῦ Ἴσιδος, οὐδὲν γὰρ διαφέρει. τί ποτε οὖν ποιήσουσιν ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸ σπλάγχνον ἕλκους, ἀποκρινέσθωσαν ἡμῖν; ἆρά γε καταπίνειν δώσουσι τοῦ χλωροῦ φαρμάκου; γελοῖον μὲν ὅλως τὸ πρᾶγμα. ἐπεὶ γὰρ ἐκ τῆς ἀνατομῆς ἔγνωσται ἡ εἰς τὸν πνεύμονα τῶν φαρμάκων δίοδος, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ Θεσσαλοῦ τὴν ἀνατομὴν διαπτύουσι, πόθεν γνώσονται ὅπως εἰς τὸν πνεύμονα τὸ φάρμακον πορεύεται; λεγέτωσαν οὖν ἡμῖν, πόθεν ἴσασιν ἐνεχθησόμενον εἰς τὸν πνεύμονα τὸ τοιοῦτον φάρμακον; εἰ δ' ἄρα καὶ τοῦτ' ἴσασιν, ἀλλ' ὅτι γε φυλάξει τὴν αὐτὴν δύναμιν, ἣν ἐπὶ τῶν ἑλκῶν τῶν ἐκτὸς εἶχεν, οὐχ οἷόν τε γιγνώσκειν αὐτοῖς. ἀλλὰ δὴ καὶ γινωσκέτωσαν ὅτι τε φυλάξει τὴν αὐτὴν δύναμιν, ἣν ἐπὶ τῶν ἐκτὸς ἑλκῶν εἶχε, καὶ ὅτι καθαιρεῖ τὸν ῥύπον· οὐ μὴν ὅτι γε βῆχα κινήσει δυνατὸν αὐτοῖς ἐπίστασθαι· χωρὶς δὲ τοῦ διὰ βηχὸς ἐκκαθαρθῆναι τὸν ῥύπον, οὐδὲ τοῦ ῥύπτοντός ἐστι χρεία φαρμάκου. συγχωρείσθω δὲ οὖν καὶ τοῦτ' αὐτοῖς. ἀλλὰ τό γε διάφορον, ἐφ' ἕλκους πεποιῆσθαι θεραπείαν, ἐν μηρῷ καὶ πνεύμονι γεγονότος, οὐ δύναιντ' ἂν φυγεῖν; εἴ γε τὸ μὲν, ὕδατι περιπλύνουσι· τὸ δὲ, ταῖς βηξὶν ἐκκαθαίρουσιν. ὑποκείσθω δὲ πάλιν ἐν τῷ πνεύμονι περικεχύσθαι τῷ ἕλκει παχὺ πύον· ἆρά γε καὶ νῦν τὸ χλωρὸν δώσουσι φάρμακον, ἢ μέλιτος ἐκλείχειν κελεύσουσιν; ἀλλὰ καὶ τοῦτ' αὐτὸ πόθεν εὑρήκασι, λεγέτωσαν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε φήσουσιν ὅτι λεπτυντικήν τινα καὶ τμητικὴν ἔχει δύναμιν, αὐτοί γε ἑκόντες ἀποστάντες τοῦ ζητεῖν τὰς τοιαύτας δυνάμεις. οὐ μὴν οὐδ' ὅτι τοῖς ἐμπειρικοῖς εὕρηται τὸ μέλι κατὰ τήνδε συνδρομὴν ἐπιτήδειον, ἔνεστιν αὐτοῖς ὁμοίως ἐκείνοις χρῆσθαι· πρῶτον μὲν ὅτι τῆς ἐμπειρίας καταφρονοῦσιν· ἔπειτα δὲ, ὅτι κατὰ τὰς τοιαύτας συνδρομὰς ὁ ἐμπειρικὸς, ἥτις μέν ἐστιν ἡ ἐν τῷ πνεύμονι διάθεσις, ἀγνοεῖν φησι, τετηρῆσθαι δ' ἐκ πείρας ἑαυτῷ τὰ συμφέροντα. Θεσσαλῷ δὲ οὐκ ἀρκεῖ θεραπεύειν ὃ μὴ δι' ὅλως οἶδεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν παθῶν ἐνδείξεως

omninò fas est citra dissectionum, actionúmque notitiam; quorum nimirum vtrunque auersantur. Cæterùm concedatur ad presens cognosci ab istis Thessali sectatoribus vlcus, quod pulmoni insederit. Nunquid igitur vt hoc illis concessimus, sic etiam, & quod sordidum sit, intelligant, an purum, an æquale, an cauum, an saniei, vel puris plenum concedemus, vel ex diuino afflatu, vel per insomnium ea videntes? An hæc quoque quomodo dignoscant, percontabimur? An verò citra horum dignotiones medicamentum quoduis exhibere concedemus? Ego nanque existimo primùm expurgandam esse immundorum vlcerum sordem; implenda verò carne esse, quæ pura & caua sint; rursus pus, saniémque expurganda, quibus hæc circum hæreant; mox ita cicatricem inducendam. Isti verò, haud scio, quónam modo talia vlcera sanauerint; nam Thessalus de his prorsus nonscripsit, ne videlicet, vel ignorantiam suam, vel inconstantiam proderet. Quippe vel rationi parum consona, & falsa de his dicent; vel si quis vera dixerit, eorum indicationem ex partis substantia, præterea situ, conformatione accipiat, necesse esse. Nam esto, vlcus in pulmone sordidum, purúmque, & cum phlegmone, & sine phlegmone, & planum, & cauum dignoscere norint; etiam illud scire eos detur, quanquam ne eius quidem, tametsi minimi, inuentionem sibi vendicent, quòd tale vlcus viridi medicamento expurgetur, Machærionis (si libet) vel Isidis, nihil enim refert. Respondeant igitur mihi, si vlcus in viscere hæserit, quid facient? Num viridis medicamenti aliquid deuorandum dabunt? Omninò ridicula res est. Quoniam enim ex anatome cognitus est medicamentorum in pulmonem transitus, Thessali autem sectatores anatomen respuunt, vnde cognoscent, quomodo in pulmonem medicamentum meat? dicant igitur vndénam medicamentum id in pulmonem deferendum sciunt? Quòd si id quoque sciant, illud certè intelligere non poterunt, an ipsam vim suam, quam in extrinsecus positis vlceribus habuit, seruabit. At esto sciant hæc quoque, quòd & eandem tuebitur vim, quam in externis vlceribus obtinuit, & quòd sordes deterget; certè, an tussim mouerit, intelligere non poterunt; quum tamen, nisi per tussim sordes expurgetur, nullus sit detergentis medicamenti vsus. Ergo id quoque istis detur. At illud saltem effugere non possunt, quin diuersam curationem in vlcere femoris, & vlcere pulmonis adhibeant, siquidem alterum aqua perluunt, alterum tussibus expurgant. Pone verò rursus vlcus, quod in pulmone sedit, crasso esse pure circundatum; nunquid tum quoque viride medicamentum exhibebunt, an mel potius lingere iubebunt? At id dicant, vndénam inuenerint. Non enim profectò id respondebunt, quoniam tenuandi incidendíque vim quandam obtinet, quum ipsi à facultatibus eiusmodi disquirendis vltrò diffugiant. Sed nec, quòd Empiricis in eiusmodi notarum concursu inuentum est, mel prodesse, propterea istis, sicuti illis, eo vti fas est; primùm, quòd experientiam contemnant; deinde quòd Empiricus in eiusmodi concursu, quænam sit in pulmone affectio, ignorare se fatetur, cæterùm, quæ conducant, se per experientiam obseruasse. At Thessalo non satis est curare, quod omninò non norit, sed ab affectuum indicatione procedit.

procedit. Sanè, si omnia illi scire donemus, sicuti priùs, non minus, quam nos, at nunquam profectò effugiet, quin in diuersis corporis partibus curationis species mutetur. Non enim eadem curationis species profectò est, aut mulsam in vterum, propter sordidum vlcus, infundere, aut mel comedendum exhibere, aut spongia vlcus eluere; cæterùm hæc adhuc parua; illa planè maxima sunt. Fingamus diuturnum vlcus, citra phlegmonen, in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, femore, ventre, vtero, sede, pudendis; fingamus & illud, si placet, vlcus eiusmodi, vel planum omninò esse, vel exiguo minus planum; respondeántque nobis isti sectatores Thessali, qui hæc nusquam discreuit, quomodo id cicatrice tegemus, certè eo medicamento, quod ex Cadmia conficitur; id enim vlceri, quod in femore constitit, belle cicatricem inducere potest; sed num igitur & ei, quod in audiendi meatu constitit? Dicam fortassis incredibile, cæterùm dijs ipsis notum. Deprehendi aliquando quendam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic vlcus medicantem diuturnum; quum citiùs homini auris putruisset, ac vermes creasset, quàm medicamento, quod ex Cadmia componitur, inductum cicatrice fuisset; cæterùm, permisso homine pluribus diebus medicamento similiter vti, posteaquàm in dies grauiùs auris oleret, & sanie impleretur, etiam incredibilius quiddam, quàm priùs, ausum vidimus. Quippe ratus meatum ipsum in profundo contraxisse phlegmonen, confugit ad tetrapharmacum, quod planè multo magis augere putredinem partis debuit; non enim id siccare vlcus prorsus potest, sed maturare phlegmonen potest. Ergo, vbi hoc medicamento ad affectum sanandum vno die aut duobus est vsus, vt facilè videres id maximè esse contrarium, & multiplicata statim saniei vis est, & fœtor intolerabilis obortus. Itaque, qui propinqui laborantis erant contingere amplius aurem Thessalium non sinebant. Ille verò præ impudentia stultitiáque volebat, non modò medicamenti tetrapharmaci facultati aliquid inijcere, verùm etiam extrinsecus cataplasma laxans imponere. At quum eum propinqui hominis abigerent, timeréntque, ne in magno periculo æger foret, nos, vnum diem amplius permitti Thessalio curationem, exorauimus. Erat autem profectò postridie, tum sanies multo copiosior futura, tum odor grauissimus. Quo die tentaui, an fieri posset, vt sententiam Thessalij aselli mutarem, ne omnes perderet ægros, imò aliquos iam, tametsi paucos, seruare aliquando posset, tam aliena scilicet ab omni vera methodo deserta secta; ergo sic agere cum homine sum orsus. Nunquid (inquam) phlegmone tibi esse videtur in intimo meatu, proinde laxantibus vteris auxilijs? Ille, tum ita esse magnopere, contendit, tum aliter esse non posse. An igitur (inquam) aliquando vlcus, quod cum phlegmone coniunctum esset, aceto acerrimo cum Glaucio curatum vidisti? Minimè gentium (inquit) imò, siquis pastillis Andronijs ex aceto liquatis vtatur, etiam conuulsionem (dicebat) fortasse accersat. Ergo (inquam) siquis alio quopiam medicamento, quod sit Andronijs multo valentius, ex acerrimo aceto vtetur, idque ad aurem, item, ad propinquam cerebro meningibúsque eius partem, nunquid

A ὁρμᾶται. εἰ δὲ δὴ καὶ πάντ' αὐτῷ συγχωρήσαιμεν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν, ὁμοίως ἡμῖν ἐπίστασθαι, τό γ' ἐπὶ τοῖς διαφέρουσι μέρεσιν ἐξαλλάττεσθαι τὴν θεραπείαν κατ' εἶδος, οὐκ ἄν ποτε ἐκφύγοι. οὐ γὰρ δήπου ταὐτόν ἐστιν, ἢ μελίκρατον εἰς μήτραν ἐγχέαι δι' ἕλκος ῥυπαρὸν, ἢ μέλιτος ἐσθίειν, ἢ καταπλύνειν σπόγγῳ τὸ ἕλκος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔτι σμικρά, μέγιστα δὲ ἐκεῖνα. χρόνιον ἀφλέγμαντον ἕλκος ἐν πολλοῖς ὑποκείσθω μέρεσιν, ὀφθαλμῷ, καὶ ἀκοῇ, καὶ μυκτῆρι, B καὶ στόματι, καὶ μηρῷ, καὶ γαστρὶ, καὶ μήτρᾳ, καὶ ἕδρᾳ, καὶ αἰδοίῳ· προσυποκείσθω δ' εἰ βούλει τὸ ἕλκος, ἢ ὁμαλὲς ἀκριβῶς, ἢ ὀλίγου δεῖν ὑπάρχειν ὁμαλές· ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν οἱ ἀπὸ Θεσσαλοῦ, τοῦ μηδὲν ὅλως περὶ τῶν τοιούτων διορισαμένου, πῶς ἐπουλώσομεν αὐτό; τῷ διὰ τῆς καδμείας νὴ Δία· τοῦτο γὰρ ἐπουλώσει καλῶς τὸ κατὰ τὸν μηρὸν ἕλκος. ἆρ' οὖν καὶ τὸ κατὰ τὸν ἀκουστικὸν πόρον; ἄπιστον μὲν ἴσως ἐρῶ, ἀλλ' ἴσασιν οἱ θεοὶ, χρόνιον ἕλκος εὗρόν ποτε τῶν σοφωτάτων τινὰ Θεσσαλείων, οὕτω θεραπεύοντα. θᾶττον δ' ἂν ἐσάπη C τὸ οὖς τ' ἀνθρώπῳ, καὶ σκώληκας ἔσχεν, ἢ τῷ διὰ τῆς καδμείας ἐπουλώθη φαρμάκῳ· συγχωρήσαντες δ' ὅμως αὐτῷ πλείοσι χρήσασθαι ἡμέραις, ἐπειδὴ καθ' ἑκάστην δυσωδέστερόν τε τὸ οὖς ἐγίνετο καὶ ἰχώρων μεστὸν, ἀπιστότερον ἔτι τοῦ πρόσθεν ἐθεασάμεθα τολμηθέν. οἰηθεὶς γὰρ φλεγμαίνειν ἐν τῷ βάθει τὸν πόρον, ἐπὶ τὴν τετραφάρμακον ἧκεν, ὃ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔμελλε σήψειν τὸ μόριον· οὐδὲ γὰρ ξηραίνειν ὅλως ἕλκη δυνατόν ἐστιν, ἀλλὰ πέττειν τὰ φλεγμαίνοντα. ἅτε δ' ἐναντιωτάτῳ τῆς διαθέσεως αὐτοῦ χρησαμένου φαρμάκῳ, μετὰ μίαν ἡμέ- D ραν ἢ δύο ἐπολυπλασιάσθη μὲν αὐτίκα τὸ τῶν ἰχώρων πλῆθος, ἀφόρητος δ' ἦν ἡ δυσωδία. οὐκ οὖν ἔτι συνεχώρουν οἱ οἰκεῖοι, τοῦ ὠτὸς ἅπτεσθαι τῷ Θεσσαλείῳ. ὁ δ' ὑπ' ἀναισχυντίας τε ἅμα καὶ ἀναισθησίας, ἠξίου μὴ μόνον ἐντιθέναι τι τῆς τετραφαρμάκου δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ καταπλάττειν ἔξωθεν αὐτῷ χαλαστικῷ καταπλάσματι. τῶν δ' οἰκείων ἀπελαυνόντων τε καὶ δεδιότων ἐν μεγάλῳ κακῷ τὸν πάσχοντα γενέσθαι, παρεκαλέσαμεν ἡμεῖς, ἔτι μίαν ἡμέραν ἐπιτρέψαι τῷ E Θεσσαλείῳ τὴν θεραπείαν αὐτοῦ. ἔμελλον δὲ δήπου κατὰ τὴν ὑστεραίαν ὅ τε ἰχὼρ ἔσεσθαι πολλαπλάσιος, ἥ τε ὀδμὴ δυσωδεστάτη. καθ' ἣν ἐπειράθην εἰ οἷόν τ' εἴη μεταπεῖσαι τὸν Θεσσάλειον ὄνον, ὅπως μὴ πάντας ἐπιτρίβῃ τοὺς πάσχοντας, ἀλλά τινας ἤδη ποτὲ κἂν ὀλίγους δυνηθείη σῶσαι, τῆς ἀμεθοδωτάτου αἱρέσεως ἀποστάς· ἠρξάμην μὲν οὖν λόγου τοιοῦδε πρὸς αὐτόν. ἆρα οὐχὶ φλεγμονή σοι δοκεῖ κατὰ βάθος εἶναι τοῦ πόρου, καὶ διὰ τοῦτο χαλαστικοῖς F χρῆναι βοηθήμασιν; ὁ δὲ, καὶ πάνυ διετείνετο, καὶ οὕτως ἔχειν ἔφασκε, καὶ ἀδύνατον ἄλλως. ἆρ' οὖν, ἔφην, ἐθεάσω σύ ποτε φλεγμαῖνον ἕλκος, ὄξει δριμυτάτῳ μετὰ γλαυκίου θεραπευθέν; οὐ μὲν οὖν, εἶπεν, ἀλλ' εἴ τὸν Ἀνδρώνειόν τις κυκλίσκον ὄξει διαλύσας χρῷτο, τάχα δ' ἂν ἔφη καὶ σπασθείη. ἐγὼ οὖν εἶπον ἄλλο τι φάρμακον οὐκ ὀλίγῳ τοῦ Ἀνδρωνείου σφοδρότερον, ὄξει τις δριμυτάτῳ διεὶς χρήσηται, καὶ τοῦτ' εἰς οὖς ἐγγὺς οὕτω μόριον ἐγκεφάλου καὶ μήνιγγων, ἆρ' οὐκ

ὄντως σπασθήσεται κατὰ τὸν σὸν λόγον, εἴπερ γε φλεγμονή τις ὑπόκειται; ταῦτ' ἐδόκει κἀκείνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς συμπαροῦσιν ἀληθῶς εἰρῆσθαι. ὅσον μὲν οὖν ἔφην, ἐπὶ τῇ δεῖσθαι τὴν διάθεσιν τῶν μορίων ἐκτεθηλυσμένων ὑπὸ τῆς σῆς ἀγωγῆς, ἐσχάτως ξηραινόντων φαρμάκων, ἐχρησάμην ἂν ἤδη τοιούτῳ· νυνὶ δ' ἐπειδὴ κακὸν ἔθος εἴθισας τὰ μόρια πλείοσιν ἡμέραις, ἐπὶ τοὐναντίον αὐτὰ μετάγειν ἀθρόως οὐκ ἔτ' ἐγχωρεῖ. σοὶ μὲν γὰρ καὶ Θεσσαλῷ καταφρονεῖν ἐθους ἔξεστιν, ὥσπερ καὶ φύσεως μορίων· ἡμῖν δ' οὐκ ἔξεστιν. ἀλλὰ τῇ μὲν πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, ὄξει χρήσομαι μετὰ γλαυκίου. τῇ δὲ δευτέρᾳ, τῷ Ἀνδρωνείῳ. τῇ τρίτῃ δ' ἐπί τι σφοδρότερον ἔτι καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀνδρωνείου μεταβήσομαι φάρμακον, ᾧ χρησάμενος ἡμέραις τρισὶν, ἢ καὶ τέτταρσιν, ἐὰν μοι φαίνηται δεῖσθαι σφοδροτέρου φαρμάκου τὸ ἕλκος, οὐκ ὀκνήσω κἀκείνῳ χρήσασθαι. ἔξωθεν δ' ἔφην, ἐπιθήσω τῇ κεφαλῇ κατὰ τὸ τοῦ πεπονθότος ὠτὸς χωρίον, οὐ μὰ Δί' ὡς σὺ, κατάπλασμα χαλαστικὸν, ἀλλά τι τῶν ξηραντικωτάτων φαρμάκων, ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ τῶν ἰτεῶν, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀνδρωνείου, καταχρίσω μετ' ὄξους, ἢ τῶν τούτου τινὶ ξηραντικωτέρων. ἐπεὶ γὰρ ξηρὸν ἐσχάτως ἐστὶ τὸ θεραπευόμενον μόριον, ἀναγκαῖον αὐτὸ ξηραίνειν ἐσχάτως· ἐνδείκνυται γὰρ ὥσπερ τὸ πάθος τοὐναντίον ἑαυτῷ πρὸς τὴν θεραπείαν· οὕτω τὸ μόριον ὅ,τι περ ἂν ὁμοιότατον ἑαυτῷ τυγχάνῃ. καὶ τοίνυν ὥσπερ εἶπον, οὕτω καὶ ἔπραξα· καὶ ὁ ἄνθρωπος ὑγιάσθη, μὴ δεηθεὶς ἰσχυροτέρων ἄλλων φαρμάκων. ἐπ' ἐνίων μέντοι δεηθέντων, οἷς ἐξ ἐνιαυτοῦ καὶ δυοῖν ἐτῶν ἦν ἕλκη ἐν τῷ ὠτὶ, προσήνεγκα μὲν φάρμακον ἁπάντων τῶν ῥηθέντων ἰσχυρότερον· ἔστι δὲ καὶ ἡ καλουμένη σκωρία τοῦ σιδήρου, κοπτομένη τε καὶ διακοσκινομένη λεπτοτάτῳ κοσκίνῳ, κἄπειτα λειουμένη μέχρι τοῦ χνοώδης γενέσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα, σὺν ὄξει δριμυτάτῳ καθεψομένη, μέχρι τοῦ σύστασιν σχεῖν μελιτώδη τε καὶ γλοιώδη. δῆλον δ' ὅτι πολλαπλάσιον εἶναι χρὴ τὸ ὄξος ἐν τῇ μίξει. ἀλλ' ὅπερ εἶπον ἤδη πολλάκις, ἡ μὲν εὐπορία τῆς ὕλης τῶν φαρμάκων, ἐξ ἑτέρων ὑπομνημάτων ἔσται σοι· τὰ δὲ τῆς μεθόδου, περαινέσθω. τὸ γάρ τοι τῆς ἀκοῆς χωρίον, ἐπειδὴ ξηρότατόν ἐστι, διὰ τοῦτο τῶν ἄκρως ξηραινόντων δεῖται φαρμάκων, ὧν οὐδὲν οὐδενὶ τῶν ἄλλων μορίων ἁρμόττει προσφέρειν, ἀλλ' ὀφθαλμῷ μὲν ἡλκωμένῳ, τὸ διὰ τοῦ λιβανωτοῦ κολλύριον, εἰ οὕτως ἔτυχε· μυκτῆρσι δὲ, πολὺ μὲν ξηραντικώτερον ἢ κατ' ὀφθαλμούς· ἧττον δὲ, ἢ κατ' οὖς. ὥστε καὶ οἱ κυκλίσκοι πάντες οἱ προειρημένοι, χρηστοί· καὶ τὸ τοῦ Μουσᾶ φάρμακον· ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. τῶν δ' ἐν τοῖς στόμασιν ἑλκῶν, ὅσα μὲν ἱκανῶς πλαδαρὰ, τῶν ξηραινόντων ἰσχυρῶς δεῖται φαρμάκων· οἷόν ἐστι τὸ διφρυγὲς αὐτό τε καθ' αὑτὸ καὶ μετὰ μέλιτος· οἴνου τε καὶ οἰνομέλιτος· ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς ἴρεως καλουμένης· ἔτι τε τῆς ἀνθηρᾶς, ἤτοι ξηρῶν, ἢ μετὰ μέλιτος, ἢ οἰνομέλιτος, ἢ οἴνου. ἀγαθὸν δ' εἰς τὰ τοιαῦτα καὶ τὸ τοῦ Μουσᾶ φάρμακον, ὅ,τε τοῦ ῥοῦ χυλὸς, ὀμφάκιόν τε, καὶ ὅσα περ ἐστὶν ἄλλα γενναίως ξηραίνοντα. τί γὰρ δεῖ τὰς ὕλας ἐπεξέρχεσθαι; τὰ δ' ἁπλούστερα τῶν ἐν τοῖς στόμασιν ἑλκῶν ἱκανὰ θεραπεύειν ἐστὶ, καὶ τὰ μετρίως ξηραίνοντα φάρμακα· καθάπερ ταυτὶ τὰ διὰ τὸ συνεχὲς τῆς χρείας ὀνομασθέντα στοματικά· τό τε διὰ μόρων, καὶ βάτου καρποῦ, καὶ καρύων χλωρῶν λέμματος χυλοῦ,

A planè, te authore, conuulsionem accerset, si phlegmone præsertim aliqua subsit? Hæc tum ipsi, tum ijs, qui adstabant, vniuersis verè dici sunt visa. Ergo, quantum (inquam) ad ipsarum partium affectum spectat, quæ medicamenta summè siccantia, desiderant, tametsi nunc curatione tua sint veluti effœminatæ, iam tali medicamento vterer; nunc quoniam plures iam dies malè ipsas assuefecisti, transferre eas ad contrarium vno impetu, & semel non licet; nam tibi, ac Thessalo contemnere consuetudinem licet, non minùs, quam partium naturam; nobis autem B non licet; sed primo die aceto vtar cum Glaucio, secundo vtar Andronio; tertio ad valentius aliquod, quàm ipsum sit Andronium medicamentum, transibo; atque hoc tribus quatuórve diebus vsus, si mihi vehementius etiam medicamentum requirere vlcus videbitur, eo etiam vti non dubitabo. Extrinsecus verò (inquam) imponam capiti ea parte, qua auris afficitur, non mehercule, sicuti tu, cataplasma, quod laxare potest, sed eorum medicamentorum aliquod, quæ vehementissimè siccare possunt, cuiusmodi est, quod ex salice conficitur; C aut etiam ipsum Andronium ex aceto illiniam; aut ex ijs aliquid, quæ hoc magis siccent. Nam, quoniam pars cui medemur, siccissima est, necesse est, valentissimè siccetur; indicat enim veluti affectum ipsum, vt curetur, sibi applicandum esse contrarium; sic pars ipsa, quod sit sibi simillimum. Itaque &, prout dixi, egi; sanauíque hominem, nullo potentiore requisito remedio. Quibusdam verò, qui potentiora desiderabant, quibus vno alteróve anno vlcus aurem infestauerat, valentius omnibus iam D dictis medicamentum adhibuimus; id fuit ferri dicta scoria tunsa, cribatáque tenuissimo cribro, mox in tenuissimum veluti pollinem læuigata, postea cum acerrimo aceto ad mellis, sordiúmque crassitudinem cocta. Constat autem multiplex esse debere in mixtione acetum; verùm (quod sæpè iam dixi) materiæ medicamentorum copiam ex alijs commentarijs petes; nunc quæ ad methodum spectant, absoluantur. Nam audiendi locus, quoniam est siccissimus, idcirco medicamentis eget, quæ vehementissimè E siccent; quorum nullum reliquarum partium cuiuis applicasse expedit; sed oculo exulcerato collyrium fortasse, quod ex thure conficitur; naribus verò, quod multo sanè magis siccet, quàm vt oculis conueniat, minus verò, quàm vt auri quadret. Itaque & prius comprehensi omnes pastilli vtiles sunt, & medicamentum quod ad Musam refertur, aliáque generis eiusdem. Vlcerum verò, quæ in ore accidunt, quæcunque admodum sunt humida, ea medicamentis egent vehementer siccantibus, veluti diphryge, tum ipso per se, tum ex melle, & vino, & mulso; præterea F & quæ iris dicitur, & quæ anthera, hísque vel siccis, vel ex melle, vel mulso, vel vino. Vtile verò ad talia est & Musæ medicamentum; præterea rhois succus, & omphacium, aliáque quæcunque strenuè siccant. Quid enim materias percensendo morer? At, quæ simpliciora vlcera sunt, hæc sanare commodè possunt etiam medicamenta, quæ modicè siccant, veluti hæc ipsa, quæ quòd in assiduo sunt vsu, stomatica sunt dicta. Ea sunt, quod ex moris conficitur, & quod ex rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandium viridis; atque

atque etiam his magis quod ex musto, & cupressi sphærulis componitur. Quæ verò in ore admodum humida vlcera sunt proximè ad ossa, vnde carie tentari ossa periclitentur, hæc propter ossium naturam, quæ sicca est, vehementissimis medicamentis indigent. Itaque ego iam comprehensos pastillos semper læuigo, ac siccum ipsum medicamentum superimpono.

καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον τὸ διὰ γλεύκους τε καὶ τῶν τῆς κυπαρίσσου σφαιρίων. ὅσα δ' ἰσχυρῶς ὑγρὰ τῶν ἐν τοῖς στόμασιν ἑλκῶν, πλησίον ὀστῶν· ἔστι δὲ καὶ κίνδυνος διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ τὸ ὀστοῦν σφακελίσαι· σφοδροτάτων ταῦτα δεῖται φαρμάκων, διὰ τὴν τῶν ὀστῶν οὐσίαν ξηρὰν οὖσαν. ὥστ' ἐγὼ λεαίνων ἀεὶ τοὺς προειρημένους κυκλίσκους, ἐπιτίθημι τὸ φάρμακον ξηρόν.

CAPVT XI.

De indicationibus, quæ à substantia, ab affectu, à conformatione, atque à situ partium sumuntur, exemplo vlceris in pulmone.

AT dicta paulo antè sunt, & ad vesicam, & vterum, & intestina, & pulmonem *idonea* medicamentorum genera, quibus sit in singulis vtendum, genere quidem medicamenti ab ipsa curandarum partium substantia desumpto, sed cum affectu priùs etiam æstimato; modo verò vtendi eius, tum à conformatione, tum etiam situ. Hinc nanque excogitati sunt, & otenchytæ, & metrenchytæ, & catheteres, & clysteres. Hinc rursus, quæ in ventriculo, pectore, pulmone vlcera consistunt, per ea, quæ eduntur, ac bibuntur, esse curanda. Quæ verò intestitinis, *bifariam*, nam, quæ vicina ventriculo sunt, his per comesta, & bibita succurritur; quę verò inferiùs sunt sita, per ea, quę inijciuntur; nam neque ad ea, quæ vicina ventriculo sunt subire potest, quod per sedem infunditur; nec integris viribus ad inferiora pertingere quod per os sit ingestum. Ideóq; etiã, quæ vlcera in thorace, & pulmone consistunt, tũ difficiliùs ijs quæ sunt in ventriculo, sanantur, vt quorum situs longiùs absit, atq; idcirco medicamentorum vis remittatur; tum propter hoc ipsum multo valentiora ea, quæ deuorentur, medicamenta requirũt, quàm si ipsis statim vlceribus admouerẽtur. Indéque adeò excogitata medicis sunt, vbi expurgandũ ex pectore, & pulmone pus est, fortissima quæque maximè incidant medicaméta, taliáq; omninò, quæ, si vlcus in vẽtriculo esset, ipsum exacerbarent. Quinetiam, quòd hæc per tusses expurgẽtur, non aliunde, quàm ex conformatione partium est desumptum; quòd hæ nullum talem exitũ habeant, qualẽ vterus, vesica, sedes, auris, nasus, & os. Hinc etiam fit, quòd ventriculus vtrinq; expurgari possit, sursum per vomitum, deorsum prout concitat natura. Nã hoc genus indicationũ à partibus quatenus organicę sunt, est sumptum; vt quę siccandum esse docent, ab ipsarũ substantia, prout similares sunt, sumuntur. Ab ipsis verò morbis rursus tales, veluti ab vlceribus (quoniã de his disputatio erat) & quòd siccanda sint, vt suprà est cõprehensum; & quòd, qui è ventriculo eluere pus volunt, non sine periculo vomitum mouẽt, vt si aliter impactam illi pituitam per oxymeli, ac radiculas detergerent; sed tutius est aluum subducere, nam vomenti periculum est exulceratum dilacerari, & succum aliquem inutilem ex vicinis attrahi. Propterea (vt dixi) & vlcera pulmonis difficillimè *sanantur*, vt quę nec citra tussim expurgare possis, & si tussim excites laceraueris. Itaque quasi per mutuas operas, malum ijs in orbem redit; quę nanque lacerata sunt, rursus phlegmonen excitant; secundò rursus phlegmonen ipsam maturari, & pus expurgari desiderant. Quare ex omnibus sanãdi difficultas his exoritur, & quòd ea, quæ idonea vlceribus medicaméta sunt, cõtingere vlcus,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Περὶ ἐνδείξεων, τῶν ἐκ τῆς οὐσίας, πάθους, διαπλάσεως, καὶ τῶν μερῶν λαμβανομένων, παραδείγματι τοῦ ἐν τῷ πνεύμονι ἕλκους.

Εἴρηται δ' ὀλίγον ἔμπροσθεν καὶ τὰ κατὰ κύστιν, καὶ μήτραν, ἔντερά τε, καὶ πνεύμονα, τὰ εἴδη τῶν φαρμάκων, οἷς ἐφ' ἑκάστου χρηστέον ἐστί· ἀπὸ μὲν τῆς οὐσίας τῶν θεραπευομένων μορίων, τοῦ φαρμάκου λαμβανομένου, μετὰ τοῦ προεπεσκέφθαι τὴν διάθεσιν· τοῦ τρόπου δὲ τῆς χρήσεως αὐτοῦ, ἀπό τε τῆς διαπλάσεως ἅμα καὶ τῆς θέσεως. ἐντεῦθεν γὰρ ἐπενοήθησαν ὠτεγχύται τε, καὶ μητρεγχύται, καὶ καθετῆρες, καὶ κλυστῆρες. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὅτι τὰ μὲν κατὰ γαστέρα, καὶ θώρακα, καὶ πνεύμονα συνιστάμενα τῶν ἑλκῶν, διὰ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων θεραπευτέα χρή. τὰ δὲ κατ' ἔντερα, ὅσα μὲν ἐγγὺς τῇ γαστρί, διὰ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων· ὅσα δ' ἤδη κατωτέρω, διὰ τῶν ἐνιεμένων· οὔτε γὰρ τοῖς πλησίον τῆς γαστρὸς ἐπαναβῆναι δύναται τὸ διὰ τῆς ἕδρας ἐνιέμενον, οὔτ' εἰς τὰ κάτω τοῦ διὰ στόματος ληφθέντος ἡ δύναμις ἀκραιφνὴς ἐξικνεῖσθαι. διὰ τοῦτο καὶ ὅσα κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα συνίσταται τῶν ἑλκῶν, ἅμα τε δυσιατότερα τῶν κατὰ τὴν γαστέρα, πόρρω γὰρ αὐτῶν ἡ θέσις, ὡς ἐκλύεσθαι τῶν φαρμάκων τὴν δύναμιν· ἅμα τε δι' αὐτὸ τοῦτο πολὺ σφοδροτέρων χρῄζει τῶν καταπινομένων φαρμάκων, ἢ εἰ αὐτοῖς τοῖς ἕλκεσιν αὐτίκα προσεφέρετο. καὶ διὰ τοῦτο ἐξεύρηται τοῖς ἰατροῖς, ἡνίκα ἐκκαθαίρειν δέοιτο πύον ἐκ θώρακος ἢ πνεύμονος, ἰσχυρότατά τε καὶ τμητικώτατα φάρμακα, καὶ πικρότατα τὴν δύναμιν, ὡς παροξῦναι τὸ ἕλκος εἴπερ ἦν ἐν τῇ γαστρί. καὶ μὲν γε τὸ διὰ τῶν βηχῶν ἐκκαθαίρειν αὐτά, ἐκ τῆς διαπλάσεως ἐλήφθη τῶν μορίων, οὐδεμίαν ἐχόντων ἐκροὴν τοιαύτην οἵαν μήτρα, καὶ κύστις, καὶ ἕδρα, καὶ ὦτα, καὶ μυκτῆρες, καὶ στόμα. διὰ τοῦτο καὶ ἡ γαστὴρ κατ' ἄμφω τὰ μέρη καθαίρεσθαι δύναται· ἄνω μὲν διὰ τῶν ἐμέτων, κάτω δ' ὡς ἡ φύσις. ἀπὸ γάρ τοι τῶν μορίων ὡς ὀργανικῶν, αἱ τοιαῦται τῶν ἐνδείξεων, ὥσπερ αἱ κατὰ τὸ ξηραίνειν ἐνδείξεις, ἀπὸ τῆς οὐσίας αὐτῶν ὡς ὁμοιομερῶν. ἀπὸ δέ γε τῶν παθῶν, αἱ τοιαῦται πάλιν, οἷον ἀπὸ τῶν ἑλκῶν, ἐπειδὴ περὶ τούτων ὁ λόγος ἦν, ὅτι τε ξηραντέον, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυτο, καὶ ὅτι τῶν κατὰ τὴν γαστέρα τὸ πύον ἀποπλῦναι βουλομένοις οὐκ ἀκίνδυνον ἐμεῖν· ὥσπερ εἰ καὶ ἄλλως ἀποῤῥύπτοις ἐμπεπλασμένον αὐτῇ φλέγμα, δι' ὀξυμέλιτός τε καὶ ῥαφανίδων, ἀλλὰ βέλτιον ὑπάγειν κάτω· κίνδυνος γὰρ ἐμοῦντι καὶ σπαράξαι τὸ ἡλκωμένον, καί τινα χυμὸν οὐ χρηστὸν ἐκ τῶν πλησίον ἐπισπᾶσθαι. διὰ τοῦτο δέ, ὡς ἔφην, καὶ τὰ κατὰ πνεύμονα τῶν ἑλκῶν δυσιατότατα· χωρὶς μὲν γὰρ τοῦ βήττειν οὐκ ἂν ἐκκαθαρθείη, βηττόντων δὲ ἐπιρρήγνυται. δι' ἀλλήλων οὖν αὐτοῖς κυκλεῖται τὸ κακόν· ἐπιφλεγμαίνοντα γὰρ αὖθις τὰ σπαραχθέντα, δεύτερον αὖθις δεῖται πεφθῆναί τε τὴν φλεγμονήν, ἀποκαθαρθῆναί τε τὸ πύον. ὥστ' ἐκ πάντων αὐτοῖς περισκευάζεσθαι τὸ δυσίατον· οὔτε τῶν οἰκείων ἕλκεσι φαρμάκων ψαῦσαι δυναμένων τοῦ ἕλκους,

ὡς ἐν γαστρί, καὶ φθανόντων ἐκλύεσθαι μεταξύ· καὶ ὅτι κινεῖται κατὰ τὰς ἀναπνοὰς, καὶ ἀναρρήγνυται κατὰ τὰς βῆχας. ὥστ' ὅταν ἀγγεῖον ἐν πνεύμονι ῥαγῇ, γινώσκειν χρὴ σαφῶς εἰ μὴ παραχρῆμα πρὶν φλεγμῆναι κολληθείη, μετὰ ταῦτά γε ἀνίατον ἐσόμενον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Περὶ ἑλκῶν τῶν ἐν τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ ὄντων, καὶ ἐν τῷ λάρυγγι· περὶ τοῦ γάλακτος τοῦ κατὰ τὰς Ταβίας τελειότητος.

Ὅσα μὲν τοι τῶν ἑλκῶν ἐν ταῖς τραχείαις ἀρτηρίαις γίγνεται κατὰ τὸν ἔνδον αὐτῶν χιτῶνα, καὶ μάλισθ' ὅσα τῆς λάρυγγος πλησίον, ἢ καὶ αὐτὸν ἐστι, ταῦτα θεραπεύεται· καὶ ἡμεῖς οὐκ ὀλίγους ἰασάμεθα τῶν οὕτω καμνόντων. εὕρομεν δὲ μάλιστα τὴν θεραπείαν αὐτῶν ἐντεῦθεν. κατὰ τὸν μέγαν τοῦτον λοιμὸν, ὃν εἴη ποτὲ παύσασθαι, πρῶτον εἰσβάλλοντα, τότε νεανίσκος τις ἐνναταῖος ἐξηλκώθη ἕλκεσιν ὅλον τὸ σῶμα, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες οἱ σωθέντες. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὑπέβηττε βραχέα. τῇ δ' ὑστεραίᾳ λουσάμενος, αὐτίκα μὲν ἔβηξε σφοδρότερον, ἀνήνεγκε δ' αὐτῇ μετὰ τῆς βηχὸς, ἣν ὀνομάζουσιν ἐφελκίδα. καὶ ἡ αἴσθησις ἦν τῷ πεπονθότι σαφὴς, κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ πλησίον τῆς σφαγῆς, ἡλκωμένου τοῦ μέρους. καὶ μέν τοι καὶ διανοίξαντες αὐτοῦ τὸ στόμα, κατεσκεψάμεθα τὴν φάρυγγα, μή που καὶ αὐτῆς εἴη τὸ ἕλκος. οὔτ' οὖν οὕτως ἐπισκεπτομένοις ἐφαίνετο πεπονθέναι· καὶ πάντως ἂν ἐδόκει τῇ διόδῳ τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, αἴσθησις ἔσεσθαι τῷ κάμνοντι σαφὴς, εἴπερ ἕλκος ἦν αὐτόθι. καὶ μέν τοι καὶ δι' ὄξους, καί τινα διὰ νάπυος, ἐδώκαμεν αὐτῷ προσενέγκασθαι, βεβαιοτέρας ἕνεκα διαγνώσεως. οὔτ' οὖν τούτων ἔδακνεν αὐτόν τι, καὶ ἡ αἴσθησις ἦν ἐν τῷ τραχήλῳ σαφής· ἠρέθιζε τότε καὶ ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὡς ἐξορμᾶν εἰς βῆχας· συνεβουλεύομεν οὖν αὐτῷ ἀντέχειν καθ' ὅσον οἷός τ' ἐστὶ, καὶ μὴ βήττειν. ἔπραττε δὴ τοῦτο· βραχὺ τε γὰρ ἦν τὸ ἐρεθίζον, ἡμεῖς τε παντὶ τρόπῳ συνεπραττόμεθα εἰς οὐλὴν ἀχθῆναι τὸ ἕλκος· ἔξωθεν μὲν ἐπιτιθέντες τι τῶν ξηραινόντων φαρμάκων, ὕπτιον δὲ κατακλίναντες· εἶτα διδόντες ὑγρὸν φάρμακον τῶν πρὸς ἕλκη τοιαῦτα ποιούντων· καὶ τοῦτ' ἐν τῷ στόματι κατέχειν ἀξιοῦντες, ἐπιτρέποντα βραχύ τι παραρρεῖν εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. καὶ τοίνυν οὕτω πραττόντων, αἰσθάνεσθαι σαφῶς ἔφασκε τῆς ἀπὸ τοῦ φαρμάκου στύψεως περὶ τὸ ἕλκος· εἴτε κατὰ διάδοσιν γιγνομένης, εἴτε καὶ αὐτοῦ τοῦ φαρμάκου περὶ τὸ ἕλκος δροσοειδῶς παραρρέοντος εἰς τὴν ἀρτηρίαν, καὶ προηθουμένου. ἦν δὲ οὐδ' αὐτὸς ὁ κάμνων ἄπειρος τῆς ἰατρικῆς, ἀλλά τις τῶν ἐκ τριβῆς τε καὶ γυμνασίας ἐμπειρικῶς ἰατρευόντων. αἰσθάνεσθαί τε οὖν ἔλεγε παραρρέοντος εἰς τὴν ἀρτηρίαν τοῦ φαρμάκου, καί ποτε καὶ βῆχα κινοῦντος, ἀντεῖχε μέν τοι πολλὰ μὴ βήττων. καὶ τοίνυν αὐτὸς προθυμηθεὶς, ἐν Ῥώμῃ μὲν ἔνθα περ ἐλοίμωξεν, ἄλλας τρεῖς ἡμέρας ἐπέμεινε μετὰ τὴν ἐννάτην· μετὰ ταῦτα δ' ἐνθεὶς ἑαυτὸν πλοίῳ, κατέπλευσε μὲν πρῶτον ἐπὶ τὴν θάλατταν διὰ τοῦ ποταμοῦ· τετάρτῃ δ' ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ πλέων, ἐν ταῖς Ταβίαις γίγνεται· καὶ κέχρηται τῷ γάλακτι θαυμαστήν τινα δύναμιν ὄντως ἔχοντι, καὶ οὐ μάτην ἐπῃνημένῳ. καί μοι δοκεῖ καιρὸς ἥκειν εἰπεῖν τι περὶ γάλακτος χρήσεως, οὐ τοῦ κατὰ τὰς Ταβίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἄλλου παντός. οὐδὲ γὰρ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ μόνῃ χρὴ θεραπεύειν, ἀλλ' ὅσον οἷόν τε, τοῖς πανταχόθι.

sicut in ventriculo, non possunt, & quòd per medium interuallum ferè vim suam amittunt; & præterea quòd respirando mouentur, & tussiendo lacerantur. Itaque, quum in pulmone ruptum vas est, scire apertè licet, nisi protinus antequam phlegmone excitetur, glutinandum sit, id postea insanabile fore.

CAPVT XII.

De Vlceribus, quæ in Aspera Ateria sunt, & in summa eius parte; ac de Lactis, quod apud Tabias habetur, perfectione.

Equidem vlcera, quę in asperę arteriæ interiore sunt tunica, & potissimùm quę laryngi sunt vicina, aut etiam in ipsa, hæc & curationem recipiunt, & nos non paucos ita laborãtes sanauimus. Sanè curationem eorum hinc maximè inuenimus. In grauis huius pestilentię initio (quæ vtinam aliquando cesset) iuueni cuidam, quum nouem iam dies ægrotasset, totum corpus vlceribus scatebat, veluti omnibus ferè, qui euaserant. Eo die etiam tussiebat paululum. Postridie verò, vbi se lauerat, ilicò & vehementiùs tussiuit, & tussi expulit *crustulam*, quam ephelcida vocant. Erátque homini sensus manifestus vlceratæ partis in aspera, quæ in collo est, arteria prope iugulum. Quin aperto quoque hominis ore, fauces eius inspeximus, nunquid in ijs alicubi vlcus esset; sed nec sic inspectantibus apparuit affectum esse; & planè laboranti sensus eius aliquis manifestus ex comestorum bibitorúmque transitu fuisset, si illic vlcus fuisset. Quinetiam ex aceto, & sinapi, certioris notitiæ causa, quædam ei deuoranda dedimus. Sed nec horum quicquam eum momordit, & sensus *doloris* manifestè in collo erat; quo loco etiam adeò irritabatur, vt tussire impelleretur; suasimus itaque reniti quantum posset, nec tussire. Quod & fecit, eo certè faciliùs quòd exiguum erat, quod proritabat; & nos omnibus modis operam dedimus, vt vlcus ad cicatricem perueniret, foris medicamentum aliquod, quod siccaret, imponentes; tum cubanti supino humidum aliquod ex ijs medicamentis, quæ ad eiusmodi vlcus facerent, exhibentes; ac iubentes id in ore continere, paulatímque permittere in asperam arteriam defluere. Sic igitur faciens sentire se manifestè aiebat adstringentis medicamenti circa vlcus vim, siue ea vis huc transmissa est, siue medicamentum ipsum roris specie in arteriam ad vlcus defluxit, & tanquam percolatum est. Erat autem nec æger ipse medicinæ imperitus, sed ex ijs quidam, qui ex vsu & exercitatione empiricè medicabantur. Ergo sentire se aiebat tum medicamentum in arteriam defluere, tũ tussim quoq; aliquando mouere; obluctabatur tamen plurimùm, ac tussim cohibuit. Igitur ipse quoq; sua sponte Romæ quidẽ, vbi correptus fuerat, triduum etiamnũ post nonum diẽ est moratus; post hoc conscenso nauigio, primùm per flumen ad mare nauigauit; quartó die post, naui peruenit ad Tabias; vsúsq; est lacte, quod & mirificam planè vim habet, nec sine causa prædicatur. De cuius vsu aliquid dicere oblatum nunc tempus videtur, nec de eo tantùm, quod apud Tabias habetur, verùm etiam de alio omni. Neque enim ijs modò, qui Italiam incolunt, est succurrendum, sed quoad fieri potest, qui vbiuis habitant gentiũ.

Igitur

Igitur ad lac, quod in Tabijs habetur, commendandum multa concurrunt; & locus ipse satis editus, & aer illi circundatus siccus, & pascuum pecoribus salubre. Atque hoc quidem alibi quoq; arte præparare licebit, si quis in colle modicè edito herbas, fruticésque serat, qui salubre simul adstringénsq; lac reddant; quorum exempla paulo post dicentur. Cæterum vt ambientem aëra similem reddas, fieri omninò nequit; eligere tamen simillimum ex ea, quæ datur, aerum copia licet. Simillimus autem is fuerit, cui eadem adsunt, quæ illi; altitudo collis mediocris; via à mari ad ipsum triginta stadia, ampliúsque aliquid, *sed* non multo; locus autem ipse versus mare, nempe Tabiæ, in imo maximè sinu est, qui inter Surrentum & Neapolim conspicitur, magis tamen in latere, quod ad Surrentum pertinet. Porrò totum id latus collis est satis magnus, longitudine ad Tyrhenum mare porrectus. Inflectitur autem leuiter collis hic ad occasum; nec in meridiem in totum planè procurrit. Ergo hic collis ventis orientalibus, Euro, Subsolano, & Boreæ, apertum seruat sinum. Coniungitur illi in imo sinu alter collis non paruus, quem & veteres Romani in historiis, & qui nunc diligentiores sunt, Vesuuium nominant. Celebre nunc nouúmque nomen Vesvium est; omnibus hominibus notum, propter ignem, qui in eo ex terra submittitur; quę res non parum mihi ad ambientis aëris siccitatem conducere videtur; & alioqui præter ipsum ignem, nec stagnum propinquum, nec palus, nec fluuius alicuius momenti vsquam in sinu habetur. Omnibus verò ventis, qui ab Arcto ad æstiuum occasum perflant, Vesuuius collis obiicitur; multúsque cinis ab eo ad mare vsque peruenit, reliquiæ videlicet materiæ, tum quæ in eo combusta est, tum quæ nunc etiam vritur. Omnia hæc aerem efficiunt siccum. Licet porrò & alibi terrarum eligere collem simili modo siccum, nec longè à mari; nec adeò magnum, vt ventorum impetui sit expositus; nec adeò humilem, vt subiectorum camporum halitum promptè recipiat. Caueatur autem ne ad Septentrionem sit versus; ita enim esset auersus à Sole. Quòd si etiam in temperato orbis loco collis sit, veluti is, qui ad Tabias conspicitur, longè magis ad rem pertineat. Hoc in colle sunto herbæ quidem, agrostis, & lotus, & polygonon, & melissophyllon; frutices verò lentiscus, & arbutus, & rubus, & hedera, & cytisus, aliíque his similes; atq; ita tibi collis præparetur. Pecora verò, quæ in colle ad Tabias pascuntur, boues sũt. Estq; eius animalis lac spissum ita, vt asinorũ tenue. Ego verò, ne quod lactis genus vsui desit, ex vaccis crassum, ex asinis tenue, ex capris medium amborum, & boues, & asinos, & capras in pascua depulerim. Veteres verò etiam mulierem lactantem ijs, qui phthoe consumerentur, adstare voluerunt; quorum sententiæ ipse quoque accedo, & quòd familiare id sit; & quòd priusquàm ab ambiente aëre refrigeretur, id sumi voluerint. Atq; hoc tibi de lactis vsu pro maximo pręcepto sit, vt ij, quibus eo est opus omninò id astante animali statim mulctũ bibant, etiam melle iniecto, si cui cogi in ventriculo soleat; quòd si ipsum descendere ad aluũ citius cupias, etiam sale. Atq; ille quidem adolescens, quũ vlcus in arteria ex pestilenti morbo haberet, sanatus est; ac post eum similiter alij. Alter verò adolescens annos natus circiter decẽ & octo, quum multis diebus ex destillatione laborasset,

A τῷ μὲν οὖν ἐν ταῖς Ταβίαις γάλακτι, πολλὰ συνετέλεσεν εἰς ἀρετήν· αὐτό τε τὸ χωρίον, ὑψηλὸν ὑπάρχον αὐτάρκως, ὅ τε περιέχων ἀὴρ ξηρός, ἥ τε νομὴ τοῖς ζώοις χρηστή. ταύτην μὲν γε ἀλλαχόθι τεχνήσασθαι δυνατὸν, ἐν λόφῳ μετρίως ὑψηλῷ, φυτεύσαντας καὶ βοτάνας καὶ θάμνους, ὁπόσοι γάλα χρηστόν τε ἅμα καὶ στύφον ἐργάσονται· λεχθήσεται δ' αὐτῶν ὀλίγον ὕστερον παραδείγματα. τὸν μέν τοι περιέχοντα ἀέρα κατασκευάσαι μὲν ὅμοιον ἀδύνατον· ἐκλέξασθαι δὲ τῶν ὄντων τὸν ὁμοιότατον, οὐκ ἀδύνατον. ὁμοιότατος δ' ἂν εἴη ὁ ταῦτ' ἔχων, ἅπερ ἐκείνῳ πρόσεστιν· ὕψος μὲν τοῦ λόφου μέτριον· ὁδὸς δ' ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης B εἰς τριάκοντα στάδια, καί τι πλέον, οὐ πολλῷ. τὸ δὲ χωρίον αὐτὸ τὸ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, αἱ Ταβίαι κατὰ τὸν πυθμένα τοῦ κόλπου, μάλιστά ἐστι τοῦ μεταξὺ Σουρρέντου τε καὶ Νεαπόλεως ἐν τῇ πλευρᾷ μᾶλλον τῇ κατὰ Σούρρεντον. αὕτη δ' ἡ πλευρὰ πᾶσα λόφος ἐστὶν εὐμεγέθης, μακρὸς, εἰς τὸ Τυρρηνὸν ἐξήκων πέλαγος. ἐγκέκλιται δ' ἠρέμα πρὸς τὴν δύσιν ὁ λόφος οὗτος· οὐκ ἀκριβῶς δ' ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἐκτέταται. οὗτος μὲν ὁ λόφος ἄκλυστον τοῖς ἀνατολικοῖς ἀνέμοις φυλάττει τὸν κόλπον, εὔρῳ καὶ ἀπηλιώτῃ καὶ βορρᾷ· συνάπτει δ' αὐτῷ κατὰ τὸν μυχὸν τοῦ κόλ- C που, λόφος ἕτερος οὐ μικρὸς, ὃν ἔν τε τοῖς συγγράμμασιν οἱ παλαιοὶ Ῥωμαῖοι καὶ τῶν νῦν οἱ ἀκριβέστεροι Βεσούβιον ὀνομάζουσι. τὸ δ' ἔνδοξόν τε καὶ νέον ὄνομα τοῦ λόφου, τὸ Βέσβιον ἅπασιν ἀνθρώποις γνώριμον, διὰ τὸ κάτωθεν ἀναφερόμενον ἐκ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ πῦρ· ὅ μοι δοκεῖ καὶ αὐτὸ μεγάλα συντελεῖν εἰς ξηρότητα τῷ περιέχοντι ἀέρι· καὶ χωρὶς δὲ τοῦ πυρὸς, οὔτε λίμνη τις ἐγγὺς, οὔθ' ἕλος, οὔτε ποταμὸς ἀξιόλογος οὐδαμόθι τοῦ κόλπου. τῶν δ' ἀρκτικῶν πνευμάτων ἁπάντων ἄχρι δύσεως θερινῆς, ὁ Βεσούβιος λόφος προβέβλημένος ἐστί· καὶ πολλὴ τέφρα μέ- D χρι τῆς θαλάσσης ἀπ' αὐτοῦ καθήκει, λείψανόν τι ἐν αὐτῷ κεκαυμένης τε καὶ νῦν ἔτι καιομένης ὕλης. ταῦτα πάντα ξηρὸν ἐργάζεται τὸν ἀέρα. δύναιτ' ἂν οὖν τις ἑτέρωθι τῆς οἰκουμένης ἐκλέξασθαι λόφον οὕτω ξηρὸν, οὐ πόρρω θαλάττης· οὔτε μέγαν ὡς ἐγκεῖσθαι ταῖς τῶν ἀνέμων εἰσβολαῖς, οὔτε πάνυ ταπεινὸν, ὡς τὰς ἐκ τῶν ὑποκειμένων πεδίων ἀναθυμιάσεις ἑτοίμως δέχεσθαι. πεφυλάχθω δ' αὐτὸν ἐστράφθαι πρὸς ἄρκτον· οὕτω γὰρ ἂν ἀπεστραμμένος εἴη τὸν ἥλιον. εἰ δὲ κἂν τοῖς εὐκράτοις τῆς ὅλης οἰκουμένης ὁ λόφος ὑπάρχοι καθάπερ ὁ κατὰ τὰς Ταβίας ἐστὶν, ἄμεινον μακρῷ. ἐν τοιούτῳ λόφῳ πόαι μὲν ἔστωσαν, ἄγρωστις, καὶ E λωτὸς, καὶ πολύγονον, καὶ μελισσόφυλλον· θάμνοι δὲ, σχῖνος, καὶ κόμαρος, καὶ βάτος, καὶ κιττὸς, καὶ κύτισος, ὅσοι τ' ἄλλοι τούτοις ἐοίκασιν· οὕτω μὲν σοι τὰ τοῦ λόφου παρεσκευάσθω. τὰ δὲ ζῶα, βόες μέν εἰσιν ἐν τῷ κατὰ Ταβίας. καὶ ἔστι τούτου τοῦ ζώου παχὺ τὸ γάλα, καθάπερ τὸ τῶν ὄνων λεπτόν. ἐγὼ δ' ἂν καὶ βοῦς καὶ ὄνους καὶ αἶγας ἀφείην ἐπὶ τὰς νομὰς, ὥστ' ἔχειν χρῆσθαι γάλακτι παντὶ, παχεῖ μὲν ἐκ τῶν βοῶν, λεπτῷ δ' ἐκ τῶν ὄνων, μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐκ τῶν αἰγῶν. οἱ παλαιοὶ δὲ καὶ γυναῖκα θηλάζουσαν ἐφίστων τοῖς τῇ φθόῃ κάμνουσι· κἀγὼ δὲ ἀποδέχομαι τὴν γνώμην αὐ- F τῶν· ὅτι τε τὸ οἰκεῖον ᾑροῦντο, καὶ ὅτι πρὶν ψυγῆναι τῷ περιέχοντι ἀέρι. καί σοι τοῦτ' ἔστω μέγιστον παράγγελμα γάλακτος χρήσεως ἐπὶ πάντων οἷς γάλακτος χρεία, αὐτίκα πίνειν ἀμελχθὲν, τῷ ζώῳ παρεστῶτι· προσεμβάλλειν δὲ καὶ μέλιτος, ὅτῳ τυροῦσθαι πέφυκεν ἐν τῇ γαστρί· εἰ δ' ὑπελθεῖν αὐτό ποτε θᾶττον βουληθείης, καὶ ἁλῶν. ἐκεῖνος μέν γε οὖν ὁ νεανίας ἐκ τῆς λοιμώδους νόσου κατὰ τὴν ἀρτηρίαν ἕλκος ἔχων, ὑγιὴς ἐγένετο, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν ὁμοίως. ἑτέρῳ δὲ μειρακίῳ περὶ ἔτος ὀκτωκαιδέκατον, ἐκ καταῤῥου πλείοσιν ἡμέραις ἐνοχλουμένου,

τὸ μὲν πρῶτα μετὰ βηχὸς αἷμα θερμὸν εὐανθὲς οὐ πολύ, μετὰ δὲ ταῦτα, ἀνεπτύσθη τι καὶ τοῦ χιτῶνος αὐτοῦ μέρος, ὃς ὑπαλείφων ἔνδοθεν τὴν ἀρτηρίαν εἰς τὴν φάρυγγά τε καὶ τὸ στόμα, διὰ τοῦ λάρυγγος ἀνεφέρετο. ἐδόκει δέ μοι τῷ τε πάχει τεκμαιρομένῳ, καὶ τῇ τοῦ κάμνοντος αἰσθήσει, τοῦ λάρυγγος ὑπάρχειν τὸ ἔνδοθεν σῶμα. καὶ μέντοι καὶ ἐβλάβη τοὐντεῦθεν εἰς τὴν φωνὴν ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐν χρόνῳ μὲν πλείονι διεσώθη καὶ αὐτός. οἱ δ' ἐκ τοῦ λοιμοῦ, ῥᾳδίως ὑγιάζεσθαί μοι δοκοῦσι τῷ προεξηρᾶνθαί τε καὶ προκεκαθάρθαι σύμπαν τὸ σῶμα. καὶ γὰρ ἔμετός τισιν αὐτῶν ἐγένετο, καὶ ἡ γαστὴρ ἅπασιν ἐπεταράχθη. καὶ οὕτως ἤδη κεκενωμένοις τοῖς σώζεσθαι μέλλουσιν, ἐξανθήματα μέλανα διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἀθρόως ἐπεφαίνετο· τοῖς πλείστοις μὲν ἑλκώδη, πᾶσι δὲ ξηρά. καὶ ἦν εὔδηλον ἰδόντι, τοῦ σεσηπότος ἐν τοῖς πυρετοῖς αἵματος εἶναι τοῦτο λείψανον, οἷον τέφραν τινά, τῆς φύσεως ὠθούσης ἐπὶ τὸ δέρμα, καθάπερ ἄλλα πολλὰ τῶν περιττῶν. οὐ μὴν ἐδέησέ γε πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν ἐξανθημάτων φαρμάκου· καθίστατο γὰρ αὐτόματα τρόπῳ τῷδε· τινῶν μὲν οἷς γε καὶ ἡλκώθη, τὸ ἐπιπολῆς ἀπέπιπτεν, ὅπερ ὀνομάζουσιν ἐφελκίδα· κἀντεῦθεν ἤδη τὸ λοιπὸν ἐγγὺς ἦν ὑγείας· καὶ μετὰ μίαν ἢ δύο ἡμέρας ἐπουλοῦτο. τινῶν δὲ οἷς οὐχ ἡλκώθη, τὸ μὲν ἐξάνθημα τραχύ τε καὶ ψωρῶδες ἦν, ἀπέπιπτε καὶ οἷόν τι λέμμα, κἀκ τούτου πάντες ὑγιεῖς ἐγίγνοντο. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν εἰ καὶ κατὰ τὸν πνεύμονα τοιούτων ἐξανθημάτων γεγενημένων, ἐσώζοντο διὰ τὴν ξηρότητα τῶν ἑλκῶν. ὃν γὰρ δὴ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑλκῶν ἁπάντων ὁ πρόσθεν λόγος ἐδείκνυε σκοπὸν εἶναι τῆς θεραπείας, τοῦθ' ὑπῆρχεν ἤδη τοῖς ἐκ τοῦ λοιμοῦ γεγενημένοις. ἅπαντα γὰρ ἦν ξηρὰ καὶ τραχέα· τὰ μὲν πλεῖστα, ψώρα, τινὰ δ' αὐτῶν, καὶ λέπραις παραπλήσια. μαρτυρούσης οὖν τῷ λόγῳ τῆς πείρας, καὶ τοῖς ἕλκεσιν ἕνα τοῦτον ἐχούσης σκοπὸν τῆς ἰάσεως, τὸ ξηρανθῆναι, δύναιτ' ἂν τις σώζειν παμπόλλους τῶν αἷμα πτυσάντων ἐκ πνεύμονος, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἐσώσαμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Περὶ τοῦ εὐθέως θεραπεύειν τοὺς ἐκ κατάρρου, ἢ ἐπὶ ψύξει τῶν ἀναπνευστικῶν πτύοντας αἷμα.

Ὅπως μὲν οὖν χρὴ θεραπεύειν, οἷς ἀγγεῖον ἀξιόλογον ἐρράγη κατενεχθεῖσιν, ἢ μέγα βοήσασιν, ἢ βάρος ἀραμένοις ὑπὲρ τὴν δύναμιν, ἢ τινος ἐμπεσόντος τῷ θώρακι, σκληροῦ καὶ μεγάλου ἔξωθεν σώματος, εἴρηται πρόσθεν. ὡς δ' ἄν τις κάλλιστα καὶ τοὺς ἐπὶ κατάρρου πτύσαντας αἷμα μεταχειρίζοιτο, νῦν εἰρήσεται, σαφηνείας ἕνεκα προχειρισαμένων ἡμῶν, ἣν ἐποιησάμεθα θεραπείαν ἐν Ῥώμῃ γυναικὸς τῶν ἐν τέλει. αὕτη γὰρ ἀκηκουῖα λόγων τοιούτων, οἵους νῦν διεληλύθαμεν ὑπὲρ τῶν ἐκ πνεύμονος αἷμα πτυσάντων, εἴτ' ἐκ κατάρρου τινός, ἢ βηχὸς ἰσχυρᾶς, ὀλίγον τι πτύσασα διὰ νυκτός, ἔπεμψεν αὐτίκα πρός με, πράττειν ἑαυτὴν φάσκουσα πᾶν ὅτι ἂν ἐθέλοιμι προστάττειν. ἠκηκόει δὲ κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους, ὡς εἰ μή τις αὐτίκα βοηθήσειε δραστικῶς πρὶν ἢ φλεγμῆναι τὸ ἕλκος, οὐδὲν ἀνύσει· καὶ ὡς τοῦτ' ἂν εἴη μάλιστα τὸ αἴτιον τοῦ διαφθείρεσθαι τοὺς ἀναβήξαντας τὸ αἷμα. φλέβα μὲν οὖν τεμεῖν αὐτῆς οὐκ ἠξίωσα,

primùm quidem ſanguinem floridum cum tuſſi expuit, non ſanè multum; poſtea verò etiam tunicæ ipſius partem, quæ tegens intrinſecus totam arteriam, in fauces, & os, per laryngem aſcendit. Videbatur autem mihi, tum ex craſſitudine eius coniectanti, tum ægri ſenſu, ipſius laryngis eſſe internum corpus; quinetiam læſa illi homini ex eo vox eſt; atque ſic longiore quidem tempore, ſed tamen ſanatus eſt. At qui ex peſtilentia *hoc vitio laborarunt*, propterea mihi facilè ſanari videntur, quòd præſiccatum ijs, præpurgatúmque totum corpus fuerit; quippe quum & vomuerint ex ijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit. Atque quum ita iam vacuati eſſent, qui euaſuri erant, ijs exanthemata nigra, toto corpore confertim multa apparuerunt, vlceroſa quidem plurimis, omnibus certè ſicca. Erátque intuenti perſpicuum reliquias eas eſſe ſanguinis, qui in febre putruerat; quas, veluti cinerem quempiam, natura ad cutim truſiſſet, ſicuti alia ex ſuperuacuis nonnulla *trudit*. Verùm medicamentis ad eiuſmodi exanthemata opus non fuit, quum ſiderent ſua ſponte, ad hunc modum; alijs quidem, quibus videlicet exulcerata ſumma pars fuit, decidit ipſa vlceris ſumma ſuperficies quam ephelcida nominant; deincépſque, quod reliquum fuit, propinquum ſanitati erat, ac poſt vnum duóſve dies ad cicatricem peruenit; alijs quibuſcilicet vlcerata *ſummitas* non eſt, exanthema quidem ipſum, & aſperum, & ſcabioſum erat, decidit verò veluti ſquamma quædam; ac dehinc omnes fuere ſani. Nihil itaq; miri, ſi etiam ij, quibus eiuſmodi exanthemata in pulmone ſunt orta, propter vlcerum ſiccitatem ſunt ſanati. Quem nanq; in cæteris vlceribus vniuerſis ſupra monſtrauimus curationis eſſe ſcopum, hic iam ijs, quæ ex peſtilentia ſunt orta, præſtò fuit. Omnia nanque ſicca, & aſpera fuere; plurima quidem ſcabiei, quædam verò etiam lepræ ſimilia. Ergo quum experientia rationi atteſtetur vlcerum curationem hunc habere vnum ſanationis finem, vt ſiccentur, poterit quiſpiam ex ijs, qui ſanguinem ex pulmone reijciunt, ſeruare permultos, ita vt nos fecimus.

CAPVT XIII.

De curandis ſtatim ijs, qui ob catarrhum, aut partium reſpiratiuarum refrigerationem, ſanguinem reijciunt.

Itaque quemadmodum medendum ijs ſit, qui notabile in pulmone vas fregerunt, inde adeò, quòd ab alto ſint lapſi, vel immodicè clamarint, vel pondus ſupra vires ſuſtulerint, vel quòd durùm magnúmque aliquid extrinſecus ipſorum pectori inciderit, dictum priùs eſt. Quemadmodum verò, qui ex catarrho ſanguinem reijciunt, commodiſſimè tractentur, nunc dicemus, propoſita claritatis causâ curatione, quam Romæ in ſplendida muliere peregimus. Hæc nanque quum eiuſmodi ſermones audiſſet, quales nunc de iis habuimus, qui ſanguinem ex pulmone, ſiue ex catarrho aliquo, ſiue vehementi tuſſi reijciunt, cum paululum quiddam per noctem expuiſſet, ilicò ad me miſit, præbere ſe promptam aſſerens ad faciendum, quicquid ego vellem. Audiuerat verò ante id tempus, niſi quis ilicò præſidium ſtrenuè afferret priuſquàm vlcus phlegmonen contraheret, eum operam amiſſurum; atque hanc eſſe præcipuam eorum, qui ſanguinem reiiciunt, interitus cauſam. Igitur incidere mulieri venam,

quæ

quæ iam quatriduum propter catarrhum propemodum sine cibo egisset, non placuit; sed iussi, vt acri vteretur clystere, tum crura, manúsque calefacienti pharmaco plurimum fricaret, & vinciret; mox caput raderet; cui deinde medicamentum, quod ex palumbium stercore constat, imposui; interpositísque tribus horis in balneum duxi, ac laui, nullo caput contingens pingui; dein caput idoneo pileo contexi, & pro eo, qui tum erat, temporis statu, nutriui sola sorbitione; postquam statim fructum aliquem autumnalium austerum dedi. Deinde quum dormitura esset, quod ex viperis conficitur, medicamentum dedi circiter quatuor menses ante confectum; habet enim id ætatis adhuc præualentem papaueris succum, qui in antiquatis ignauus redditur; ideóque & somniferum est, & fluxiones tum siccat, tum leuiter crassat. Finito verò prorsus catarrho, liquidò apparebat tum ex respirandi specie, tum sonitu semel excitatæ tussis, pulmonem expurgatione egere. Cæterùm exhibere hanc non placuit secundo saltem die, sed in omni silentio, & quiete muliere seruata, tum artubus eius perfricatis, vinctísque, iussi reliquas quoque omnes partes perfricari, excepto capite, quod adhuc ex medicamento incalescebat. Rursus autem vesperi dedi theriaces ceu fabæ nostratis magnitudinem; erat verò, quod pridie acceperat, hoc longè amplius. Postea verò, quàm hac quoque nocte probè dormiuisset, tertio die manè mel coctum copiosè exhibui, ac in quiete seruaui. Procedente verò die totum corpus similiter perfricui, ac ptisanæ cremorem cum pane exiguo pro cibo sumere iussi. Mox quarto die manè quidem dedi medicamentum, quod ex viperis fit, sed quod iam in ætate vigoris esset, idque cum probo melle. Capiti verò *mulieris* eodem medicamento, quod vehementer cum siccat, tum calefacit, imposito, ac deinde ipsa lota, nutritáque modicè, valentiùs iam pulmo expurgare in quinto die sum aggressus. Ac dehinc rursum, rursúmque ex interuallis; ad caput quidem consueto cerato, quod thapsiam recipit, sum vsus. Totam verò corporis curam, in gestatione, frictione, lauandíque abstinentia, victu tum moderato, tum verò boni succi, ad reficiendum direxi. Hæc itaque mulier rectè sese habuit, minimè lactis opem requirens. Alteri verò adolescenti, cui non ex catharrho, sed ex refrigeratis spiritus instrumentis, orta tussis fuerat; quum sanguinem, & ipse ad dimidiam heminam reiecisset, statim venam incidi, ac bis eodem die ex ea sanguinem detraxi; deinde rursus postridie bis; sed artuum frictione, & vinctura priore die vsus, ad vesperam dedi medicamentum nostrum ex seminibus confectum. Secundo die post alteram detractionem imposui toti pectori ceratum, *quod* ex thapsia *conficitur*, mox vesperi, ne supra modum calefaceret, id auferens. Tertio *die* rursus ad tres horas imposito, hominem laui, cibaui autem similiter tribus his diebus, prioribus quidem duobus, sorbitiunculis; tertio verò, ptisanæ primùm cremore, deinde pisce statim aliquo, qui & facilis concoctu esset, & simplici ratione præparatus, adiecto; dedi quoque medicamentum diaspermaton, & secundo, & tertio die similiter ad vesperam; etenim, & somnum conciliat, & dolorem leuat, & siccandi vim habet.

τεττάρων ἡμερῶν ἤδη διὰ τὸν κατάρρουν ὀλίγου δεῖν ἀσίτου γεγενημένης. κλύσματι δὲ δριμεῖ κελεύσας χρήσασθαι, καὶ τρίψασθαί τε καὶ σκέλη καὶ τὰς χεῖρας ἐπὶ πλεῖστον ἅμα φαρμάκῳ θερμαίνοντι, καὶ διαδήσας, εἶτα ξυρήσας τὴν κεφαλὴν ἐπέθηκα τὸ διὰ τῆς κόπρου τῶν ἀγρίων περιστερῶν φάρμακον. ὡρῶν δὲ μεταξὺ τριῶν γενομένων, ἐπὶ τὸ βαλανεῖον ἤγαγον, καὶ λούσας ἄνευ τοῦ ψαῦσαι λίπους τῆς κεφαλῆς, εἶτα σκεπάσας αὐτὴν συμμέτρῳ πίλῳ, πρὸς τὴν ἐνεστηκυῖαν ὥραν ἔθρεψα ῥοφήματι μόνῳ, τῶν αὐστηρῶν ὀπωρῶν ἐπιδιδούς. εἶθ' ὑπνοῦν μελλούσῃ, τὸ διὰ τῶν ἐχιδνῶν ἔδωκα φάρμακον, ὡς περὶ τεττάρων μηνῶν ἐσκευασμένον· ἔτι γὰρ ἔχει τὸν τοῦ μήκωνος ὀπὸν ἰσχυρὸν τὸ τοιοῦτον, ἐν δὲ τοῖς κεχρονικόσιν, ἐξίτηλος γίγνεται, διὰ τοῦτο οὖν ὑπνῶδές τέ ἐστι, καὶ ξηραίνει τὰ ῥεύματα, σὺν τῷ καὶ παχύνειν ἠρέμα. παυσαμένου δὲ τελέως τοῦ κατάρρου, δῆλος μὲν ὁ πνεύμων ἦν, ἔκ τε τοῦ τῆς ἀναπνοῆς εἴδους, καὶ τοῦ ψόφου τῆς γενομένης ἅπαξ που βηχὸς, ἐκκαθάρσεως δεόμενος. οὐ μὴν συνέπραξά γε εἰς τοῦτο κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν, ἀλλ' ἐφ' ἡσυχίας τε καὶ σιγῆς ἁπάσης τὴν γυναῖκα φυλάξας, καὶ τρίψας τὰ κῶλα καὶ διαδήσας, ἐκέλευσα καὶ τἄλλα πάντα μέρη τρίψαι, πλὴν τῆς κεφαλῆς, ἔτι γὰρ ἦν ἀπὸ τοῦ φαρμάκου θερμή. αὖθις δὲ εἰς τὴν ἑσπέραν, ἔδωκα τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου μέγεθος, ὅσον γε ὁ παρ' ἡμῖν κύαμος. ἦν δὲ πολὺ τούτου μεῖζον, ὃ κατὰ τὴν προτέραν εἰλήφει. ὡς δὲ καὶ ταύτῃ τῇ νυκτὶ καλῶς ἐκοιμήθη, τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἕωθεν δοὺς μέλιτος ἑψημένου συχνὸν, ἐφ' ἡσυχίας ἐφύλαξα. προηκούσης δὲ τῆς ἡμέρας, ἅπαν ὁμοίως τρίψας τὸ σῶμα, ῥοφεῖν ἐκέλευσα λαβεῖν πτισάνης χυλὸν σὺν ἄρτῳ βραχεῖ. κἄπειτα τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ἕωθεν μὲν τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου, ἀκμαίου κατὰ τὴν ἡλικίαν, ἅμα σὺν χρηστῷ μέλιτι προσέδωκα. τῇ κεφαλῇ δὲ τοῦ αὐτοῦ φαρμάκου πάλιν ἐπιθεὶς, ὃ θερμαίνει τε καὶ ξηραίνει σφοδρῶς· εἶτα λούσας καὶ θρέψας μετρίως, ἐκκαθαίρειν ἤδη σφοδρότερον ἐπεχείρησα τὸν πνεύμονα τῇ πέμπτῃ τῶν ἡμερῶν. εἶτ' αὖθις καὶ αὖθις ἐχρησάμην ἐκ διαλειμμάτων, κατὰ μὲν τῆς κεφαλῆς τῇ συνήθει κηρωτῇ, τῇ διὰ τῆς θαψίας. τὴν δ' ὅλην τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ἀναθρεπτικὴν ἐποιησάμην ἐν αἰωρήσεσι, καὶ τρίψεσι, καὶ περιπάτοις, καὶ ἀλουσίαις, καὶ διαίτῃ μετρίᾳ τε ἅμα καὶ εὐχύμῳ. αὕτη καλῶς ἔσχεν ἡ γυνὴ μηδὲ δεηθεῖσα τοῦ γάλακτος. ἄλλον δέ τινα νεανίσκον οὐκ ἐκ καταρρόου τῆς βηχὸς ὁρμηθείσης, ἀλλ' ἐπὶ ψύξει τῶν ἀναπνευστικῶν, αἷμα καὶ αὐτὸν πτύσαντα πλῆθος ὅσον ἡμίσου κοτύλης, παραχρῆμα μὲν ἐφλεβοτόμησα, καὶ δὶς τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπαφεῖλον· εἶτα δὶς κατὰ τὴν ὑστεραίαν· τρίψει δὲ τῶν κώλων καὶ δεσμῷ ἐν τῇ προτέρᾳ χρησάμενος, εἰς ἑσπέραν ἔδωκα τὸ διὰ τῶν σπερμάτων ἡμέτερον φάρμακον. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ μετὰ τὴν ἐπαφαίρεσιν, ἐπέθηκα παντὶ τῷ θώρακι τὴν διὰ τῆς θαψίας κηρωτὴν, εἶτ' ἦρας αὐτὴν εἰς ἑσπέραν, ὅπως μὴ θερμήνειε σφοδρότερον τοῦ δέοντος. ἐν τῇ τρίτῃ πάλιν ἐπιθεὶς ὥρας που τρεῖς, ἔλουσα τὸν ἄνθρωπον, ἔθρεψά τε ταῖς τρισὶν ἡμέραις παραπλησίως, ῥοφήματα μὲν ἐν ταῖς προτέραις δύο, τῇ τρίτῃ δὲ, χυλὸν μὲν πτισάνης προσδοὺς, ἰχθὺν δέ τινα τῶν εὐπέπτων δοὺς ἁπλῶς ἠρτυμένον, ἔδωκα δὲ καὶ τὸ διὰ τῶν σπερμάτων φάρμακον, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ καὶ τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, ὁμοίως εἰς ἑσπέραν· ὑπνοποιόν τε γάρ ἐστι, καὶ ἀνώδυνον, καὶ ξηραντικόν.

ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν ἐν εὐκρασίᾳ τῇ κατὰ φύσιν ὄντων, καὶ τοῦ παντὸς σώματος κεκενωμένου, καὶ μηδεμιᾶς ὑποψίας φλεγμονῆς ὑπολειπομένης κατὰ τὸ ἐρρωγὸς ἀγγεῖον, ἀνακαθαίρειν ἠρξάμην. εἶτα πίνοντα τὸ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φάρμακον ἀκμαῖον κατὰ τὴν ἡλικίαν, ἐπὶ τὰς Ταβίας ἐξέπεμψα. πάντας οὕτως ἐγὼ τοὺς κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἑαυτοὺς ἡμῖν ἐγχειρίσαντας ἰασάμην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Περὶ ἰάσεως τοῦ πνεύμονος ἕλκους, τοῦ τρεῖς, ἢ τέτταρας ἡμέρας ἐφιζαμένου.

Οὐ μὴν τούς γε μετὰ δύο ἢ τρεῖς ἅπαντας, ἀλλ' ἔνιοι τινὲς αὐτῶν ἀνίατον ἔσχον τὸ ἕλκος. ὅσοι δ' ἔφθασαν οὕτω φλεγμήναντες ὡς πυρέξαι, τούτων οὐδεὶς ἐθεραπεύθη τελέως. ἀλλ' ὅσοι μετὰ ταῦτα, διὰ πάντων ὀρθῶς τῶν βοηθημάτων διεξῆλθον, ὡς ξηρανθῆναι τὸ ἕλκος, ἐκέρδησαν οὗτοι τοσοῦτον, ὡς μήτ' ἐπινέμεσθαι, μήτε μεῖζον γίγνεσθαι· ξηρανθὲν δὲ καὶ τυλωθὲν, ἐπιτρέψαι χρόνῳ πλείονι ζῆσαι τὸν ἄνθρωπον. μόνοι δὲ ἀνιάτως διακεῖσθαί μοι δοκοῦσι τῶν ἕλκος ἐν πνεύμονι ἐχόντων, οἱ διὰ κακοχυμίαν τινὰ ἀναβρωθέντες, ὧν ἔνιοι καὶ τοῦ σιάλου φασὶν, ὥσπερ ἅλμης αἰσθάνεσθαι. χρόνου μὲν γὰρ οἶμαι πάντως δεῖν μακροῦ, πρὸς τὴν τῆς κακοχυμίας ἐπανόρθωσιν. ἀνάγκη δ' ἐν τῷ χρόνῳ δυοῖν θάτερον, ἢ ξηραινόμενον τὸ ἕλκος τυλωθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀνίατον γίνεσθαι παντάπασιν· ἢ μὴ ξηραινόμενον αὐτό τε πρῶτον ἀποδειχθῆναι σηπεδονῶδες ἐπινέμεσθαί τε τὰ πέριξ, καὶ οὕτως ἐν χρόνῳ διασήψαι τὸν πνεύμονα. πολλοὶ δὲ τῶν ἐσχηκότων τοιαύτην κακοχυμίαν ἤδη βήττοντες ἐξ αὐτῆς, οὐ μήν τοί γ' ἐπτυκότες οὐδέπω τὸ αἷμα, τῆς παρ' ἡμῶν τυχόντες προνοίας εἰς τέλος ὑγιάσθησαν. χρὴ δὲ ἐν ἀρχῇ μὲν οὐδενὸς οὕτως, ὡς τοῦ μήτε βήττειν αὐτοὺς φροντίσαι, μήτ' ἐκ τῆς κεφαλῆς καταρρεῖν τι εἰς τὸν πνεύμονα. καὶ γίγνεται τοῦτο τρισὶ βοηθήμασι, καθάρσει μὲν πρώτῳ, δευτέρῳ δὲ τῷ διὰ τῶν σπερμάτων φαρμάκῳ· τρίτῳ δὲ τῇ προνοίᾳ τῆς κεφαλῆς. δεῖ δὲ τὸ μὲν καθαῖρον εἶναι μικτὸν, ἐκ διαφερουσῶν δυνάμεων, οἷά περ ἐστὶ τὰ ἡμέτερα καταπότια, δι' ἀλόης, καὶ σκαμμωνίας, καὶ κολοκυνθίδος, καὶ ἀγαρικοῦ, καὶ βδελλίου, καὶ κόμμεως Ἀραβικοῦ συγκείμενα, πρὸς τὸ πλείονας ἰδέας ἐκκαθαίρειν τῶν περιττωμάτων. ἱκανῶς δὲ ὠφελῆσαι καὶ τὸ χωρὶς κόμμεως. ὕστερον δ' αὖ εἰ δέησει, καὶ τοῖς τὰ μέλανα καθαίρουσι χρήσαιο. τὴν δὲ τῆς κεφαλῆς πρόνοιαν ἐπιτρέψαι τῇ διὰ θαψίας κηρωτῇ. ταῦτα μὲν ἐν ἀρχῇ ποιητέον ἐστίν. ἐφεξῆς δὲ ἀνατρέφειν χρηστοῖς εὐχύμοις ἐδέσμασι, καὶ τρίψεσι, καὶ περιπάτοις, καὶ λουτροῖς. εἰρήσεται δὲ ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα μέθοδος ἐν τῷ προσήκοντι χωρίῳ τῆς συγγραφῆς, ὁποῖοι οὗτοι μάλιστα δέονται τοῦ γάλακτος, ἀμελήσαντες δὲ πάντων ἀνιατώτατοι γίνονται. περὶ δὲ φλεβοτομίας αὐτῶν, ὧδε χρὴ γινώσκειν. ὅσοι μὲν ἂν δόξωσιν ὀλίγον ἔχειν αἷμα, καθ' ὃν εἴρηκα τρόπον, εἰς εὐχυμίαν τινὰ προσαγαγὼν αὐτοὺς, φλεβοτομῆσαί τε δυνήσῃ, καὶ πάλιν ἀναθρέψαι· καὶ πάλιν καθαίρειν, καὶ αὖθις ἀναθρέψαι· καὶ αὖθις εἰ δέησει φλεβοτομῆσαι, καὶ μάλισθ' ὅσοις ἐστὶν οἷον ἰλύς τις μοχθηρὰ καὶ παχεῖα τὸ σύμπαν αἷμα. τοὺς δ' ἰσχυρούς τε καὶ πολυαίμους, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς φλεβοτομεῖν.

Tum verò, quum & spiritui delegatæ partes in temperie secundum naturam essent, & totum corpus vacuatum, ac nulla phlegmones suspicio circa ruptum vas superesset, expurgare cœpimus. Mox bibito medicamento de viperis, ætatis iam vigentis, ad Tabias dimisi. Sic ego omnes, qui primo se die mihi curandos permiserunt, sanaui.

CAPVT XIV.

De curando pulmonis vlcere, quod tribus quatuórve diebus insedit.

QVi verò post duos, aut tres *dies*, non omnes *sanatus*, sed aliquibus eorũ insanabile vlcus fuit. Quotquot autem phlegmone sic occupauit, vt iam febricitarent, horum nullus est omninò persanatus. Sed qui postea sic per omnia presidia ritè transierunt, vt siccaretur vlcus, ij tantùm saltem lucrifecerunt, vt illud, nec vlcera progrederetur, nec maius fieret; sed siccatum, ac callo duratum, longiore vita frui hominem sineret. Ex ijs verò, qui vlcus in pulmone habent, ij soli insanabiles mihi esse videntur, qui ex succi vitiosi erosione id possident, quorum aliqui ceu salsilaginem sputũ suum sentire se aiunt; nam longo arbitror tempore omninò opus esse, vt succi corrigatur vitium. In tempore verò necesse est duorum alterum, aut siccando vlcus, ceu callum fieri, eóque fore omninò insanabile; aut non siccando, tum ipsum primum indicari putrescere, tum quæ circa sunt depascere, atq; ita temporis spatio pulmones putrefacere. Sed multi ex ijs, qui eiusmodi succum vitiosum congessissent, quum ex eo tussirent, non tamen etiamnum sanguinem reijcerent, huius nostræ prouidentiæ compotes facti, prorsus sunt persanati. Oportet autem in principio nullius rei æquè esse sollicitum, quàm vt neque tussiant, neque ex capite aliquid in pulmonem defluat. Cauetur id triplici præsidio, purgatione primum; secundo, medicamento diaspermaton; tertio, capitis prouidentia. Quod purget, diuersas facultates habeat, oportet; cuius generis nostræ sunt pilulæ, quæ ex aloe, scammonio, colocynthide, agarico bdellio, & gummi Arabico conficiuntur, ad plures excrementorum purgandas species. Sanè satisfaciant ad vsum, & quæ sine gummi componuntur. Postea verò si res postulabit, etiam ijs, quæ atram bilem expurgent vtare. Capiti prouidebitur cerati vsu, quod fit ex thapsia; atque hæc quidem in principio peragenda sunt. Post verò reficiendus æger salubriter est cibis boni succi, frictione, inambulatione, & balneo. Tradetur autem de his methodus in idoneo operis loco, porrò ij sunt, qui maximè lac requirunt; neglectóque eo, omnium maximè sunt insanabiles; cæterum de mittendo his sanguine sciri illud licet. Quicunque parum habere sanguinis videbuntur, iis ad quendam succum probiorem (sicuti prædixi) reductis, detrahere sanguinem poteris, tum rursus reficere; *eosdem* etiam rursus purgare, ac rursus reficere; denuóque, si res suadet, sanguinem mittere, potissimum quibus veluti limus vitiosus, & crassus, totus est sanguis. At, qui validi sunt, multique sanguinis, ijs statim à principio est detrahendus.

CAPVT

A

CAPVT XV.

Quàm perperam Erasistratus, ac Thessalus sanguinis reiectionem curarunt; ac de vlceribus, quæ in sede, ac pene consistunt.

NIhil horum, quæ retuli, vel nunc, vel antè, siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis viam vsurpaui, non examinatum, ac iudicio comprobatum est; sed per experientiam omnia iudicata; in quibus erroris pericula ipsi pertulimus; B fructum ex eorum vsu habituri sunt, quibuscunque artis opera sunt curæ; siquidem alij veri sunt, alij sophistarum sermones. Quid etiam sophistas memoro? Quum etiam non contemnendorum medicorum aliqui, etiam qui integra volumina de sanguinis reiectione prodiderunt, alia quidem multa & parua rectè perscripserint, maximorum autem auxiliorum nullius meminerint, parum intelligentes permulta illa & parua, quæ rectè admonent, longum ipsis ægrotis comparandum interitum. Per hæc autem tria, qui planè deplorati non sunt, omnes seruantur, per sanguinis missionem, & purgationem, & ea quæ caput roborant. C Sanè in sequẽtibus, quum de prauorum curatione humorum præcipiemus, dicemus de sanguinis missione diligentiùs. Minimè igitur (sicuti medicorum nonnulli censent) a paruis incipiendum auxilijs est; nec sicut illi dicunt, sentiendum, ista scilicet priùs esse tentanda; mox, si nihil profecerint, aggredienda maiora. Nam in morbis minimè periculosis, vera ea opinio est; at, vbi moriendum ægro prorsus est, si phthoe semel exceptus sit, alienissimum à ratione est à minoribus inchoasse. Nam sicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita, ita illa quoque sententia rectè est dicta. D *Ad extremos morbos extrema prorsus remedia maximè valere.* Quánam igitur inductus opinione Erasistratus in talium affectuum principio segnis tardúsque est, post diligens, quum perijt occasio? Nam sanguinis, missione, quum sanguis reijcitur, nusquam prorsus vtitur, vitiosissima ratione inductus; sed nec purgat quenquam, vt nec caput siccat. Quibus nimirum siquis phthoe occuppari periclitantes fraudet, quanuis reliqua omnia probè peragat, nihilo plus, arbitror, agat. E Nam sanguinem mittere recusat; ac solis artuum deuinctionibus ad reuulsionem vtitur, quò (vt ipsemet ait) ad phlegmones tempora sat nobis sanguinis supersit, nec propter inopiam eius ægrum nutrire cogamur. Sed ô generosissime, dicat arbitror aliquis, si post venam ruptam, phlegmone iam pulmonem corripuerit, non est, quòd speres hominem sanandum propter ipsas, quas paulò ante comprehendi, rationes; quare amplius opera tua non egebit, proditus per te inter initia. Quippe idem facis, quod gubernator, qui vbi per eius incuriam euersa nauis est, vectorum cuipiam asserem in manum dat, indéque salutem comparare suadet. F Sed Erasistratus fortassis existimabat phlegmonen esse ex ijs, quæ necessariò vulnus comitentur; verùm si ita sentiebat, in magna planè erat ignorantia; quum videre cuique liceat, sexcentis eorum, qui quotidie singulari certamine decertant, maxima citra phlegmonen, glutinata vulnera; sic, vt secũdo, vel quarto die, sint omninò in tuto. Nos verò etiam plurimos ex ijs, qui vas in pulmone ex casu, clamore,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Ὡς ἀτόπως Ἐρασίστρατός τε καὶ Θεσσαλὸς τὴν τοῦ αἵματος ἀναγωγὴν ἐθεράπευσαν· καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ ἕδρᾳ καὶ αἰδοίῳ ὑπαρχόντων ἑλκῶν.

ΟΥδὲν ὧν εἶπον οὔτε νῦν, οὔτε πρόσθεν, ὧν ἂν ἢ αὐτὸς ἐξεῦρον, ἢ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους ὁδὸν ἐχρησάμην, ἀβασάνιστόν ἐστιν οὐδ' ἄκριτον, ἀλλ' ὑπὸ τῆς πείρας B ἅπαντα κέκριται· τὸν μὲν τῆς ἀποτυχίας κίνδυνον ἡμῶν ὑπομεινάντων, τὸν καρπὸν δὲ τῆς χρήσεως ἑξόντων ἁπάντων οἷς ἂν μέλῃ τῶν ἔργων τῆς τέχνης. ἄλλοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ἀληθεῖς, ἄλλοι δὲ οἱ τῶν σοφιστῶν λόγοι. καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν σοφιστῶν, ὅπου καὶ τῶν ἀξιολόγων ἰατρῶν ἔνιοι ὅλα γράψαντες βιβλία περὶ αἵματος ἀναγωγῆς, ἄλλα μέν τινα πολλὰ καὶ μικρὰ καλῶς διεξῆλθον, οὐδενὸς δὲ τῶν μεγίστων ἐμνημόνευσαν, οὐκ ἐννοοῦντες ὡς μὲν διὰ τὰ πολλὰ καὶ σμικρὰ, τὰ καλῶς παρ' αὐτῶν εἰρημένα, μακρὸς ὁ θάνατος αὖθις τοῖς κάμνουσι γενήσοιτο. διὰ δὲ τρία ταῦτα σώζονται πάντες C οἱ σωθῆναι δυνάμενοι, διὰ φλεβοτομίαν, καὶ κάθαρσιν, καὶ τὰ ῥωννύντα τὴν κεφαλὴν φάρμακα. εἰρήσεται δὲ τελεώτερον ἐν τοῖς ἑξῆς περὶ φλεβοτομίας, ὅταν ὑπὲρ τῆς τῶν κακοχύμων θεραπείας διερχώμεθα. μὴ τοίνυν ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄρχεσθαι βοηθημάτων· μὴ δ' ὥσπερ ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἐννοεῖν ὡς ἀποπειρατέον ἐστὶ τούτων πρότερον, εἶτ', εἴπερ ἀνύει μηδὲν, ἐπιτίθεσθαι τοῖς μείζοσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀκινδύνων παθῶν, ἀληθὴς ἡ τοιαύτη δόξα, τεθνηξομένου δὲ πάντως τοῦ κάμνοντος, ἐὰν εἰς ἀρχὴν καταστῇ φθόης, ἀλογώτατόν ἐστιν ἀπὸ τῶν μικροτέρων ἄρχεσθαι. τά τε γὰρ ἄλλα πάντα D καλῶς ὑφ' Ἱπποκράτους εἴρηται· καὶ σὺν αὐτοῖς, ὁ ἀφορισμὸς ὅδε. εἰς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι εἰς ἀκριβείην, κράτισται. τί ποτ' οὖν Ἐρασιστράτῳ δόξαν, ἀργός τε καὶ ῥάθυμος ἐν ἀρχῇ τῶν τοιούτων παθῶν γενόμενος, ἐπιμελὴς αὖθις ἐστιν, ὅτε οὐδὲν ὄφελος; φλεβοτομίᾳ γὰρ οὐδ' ὅλως ἐπ' οὐδενὸς τοῦ αἵματος ἀναγωγῇ χρῆται, λογισμῷ φαυλοτάτῳ πιστεύσας· ἐκάθηρέ τε οὐδένα, καθάπερ οὐδὲ τὴν κεφαλὴν ἐξήρανεν. ἅπερ εἴ τις ἀφέλοι τῶν κινδυ- E νευόντων ἁλῶναι φθόῃ, κἂν τἄλλα πάντα διέλθοι καλῶς, οὐδὲν οἶμαι πλέον ἀνύσει. φλεβοτομίαν γὰρ παραιτεῖται, δεσμοῖς μόνοις χρώμενος ἐπὶ τῶν κώλων, ὑπὲρ ἀντισπάσεως, ἵν' ὡς αὐτός φησι, εἰς τοὺς τῆς φλεγμονῆς καιροὺς ἔχωμεν αὔταρκες αἷμα, καὶ μὴ διὰ τὴν ἔνδειαν αὐτοῦ τρέφειν ἀναγκαζώμεθα τὸν ἄρρωστον. ἀλλ' ὦ γενναιότατε, φαίη τις ἂν οἶμαι πρὸς αὐτὸν, ἐὰν φθάσῃ φλεγμήνας πνεύμων ἐπ' ἀγγείου ῥήξει, μηκέτι ἔλπιζε τοῦτον ἰαθήσεσθαι δι' οὓς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον λογισμούς· ὥστ' οὐδὲν ἔτι σοῦ χρήζει, προδοθεὶς ἐν ἀρχῇ. παραπλήσιον γάρ τι ποιεῖς κυβερνήτῃ δι' ἀμέλειαν περιτρέ- F ψαντι τὸ πλοῖον, εἶτ' ἐγχειρίζοντι σανίδας τῶν πλωτήρων τινὶ, καὶ συμβουλεύοντι διὰ ταύτης πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν. ἀλλ' ἴσως Ἐρασίστρατος ἡγεῖτο, τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων τραύμασιν εἶναι τὴν φλεγμονὴν, ἀγνοεῖ δ' εἴπερ οὕτω γιγνώσκει, μεγάλα· πάρεστι γοῦν θεάσασθαι τῷ βουλομένῳ μυρίους τῶν ὁσημέραι μονομαχούντων, ἄνευ φλεγμονῆς τραύματα μέγιστα κολληθέντας· ὥστε τῇ δευτέρᾳ ἢ τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ καθεστηκέναι. παμπόλλους δὲ καὶ ἡμεῖς ἐθεραπεύσαμεν ἀγγεῖον ἐν πνεύμονι ῥήξαντας ἐκ κατα-

πλώσεως, ἢ ἐκ πληγῆς, ἢ βοῆς, πρὶν φλεγμῆναι τὸ ῥαγέν. Εἰ δὲ καὶ τούτων φησὶ φλεγμῆναι τὸν πνεύμονα, τοῖς ἑαυτοῦ μάχεται δόγμασιν. ἅμα μὲν φλεγμαίνειν λέγων κύριον σπλάγχνον, ἐγγυτάτω κείμενον καρδίας, ἅμα δ' ἀπύρεκτον φαίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον· ἔτι τε λυθείσης τῆς φλεγμονῆς, μηδὲν ἀναπτυσθῆναι. ἀντακουσάτω τοιγαροῦν παρ' ἡμῶν ὡς οὔτε κολληθῆναι τὸ ἕλκος οἷόν τ' ἐστὶν, ἐὰν ὁ πνεύμων φλεγμαίνῃ· καὶ πάντως πυρέξει, φλεγμήναντος· ἀναπτύσει δ' ἐξῆς σὺν βηχὶ πυώδη πτύσματα, λυομένης τῆς φλεγμονῆς. ἐὰν τοίνυν μήτε πυρέξῃ, μήτε βήξῃ, μήτε ἀναπτύσῃ τι τῶν ἐφ' ἕλκει καὶ φλεγμονῇ ἰχώρων, τίνα νοῦν ἔχει φλεγμῆναι φάναι τούτου τὸν πνεύμονα; τοῦτό τε οὖν τὸ βοήθημα μέγιστον ὑπάρχον, οὐκ ὀρθῶς παρ' αὐτοῦ κατέγνωσται, τούτῳ τ' ἐφεξῆς ἡ κάθαρσις ἀμνημόνευτος ἐᾶται, καὶ φάρμακον ἀγωνιστικὸν οὐδὲν εἴρηται τῷ ἀνδρὶ, κατ' οὐδὲν γένος τῶν προειρημένων. ἀλλ' ἐάν τε κεφαλὴ πέμπῃ τὸ ῥεῦμα, φυλαχθήσεται πέμπουσα· ἐάν τε διὰ δυσκρασίαν αὐτῶν τῶν ἀναπνευστικῶν γίνηται ἡ βὴξ, καὶ αὐτὴ φυλαχθήσεται. παραπλήσιος γοῦν ἐστιν ὁ Ἐρασίστρατος ἀγαλματοποιῷ· τὰ μὲν ἄλλα πάντα κοσμήσαντι, τυφλὸν δ' ἐργασαμένῳ τὸ ἄγαλμα. τί γὰρ ὄφελος τοῦ λοιποῦ κάλλους, ὀφθαλμῶν μὴ παρόντων; εἶτα τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν μέγιστα σφαλλομένων, ὁ θαυμασιώτατος Θεσσαλὸς, οὐδ' ἐννοήσας τὴν τέχνην, ἀξιώσει μεθοδικὸς ὀνομάζεσθαι· καὶ νῦν ὁρῶμεν σχεδὸν ἅπαντας τοὺς ἀπ' αὐτοῦ φλεβοτομοῦντας, ἄλλους τε πολλοὺς τῶν καμνόντων, οἷς οὐχ ὅπως ὠφέλιμον, ἀλλὰ καὶ βλαβερὸν ἐχρῆν ὑπειλῆφθαι τὸ βοήθημα, φυλαττόντων γε αὐτῶν τὰς οἰκείας ὑποθέσεις· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τοὺς αἷμα πτύσαντας, εἴτε σὺν ἐμέτοις, εἴτε σὺν βηξὶν, ὅταν ὦσιν ἰσχυροὶ τὴν δύναμιν. εἶτα πῶς ἀλλήλοις ὁμολογεῖ ταῦτα, τὸ φλεβοτομεῖν τινα τῶν αἷμα πτυσάντων, αὐτοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις συγγράμμασι γράφοντας τοῖς στεγνοῖς πάθεσιν ἐπιτήδειον εἶναι τὸ βοήθημα; μὴ τοίνυν ἔτι μηδὲ μεθοδικοὺς ἑαυτοὺς ὀνομαζέτωσαν, ἀλλ' ἐμπειρικοὺς, οἱ προέντες τὸν λόγον, ὃν ἐνόμιζον ὑπάρχειν ὑγιῆ, τῇ πείρᾳ χρῶνται πρὸς τὴν τῶν βοηθημάτων εὕρεσιν. ἆρ' οὖν ἐν τούτοις μὲν ἐναργῶς ἐξελέγχονται, μηδὲν, μήτε μεθόδῳ, μήθ' ὅλως λόγῳ τινὶ πράττοντες· ἐν οἷς δὲ τὰ μέρη φασὶν ὑπάρχειν ἄχρηστα πρὸς τὴν τῆς θεραπείας εὕρεσιν, οὐ πολὺ μᾶλλον; καὶ μὴν εἴ τις ἀναμνησθείη τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἐπί τε ὤτων, καὶ μυκτήρων, καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ στόματος, καὶ θώρακος, καὶ πνεύμονος, ἔτι τε μήτρας, καὶ κύστεως, καὶ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνοντες φανοῦνται. τοιοῦτος γοῦν καὶ ὁ τῷ Μακεδονικῷ φαρμάκῳ χρώμενος ἐπ' αἰδοίου φλεγμαίνοντος, ἅμα τῷ χαλαστικῷ καταπλάσματι, τῷ συνήθει πάντῳ τῷ δι' ἄρτου καὶ ὑδρελαίου σκευαζομένῳ. καί τις ἄλλος αὐτῷ παραπλήσιος, ἐφ' ἕδρας ἡλκωμένης τοῖς αὐτοῖς χρώμενος· ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ τῶν φλεγμονῶν λόγοις, ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐροῦμεν. ἕλκη δὲ χωρὶς φλεγμονῆς ἐν αἰδοίῳ, καὶ ἕδρᾳ, καταπλάσματος μὲν οὐδενὸς δεῖται, φαρμάκου δ' ἐπουλωτικοῦ· οὐ μὴν διὰ τοιούτου τὴν φύσιν, οἷόν εἰς οὐλὴν ἄγει τὰ κατὰ τὰς σάρκας ἕλκη, ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ξηροτέρου τὴν δύναμιν, εἰς ὅσον ἐστὶ καὶ τὰ μόρια ξηρότερα σαρκός. καὶ τό γε θαυμασιώτερον αὐτῶν τῶν ἐν αἰδοίῳ συνισταμένων ἑλκῶν, ἐπὶ μᾶλλον δεῖται ξηραίνεσθαι, τά τε ἐν

A plagáve rupissent, priusquàm phlegmone in vase rupto excitaretur, curauimus. Quòd si horum quoque pulmones phlegmonen inuasisse asserit, ipse suis ipsius placitis repugnat, simul princeps viscus, quod maximè vicinum cordi sit, phlegmone laborare affirmans, simul hominem febre carere; itémque rupta phlegmone nihil expuisse. Ergo à nobis quoque inuicem audiat, nec fieri posse, vt glutinetur vlcus, si phlegmone pulmonem inuaserit; omninóque si inuaserit, febricitaturum; ac purulenta deinde, cum B phlegmone soluitur, tussi exputurum. Ergo, si quis, nec febricitabit, nec tussiet, nec saniem aliquam ex vlcere, & phlegmone spuet, quæ ratio est, vt huius inesse pulmoni phlegmonen dicas? Itaque tum hoc maximum certè præsidium non rectè ab eo damnatum est, tum purgatio sine vlla mentione prætermittitur, ac nec vllum medicamentum, quod efficax sit, contra vllum ex comprehensis generibus ab eo est positum. Quin, siue caput fluxionem mittat, eo statu seruabitur; siue ex intemperie ipsarum spirabilium partium tussis incidat, etiam ipsa sic manebit. C Ergo Erasistratus statuario illi assimilis videtur, qui reliquis omnibus partibus scitè perfectis, statuam reliquit cæcam. Nam quæ, quæso, reliquæ pulchritudinis gratia, cum oculos desideres? Postea, si dijs placet, quum tanti viri maximè aberrent, egregius vir Thessalus, qui artem ne nouit quidem, Methodicum se censet appellandum; ac nunc fermè omnes sectatores eius sanguinem mittere videmus, tum alijs ægrorum non paucis, quibus non solùm non vtile, sed etiam noxium existimare id præsi- D dij oportebat, præsertim si proprijs ipsis hypothesibus starent; tum verò ijs, qui sanguinem, siue hunc per vomitum, siue etiam cum tussi, reijciunt, modò valentes vires habeant? Sed quomodo cohærebunt hæc secum, vt venam vbi sanguis reijcitur, incidere iubeant, & in commentarijs suis scribant, remedium id adstrictis affectionibus conuenire? Ergo, ne se Methodicos ampliùs nominent, sed Empiricos, si reiecta ratione, quam esse rectam putabant, experientia vtuntur ad inuenienda præsidia. An igitur in ijs quidem clarè deprehenduntur, nec E methodo, nec omninò ratione aliqua quicquam facere; vbi verò partes inutiles esse ad curationis inuentionem aiunt, non multo magis? Atqui, siquis ad memoriam reuocet ea, quæ de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, præterea vtero, vesica, & ventriculo, diximus, errare eos tota via videbit. Talis igitur erat, qui ad phlegmonen pudendi Macedonico medicamento est vsus, ac cum eo etiam cataplasmate relaxante, solemni hoc, quod ex pane, aqua, & oleo conficitur. Etiam alius qui- F dam illi persimilis, qui ad sedem exulceratam ijsdem est vsus; verùm de talibus, vbi de phlegmonis disputabitur, agemus. Cæterùm vlcera, quæ citra phlegmonen in pene, sedéve consistunt, nullum cataplasma desiderant, sed medicamentum, quod cicatricem inducat; non tamen, herclè eius naturæ, quę vlcera carnium inducere cicatrice possit, imò quæ tanto magis siccare possit, quanto hæ partes sunt carne sicciores. Quinetiam, quod magis admirere, ipsorum, quæ in pene sunt, vlcerum magis etiam siccari postulant, & quæ in toto

cole

colehæserunt, & quæ extra hunc etiam finem eius, qui glans dicitur, infestant; minùs verò, quæ in præputio sunt; atque etiam his minus, quæcunque in reliqua sunt cute, quæ totum colem vestit. Quum igitur humidum in glande vlcus quidam ex amethodis istis medicis, istis inquam Thessalijs, sanare aliquando non posset medicamentis epuloticis vocatis, adhibuit in consilium me. Vbi igitur ex me audiuit longè sicciore medicamento partem egere, propterea quòd siccioris naturæ esset, primùm non credidit; vt verò coactus necessitate est aliquo ex nostris medicamentis vti, tribus diebus sanatum vlcus est; perspicuúmque erat medicum non tam fuisse de salute hominis lætatum, quàm inde adeò tristatum, quòd in mala disciplinæ secta fuisset educatus. Siquidem medicamentum, quod ex papyracea charta combusta fit, hoc scilicet nobis vsitatum, id genus vlcerum sanat; sicuti etiam anethum vstum simili modo inspersum; itémque cucurbita sicca, atque vsta ad eundem modum; alia pręterea multa ex ijs, quæ vehementer, sicut illa, siccant. Siqua verò eiusmodi vlcerum, sine madore sunt, ac recentia, ijs sola aloe salutare medicamentum est; inspergitur autem sicca, sed in tenuissimum ceu pollinem redacta. Hęc verò etiam, quæ in sede consistunt, sicca vlcera probè percurat. Simillimam huic vim habet, & Cadmia vino elota, & sicca. Ab hac quoque non longè abest argenti spuma dicta. Deinceps verò molybdæna sequitur. Omnibus verò, tum minus inferens doloris, tum nullo minus efficax, pompholyx est. Sin humidiora sunt, ipse per se pini cortex, itémque lapis hæmatites vocatus, idoneus est. Quòd si profunditas quæpiam ipsis adsit, vbi exiccata fuerint, dictorum alicui tantulum mannæ admiscendum est, quantum sit ad carnem gignendam satis. Neque igitur horum quicquam, vel per somnium norunt, qui istius sunt alienæ à methodo sectæ, quum omne vlcus, in quacunque animantis sit parte, eandem postulare curationem opinentur; neque etiam, quemadmodum suere quædam vlcera oporteat, veluti ea, quæ in abdomine contingunt; de quibus in sequenti libro cum ijs, quæ restant, vniuersis agetur.

καυλοῦ σύμπαντος, ὅσα τε ἐκτὸς αὐτοῦ κατὰ τὸ πέρας ἐστὶν, ὃ προσαγορεύουσι βάλανον· ἧττον δὲ τούτων χρῄζει ξηραινόντων φαρμάκων, ὅσα τῆς πόσθης ἐστὶν ἕλκη, κἀκ τούτων ἔθ' ἧττον ὅσα κατὰ τοῦ λοιποῦ δέρματος ὃ περὶ σύμπαν ἐστὶ τὸ αἰδοῖον. ὑγρὸν οὖν ποθ' ἕλκος ἐπὶ τῆς βαλάνου τῶν ἀμεθόδων ἰατρῶν τις, τούτων δὴ τῶν Θεσσαλείων, μὴ δυνάμενος ἰάσασθαι τούτοις τοῖς ἐπουλωτικοῖς ὀνομαζομένοις φαρμάκοις, εἰς συμβουλὴν ἡμᾶς παρεκάλεσεν· ἀκούσας οὖν ὅτι πολὺ ξηροτέρου δεῖται φαρμάκου τὸ μόριον τοῦτο, παρ' ὅσον ἐστὶ καὶ φύσει ξηρότερον, ἠπίστει μὲν τὸ πρῶτον· ὡς δ' ὑπ' ἀνάγκης εἰς τὸ χρήσασθαί τινι τῶν ἡμετέρων ἀφίκετο, τρισὶ μὲν ἡμέραις ὑγιάσθη τὸ ἕλκος· δῆλος δὲ ἦν ὁ ἰατρὸς οὐ τοσοῦτον χαίρων ἐπὶ τῷ θεραπεῦσαι τὸν ἄνθρωπον, ὅσον ἀνιώμενος ἐπὶ τῷ πονηρᾷ συντετράφθαι δογμάτων αἱρέσει. τὸ γάρ τοι διὰ χάρτου κεκαυμένου, τοῦτο δὴ τὸ συνήθες ἡμῖν, ἰᾶται τὰ τοιαῦτα τῶν ἑλκῶν, ὥσπερ γε καὶ ἄνηθον κεκαυμένον ὁμοίως ἐπιπαττόμενον, καὶ κολοκύνθη δὲ ξηρὰ κεκαυμένη κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἄλλα τε πολλὰ τῶν ὄντως ἰσχυρῶς ξηραινόντων φαρμάκων. ὅσα δ' ἄνικμα τῶν τοιούτων ἑλκῶν ἐστὶ καὶ πρόσφατα, τούτοις καὶ ἡ ἀλόη μόνη φάρμακον ἀγαθόν· ἐπιπάττεται δὲ χνοώδης ξηρά. αὕτη δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἕδραν ἕλκη τὰ ξηρὰ θεραπεύει καλῶς. ὁμοιοτάτην δ' αὐτῇ δύναμιν ἔχει καὶ καδμεία δι' οἴνου πεπλυμένη ξηρά. καὶ ταύτης ἐγγύς ἐστιν ἡ καλουμένη λιθάργυρος. εἶθ' ἑξῆς ἡ μολύβδαινα. πάντων δ' αὐτῶν ἀνωδυνώτατόν τε, καὶ οὐδενὸς ἧττον δραστήριον, ὁ πομφόλυξ ἐστίν. εἰ δ' ὑγρότερα τύχοι, πίτυός τε φλοιὸς αὐτὸς καθ' ἑαυτόν· ὅ τε λίθος ὁ αἱματίτης ὀνομαζόμενος. εἰ δὲ καὶ βάθος αὖθις συνείη τι, μετὰ τὸ ξηρᾶναι, τῶν εἰρημένων τινὶ, μάννης αὖθις τοσοῦτον μικτέον, ὅσον αὔταρκες εἰς γένεσιν σαρκός. τούτων τε οὖν οὐδὲν οὐδὲ ὄναρ ἴσασιν, οἱ ἀπὸ τῆς ἀμεθοδωτάτης αἱρέσεως, ἅπαν ἕλκος ἡγούμενοι τῆς αὐτῆς δεῖσθαι θεραπείας, ἐν ᾧπερ ἂν ᾖ τοῦ ζώου μορίῳ· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, μὴ δ' ὅπως χρὴ ῥάπτειν αὐτῶν ἔνια, καθάπερ, εἰ τύχοι, τὰ κατ' ἐπιγάστριον· ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ λεχθήσεται σὺν τοῖς ὑπολοίποις ἅπασι.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI LIBER SEXTVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Νεύρων, χόνδρων, συνδέσμων, καὶ μερῶν, τῶν τῆς ἐκείνων φύσεως μεταλαμβανόντων, ἔτι δὲ καὶ ὀστῶν τὴν θεραπείαν ἀποτελεῖ.

ARGVMENTVM LIBRI.

Neruorum, tendinum, ligamentorum partiumque, quæ illorum naturam participant, ossium quoque curationem absoluit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Τῆς μακρολογίας τῶν βιβλίων ἡ πρόφασις· καὶ ὅσα ἕως τοῦ νῦν δέδεικται.

Εἰ δ' ὅτι μηκύνειν δόξω τισὶν, ἓν γένος ἔτι νοσήματος ἐξηγούμενος, ὅπως χρὴ θεραπεύεσθαι μεθόδῳ. προσήκει δ' αὖθις οὐκ ἐμοὶ τοῦ μήκους ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ τοῖς, ἃ μηδ' ὅλως ἔγνωσαν ὑφ' Ἱπποκράτους ὀρθῶς εἰρημένα, διαβάλλειν ἐπιχειρήσασιν, οὓς οὐδ' ἕλκος ἰᾶσθαι καλῶς ἐπισταμένους ἔδειξα, μή τοί γε δὴ τῶν ἄλλων τι τῶν μειζόνων. αὐτὸ μὲν οὖν τὸ γένος τοῦ πάθους, οὗ τῶν εἰδῶν ἕν ἐστι τὸ ἕλκος, εἴτε συνεχείας λύσιν, εἴθ' ἑνώσεως ὀνομάζοι τις, οὐ διοίσει. δέδεικται δ' ὅτι καθ' ἕκαστον μέλος τοῦ σώματος, ἡ μέθοδος τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τὰς μὲν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πάθους ἐνδείξεις, φυλάττει κοινὰς, ἐπικτᾶται δὲ ἀπὸ τοῦ μέρους, ἄλλο τε ἄλλας. ἐν μὲν γὰρ τοῖς σαρκώδεσι μορίοις ἐπιγιγνόμενον, ὀνομάζεται μὲν ἕλκος, ἔχει δὲ τὸν μὲν κοινὸν σκοπὸν, ἁπάντων τῶν παρὰ φύσιν, ἀναίρεσιν ἑαυτοῦ, τὸν δ' ὡς διαθέσεως, τὸν διὰ τῶν ἐναντίων· τὸν δὲ ὡς διαιρέσεως, ἕνωσιν· ἡ γάρ τοι τοῦ νοσήματος τοῦδε γένεσις, ἐν τῇ διαιρέσει τῆς ἑνώσεώς ἐστι. καὶ διὰ τοῦτο, κατὰ μὲν τὸ ὀστοῦν, ὀνομάζεται κάταγμα, κατὰ δὲ τὰς νευρώδεις ἶνας, σπάσμα, κατὰ δὲ τοὺς μῦς, ἕλκος τε καὶ ῥῆγμα· προείρηται δὲ αὐτῶν ἡ διαφορά. νεύρῳ μέν τοι,

CAPVT I.

Prolixitatis librorum excusatio, ac quæ hactenus monstrata sunt.

Scio fore nonnullos, quibus esse prolixus videbor, qui vnum hactenus morborum genus quemadmodum methodo curetur, exponam. Par est autem, non tam mihi longitudinem hanc imputent, quàm ijs, qui parum intelligentes, quæ rectissimè ab Hippocrate sunt scripta, ea calumniari sunt conati; quos probam vlceris curationem nescire ostendi, nedum, quod maius sit, quicquam. Atque ipsum quidem morbi genus, cuius vna species vlcus est, seu continuitatis, seu quis vnionis solutionem vocet, nihil referat. Monstrata est, methodus curationis eius in quacunque corporis parte sit, quæ quidem ab affectu ipso sumantur, indicationes, seruare communes; quæ verò a parte alias atque alias habere. Quum enim carnosis partibus inciderit, nominatur quidem vlcus; habet verò scopum omnium quidem, quæ præter naturam sunt, communem, sui ademptionem; alium verò, ceu affectus, vt per contraria *tollatur*; alium autem, vt diuisionis, vnitionem; nam generatio huius morbi in diuisione vnitatis consistit. Ideóque in osse vocatur fractura; in neruosis fibris spasma; in musculis vlcus, & ruptio; quorum differentia priùs iam dicta est. Idem tamen morbus, quum in neruum

neruum & arteriam, & venam inciderit, nullam propriam appellationem est sortitus; mutuatur autem interdum vlceris, interdum vulneris, vel ruptionis appellationem. Cæterùm parum esse de nominibus sollicitum debere eum, cui rerum scientiam inuenire sit propositum, sæpè iam diximus. Itaque huc potius nominibus neglectis properemus; non enim ex horum exquisita impositione, sed ex appositis remedijs, ægrotis salus paritur. Rursus igitur reuocandum ad memoriam est, quemadmodum audacissimus Thessalus, quum nullam curandi vlceris methodum tradiderit, omnes tamen dixisse se arbitratur. Nam si ita contingat vt cauum vlcus carne postulet impleri, & simplex glutinari, hæc nec idiotis sunt ignota; quemadmodum tamen methodo quis medicamenta inueniat, quibus, vel impleatur, quod cauum est, vel glutinetur, quod simplex vlcus est, hæc vulgus non nouit; at id est, quod medicis considerandum proponitur, atque in eo alius alio est præstantior. Etenim, veluti in præcedentibus ostendimus, & inueniet remedia, & inuentis rectè vtetur, quisquis in medendi methodo est exercitatus.

καὶ ἀρτηρίᾳ, καὶ φλεβὶ ταὐτὸν τοῦτο τὸ πάθος ἐγγινόμενον, οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κέκτηται· συγχρῆται δ' ἐνίοτε μὲν τῇ τοῦ ἕλκους, ἔστι δ' ὅτε τῇ τοῦ τραύματος, ἢ ῥήξεως προσηγορίᾳ. ἀλλ' ὅτι βραχύ τι χρὴ φροντίζειν ὀνομάτων, ὅτῳ περ σπουδὴ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐξευρίσκειν τὴν ἐπιστήμην, εἴρηταί μοι πολλάκις. ἐπὶ ταύτην οὖν σπεύδωμεν ἀμελήσαντες τῶν ὀνομάτων· οὐδὲ γὰρ ἐκ τῆς τούτων ἀκριβοῦς θέσεως, ἀλλ' ἐκ τῶν προσηκόντων ἰαμάτων, οἱ κάμνοντες ὀνίνανται. πάλιν οὖν ἀναμνηστέον, ὡς ὁ τολμηρότατος Θεσσαλὸς οὐδεμίαν εἰπὼν μέθοδον ἑλκῶν ἰάσεως, οἴεται πάσας εἰρηκέναι. τὸ γὰρ, εἰ οὕτως ἔτυχε, τὸ μὲν κοῖλον ἕλκος δεῖσθαι σαρκώσεως, τὸ δ' ἁπλοῦν κολλήσεως, οὐδὲ τοὺς ἰδιώτας λανθάνει, πῶς δ' ἄν τις εὕροι μεθόδῳ φάρμακα, δι' ὧν ἤτοι σαρκωθήσεται τὸ κοῖλον, ἢ κολληθήσεται τὸ ἁπλοῦν ἕλκος, οὐκέτι οὐδεὶς ἰδιώτης ἐπίσταται· καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὃ πρόκειται σκοπεῖσθαι τοῖς ἰατροῖς· κἀν τούτῳ βελτίων ἐστὶν ἕτερος ἑτέρου. καὶ γὰρ εὑρήσει φάρμακα, καὶ τοῖς εὑρημένοις ὀρθῶς χρήσεται, καθάπερ ἐδείκνυμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὁ γεγυμνασμένος ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ.

CAPVT II.

Aduersus Thessalum de nerui punctura, ac medicamentis, quibus curatur.

VT enim iam aliquid persequamur, quod præcedentibus sit consequens, fingamus quempiam ad nos venire, cui tantum cutis acu sit puncta. Hunc hominem, si is sit, cui facilè vlcera sanescant, etiam si citra medicamentum, nudóque membro ad opera consueta dimittas nihil sentiet mali; sin, cui difficulter sanentur, primum quidem dolebit, post etiam tum pulsu pars infestabitur, tum phlegmone. Ac Empiricus quidem examinando, percontandóque hominis naturam discet; nos verò tum ex eiusmodi examinatione omnibus his vsi, quæ per experientiam inueniantur; tum nihilominus ex ijs notis, quas de boni succi, malíque natura habemus; præterea de ijs, qui acris hebetísque sunt sensus, tum plenitudine grauatis, modicéque se in succis habentibus; non ignari, quod qui, vel plethoricus est, vel vitiosis succis premitur, vel acris est sensus, vel horum quibusdam, omnibúsve premitur, phlegmone tentabitur; qui contra est affectus, nihil mali sentiet. Atque hæc prospicientes, non equidem medicamentum, quod glutinet imponemus, cuiusmodi plurima sunt eorum, quæ enæma vocant (ea sunt, quæ recentibus statim applicantur vulneribus) imò molle, & mitigatorium, & dolorem sedans; vbi enim magna diuisio est, ibi studium impendi debebit, vt magis siccantibus remedijs labra vlceris vniantur, atque coalescant; vbi autem, acu, stilóve facta diuisio est, id duntaxat curandum est, ne phlegmone pars corripiatur. Atque ex hoc manifestum est, cruentorum vlcerum indicationem à Thessalo proditam, nihil nos maius adhuc docere, quàm cuilibet è plebe notum est. Non enim scire quid fieri oporteat, id magna res est, vt quod omnibus hominibus natura insit, sed, quibus rationibus illud efficias, id verò scire artificum est. Nam siquis probè sit nauim fabricaturus, sci-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Πρὸς Θεσσαλὸν περὶ νεύρου νύξεως, καὶ περὶ φαρμάκων, οἷς θεραπεύεται.

ΙΝα γὰρ ἤδη τινὸς ἐχώμεθα τῶν ἀκολούθων τοῖς ἔμπροσθεν, ὑποκείσθω τις ἥκων πρὸς ἡμᾶς νενυγμένος αὐτὸ μόνον τὸ δέρμα βελόνῃ· τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὲν εὐελκὴς εἴη, κἂν χωρὶς φαρμάκου, γυμνὸν ἔχοντα τὸ μέλος, ἐπὶ τὰς συνήθεις ἀπολύσῃς πράξεις, οὐδὲν πείσεται φαῦλον· εἰ δὲ δυσελκὴς εἴη, πρῶτα μὲν ὀδυνήσεται, μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη καὶ σφύξει, καὶ φλεγμανεῖ τὸ μέρος. ὁ μὲν οὖν ἐμπειρικὸς, ἐξ ἀνακρίσεως εἴσεται τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου· ἡμεῖς δὲ κἀκ ταύτης μὲν ἅπασί γε χρώμενοι τοῖς ἐκ τῆς πείρας εὑρισκομένοις, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἐξ ὧν ἔχομεν γνωρισμάτων εὐχύμου καὶ κακοχύμου φύσεως, εὐαισθήτου τε καὶ δυσαισθήτου, πληθωρικῆς τε καὶ συμμέτρως ἐχούσης χυμῶν. εὖ εἰδότες, ὡς ὁ μὲν πληθωρικὸς, ἢ κακόχυμος, ἢ εὐαίσθητος, ἤ τινα τούτων, ἢ πάντα ἔχων, φλεγμαίνει· ὅτῳ δ' ὑπάρχει τἀναντία, δεινὸν οὐδὲν πείσεται. καὶ ταῦτα προγνόντες, οὐ μὰ Δία τὸ κολλητικὸν ἐπιθήσομεν φάρμακον, ὁποῖα τὰ πλεῖστα τῶν καλουμένων ἐναίμων ἐστὶν, ἃ προσφάτοις ἐπιτίθενται τραύμασιν, ἀλλὰ μαλακόν τε καὶ παρηγορικὸν καὶ ἀνώδυνον. ἔνθα μὲν γὰρ ἡ διαίρεσις ἡ μεγάλη, σπουδὴν χρὴ ποιεῖσθαι ξηραντικωτέροις φαρμάκοις, εἰς σύμφυσίν τε καὶ ἕνωσιν ἄγειν τὰ χείλη τοῦ ἕλκους· ἔνθα δ' ἐκ βελόνης ἢ γραφίου διαίρεσις, ἑνὸς μόνου χρὴ, φροντίζειν τοῦ μὴ φλεγμῆναι. κἀν τῷδε δῆλον ὡς ὁ γεγραμμένος ὑπὸ Θεσσαλοῦ σκοπὸς τῶν ἐναίμων ἑλκῶν, οὐδὲν ἡμᾶς οὐδέπω διδάσκει πλέον, οὗ καὶ τοῖς ἰδιώταις μέτεστιν. οὐ γὰρ ὃ χρὴ ποιεῖσθαι γιγνώσκειν μέγα, φύσει γε ὑπάρχον ἅπασιν ἀνθρώποις, δι' ὧν δ' ἄν τις αὐτὸ ποιήσειεν ἐπίστασθαι, τῶν τεχνικῶν ἐστι. καὶ γὰρ εἰ ναῦν τις μέλλει πήξεσθαι καλῶς, ἴσμεν

δήπου καὶ ἡμεῖς ἅπαντες οὐκ ὄντες ναυπηγοὶ, ποῦ μὲν χρὴ τάξαι τὰ πηδάλια, ποῦ δὲ τὴν πρύμναν, καὶ τὴν πρῷραν, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων· ἀλλ' οὐδὲν ἡμῖν πλέον πρόσεστιν, ἀγνοοῦσί πως αὐτὰ δημιουργήσομεν. οὕτω δὲ καὶ οἰκίαν κατασκευαζόμενός τις, οὐκ ἀγνοεῖ δήπουθεν, οὔθ' ὡς πρῶτα χρὴ θέσθαι τὰ θεμέλια τῶν τοίχων, οὔθ' ὡς ἐπ' αὐτοῖς καὶ ἀκλινεῖς ἐγεῖραι τοὺς τοίχους, οὔθ' ὡς κατὰ τούτων πήξασθαι τὴν ὀροφὴν, οὔθ' ὡς θύρας τε καὶ θυρίδας, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων μερῶν τῆς οἰκίας, ἐν οἰκείῳ τάξαι χωρίῳ· ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πλέον οὐδὲν εἰς οἰκίας κατασκευὴν, ἄχρι περ ἂν ἀμαθὴς ὑπάρχων οἰκοδομικῆς, ἀγνοεῖ δημιουργεῖν αὐτά. μόνῳ τοίνυν τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων σοφωτάτῳ ἀρκεῖ Θεσσαλῷ πρὸς ἐπιστήμην τεχνικὴν, ὃ χρὴ ποιῆσαι γινώσκειν. ἀλλ' ἡμεῖς καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν, ὡς ἀρχὴ μέν τίς ἐστι τοῦτο τῶν κατὰ τὰς τέχνας πράξεων, οὔπω μὴν ἴδιον οὐδὲν αὐτῶν μόριον, ἀλλ' ἔτι κοινὸν ἰδιώταις ἅπασιν· αἱ γὰρ ἐνδείξεις αἱ πρῶται κατὰ πᾶσαν τέχνην, φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχουσιν. ὥστε εἴπερ εἰσὶν ἱκαναὶ τεχνίτας αὗται ποιεῖν, οὐδὲν κωλύει καὶ ναυπηγεῖν ἡμᾶς, καὶ τεκταίνεσθαι, καὶ δύνασθαι πάντας ὑποδήματά τε κατασκευάζειν, καὶ ἱμάτια, καὶ οἰκίας, ἀρχιτεκτονεῖν τε καὶ κιθαρίζειν, καὶ ῥητορεύειν. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει τὸ ἀληθές· οὐδ' ὁ γινώσκων ἐπὶ τῷ τρωθέντι μορίῳ τὴν κατὰ φύσιν ἕνωσιν ἐκποριστέον, ἰατρός ἐστιν, ἀλλ' ὁ δι' ὧν ἐκπορισθήσεται· καίτοι γε οὐδὲ τοῦτ' αὐτὸ μόνον ἱκανὸν, ἐὰν ἀγνοῇ τις ὅπως χρηστέον αὐτοῖς ἐστιν, ἀλλ' ὁ τὴν ὁδὸν ἅπασαν ἐπιστάμενος τῆς θεραπείας, ἄχρι τοῦ τυχεῖν τοῦ σκοποῦ, μόνος οὗτός ἐστιν ὁ γινώσκων ἰᾶσθαι. συμβαίνει τοιγαροῦν γε τοῖς ἀμεθόδοις Θεσσαλείοις, ἐξ ὧν μείζω τολμῶσιν ἢ δύνανται, μηδὲ τῶν δυνατῶν ἐφικνεῖσθαι. γραφείῳ γοῦν τινος ἔναγχος εἰς τὴν χεῖρα πληγέντος, ὡς διαιρεθῆναι μὲν ὅλον τὸ δέρμα, νυχθῆναι δέ τι τῶν ὑποκειμένων αὐτῷ νεύρων, ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπέθηκεν ἔμπλαστόν τι φάρμακον ὁ σοφώτατος Θεσσάλειος, ᾧ πολλάκις ἐπὶ μεγίστων τραυμάτων εὐδοκίμει χρώμενος. ᾤετο γὰρ, οἶμαι, τῆς αὐτῆς δεῖσθαι θεραπείας ἅπαν τραῦμα. φλεγμονῆς δὲ ἐπιγενομένης, ἐπὶ τὸ δι' ἀλεύρου πυρίνου κατάπλασμα μεταβὰς, ἐν τούτῳ τε σήπων τὸν ἄνθρωπον, ἀπέκτεινεν ἐντὸς τῆς ἑβδόμης ἡμέρας. οὐδ' ἀριθμήσασθαι δυνατὸν ὅσοι σπασθέντες ἀπέθανον, εἰς τὰς Παιωνείας χεῖρας ἐμπεσόντες αὐτῶν· ἵνα δηλαδὴ σώζηται τὸ Θεσσάλειον θέσπισμα, πᾶν ἕλκος ἔναιμον ὁμοίως θεραπευθῆναι, μηδὲν τῶν πεπονθότων μορίων συνενδεικνυμένων. ἀλλ' οὐχ ἥ γε ὄντως μέθοδος εἰς τοσοῦτον ἀμέθοδός ἐστιν, εἰς ὅσον ἡ Θεσσάλειος· εὑρίσκειν δὲ δύναται καὶ νῦν ἔτι, μετὰ τοσούτους τε καὶ τηλικούτους ἰατροὺς, οὐ μόνον φάρμακα βελτίω τῶν ἔμπροσθεν, ἀλλὰ καὶ τὸν σύμπαντα τῆς θεραπείας τρόπον. οὐδεὶς γοῦν χρώμενος εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οἷς ἡμεῖς εὕρομεν φαρμάκοις, ἐπὶ νεύρων τρώσεσιν ἐσπάσθη. κατενόησα γὰρ, ὡς ἐπειδὰν νυγῇ νεῦρον, ἀναγκαῖον αὐτῷ διὰ περιττὸν τῆς αἰσθήσεως, ὀδυνᾶσθαί τε μειζόνως ἢ τἄλλα, καὶ φλεγμαίνειν ἐξ ἀνάγκης, εἰ μή τις εὕροι ἄκος τῶν ὀδυνῶν, ἐπίσχοι τε τὴν γένεσιν τῆς

mus profectò omnes, etiam qui nauium fabri non sumus, quo loco poni gubernacula debeant, quo loco puppis, quo prora, ac reliquorum quiduis; cæterùm nihil nobis hæc ad rem conferunt, vt pote nescientibus, quemadmodum ipsa struantur. Æquè, & qui ædes molitur, vtique non ignorat, nec quòd iacienda primùm parietum fundamenta sint, neque quòd super his erecti, miniméque inclinantes erigendi sint parietes, nec quòd super his strui tectum oporteat, nec quòd ostia, fenestræ, singulæque reliquarum domus partium proprijs collocandæ sunt locis; verùm hæc ad domum ædificandam quid conferant, quoad ipse fabrilis artis ignarus ea fabricare nesciat? Vni igitur Thessalo omnium hominum sapientissimo, nosse, quid fieri oporteat, ad artificiosam notitiam satis esse videtur. Sed nos per superiùs comprehensa monstrauimus id esse operum, quæ ex artibus expectentur, veluti principium quoddam, nondum aliquam eorum propriam partem, sed quæ etiam sit cuiuis è plebe communis; quippe primæ in omni arte indicationes omnibus hominibus natura sunt præstò. Quare, si hæ satis sunt ad opifices faciendos, nihil vetat, quin & naues ipsi ædificemus; promptúmque sit omnibus, tum calceos facere, tum vestes, tum domos, sed & architectos esse, & cithara personare, & rhetoricari. Verùm non ita se rei habet veritas; nec, qui vulneratæ parti naturalem vnitionem esse moliendam nouit, is medicus est, sed qui, quibus id rebus perficiat, intelligit; quanquam ne hoc quidem ipsum per se satis est, si quis etiam quo pacto his sit vtendum nesciat; sed qui viam omnem curationis eousque percalluit, vt ipsum consequi destinatum finem queat, is demum est, qui mederi nouit. Ergo istis amethodis Thessali æmulis illud accidit, vt maiora viribus audeant, nec ad ea, quæ consequi alioqui possent, accedant. Quippe quum dudum stilo quidam vulneratus in manu esset ita, vt tota diuisa cute aliquis neruorum, qui subuertant, pungeretur, sapientissimus Thessalius in principio emplasticum quoddam medicamentum imposuit, quo sæpè in maximis vulneribus vsus prosperè fuerat. Putabat enim (arbitror) omne vulnus eandem curationem requirere. Phlegmone verò oborta, ad cataplasma, quod ex farina tritici componitur se conferens, atque interdum hominem putrefaciens, intra septimum diem iugulauit. Nec sanè comprehendere numero est, quot, vbi in Pæonias istorum manus incidere, conuulsione perierint; quò, si dijs placet, sanctio illa Thessalia seruetur, Omne cruentum vlcus similiter esse curandum, ídque partibus laborantibus nullam indicationem conferentibus. Cæterùm vera ipsa methodus non perinde, atque hæc Thessali est amethodos, imò potest vel nunc etiam post tot tantósque medicos non solùm meliora medicamenta, quàm priùs fuere, sed etiam vniuersum curationis modum inuenire. Nemo enim statim ab initio ijs vsus, quæ nos inuenimus medicamentis, ex nerui vulnere in conuulsionem incidit. Aduerti nánque, vbi punctus neruus esset, ei ex sentiendi, quod obtinet acumine necesse esse, tum in dolorem incidere, quàm reliquis partibus maiorem, tum ex necessitate phlegmonen consequi, nisi quis & medelam dolori inueniret, & phlegmones generationem

tionem prohiberet. Rationabile igitur mihi est visum, cutis quidem vulnus apertum inglutinatúmque custodire, quò per id ex neruo vulnerato sanies efflueret; totum verò corpus superuacuis humoribus liberare; ac, nequis dolor vulneratam partem vrgeret; in primis solicitudinem habere. Itaque etiam medicamenta excogitaui, non pauca, quæ vulneri imposita ad vtrunque mirè sunt comparata, tum vt dolori medeantur, tum vt exitum saniei patefaciant. Tutius verò fuerit etiam, siquis cutem latius incidat; ac totum corpus sanguinis missione inaniat, vtique si robustæ sint vires; si verò vitiosis succis repletum corpus sit, protinus purget. A qua verò calida, quanquam reliquas phlegmonas valdè mitigat, vulneratis tamen neruis est inimicissima; quum præsertim eorum substãtia ex refrigerata concretáque humidiore materia sit condita; omnis enim eiusmodi constitutio per ea, quæ simul calefaciũt, & humectãt, resoluitur, ac putrescit. Itaq; ab aqua calida eos, qui ita vulnerati fuerant omninò prohibui; vtilius iudicans oleo calente fouere, propterea quòd demonstratum à me est, hoc quoq; si frigidum applicetur, tenues meatus obstruere; sin calidum, discutere. Porrò fugi ex huius quoq; generibus, & crudum, quod omotribes dicitur, & quod denique adstringendi vim haberet. Delegi autem tenuissimũ, cuius generis Sabinum est; quod etiam vtilius fuerit, si bimum trimúmve sit; quippe id, quàm recens, magis per halitũ discutit; quóque magis est antiquum, hoc semper magis discutere potest, verũ dolorẽ minus sedat. In medicamentis autem huc omne consilium direxi, vt esset eorum facultas, tum tenuis, tum modicè excalefaciens, & quæ siccare citra dolorẽ posset; quũ sola hæc trahere ex profũdo saniẽ, neq; contracta, neq; demorsa parte, possit. Vsus sũ autẽ primũ terebenthina resina, tũ per se, tũ etiã paulũ euphorbij admiscẽs. Et per se quidẽ in pueris, & mulieribus, & generaliter ijs, qui molli essent carne; cum euphorbio verò in ijs, qui dura carne. Sic, & propoli, nõ per se modò, verùm etiã cũ euphorbio ipsã molliẽs; quòd si durior esset, cũ tenui quopiã oleo. Quin & sagapeno in duris corporibus sũ vsus cum oleo, & terebinthina id miscens; sed & opopanace ad eundem modũ, & quo sagapeno. Mihi verò, & lachryma Cyrenaica nõ inutilis fore videtur, siquis emplasticũ medicamẽtũ applicãdũ ex ea faciat, cuiusmodi est, quod nos ex euphorbio cõposuimus; verùm nondũ id experientiã quẽadmodũ reliqua omnia, cõprobauimus. Quippe præcedere oportet eã, quæ à vera methodo proficiscitur, remediorũ inuentionẽ, huic verò experientiã ad certiorẽ etiam fidem subscribere. Siquidem ex tali methodo etiam sulfur, quod ignem expertũ non sit, quódq; lapidosũ nõ sit, sed omninò tenuiũ partiũ, ei, cui neruus vulneratus esset, conducturum sperauimus, tantũ eius tenui oleo miscentes, dum, quod ex vtrisq; mixtum erat, sordiũ haberet crassitudinẽ. In valẽtioribus verò durioribúsque corporibus, etiã si ad mellis spissitudinẽ redigas, sic quoq; iuueris, nam id quoq; cõprobatũ experientia est. Quinetiam totã calcẽ similiter oleo admixtã his applicandã excogitauimus; quæ etiã si mari lauetur, magis proficiet; lauatur optimè per æstatem in æstu caniculæ; quòd si bis térue eã laueris, vtilius medicamentum efficies; quo pacto utẽ talia præparãda sint, e x cõmẽtarijs, quos de medicamẽtorũ cõpositione edidimus, intelliges.

A φλεγμονῆς. εὔλογον οὖν ἐφαίνετό μοι τὴν μὲν τοῦ δέρματος τρῶσιν ἀκόλλητον φυλάττειν, ὅπως ἐκρέοιεν δι' αὐτῆς οἱ ἐκ τῆς τοῦ νεύρου τρώσεως ἰχῶρες, ἀπέριττον δ' ἐργάζεσθαι τὸ σύμπαν σῶμα, καὶ τοῦ μηδεμίαν ὀδύνην ἐπιγίνεσθαι τῷ τετρωμένῳ μορίῳ, μεγάλην ποιεῖσθαι φροντίδα. καὶ τοίνυν ἐξεῦρον οὐκ ὀλίγα φάρμακα κατὰ τοῦ τραύματος ἐπιτιθέμενα, πρὸς ἄμφω θαυμαστῶς παρεσκευασμένα· τό τε τὴν ὀδύνην ἰᾶσθαι, καὶ τὴν ἔκροιαν ἀνεστομῶσθαι τοῖς ἰχῶρσιν. ἀσφαλέστερον δ' ἂν εἴη καὶ προσανατέμνειν τὸ δέρμα, τὸ δ' ὅλον σῶμα διὰ B φλεβοτομίας ἐκκενοῦν, ἐρρωμένης τῆς δυνάμεως. εἰ δ' εἴη κακόχυμον, ἐκκαθαίρειν αὐτίκα. τὸ δὲ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἱκανῶς παραμυθούμενον, ὕδωρ θερμὸν πολεμιώτατον ἡγεῖσθαι νεύρου τρώσει· γεγενημένης τε τῆς οὐσίας αὐτοῦ, κατὰ ψύξιν τε καὶ πῆξιν, ἐξ ὑγροτέρας ὕλης· ἅπασαι γὰρ αἱ τοιαῦται συστάσεις, ὑπὸ τῶν θερμαινόντων τε καὶ ὑγραινόντων ἅμα, διαλύονταί τε καὶ σήπονται. τοῦ μὲν οὖν ὕδατος τοῦ θερμοῦ, παντάπασιν ἀπεῖργον τοὺς οὕτω τρωθέντας· ἐλαίῳ δὲ καταιονᾶν ἄμεινον εἶναι ἐκείνας θερμῷ· διότι καὶ τοῦτο ἀποδέδεικταί μοι, ψυχρὸν μὲν C προσφερόμενον, ἐμπλάττειν· θερμὸν δέ, διαφορεῖν. ἔφυγον μὲν οὖν καὶ τούτου τό τε ὠμοτριβὲς ὀνομαζόμενον, καὶ ὅλως τὸ στῦφον. εἱλόμην δὲ τὸ λεπτομερέστατον, οἷόν περ ἐστὶ τὸ Σαβῖνον· ἄμεινον δὲ εἴη, εἰ καὶ δυοῖν, ἢ τριῶν ἐτῶν εἴη· διαφορητικώτερον γὰρ τοῦτο τοῦ προσφάτου· τὸ δ' ἔτι παλαιότερον, ἀεὶ μὲν καὶ μᾶλλον ἑαυτοῦ γίνεται διαφορητικώτερον, ἀνώδυνον δὲ ἧττον. ἐν δὲ τοῖς φαρμάκοις ἐθέμην σκοπόν, ὧν ἡ δύναμις λεπτομερής τε ἐστί, καὶ θερμὴ συμμέτρως, καὶ ξηραίνειν ἀλύπως ἱκανή· μόνη γὰρ αὕτη δύναιτ' ἂν ἐκ βάθους D ἕλκειν ἰχῶρας ἄνευ τοῦ συντείνειν καὶ δάκνειν τὸ μόριον. ἐχρησάμην δὲ πρῶτον μὲν τῇ τερμινθίνῃ ῥητίνῃ, καθ' ἑαυτήν τε, καὶ βραχὺ προσμίξας εὐφορβίου. καθ' ἑαυτὴν μὲν ἐπί τε παίδων καὶ γυναικῶν, καὶ ὅλως τῶν ἁπαλοσάρκων· σὺν εὐφορβίῳ δέ, ἐπὶ τῶν σκληροσάρκων. οὕτω καὶ πρόπολιν καθ' ἑαυτήν τε, καὶ σὺν εὐφορβίῳ μαλάττων αὐτήν· εἴπερ δ' εἴη σκληροτέρα, σύν τινι τῶν λεπτομερῶν ἐλαίων. καὶ σαγαπηνῷ δὲ ἐχρησάμην κατὰ τὰ σκληρὰ σώματα μετ' ἐλαίου τε, καὶ τῇ τερεβινθίνῃ μιγνύς· καὶ ὀποπάνακί τε κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς καὶ τῷ σαγαπηνῷ. δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ Κυρηναῖος E ὀπὸς ὀνήσειν, εἴ τις δι' αὐτοῦ σκευάσειε φάρμακον ἐπίπαστον ἔμπλαστον, ὁποῖον ἡμεῖς τὸ δι' εὐφορβίου συνεθήκαμεν, ἀλλ' οὐδέπω τοῦθ' ἡμῖν ἐκρίθη τῇ πείρᾳ καθάπερ τὰ ἄλλα σύμπαντα. χρὴ γὰρ ἡγεῖσθαι μὲν τὴν ἐκ τῆς ἀληθινῆς μεθόδου τῶν ἰασομένων εὕρεσιν, ἐπιμαρτυρεῖν δ' αὐτῇ καὶ τὴν πεῖραν εἰς ἀκριβεστέραν πίστιν. ἀπὸ γοῦν τῆς τοιαύτης μεθόδου, καὶ τὸ θεῖον τὸ ἄπυρον, ὅταν γε μὴ λιθῶδες, ἀλλ' ἱκανῶς ὑπάρχῃ λεπτομερές, ἠλπίσαμεν ὀνήσειν τοὺς τὰ νεῦρα τρωθέντας εἰς τοσοῦτον ἐλαίῳ λεπτομερεῖ μιγνύντες, ὡς ἐρ- F γάσασθαι γλοιῶδες τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. ἐπὶ δὲ τῶν ἰσχυροτέρων τε καὶ σκληροτέρων σωμάτων, εἰ καὶ μελιτῶδες ἐργάσαιο τῇ συστάσει, καὶ οὕτως ὀνήσεις, ἐκρίθη γὰρ καὶ τοῦτο τῇ πείρᾳ. καὶ τὴν πεπλυμένην δὲ τίτανον ἐπενοήσαμεν, ὁμοίως μιγνύντες ἐλαίῳ, προσφέρειν αὐτοῖς· καὶ μᾶλλόν γε ὀνίνησιν, ἐπειδὰν θαλάττῃ πλυθῇ· καλλίστη δὲ ἡ πλύσις, ὥρᾳ θέρους ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν· εἰ δὲ καὶ δὶς αὐτὴν ἢ τρὶς ἐκπλύνοις, ἄμεινον ἐργάσῃ τὸ φάρμακον· ὅπως δὲ χρὴ σκευάζειν τὰ τοιαῦτα, διὰ τῶν περὶ φαρμάκων συνθέσεως ὑπομνημάτων εἴρηται.

νυνὶ δὲ ἀρκέσει μοι λεχθῆναι τοσοῦτον, ὡς καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα πλείω φάρμακα πρὸς νεύρων τρώσεις ἐξεῦρον, οὔτε τῶν διδασκάλων τινὰ θεασάμενος χρώμενον, οὔτε ἀναγνούς που γεγραμμένα κατά τι θεραπευτικὸν σύγγραμμα τῶν πρεσβυτέρων, ἢ τούτων δή τι τῶν ἐπιγεγραμμένων αὐτοῖς δυνάμεων ἐξ ἰδίας σοφίας, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως ἐνδεικτικῶς ὁρμηθεὶς, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον ἰατροῦ μεθόδῳ χρωμένου. Θεσσαλὸς δὲ ὁ θαυμασιώτατος, οὐδὲν φάρμακον εὑρὼν, ἐγνῶσθαί φησι τὴν ὕλην αὐτῶν ἐκ πολλοῦ. καὶ μὴν οὐκ ἔγνωσταί τι παμπόλλων φαρμάκων ὧν ἡμεῖς εὑρήκαμεν, οὐ μόνον Θεσσαλῷ καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ πᾶσιν ἰατροῖς, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς μετ᾽ αὐτὸν ἄχρι δεῦρο. ὑπαχθεὶς γοῦν ἐγὼ πρός τινά ποτε τῶν σηπομένων ὑπὸ Θεσσαλείων ἰατρῶν ἀμεθόδων, καὶ θεασάμενος αὐτὸν μέλλοντα καταπλάττεσθαι τῷ δι᾽ ἀλεύρου πυρίνου καταπλάσματι· μηδὲν ἐν τῷ παραχρῆμα φάρμακον ἔχων, ᾔτησα κονίαν στακτὴν, ἑωρακὼς ἐκ γειτόνων τοῦ κάμνοντος πηλοποιὸν, ἑψήσας δὲ δι᾽ αὐτῆς ἄλευρον κρίθινον, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι δι᾽ ὑδρελαίου τὸ πύρινον ἕψουσιν, ἐπέθηκα. καὶ αὖθις ὀρόβινον ἄλευρον ὁμοίως ἑψήσας, ἐπὶ φλεγμαίνοντός τε καὶ σηπομένου τοῦ νεύρου, διὰ τὰς καλὰς αὐτῶν θεραπείας ἐπιθεὶς, ἔπαυσα ταύτης τῆς σηπεδόνος τὸν ἄνθρωπον. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν φλεγμαινόντων καὶ σηπομένων, ἕτερος μὲν λόγος ἐκδέχεται μακρὸς, ἐν ἰδίῳ καιρῷ τῆς πραγματείας. τῆς δὲ τοῦ νεύρου τρώσεως, ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα φάρμακα. καὶ πάμπολλοί γε τῶν εὑρημένων ἡμῖν ἔτι χρῶνται, μάλιστα τῷ δι᾽ εὐφορβίου καὶ κηροῦ καὶ φρυκτῆς ῥητίνης ἐμπλαστῷ φαρμάκῳ. εἶτα οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἔνιοι μὲν ἔμιξαν αὐτῷ Σινώπιδος, ἔνιοι δ᾽ ὤχρας, ὑπὲρ τοῦ χρωσθὲν, ἐκ τίνων σύγκειται, λανθάνειν, ἵνα μὴ δοκῇ εἶναι τὸ ἐμὸν φθονοῦντες· οὐ μὴν ὑπ᾽ ἐμοῦ γε ἐξ ἀρχῆς οὕτως συνετέθη. τινὲς δ᾽ ἂν ἴσως αὐτῷ μίξειαν ἁλὸς ἄνθος, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὃ καὶ τὴν χροιὰν ὑπαλλάξει, καὶ τὴν δύναμιν οὐ βλάψει· δύναιτο δ᾽ ἄν τις ὑπ᾽ ἀγνοίας μίξαι τι καὶ τοιοῦτον, ὅπερ βλάψει τὴν δύναμιν. ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε συνεθήκαμεν αὐτὸ διὰ κηροῦ, καὶ ῥητίνης τερμινθίνης, καὶ πίττης, καὶ εὐφορβίου, τοῦ μὲν κηροῦ βάλλοντες μέρος ἕν· τῆς τερμινθίνης δὲ καὶ τῆς πίττης ἑκατέρας, ἥμισυ· ὥστε τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἴσον εἶναι τῷ κηρῷ. δύναιτο δ᾽ ἄν ποτε καὶ πλέον γίγνεσθαι τὸ ἐξ ἀμφοῖν τοῦ κηροῦ· δύναιτο δ᾽ ἂν καὶ τὸ ἕτερον αὐτῶν μόνον μίγνυσθαι τῷ κηρῷ. καὶ μέντοι καὶ μὴ παρούσης τερμινθίνης, ἥ τ᾽ ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰ, καὶ ἡ φρυκτὴ, καλῶς ἂν μιχθεῖεν· οὐδὲν δὲ ἧττον αὐτῶν καὶ ἐλατίνη μιγνύοιτ᾽ ἄν. ἡ δὲ στροβιλίνη μόνον τῶν σκληρῶν σωμάτων ἐστὶ φάρμακον· ἐπὶ δὲ τῶν μαλακωτέρων, οὐ χρὴ μιγνύειν. εἰ μὲν οὖν ὑγρὰ ῥητίνη μιγνύοιτο, κόψας καὶ διασείσας τὸ εὐφόρβιον, ἀναμίγνυε τοῖς ἄλλοις τακεῖσιν· ἔστω δὲ ὁ σταθμὸς αὐτοῦ τὸ δωδέκατον μέρος τοῦ κηροῦ, καί ποτε καὶ πλέον, εἰ βούλοιο ποιεῖν ἰσχυρότερον· εἰ δὲ ξηρὰ, καθάπερ ἡ φρυκτὴ, δεήσεται βραχέος ἐλαίου τὸ εὐφόρβιον. ὥστ᾽ ἔγωγε τηνικαῦτα λεῖον αὐτὸ σὺν ἐλαίῳ, καὶ γλοιῶδες ἐργαζόμενος ἐψυγμένοις τοῖς ἄλλοις μετὰ τὸ τακῆναι, ξύσας μιγνύω, πολλάκις δὲ καὶ ὕδατος ἔμιξα σκευαζομένῳ τῷ φαρμάκῳ, τοσοῦτον ὅσον ἐν αὐτῷ τῷ τήκεσθαι τὰ μιγνύμενα, δαπανηθῆναί τε δύναται, καὶ ἀφανισθῆναι τελέως. ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα σύμπαντα, τῆς περὶ φαρμάκων πραγματείας ἐστὶν οἰκειότερα.

Nunc mihi tantum dixisse sufficit, me tum hæc, tum alia multa medicamenta aduersus neruorum vulnera inuenisse, quum nec sub aliquo magistro ea vsurpata viderim, nec in veterum alicuius, aut medendi libris, aut quos De facultatibus ex propria sapientia inscribunt, prodita; sed ex ipsa rerũ natura indicationes sumpserim, id quod proprium esse medici methodo vtentis existimo. Mirificus autem Thessalus, quum ne vnum quidem medicamentum inuenerit, iampridem materiam eorum notam esse affirmat. Atque multorum medicamentorum, quæ nos excogitauimus, non modò Thessalo, qui ante eum medici fuerunt, materia nota non est, sed nec ijs, qui post eum in hunc vsque diem fuerunt. Siquidem ipse, cum accersitus aliquando essem ad quendam qui à Thessalijs istis amethodis medicis putris fuerat factus, ac cernerem eum cataplasma, quod ex triticea farina fit, impositurum; vbi nullum ad præsens mihi medicamentum erat, poposci ex figulo quodam, quem videram, ægri vicino, aquam lixiuam; tum coquens in ea farinam hordeaceam, non autem sicut illi in oleo & aqua, triticeam, imposui. Postea verò farinam erui simili modo coctam, iam phlegmone inflammato, & putri ex bella horum curatione, neruo, imponens vindicaui ab ea putrefactione hominem. Verùm de ijs, quæ cum phlegmone putrescunt, alia disceptatio sequetur, eáque diffusa in opportuno operis loco. De neruis verò vulneratis satisfaciant quæ dicta iam sunt medicamenta. Et sanè ex ijs quæ ipsi inuenimus, plurimi vno illo emplastico medicamento vtuntur, quod ex euphorbio, & cera, & fricta resina est compositum; cui, nescio quomodo, aliqui aliquid postea miscuerũt Sinopidis, aliqui ochrę, quo videlicet fucatũ, vnde cõponatur, lateret, ęgrè ferentes, si meũ id esse videretur; verùm nõ est à principio sic à me compositũ. Miscuerũt fortassis ei nonnulli, & è salis flore aliquid, aut aliudquippiã tale, quod colorẽ eius immutet, nec vim eius minuat; potest quis per ignorantiã etiam tale aliquid immiscere, quod facultatẽ eius immutet. Verùm nos illud ex cera, resina terebinthina, pice, & euphorbio composuimus; immiscentes ex cera partem vnam; ex terebinthina, & pice, vtriusque partis vnius dimidium; sic vt quod ex vtrisque conflaretur, ceræ par esset. Licet autem interdum, & plus sit, quod ex ambobus confit, quam cera; licet rursus, & alterum eorum tantùm ceræ admiscere. Quinetiam penuria terebinthinæ, tum humidam pineam, tum etiam frictam, commodè admisceas; non minùs etiam his, & abietinam immittas. Strobilina verò duris tantum corporibus idoneum medicamentum est; ad mollia verò immiscenda non est. Si itaque humidam resinam immiscebis, tunsum cribatúmque euphorbium reliquis immittes, liquatis; esto verò pondus eius, ceræ pars duodecima, etiam plus aliquando, vbi scilicet valentius efficere est in animo; sin siccam, vt quæ fricta est, vtique olei pusillum desiderabit euphorbium. Quare ego, tum id cum oleo contundens, ac ad sordium spissitudinẽ redigens, mox reliquis post liquationem refrigeratis terens misceo; sæpè etiam tantulũ aquæ immiscui medicamento conficiendo, quantum in mixtis ipsis liquandis tũ absumi, tũ euanescere, prorsus potuit. Verùm omnia huius generis ad tractationem de medicamentorum compositione magis attinent.

Nunc

Nunc sufficerit, sicuti antea fecimus, indicatos, quale esse debeat medicamenti genus, pauca particulatim exempli causa apponere. Vberem nanque omniũ materiam in opere De simplicibus medicamentis inuenies; præparare autem debebis, vt in opere de eorum compositione est traditum; nunc igitur satis est hoc tantũ dixisse, atq; ad alia transire. Vulnerati nerui curatio medicamenta postulat, quæ & tepidum calorem excitent, & valenter siccent; tum quæ substantiæ suæ naturâ, & trahendi vim habeant, & tenuium sint partium. Sanè non ad medicamentorum modò, victúsque inuentionem ipsa medẽdi methodus proficit, sed etiam ad ipsum inuentorum vsum. Nam vt in superioribus ostendimus, quisquis citra methodum quæ vlceri apta medicamenta sunt, molitur, eum ne minimo quidem eorum probè vti posse, ita & nunc ostendere licet. Siquidem intellexisse, quãtopere affectum, vel siccarit, vel calefecerit, vel mitigarit, vel lacesserit medicamenti applicatio, is demum potis est, qui methodo quadam curat. Idem verò ipse solus etiam intendere ea, quibus inter initia est vsus, vel remittere nouit. Quum nanque, medicamentũ de euphorbio quidã vulnerato neruo statim imposuisset; idq; sæpè prius prosperè fuerat expertus, tertio die indicauit mihi vulneratam partem, tum dolentẽ, tum phlegmone obsessam, miratus medicamentum nihil contulisse. Percontatus igitur vulnere laborantem sum, num primo die, quum impositum medicamentum esset, calorem quempiam veluti ex Sole suauẽ sensisset; is se quicquam eiusmodi sensisse negauit. Rursus itaque percontabar & medicum, quanto iam tẽpore præparatum apud se medicamentũ habuisset, ac quos eo sanasset. Ille plus anno apud se habuisse; sanatos verò à se aiebat pueros duos, & adolescentem vnum. Quum autẽ & de corporis habitu adolescentis rogassem, albũ eum mollíque corpore fuisse affirmabat. His ergo auditis, quum intelligerẽ, vt ad propositi adolescentis temperiem, euphorbium deesse, postulans tum ipsum emplasticum medicamentum, tũ etiam euphorbium; suménsque ex his, quantum ad ea inter se miscenda satis putaui, iussi manibus medicamentum subigere, ac euphorbium diligenter contundere. Posteaquam hæc facta sunt, miscere ea simul iussi; ipse verò oleum Sabinum vtriq; subantiquum modicè calefaciens, foui vulneratam partem. Refectóque leuiter puncturæ, quod conniuebat, foramine, imposui medicamentum iniunxíque homini inediam; medico verò præcepi, vt vesperi rursus, eum solueret, ac simili modo, quo me viderat, oleo vteretur. Atque his peractis apparuit postridie pars ægra & sine dolore, & sine phlegmone; intellexerúntque, qui huic operi aderant omnes, verissimum esse (quod nos sæpè vsurpamus) non esse adeo magnum, quod medicamentum præstare possit, nisi nactum sit, qui eo dextrè vtatur. Est autem dexter vsus, qui tali planè methodo, qualem ipsi iam sæpè in commentarijs, qui ante hunc sunt, ostendimus, procedit, omnium medicamentorum vsu ad calidũ, frigidum, humidum, & siccum, veluti ad normas, relato. Quam methodum non solùm amethodi Thessali sectatores probè tractare non valent, sed nec Erasistratus; nec alius medicorum quisquam, qui corporum elementa aut prorsus non inuestigarunt, aut alia, quàm quæ comprehensa à nobis sunt, posuerunt. Sed de his hactenus.

νυνὶ δ' ἀρκεῖ, καθάπερ ἔμπροσθεν ἐποιησάμην, ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸ γένος τῶν φαρμάκων δηλώσαντα, ὀλίγα προσθεῖναι τῶν κατὰ μέρος, ἕνεκα παραδείγματος. ἄφθονον γὰρ ἁπάντων τὴν ὕλην, ἐν τῇ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἔχεις πραγματείᾳ· σκευάζειν δ' ὡς ἐν τῇ περὶ συνθέσεως εἴρηται· νυνὶ οὖν ἀρκεῖ τοῦτο εἰπόντι μόνον, ἐπ' ἄλλα μεταβαίνειν. ἡ τοῦ τετρωμένου νεύρου θεραπεία φαρμάκων δεῖται, θερμασίαν μὲν ἐγειρόντων χλιαρὰν, ξηραινόντων δ' ἰσχυρῶς, καὶ τῇ φύσει τῆς οὐσίας ἑλκτικῶν τε ἅμα καὶ λεπτομερῶν. οὐ μόνον δὲ εἰς εὕρεσιν φαρμάκων τε καὶ διαιτημάτων ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ἐπιτήδειός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν εὑρημένων χρῆσιν. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν, οὐδὲ τῷ τυχόντι φαρμάκῳ τῶν πρὸς ἕλκη, καλῶς δύναται χρήσασθαι ὁ ἄνευ μεθόδου μεταχειριζόμενος αὐτὰ, τὸν αὐτὸν τρόπον ἔνεστι καὶ νῦν ἐπιδείκνυσθαι. γνωρίζειν γὰρ εἰς ὅσον ἤτοι γε ἐξήρανεν, ἢ ἐθέρμαινεν, ἢ παρηγόρησεν, ἢ ἠρέθισε τὴν διάθεσιν ἡ τοῦ φαρμάκου προσφορὰ, μόνος ὁ κατὰ μέθοδον ἰώμενος, ἱκανός ἐστιν. ἔτι δ' αὐτὸς οἶδε μόνος, ἤ τι γ' ἐπιτεῖναι τῆς ἐξ ἀρχῆς χρήσεως, ἢ ἐκλῦσαι. τὸ γοῦν δι' εὐφορβίου φάρμακον ἐπιθείς τις παραχρῆμα νεύρῳ τετρωμένῳ, πολλάκις δὲ ἔμπροσθεν εὐδοκιμηκότος αὐτοῦ πεπείρατο, τριταῖον ἐπεδείκνυέ μοι τὸ τετρωμένον μόριον, ὀδυνώμενόν τε ἅμα καὶ φλεγμαῖνον, ἀπορῶν ὅπως οὐδὲν ὤνησε τὸ φάρμακον. ἠρόμην οὖν τὸν τετρωμένον, εἰ θερμασίας τινὸς οἷον ἐξ ἡλίου πραέος ᾔσθετο, τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἐπιβληθέντος αὐτοῦ· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο μηδενὸς ᾐσθῆσθαι τοιούτου. πάλιν οὖν ἠρόμην τὸν ἰατρὸν, ἐκ πόσου τε χρόνου τὸ φάρμακον ἐσκευασμένον ἔχει, καὶ τίνας αὐτῷ τεθεράπευκεν. ὁ δὲ τὸν μὲν χρόνον, ἐνιαυτοῦ πλείονα· τοὺς δὲ θεραπευθέντας, ἔλεγε δύο μὲν παῖδας, ἓν δὲ μειράκιον εἶναι. πυθομένου δέ μου καὶ περὶ τῆς τοῦ μειρακίου κράσεως τῆς κατὰ τὸ σῶμα, λευκὸν ἔφασεν αὐτὸ καὶ μαλακὸν εἶναι. τούτων ἀκούσας ἐγὼ, καὶ συνεὶς ἐλλείπειν ὡς πρὸς τὴν τοῦ παρόντος νεανίσκου κρᾶσιν τὸ εὐφόρβιον, αἰτήσας τε τὸ ἔμπλαστον φάρμακον, καὶ τὸ εὐφόρβιον ἀνελόμενος, ὅσον ἤλπιζον αὐτάρκως αὐτῶν ἀλλήλοις μιχθήσεσθαι, μαλάττειν μὲν ταῖν χεροῖν ἐκέλευσα τὸ φάρμακον, ἀκριβῶς δὲ λεᾶναι τὸ εὐφόρβιον. ὡς δὲ ταῦτα ἐγένετο, μιγνύειν αὐτὰ πρὸς ἄλληλα κελεύσας, εἶτ' αὐτὸς ἔλαιον Σαβῖνον ἠρέμα παλαιὸν θερμήνας συμμέτρως, κατήντλησα τὸ τετρωμένον μόριον. ἀναξύσας τε βραχὺ μεμυκυῖαν αὐτοῦ τὴν ὀπὴν τῆς νύξεως, ἐπέθηκα τὸ φάρμακον, ἀσιτῆσαι προστάξας τὸν ἄνθρωπον· ἐς ἑσπέραν τε πάλιν ἐκέλευσα τὸν ἰατρὸν ἐπιλῦσαί τε καὶ χρήσασθαι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐλαίῳ, καθ' ὃν ἐμὲ χρώμενον ἐθεάσατο. τούτων οὖν γενομένων ἀνώδυνόν τε ἅμα καὶ ἀφλέγμαντον ἐφάνη κατὰ τὴν ὑστεραίαν τὸ πεπονθὸς μόριον· ἔγνωσάν τε πάντες οἱ παραγενόμενοι τῷ ἔργῳ τῷδε, τὸ πολλάκις ἡμῖν λεγόμενον ἀληθέστατον ὑπάρχειν, ὡς οὐδὲν τι μέγα δύναιτο τὰ φάρμακα, χωρὶς τῶν χρωμένων ἐπιτηδείως αὐτοῖς. τοῦτο δ' αὐτὸ τὸ χρῆσθαι δεξιῶς, εὔδηλον δήπου μεθόδῳ γιγνόμενον, οἵαν ἡμεῖς ἤδη πολλάκις ἐν τοῖς περὶ τοῦδε διήλθομεν ὑπομνήμασιν, ἐπὶ τὸ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν, ἁπάσης χρήσεως φαρμάκων ὡς ἐπὶ κανόνας ἀναφερομένης. ἣν οὐ μόνον οἱ ἀμέθοδοι Θεσσάλειοι μεταχειρίζεσθαι καλῶς ἀδυνατοῦσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἰατροὺς, ὅσοι τὰ στοιχεῖα τοῦ σώματος ἢ οὐχ ὅλως ἐζήτησαν, ἢ ἄλλα τῶν εἰρημένων ἔθεντο. περὶ μὲν δὴ τούτων, ἅλις.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Περὶ ἰάσεως νεύρων τῶν κατὰ τὸ μῆκος, ἢ ἐγκαρσίως τρωθέντων, καὶ θλασθέντων.

Εἰ δὲ μὴ νυγείη τὸ νεῦρον, ἀλλὰ τρωθείη σαφῶς τῇ τομῇ, σκέπτεσθαι τὴν τρῶσιν ὁποία τις ἐγένετο· πότερον ἐγκαρσία τις, ἢ κατὰ τὸ τοῦ νεύρου μῆκος· ὁπόσον τέ τι τοῦ προκειμένου διῄρηται δέρματος. ὑποκείσθω δὴ πρότερον ἀνεπτύχθαι πολὺ τοῦ δέρματος, ὡς γυμνὸν φαίνεσθαι τὸ νεῦρον, ὄρθιον οὐκ ἐγκάρσιον διῃρημένον. οὐ χρὴ τούτῳ τῷ νεύρῳ τῶν εἰρημένων φαρμάκων οὐδὲν προσφέρειν, ὅσα δι' εὐφορβίου καὶ τῶν οὕτω δριμέων ἔμπλαστά ἐστι. γεγυμνωμένον γὰρ οὐκ οἴσει τὴν δύναμιν αὐτῶν, ὥσπερ ὅτε διὰ μέσου τοῦ δέρματος ἔφερεν. ἄριστον οὖν τηνικαῦτα τὴν πεπλυμένην τίτανον ἐλαίῳ πλείονι διαλύσαντα, χρῆσθαι· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ διὰ τοῦ πομφόλυγος φάρμακον, ἐν πλείονι ῥοδίνῳ τακέν· ἄμεινον δὲ εἰ καὶ τὸ ῥόδινον εἴη καὶ τοὔλαιον ἄναλον· σκοπὸς γάρ σοι γινέσθω τῆς θεραπείας ἁπάσης ἐπὶ νεύρου γεγυμνωμένου, τὸ ξηραίνειν ἀδηκτότατα· πάνυ δὲ ὀλίγιστα φάρμακα τὸ τοιοῦτο πέφυκε δρᾶν. ἔστω τοίνυν ἡ τίτανος τηνικαῦτα πολλάκις ὕδατι χρηστῷ πεπλυμένη ὥρᾳ θέρους· πεπλύσθω δὲ, ὡς εἴρηται, καὶ ἡ πομφόλυξ, ὥσπερ οὖν καὶ πέπλυται κατὰ τὸ σύνθετον φάρμακον, ᾧ συνήθως χρώμεθα, πολλὰ καὶ ἄλλα πεπλυμένα δεχόμενον. ὅσα γὰρ ἐκ μετάλλων ἐστὶ, πεπλύσθαι χρὴ πάντα μέλλοντά γε ξηραίνειν ἀδήκτως. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ διὰ μέλιτος ἔμπλαστον φάρμακον, ὅταν ἐκ καλλίστου μέλιτος ᾖ. λύειν δὲ καὶ τοῦτο χρὴ ῥοδίνῳ, τά τε ἄλλα καλλίστῳ καὶ τῶν ἁλῶν ἥκιστα μετέχοντι· καὶ τὸν κηρὸν δὲ χρὴ πεπλύσθαι τὸν εἰς τὰ τοιαῦτα φάρμακα βαλλόμενον· εἰ δὲ καὶ τερμινθίνης τι ῥητίνης μιγνύοιτο, πεπλύσθαι χρὴ καὶ ταύτην· ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ ἄλλης ῥητινοσοῦν. ἐξ ἁπάντων γὰρ ὧν ἂν πλύνῃς φαρμάκων, οἱ δριμεῖς καὶ δακνώδεις ἰχῶρες ἐκκλύζονταί τε καὶ ἀπορρύπτονται. εἰ δ' ἰσχυρὸς ὁ τετρωμένος εἴη, καὶ σὺν τούτῳ καὶ ἀπέριττος τὸ σῶμα, δυνατὸν ἐπ' αὐτοῦ χρῆσθαι καὶ τῶν ἰσχυροτέρων φαρμάκων ἐνίοις· ὥσπερ ἐγώ ποτε τοιαύτης τρώσεως γενομένης ἐν καρπῷ ἐπὶ νεανίσκου φιλοσοφοῦντος, εὐέκτου τε τἄλλα καὶ κατωπτηκότος ἐν ἡλίῳ θερινῷ τὸ σῶμα, τὸν Πολυείδου τροχίσκον ἀνεὶς σιραίῳ, κἄπειτα χλιάνας ἐφ' ὕδατος θερμοῦ, βάψας ἐν αὐτῷ μοτοὺς, ἐπέθηκα. καὶ γὰρ καὶ τούτου χρὴ μάλιστα φροντίζειν ἀεὶ, τοῦ μηδὲν τῶν ψαυόντων τῆς τρώσεως, ψυχρὸν εἶναι· ἐπειδὴ τὸ πεπονθὸς μόριον αἰσθητικώτατόν ἐστι, καὶ τῇ κυριωτάτῃ τῶν ἀρχῶν συνεχὲς, ἔτι τε τῇ κράσει ψυχρότερον· ἐξ ὧν ἁπάντων ἑτοίμως μὲν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ βλάπτεται, διαδίδωσι δὲ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον τὸ πάθος. εἰ δὲ καὶ τῶν εἰς μῦς καθηκόντων εἴη, καὶ σπασμοὺς ἐπικαλεῖται ῥᾳδίως· ἐδείχθησαν γὰρ οἱ μύες ὄργανα τῆς κατὰ προαίρεσιν κινήσεως. οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τενόντων προσδόκα γενήσεσθαι διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἀλλά τό γε προειρημένον φάρμακον ἐπιθεὶς τῷ νεανίσκῳ κατά τε τοῦ τραύματος αὐτοῦ, καὶ μέντοι καὶ τῶν ὑπερκειμένων μερῶν, οὐκ ὀλίγον ἐπιλαμβάνων αὐτῶν τὰ κατὰ μασχάλας, καὶ τράχηλον, καὶ κεφαλὴν, ἐλαίῳ θερμῷ διέβρεχον ἅπαντα συνεχῶς. ἀφεῖλον δὲ καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ σχάσας τὴν φλέβα κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν εὐθέως.

CAPVT III.

De curandis neruis per longitudinem, vel transuersè vulneratis, ac contusis.

SI autem non punctus, sed planè cæsim vulneratus neruus sit, consideranda est vulneratio qualis facta sit, vtrúmne transuersa, an per nerui longitudinem; tum verò quantum præpositæ diuisum sit cutis. Proponatur igitur primùm, multum esse cutis adapertum adeo, vt neruus nudus appareat, ísque per directum, non per transuersum diuisus. Huic neruo nullum iam memoratorum medicamentorum, quæ ex euphorbio, ac similiter acribus emplastri specie fiunt, applicabis; nudatus nanque non feret eorum vim ita, vt quum interposita cutis erat, tulit. Optimè igitur eo casu calce elota in multo oleo soluta vteris; salutare verò est, & quod ex pompholyge medicamentum fit, si in largo rosaceo sit liquatum; quod melius fuerit, si tum rosaceum ipsum, tum oleum, salis sit expers; siquidem nudato neruo, omnis curationis scopus sit tibi vt minima cum mordicatione ficces; possunt verò id præstare planè paucissima medicamenta. Esto igitur hic calx salubri aqua æstatis tempore sæpè elota; esto præterea (vt dictum est) & pōpholyx elotus, quemadmodum & elotus habetur in eo composito medicamento, quo publicè vtimur, quódque alia elota in se non pauca continet, Nam quæ ex metallis consistunt, ea elota esse omnia oportet, si modò citra morsum vllum sint siccatura. Salubre verò medicamentum est, & quod ex melle sub emplastri specie componitur, quum ex optimo fit melle. Solui vero & id rosaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus sit optimum, tum salis omninò expers; quinetiam ceram, quæ eiusmodi medicamentis sit miscenda, elotam esse conuenit; æquè, siquid terebinthinę resinę inijcies, hęc quoque elota sit oportet; atque hoc magis, si alterius cuiusquam resinæ *quid immites*. Nam medicamentis omnibus, quæ laueris, acris mordensque sanies eluitur, atq; abstergitur. Si vero robustus sit, qui vulnus accepit, & cui corpus sit à superuacuis humoribus mundum, in hoc fas est etiam valentioribus remedijs nonnullis vti; vt ipse aliquando, quum id genus vulneris in carpo accepisset iuuenis quidam philosophię studiosus, alioqui corpore bene habito, & tum in æstiuo Sole perusto, ex Polyidæ pastillis sapa solutis, postea super calida aqua tepefactis, linamenta imbuta imposui. Nam id quoque vel in primis semper habendum curæ est, nequid ex ijs, quæ vulnus contingent, frigidum sit; quandoquidem ipsa laborans pars, & sēsilis maximè est, & principum partium primati continua, & temperamēto suo frigida; quorū omnium occasione, & ex facili à frigido læditur, & suam læsionem impertit cerebro. Quod si ex ijs fuerit, quæ in musculos perueniant, etiam cōuulsionem facilè accersit; siquidem monstratum est musculos voluntarij motus instrumenta esse. Idē fore & in tendonibus expectabis, ijsdē de causis. Cæterùm quum memoratum remedium, tū vulneri ipsi iuuenis imposuissem; tum vero partium, quæ supra erant, non parū eodem cōplexus fuissem, quæ citra axillas, collum, capútq; eius erant, omnia calēte oleo assiduè madefeci. Detraxi vero illi, & primo statim die sanguinem, incisa vena.

In

In quarto igitur hic quoque iuuenis rectè habuit, adeo vt & rugosum, & paruum, & contractum vlcus iam cerneretur. Veruntamen consultiùs visum est vsque ad septimum nihil nouare; post quem diem planè redditus est sanus. Sanè oleo perfundere tale vlcus non oportet, præsertim quum, vt nunc comprehensum est, curatur; nam oleum pastilli huius viribus est aduersum, ac sordidum vlcus reddit. Neque enim parum interest, nudóve neruo oleum, an per interpositam cutem admoueas. Abluenda igitur à vulnere sanies est, molli lana specillo circunuoluta; madefacienda verò lana si placet, ne scilicet sicco vlcus attingas, sapa suffecerit, quam & hepsema vulgò apud nos in Asia vocant. In hac igitur lanam intingens, mox exprimens, vlcus detergebis. Esto verò hæc quoque ipsa tepida primis maximè diebus. Quòd si omnia ex sententia successerint, etiam vino dulci madefacere citra periculum licebit; sed vinum dulce haud omninò mordax sit, cuiusmodi tum Theræum est, tum Scybelites, atque ab his, quod caryinum vocant; quæcunque verò, & dulcia pariter, & fulua sunt vina, veluti falernum, inutilia sunt, quippe acria sunt omnia talia, ac supra modum calida; vlcere verò iam ad cicatricem veniente, quæ alba planè vina sunt, & tenuia, nec multam aquam tolerant, nec odora sunt; ea dulcibus præstant. Aquæ verò vsum ad neruum vulneratum semper fugies, sicuti etiam relaxans cataplasma. Ad iam dicti verò pastilli vsum propè etiam accedit, & medicamentum diachalciteos, quo publicè vtimur; liquari verò etiam hoc debebit æstate rosaceo, hyeme Sabino oleo; descriptum autem est medicamentum hoc à nobis in primo De medicamentorum compositione. Polyidæ verò pastillus, vel trochiscus, vel quomodocunque appellasse libet, omnibus fermè notus est; cuius si copia non est, Andronis, vel Pasionis, pro eo est sumendus; vel noster, qui etiam omnibus illis est valentior. Sanè iam dictum est, robustis corporibus valentiora medicamenta, imbecillis mitiora esse adhibenda; ista & vera methodus inuenit, & experientia confirmat. Thessalus verò, cum suis vnà sophistis in alto throno residens inter muccosos instar arietum viros (vt Cercidas ait) in pretio erit; dum suis rationibus confirmat, omnis vlceris recentis eandem esse curationem, neque hanc, vllam ex partium natura indicationem sumere. Vnus tamen magni in eius sapientia nominis, admirandam vulneratorum neruorum curationem excogitauit; nam protinus eos totos præcidit, ne admonito quidem, qui vulneratus fuerat; quanquam in hoc quoque à Secta sua desciuit. Siquidem, par erat vel, vt musculos vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totum præcideret; vel nec neruum. Alioqui sic, quod fugiunt, id facere deprehenduntur, vt diuersam pro discrimine partium indicationem accipiant. Verùm hos iam mittamus, ac de transuerso nerui vulnere agamus, in quo maior conuulsionis metus impendet; phlegmone scilicet à vulneratis fibris ad non sectas communicata; cæterùm conuulsione ab ipsis non sectis excitata. Ac, quæ ad vlceris curationem attinent, his quoque sunt eadem; cæterum detrahere largiùs sanguinem, ac tenui magis, quàm in illis, vti victu, tum in quiete omninò, ac lectulo molli hominem continere oportet;

ἐν οὖν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν, ἐπεὶ ὁ νεανίσκος ἔσχε καλῶς, ὥστε ῥυσὸν, καὶ βραχὺ, καὶ προσεσταλμένον φαίνεσθαι τὸ ἕλκος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀσφαλέστερον ἐδόκει μηδὲν νεωτεροποιεῖν ἄχρι τῆς ἑβδόμης, μεθ᾽ ἣν τελέως ἦν ὑγιής. ἐλαίῳ δ᾽ αἰονᾶν οὐ χρὴ τὸ τοιοῦτον ἕλκος, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν, ὡς νῦν εἴρηται, θεραπεύηται· τῇ γὰρ τοῦ τροχίσκου δυνάμει, τὸ ἔλαιον ἐναντίον ἐστὶ, καὶ ῥυπαίνει τὸ ἕλκος. οὐ γὰρ δήπου ταὐτόν ἐστιν, ἢ γυμνῷ τῷ νεύρῳ προσφέρειν τοὔλαιον, ἢ διὰ περιβεβλημένου τοῦ δέρματος. ἀποπλύνειν μὲν αὐτοῦ τοὺς ἰχῶρας, ἔριον μαλακὸν ὑπαλείπτρῳ περιελίττοντας· ἀποβρέχειν δ᾽ εἰ βούλοιο τὸ ἔριον, ὅπως μὴ ξηρῷ ψαύσῃς τὸ ἕλκος, ἀρκέσει τὸ σίραιον, ὅπερ καὶ ἕψημα καλοῦσι παρ᾽ ἡμῖν ἐπὶ τῆς Ἀσίας συνήθως. ἐν τούτῳ βάψας τὸ ἔριον, εἶτ᾽ ἀποθλίψας, οὕτως ἀπομάττειν τὸ ἕλκος. ἔστω δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο χλιαρὸν ἐν ταῖς πρώταις μάλιστα ἡμέραις. εἰ δὲ πάντα κατὰ γνώμην φαίνοιτο, καὶ οἴνῳ γλυκεῖ βρέχειν ἀκίνδυνον, ἄδηκτος δὲ ὁ γλυκὺς οἶνος ἔστω παντάπασιν, οἷος ὁ Θηραῖός τε καὶ Σκυβελίτης ἐστὶ, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς, ὁ καρύϊνος ὀνομαζόμενος· ὅσοι δὲ γλυκεῖς τε ἅμα καὶ κιῤῥοὶ τῶν οἴνων εἰσὶν, ὥσπερ ὁ Φαλερῖνος, ἀνεπιτήδειοι, δριμεῖς γὰρ ἅπαντες οἱ τοιοῦτοι καὶ παρὰ τὸ μέτριον θερμοί· ἤδη δὲ εἰς οὐλὴν ἰόντων τῶν ἑλκῶν, ὅσοι λευκοὶ τῶν οἴνων εἰσὶν ἀκριβῶς, καὶ λεπτοὶ, καὶ ὀλιγοφόροι, καὶ ἄοσμοι, βελτίους τῶν γλυκέων εἰσίν. ὕδατος δὲ χρῆσιν ἀεὶ φεῦγε τρωθέντος νεύρου, καθάπερ γε καὶ καταπλάσματος χαλαστικοῦ. τῇ δὲ εἰρημένῃ τοῦ τροχίσκου χρήσει, πλησίον ἥκει τὸ διὰ τῆς χαλκίτεως φάρμακον, ᾧ συνήθως χρώμεθα· τετῆχθαι δὲ καὶ τοῦτο χρὴ, θέρους μὲν ῥοδίνῳ, χειμῶνος δὲ Σαβίνῳ· γέγραπται δ᾽ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ φαρμάκων συνθέσεως. ὁ δὲ Πολυείδου τροχίσκος, ἢ κυκλίσκος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι, γινώσκεται σχεδὸν ἅπασι· καὶ εἰ μὴ παρείη, τὸν Ἀνδρῶνος, ἢ τὸν Πασίωνος ἀντ᾽ αὐτοῦ παραλαμβάνειν, ἢ τὸν ἡμέτερον ἰσχυρότερον ἁπάντων αὐτῶν ὑπάρχοντα. προείρηται δὲ, ὅτι τοῖς μὲν ἰσχυροῖς σώμασι, τὰ ἰσχυρὰ φάρμακα, τοῖς δ᾽ ἀσθενέσι, τὰ μαλακὰ προσφέρειν χρή· ταῦτα εὑρίσκει μὲν ἡ ἀληθὴς μέθοδος, ἐπισφραγίζεται δὲ ἡ πεῖρα. Θεσσαλὸς δ᾽ ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ σοφισταῖς, ἐφ᾽ ὑψηλοῦ θρόνου καθήμενος ἐν κριομύξοις ἀνδράσιν, ὥς ὁ Κερκίδας φησὶν, εὐδοκιμήσει κατασκευάζων τῷ λόγῳ παντὸς ἕλκους προσφάτου τὴν αὐτὴν εἶναι θεραπείαν, οὐδεμίαν ἔνδειξιν ἐκ τῆς τοῦ μορίου φύσεως λαμβάνουσαν. εἷς δέ τις τῶν ὑπὸ τῆς σοφίας αὐτοῦ κεκομισμένων θαυμαστὴν ἐξεύρισκε θεραπείαν τῶν νευροτρώτων· αὐτίκα γὰρ ὅλα διέκοπτεν ἐξαίφνης αὐτὰ, μηδὲ προειπὼν τι τῷ τρωθέντι· καίτοι κἀνταῦθα προὐδίδου τὴν αἵρεσιν. ἐχρῆν γὰρ ἢ καὶ τοὺς μύας τρωθέντας, καὶ τὰς ἀρτηρίας, καὶ τὰς φλέβας, καὶ πᾶν ὁποιοῦν ἄλλο διακόπτειν ὅλον, ἢ μηδὲ τὸ νεῦρον. ἢ οὕτως ἂν, ὃ φεύγουσι πράττοντες ἁλίσκονται, διάφορον ἐκ τῶν διαφερόντων μορίων ἔνδειξιν θεραπείας λαμβάνοντες. τούτων μὲν οὖν ἀπαλλαγῶμεν ἤδη, τῆς δ᾽ ἐγκαρσίας τρώσεως τῶν νεύρων μνησθῶμεν, ἐφ᾽ οἷς καὶ ὁ κίνδυνος τοῦ σπασθῆναι μείζων, τῆς μὲν φλεγμονῆς ἐκ τῶν τετρωμένων ἰνῶν εἰς τὰς ἀτμήτους διαδιδομένης, τοῦ σπασμοῦ δὲ διὰ τὰς ἀτμήτους γιγνομένου. τὰ μὲν δὴ τῆς θεραπείας τοῦ ἕλκους, καὶ τούτοις τὰ αὐτά· κενοῦν δ᾽ αἵματος ἀφειδέστερον αὐτῶν, καὶ λεπτότερον ἢ κατ᾽ ἐκείνους διαιτᾶν, ἐν ἡσυχίᾳ τε καὶ στρωμνῇ μαλακῇ, συνέχειν τὸν ἄνθρωπον,

ἐλαίῳ θερμῷ δαψιλῶς χρώμενον ἐπὶ μασχαλῶν, καὶ τραχήλου, καὶ τενόντων, καὶ συνδέσμων, καὶ κεφαλῆς. εἰ δὲ τῶν ἐν σκέλει νεύρων εἴη τὸ τμηθὲν, ὥσπερ ἐπὶ χειρὸς μασχάλας, οὕτως ἐνταῦθα δὲ βουβῶνας ἐλαίῳ πολλῷ τέγγειν, ἐπαναβαίνειν δὲ δι᾽ ὅλης τῆς ῥάχεως, ἐπὶ τράχηλόν τε καὶ κεφαλήν. ἡ δὲ θλάσις ἡ τῶν νεύρων, ὅταν μὲν ἅμα τῷ δέρματι θλασθέντι τε καὶ ἑλκωθέντι γίγνηται, φαρμάκων δεῖται, τὸν μὲν τοῦ ξηραίνειν σκοπὸν ἐχόντων κοινὸν, συνάγειν δέ πως καὶ σφίγγειν δυναμένων τὰ διὰ τὴν θλάσιν ἀλλήλων ἀφεστῶτα μόρια. τὰ δὲ χωρὶς τοῦ θλασθῆναι τὸ δέρμα συνεχέστατα καταντλεῖν ἐλαίῳ θερμῷ διαφορητικῷ, τὴν δὲ ὅλην τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ὁμοίαν ποιεῖσθαι. ἅπαξ οὖν εἶδον τοῦτο γιγνόμενον, ἰασάμην τε ταχέως αὐτὸ, διὰ τῆς καταντλήσεως. ἅμα μέντοι τῷ δέρματι, πάμπολλάκις ἐθεασάμην νεῦρα θλασθέντα, καὶ διὰ τὸ συνεχὲς τοῦ συμπτώματος, οἱ ἀθληταὶ τῇ πείρᾳ διδαχθέντες, ἔχουσι κατάπλασμα τὸ δι᾽ ὀξυμέλιτος, καὶ τοῦ τῶν κυάμων ἀλεύρου, καὶ ἔστιν ὄντως ἀγαθὸν φάρμακον. εἰ δ᾽ ὀδύνη τις συνείη τῇ θλάσει, πίττης ὑγρᾶς μιγνύειν, ἕψοντάς τε καλῶς, ἐπιτιθέναι θερμόν· ὅταν δὲ ξηραντικώτερον ἐθέλῃς γίγνεσθαι, μιγνύειν ὀρόβων ἀλεύρου. καὶ εἰ μᾶλλον βούλοιο ξηραίνειν, ἴρεως τῆς Ἰλλυρίδος, ἢ μυρίκης. ἡ δὲ τοῦ παντὸς σώματος ἐπιμέλεια, καὶ τούτοις κοινή. διακοπέντος δὲ ὅλου τοῦ νεύρου, κίνδυνος μὲν οὐκέτι οὐδεὶς, ἀνάπηρον δὲ ἔσται τὸ μόριον. ἡ δὲ ἴασις κοινὴ τοῖς ἄλλοις ἕλκεσιν, ἣν μόνην ἴσασιν οἱ Θεσσαλοί. περὶ μὲν δὴ τῶν νεύρων, ἱκανὰ καὶ ταῦτα. τὰς δὲ ἐπιγινομένας αὐτοῖς φλεγμονὰς ὅπως χρὴ θεραπεύειν, ἐν τῷ τῶν φλεγμονῶν λόγῳ διαιρησόμεθα.

tum oleo calenti vbertim in axillis, collo, tendonibus, ligamentis, & capite vti. Quòd si vulneratus neruus ex ijs sit, qui in crure habentur sicuti cum in manu erat, alæ, ita in his bubones largo oleo imbuendi; tum per totam spinam ad collum, & caput ascendendum. Contusi verò nerui, vbi cum his vnà cutis quoque contusa, exulcerata que est medicamenta postulant, quæ in siccando quidem commune nerui vlcera sanantium consilium seruent, cæterùm quæ partes, quam per contusionem à se dissideant, contrahere constringeréque sint apta. Qui verò absq; cutis simili affectu sunt contusi, hos oleo calente discutiente sæpissimè perfundere oportet, ac totius corporis similem curam habere. Semel hoc incidere vidi, sanauiq; id maturè, ipsa ex oleo perfusione. Verùm vnà cum cute neruos contusos sæpenumerò vidi; & propter eius symptomatis frequentiam athletæ ipso vsu edocti habent cataplasma, quod ex oxymelite, & fabacea farina conficitur; quod planè salutare medicamentum est. At si dolor vnà cum contusione vexet, etiam picem liquidam immiscere, ac benè coquere, tum calens medicamentum imponere oportet; vbi verò magis siccans efficere voles, erui farinam miscebis. Quòd si, vt ampliùs quoque siccet, desiderabis; irim Illyricam vel myricam immittes. Totius autem corporis cura his quoque communis est. At si totus præcisus neruus sit, periculum præterea nullum instat; sed mutila pars manebit. Curatio verò *eius* communis est cæteris vlceribus, quámque vnam Thessalij norunt. Ergo de neruis hæc abundè sint dicta. Phlegmonas verò his superuenientes quomodo curare oporteat, vbi de phlegmonis agemus, docebimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Περὶ τραυμάτων συνδέσμων, ἐντέρων, περιτοναίου, καὶ ἐπίπλου, καὶ πῶς ποιητέον τὰς ῥαφὰς, ὅτε τὰ ἔνδον μόρια τῆς γαστρὸς τετρώνται.

Ὁμοιοτάτην δὲ τοῖς τένουσιν ἔχοντες ἰδέαν οἱ σύνδεσμοι, θεραπείας ἰσχυροτάτης ἀνέχονται, διά τε τὸ μὴ περαίνειν ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον, ἀναίσθητοί τε εἶναι. τὰ μὲν γὰρ νεῦρα σύμπαντα, τὰ μὲν ἄντικρυς ἐξ αὐτοῦ πέφυκε τοῦ ἐγκεφάλου, τὰ δὲ διὰ τοῦ νωτιαίου. καὶ μέν γε καὶ οἱ τένοντες, ἐπειδὴ σύνθετον αὐτῶν ἐπεδείκνυμεν εἶναι τὴν οὐσίαν ἐκ νεύρου καὶ συνδέσμου, καθ᾽ ὅσον μὲν νεύρου μετέχουσι, κατὰ τοσοῦτον ἐξ ἐγκεφάλου πεφύκασιν, οὐ μὴν ἧττόν γε τῶν νεύρων αὐτῶν ἐπιφέρουσι τοὺς σπασμούς. οἱ σύνδεσμοι δὲ ἐξ ὀστοῦ πεφυκότες, ὅσοι μὲν στρογγύλοι, νεύροις ἐοίκασι, πολὺ δὴ τῇ σκληρότητι διαφέροντες· ἀλλὰ τῷ λευκοί τε εἶναι καὶ ἄναιμοι, καὶ ἀκοίλιοι, διαλύεσθαί τε εἰς ἶνας, ἡ ὁμοιότης αὐτῶν ἐστι πρός τε τὰ νεῦρα καὶ τοὺς τένοντας. ἔνθα μὲν οὖν στρογγύλοι σύνδεσμοι καὶ τένοντές εἰσι, τοῖς ἀπείροις ἀνατομῆς ὡς νεῦρα φαντάζονται, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἀγνοῶσιν ὅτι καὶ σκληρότεροι πολὺ τῶν νεύρων εἰσίν· ἔνθα δὲ πλατεῖς, ἐνταῦθ᾽ ὅτι μὲν νεύρων διαφέρουσιν ἐπίστανται, καί τοι γε οὐδὲ τοῦτο πάντες· οὐ μὴν γιγνώσκουσί γε διακρίνειν αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων. ἀλλὰ σύ γε τὴν φύσιν ἑκάστου τῶν τριῶν μορίων ἐπιστάμενος, ἔτι τε διάπλασιν, καὶ θέσιν, ἣν ἔχουσιν ἐν ἅπαντι τῷ σώματι καθ᾽ ἕκαστον μέλος, ἐπειδάν ποτε τύχῃ κατ᾽ ἐκεῖνο τραῦμα γινόμενον, ἑτοίμως γνωριεῖς εἴτε νεῦρόν ἐστι τὸ τετρωμένον, εἴτε σύνδεσμος, εἴτε τένων. περὶ μὲν δὴ τῆς τῶν νεύρων, καὶ τενόντων θεραπείας, προείρηται.

CAPVT IV.

De vulneribus ligamentorum, intestinorum, peritonæi, & omenti; & quo pacto suturæ fieri debeant, quum partes abdominis internæ vulneratæ sunt.

Qvum ligamenta simillimam habeant tendonibus speciē, valentissimorum remediorum vim tolerant, quòd nec ad cerebrum pertingant, & sensus sint expertia; nam nerui omnes, alij ex ipso statim cerebro ortum habent; alij spinali medulla. Tendones quoque, quoniam compositam eorum esse substantiam ex neruo ligamentóque ostendimus, quatenus nerui participes sunt, eatenus ex cerebro oriuntur, cæterùm minus saltem, quàm ipsi nerui, conuulsionem accersunt. Ligamenta verò, quū ex osse ortum habeant, quæcunque rotunda sunt, ea neruis assimilia sunt, duritie tamen plurimum dissident; verùm in eo, quòd alba sint, & exanguia, & cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, similitudo illis cum neruis, & tendonibus constat. Ergo, vbi teretia ligamenta tendonésq; visuntur, qui dissectionum sunt ignari neruos eos imaginantur, potissimùm qui multo duriora ea neruis esse non intelligunt: at vbi lata sunt, ibi ea à neruis diuersa esse intelligunt, quanquam ne id quidem omnia; cæterùm ipsa à sese discernere non valent. Verùm tu, qui cuiusque trium partium naturam perspectam habes, tum verò, & conformationē, & quam in toto corpore positurā obtinent, in quacunq; parte vulnus fieri contigerit, statim intelliges, neruúsne sit vulneratus, an ligamentū, tendóve. Et de nerui quidem, ac tendonis curatione iam dictum nobis est.

Ligamentum

Ligamentum verò vulneratum, quod ab osse ad os permeat, & maximè sine periculo est, & omninò ipsum siccans quibuslibet medicamentis, nihil hominem offendes. Quòd verò in musculum se inserit, quanto est neruo, & tendone minus periculo opportunum, tanto nisi ritè curetur, reliquis ligamentis magis terrere debet. Horum nihil peragi methodo ab ijs medicis potest, qui indicationem, quæ à partibus sumitur, vtilem esse ad vlcerum curationem negant; nec ab ijs, qui id quidem confitentur, sed tamen cuiusque partis naturam ignorant; quæ nimirum (sicut ostendimus) ex ipso elementorum constat temperamento. Verùm ij, quanquam nihil aliud, saltem, quæ ex organica partium constitutione indicantur, intelligunt. Thessali verò sequaces etiam hæc ignorant; veluti statim, si diuisum abdomen tam altè sit, vt intestinum ex eo procidat, nec quemadmodum id reponere conueniat; nec si omentum exciderit, abscindendúmne id sit, an non; nec an vinculo id excipiendum, an secus; nec an suendum vulnus sit, nec ne, nec si suendum sit, qua ratione suendum, quicquam intelligunt; vt quæ ne nos quidem intelligeremus, nisi ex dissectionis ratione, omnium, quæ istic continentur, partium naturam didicissemus; quam etiam exponere necessum est, non claritatis modò gratia eorum, quę dicenda sunt, sed etiam probationis. Cutis extrinsecus omnibus antestat; hæc verò in membranam finitur. A cute, medio circiter loco aponeuroses musculorum geminæ tenduntur membranarum ritu. Eas plerique anatomicorum duas esse minimè norunt, quũ & vnà sibi cohæreant coalescántque, sic vt labor sit eas separasse, & summâ propterea sint tenuitate. Post has deinceps habẽtur duo musculi recti, & carnosi qui à pectore ad ipsa pubis ossa perueniunt. Atq; hæc quidem memorata omnia & sibi cohærent, coalescúntque, & quod conflatum ex ipsis est, qui, quemadmodum vocatas gastrorrhaphias (*id est ventris seu abdominis suturas*) fieri conueniat, prodiderunt, abdomen nominarunt. Quod verò hoc deinceps excipit, ab illis quidem vocatur peritonæum, putantibus videlicet vnum, & simplex id esse corpus, miniméq; compositum, sed non ita se res habet, quum id compositum ex duobus corporibus, sit, quorum vtrunq;, & exangue, & neruosum sit. Verùm alterum eorum aponeurosis est musculorum transuersorum; alterum membrana prætenuis, velut aranea, quæ vtique verè est peritonæum. Ac tale quidem in medio sui est abdomen; partes vero eius, quæ vtrinq; latus ad quatuor quasi digitos recedunt, hæ statim à cute obliquos musculos habent; priores quidem, qui à pectore demittuntur; secundos, qui ab ilibus ascendunt; deinde post hos transuersum *musculum*, sub quo est peritonæum. Ergo & minus periculi in hoc loco, quàm in medio est, quum aponeurosin nullam habeat; & suturæ in medio difficulter administrentur, quippe quum, & procidant hac parte maximè intestina, & egrè hoc in loco contineri queant; qui enim constrinxerant, cõtraxerántq; ea, recti illi carnosiq; musculi erant, quos ex pectore ad pubis ossa demissos diximus. Ergo quoties horũ aliquis est vulneratus, duplici de causa procidere intestinũ est necesũ, à partibus quidẽ, quę sũt ad lat⁹ propterea quod musculis qui istic sunt, cõstringitur; à medijs verò quod nec musculũ eũ, qui cõtineret, habet etiamnũ validũ, & quod loc⁹ opportunè ad

A σύνδεσμος δὲ τρωθεὶς, ὁ μὲν ἐξ ὀστοῦ διήκων εἰς ὀστοῦν, ἀκινδυνότατός ἐστι, καὶ πάντη ξηραίνων αὐτὸν ὁποίοις βούλοιο φαρμάκοις, οὐδὲν βλάψεις τὸν ἄνθρωπον. ὁ δ' εἰς μῦν ἐμφυόμενος, ὅσον ἀκινδυνότερός ἐστι τένοντος καὶ νεύρου, τοσοῦτον τῶν ἄλλων συνδέσμων σφαλερώτερος, ἢν μὴ χρηστῶς θεραπεύηται. τούτων οὐδὲν οἷοί τε εἰσὶ διαπράξασθαι μεθόδῳ, τῶν ἰατρῶν ὅσοι μήτε τὴν ἀπὸ τῶν μορίων ἔνδειξιν εἰς τὰς τῶν ἑλκῶν ἰάσεις χρήσιμον εἶναι συγχωροῦσιν, οὔθ' ὅσοι τοῦτο μὲν ὁμολογοῦσιν, ἀγνοοῦσι δὲ τὴν ἑκάστου φύσιν, ἥτις, ὡς ἐδείκνυμεν, ἐκ τῆς τῶν
B στοιχείων γίνεται κράσεως. ἀλλ' οὗτοι μὲν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τά γ' ἐκ τῆς ὀργανικῆς κατασκευῆς τῶν μορίων ἐνδεικτικῶς λαμβανόμενα γιγνώσκουσι. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ Θεσσαλοῦ, καὶ ταῦτ' ἀγνοοῦσιν, οἷον αὐτίκα διαιρεθέντος ἐπιγαστρίου μέχρι τοσούτου βάθους ὡς προπεσεῖν ἔντερον, ὅπως τε χρὴ καταστεῖλαι τοῦτο· καὶ ἢν ἐπίπλους προπέσῃ, πότερον ἀποκόπτειν, ἢ οὐκ ἀποκόπτειν αὐτὸν χρή· καὶ πότερον βρόχῳ διαλαμβάνειν, ἢ μή· καὶ εἰ ῥάπτειν, ἢ μὴ ῥάπτειν τὸ τραῦμα· καὶ ῥάπτοντας, ὅτῳ χρὴ τρόπῳ ῥάπτειν,
C οὐδὲν τούτων ἐπίστανται, οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἂν ἔγνωμεν, εἰ μὴ δι' ἀνατομῆς ἐμάθομεν ἁπάντων τῶν τῇδε μορίων τὴν φύσιν, ἣν καὶ διελθεῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, οὐ σαφηνείας μόνης ἕνεκα τῶν λεχθησομένων, ἀλλὰ καὶ πίστεως. δέρμα μὲν ἔξωθεν ἁπάντων προβέβληται τελευτῶν εἰς ὑμένα. μεθ' ὅ, κατὰ μὲν τὴν μέσην χώραν, ἀπονευρώσεις μυῶν τέτανται διτταί, δίκην ὑμένων· ἃς οὐδ' ὅτι δύο εἰσὶν, οἱ πολλοὶ τῶν ἀνατομικῶν ἐπίστανται, καὶ γὰρ καὶ συμπεφύκασιν ἀλλήλαις, ὡς ἔργον εἶναι χωρίσαι, καὶ λεπτότητος εἰς ἄκρον ἥκουσιν. ἐφεξῆς δὲ ταῖσδε, δύο μύες ὄρθιοι σαρ-
D κώδεις ἀπὸ τοῦ στήθους ἐπὶ τὰ καλούμενα τῆς ἥβης ὀστᾶ καθήκουσι. ταῦτα μὲν δὴ σύμπαντα τὰ εἰρημένα, συμφυῆ τ' ἐστὶ, καὶ οἱ τὰς καλουμένας γαστρορραφίας ὅπως χρὴ ποιεῖσθαι γράψαντες, ἐπιγάστριον ὀνομάζουσι τὸ συγκείμενον ἐξ αὐτῶν. ὅσον δ' ἐφεξῆς τῷδε, καλεῖται μὲν ὑπ' αὐτῶν περιτόναιον, οἰομένων ἓν ἁπλοῦν ἀσύνθετον εἶναι σῶμα. τὸ δὲ, οὐχ οὕτως ἔχει, σύγκειται γὰρ ἐκ δυοῖν σωμάτων, ἀναίμων μὲν ἀμφοῖν καὶ νευρωδῶν. ἀλλὰ τὸ
E μὲν ἕτερον αὐτῶν ἀπονεύρωσίς ἐστι μυῶν ἐγκαρσίων· τὸ δ' ἕτερον ὑμὴν ἀκριβῶς λεπτὸς, οἷόν περ τὸ ἀράχνιον, ὅπερ δὴ τὸ περιτόναιον ὄντως ἐστί. τοιοῦτον μὲν ἐν τοῖς μέσοις ἑαυτοῦ, τὸ ἐπιγάστριον· ὅσον δὲ ἀποκεχώρηκεν ἑκατέρωσε πρὸς τὸ πλάγιον, ὡς ἐπὶ τέτταρας δακτύλους, τοῦτο ἐφεξῆς τῷ δέρματι, τοὺς λοξοὺς ἔχει μῦς· προτέρους μὲν, τοὺς ἀπὸ τοῦ θώρακος καταφερομένους, δευτέρους δὲ, τοὺς ἀπὸ τῶν λαγόνων ἀναφερομένους· εἶτα ἐπὶ τούτοις τὸν ἐγκάρσιον, ἐφ' ᾧ τὸ περιτόναιον. ἀκινδυνότερόν τε οὖν ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον, τοῦ μέσου, μηδεμίαν ἔχον ἀπο-
F νεύρωσιν· αἵ τε γαστρορραφίαι κατὰ τὸ μέσον εἰσὶ δυσμεταχείριστοι· καὶ γὰρ καὶ προπίπτει τὰ ἔντερα ταύτῃ μάλιστα, καὶ δυσκατάσχετά ἐστιν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· τὸ γὰρ σφίγγον αὐτὰ καὶ προστέλλον, οἱ ὄρθιοι μύες ἦσαν οἱ σαρκώδεις, οὓς ἐκ τοῦ θώρακος ἐπὶ τὰ τῆς ἥβης ὀστᾶ καθήκειν ἔφαμεν. ὅταν οὖν τις τούτων τρωθῇ διὰ διττὴν αἰτίαν, ἀναγκαῖόν ἐστι προπίπτειν ἔντερον, ἐκ μὲν τῶν πλαγίων μερῶν, ὑπὸ τῶν ταύτῃ μυῶν σφιγγόμενον, ἐκ δὲ τῶν μέσων, οὔτε τὸν μῦν ἐρρωμένον ἔχον, ἐπιτήδειόν τε χώραν εἰς πρόπτωσιν. εἰ δὲ

κἂν μεῖζον εἴη τὸ τραῦμα, πλείω τε προπίπτειν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἔντερα, καὶ χαλεπώτερον καταστέλλεσθαι. καθ' ἕτερον δ' αὖ τρόπον, αἱ βραχεῖαι τρώσεις δυσμεταχείριστοι. ἐὰν γὰρ μὴ παραχρῆμά τις εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἐμβάλλῃ τὸ προπεπτωκὸς, εἰς ὄγκον αἴρεται πνευματούμενον· ὥστ' οὐκ ἔτι οἷόν τε δι' ὀπῆς στενῆς ἐμβάλλειν αὐτό. βέλτιον οὖν ἐν ταῖς τοιαύταις τρώσεσι τὸ σύμμετρον τραῦμα. ταυτὶ μὲν δὴ προεπίστασθαι χρή· ὡς δ' ἄν τις ἄριστα μεταχειρίζοιτο τὰς τοιαύτας τρώσεις, ἐφεξῆς σκεπτέον. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὸ Θεσσαλοῦ παράγγελμα τὸ κολλᾶν τοῖς ἐναίμοις φαρμάκοις αὐτὰς, οὕτως ἡγοῦμαι πρόδηλον ὑπάρχειν, ὡς μηδένα λαθεῖν τῶν ἐχόντων νοῦν. ἐπεὶ τοίνυν πρῶτον μὲν χρὴ εἰς τὴν οἰκείαν χώραν ἀποθέσθαι τὰ προπεπτωκότα ἔντερα, δεύτερον δὲ ἐπὶ τῷδε ῥάψαι τὸ ἕλκος, εἶθ' ἑξῆς τρίτον ἐπιθεῖναι τὸ φάρμακον, εἶτ' ἐπ' αὐτῷ τέταρτον, ὅπως μὴ συμπάθῃ τι τῶν κυριωτέρων προνοεῖσθαι, περὶ τοῦ πρώτου ῥηθέντος ἤδη σκοπούμενοι. οὐσῶν δὲ ὡς εἴρηται τριῶν ἐν τοῖς τραύμασι κατὰ μέγεθος διαφορῶν, ἀφ' ἑκάστης αὐτῶν πειρᾶσθαι χρὴ λαβεῖν οἰκείαν ἔνδειξιν. ἔστω δὴ πρότερον μικρὸν οὕτως ὡς τὸ προπεσὸν ἔντερον ἐμφυσηθὲν, μηκέτι οἷόν τε εἶναι καταστέλλειν, ἆρ' οὐκ ἀναγκαῖον ἐνταῦθα δυοῖν θάτερον, ἤτοι τὴν φῦσαν ἐκκενοῦν, ἢ τὸ τραῦμα μεῖζον ἐργάζεσθαι; βέλτιον οὖν οἶμαι τὸ πρότερον, ἐάν περ οἷόν τε ᾖ τυχεῖν αὐτοῦ. πῶς δ' ἄν τις τύχοι μᾶλλον; εἰ τὴν αἰτίαν ὑφ' ἧς ἐκφυσᾶται τὸ ἔντερον ἐκποδὼν ποιησαίμεθα. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; ἢ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ψύξις· ὥστε καὶ ἡ ἴασις ἐν τῷ θερμῆναι. σπόγγον οὖν χρὴ μαλακὸν ὕδατι θερμῷ βρέξαντας, εἶτ' ἐκπιέσαντας, ἐκθερμῆναι τούτῳ τὸ ἔντερον. παρασκευάζεσθαι δ' ἐν τῷ τέως οἶνος αὐστηρὸς θερμὸς, καὶ γὰρ θερμαίνει μᾶλλον ὕδατος, καὶ ῥώμην ἐντίθησι τῷ ἐντέρῳ. εἰ δὲ καὶ τούτῳ χρησαμένων, ἔτι διαμένοι τὸ ἔντερον ἐμπεφυσημένον, ἐπιτέμνειν τοῦ περιτοναίου τοσοῦτον, ὅσον δεῖται τὸ προπεπτωκός. ἐπιτήδεια δ' ἐστὶν εἰς τὴν τοιαύτην τομὴν τὰ καλούμενα συριγγοτόμα. τὰ δ' ἀμφήκη τῶν μαχαιρίων, ἢ κατὰ τὸ πέρας ὀξέα, πάντῃ φευκτέα. σχῆμα δ' ἐπιτήδειον τῷ κάμνοντι, πρὸς μὲν τοῖς κάτω μέρεσι τῆς τρώσεως γεγενημένης, τὸ ἀνάρροπον· πρὸς δὲ τοῖς ἄνω, τὸ κατάρροπον. εἷς δ' ἐπ' ἀμφοῖν σκοπὸς, ὡς μὴ βαρύνοιτό τι πρὸς τῶν ἄλλων ἐντέρων, τὸ προπεπτωκός. ὥστε καὶ τοῦ σκοποῦ τοῦδε, κατὰ μὲν τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ τραύματος γεγονότος, ἐπὶ θάτερον ῥέπειν· εἰ δ' ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ᾖ, πρὸς τὴν δεξιὰν ἐπικλίνεσθαι πλευρὰν, ὑψηλότερον ἀεὶ ποιοῦντας τὸ τετρωμένον μέρος. τοῦτο μέντοι καὶ τοῖς μεγάλοις καὶ τοῖς μέσοις ἕλκεσι συνοίσει· κοινὸς γὰρ ἁπάντων ὁ σκοπός. αἱ δ' ἀποθέσεις τῶν ἐντέρων, εἰς τὴν οἰκείαν χώραν, ὅταν ἐπὶ τοῖς μεγάλοις γίγνωνται τραύμασιν, ὑπηρέτου δέονται δεξιοῦ. χρὴ γὰρ αὐτὸν, ὅλον ἔξωθεν καταλαβόντα τὸ τραῦμα ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν, εἴσω προστέλλειν τε, καὶ σφίγγειν, ὀλίγον ἑκάστοτε τῷ ῥάπτοντι παραγυμνοῦντα· καὶ μέντοι καὶ τὸ ῥαφὲν αὐτοῦ μετρίως προστέλλειν, ἄχρι περ ἂν ὅλον ἀκριβῶς ῥαφῇ. τίς δ' ἂν εἴη τρόπος ἐπιτήδειος εἰς τὰ τοιαῦτα τῆς καλουμένης γαστρορραφίας, ἐφεξῆς λέγωμεν. ἐπεὶ συμφῦσαι χρὴ τῷ περιτοναίῳ τὸ ἐπιγάστριον, ἀρκτέον μὲν ἀπὸ τοῦ δέρματος ἔξωθεν εἴσω διαπείροντα τὴν βελόνην. ἐπειδὰν δὲ τὸ δέρμα, καὶ τὸν μῦν τὸν ὄρθιον ὅλον διεξέλθῃ, τὸ παρακείμενον ὑπερβαίνοντα περιτόναιον,

procidentiam est comparatus. Quòd si maius etiam vulnus fuerit, tum plura necesse est intestina excidere, tum difficiliùs denuò immitti. Porrò alia ratione parua vulnera tractatu sunt difficilia. Nam nisi quòd procidit, ilicò in locum suum reponas, inflatur, surgitq; in tumorem; quo euenit, vt per angustum foramen immitti nequeat. Minus igitur graue in eiusmodi vulnerationibus mediocre foramen est. Atque hæc quidem præscisse oportet; proximum est, vt quemadmodum quis hoc genus vulnerum commodissimè contrectet, consideremus. Nã Thessali præceptum, quo censet ænemis ea medicamentis glutinanda esse, parũ satisfacere manifestiùs puto, quàm vt quenquam latere, qui compos sit mentis, possit. Quoniã igitur principio id agendum est, vt intestina, quę exciderunt, in suũ locũ recondantur; secundo loco, vt vlcus suatur; tertio, vt medicamentũ imponas; quarto, vt nequa præstantior pars simul afficiatur, prospicias; age iam de primo horum agamus. Quũ igitur triplex (vt dictum est) discrimen horũ vulnerum in magnitudine sit, propriam à quôq; indicationem sumere tentemus. Esto autem principio vulnus adeo paruum vt inflatum iam, quod excidit intestinum, remittere amplius non sit; nũquid igitur hoc loco alterum è duobus est necessum, aut flatum educere, aut vulnus ampliare? Præstiterit autem (vt arbitror) prius, si modò id consequi liceat. At non alia potius ratione id consequare, quàm si causam, vnde excitata intestini inflatio est, submoueris. Ea igitur, quæ demum est? Certè ambientis aeris refrigeratio; itaque etiam sanatio ex calefaciendo petetur. Ergo spongia molli, & ex calente aqua madenti, ac mox expressa, calefacere intestinum conueniet. Præparetur verò interea vinum austerum calidum; quippe id magis calefacit quàm aqua, & robur intestino acquirit. Quòd si huic etiam præsidio intestini inflatio non cesserit, incidendum peritonæi tantulũ est, quantum ei, quod excidit, reponendo sit satis. Apposita porrò ad eiusmodi incisionem sunt ea, quæ syringotoma vocant. Scalpelli verò, quibus acies vtrinq; habetur, aut quibus cuspis acuta est, omninò fugiendi sunt. Figura verò laboranti apposita fuerit, quum in inferiore parte factum vulnus est, si sursum vergat; quum verò in superioribus, si deorsum. Vnum autem vtrobique cauetur, ne quod exciderit, ab alijs quicquam intestinis degrauetur. Itaque ex hoc scopo cõueniet, vt si in dextris vulnus sit, corpus in contrariam partem inclinetur; sin in sinistris sit, in dextram, sic vt quæ vulnerata pars est, semper altiorem locum occupet. Atque hoc tum in magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus conducibile fuerit; quippe is omnibus communis scopus est. Cæterùm repositio intestinorum in suum locum, vbi ex magno exciderunt vulnere, planè ministrum postulat dextrum. Debet enim, vbi manibus suis totum vulnus extrinsecus apprehenderit, intrò reprimere, tum constringere, ac exiguum semper suenti prænudare; quinetiam idipsum, quod assutum est, modicè comprimere, quoad totum persuatur. Iam verò quę commoda ratio suendi abdominis in talibus vulneribus sit, deinceps doceamus. Quoniam *coire* coalescereque cum peritonæo oportet abdomen, incipiendũ quidem à cute est, atq; ab externo introrsus acus inijcenda. Vbi verò, tum cutem, tum rectum musculum totũ transierit, prætereito, quod ei subest, peritonæo, per

per reliquum peritonæum oppositum eam ab interno extrorsus inijcies, atque inde per reliquum abdomen ab interno extra transmittes. Vbi hoc penitus transmisit, rursus ab externo introrsum idem abdomen est perforandum. Mox vbi peritonæum, quod illi quoque subhæret, præterieris, atque ad contrarium veneris, hoc quoque ab interno extrorsus perpungendum, vnáque cum eo totum ipsi vicinum abdomen. Deinde ab hoc rursus incipiendum, atque id cum contrario peritonæo consuendum; ac rursus vicina cute transmissa, iterum ab ea parte acus introrsus est inijcienda, consuendúmque abdomen id cum contrario peritonæo, etiam inibi vicina cute transmissa. Atque hæc iterum iterúmque facienda, quoad totum vulnus similiter consuerimus. Interuallum vero, quod suturis interuenit, quod ad compescenda pertinet ea, quæ subsunt, breuissimum esse postulat. Quod vero ad firmitudinem ipsius cutis, quæ in interuallis suturarum est necubi rumpatur, breuitas parum tuta est. Quare vtriusque vitato excessu, eligenda mediocritas inter vtrumque est. Iam hoc quoque omnium vlcerum commune quodammodo est; sicuti etiam ipsius, quo suuntur, fili consistentia. Nam quod isto durius est, cutem rumpat, necesse est; quod mollius, ipsum prius rumpitur. Æquè vero, si proximè summas oras acum transegeris quod reliquum est cutis, quoniam minimum est, dum violenter adducitur, cogitur perrumpi; si plurimum ab ijs recesseris, multum cutis haud glutinatum relinques. Hæc tametsi omnium sint vlcerum communia, maximè tamen fugienda in abdomine suendo sunt. Ipsa vero abdominis sutura, aut iam dicto modo administrabitur, vtique si quis huc studium dirigat, vt peritonęum abdomini coalescere faciat, vix enim cum eo coalescit, vt potè neruosum; aut sicut nonnulli faciunt, qui quæ cognatæ naturæ sunt, ea committunt, vtique peritonæo peritonæum, abdomini abdomen. Id fiet ad hunc modum. Oportet à vicino nobis abdomine incipere, atque ab externo introrsum per id tantum acum transmittere; post præteritis vtriusque peritonæi labris, ex aduersa parte ab externo introrsus per vtrunque eius labrum acum reuocare; deinde rursus hanc reuocare, atque ab interno extrorsus per aduersum abdomen traijcere. Hic modus à publico, & ex prompto, quo videlicet vno adactu per quatuor labra acum transmittunt, hoc discriminis habet quòd totum peritonæum intra abdomen prorsus abscondit. Deinceps vero de medicamentis præcipiamus. Sanè hæc quoque eiusdem esse materiæ debebunt, cuius sunt ea, quæ enæma dicuntur; quæque aliarum quoque partium vnire vulnera in superioribus commẽtarijs ostendimus. Deligatio verò extrinsecus, vel præcipuè in his necessaria est. Quarta verò curationis in his pars non paulo ab alijs dissidet; siquidem, quod inter bubones, & axillas est, id totum molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circundare oportet. Satius item fuerit, & si per clysterem intestinis aliud simile infundas. Quòd si quid ipsorum intestinorum sit vulneratum, quæ extrinsecus fieri debent, omnia similiter, vt diximus, sunt peragenda. Cæterùm, quod inijcitur, vinum nigrum, austerum, & tepens erit, eóque magis si totum perforatum vsque ad internum meatum sit. Ac crassa quidem

ὠθεῖν αὐτὴν ἔσωθεν ἔξω, διὰ τοῦ λοιποῦ ἀντικειμένου περιτοναίου, κἄπειτ' ἐντεῦθεν ἔσωθεν ἔξω, διαπείρειν τὸ ἕτερον ἐπιγάστριον. διεξελθούσης δὲ τελέως αὐτῆς, ἔξωθεν εἴσω τὸ ἐπιγάστριον τοῦτο διαιροῦντας, εἶτα τὸ παρακείμενον αὐτῷ περιτόναιον ὑπερβαίνοντας, ἐπί τε τὸ ἀντικείμενον ἐλθόντας ἔσωθεν ἔξω τοῦτο διακεντεῖν, ἅμα δ' αὐτῷ καὶ τὸ πλησίον ἐπιγάστριον ἅπαν. εἶτ' αὖθις ἀπὸ τούτου πάλιν ἀρξαμένους συρράπτειν αὐτὸ τῷ ἀντικειμένῳ περιτοναίῳ· κἄπειτα διεκβάλλειν διὰ τοῦ πλησίον δέρματος, ἔξωθεν δὴ αὖ πάλιν εἴσω διείρειν, συρράπτοντας αὐτὸ τῷ ἀντικειμένῳ περιτοναίῳ, διεκβάλλοντάς τε διὰ τοῦ πλησίον δέρματος. εἶτ' αὖθις καὶ αὖθις ἐργάζεσθαι ταῦτα, μέχρι περ ἂν ὅλον ὁμοίως ῥάψωμεν τὸ τραῦμα. διάστημα δὲ τῶν ῥαφῶν, ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ σφίγγεσθαι τὰ ὑποκείμενα, βραχύτατον εἶναι χρεών. ὅσον δ' ἐπὶ τῷ τὸ μεταξὺ τῶν ῥαφῶν δέρμα διαμένειν ἀσύρρηκτον, οὐ χρηστὸν τὸ βραχύ. φεύγων οὖν ἑκατέρου τὴν ὑπερβολὴν, ἀμφοῖν αἱρεῖσθαι τὸ μέτριον. ἤδη δὲ καὶ τοῦτο κοινόν πως ἁπάντων ἑλκῶν, ὥσπερ γε καὶ αὐτοῦ τοῦ ῥάμματος ἡ σύστασις. τὸ μὲν γὰρ σκληρότερον, χρὴ ῥήσσειν τὸ δέρμα· τὸ δὲ μαλακώτερον, αὐτὸ φθάνει ῥηγνύμενον. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ἐγγυτάτω τῶν ἄκρων χειλῶν διαπείρειν τὴν βελόνην, τὸ λοιπὸν τοῦ δέρματος ὀλιγοστὸν ὄν, ἀναγκάζεται καὶ βιάζεται ῥήγνυσθαι· τὸ δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἀποχωρεῖν τοῦδε, πολὺ τοῦ δέρματος ἀκόλλητον ἀπολείπει. ταυτὶ μὲν οὖν εἰ καὶ πάντων ἑλκῶν ἐστὶ κοινὰ, μάλιστα αὐτὰ φυλακτέον ἐν ταῖς γαστρορραφίαις. αὐτὰς δὲ τὰς γαστρορραφίας ἤτοι γε ὡς προείρηται ποιητέον, ἐστοχασμένου τοῦ συμφῦσαι τῷ περιτοναίῳ τὸ ἐπιγάστριον, ἐπειδὴ μόγις αὐτῷ συμφύσεται, νευρῶδες ὑπάρχον· ἢ ὡς ἔνιοι, συνάγοντας ἀλλήλοις τὰ κατὰ φύσιν οἰκεῖα, περιτοναίῳ μὲν περιτόναιον, ἐπιγάστριον δὲ ἐπιγαστρίῳ. ἔσται δὲ τοῦτο κατὰ τόνδε τὸν τρόπον. ἀπὸ τοῦ πλησίον ἡμῶν ἐπιγαστρίου, διεκβάλλειν χρὴ τὴν βελόνην ἔξωθεν εἴσω δι' αὐτοῦ μόνου· κἄπειθ' ὑπερβάντας ἄμφω τὰ χείλη τοῦ περιτοναίου, πάλιν ἀντεπιστρέψαι τὴν βελόνην ἔξωθεν εἴσω, δι' ἀμφοτέρων τῶν χειλῶν τοῦ περιτοναίου· κἄπειτ' αὖθις ἀντεπιστρέφοντας ἔσωθεν ἔξω διεκβάλλειν, κατὰ τὸ ἀντικείμενον ἐπιγάστριον. ἔστι ὁ τρόπος τοῦ κοινοῦ καὶ προχείρου, καθ' ὃν διὰ τῶν τεττάρων χειλῶν, ἐπιβολῇ μιᾷ διεκβάλλουσι τὴν βελόνην, διαφέρει τῷ κατακρύπτειν ὅλον ἀκριβῶς ἔνδον τοῦ ἐπιγαστρίου, τὸ περιτόναιον. ἑξῆς δὲ περὶ τῶν φαρμάκων εἴπωμεν. εἴη δ' ἂν δήπου καὶ ταῦτα τῆς αὐτῆς ὕλης τοῖς ἐναίμοις ὀνομαζομένοις· ἃ κἀν τοῖς ἄλλοις μέρεσι συμφύειν τὰ τραύματα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ὑπομνημάτων ἀπεδείξαμεν. ἡ δ' ἔξωθεν ἐπίδεσις ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τούτων ἀναγκαία. τὸ δὲ δὴ τέταρτον ἔτι τῆς θεραπείας μέρος, οὐ σμικρῷ τινι τῶν ἄλλων ἀποκεχώρηκεν· ἐλαίῳ γὰρ χρὴ θερμῷ συμμέτρως, ἔριον ἁπαλὸν δεύοντας, ὅλον ἐν κύκλῳ περιλαμβάνειν, τὸ μεταξὺ βουβώνων τε καὶ μασχαλῶν. ἄμεινον δὲ καὶ διὰ κλυστῆρος ἐνιέναι τοῖς ἐντέροις, ἕτερον τοιοῦτον. εἰ δέ τι καὶ αὐτῶν τῶν ἐντέρων τρωθείη, τὰ μὲν ἔξωθεν, ὡς εἴρηται, πάντα πράττειν ὡσαύτως. τὸ δὲ ἐνιέμενον, οἶνος αὐστηρὸς μέλας χλιαρὸς ἔστω, καὶ μᾶλλον εἰ διαβρωθείη σύμπαν εἰς τὸν εἴσω πόρον. εὐίατα μὲν οὖν τὰ παχέα

τῶν ἐντέρων, δυσιατώτερα δὲ τὰ λεπτά. παντάπασι δὲ ἀνίατος ἡ νῆστις, διά τε τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἀγγείων, καὶ τὸ λεπτὸν καὶ νευρῶδες τοῦ χιτῶνος· ἀλλὰ καὶ τὴν χολὴν ἀκραιφνῆ πᾶσαν ἐκδέχεται τὸ ἔντερον τοῦτο· καὶ πάντων ἐστὶν ἐγγυτάτω τοῦ ἥπατος. γαστρὸς δὲ, τὰ μὲν κάτω τὰ σαρκώδη, θεραπεύειν τολμᾶν· ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ τυχεῖν, οὐ μόνον ὅτι παχύτερα ταῦτ' ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰωμένοις φαρμάκοις εὐπετὴς ἡ ἕδρα κατὰ τήνδε τὴν χώραν αὐτῆς· τὰ δ' ἐν τῷ στόματι, καὶ τῷ στομάχῳ, τῇ παρόδῳ μόνῃ ψαύει τῶν πεπονθότων· τοῖς δὲ ἐν τῷ στόματι, καὶ τὸ περιττὸν τῆς αἰσθήσεως, ἐναντιοῦται πρὸς τὰς ἰάσεις. ὅπως δ' ἐπιχειρεῖ γαστέρα τετρωμένην ὁ Ἱπποκράτης ἰᾶσθαι, σὺν καὶ τοῖς ἄλλοις ὀλεθρίοις τρώμασι, παρ' ἐκείνου μανθάνειν ἄμεινον. ἐγὼ γὰρ οὐχ ὑπὲρ τοῦ μηδένα τοῖς Ἱπποκράτους συγγράμμασιν ὁμιλεῖν, ἐπὶ τήνδε τὴν πραγματείαν ἧκον, ἀλλ' ὅτι μοι δοκεῖ πρῶτος μὲν ἐκεῖνος ὁδῷ χρήσασθαι προσηκούσῃ, μὴ μέντοι γε ἅπαντα συμπληρῶσαι· καὶ γὰρ ἀδιόριστά τινα τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων ἐστὶν εὑρεῖν, καὶ ἐλλιπῆ, καὶ ἀσαφῆ· διὰ τοῦτο γοῦν ἐγὼ προὐθυμήθην ἅπαντά τε σαφῶς διελθεῖν, ἐξεργάσασθαί τε τὰ χωρὶς διορισμῶν εἰρημένα, καὶ προσθεῖναι τὰ λείποντα. προγυμνασάμενος οὖν τις ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἐπὶ τὴν τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων ἀνάγνωσιν ἴτω· καὶ τότε τὸ περὶ τῶν ἑλκῶν βιβλίον ἀναγνώτω τοῦ ἀνδρὸς, τό τε περὶ τῶν ὀλεθρίων τρωμάτων. ἕξει δὲ εἰς αὐτὰ μεγίστας ἀφορμὰς ἐκ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων· ἔτι τε γνώσεται βεβαίως, ὅτι μήτε τις τῶν ἀπὸ τῆς ὀνόματι μὲν σεμνῷ κεκοσμηκυίας ἑαυτὴν αἱρέσεως τῆς μεθοδικῆς, ἔργῳ δὲ ἀμεθοδωτάτης, ὀρθῶς ἕλκος ἰᾶσθαι δυνατός ἐστι· μήτε τῶν ἄλλων λογικῶν, ὅσοι χωρὶς τοῦ γνῶναι τὰ τῶν ὁμοιομερῶν στοιχεῖα μεταχειρίζεσθαι τὴν τέχνην δικαιοῦσιν. ἀπορήσουσι γὰρ καὶ οὗτοι λογικῆς θεραπείας, ἐπὶ τῶν ἁπλῶν τοῦ ζώου μορίων, ἀπὸ τῶν ὀργανικῶν μόνων ἐνδείξεις λαμβάνοντες. ὀλίγον οὖν ἔτι πρὸς τοὺς μεθοδικοὺς εἰπόντες ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα τραυμάτων, ἐφ' ἕτερόν τι μεταβησόμεθα. τρωθέντος τοῦ περιτοναίου, προπίπτει πολλάκις ἐπίπλους, οὔτ' εἰ κύριον ὑπάρχει μόριον, οὔτ' εἰ μὴ κύριον, οὔτ' ἐξ ὧντινων σύγκειται γινωσκόμενον αὐτοῖς, οὔθ' ἥντινα ἔχων ἐνέργειαν, ἢ χρείαν. ἐὰν οὖν πελιδνὸν καὶ μέλαν γένηται τὸ προπεσὸν αὐτοῦ μέρος, ὅ, τι ποτὲ πράξουσιν ἐπ' αὐτοῦ, καλὸν ἀκοῦσαι· πότερον ἀποτεμοῦσιν, ἢ καταθήσουσιν ἔσω τοῦ περιτοναίου; πάντως μὲν γὰρ ἤτοι γ' ἐκ πείρας ἡ γνῶσις, ἢ ἐξ αὐτῆς τοῦ μορίου τῆς φύσεως ἡ ἔνδειξις αὐτοῖς ἔσται. καί τοι φεύγουσί γ' ἑκατέρας· τὴν μὲν ἐκ τῆς πείρας γνῶσιν, ἀνατεινόμενοι τὸ σεμνὸν δὴ τοῦτο τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ὄνομα, τὴν μέθοδον· τὴν δ' ἐκ τῆς φύσεως τοῦ μορίου, διότι μήτε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ γινώσκουσι, μήτε τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὴν χρείαν, ἀποστάντες ὡς ἀχρήστου τῆς ἀνατομῆς. ὥστε οὐκ ἴσασιν, εἴτε τῶν ἀναγκαίων ἐστὶν εἰς τὸ ζῆν, εἴ τε τῶν οὐκ ἀναγκαίων μὲν, οὐ μὴν ἀκύρων γε παντάπασιν· ἀλλ' οὐδ' εἰ συμπάσχειν αὐτῷ τι μέλλει μέλος κύριον, ἢ μὴ συμπάσχειν· οὐδ' εἰ τῶν ἀγγείων κατ' αὐτὸ δύναταί τι δι' αἱμορραγίας ἀποκτεῖναι τὸν ἄνθρωπον· οὐδ' εἰ μετὰ τὴν ἀποτομὴν τοῦ μελανθέντος, εἰ βρόχῳ διαληφθείη τὸ ὑγιὲς, ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν αἱμορραγίαν γενέσθαι, τοῦτ' αὐτῷ κίνδυνον οἴσει τινά· καὶ γάρ τοι νευρώδης φαίνεται κατά γε τὴν πρόχειρον φαντασίαν·

inteſtina facilia ſanatu ſunt; *è contrario* difficiliora, quæ tenuia ſunt. Ieiunum autem omninò incurabile eſt, tum propter magnitudinem, multitudinémque vaſorum; tum quod tunica eius prętenuis neruoſáque ſit; adde, quòd tum bilem ſynceram hoc inteſtinum recipit vniuerſam; tum quòd omnium iecinori maximè eſt vicinum. Ventriculi verò, quæ carnoſæ partes infernæ ſunt, curare cum fiducia tentabis; nam fieri poteſt etiam, vt bene cedat, non ſolùm quòd hæ craſſiores ſint, ſed etiam, quòd ſanantia medicamenta facilè hoc loco ipſius ſubſiſtant; at, in ore eius ac, gula ſolo tranſitu tangunt partes affectas; quæ verò in ore eius ſunt, ijs ſenſus quoque acumen ſanationi obſtat. Verùm, quanam ratione ventriculi vulnerati, aliorúmque exitialium vulnerum Hippocrates ſanationem moliatur, ab ipſo diſcere eſt ſatius. Ego nanque non eo conſilio, vt nemo Hippocratis libros legat, ad hoc opus ſcribendum acceſſi; verùm quoniam is mihi primus ideoneâ vſus eſſe via videtur, nec tamen eam totam compleuiſſe, quum quædam minimè limitata, quæ dã imperfecta, obſcuráq; ab eo prodita inuenire liceat; idcirco ipſe, tum omnia ea lucidè explicare, tum quæ parum diſcreta ſunt, diſtinguere, tum quæ deficiunt, ſupplere ſtudui. Vbi igitur aliquis ſe in his noſtris primitùs exercuerit, tunc ſe ad libros Hippocratis legendos conferat; ac tum eius de vlceribus viri librum legat, tum quæ de vulneribus exitioſis ſcripſit. Porrò ſimul maximum adiumentum ex his noſtris libris habebitur; ſimul certò intelliget neminem methodicæ ſectæ, quæ nomine ſpecioſo venditat, re autem maximè eſt à methodo aliena, commodè vlcus ſanare poſſe; ſed nec reliquorum Rationalium quempiam, quicunque parum cognitis ſimilarium partium elementis, artem aggredi cenſent; quippe neſciunt hi quoque rationalem ſimplicium animalis partium curationem, vt qui ab organicis tantùm indicationes ſumant. Cæterum paucis etiamnum contra Methodicos additis de iſtis, quę in ventriculo accidunt vulneribus, alio ſtilũ conferemus. Vulnerato peritonæo excidit plerunq; omentum; quod primariáne pars ſit, an non primaria, vel ex quibus condatur, vel quam habeat actionem vſúmve, hi compertum non habent. Itaque ſi iam liuet, aut nigricat portio ea, quæ excidit, ibi quid faciant, audire eſt operæprætium; vtrúmne præcident, an intra peritonæum remittent? Omninò enim, vel ab ipſa experientia, *quid agendum ſit* intelligent, vel ab ipſa partis natura indicationem ſument. Atqui refugiunt hæc vtraque, eam quidem quam experientia ſuppeditat cognitionem, dum venerandum hoc ſectæ ſuæ nomen, methodum extollunt; eam quæ ex partis natura ſuggeritur, quod nec ſubſtantiam eius norunt, nec actionem, nec vſum, dum à diſſectione, ceu inutili abhorrent. Itaque neſciunt, ſít-ne ex ijs, quæ neceſſariæ ad vitam ſint, an, quæ neceſſariæ quidem non ſint, non tamen omninò infimæ notæ; ſed nec, an ei pars aliqua princeps condolitura ſit, an minimè per ſympathiam ægrotatura; nec an vaſorum quæ in eo continentur, aliquod poſſit per ſanguinis profuſionem hominem interimere; nec, ſiquis poſt nigrum eius abſciſſum, quod integrum eſt, vinculo complectatur, quò ſanguinis profluuium declinet, an id ipſum periculo vlli ſit futurum; nam leui ſaltem intuitu omentum neruoſum videtur; proinde

proinde, nisi quis exactè naturam eius habeat compertam, nunquam audebit vinculo vti, conuulsionis metu. Horum quum nihil mirifici isti Methodici, intelligant, vbi nigrum redditum omentum est, sanè dicere, quid agendum sit, non possunt. At nos non illis similiter inutiles sedebimus, qui quum vsum eius pauculum quid animali conferentem, substantiámque eius ex menbrana tenui, ac arterijs, venísque compositam sciamus, horum tamen initia ex maximis orta, tum arterijs, tum venis intelligamus, sanguinis quidem profusionem cauebimus, sympathiam verò neruorum non timebimus; proinde id, quod suprà nigricans positum est, vinculo excipiemus; quod post vinculum est, amputabimus; atque, vt in imo fine iam comprehensæ ventris suturæ vinculi fines pendeant, curabimus, quò nimirum facilè eas, quum ex vulnere suppurante eiiciuntur, recipiamus.

A ὥστε εἰ μή τις ἀκριβῶς εἰδείη τὴν φύσιν αὐτοῦ, μή ποτ' ἂν θαρρήσῃ βρόχῳ χρήσασθαι, φόβῳ σπασμοῦ. τούτων οὐδὲν οἱ θαυμασιώτατοι γιγνώσκοντες μεθοδικοὶ, τί ποτε πράξονται ἐπίπλου μελανθέντος, οὐκ ἔχουσι φάναι. ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς γε παραπλησίως ἐκείνοις ἄπρακτοι καθεδούμεθα· γιγνώσκοντες δὲ τὴν μὲν χρείαν αὐτοῦ, μικρόν τι τῷ ζώῳ συντελοῦσαν, τὴν δ' οὐσίαν ἐξ ὑμένος τε λεπτοῦ καὶ ἀρτηριῶν, καὶ φλεβῶν συγκειμένην, ἰδόντες δὲ καὶ τούτων τὰς ἀρχὰς ἀπὸ μεγίστων οὔσας ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν, αἱμοῤῥαγίαν μὲν εὐλαβησόμεθα, συμπάθειαν δ' νεύρων οὐ φοβηθησόμεθα· B καὶ διὰ τοῦτο βρόχῳ τε διαληψόμεθα τὸ περὶ τοῦ μελανθέντος, ἀποτεμοῦμεν τε τὸ μετὰ τὸν βρόχον, ἐν τῷ κάτω πέρατι τῆς προειρημένης γαστροῤῥαφίας, ἐκκρεμεῖς τοῦ βρόχου τὰς ἀρχὰς ποιησάμενοι, πρὸς τὸ κομίσασθαι ῥᾳδίως αὐτὰς, ὅταν ἀπορρυῶσιν ἐκπυήσαντος τοῦ τραύματος.

CAPVT V.

De ratione fracturarum ossium curandarum.

AC de reliquis quidem corporis partibus dictum abundè sit; nunc de ossibus agendum superest; quandoquidem his quoque, de quo nunc agitur, morbus accidit, quem vnitionis siue continuitatis solutionem appellamus. Huic, cum in hanc inciderit partem, proprium nomen inditum est catagma *fractura*, omnibus ferè hominibus, qui græcè loqui norunt, tritum; apagma verò *abductio*, medicorum appellatio propria est, plerisque hominibus inusitatum; solent autem ita nominare, quoties ossis finis, qua parte maximè cum alio articulatè committitur, abruptus est. Sed, & è fracturis ipsis, quæcunque fracti ossis partes iam prorsus separarunt, eas cauledon, *in fracti caulis modum* factas dicunt. Patet verò eiusmodi diuisionem per transuersum esse factam; veluti alteram per longitudinem magis esse, in qua sanè non omninò separantur à se partes sic affecti ossis, sed veluti per rectitudinem finduntur, quod genns schidacedon, *idest assulatim* fieri dicere solent. Quidam ex medicis iunioribus adeò ambitiosè omnes fracturarum differentias proprijs interpretantur nominibus, vt etiam aliquam raphanedon, *id est ad raphani speciem*, vel alphitedon, *idest in polentæ modum* fieri dicant, non contenti oratione, quod variè sit fractum, explicasse. At non Hippocrates huius fuit sententiæ, sed quoad fieri licuit, vsitatissimis vtens nominibus, oratione interpretari non est grauatus, non has modò fracturarum differentias, verum etiam earum, quæ in capitis ossibus eueniunt. Ac si ad eum modum de omni affectione egisset, profectò concisa mihi proposita tractatio fuisset; nunc, quum plurimorum viam, quâ sit insistendum, indicarit, sed, quæ particulatim sunt agenda, inchoata, indefinitáque reliquerit, necessum est in illis immoremur; nec tamen in ipsis plus iusto, sed quæ tradita ab Hippocrate perfectè sunt, ea summatim commemoremus; quibusdam etiam demonstrationem adijciamus, quæ ab eo citra probationem enunciata sunt; eorum præterea quæ parum sunt definita, quædam definiamus; & quæ inordinata sunt ea, in ordinem disponamus; postremò ex ijs, quæ ille parum lucida reliquit, quibusdam lucem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Περὶ τρόπου τῆς ἰάσεως τῶν καταγμάτων τῶν ὀστῶν.

C ΠΕρὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων μορίων τοῦ σώματος αὐτάρκως εἴρηται, περὶ δὲ τῶν ὀστῶν ὑπόλοιπον ἂν εἴη λέγειν. ἐγγίνεται γὰρ δὴ καὶ τούτοις τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ νόσημα, τὸ καλούμενον ὑφ' ἡμῶν ἑνώσεώς τε καὶ συνεχείας λύσις. ὄνομα δὲ ἴδιον αὐτῷ κεῖται κατὰ ταῦτα τὰ μόρια, κάταγμα, σχεδὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅσοι γε τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐπίστανται σύνηθες· ἄπαγμα δὲ τῶν ἰατρῶν ἴδιον ὄνομά ἐστι, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ἀηθές· εἰώθασι δὲ οὕτω προσαγορεύειν, D ὅταν ἀποκαυλισθῇ τι πέρας ὀστοῦ καθ' ὃ διαρθροῦται μάλιστα. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν καταγμάτων, ὅσα τελέως διέστησε τὰ μέρη τοῦ καταγέντος ὀστοῦ, καυληδὸν γεγονέναι φασίν. εὔδηλον δὲ, ὡς ἐγκάρσιος ἡ τοιαύτη διαίρεσις, ὥσπερ ἑτέρα κατὰ τὸ μῆκος μᾶλλόν ἐστιν, οὐ διασχίζουσα παντάπασιν ἀπ' ἀλλήλων τὰ μόρια τῶν οὕτω παθόντων, ἀλλ' οἷον σχίζουσα κατ' εὐθυωρίαν, ἣν ὀνομάζειν αὐτοῖς ἔθος ἐστὶ σχιδακηδόν· ἔνιοι δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἄχρι τοσούτου φιλοτιμοῦνται πάσας τῶν E καταγμάτων τὰς διαφορὰς ἰδίοις ὀνόμασιν ἑρμηνεύειν, ὥστε καὶ ῥαφανηδόν τι, καὶ ἀλφιτηδὸν γίνεσθαί φασιν, οὐκ ἀρκούμενοι τῷ λόγῳ δηλῶσαι τὸ πολυειδῶς συντετριμμένον ὀστοῦν. οὐ μὴν Ἱπποκράτης γε τοιοῦτος, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα τοῖς συνηθεστάτοις ὀνόμασι χρώμενος, ἑρμηνεύειν οὐκ ὀκνεῖ λόγῳ, καὶ ταύτας τῶν καταγμάτων τὰς διαφορὰς, καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον ὅσα κατὰ τὰ τῆς κεφαλῆς ὀστᾶ γίγνονται. καὶ εἴπερ, οὕτως αὐτῷ περὶ πάντων τῶν παθῶν ὁ λόγος ἐξείργαστο, σύν- F τομος ἂν ἡμῖν ἡ προκειμένη πραγματεία ἐγεγόνει. νυνὶ δ' ἐπειδὴ τῶν πλείστων ἐπιδείξας τὴν ὁδὸν οἵαν δεῖ ποιεῖσθαι, τὰ κατὰ μέρος ἀνεξέργαστα παρέλιπεν, ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐν ἐκείνοις χρονίζειν· οὐ μὴν οὐδὲ ταῦθ' ὑπερβῆναι δίκαιον, ἀλλ' ὅσα μὲν εἴρηται τελέως Ἱπποκράτει, διὰ κεφαλαίων ὑπομνῆσαι, προσθεῖναι δ' ἐνίοις ἀπόδειξιν ἄνευ πίστεως ὑπ' αὐτοῦ ῥηθεῖσι· καί τι καὶ διορίσασθαι τῶν ἀδιορίστων· καὶ τάξαι τῶν ἀτάκτων· καὶ σαφέστερον ἑρμηνεῦσαί τι τῶν ἀσαφεστέρων ὑπ' ἐκείνου

γραφέντων. ἀλλ' εἰ μὲν τὰς ῥήσεις αὐτοῦ ἐφ' ἑκάστου παραγράφοιμι, μῆκος ὑπομνήματος ἐξηγητικοῦ ὁ λόγος ἕξει· καί τις ἴσως ἡμῖν ἐγκαλέσει μακρολογίας οὐκ ἀλόγως, τῶν οὐκ ἀλόγως ἤδη μεμψαμένων ἐπὶ τῷ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ γράμματι κατ' ἐκεῖνα. μὲν γὰρ ἀναγκαῖον ἐγένετό μοι, πολλὰς ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἑλκῶν βιβλίου ῥήσεις Ἱπποκράτους παραθεμένῳ δηλῶσαι τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ἅπασιν, ὁποῖόν τι τὸ κατὰ μέθοδον ἑλκῶν ἐστιν ἰάσεις γράφειν. ἐν δὲ τῷ περὶ τῶν καταγμάτων, τίς οὕτως ἐμβρόντητος ὃς οὐκ ἐπαινεῖ τὴν διδασκαλίαν, ὡς σαφῆ τε ἅμα καὶ τελεωτάτην πασῶν ἐξειργασμένην; εἰ δὲ καὶ φαίη τις εἷς, ἢ δύο, μὴ θαυμάζειν τὸ γράμμα, πρὸς τοὺς τοιούτους μάλιστα μὲν ἐν καιρῷ τὸ τοῦ ποιητοῦ λεχθείη. Τούσδε δ' ἔα φθινύθειν ἕνα καὶ δύο. τίς οὖν ἐστιν ἡ τῆς καταγμάτων ἰάσεως ἀληθής τε καὶ ὄντως μέθοδος, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως ἐνδεικτικῶς λαμβανομένη, λέγειν ἂν εἴη καιρός, ἀρχὴν τῶν λόγων τήνδε θεμένοις. ἐπεὶ λέλυται τῆς συνεχείας τὰ τοῦ κατεαγότος ὀστοῦ μόρια, σκοπὸς μὲν τῆς θεραπείας αὖθις, ὁ γοῦν πρῶτος, ἡ ἕνωσις· εἰ δ' εἴη ἀδύνατος φαίνοιτο, διὰ τὴν τῶν πεπονθότων μορίων ξηρότητα, δεύτερος ἄλλος ὁ τῆς δι' ἑτέρου κολλήσεως ἀπόκειται σκοπός· ὃς εἰ μὴ δ' αὐτὸς εὑρίσκοιτο δυνατός, ἀνίατον ἐρεῖς εἶναι τὸ πάθος. ὅτι μὲν οὖν ἀδύνατόν ἐστι συμφῦναι τὸ οὕτως σκληρὸν ὀστοῦν, οἷόν ἐπὶ νεανίσκων τ' ἐστὶ, καὶ μειρακίων, καὶ ἀνδρῶν, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἐπὶ γερόντων, εὔδηλον δήπου παντί. μόνον δ' ἐγχωρεῖ μαλακὸν ἱκανῶς ὀστοῦν, οἷόν ἐπὶ τῶν παιδίων ἐστὶ, δέξασθαι σύμφυσιν. ὅτι δὲ καὶ δι' ἑτέρας οὐσίας, οἷον διὰ κόλλης, ἐγχωρεῖ κολληθῆναί τε καὶ δεθῆναι πρὸς ἄλληλα τὰ διεστῶτα μόρια τοῦ κατεαγότος, ἐντεῦθεν μάλιστα ἄν τις ἐλπίσειεν. ἕκαστον τῶν τοῦ ζώου μορίων, τὴν ἰδίαν τροφὴν ὁμοίαν ἔχειν ἑαυτῷ δέδεικται. εἴπερ οὖν ἀληθὲς τοῦτο, καὶ ἡ τῶν ὀστῶν οἰκεία τροφὴ, παχυτάτη καὶ γεωδεστάτη τῶν ἄλλων ἁπασῶν ἔσται τῶν καθ' ὅλον τὸ ζῶον. οὔκουν ἀδύνατον ἐξ αὐτῆς ταύτης τῆς οἰκείας τροφῆς περιττόν τι, τοῖς τοῦ κατάγματος ἐπιπηγνύμενον χείλεσι, δι' ἑαυτοῦ μέσου κἀκεῖνα κολλῆσαι. καὶ δὴ καὶ φαίνεται γιγνόμενον οὕτως· καὶ μαρτυρεῖ τῇ λογικῇ τοῦ πράγματος ἐλπίδι, καὶ ἡ πεῖρα. σκεπτέον οὖν ἐφεξῆς, ὅπως μάλιστ' ἄν τις ἐργάσαιτο τοῦτο τὸ σῶμα τὸ τοῖς κατάγμασιν ἐπιτρεφόμενον, ὅσον τε καὶ οἷον χρὴ γενήσεσθαι. ὅτι μὲν γὰρ οὔθ' ὁπόσον ἔτυχεν, οὔθ' ὁποῖον, ἀλλὰ συμμετρίας τινὸς εἰς ἄμφω δεόμενον, ἄντικρυς δῆλον. ἥτις δὲ ἡ συμμετρία, κατά τε τὸ ποιὸν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ ποσὸν ἔτυχεν εὑρεθῆναι, ἐφεξῆς χρὴ ζητῆσαι τὸν τρόπον, ᾧ μάλιστ' ἄν τις ἑκατέρου τυγχάνῃ. ζητῆσαι δὲ οὐδὲν ἧττον ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τοῦτ' ἐργάζεσθαι χρή· πότερον εὐθέως ἅμα τῷ γενέσθαι τὸ κάταγμα, καθάπερ ἐπὶ τῶν τραυμάτων αὐτίκα τὴν σύμφυσιν ἐποιούμεθα, ἢ μοχθηρὸς μὲν ὁ τοιοῦτος καιρός, ἕτερον δέ τινα βελτίω χρὴ ζητεῖν. εὑρίσκομεν δ' ἂν, καὶ αὐτὸ τοῦτο πρὸς τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα, διδασκόμενοι. τίς οὖν ἡ τοῦ πράγματος φύσις; ὀστοῦν κατεαγὸς ἅμα τινὶ τῶν εἰρημένων ὀλίγον ἔμπροσθεν διαφορῶν. ἴδωμεν οὖν εἴ τι παρ' ἑκάστης τῶν διαφορῶν εἰς τὴν θεραπείαν αὐτοῦ λαβεῖν ἐστιν, ἀπὸ τῆς καυληδὸν ὀνομαζομένης ἀρξάμενοι. παραλλάττει δ' ἐπὶ ταύτης ἀλλήλων τὰ μέρη τοῦ κατεαγότος ὡς μὴ κεῖσθαι κατ' εὐθύ. δῆλον οὖν ὅτι κατ' εὐθὺ χρὴ πρότερον αὐτὰ ποιήσαντα, τῶν ἐφεξῆς τι πράττειν.

addamus. Verùm, si in singulis verba eius adscripsero, expositorij commentarij longitudinem sermo noster habebit; nec deerit fortassis aliquis, qui immodicam longitudinem nostram meritò accusabit, qui de hac in tertio, & quarto volumine parum meritò est quæstus; in ijs enim necesse fuit mihi multa Hippocratis ex eo libro, qui de vlceribus inscribitur, loca apponere, quibus reliquis medicis ostenderem, cuiusmodi res sit methodo quadam vlcerum curationem conscribere. In libro autem de fracturis, quis adeo est stupidus, vt doctrinam eius omnem, ceu lucidam planéque absolutissimam, non suspiciat? Quod siquis etiam vnus altérve dicat parum se id opus mirari, his opportunissimè respondeatur illud poetæ; *Hos vnum atque alterum permitte tabescere.* Quænam igitur sit fracturæ curandæ vera methodus, quámque ipsa rei natura præscribat, iam tempestiuum dicere videtur, atque hinc sumpto initio. Quoniam fracti ossis soluta partium continuitas est, scopus certè curationis ipsis, saltem primus, vnitio est; quòd si is per affectarum partium siccitatem perfici posse non videatur, restat alter scopus, qui est, vt alterius cuiusdam interuentu glutinetur; qui si nec ipse comparabilis aduertitur, insanabilem esse affectionem dixeris. Quòd igitur coalescere nequeat tam durum os, quàm id, quod in iuuenibus & adolescentibus, & in viris, multóque magis in senibus cernitur, id profectò vel cuiuis patere potest. Potest certè illud tantum vnitionem recipere, quod abundè molle est; cuiusmodi conspicitur in puerulis. Quòd autem alia quapiam interueniente substantia, ceu glutino quodam agglutinari colligaríque secum separatæ fracti ossis particulæ queant, hinc maximè speret quispiam. Monstratum est omnem animalis partem proprium, ac simile sibi trahere alimentum. Id si verum est, ossium certè idoneum nutrimentum, & crassissimum, & maximè terreum, quàm aliud quoduis nutrimentum in toto animali fuerit. Non est igitur quod fieri non possit, quod ex hoc ipso proprio alimento redundat, & in labris fracturæ concrescit, suo ipsius interuentu illa quoq; conglutinet. Quinetiã ita euenire cõspicitur, subscribítq; spei, quã ratio suppediat etiã experientia *ipsa*. Itaq; cõsiderandũ deinceps est quanã potissimũ ratione corpus hoc quod fracturis innascitur, quãtũ, qualéq; sit prouenire possit. Nam quòd nec quantũlibet, nec qualecũque, sed quod mediocritatem in vtroq; seruet, requirimus, id planè est euidens. Porrò huius symmetriæ, tum qualitate, tum quantitate inuenta, deinceps est, vt, quâ maximè quis vtrunq; assequatur, rationẽ ipsam quærat. Sed nec tempus, quo effici conueniat, minùs necessarium quæsitu est, vtrúmne statim à fractura facta, veluti statim in vulneribus moliebamur vnitionem; ad id commodum tempus non est, sed aptius aliud requirendum. Sanè inuenias hoc quoque sicuti & reliqua omnia ex ipsa rei natura edoctus. Quænã igitur est ipsius rei natura? Os fractum aliqua paulò antè comprehensarum differentiarum. Igitur videamus, nunquid à singulis differentijs aliquid desumi ad eius curationem possit, à cauliformi dicta orsi. Dissident sic à se in hac fracti ossis partes, vt è directo non iaceant. Quare patet primum id esse agendum, vt in directum agantur, tum, eorum, quæ deinceps sunt, aliquid geratur.

Sanè

Sanè eum situm habuerint, siquis ea, quæ sic dissident, integræ partis exemplo vsus, in contrarium adducat; à qua nimirum certissima indicatio transpositionis eorum erit. Fieri enim potest, vt tum antrorsum, tum retrorsum, tum in hanc partem, tum in illam, membri facta translatio sit. Quæcunque igitur retrorsum magis sunt acta, ea antrorsum impelli conueniet; nec minùs in alteram quoque fracti ossis partem modicè ad contrarium retrudi; *contrà*, quæ antrorsum sunt emota, hæc rursus ipsa quidem retrorsum, reliquam verò partem sensim duci antrorsum. Eodem etiam modo, & eorum, quæ ad dextram sunt detorta, medicatio est, si ad sinistram ducantur; contráque eorum, quæ ad sinistram, si mutentur ad dextram, semper altera parte modicè in contrarium acta. Cæterùm in adducendis contrario motu partibus, ne quę frangantur earum extantiæ, non leue periculum est; neque enim (veluti in serra desectis visitur) læuis est vtriusque partis finis. Nam si illæ frangantur, non poterunt adamussim secum coaptari fracti ossis fines, duplici de causa. Nam, siue ipsa fragmenta inter partes coniungendas interciderint, non sinent ea, quæ adaptantur, se contingere; siue quid fortè ossium extra ceciderit, ne sic quidem eorum, quæ effinxeris, exacta coniunctio erit, sic vt pristinam vnionem imitentur, quippe quæ solùm, tum demum erit, quum ossis extantiæ in suas cauitates fuerint reconditæ. Quòd si semel comminutæ perierint, necessum est, inter applicata simul ossa vacans interueniat spatium, in quod sanies collecta, atque in tempore putrescens, totum pariter membrum secum corrumpet. Atque ob hæc quidem quæ dissident ossa, è directo admota esse oportet; quod commodè certè fieri nequit, citra antitasin, *tensionem oppositam*. Oportet igitur, aut manibus si paruum sit membrum; aut vinculis circumpositis aut etiam cum instrumentis, cuiusmodi nos Hippocrates docuit, antitasin ossium facere; postea verò, quam abundè retracta fuerint, nec vllum supersit periculum, ne se in adducendo tangant, tum in directum opponere, vinculáque remittere, ac musculis ipsis diductorum in idem commissionem permittere; sed te ipsum quoque manibus subseruire, ac sicubi aliquid paulum subsultet, corrigere, atque conformare. Ab his secundus scopus fuerit, vt immotũ prorsus membrum consistat, nequid eorum, quę effinxeris moueatur; nã ita necesse est ea rursũ dissidere. Ac, si ipsi quidem ægrotanti, vt quietudini mẽbri prospiciat, permiseris, vigilans fortassis probè id curauerit, at dormiens membrũ mouebit. Vt igitur non dormientis modò hominis, sed etiam ad desidendũ, itémq;, quũ cubile resternitur, surgentis, eorũ quę formata sunt, positura seruetur, tuta deligatura cõplecti fracturã oportet, quæq; fracti ossis partes secũ coarctare adamussim possit. At verò, quũ laxior deligatura ossibus moueri permittat; arctior verò constringẽdo, dolorẽ excitet; danda opera est, vt vitato ambarũ incõmodo, vtriusq; fruamur cõmodo. Id fiet, si quod nimium est, declinabimus. Ergo nec adeò arctare deligaturam debebimus, vt iã cõprimat; nec adeò astrictam remittere, vt laxa efficiatur. Ac, si quidem æqualis esset crassitudinis partiũ quęque, vtiq; latissima fascia esset cõmmodissima; vtpotè quæ totũ æqualiter continentérq; ex omni parte fractũ os cõplecteretur;

A ἕξει δήπου τὴν τοιαύτην θέσιν, ἐὰν ἐπὶ τἀναντία περιάγηται τὰ διεστῶτα, παραδείγματι χρωμένοις τῷ ὑγιεῖ· παρ' ἐκείνου γὰρ ἀκριβὴς ἡ ἔνδειξίς ἐστι τῆς μεταθέσεως αὐτῶν. ἐγχωρεῖ γέ τοι καὶ πρόσω τοῦ κώλου, καὶ ὀπίσω, καὶ τῇδε, καὶ τῇδε γίνεσθαι τὰς μεταστάσεις. ὅσα μὲν οὖν ὀπίσω μᾶλλον μετέστη, ταῦτ' ὠθεῖν χρὴ πρόσω, μετὰ τοῦ τὸ ἕτερον μέρος τοῦ κατεαγότος, ἀντωθεῖν μετρίως εἰς τοὐναντίον· ὅσα δὲ πρόσω, ταῦτ' εἰς τοὐπίσω μὲν αὐτά, τὸ δὲ ὑπόλοιπον μέρος ἄγειν ἠρέμα πρόσω. κατὰ ταὐτὰ δὲ, καὶ τῶν εἰς τὸ δεξιὸν μέρος διεστώτων, ἡ ἴασις εἰς τὸ ἀριστερὸν ἀγομένων· ὥσπερ καὶ τῶν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν, εἰς τὸ δε-
B ξιὸν, ἀεὶ τοῦ ἑτέρου μέρους ἀντωθουμένου μετρίως. ἀλλ' ἐν τῷ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν ἄγειν ἑκάτερον, οὐ σμικρὸς κίνδυνός ἐστι θραυσθῆναί τινας ἐξοχὰς αὐτῶν· οὐ γὰρ δὴ λεῖόν γε τὸ πέρας ἑκατέρου τοῦ μέρους ἐστὶν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀποπριομένων γίνεται. καὶ μὴν εἴπερ αὗται θραυσθεῖεν, οὐκ ἂν ἀκριβῶς ἔτι συναρμοσθείεν πρὸς ἄλληλα τοῦ κατεαγότος ὀστοῦ τὰ πέρατα, διὰ διττὴν αἰτίαν. αὐτά τε γὰρ οἱ μὲν τὰ θραύσματα, μεταξὺ τῶν συναγομένων μερῶν ἱστάμενα, διακωλύσει ψαύειν ἀλλήλων τὰ συναρμοττόμενα. καὶ εἴπερ ἄρα δυνηθείη τι πρὸς τοὐκτὸς τῶν ὀστῶν ἐκπεσεῖν, οὐδ' οὕτως ἀκριβὴς ἡ ἁρμονία γενήσεται τῶν διαπλαττομένων, ὡς τὴν ἀρχαίαν ἕνωσιν μιμήσασθαι· μόνως γὰρ ἂν ἐκείνη γένοιτο, τῶν ἐξοχῶν ἁρμοσθεισῶν ἐν ταῖς κοιλότησιν. εἰ δ' ἅπαξ ἀπόλοιντο θραυσθεῖσαι, κενὴν χώραν ἀναγκαῖον ἀπολειφθῆναι μεταξὺ τῶν ἁρμοζομένων ἀλλήλοις ὀστῶν, εἰς ἣν ἰχῶρας ἀθροιζομένους, εἶτ' ἐν τῷ χρόνῳ σηπομένους, ὅλον ἅμ' ἑαυτοῖς τὸ κῶλον ἀνάγκη διαφθείρειν. διὰ ταῦτα μὲν οὖν χρὴ τὴν παραγωγὴν τῶν ὀστῶν ποιεῖσθαι διεστώτων. αὐτὸ δὲ δὴ τοῦτο πάλιν οὐχ οἷόν τε καλῶς ἐργάζε-
D σθαι, χωρὶς ἀντιτάσεως. χρὴ τοίνυν ἤτοι διὰ τῶν χειρῶν, εἰ μικρὸν εἴη τὸ κῶλον, ἢ διὰ βρόχων περιβαλλομένων, ἢ καὶ σὺν αὐτοῖς ὀργάνων, οἵων Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξε τὴν ἀντίτασιν ποιεῖσθαι τῶν ὀστῶν· ἐπειδὰν δὲ ἱκανῶς διαταθῇ καὶ μηκέτι κίνδυνος, ἀλλήλοις ἐνερείδεις τῷ περιάγεσθαι, κατ' εὐθὺ θέμενον ἀνεῖναι τοὺς βρόχους, ἐπιτρέψαντα τοῖς μυσὶ, συνάγειν εἰς ταὐτὸ τὰ διεστῶτα· συνεφάπτεσθαι δὲ ἐν τούτῳ ταῖς χερσὶ, καὶ αὐτὸν εἴ τί που παραλλάττει μικρὸν ἐπανορθούμενόν τε καὶ διαπλάττοντα. μετὰ δὲ ταῦτα, δεύτερος ἂν εἴη σκοπὸς ἀτρεμεῖν ἀκριβῶς τὸ κῶλον, ὡς μηδὲν κινοῖτο τῶν
E διαπλασθέντων· ἀναγκαῖον γὰρ ἐν τῷδε παραλλάττειν αὖθις. εἰ μὲν οὖν ἐπιτρέψαις αὐτὸ τῷ κάμνοντι προνοεῖσθαι τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ, παρὰ μὲν τὸν τῆς ἐγρηγόρσεως χρόνον, ἴσως ἂν τοῦτο πράξειεν, ὑπνώττων δ' ἐξ ἀνάγκης, κινήσει τὸ κῶλον. ὅπως οὖν ἀεὶ φυλάττοιτο τῶν διαπλασθέντων ἡ θέσις, οὐ μόνον ὑπνώττοντος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄφοδον ἀνισταμένου τοῦ ἀνθρώπου, κἂν ταῖς μεθυποστρώσεσιν, ἀσφαλεῖ δεσμῷ περιλαβεῖν χρὴ τὸ κάταγμα, σφίγγειν ἀκριβῶς δυναμένῳ πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη τοῦ κατεαγότος ὀστοῦ.
F ἀλλ' ἐπεὶ τῶν δεσμῶν ὁ μὲν χαλαρὸς, ἐπιτρέπει κινεῖσθαι τοῖς ὀστοῖς, ὁ δ' ἰσχυρὸς σφιγγόμενος, ὀδύνην ἀπεργάζεται, πειρατέον ἀπολαύοντα τῆς ἀφ' ἑκατέρου χρείας, φυλάττεσθαι τὴν βλάβην. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο, φευγόντων τὰς ἀμετρίας. μήτε οὖν εἰς τοσοῦτον σφίγγειν ὡς ἤδη καὶ θλίβειν, μήθ' οὕτως ἐκλύειν τὴν σφίγξιν, ὡς χαλαρὸν ἐργάζεσθαι. εἰ μὲν οὖν ἰσοπαχὲς εἴη ἕκαστον τῶν μορίων, ὁ πλατύτατος ἂν ἐπίδεσμος ἄριστος ὑπῆρχεν, ὅλων ὁμαλῶς τε καὶ συνεχῶς ἐκ παντὸς μέρους περιλαμβανόμενον τὸ κατεαγός.

ἐπεὶ δ' οὐχ οὕτως ἔχει, τῷ μὲν θώρακι περιβάλλειν ἐγχωρεῖ τὸν πλατύτατον, οὔτε δ' ἐπὶ τῶν κώλων, οὔτ' ἐπὶ κλειδὸς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν τοιούτων, ὁ στενὸς ἀμείνων, ὡς ἂν μήτε ῥυτιδούμενος ἅπτηταί τε μορίῳ ψαύων τοῦ δέρματος ᾧ περιελήλικται· ἀλλ' ἔστι γε οὐκ ἀσφαλὴς, ὀλίγαις λαβαῖς συνέχων τὸ κατεαγός. ὅσον οὖν εἰς ἀσφάλειαν αὐτοῦ διὰ τὴν στενότητα λείπει, τοῦτ' ἐκ πλήθους τῶν περιβολῶν καὶ τῆς ἐπὶ τὸ ὑγιὲς νομῆς, προστιθέναι. ἀλλ' ἐπεὶ τῶν ἐπιδέσμων, ὅσοι πιλοῦσί τε καὶ σφίγγουσιν ἀλύπως τὴν σάρκα, φύσιν ἔχουσιν ἐκθλίβειν μὲν ἐξ ἐκείνων τῶν μορίων οἷς πρώτοις ἐπιβάλλονται τοὺς χυμοὺς, ἐναποτίθεσθαι δὲ, καὶ στηρίζειν εἰς ἅπερ ἐτελεύτησαν, εὔλογον οἶμαι βάλλεσθαι μὲν τὴν ἀρχὴν τοῦ ἐπιδέσμου ἐπ' αὐτὸ τὸ κάταγμα· νέμεσθαι δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ λοιπὸν κῶλον. ὁ γὰρ ἔμπαλιν ἐπιδῶν, ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων ἐπὶ τὸ πεπονθὸς ἐκθλίβοι τὸ αἷμα. εἰ μὴν εἴπερ ἀπὸ μὲν τοῦ πεπονθότος ἄρχεσθαι προσήκει, τελευτᾶν δὲ ἐπὶ τὸ ὑγιὲς, οὐ μόνον ἀβλαβὴς ἡ ἐπίδεσις εἰς ἅπερ εἴπομεν ἡ τοιαύτη γένοιτ' ἂν, ἀλλὰ καὶ χρηστόν τι προσεκπορίζουσα· φλεγμονὴν γὰρ οὐδεμίαν ἐάσει συστῆναι περὶ τὸ κάταγμα· χρὴ δὲ οἶμαι, καὶ τούτου φροντίζειν ἐν τοῖς μάλιστα. κίνδυνος γὰρ ἐπί τε ταῖς ἀντιτάσεσιν, ἃς διαπλάττοντες τὸ κῶλον ἐποιούμεθα, καὶ πρὸ τούτων, ὅτι τὰ πλεῖστα τῶν ἐργαζομένων αἰτίων τὸ κάταγμα, τὴν περιβεβλημένην τοῖς ὀστοῖς σάρκα πρότερον ἀδικεῖ πιλοῦντα καὶ θλῶντα, ὡς μεγάλας ἀκολουθῆσαι φλεγμονάς. οὐ θαυμάσαιμι δ' ἂν οὐδ' εἰ καὶ τοῖς ὀστοῖς αὐτοῖς τοῖς κατεαγόσιν, ἀνάλογόν τι φλεγμονῇ συμπίπτει. καὶ γὰρ καὶ φαίνεται τά γε μὴ καλῶς ἰαθέντα, σαφῶς ὑγρότερα τῶν κατὰ φύσιν, ὅταν ἅμα τραύματι τὸ κάταγμα γενόμενον, ὑπὸ τὴν τῆς ὄψεως ἥκῃ διάγνωσιν. οὐ μὴν οὐδὲ ὁ σφάκελος ἐξ ἄλλης προφάσεως ὁρμᾶται· φθορὰ καὶ αὐτὸς ὑπάρχων ὅλης τῆς οὐσίας αὐτῶν. οὔκουν ἀμελεῖν χρὴ τοῦ τὸ περιττὸν ὑγρὸν ἐκθλίβεσθαι πάντων τῶν περὶ τὸ κάταγμα μορίων. ἄρχεσθαί τε οὖν ἀπὸ τοῦ πεπονθότος, καὶ δὶς ἢ τρὶς ἐν κύκλῳ περιβαλόντα, νέμεσθαι τοὐντεῦθεν ἐπὶ τὸ ὑγιές. ὁ γὰρ οὕτως ἐπιδῶν, ἀπείργει τε τὴν ἐκ τῶν ὑγιῶν εἰς τὸ πεπονθὸς ἐπιρροὴν τοῦ αἵματος, ἐκθλίβει τε τὸ φθάσαν ἠθροῖσθαι κατ' αὐτό. διττῶν δὲ ὄντων χωρίων, τῶν δυναμένων ἐνδέξασθαί τι παρὰ τῶν πεπονθότων, καὶ πέμψαι, τὰ μὲν ὑπερκείμενα, διά τε τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος ἱκανώτερα πρὸς ἄμφω· τὰ δὲ ἄκρα, διὰ τὰ ἐναντία, βραχὺ μέν τι καὶ δέξασθαι καὶ πέμψαι δύναται, πολὺ δὲ οὔτε χορηγῆσαί ποτε τοῖς πεπονθόσιν, οὔτε παρ' ἐκείνων λαβεῖν. ὥστε διὰ ταῦτα δύο ἐπιδέσματα πρῶτα ποιησάμενος ὁ Ἱπποκράτης, τῷ μὲν ἑτέρῳ προτέρῳ τό τε περιεχόμενον ἐν τοῖς πεπονθόσιν ἐκθλίβει πρὸς τὰ ὑπερκείμενα, τό τε ἐξ ἐκείνων ἐπιρρέον, ἀνείργει. τῷ δὲ ὑπολοίπῳ, κατὰ μὲν τὰς πρώτας ἐπιβολὰς, ἃς κατ' αὐτοῦ τε τοῦ κατάγματος, ἔτι τε τῆς ἐπὶ τὰ κάτω νομῆς τῶν ὀθονίων ποιεῖται, τὸ μὲν ἐκθλίβει πρὸς αὐτὰ, τὸ δὲ ἀνείργει. κατὰ δὲ τὰς ἑξῆς ἁπάσας, ἡνίκα ἐκ τῶν κατωτάτω μερῶν ἄνω παλινδρομεῖν ἀξιοῖ τὸν ἐπίδεσμον, ὡς εἰς ταὐτὸ τῷ προτέρῳ τελευτῆσαι τοῖς ὑπερκειμένοις ἐκθλίβων, τὰς ἐξ αὐτῶν ἐπιρροὰς κωλύει. φρουρεῖ τ' οὖν ἅμα καὶ στηρίζει τὸ κατεαγὸς, ἀφλέγμαντόν τε φυλάττει τὰ πρῶτα δύο τῶν ὀθονίων· οὐ μὴν ἱκανά γε μόνα τὰ εἰρημένα, πρὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας. ὅθεν εἰς μὲν τὴν φρουρὰν, ἐπικουρίαν αὖθις ὁ Ἱπποκράτης ἐξεῦρε τὴν τῶν σπληνῶν ἐπιβολὴν,

A sed quoniam id non est, pectori quidem latissimam licet circumponas, artubus certè, & iugulo non potes; sed in talibus vtilior est angusta, vt quæ nec rurgas contrahet, & totius partis, cui circundata est, cutem continget; verùm, si paucis complexibus fracturam continet, parum tuta est. Quantum igitur securitatis ex angustia deficit, tantùm ei ex iniectionis numero, & versus integrum deductione, est adijciendum. Sed, quoniam deligationum, quæcunq; citra dolorem carnem constipant coarctántque, id virium habent, vt ex ijs partibus, quibus primùm inijciuntur, succos exprimant in eas, in quas ipsæ B sunt finitæ, reponant, atque fingant, non alienum à ratione arbitror deligaturæ principium super ipsam fracturam inijci, abhinc verò ad reliquum membrum dispensari; etenim, qui contra deligat, is ab integris ad ægram partem sanguinē compellit. Atqui, si ab ægro loco incipiat, in integrum finiat, non solùm innoxia eiusmodi deligatura in ijs, quæ diximus erit, sed etiam vtile quiddam contulerit; quippe quum nullam circum fracturam finet excitari phlegmonen; cuius rei curam vt arbitror, habere in primis oportet. Periculum enim est, ne tum ex illa antitasi, quam C membrum in suam formam effingentes administrauimus; tum vel magis ex eo, quòd causæ, quę fracturam faciunt, plerúnq circundatam ossibus carnem constipando contundendóque priùs lædunt, magnæ subsequantur phlegmonæ. Nec sanè mirer, si phlegmones quiddam simile etiam ipsis fractis ossibus ad proportionem accidat; etenim etiam, quæ parum probè sunt curata, magis humida, quàm pro natura sua manifestè cernantur, vbi vnà cum vulnere oris fractura sub aspectus notitiam venit. Quinimò nec ossis sphacelus ex alia occasione oboritur; qui ipse totius ossium substantię corruptela quędam est. Non igitur negligendum, quin totum superuacuū humidum ex D omnibus quæ circa fracturam habentur, partibus exprimas. Incipies itaque ab ægra parte, ac quum bis térve circundederis, inde sanum versus progredieris; siquidem, qui ita deligat, & ab integris ad laborantem partem sanguinis confluxum arcet; & quod iam collectum in ea est, exprimit. Quum verò duæ partes sint, quæ & recipere aliquid à laborante parte, & transmittere ad eam possint quæ superiacent, tum propter multitudinem, tum magnitudinem, ad ambo magis sunt habiles; extremæ verò, propter contrarias con- E ditiones, exiguum quidem aliquid, vel recipere vel transmittere possunt, multum verò nec ægris partibus subministrare, nec ab ipsis recipere Quocirca quum duas primas fecerit Hippocrates deligaturas, priore quidem, tum quod in laborante parte continetur, ad superposita expellit, tum quod ex his confluit, repellit; reliqua verò primis quidem complexibus, quos super ipsam fracturam facit, itémque fasciæ ad inferna progressu, eo quædam extrudit, quædam, ne quid illinc con- F fluat, prohibet. Reliquis deinceps omnibus, quibus ab infimis partibus sursum recurrere deligaturam censet, vt eodem loco cum priore finiatur, tum ad superiora repellit, tum confluxum ab ijs prohibet. Muniunt igitur, ac stabiliunt fractum, nec phlegmonen oriri sinunt, prima duo lintea; non tamen ea, quæ dicta sunt, ad ambos hos vsus satisfaciunt sola. Vnde ad eorum quidē tutelam Hippocrates præsidium excogitauit, vt

vt splenia vnà cum exterioribus fascijs adhiberentur, quæ hæc quoque ipsa stabiliant. Ne autem phlegmone oriatur, medicamento quodam phlegmonen prohibente, vti iubet; quale est ceratum humidum. Hæc igitur omnia ratione, vt comprehensum est, dictante sunt inuenta; & præter hæc, ipsa repositionis figura; quæ ipsa quoque geminæ indicationi subijcitur, priori; quæ ex solis communibus notionibus pendet; alteri, quæ ex curandorum organorum naturali constitutione præstatur. Prior igitur eam, quæ maximè à dolore abest eligendam figuram suadet, quò nec phlegmonen pars contrahat, & æger persistere in vna ea diutissimè immotus possit. Secunda, quæ ex curandorum sumitur natura, arterias, venas, neruos, & musculos, quàm rectissimos poni præcipit. Sed & consentiunt inter se hæ indicationes, quando & rectissima cuiusque partis figura maximè est à dolore aliena; & quæcunque magis, quàm alia, est à dolore libera, ea maximè naturalis membro est; brachio quidem angulosa, cruri verò, quæ paulò minùs porrecta est. Porrò ad dolorem vitandum non modò naturalis figura cuiuis organo verùm etiam consuetudo conducere videtur. Atque hęc quidem tibi figuræ, in qua custodire membrum conueniat, inueniendæ ratio est; at eadem inueniendæ figuræ ratio est, & in antitasi, & conformatione seu figura. Etenim expedit, vt in rectissima, atque à dolore alienissima forma membrum, tum extendas, tum figures, multóq; etiam magis, vt sub eadem figura, tum deliges, tum ad quietem reponas. Siquidem sub alia deligare, in aliam verò mutare, non dolorem modò incitare potest, verùm etiam ossa intorquere; nam, nisi eorum, quæ pręcepta sunt in commentarijs, quos de musculorum motibus scripsimus, obliuio obrepsit, necesse est vbi, figura mutatur, alios musculorum tendi, ac velut contractos rotundari, alios solui, ac remitti. Ergo vbi intenduntur, tum premi eos à deligatura est necesse, tum ex compressione ipsa dolere; vbi verò tensio remittitur, ea in parte, deligaturam esse laxam, fracturámque fulcimento destitui. Horum igitur omnium causa, tum extendere, tum effingere, tum deligare, tum reponere vna ea figura, quæ doloris minimum habeat, præcipuè est studendum. Atque ad primum quidem opus, quod in fracturis molimur, nullum iam relictum est, præceptum. Sòluere autem ex Hippocratis sententia tertio die debebis, quò in parte pręter solitum cooperta, nec dolor, nec pruritus creetur; nec eius, quod iam infixum fracturæ est, perspiratio prohibeatur, cuius occasione non modò noxius pruritus quibusdam accidit, sed etiam cutem ex acrimonia saniei erosam exulcerari. Infundendum igitur tantum temperatæ aquæ est, quantum ad euocandam eiusmodi saniem est satis. Quòd si rursus quoque simili modo facies, septimo id à primo die facere debebis. Apparuerint verò iam omnia, modò nihil impediat, phlegmone libera, ac quàm pro naturali statu magis aliquando gracilia. Tum igitur licebit & ferulas circumponere, & soluere ex maiore interuallo; nam antea, quum phlegmones scopus vinceret, tutum non erat ferulis premere; nunc quum ea desijt, ac stabilire fracturam est opus, sanè non incommodè his vtare. Sed, & soluere ex maiore interuallo licet, non desiderantibus præterea partibus saniem exernere.

A ἅμα καὶ τοῖς ἔξωθεν ὀθονίοις, ἃ τούτοις αὐτοῖς στηρίζει. πρὸς δὲ τῷ μὴ φλεγμαίνειν, φαρμάκῳ τινὶ κελεύει χρῆσθαι τῶν ἀφλεγμάντων, οἷα πέρ ἐστιν ἡ ὑγρὰ κηρωτή. ταῦτά τε οὖν ἅπαντα τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς εὑρέθη, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ τῆς ἀποθέσεως σχῆμα, διττῷ καὶ τοῦτ' ἐνδείξεως ὑποπίπτον τρόπῳ· προτέρῳ μὲν ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἠρτημένῳ ψιλῷ· ἑτέρῳ δὲ ἐκ τῆς τῶν θεραπευομένων ὀργάνων κατασκευῆς. ὁ μὲν οὖν πρότερος, ἀνωδυνώτατον αἱρεῖσθαι συμβουλεύει σχῆμα, πρός τε τῷ μὴ φλεγμαίνειν τὰ μόρια, B καὶ διαμένειν ἀτρέμα ἐπ' αὐτοῦ μόνου δύνασθαι τὸν κάμνοντα χρόνῳ παμπόλλῳ. ὁ δὲ δεύτερος τρόπος ὁ ἐκ τῆς τῶν θεραπευομένων φύσεως ὁρμώμενος, ἀρτηρίας, καὶ φλέβας, καὶ νεῦρα, καὶ μῦς, ὡς εὐθύτατα κεῖσθαι κελεύει. καὶ δὴ καὶ ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις οἱ τρόποι, τό τε γὰρ [84] εὐθύτατον ἑκάστου μορίου σχῆμα, μάλιστά ἐστιν ἀνώδυνον· ὅ,τι δ' ἂν ἑτέρου μᾶλλον ἀνώδυνον ᾖ, κατὰ φύσιν μάλιστά ἐστι τῷ κώλῳ· χειρὶ μὲν τὸ καλούμενον ἐγγώνιον, σκέλει δὲ, τὸ μικροῦ δεῖν ἐκτεταμένον. εἰς ἀνωδυνίαν δὲ, οὐ μόνον τὸ κατὰ φύσιν C ἑκάστου σχῆμα τῶν ὀργάνων, ἀλλά τι καὶ τὸ ἔθος ἔοικε συντελεῖν. αὕτη μὲν οὖν σοι καὶ ἡ τοῦ σχήματος εὕρεσις, ἐν ᾧ χρὴ διαφυλάττειν τὸ κῶλον· ἡ δ' αὐτὴ, κατὰ τὴν [85] ἀντίτασίν τε καὶ διάπλασιν. ἄμεινον γὰρ ἐν εὐθυτάτῳ καὶ ἀνωδυνωτάτῳ διατείνειν καὶ διαπλάττειν τὸ κῶλον· πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι τήν ἐπίδεσίν τε, καὶ τὴν ἡσυχίαν τοῦ μορίου ποιεῖσθαι προσήκει. τὸ γὰρ ἐν ἄλλῳ μὲν ἐπιδεῖν, ὑπαλλάττειν δὲ εἰς ἕτερον, οὐκ ὀδύνην μόνον, ἀλλὰ καὶ διαστροφὴν ἐργάζεται τοῖς ὀστοῖς. εἰ γάρ D τι μεμνήμεθα τῶν ἐν τοῖς περὶ μυῶν κινήσεως ὑπομνήμασιν εἰρημένων, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὑπαλλαττόντων τὸ σχῆμα, τινὰς μὲν τῶν μυῶν ἐντείνεσθαί τε καὶ οἷον σφαιροῦσθαι συναγομένους· ἐνίους δ' ἐκλύεσθαί τε καὶ χαλᾶσθαι. ἔνθα μὲν οὖν ἐντείνονται, θλίβεσθαί τε πρὸς τῶν ἐπιδέσμων αὐτοὺς ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὀδυνᾶσθαί τε διὰ τὴν θλίψιν· ἔνθα δὲ ἡ τάσις ἐκλύεται, χαλαρὰν μὲν ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τὴν ἐπίδεσιν, ἀστήρικτον δὲ γίνεσθαι τὸ κάταγμα. διὰ ταῦτ' οὖν ἅπαντα διατείνειν τε, καὶ διαπλάττειν, ἐπιδεῖν τε καὶ ἀποτίθεσθαι καθ' ἓν σχῆμα τὸ ἀνωδυνώτατον, ἕλοιτ' ἄν E τις. εἰς μὲν δὴ τὴν πρώτην ἐνέργειαν ἣν ἐνεργοῦμεν ἐν τοῖς κατεαγόσιν, οὐδὲν ἔτι λείπει παράγγελμα. λύειν δὲ κελεύει διὰ τρίτης ὁ Ἱπποκράτης, ὅπως μήτ' ἄση τις γίγνοιτο, μήτε κνῆσις ἀήθως σκεπασθέντι τῷ μορίῳ, μήτ' ἐπὶ πλέον αἱ διαπνοαὶ κωλύοιντο τοῦ φθάσαντος ἐστηρίχθαι κατὰ τὸ κάταγμα· δι' ἃς οὐ μόνον ἀσώδως [86] κνήσεσθαι συμβαίνει πάν, ἀλλὰ καὶ διαβρωθέντος ὑπὸ τῆς τῶν ἰχώρων δριμύτητος ἐνίοτε τοῦ δέρματος, ἑλκώσεις γίνεσθαι. καταντλεῖν οὖν ὕδατος εὐκράτου τοσοῦτον, ὅσον ἱκανόν ἐστι διαφορῆσαι F τοὺς τοιούτους ἰχῶρας. ἣν δὲ δὴ καὶ αὖθις ὁμοίως πράξῃς, ἑβδόμη μὲν ἂν εἴη μετὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν, ἡμέρα. φαίνοιτο δ' ἂν ἤδη μηδενός γε ἐμποδὼν γινομένου, πάντ' ἀφλέγμαντα, καὶ αὐτοῦ γε τοῦ κατὰ φύσιν, ἐνίοτε μᾶλλον ἰσχνά. τότε οὖν ἐγχωρεῖ νάρθηκάς τε περιτιθέναι, καὶ λύειν διὰ πλέονος· ἔμπροσθεν μὲν γὰρ ὅτ' ὁ τῆς φλεγμονῆς ἐπεκράτει σκοπὸς, οὐκ ἦν ἀσφαλὲς θλίβειν τοῖς νάρθηξι· νυνὶ δὲ ἐπεὶ πέπαυται μὲν αὕτη, στηρίζεσθαι δὲ χρὴ τὸ κάταγμα, καλῶς ἄν τις αὐτοῖς χρῷτο. καὶ μὲν δὴ καὶ διὰ πλέονος ἐγχωρεῖ λύειν, ὡς ἂν μηκέτι χρηζόντων τῶν μερῶν ἀποκρίνειν ἰχῶρας.

ἀλλὰ καὶ ἡ πώρωσις ἄμεινον ἂν οὕτως γίγνοιτο. χρὴ γάρ, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, παγῆναί τι τῆς οἰκείας τροφῆς τῶν ὀστῶν, ἵνα γένηται πῶρος. οὔκουν χρὴ τοῦτ' ἀποκλύζειν τῶν χειλῶν τοῦ κατάγματος, ἢ διαφορεῖν ἐκτός, ὅπερ αἱ συνεχεῖς λύσεις ἐργάζονται. οὐ μὴν οὐδ' οὕτω πολὺ διαλείπειν, ὡς μηδὲ γνῶναί πως προχωρεῖ τὸ κάταγμα. πολλάκις γοῦν ἐθεασάμην ἀκριβῶς ξηρανθέντων τῶν ὀστῶν, δυσχερῶς γιγνομένην τὴν πώρωσιν. ἐπαντλεῖν οὖν χρὴ τοῖσδε μέτριον τὸ πλῆθος, διὰ τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρας, ὕδωρ θερμόν, ὅρον ἔχοντα τοῦ παύσασθαι τῆς καταιονήσεως, τὴν εἰς ὄγκον ἐρυθρὸν ἔπαρσιν τῶν σαρκῶν. ἐπὶ μὲν δὴ τούτων, πρὶν ἄρχεσθαι καθίστασθαι, παύσασθαι χρή, καθάπερ ἐφ' ὧν διαφορῆσαί τι βουλόμεθα, μὴ παύεσθαι πρὸ τοῦ συμπεσεῖν τὸν ἐκ τῆς αἰονήσεως ὄγκον. ἐφ' ὧν δ' ὑγρότης ἐστὶ πλείων, καὶ διὰ ταύτην οὐ πωροῦται τὰ κατεαγότα, ξηραίνειν αὐτήν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, πειρᾶσθαι δι' ἐπιδέσεως προσηκούσης καὶ καταντλήσεως, ἤτοι γ' ἐλαχίστης παντάπασιν, ἢ πλείστης. ἡ μὲν γὰρ ἐλαχίστη, πρὶν ἐπιρρυῆναί τι παυομένη, τά τε πρόχειρα τῶν ὑγρῶν διαφορεῖ, τά τε ἐν τοῖς βάθεσι διαχεῖ μετρίως· συμφέρει δὲ οὕτω κεχύσθαι τοῖς ὑπὸ τῆς ἐπιδέσεως ἐκθλίβεσθαι μέλλουσιν. ἡ δὲ πλείστη, διαφορεῖ πλέον ἢ ἕλκει. εὔδηλον δὲ δήπου καὶ ὡς ἐπὶ μὲν τῆς ἐκθλιβούσης ἐπιδέσεως, ἧττον χρὴ πιέζειν τὰ τελευταῖα τῶν ὀθονίων· ἐπὶ δὲ τῆς ἀναθρεφούσης, οὐχ ἧττον ταῦτα, καὶ συμπάσας τὰς περιβολὰς χαλαρωτέρας ποιεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον ἐν ᾧ χρὴ καιρῷ συμπράττειν ταῖς πωρώσεσιν, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐξεύρηται, λείποιτ' ἂν ἔτι περὶ τῆς συμπάσης διαίτης εἰπεῖν. ὅτι μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ λεπτοτάτως χρὴ διαιτᾶν, ἐν τῇ τῶν φλεγμονῶν οἰκείᾳ θεραπείᾳ λεχθήσεται· λεχθήσεται δὲ καὶ ὡς φλέβα χρὴ τέμνειν, ἐνίοτε δὲ καὶ διὰ γαστρὸς ἐκκενοῦν τὰ περιττά. κατὰ δὲ τὸν τῆς πωρώσεως καιρόν, ἀναθρέφειν χρὴ τὸ σῶμα σιτίοις εὐχύμοις καὶ τροφίμοις, ἐξ ὧν εἴωθε γεννᾶσθαι χυμός, οὐ μόνον χρηστός, ἀλλὰ καὶ γλίσχρος, ἐξ οἵου χρὴ μάλιστα γίγνεσθαι τὸν πῶρον. ἐκ μὲν γὰρ τῆς ὀρρώδους καὶ λεπτῆς ὑγρότητος, οὐδ' ἂν γεννηθείη τὴν ἀρχήν· ἐκ δὲ τῆς παχείας μέν, ἀλλὰ ψαθυρᾶς καὶ ἀλίπους, γεννηθείη μὲν ἂν οὐ βραδέως, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ ξηραινόμενος, κραυρότερος, καὶ διὰ τοῦτο εὔθραυστος γίγνεται. μεγέθει δὲ ἔστω τηλικοῦτος, ὡς ἀσφαλῆ τε ἅμα δεσμὸν εἶναι τοῖς ὀστοῖς, καὶ μὴ θλίβειν τοὺς μῦς· ὁ μὲν γὰρ μικρότερος ἢ χρή, σφαλερὸς τοῖς ὀστοῖς, ὁ δὲ μείζων τοῦ προσήκοντος, ὀδυνηρὸς τοῖς μυσί. προσέχειν οὖν ἀκριβῶς αὐτῷ τὸν νοῦν, ἤτοι προτρέπειν ἐνδεῶς γιγνόμενον, ἢ κωλύειν ἀμέτρως αὐξανόμενον. ἐξ ὧν δ' ἐργάσῃ ταῦτα, τό τε ποσὸν τῆς αἰονήσεώς ἐστι, καὶ τὸ ποιόν, καὶ τὸ ποσὸν τῶν ἐδεσμάτων, αἵ τε ἔξωθεν ἐπιτιθέμεναι κατ' αὐτοῦ δυνάμεις φαρμάκων. περὶ μὲν οὖν αἰονήσεως καὶ διαίτης, προείρηται· τῶν δὲ φαρμάκων ὅσα μὲν ἐμπλαστικὰ ταῖς οὐσίαις ἐστὶ μετρίως θερμαίνοντα, προτρέπει τε καὶ συναύξει τοὺς πώρους· ὅσα δὲ διαφορητικά, καὶ τοὺς ὄντας ἤδη μεγάλους καθαιρεῖ. μήτε δὲ ἀναθρέφειν ἐθέλων, μήτε καθαιρεῖν τὸν πῶρον, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὡρμήθη δέχεσθαι, φαρμάκων κέχρησο τῶν ἐναίμων ὀνομαζομένων ἃ δὴ μετρίως ξηραίνοντα, καὶ τὴν πῆξιν ἐργάζεται μετρίαν τοῦ πώρου. περὶ μὲν δὴ τῶν ἐγκαρσίων καταγμάτων, ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Quinetiam callus felicius ita prouenerit; ad callum enim gignendum (sicut dictum est) cogi, concrescereque aliquid proprij ossium alimenti oportet. Non est igitur hoc à labris fracturæ eluendum, aut foras euocandum; quod certè assidua solutio faciet. At verò nec tanto interuallo intermittendum, vt nescias quemadmodum fractura procedat. Vidimus enim sæpè, quum valenter siccarentur ossa, ægrè prouenisse callum. Expedit igitur, istis tertio, vel quarto die modicè aquam calidam infundamus, hanc metam finiendę perfusionis habentes, quum carnes in rubrũ tumorem attolluntur. Atque in his quidem priusquam subsidere incipiant, desistendum est; contrà, vbi digeri quid volumus, non priùs est desistendum, quàm, quòd ex perfusione intumuit, subsidat. In quibus verò quò minùs callus in fractura proueniat, humiditas abundantior obstat, ibi hanc siccare (sicut priùs est dictum) conuenienti deligatura, & perfusione *aquæ*, quæ, vel minima omninò sit, vel plurima, conabimur. Quippe minima, cum priùs desistat, quàm aliquid confluat, & qui ad manũ humores sunt, per spiritum digerit, & qui in alto sunt modicè liquat; expedit autem ita solui liquarique ea, quę per deligaturam sunt expellenda. Plurima verò discutit plus quàm attrahit. Sanè constat in ea quidem deligatura, quæ exprimet, minùs esse arctandos fasciarum fines; in ea verò, quæ ad renutriendum est comparata, nec minùs hos arctandos, & vniuersos circunductus laxiores faciendos. Quoniam autem non solùm, quo tempore subueniendum callo gignendo sit, sed etiam quo pacto est inuentum, reliquum fuerit de vniuersa victus ratione præcipere. Ac, quod in principio quidem sit tenuissimè cibandũ, id vbi de propria phlegmonarũ curatione agemus, dicetur; dicetur autẽ & quòd venã incidere interdum oportet, & per ventrem superuacua expellere. At quo tempore callus gignitur, nutriendum corpus est cibis boni succi, & qui multum nutriant, ex quibus prouenire succus soleat, non solum bonus, sed etiam tenax, ex quali fieri callum maximè expedit, quum enim ex serosa humiditate, ac tenui gigni prorsus nequeat; ex crassa verò, sed quæ fragilis sit, ac pinguedinis expers, gigni quidem poterit non segniter, cæterùm tempore siccescens, friabilior, atque ita fractioni obnoxius reddetur. Magnitudo calli ea sit, quæ & ossibus tuto vinculo sit, nec musculos tamen comprimat; nam, qui minor iusto est, hic ossa parum reddet tuta; qui maior est, dolorem musculis, inuehet. Attendendum verò diligenter est vt vel promoueatur, si minor iusto proueniat, vel inhibeatur, si immodicè increscat. Sunt verò, quibus hæc efficies, tum ipsius perfusionis, quantitas, tum verò ciborum qualitas, & quantitas, ac medicamentorum, quæ illi extrinsecus imponuntur, facultates. Ac de perfusione quidem & victus ratione suprà est dictum. Ex medicamentis verò, quæcunq; emplasticam substantiam habent, ac modicè calefaciunt, ea callos tum promouent, tum verò augent; quę vero discutiunt, ea magnos iam callos diminuunt. Si verò nec augere callum, nec minuere studes, sed eo, sicut vltrò prouenit, es contentus, medicamento aliquo eorum, quę cruentis dicuntur adhiberi vulneribus, vtere; quæ quum modicè siccent, etiam coagulari, ac cõcrescere mediocriter callum faciunt. Ac de transuersis quidẽ fracturis hęc satisfaciant.

De longis verò reliqua omnia ad eundem se habent modum; cæterùm comprimendæ hæ magis in ipso fracturæ loco sunt, tum, quod recessit, retrudendũ introrsus est Quæ verò confracta multifariam sunt, potissimũ cum vlcere, quemadmodum fieri plurimùm solet, ijs splenia circundanda asciæ ritu incurua Hippocrates præcepit, eáque vino imbuta, tum austero, tum nigro, æstate potissimũ. Quippe putrescunt, siue oleo quis vtatur, siue cerato, quũ postulent ampliùs, quam reliqua siccari, vtpotè vitio ipso reliquis maiore. Quinetiam medicamenta quoque omnia ex siccantium sint numero, sicuti ille præcepit, simul modũ ipsũ siccationis definiens; etenim ex enæmis vocatis eiusmodi esse medicaméta vult. Quòd si protinus ab initio quis ipsis vtatur, tale esse debere enæmũ suadet, quòd imbui sit aptũ. Ac reliqua quidem omnia ex illius præceptis sunt peragenda, non in ijs, quæ dicta sunt modò, verùm etiam siue nudatum os desecari serra postulet, siue fragmenta quępiam, vel te ipsum eximere, vel expellenti naturæ subseruire oporteat. De ijs verò qui cruribus supponuntur canalibus, quæcunq; Hippocrates addubitauit, vtrúmne *sit ijs*, necne, & omnes norũt, & laudandas esse rationes censeo. Quod autẽ neotericis inuentũ est glossocomon, quo maximè tẽpore gignendi calli vtimur, laudandum id quidẽ, quantũ aliã quamuis eiusmodi machinarũ ducimus. Verũ non videtur id Hippocrates nouisse, quanquã aliàs in instrumẽtis, quæ vsui forent, excogitandis nõ indiligens. At verò, quod cruribus subijcitur instrumentũ, rectè ijs qui post ipsum fuere excogitatum est; quod per vnicum axem, qui in finem machinæ ad infernam eius partem est collocatus, contrarium nixum toti membro gemina tensione efficit. Nominatur earum altera, quæ membrum tendit in directum euthyporos, *id est in rectum procedens*; quę verò priùs sursum, mox deorsum, ea metaleptice *dicitur, quasi translatiuam dixeris*; obeũtur ambæ per laqueorum circumplexum. Porrò aptissimus in hunc vsum laqueus est, qui duas habeat appendices. Hic igitur quum in inferioribus fracturæ partibus membri iniectus est euthyporon efficit tensionem, cruribus ipsius axi circumpositis. Quum verò in superioribus fracturæ partibus idem laqueus imponitur, metalepticẽ tensionem efficit, abactis ipsius partibus priùs sursum, mox rursus deorsum; quippe hæc quoq; circundanda axi sunt. Porrò circumactum ac veluti flexum crurum laquei, qui a superioribus partibus ad inferiores agitur, per trochleas fieri oportet quæ in lateribus glottocomi sint positæ. Licebit, & solena voces eiusmodi machinam, & cum adiectione *sic*, solena mechanicum, aut glottocomum mechanicum. Verùm de instrumentis vberiùs pręcipiemus, quando de luxatorum curatione agemus; vbi etiam de varietate deligaturarum, *quæ super imponũtur*, non minus dicetur. Nunc verò, postquam de mechanico solene mentionem feci, qui plurimùm cruri commodat, tum aliàs, quum reponitur; tum vel magis, quum æger cubile mutat, aut etiam è ventre aliquid excernit; non abs re fuerit, quo nihil tractatione de eo desideretur, multo magis illud glottocomum laudare, cuius alterum laterum, itémque tabellulam, in qua pedem collocant, quo nulli non quadret membri magnitudini, mobilia faciunt. Ac de reliquis quidem fracturis hæc nosse, cum ijs, quæ Hippocrates præcipit, sat fuerit.

περὶ δὲ τῶν παραμηκῶν, τὰ μὲν ἄλλα σύμπαντα τὰ αὐτά· πιέζειν δὲ χρὴ μᾶλλον ταῦτα κατ' αὐτὸ τὸ κάταγμα, καὶ προστέλλειν εἴσω τὸ ἀφεστηκός. ὅσα δὲ ἐθραύσθη πολυειδῶς, καὶ μάλιστα σὺν ἕλκεσιν· ὅπερ ὡς τὰ πολλὰ φιλεῖ γίγνεσθαι, σπλῆνα σκεπαρνηδὸν ὡς Ἱπποκράτης ἐκέλευσε περιβάλλειν, οἴνῳ τέγγοντας αὐστηρῷ τε καὶ μέλανι, καὶ μάλιστ' ἐν θέρει. σήπεται γὰρ εἴτε ἐλαίῳ τις, εἴτε κηρωτῇ χρῷτο, δεόμενά γε ξηραίνεσθαι μειζόνως ἢ τἄλλα, διότι καὶ μεῖζον τὸ πάθημα. καὶ τοίνυν καὶ τὰ φάρμακα πάντα τῶν ξηραινόντων ἔστω, καθάπερ ἐκεῖνος ἐκέλευσεν, ἅμα καὶ τὸ μέτρον ἐπ' αὐτοῖς ὁρίσας· ἐκ γὰρ τῶν ἐναίμων ὀνομαζομένων εἶναι κελεύει τὰ τοιαῦτα τῶν φαρμάκων. εἰ δὲ καὶ κατ' ἀρχάς τις εὐθέως αὐτοῖς χρῷτο, τοιοῦτον εἶναι συνεβούλευε τὸ ἔναιμον, ὃ σύντροφόν ἐστιν ἐπιτέγξει. τὰ μὲν οὖν ἄλλα σύμπαντα, ταῖς ἐκείνου ποιητέον ὑποθήκαις, οὐκ ἐν τοῖς εἰρημένοις μόνον, ἀλλὰ κἂν γυμνωθὲν τὸ ὀστοῦν, [87] ἀποπρίσεως δέοιτο, κἂν παραχίδας τινάς, ἤτοι γ' αὐτὸν ἀφαιρεῖν, ἢ τῆς φύσεως ἐξωθούσης συμπράττειν προσήκει. περὶ δὲ τῶν ὑποτιθεμένων σωλήνων τοῖς σκέλεσιν, ὅσα μὲν Ἱπποκράτης ἠπόρησεν, εἴτε χρηστέον, εἴτε μὴ χρηστέον, ἅπαντές τε γινώσκουσιν, ἐπαινεῖν τε χρὴ τοὺς λογισμούς. ὃ δὲ τοῖς νεωτέροις εὕρηται γλωσσόκομον, ᾧ χρώμεθα μάλιστα κατὰ τὸν τῆς πωρώσεως καιρόν, ἐπαινῶ μέν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν τοιούτων μηχανημάτων. οὐ μὴν ἔοικέ γε Ἱπποκράτης γινώσκειν αὐτό, καί τοί γε οὐκ ἀμελὴς ὑπάρχων εἰς τὴν τῶν χρησίμων ὀργάνων εὕρεσιν. ἀλλά τό γε τοῖς σκέλεσιν ὑποτιθέμενον ὄργανον, ὀρθῶς τις μετ' αὐτὸν ἐξεύρηται· δι' ἑνὸς ἄξονος ἐπὶ τελευτῇ τοῦ μηχανήματος ἐν τοῖς κάτω μέρεσι τεταγμένου, τὴν ἀντίτασιν ἐργαζόμενον ὅλῳ τῷ κώλῳ, ἐντάσεσι διτταῖς. ὀνομάζεται δὲ αὐτῶν ἡ μὲν κατ' εὐθὺ τείνουσα τὸ κῶλον, εὐθύπορος· ἡ δ' ἄνω μὲν πρότερον, εὐθὺς δὲ κάτω, μεταληπτική· γίνονται δὲ ἀμφότεραι, διὰ περιθέσεως βρόχων. ἄριστος δ' εἰς τοῦτο βρόχος, ὁ ἐκ δυοῖν [88] διαρτῶν. οὗτος οὖν ἐν μὲν τοῖς κάτω τοῦ κατάγματος μέρεσι τοῦ κώλου περιτεθείς, τὴν εὐθύπορον ἐργάζεται τάσιν, τῶν σκελῶν αὐτοῦ περιτεθέντων τῷ ἄξονι. ἐν δὲ τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ κατάγματος, ὁ αὐτὸς οὗτος βρόχος εἰ περιειληθείη, τὴν μεταληπτικὴν ἀποτελεῖ τάσιν, ἀπαχθέντων αὐτοῦ τῶν σκελῶν, ἄνω μὲν πρότερον, εἶτ' αὖθις κάτω· περιελιχθῆναι γὰρ χρὴ καὶ ταῦτα τῷ ἄξονι. τὴν περιαγωγὴν δὲ καὶ τὴν οἷον καμπὴν τῶν σκελῶν τοῦ βρόχου, τὴν ἐκ τῶν ἄνω μερῶν εἰς τὸ κάτω, διὰ τροχιλιῶν γίγνεσθαι χρή, κατὰ τὰς πλευρὰς τοῦ γλωττοκόμου τεταγμένων. ἔξεστι δὲ καὶ σωλῆνα καλεῖν τὸ τοιοῦτον μηχάνημα, καὶ μετὰ προσθήκης, σωλῆνα μηχανικόν, ἢ γλωττόκομον μηχανικόν. ἀλλὰ περὶ μὲν ὀργάνων, ἐπὶ πλέον ἐροῦμεν ἐν ταῖς τῶν ἐξαρθρημάτων ἰάσεσιν· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῆς ἐπιδέσμων ποικιλίας, ἐν ἐκείνοις λελέξεται. νυνὶ δὲ ἐπειδὴ περὶ τοῦ μηχανικοῦ σωλῆνος ἐμνημόνευσα, πολλὴν χρείαν παρεχομένου τῷ σκέλει, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην μὲν ἀπόθεσιν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπειδὰν ἀλλάττῃ τὴν κοίτην ὁ κάμνων, ἢ ἀποτρίβηταί τι τῶν κατὰ γαστέρα, καλῶς ἂν ἔχοι πρὸς τῷ μηδὲν ἔτι ἐνδεῖν εἰς τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον, ἐπαινέσαι πολὺ μᾶλλον ἐκεῖνο τὸ γλωττόκομον, οὗ καὶ τὴν ἑτέραν τῶν πλευρῶν, καὶ τὸ σανίδιον ἐφ' ὃ τὸν πόδα στηρίζουσι, κινούμενα κατασκευάζουσιν, ὥστε ἁρμόζειν ἅπαντι μεγέθει κώλου. περὶ μὲν δὴ τῶν ἄλλων καταγμάτων, ἀρκεῖ καὶ ταῦτα μετὰ τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένων γινώσκεσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Περὶ θεραπείας τῶν καταγμάτων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ ὀστῶν.

Περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ, γέγραπται μέν που καὶ περὶ τούτων Ἱπποκράτει βιβλίον ὅλον, ἅπαντα διδάσκοντι ὅσα χρὴ πράττειν ἐπ' αὐτῶν· καὶ ἡμεῖς δὲ ὅταν τήνδε τὴν πραγματείαν ἐπιτελέσωμεν, ἐπιθησόμεθα ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ. κατὰ δὲ τὸ παρὸν, ἐπειδὴ τά τε προσευρημένα τοῖς ὑπ' ἐκείνου λεχθεῖσιν ἐν τοῖσδε τοῖς ὑπομνήμασι προστίθεμεν, ὅσα τε ἀδιορίστως εἶπε διορίζόμεθα, πρῶτον μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι μνημονεῦσαι τῶν κοίλων ἐκκοπέων, οὓς καὶ κυκλίσκους ὀνομάζουσιν· εἶθ' ἑξῆς τῶν φακωτῶν· καὶ μετ' αὐτοὺς, τῶν στενῶν ξυστήρων· εἶτα περὶ τῆς τῶν φαρμάκων χρήσεως εἰπεῖν τι. τῶν τοίνυν καταγμάτων τοῦ κρανίου, τινὰ μὲν ἄχρι τῆς διπλόης ἐξήκει· τινὰ δὲ ἄχρι τῆς ἔνδον ἐπιφανείας τῶν ὀστῶν· καί τινα μὲν ἁπλαῖ ῥωγμαί· τινα δὲ, θλάσεις· τινὰ δὲ, ἕδραι τῶν πληξάντων εἰσίν. αἱ μὲν οὖν ἁπλαῖ ῥωγμαὶ μέχρι τῆς διπλόης διαχωροῦσαι, τῶν νῦν εἰρημένων ξυστήρων χρῄζουσι τῶν στενῶν. εἶναι δ' αὐτοὺς χρὴ πολλοὺς μὲν τὸ πλῆθος, ἀνίσους δὲ τὸ μέγεθος, ὡς μηδέποτε ἀπορεῖν τοῦ χρησιμωτάτου τῷ ἔργῳ· κἄπειτα γυμνωθέντος κατὰ τὰ εἰθισμένα τοῦ πεπονθότος ὀστοῦ, χρῆσθαι πρῶτον μὲν τῷ πλατυτέρῳ, δευτέρῳ δὲ, τῷ μετ' αὐτὸν στενωτέρῳ, κἄπειθ' οὕτως ἑξῆς τοῖς ἄλλοις ἄχρι τοῦ στενωτάτου· τούτῳ δὲ χρηστέον, ἐπ' αὐτῆς τῆς διπλόης. εἶθ' ἰᾶσθαι χρὴ ξηροῖς φαρμάκοις, αὐτίκα τε καὶ μέχρι τέλους· ἃ δὴ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο προσηγόρευται κεφαλικά. σύγκειται δὲ διά τε τῆς Ἰλλυρίδος ἴρεως, καὶ τοῦ τῶν ὀρόβων ἀλεύρου, καὶ μάννης, ἀριστολοχίας τε, καὶ πάνακος ῥίζης φλοιοῦ, [89] καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἁπάντων ὅσα ῥύπτειν πέφυκεν ἄνευ τοῦ δάκνειν. αὕτη γὰρ ἡ γεννωμένη σὰρξ, ἔργον τῆς φύσεώς ἐστιν· ὥστε οὐδὲν εἰς τοῦτο τῆς ἰατρικῆς ὁ κάμνων δεῖται. τὸ δὲ τὴν γεννωμένην συμφύεσθαί τε καὶ περιφύεσθαι πᾶσι τοῖς τῶν ὀστῶν μέρεσιν, ἐκ τοῦ μήτε ῥύπον ἐπ' αὐτοῖς εἶναι, μήτ' ἐλαιώδη τινὰ λιπαρότητα, γίγνοιτ' ἂν μάλιστα. τοῦτ' οὖν ἐστιν, ὃ παρὰ τῶν ἰατρῶν οἱ κάμνοντες ἴσχουσιν εἰς τὴν σάρκωσιν, ὡς ξηρὸν μὲν ἅπαν εἶναι τὸ χωρίον, ἕκαστον δὲ μέρος τῶν πεπονθότων ὀστῶν, ἀκριβῶς καθαρόν. ταῦτα μὲν οὖν κοινὰ πάντων τῶν καταγμάτων, ὅταν ἄρχηται σαρκοῦσθαι. τῶν δ' ἄχρι μήνιγγος διαχωρούντων, εἰ μὲν εἴη μόνη ῥωγμὴ, τοῖς εἰρημένοις ξυστῆρσι χρηστέον· εἰ δὲ μετὰ θλάσεώς τινος, ἐκκόπτειν χρὴ τὸ τεθλασμένον, ἤτοι διὰ τρυπάνων ἐν κύκλῳ πρότερον κατατιτρῶντα, κἄπειθ' οὕτω χρώμενον τοῖς ἐκκοπεῦσιν, ἢ διὰ τῶν κυκλίσκων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς. ἡ μὲν οὖν διὰ τρυπάνων ἐνέργεια, σφαλερὰ, διὰ τὸ πολλάκις ἅψασθαί τινας, ἀθρεώτερον αὐτοῦ βαπτισθέντος, τῆς μήνιγγος τῆς σκληρᾶς τῆς ὑποτεταμένης τοῖς ὀστοῖς. ἡ καὶ διὰ τῶν κυκλίσκων, οὐδ' αὐτὴ παντάπασιν ἄμεμπτος, σείει γὰρ ἐπὶ πλεῖστον τὴν κεφαλὴν, ἡσυχάζειν δεομένην. ἀρκεῖ δέ μοι κἀνταῦθα μεγάλων μὲν οὐσῶν τῶν ῥωγμῶν, καὶ τῶν ὀστῶν τῶν κατεαγότων ἰσχυρῶς κεκινημένων, τοῖς κυκλίσκοις χρῆσθαι· βραχείαις γὰρ ἐπιβολαῖς, χώραν παρέξεις τοῖς φακωτοῖς ἐκκοπεῦσιν. ἰσχυρῶν δὲ κατὰ τὰ πλεῖστα τῶν ὀστῶν ὑπαρχόντων, [90] κατατιτρᾶναι τοῖς τρυπάνοις αὐτά. τινες δὲ ὑπὲρ τοῦ μηδέποτε ἁμαρτεῖν, ἀβάπτιστα τρύπανα κατεσκευάσαντο, καλοῦσι δὲ οὕτως αὐτὰ, διὰ τὸ μὴ βα-

CAPVT VI.

De curandis fracturis ossium, quæ in capite consistunt.

De ijs verò quæ in capite accidunt, Hippocrates certè integrum librum scripsit, vbi omnia præcipit, quæ in ijs sunt agenda; & nos cum huic operi finem imposuerimus, enarranda eius opera aggrediemur. Ad præsens verò, quoniam in his commentarijs, & quæ supra ea, quæ ille dixit, sunt inuenta, adijcimus; & quæ indefinitè dixit, definimus; necesse est primum de cauis excisorijs scalpris, quos cycliscos, mox de ijs, *quos à lenticulæ specie* phacotos nominant; post hos de angustis scapellis; demum de medicamentorum vsu, aliquid dicamus. Ergo de fracturis caluariæ quædam vsque ad diploen perueniunt; quædam vsque ad internam ossium superficiem; quædam etiam simplices fissuræ; quædam contusiones; quædam vestigia eorum, quibus inflicta plaga est. Quæ igitur simplices fissuræ ad secundam vsque laminam perueniunt, ijs quos modò diximus, angustis scalpellis indigent. Expedit autem hos vt numero multos, ita magnitudine impares esse, necubi desit, quod operi sit commodissimum; postea verò nudato, prout fieri solet, affecto osse, vtendum quidem primo latiore; secundo loco, eo qui illo est angustior; mox ita reliquis deinceps vsque ad angustissimum; hoc verò in ipsa diploe est vtendum. Post hæc tum protinus, tum ad finem vsque siccis medicamentis est medendum; quę ob id ipsum cephalica, *id est capitalia*, sunt dicta. Ea componuntur ex iri Illyrica, & erui farina, & manna, & aristolochia, & panacis radicis cortice, in summa, omnibus, quæ extergere citra morsum possunt. Ipsa nanque generatio carnis, naturæ opus est; itaque ægro ad eam rem nihil opus est arte medica. Vt autem, quæ prouenit caro, coalescat circumhæreátque omni ossis parti, id inde maximè eueniet, si neque sordes super eo sit, nec oleosa quædam pinguedo. Id igitur est, quod ægris medici ad carnis productionem præstant, vt totus locus siccus sit, tum quælibet affecti ossis pars planè pura. Atque hæc quidem omnium fracturarum, quum caro in his produci incipit, communia sunt. Ex fracturis verò, quæ ad meningem peruenerunt, si simplex tantum fractura sit, iam dictis scapellis angustis vtendum; sin cum contusione aliqua, quod contusum est, excidi debebit, ídque vel terebellis priùs in circuitu perforatum, mox deinde scalpris admotis, vel protinus ab initio cyclíscis. Ac quæ per terebellam quidem actio parum tuta est, propterea quòd dum audaciùs eam tractant, duram membranam, quæ ossi substernitur, non rarò violant. Quod verò per cycliscos opus administratur, ne id quidem omninò vitio caret, quum quatiat immodicè caput, quod potiùs quietem postulat. Mihi igitur hîc quoque placet, si magnæ sint fracturæ, & ossa, quæ fracta sunt, vehementer mota cycliscis vti, paucis enim accessibus lenticulatis excisorijs locum facies. Sin firma plurimum ossa sint, foranda terebellâ sunt. Quidam autem, quò minus vsquam aberrent, eiusmodi terebellas excogitarunt, quæ quòd mergi non possint,

posſint, ea abaptiſtas vocant; circuncurrit enim ſupra terebellæ cuſpidem acutam, rotundum quoddam ſupercilium parum extans. Sanè expedit complures id genus præparatas habere, ad omnem caluariæ craſſitudinem; nam craſſiori longior terebra conueniet; voco autem ita, cuius ſpatium, quod inter ſummam eſt cuſpidem, & rotundum ſupercilium maius eſt; tenuiori breuior, eſt autem hic quoque, quod intereſt inter cuſpidem, & ſupercilium, minus. Aliqui verò (ſiue illos his timidiores, ſiue tutiores appellem) etiam modiolis ſunt vſi. Tu verò, ſi neque improuidus eorum, quæ fallere poſſunt, ſis futurus, neque quàm ſatis eſt, timidior, commodiſſimè cycliſcis vtere; & primo quidem aggreſſu, latioribus; poſtea anguſtioribus, donec ad craſſam meningem perueneris. Ceterùm, quod excidi oportet, id totum circulo cycliſcis nudandum non eſt, ſed ex ea maximè parte, qua fractura eſt grauiſſima. Nam preter alia, etiam maximè ipſa ab oſſibus vehementer affectis, celerrimè recedit; adeo vt nullum ſit periculum eam, quæ iam ſeiuncta eſt, tetigiſſe. Si verò vnam ſemel nudaueris partem, ac ſcalprum, qui in cuſpide præfixam habet obtuſam, læuémque lenticulæ ſpeciem; aciem verò per longitudinem erectam, ſubmiſeris; vbi latam partem lenticulæ ſuper meningem ſtatueris, feries malleolo, ac ſic caluariam diuides. Euenient enim ita agentibus, quæ requirimus, omnia. Nam meninx, ne ſi dormitans quidem quis agat, lata tantum lenticulæ parte occurrens vulnerari poteſt, quòd ſicubi adhæreat caluariæ, huius quoque adhærentiam innoxiè dirimit ipſa lenticulæ rotunditas; ſubſequitur verò præeuntem eam à tergo ipſe ſcalper caluariam ſecans. Quare, nec qui minùs cum periculo, nec qui celeriùs perficiatur, forandi modum alium inuenias. Maximè autem hunc in vehementiſſimis fracturis laudabis quas vtique recentiorum nonnulli medicorum græcè engeiſomata, & camaroſes nominant. Engeiſomata quidem, quę in medio ſui membranæ innituntur; camaromata verò, quæ eandem ipſam partem, exaltatam habent, cæterùm, quâ primùm ab integris fracturæ partibus diduci ægra cœpit, intrò magis recedunt; ac membranæ innituntur. Nam celerrimè in talibus, quod ægrum eſt, totum exciditur; vtpote quum promptiùs ſubintret lenticulati ſcalpri finis in iis, quæ plurimùm à naturali ſtatu receſſerunt. Quinetiam oſtagrâ, aliquibus oſſium, quæ vehementer ſunt comminuta, vel exaltatis, vel conuerſis, ea potiſſimùm parte, vt demittatur lenticulatum ſcalprum, pręparabimus. Quo facto ſuccedunt deinceps omnia, quibus eſt opus, cum ſecuritate ſimul, ac celeritate; vt ferme dixeris celebre illud dictum in reliquis omnibus probè ſe habere; *Dimidium facti, qui benè cœpit, habet*; hic verò non totius dimidium, ſed vel totum, vel paulò minùs totum habeas, vbi lenticulatum ſcalprum immiſeris. Atque hęc optima eſt fracturarum, quę in caluaria ſunt, chirurgia; quantum verò excidere conueniat partis affectę, deinceps tibi exponam. Quod vehementer eſt confractum, id totum eſt auferendum;

A περιλίζεσθαι· περίκειται γὰρ ἐν κύκλῳ περιφερής τις ἴτυς, προὔχουσα μικρὸν ὑπεράνω τοῦ κατὰ τὸ τρύπανον ὀξέος πέρατος. εἶναι δὲ δήπου χρὴ πολλὰ καὶ ταῦτα πρὸς ἅπαν πάχος κρανίου παρεσκευασμένα· τοῖς μὲν γὰρ παχυτέροις, τὸ μακρότερον ἁρμόσει τρύπανον· ὀνομάζω δὲ οὕτως, ᾧ μεῖζόν ἐστι, τὸ μεταξὺ τοῦ τ' ἄκρου πέρατος, καὶ τῆς κυκλοτεροῦς ἴτυος· τοῖς δὲ λεπτομερέσι, τὸ μικρότερον· ἔστι καὶ δήπου καὶ τούτῳ τὸ μεταξὺ τοῦ πέρατός τε καὶ τῆς ἴτυος, ἔλαττον. ἔνιοι δὲ τούτων, εἴτε δειλοτέρους χρὴ λέγειν,

B εἴτ' ἀσφαλεστέρους, ταῖς καλουμέναις χοινικίσιν ἐχρήσαντο. σὺ δὲ εἰ μήτε ἀφύλακτος εἶναι μέλλοις τῶν ὄντων σφαλερῶν, μήτε πέρα τοῦ προσήκοντος φοβερός, ἄριστόν σοι τοῖς κυκλίσκοις χρῆσθαι· κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἐπιβολὴν, τοῖς πλατυτέροις· ἑξῆς δ' αὐτῶν, τοῖς στενωτέροις, ἄχρι περ ἂν ἐπὶ τὴν παχεῖαν μήνιγγα κατέλθῃς. οὐ μὴν οὐδ' ἐν κύκλῳ πᾶν ὅσον ἐκκοπῆναι χρὴ τοῖς κυκλίσκοις γυμνωτέον, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος, ἔνθα τὸ κάταγμα βιαιότερον αὐτοῦ γέγονε. πρὸς μὲν γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις, καὶ ἡ μῆνιγξ ἀφίστα-

C ται τάχιστα τῶν ἰσχυρῶς παθόντων ὀστῶν· ὥστε οὐδεὶς ἔσται κίνδυνος ἅψασθαι τῆς ἀφεστώσης ἤδη. ἣν δ' ἅπαξ ἕν τι γυμνώσῃς μέρος, ὑποβαλὼν ἐκκοπέα, τὸ μὲν φακοειδὲς, ἐπὶ τῷ πέρατι προὔχον ἀμβλὺ καὶ λεῖον ἔχοντα. τὸ δ' ὀξὺ, κατὰ τὸ μῆκος ὄρθιον, ὅταν στηρίξῃς κατὰ τῆς μήνιγγος τὸ πλατὺ τοῦ φακοειδοῦς, ἐπικρούων τῇ μικρᾷ σφύρᾳ, διαιρεῖν οὕτω τὸ κρανίον. συμβαίνει γὰρ ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ἐνεργείαις, πάντα ὅσων χρῄζομεν. ἡ μέν γε μῆνιγξ, οὐδ' ἂν νυστάζων τις ἐνεργῇ, τρωθῆναι δύναται, τῷ πλατεῖ

D μέρει μόνῳ τοῦ φακοειδοῦς ὁμιλοῦσα· καὶ ἢν προσέχηται δήπου τῷ κρανίῳ, καὶ ταύτης τὴν προσάρτησιν ἀλύπως ἀποσπᾷ τὸ περιφερὲς πέρας τοῦ φακοειδοῦς· ἕπεται δ' ἐξ ὄπισθεν αὐτῷ ποδηγοῦντι, διακόπτων τὸ κρανίον ὁ ἐκκοπεὺς αὐτός. ὥστε οὔτε ἀκινδυνότερον, οὔτε θᾶττον ἐνεργοῦντα, τρόπον ἕτερον ἀνατρήσεως εὑρεῖν ἐγχωρεῖ. μάλιστα δ' αὐτὸν ἐπαινέσεις, ἐν τοῖς σφοδροτάτοις κατάγμασιν· ἃ δή τινες τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἐγγεισώματά τε, καὶ καμαρώσεις ὀνομάζουσι. τὰ μὲν ἐγγεισώματα, τῷ μέσῳ σφῶν αὐτῶν ἐρείδοντα κατὰ τῆς μήνιγγος· τὰ δὲ καμαρώ-

E ματα, τουτὶ μὲν ὑψηλὸν ἔχοντα, καθ' ἃ δὲ πρῶτον ἀπὸ τῶν ὑγιῶν τὸ πεπονθὸς ἤρξατο χωρίζεσθαι ταῖς τοῦ κατάγματος ῥωγμαῖς εἴσω μᾶλλον ἀπεληλυθότα, καὶ κατὰ τῆς μήνιγγος ἐστηριγμένα. τάχιστα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐκκόπτεται, τὸ πεπονθὸς ἅπαν· ἑτοιμότερον ὑποδυομένου τοῦ φακωτοῦ πέρατος, ἐν τοῖς ἐπὶ πλεῖστον ἐξεστηκόσι τοῦ κατὰ φύσιν. ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ὀστάγρας ἀνατείνοντες ἢ ἀνακλάσαντες ἔνια τῶν ἰσχυρῶς συντετριμμένων ὀστῶν, κατ' ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος ὑποδῦναι τὸν φακωτὸν παρασκευάσομεν. ἕπεται δὲ τούτου γινομένου

F πάντα ἑξῆς ὧν δεόμεθα, σὺν ἀσφαλείᾳ τε ἅμα καὶ τάχει· καὶ σχεδὸν ὡς ἄν τις εἴποι, κατὰ μὲν τἄλλα σύμπαντα καλῶς εἴρηται, τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον. Αρχὴ δὲ τὸ ἥμισυ παντός· ἐνταυθοῖ δ' οὐχ ἥμισυ τοῦ παντὸς, ἀλλ' ἤτοι πᾶν, ἢ ὀλίγου δεῖν ἅπαν ἔχοις ἂν ἐνθεὶς τὸν φακωτόν. αὕτη μὲν οὖν ἀρίστη χειρουργία τῶν ἐν τῷ κρανίῳ καταγμάτων· ὁπόσον δὲ ἐκκόπτειν χρὴ τοῦ πεπονθότος, ἐφεξῆς σοι δίειμι. τὸ μὲν ἰσχυρῶς συντριβὲν, ὅλον ἐξαιρεῖν·

εἰ δ' ἀπ' αὐτῆς τινες ἐπὶ πλέον ἐκτείνοιντο ῥωγμαί, καθάπερ ἐνίοτε φαίνεται συμβαῖνον, οὐ χρὴ ταύταις ἕπεσθαι μέχρι πέρατος, εὖ εἰδότας ὡς οὐδὲν βλάβος ἀκολουθήσει διὰ τοῦτο, τῶν ἄλλων ἁπάντων ὀρθῶς πραχθέντων. ἡμεῖς γοῦν οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πάνυ πολλάκις τοῦτο ποιήσαντες, ἐτύχομεν τοῦ τέλους. ἡ δ' ἔνδειξις ἡμῖν κἀνταῦθα εἰκότως τῶν ποιητέων ἐκ τῆς φύσεως τῶν πεπονθότων μορίων εὐπορήθη· ἣν γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων καταγμάτων ἐπίδεσιν ὡς ἀφλεγμαντοτάτην ἐξεῦρεν ὁ λόγος, ἐπὶ κεφαλῆς οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ ποιήσασθαι. ὥστε οὔτε ἀποστρέψαι τὸ ἐπιρρέον, οὔτε τὸ περιεχόμενον ἐν τοῖς πεπονθόσιν ἐκθλίψαι δυνατὸν· ὧν χωρὶς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ὀστῶν οὐδὲν, ὑγιὲς φυλαχθῆναι δύναται. ὑποκείσθω γοῦν βραχίων ἄχρι τοῦ μυελοῦ ῥωγμὴν ἐσχηκὼς, εἶτα μηδεὶς αὐτὸν ἐπιδείτω νόμῳ καταγματικῷ, πᾶσα δήπουθεν ἀνάγκη τοὺς ἰχῶρας οὐκ ἔξω μόνον ὑπό τε τὸ δέρμα καὶ τοὺς μῦς ἀθροιζομένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῷ μυελῷ περιεχομένους, ἐκεῖνόν τε πρῶτον καὶ μάλιστα σῆψαι, καὶ σὺν αὐτῷ τὸ σύμπαν ὀστοῦν· ὅπου γε καὶ νῦν ἁπάντων προσηκόντως γιγνομένων, ἔστιν ὅτε τοιαῦτα συμπίπτει. πῶς οὖν οὐχὶ καὶ μᾶλλον αὖ ἐπὶ κεφαλῆς ταῦτα συμβαίνῃ, μήτε καταγματικὴν ἐπίδεσιν ἐγχωρούσης δέξασθαι, τῶν τε ἰχώρων ἐπὶ τὸ κάταντες φερομένων ὡς ἀθροίζεσθαι πρὸς ταῖς ἐπὶ τῆς μήνιγγος; ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων καταγμάτων ἡ ἐπίδεσις ὅταν ὀρθῶς γίνηται, τοσούτου δεῖ περιττὴν ὑγρότητα συγχωρεῖν ἐπιτρέφεσθαι κατὰ τὸ πεπονθὸς ὀστοῦν, ὥστε καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἰσχνότερον ἀποφαίνειν τὸ χωρίον. ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς, ὁ μὲν διὰ τῆς ἐπιδέσεως τρόπος, οὐχ οἷός τ' ἐστὶ ξηραίνειν οὕτω τό τε κατεαγὸς ὀστοῦν αὐτὸ καὶ τὰ πέριξ, ὡς μήτε φλεγμῆναι, μήθ' ὅλως ἐργάσασθαί τινα ἰχῶρα· φάρμακόν τε οὐδὲν οὐδ' ἐπὶ τῶν ἄλλων μερῶν, ἄνευ τῆς ἐπιδέσεως ἔχομεν, εἰς ὅσον εἴρηται, ξηρὸν καὶ ἀπέριττον ἐργάσασθαι τὸ κατεαγός. ἀναγκαῖον οὖν ἡμῖν γίγνεται γυμνῶσαί τι τοῦ κατάγματος, ἵν' ἔχωμεν ἀπομάττειν καὶ ἀποπλύνειν ἀπὸ τῆς μήνιγγος τοὺς ἰχῶρας, ἐπειδὰν ὅ τε τῆς φλεγμονῆς παύσηται καιρὸς, ἀκριβῶς τε ᾖ ξηρὰ πάντα, σαρκῶσαι καὶ συνουλῶσαι τὸ χωρίον. οὐκ ἔστιν ὁ λόγος οὗτος ψιλὸς, οὗ οἱ μηδὲν ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων εἰδότες σοφισταὶ ζητοῦσι, διὰ τί τὰ τῆς κεφαλῆς οὐ πωροῦται κατάγματα· πωροῦται μὲν γὰρ ὦ βέλτιστοι· καὶ ὑμεῖς οὕτως ἐστὲ ληρώδεις, ὥστε τῶν οὐκ ὄντων ὡς ὄντων λέγειν αἰτίας. οἶδα γοῦν ποτε τὸ βρέγματος ὀστοῦν σφακελίσαν· τὸ δ' ἐφεξῆς αὐτῷ τὸ τοῦ κροτάφου καλούμενον, ἐν ᾧ τὰς λεπιδοειδεῖς ἐπιβολὰς εἶναι συμβέβηκεν, ἄχρι πλείστου μεγίστην ἔχον ῥωγμὴν, ἧς ἡμεῖς ὅλως μὴ προσαψάμενοι, μόνον δ' ἐκκόψαντες τὸ τοῦ βρέγματος, ἰασάμεθα τὸν ἄνθρωπον, ὡς καὶ νῦν ἔτι ζῆν ἐξ ἐτῶν πολλῶν. εἰ δὲ καὶ τὸ τοῦ βρέγματος εἰάσαμεν, οὕτως ἐσάπη ἂν θᾶττον ἡ κατ' αὐτοῦ ὑποκειμένη μῆνιγξ, ἢ ἐπωρώθη τὸ κάταγμα. ὡς εἴγε μηδεὶς ἐκ τῶν πεπονθότων ἰχὼρ ἐντὸς ἐρρύη, περιττὸν ἦν ἐκκόπτειν ὀστοῦν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ὡς συνήθεις αὐτοῖς ἐστι φλυαρείτωσαν. ἐγὼ δ' ἐφ' ἑτέρου κατάγματος ὁμοίως γεγονότος, ἐνενόησα τὸ μὲν ὑψηλὸν ὀστοῦν ἐᾶσαι. τὸ δ' ἐν τοῖς πλαγίοις, ἐκκόψαι πρὸς ὑπόρρυσιν τῶν ἰχώρων·

A si verò ab eo fragmenta quædam longiùs excurrant, (quemadmodum aliquando cernitur accidere) hæc per sequi ad finem non expedit illud persuasum habentibus, minimè futurum vt ex eo noxa sequatur vlla, modò reliqua omnia ritè sint peracta. Nos enim non semel, aut bis, sed planè persæpè, sic facientes voti compotes fuimus. Indicatio verò agendorum hîc quoque ex natura ipsarum partium affectarum subministrata est. Nam deligaturam, quam in alijs fracturis, ceu maximè phlegmonas arcentem, ratio inuenit, capiti aptare non possis; itaque nec, quod affluit reprimere, nec B quod in ægris partibus continetur, exprimere queas; sine quibus præsidijs, nec reliquorum ossium vllum seruari sanum potest. Nam pone in brachio ad medullam vsque fractum os esse, neminémque postea pro fracturæ legibus id deligasse; omninò necessum erit saniem, non solùm quæ foris sub cute, & musculis est collecta, sed etiam, quæ in medulla continetur, tum ipsam primùm, ac maximè corrumpere, tum cum ipsa os vniuersum; quando etiam nunc quoque omnibus ritè peractis, aliquando talia contingunt. Quomodo ergo non vel magis in capite C ea accidant, quum nec deligaturam fracturis conuenientem, admittat, & omnis sanies prona feratur sic, vt super meningem vniuersa coaceruetur? In alijs igitur fracturis deligatura quum ritè adhibetur, tantum abest, vt superuacuam aliquam humiditatem colligi in læso osse patiatur, vt etiam gracilius, quam pro naturali statu, membrum reddat. In capite verò ratio, quæ per deligaturam est excogitata, nec potest ita, tum os ipsum confractum, tum quæ illi circunstant, siccare; vt neque phlegmonen contrahant, neque penitus vllam D efficiant saniem; nec medicamentum est vllum, quod vel in alijs quidem partibus, citra deligaturam os fractum, quatenus nunc dictum est, siccum, atque à superuacuis purum reddere valeat. Necessum igitur est nobis primùm fracturæ aliquid nudare, quò videlicet detergere, & abluere saniem à meninge liceat; post verò, quum phlegmones tempus præterijt, omniáque sicca ad vnguem sunt, carnem producere, ac cicatrice locum includere. Non est hic sermo nudus, *rerúmque vacuus*, cuiusmodi est ille sophistarum, qui operum artis nescij, quæ-E runt, cur capitis fracturæ callum non ducant. Ducunt enim, *viri* optimi; vósque tam dementes estis, vt eorum, quæ non sunt, tanquam sint, causas assignetis. Nouimus enim aliquando sincipitis os fractum; quod autem os huic ossi protinus succedit, temporis os vocatur, in quo ipsas squamatim compactas commissuras esse accidit; in eo luculenta fractura longissimè pertinebat; quam ipse equidem minimè contingens, sed tantùm sincipitis os excindens, hominem sanaui sic, vt nunc quo-F que multos iam annos viuat. Quod si sincipitis quoque os dimisissem, putruisset citiùs, quæ illi suberat, cerebri membrana, quàm callum fractura duxisset. Nam, si nulla ex læsis partibus sanies intrò conflueret, superfluum esset os excindere. Ergo illi, prout solent, nugentur. Ego verò in alia similiter se habente fractura cogitaram supernum os dimittere, ac quod à lateribus erat, quo sanies deflueret, eximere; mox

A mox, quum & crassitudinem eius, & duritiam æstimassem, vtilius fore iudicaui supernum os potiùs eximere, quàm ob defluxus solicitudinem cerebrum valenter concutere. Cogitaui prætereà accidere posse, vt si a latere magnum fieret in ossibus foramen, promineret fortassis hac parte cerebrum. Est porrò, & in lateribus plurimis in locis etiam neruorum, horúmque non leuis momenti, quidam exortus; quum in supernis capitis partibus ne minimus quidem vsquam oriatur neruus. His admonitus abstinui ab eximendo osse, quod in latere capitis esset. At callum semper duxit, modò ritè curaretur. Ac iam, quod disquiramus, hoc ferè superest, quænam sit, post quàm foratum os est, tum medicamentorum, tum vniuersæ diligentiæ nostræ præcipua omnium ratio; vtrúmne maximè leniens ac mitigatoria, veluti qua nunc plerique vtuntur; an quæ huic maximè est aduersa, quæ per medicamenta, quæ vehementissimè siccent, perficitur; cuiusmodi, & Meges Sidonius laudat, & ciuis quidam noster semper est vsus sic, vt etiam emplastrum, quod Isin vocant, ilicò nudatæ meningi imponeret, & super hanc foris oximeli. Sanè is senex erat satis exercitatus in hac artis parte; cæterùm neque alium quempiam his vsum vidi, nec ipse vti sum ausus. Tantum tamen testificari Eudemo possum (nam id seni nomen erat) magis fuisse seruatos, qui ab illo curabantur, quam qui ab ijs, qui mitigatorijs vtebantur. Aggressus verò fuissem aliquando ipse plurimùm experiri eiusmodi curationis rationem, si perpetuò in Asia mansissem; sed, quum Romæ plurimùm agerem, ciuitatis morem sum sequutus, permissa ijs, quos chirurgos vocant, maxima eiusmodi operum parte. Cæterùm ipsam rei naturam æstimans, talem quandam determinationem longa nostra experientia confirmatam concipio. Qui auditorius meatus dicitur, non solùm vsque ad cerebri duram membranam pertinet, sed etiam neruum contingit, qui in ipsam à cerebro descendit. Is autem, quanquam ita positus in vicino, tamen vehementissima (sicut dictum priùs est) medicamenta tolerat. Nihil igitur miri sit, si post forationes crassa meninx antequàm notabiliter phlegmone occupetur, valentissimis gaudeat medicamentis, ceu siccam naturaliter substantiam habens.

A εἶτ᾽ ἐννοήσας τό τε πάχος αὐτοῦ, καὶ τὴν σκληρότητα, βέλτιον ᾠήθην εἶναι τὸ μετέωρον ὀστοῦν ἐξελεῖν μᾶλλον, ἢ τῆς ὑπορρύσεως φροντίζων, σεῖσαι σφοδρῶς τὸν ἐγκέφαλον. ἐνενόησα δὲ καὶ ὡς εἰς τὰ πλάγια τμηθείσης ὀπῆς μεγάλης τοῖς ὀστοῖς, ἐξίσχειν ταύτῃ συμβήσεται τὸν ἐγκέφαλον. ἔστι δὲ δήπου πολλαχόθι κατὰ τὰ πλάγια, καὶ νεύρων τις ἔκφυσις ἐπικαίρων· ἐν δὲ τοῖς ὑψηλοῖς τῆς κεφαλῆς, οὐδὲ σμικρότατον οὐδαμόθεν νεῦρον ἐκφύεται. διὰ ταῦτα μὲν δὴ ἀπέστην ἐκκόψαι τὸ πλάγιον ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς. ἐπωρώθη δὲ ἀεὶ θεραπευόντων ὡς χρή. καὶ σχεδὸν ἔτι τοῦθ᾽ ἡμῖν ὑπολείπεται διασκέψασθαι, τίς ἡ τῶν φαρ-

B μάκων τε καὶ ὅλης τῆς μετὰ τὴν ἀνάτρησιν ἐπιμελείας ἀγωγὴ βελτίστη πασῶν ἐστιν· ἆρά γε ἡ πραοτάτη καὶ παρηγορικωτάτη, καθάπερ νῦν ὑπὸ τῶν πλείστων γίνεται, ἢ ἡ ταύτης ἐναντιωτάτη, διὰ τῶν ἰσχυρότατα ξηραινόντων φαρμάκων, οἵαν καὶ Μέγης ὁ Σιδώνιος ἐπαινεῖ. καί τις ἡμέτερος πολίτης ἐχρῆτο διὰ παντός, ὡς καὶ τὴν Ἶσιν ἐπονομαζομένην εὐθέως ἐπιθεῖναι γυμνωθείσῃ τῇ μήνιγγι ἔμπλαστρον, καὶ κατὰ ταύτης ἔξωθεν ὀξύμελι. πρεσβύτης δὲ ἦν οὗτος ἱκανῶς τρίβων τὰ τοιαῦτα τῆς τέχνης· οὐ μὴν οὔτε ἄλλον τινὰ χρώμενον εἶδον, οὔτε αὐτὸς ἐτόλμησα

C χρήσασθαι. τοσοῦτο μόνον ἔχω μαρτυρεῖν τῷ Εὐδήμῳ, τοῦτο γὰρ ὁ πρεσβύτης ἐκαλεῖτο, ὡς ἐσώζοντο μᾶλλον οἱ ὑπ᾽ ἐκείνου θεραπευόμενοι, τῶν παρηγορικῶς ἀγομένων. ἐπεχείρησα δ᾽ ἂν ποτε καὶ αὐτὸς δι᾽ ἐμαυτοῦ πειραθῆναι τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς, εἰ διὰ παντὸς ἐν Ἀσίᾳ κατέμεινα· διατρίψας δ᾽ ἐν Ῥώμῃ τὰ πλεῖστα τῷ τῆς πόλεως ἔθει συνηκολούθησα, παραχωρήσας τοῖς χειρουργοῖς καλουμένοις, τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων ἔργων. τὴν μέντοι φύσιν τοῦ πράγματος ἐπισκοπούμενος, ἐννοῶ τοιοῦτόν τινα διορισμόν, ὑπὸ μακρᾶς πείρας ἡμετέρας μαρτυρούμενον·

D ὁ καλούμενος ἀκουστικὸς πόρος, οὐ μόνον ἄχρι τῆς σκληρᾶς ἐξικνεῖται μήνιγγος, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ νεύρου ψαύει τοῦ καθήκοντος ἐξ ἐγκεφάλου εἰς αὐτόν. κείμενος δ᾽ οὕτως ἐγγύς, ὅμως ἰσχυροτάτων ἀνέχεται φαρμάκων, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται. θαυμαστὸν οὖν οὐδέν, εἰ καὶ μετὰ τὰς ἀνατρήσεις ἡ μῆνιγξ ἡ παχεῖα, πρὶν ἀξιολόγως φλεγμῆναι, τοῖς ἰσχυροτάτοις χαίρει φαρμάκοις, ὡς ἂν φύσει ξηρὰν τὴν οὐσίαν ὑπάρχουσα.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI LIBER SEPTIMVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τῷ τοῦ γαστριδίου παραδείγματι πάσας τὰς τῶν μερῶν δυσκρασίας θεραπεύειν διδάσκει, εἴτε αὗται μὲν ἁπλαῖ, εἴτε μετὰ τῆς τῶν χυμῶν ῥοῆς εἶεν.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ventriculi exemplo vniuersas partium intemperies curare docet, siue illæ quidem simplices, siue cum succorum affluxu, consistant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Τὸν μὲν Γαληνὸν τῆς ἀληθείας καὶ ἐπιστήμης σπουδῇ πεπυρωμένον, πρὸς ἄσκησιν μόνον, καὶ διὰ τὰς τῶν φίλων αἰτήσεις, ταῦτα καὶ τὰ λοιπὰ πάντα βιβλία γεγραφέναι.

ΤΗΝ θεραπευτικὴν μέθοδον, ὦ Εὐγενιανὲ φίλτατε, πάλαι μὲν ὑπηρξάμην γράφειν, Ἱέρωνι χαριζόμενος, ἐπεὶ δὲ ἐξαίφνης ἐκεῖνος ἀποδημίαν μακρὰν ἀναγκασθεὶς στείλασθαι, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἠγγέλθη τεθνεώς, ἐγκατέλιπον κἀγὼ τὴν γραφήν. οἶσθα γὰρ ὡς οὔτε ταύτην, οὔτε ἄλλην τινὰ πραγματείαν ἔγραψα, τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐφιέμενος δόξης, ἀλλ' ἤτοι φίλοις χαριζόμενος, ἢ γυμνάζων ἐμαυτόν, εἴς τε τὰ παρόντα χρησιμώτατον γυμνάσιον, εἴς τε τὸ τῆς λήθης γῆρας, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὑπομνήματα θησαυρισόμενος. ὁ γάρ τοι τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἔπαινος, εἰς μὲν χρείας τινὰς, ἐπιτήδειον ὄργανον ἐνίοτε γίνεται τοῖς ζῶσιν, ἀποθανόντας δὲ, οὐδὲν ὀνίνησιν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ζώντων ἐνίους. ὅσοι γὰρ ἥσυχον εἵλοντο βίον, ὠφελημένοι μὲν ἐκ τῆς φιλοσοφίας, αὐτάρκη δ' ἔχοντες τὰ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν, τούτοις ἐμπόδιον οὐ σμικρόν ἐστιν ἡ παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξα, περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἀπάγουσα τῶν καλλίστων αὐτούς. ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἡμᾶς οἶσθα πολλάκις ἀνιωμένους ἐπὶ τοῖς ἐνοχλοῦσιν οὕτω συνεχῶς ἐνίοτε χρόνον ἐφεξῆς πολὺν, ὡς μηδ' ἅψασθαι δυνηθῆναι βιβλίου. ἐγὼ

CAPVT I.

Galenum veritatis, ac scientiæ studio inflammatum, ad exercitationem tantùm, ac ob amicorum preces, hos, & reliquos omnes libros scripsisse.

MEDENDI methodum, Eugeniane, charissime, quam olim in Hieronis gratiam scribendam susceperam, posteaquàm illum subitò longum iter ingredi coactum non multo post diem obiisse nunciatum, ipsi quoque persequi destitimus. Tu enim mihi conscius es, neque hoc me opus, neque aliud vllum, popularis auræ studio fuisse aggressum, sed quò vel amicis gratificarer, vel me ipsum simul vtilissima ratione ad rem propositam exercitarem, simul ad obliuionem senij (vt Plato inquit) commentarios mihi reponerem. Nam multorum hominum laus, commodum ad vsus nonnullos instrumentum viuentibus aliquando est, mortuis certè nihil prodest, sicut neque viuentium quibusdam. Nam qui viuere in tranquillo optarunt, ac fructum, ex philosophia ceperunt, & ijs, quæ corpori curando sufficiunt, sunt contenti; ijs vtique impedimento non paruo est, apud vulgum fama, vt quæ eos à rebus pulcherrimis plus iusto tranuersos auferat; veluti me quoque non ignoras ab ijs, quæ sunt molesta, sic nonnunquam tædio affectum, vt bono interdum spatio ne tangere quidem librum possim. Ergo verò (haud

(haud scio qua ratione) ab ipsa vsque adolescentia mirificè, siue inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocunque dixisse libet, & vulgi famam contempsi, & veritatis scientiæque studio flagraui, nullam esse hominibus nec honestiorem, nec diuiniorem possessionem ratus. Atq; ideo nulli librorum meorum nomen meum præscripsi; imò vos (sicut ipse testis es) rogaui, ne me immodicè (vt soletis) apud homines laudaretis; nec nomen meum operibus, quæ proderem, inscriberetis. Ob hæc igitur omnia, & medendi methodus, quam inceperam, à me est deposita, cum capita inuentorum breuibus commentarijs mihi ipsi scripsissem, nec vllam pleniorem docendi rationem etiamnum adiecissem. Nunc quando & tu, & alij ex amicis non pauci exigitis, quæ sępè me opere in ægris peragere vidistis, vt ea in commentarios redigam, adijciam huic operi, quod reliquum est.

A δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως εὐθὺς ἐκ μειρακίου θαυμαστῶς, ἢ ἐνθέως, ἢ μανικῶς, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ, καταφρονήσας μὲν τῆς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων δόξης, ἐπιθυμήσας δὲ ἀληθείας καὶ ἐπιστήμης, οὐδὲν εἶναι νομίσας οὔτε κάλλιον ἀνθρώποις, οὔτε θειότερον κτῆμα. διὰ τοῦτ' οὖν οὐδ' ἐπέγραψά ποτε τὸ ἐμὸν ὄνομα, τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων βιβλίων οὐδενί. παρεκάλουν δ', ὡς οἶσθα, καὶ ὑμᾶς μήτ' ἐπαινεῖν μετὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀμετρότερον, ὥσπερ εἰώθατε, μήτ' ἐπιγράφειν τὰ συγγράμματα. κατὰ ταῦτ' οὖν ἅπαντα καὶ ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ἐγκατελείφθη μοι· τὰ μὲν κεφάλαια τῶν εὑρημένων, διὰ
B βραχέων ὑπομνημάτων ἐμαυτῷ γράψαντός μου, διεξοδικὴν δὲ οὐδεμίαν ἔτι προσθέντος διδασκαλίαν. νυνὶ δ' ἐπεὶ καὶ σὺ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἑταίρων, ἅπερ ἐθεάσασθέ με πολλάκις ἐπὶ τῶν νοσούντων ἔργῳ διαπραττομένον, ἐν ὑπομνήμασιν ἔχειν ἀξιοῦτε, προσθήσω τὸ λοιπὸν ἔτι τῇδε τῇ πραγματείᾳ.

CAPVT II.

Quid superioribus libris est actum, quid sequentibus agendum; & quòd imbecillitatis affectum Empirici, & Dogmatici non rectè intellexerunt.

ERgo in horum commentariorum tertio, quarto, quinto, & sexto, quemadmodum similiarium organicarúmque partium communem morbum curari conueniat, scripseram, idcirco nimirum ab eo auspicatus, quòd & conspectior reliquis esset, & euidenter omnes propemodum priores medicos, qui certa methodo artem tradere polliciti, amethodi in ipsis curationibus deprehenduntur, confutaret. Nam, quum ab Hippocrate discesseris, qui nobis omnium salutarium præceptorum semina præbuit, reliquorum certè nemo, vel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulant autem, & quæ Hippocrates ipse reliquit, non malos agricolas, qui ea tum seminent commodè, tum augeant, tum perficiant. Id autem fecisse ante nos neminem, sed plerósque etiam semina quæ reliquit, corrupisse, ijs, qui animum aduerterunt, clarè monstratum arbitror. Itaque hoc morbi genus, vel continuitatis solutionem vel vnitionis, vel qualitercunque est libitum, appellare cuique permisimus; non enim de nominibus, in hoc opere, nec in alio medicinalium vllo laboramus, sed quo pacto artis maximè finem consequamur. Reuertamur autem nunc ad morbum eum, qui omnium est primus, qui in similaribus nascitur, quibus primùm animantis functiones referuntur acceptæ. Siquidem monstratum in alijs operibus est, quemadmodum organicarum quamque partium aliquid agere dicamus, vt oculum videre, aut crus ambulare. Esse enim sicut id, quod præcipuum est actionis crurum, non cruris totius, sed musculosi in eo generis: sic visionem non oculi totius, sed crystallini in ipso humoris; ac in reliquis quibusque organis ad proportionem. Porrò ostensum in secundo horum voluminum est genus hoc morbi non solùm cognitu esse maximé necessarium, sed etiam neminem ipsum ratione curare posse qui prima corporis elementa non norit; preterea non intelligere ea, quæ dicant nonnullos eorum, qui Rationales se nominant, quoties imbecillitatem esse dicunt, vel ventriculi,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

C Τί τὸ πεπραγμένον ἐν τοῖς πρωτέροις βιβλίοις, τί ἐν τοῖς ἐφεξῆς πρακτέον· καὶ ὅτι τὸ τῆς ἀτονίας πάθος οὐ καλῶς οἱ Ἐμπειρικοί τε καὶ Δογματικοὶ ἐπέγνωσαν.

ΕΝ μὲν οὖν τῷ τρίτῳ, καὶ τετάρτῳ, καὶ πέμπτῳ, καὶ ἕκτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, τὸ κοινὸν νόσημα τῶν ὁμοιομερῶν τε καὶ ὀργανικῶν μορίων, ὅπως χρὴ θεραπεύειν ἐγεγράφειν· ἀρξάμενος μὲν οὖν ἀπ' αὐτοῦ διότι τε σαφέστερόν ἐστι τῶν ἄλλων, ἐναργῆ τε τὸν ἔλεγχον ἔχει τῶν ἔμπροσθεν ἁπάντων σχεδὸν ἰατρῶν, ὅσοι μεθόδῳ μὲν ἐπαγγέλλονται μεταχειρίζεσθαι τὴν τέχνην, ἀμέθοδοι δὲ
D εἰσιν ἐν ταῖς θεραπείαις. πλὴν γὰρ Ἱπποκράτους τοῦ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν παραδόντος τὰ σπέρματα, τῶν ἄλλων οὐδεὶς οὐδ' ἐπεχείρησε τὸ γένος τοῦτο τοῦ νοσήματος ἰάσασθαι μεθόδῳ. δεῖται δὲ καὶ τὰ Ἱπποκράτους αὐτοῦ γεωργῶν ἀγαθῶν, οἱ σπεροῦσί τε αὐτὰ, καὶ αὐξήσουσι, καὶ τελειώσουσι προσηκόντως. καὶ ὅτι πρὸ ἡμῶν οὐδεὶς τοῦτ' ἔπραξεν, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι γε καὶ προσδιέφθειραν αὐτοῦ τὰ σπέρματα, νομίζω σαφῶς ἐπιδεδεῖχθαι τοῖς προσεσχηκόσι τὸν νοῦν. τοῦτο μὲν οὖν τὸ γένος τοῦ νοσήματος, εἴτε συ-
E νεχείας λύσιν, εἴθ' ἑνώσεως, εἴθ' ὁπωσοῦν ἄλλως ὀνομάζειν τις ἐθέλοι, καλεῖν ἐπετρέψαμεν ὡς ἑκάστῳ φίλον. οὐ γὰρ περὶ ὀνομάτων σπουδάζομεν, οὔτε κατὰ ταύτην τὴν πραγματείαν, οὔτε καθ' ἑτέραν τινὰ τῶν ἰατρικῶν, ἀλλ' ὅπως ἂν μάλιστα τοῦ τέλους τῆς τέχνης τυγχάνωμεν. ἐπὶ δὲ τὸ πρῶτον ἁπάντων ἐπανερχώμεθα νῦν τῷ λόγῳ νόσημα, τὸ τοῖς ὁμοιομερέσιν ἐγγινόμενον, ὧν πρώτων εἰσὶν αἱ κατὰ τὸ ζῶον ἐνέργειαι. δέδεικται γὰρ ἐν ἄλλαις πραγματείαις, ὅπως ἕκαστον τῶν ὀργανικῶν μορίων ἐνεργεῖν τι λέγομεν, οἷον ὀφθαλμὸν ὁρᾶν, ἢ βαδίζειν σκέλος. εἶναι γὰρ οὔτε ὅλου τοῦ σκέ-
F λους, ἀλλὰ τοῦ μυώδους ἐν αὐτῷ γένους τὸ κῦρος τῆς ἐνεργείας· οὔτε ὀφθαλμοῦ τι βλέπειν, ἀλλὰ τοῦ κρυσταλλοειδοῦς· ἐπί τε τῶν ἄλλων ἁπάντων ὀργάνων ἀνάλογον. ἐδείχθη δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆσδε τῆς πραγματείας, καὶ ὡς ἀναγκαιότατόν ἐστι τὸ γένος τοῦ νοσήματος τούτου· καὶ ὡς οὐδεὶς αὐτὸ λογικῶς ἰάσαιτο τῶν ἀγνοησάντων τὰ πρῶτα στοιχεῖα· καὶ ὡς οὐδὲν ὧν φθέγγονται συνιᾶσιν ἔνιοι τῶν λογικοὺς ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, ὅταν ἀτονίαν εἶναι φάσκωσιν, ἢ κοιλίας,

ἢ ἐντέρων, ἢ ἥπατος, ἢ ὀφθαλμῶν, ἢ ὁτουδηποτοῦν μέρους. Εἰ μὲν γὰρ τὴν περὶ τὸ σύμφυτον ἔργον ἀσθένειαν οὕτως ὀνομάζουσιν, οὐδὲν ἰδιώτου πλέον ἴσασιν· ἀκοῦσαι γάρ ἐστι κἀκείνων ἄτονον ἑαυτῶν τὴν γαστέρα φασκόντων, μὴ πέττειν γοῦν αὐτήν, μήτε τὰ σμικρότατα καὶ κουφότατα τῶν προσφερομένων. Εἰ δὲ διάθεσίν τινα λέγουσιν ἐν τῇ γαστρὶ τὴν ἀτονίαν, ἑρμηνευσάτωσαν ἡμῖν ἥντινά ποτε ταύτην εἶναί φασιν, ὡς ἐπὶ φλεγμονῆς ἐποιήσαμεν. τοῖς μὲν γὰρ ἐμπειρικοῖς, τὰ συμπτώματα μόνον ἀρκεῖ τῶν πεπονθότων μορίων ἑρμηνεῦσαι, παρὰ φύσιν ὄγκον εἰπόντι, καὶ ἀντιτυπίαν, ὀδύνην τε σφυγματώδη, καὶ τάσιν, ἔρευθός τε, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ τίθενταί γε πολλάκις ἓν ὄνομα κατὰ τοῦ σύμπαντος ἀθροίσματος ἕνεκα διδασκαλίας συντόμου, καθάπερ ἐπὶ τοῦ προειρημένου, φλεγμονήν. οἱ Δογματικοὶ δ' οὐχ οὕτως, ἀλλ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἐπισκέπτονται τοῦ νοσήματος, ᾗ τὸ προειρημένον ἄθροισμα τῶν συμπτωμάτων ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. δοκεῖ γοῦν Ἐρασιστράτῳ τὸ παρεμπεσὸν εἰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα, πρὸς τοῦ πνεύματος ὠθούμενον, ἐν τοῖς πέρασιν αὐτῶν σφηνωθῆναι, καὶ τοῦτο εἶναι τὴν φλεγμονήν. ἀλλ' ἦν οἶμαι δίκαιος, ἢ Ἐρασίστρατος αὐτός, ἢ τῶν ἀπ' αὐτοῦ τις, ὁμοίως ἐξηγήσασθαι καὶ τὴν ἐν ταῖς ἀτονίαις ἑκάστου μορίου διάθεσιν· ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς φλεγμονῆς εἰς ὅ,τι μεταπέπτωκεν ἡ φυσικὴ κατασκευὴ τοῦ μέρους ἐδήλωσεν, οὕτως ὁ λόγος ἐπιζητεῖ ῥηθῆναι καὶ τὴν εἰς ἀτονίαν ἑκάστου μορίου μετάπτωσιν. οὐ γὰρ δὴ κατὰ φύσιν γε διακείμενον ἄτονον περὶ τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν, ἀλλά τι πάντως αὐτῷ παρὰ φύσιν αἴτιον ἐγγινόμενον, ἐξέλυσέ τε, καὶ κατέβαλε, καὶ νεκρῷ παραπλήσιον ἀπέφηνεν· ὃ οὔτε Ἐρασίστρατος, οὔθ' Ἡρόφιλος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς ἰατρὸς εἶπε τῶν μὴ τολμησάντων ἀποφήνασθαί τι περὶ τῆς τῶν πρώτων σωμάτων φύσεως.

A vel intestinorum, vel iecinoris, vel oculorum, vel alterius cuiuslibet partis. Si nanque ita nominant, infirmitatem impotentiámque ad naturale opus, nihil plus plebeio intelligunt; quippe quem dicere audias imbecillum sibi ventriculum esse, non enim concoquere eum, vel minima leuissimáque, quæ sumpsit. Quòd si imbecillitatem, quæ est in ventriculo, affectum quempiam esse aiunt interpretentur; quæso nobis, quemnam demum hunc esse volunt, quemadmodum in phlegmone fecerunt; B nam Empirico sat fuerit, si symptomata laborantis partis exposuerit, tumorem præter naturam, & renixum, & pulsatorium dolorem, & tensionem, & ruborem, aliáque id genus; imponitque nonnunquam breuitatis docendi causa cunctis simul collectis vnum nomen, sicuti comprehensis iam, phlegmonen. Dogmatici verò non idem, sed ipsam morbi naturam inspiciunt, quam symptomatum illorum collectio necessariò sequitur. Siquidem Erasistrato videtur sanguis, qui in arterias incidit, vbi spiritu impellitur, in finibus earum impactus hærere, ídque phlegmone esse. C At par arbitror erat, vel Erasistratum ipsum, vel aliquem ex sectatoribus eius simili modo, affectum, qui imbecillitate cuiusque partis subest interpretari; vt enim de phlegmone, in quidnam translatus naturalis partis status sit, explicuit, ita ratio exigebat, vt & translatio cuiusque partis in imbecillitatem ab eo explicaretur. Non enim quum secundum naturam est affecta ad propriam actionem est imbecilla; sed accessit omninò aliqua præter naturam causa, quæ eam dissoluit, deiecítque, & mortuæ similem effecit; quam nec D Erasistratus dixit, nec Herophilus, nec alius quisquam medicorum, qui de primorum corporum natura ausi aliquid pronunciare non sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

AT quoniam de his abundè tractatum est, repetito rursus sermonis initio, capita eius colligamus. Calida ergo intemperies refrigerãda est, frigida verò calefacienda; similiter humida siccãda, & sicca humectanda. Quòd si per copulationẽ aliquam duarum qualitatũ intemperies consistat, miscendi amborũ scopi sunt; ac, quę, humida calidáque est, siccanda, & refrigeranda; quæ verò humida, & frigida, siccanda, ac calefacienda; ad eundem modũ sicca, & frigida, humectanda, ac calefacienda; sicca verò, & calida, humectanda, & refrigeranda. Scire verò licet omnium harum pessimam esse inter simplices siccam; in compositis siccam simul, & frigidam. Atque hoc loco finem habeant ventriculi intemperies, quas scilicet extrinsecus nullus alit superuacuus humor.

CAPVT XI.

De curanda ventriculi intemperie, quum vitiosi humores, vel in eius cauitate, vel in tunicis continentur.

DEinceps ad eas, quæ ex eiusmodi quapiã occasione fiunt, stilum cõuertam. Sæpè igitur in ipsa cauitate ventriculi contentus humor, qui aut calefaciendi, aut perfrigerãdi, aut humectãdi aut siccandi, aut etiã horũ aliqua per coniugationem efficiẽdi naturam obtinet, intemperiẽ creat; interdum verò, & in ipsas ventriculi tunicas (vt ita dicã) imbibitus, siue impactus. Ergo prior affectus si semel constiterit, per vomitũ expurgatus, facilè quiescit. Sin rursus ex alia quapiã, vel aliis partibus humor confluit, diligẽter dignosci indiget. Curatio verò post effectricis causę cognitionẽ statim se exhibet. Dictũ enĩ nobis est, tũ alibi, tũ verò in iis, quæ de Differentiis febriũ scripsimus, confluere nonnũquã ex aliis in alias partes id quod in his redũdat; veluti (si ita sors tulerit) ex capite ad oculos. Quo casu oportet, curata ea parte, quæ trãsmittit, duntaxat firmitati prospicere oculorũ, quò videlicet eorum, quæ ad sese confluunt, minùs promptè quicquam admittant. Ita igitur & in ventriculi affectu oportet, vbi quod superuacuum transmittit, inueneris, omnẽ huc curationẽ conferre; de ventriculo autem tantisper esse solicitum, ne, quæ confluant, promptè recipiat. Id duplici (vt arbitror) ratione fiet, vna omnium fluxionum communi, quippe quæ ab adstringentibus repelluntur; altera verò & ipsa omnium partium, quæ ad bonam habitudinem reducũtur, communi, nẽpe ex ipsarum temperiei symmetria.

Ergo

Ergo primùm inspiciendum totum corpus est, an excrementosum, an plethoricum, fluxionem ventriculo immittat; secundò si id non videatur, singulæ partes expendendæ. Atque in toto quidem corpore æstimando, tum plenitudinis, tum excrementorum notas & ex opere De sanitate tuenda, &ex libro De plenitudine didicisti. Super has tamen illa quoque æstimabis; primùm quidem in mulieribus, an naturaliter non purgentur; mox in viris an excretio aliqua consueta his retenta sit. Plerísque hæmorrhoides vacuare superflua consueuerunt. Alijs profluens è naribus sanguis, aut vomitus, aut alio quopiam modo in certis periodis vas aliquod reclusum; noui enim tum in ore, tum in faucibus id multis contingere. Non desunt, quibus, & per ventriculum sanguinis expulsio certo tempore fiat, ac potissimùm ijs, qui quum vehementem exercitationem deposuerunt, à priore tamen victu non destiterunt; aut etiam artuum toto aliquo sunt priuati, veluti etiam Hippocrates declarauit. Sunt, quibus diarrhœæ, & choleræ certis interuallis omnem corporis redundantiam educant. Ab his illud æstimandum, quânam victus ratione sit vsus; vtrúmne frequenti cruditati, aut satietati inciderit, idque in ociosa vita, ac præcipuè præter consuetudinem, an contrà. Illud deinde perpendendum, an aliud membrum corporis certo temporum circuitu vexari solitum, nunc non vexetur. Alijs enim articularis morbus, aut coxendicus, aut podagra; alijs cephalæa, aut etiam fluxio aliqua, quæ in oculos, vel aures procubuit, nunc migrauit ad ventriculum. Multis verò catarrhi, & coryzæ assiduè oborientes certo tempore in ventriculi loca transferuntur. His igitur omnibus consideratis, siquidem ex minus principalibus translatio facta est, quod superfluum est, rursus ad ea reuelles. Sin ex principalioribus, ambobus simul consules, eum semper submouens affectum, qui fluxionem excitet. Fiet id, si omnes corporis partes ad bonam habitudinem reducamus, ac omnes naturales excretiones fluxiles semper reddamus. Hæc quem ad modum efficere possis, in opere de Sanitate tuenda est præceptum. Nec illud latet, si propter æqualem totius corporis plethoram ventriculus fluxione tentatur, totum corpus vacuandum esse. Simili modo si propter cacochymiam, eam purgandam esse, atque ad ventriculum veniendum. Prorsus enim quum plures iam dies delata in eũ superuacua sint, aliquid vitij ex malitia eorum contraxit. Itaque non intempestiuè, qui ita laborat, absinthij potione vtetur. Sed nec quæ postea adhibenda prouidentia sit, quoad ventriculo pristinum habitum recuperaris, latere arbitror. Quippe, si pro temperamento noxiæ fluxionis, intemperie aliquando laboret, corrigi nimirum per contraria præsidia postulat. Facillimum verò est eiusmodi noxam corrigere, vbi paucos durauit dies. Nam, si ob consilij inopiam eius qui curasset, longiore spatio permansit, aliquando tunicę eius malo succo implentur; aliquando ipsa similaris earum substantia intemperata non leuiter effecta, similis curæ indiget ei, quam priùs de intemperiebus in hoc libro retulimus. Reliquum igitur est, vt exponamus, quemadmodum curari succus vitiosus debeat, qui in ventriculi tunicis est receptus. Sunt porrò ad eiusmodi affectus idonea medicamenta, genere quidem ea,

A ἐπισκέπτεσθαι τοιγαροῦν ὅλον μὲν τὸ σῶμα πρότερον χρή, εἰ περιττωματικὸν, ἢ πληθωρικὸν ὂν, ἐπιπέμπει ῥεῦμα τῇ γαστρί· δεύτερον δ' εἰ μὴ τοῦτο φαίνοιτο, τὸ καθ' ἓν ἕκαστον τῶν μορίων σκοπεῖσθαι. κατὰ μὲν δὴ τὴν τοῦ παντὸς σώματος ἐπίσκεψιν, ἔμαθες μὲν καὶ τὰ τοῦ πλήθους, καὶ τὰ τῶν περιττωμάτων γνωρίσματα διά τε τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, καὶ τοῦ περὶ πλήθους βιβλίου. προσεπισκέπτου δ' αὖθις, καὶ τάδε· πρῶτον μὲν ἐπὶ γυναικῶν, εἰ μὴ καθαίρονται κατὰ φύσιν· ἑξῆς δ' ἐπ' ἀνδρῶν, εἰ ἡ συνήθης ἔκκρισις ἐπέχηται. πολλοῖς μὲν γὰρ αἱμοῤῥοΐς εἴθισται τὸ περιττὸν ἐκκενοῦν. ἐνίοις B δ' αἱμοῤῥαγίαι διὰ ῥινῶν, ἢ ἔμετος, ἢ τι κατ' ἄλλον τινὰ [108] τόπον ἐν ὡρισμέναις περιόδοις ἀναστομούμενον ἀγγεῖον· οἶδα γοῦν ἐν στόματι, καὶ φάρυγγι πολλοῖς τοῦθ' ὑπάρχον. ἔστι δ' οἷς καὶ διὰ γαστρὸς, αἵματος ἔκκρισις ἀνὰ χρόνον γίγνεται, καὶ μάλισθ' ὅσοι γυμνασίων ἰσχυρῶν ἀποστάντες, οὐκ ἀπέστησαν τῆς ἔμπροσθεν διαίτης· ἤ τι κῶλον ὅλον ἀφῃρέθησαν, ὡς ἐδήλωσε καὶ ὁ Ἱπποκράτης. ἐνίοις δὲ καὶ διάῤῥοιαι, καὶ χολέραι, διὰ χρόνων τινῶν γιγνόμεναι κενοῦσιν ἅπαντος τοῦ σώματος τὴν περιουσίαν. ἐπὶ δὲ τοῖσδε, σκεπτέον C ὁποίᾳ τινὶ κέχρηται διαίτῃ· πότερον ἀπεψίαις πλείοσιν, ἢ πλησμοναῖς, ἐν ἀργῷ βίῳ, καὶ μάλιστα παρὰ τὸ ἔθος, ἢ τοὐναντίον. εἶθ' ἑξῆς ἐπισκεπτέον, εἰ μέλος ἄλλο τοῦ σώματος ἐνοχλούμενον ἐν περιόδοις τισὶ χρόνων, οὐκ ἐνοχλεῖται νῦν. ἐνίοις μὲν γὰρ, ἀρθρῖτις, ἢ ἰσχιὰς, ἢ ποδάγρα· κεφαλαία δ' ἄλλοις, ἢ εἰς ὀφθαλμοὺς, ἢ εἰς ὦτα κατασκῆπτον ῥεῦμα, μετέστη νῦν εἰς τὴν γαστέρα. πολλοῖς δὲ καὶ κατάῤῥοι, καὶ κόρυζαι συνεχῶς γινόμεναι, μεθίστανται κατά τινα χρόνον εἰς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα χωρία. D ταῦτ' οὖν ἅπαντα κατασκεψάμενος, εἰ μὲν ἐξ ἀκυρωτέρων ἡ μετάστασις εἴη γεγενημένη, πρὸς ἐκεῖνα πάλιν ἀντισπάσεις τὸ περιττόν. εἰ δ' ἐκ κυριωτέρων, ἀμφοῖν ὁμοίως προνοήσεις τὴν ἐργαζομένην τὸ ῥεῦμα διάθεσιν ἐκκόπτων ἀεί. γίγνοιτο δ' ἂν τοῦτο, πάντα μὲν εἰς εὐεξίαν ἀγόντων ἡμῶν τὰ τοῦ σώματος μόρια, πάσας δὲ τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις εὐρεῖς ἀεὶ παρασκευαζόντων. ὅπως δ' ἄν τις ἐργάζοιτο ταῦτα, διὰ τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας δεδήλωται. πρόδηλον δ' ὅτι κἂν εἰ διὰ πληθώραν ὅλου τοῦ σώματος, ἡ γαστὴρ δέχηται ῥεῦμα, τὸ σύμπαν σῶμα κενω- E τέον ἐστίν. ὥσπερ γε καὶ εἰ διὰ κακοχυμίαν, ἐκείνην ἐκκαθαίρειν προσήκει, κἄπειθ' οὕτως, ἐπ' αὐτὴν ἰέναι τὴν γαστέρα. πάντως γὰρ δήπου πλείοσιν ἡμέραις εἰς αὐτὴν ἐνηνεγμένων τῶν περιττῶν, ἀπέλαυσέ τι τῆς μοχθηρίας αὐτῶν· ὥστε ἐν καιρῷ χρήσαιτ' ἂν ὁ οὕτω κάμνων, ἀψινθίῳ ποτῷ. δήλη δ', οἶμαι, σοι, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα πρόνοια μέχρι τοῦ τὴν ἔμπροσθεν ἕξιν ἀνακτήσασθαι τῇ γαστρί. κατὰ γάρ τοι τὴν κρᾶσιν τοῦ λυπήσαντος αὐτὴν ῥεύματος, ἔστιν ὅτε δύσκρατος γενομένη, τῶν ἐναντίων εἰς ἐπανόρθωσιν ἰαμάτων δεῖ- F ται. ῥᾷον δὲ δήπου τὴν τοιαύτην ἰάσασθαι βλάβην, ὅταν ὀλίγων ἡμερῶν ᾖ. ὡς εἴ γε δι' ἀπορίαν τῶν ἰασομένων διαμείνῃ χρόνῳ πλείονι, ποτὲ μὲν οἱ χιτῶνες αὐτῆς ἐμπίπλανται τῆς κακοχυμίας· ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὸ τὸ ὁμοιομερὲς αὐτῶν σῶμα δύσκρατον ἱκανῶς γενόμενον, ὁμοίας χρῄζει θεραπείας, τῇ λελεγμένῃ πρόσθεν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ τῶν δυσκρασιῶν. ὑπόλοιπον οὖν ἐστι διελθεῖν ὅπως ἄν τις ἰῷτο τὰς ἐν τοῖς χιτῶσι τῆς γαστρὸς κακοχυμίας. ἔστι δὲ ἐπιτήδεια πρὸς τὰς τοιαύτας διαθέσεις φάρμακα,

τῶν γε μὴν ἐκ τῶν καθαιρόντων μετρίως, ὡς μὴ προσιέναι τὴν δύναμιν αὐτῶν ἀνωτέρω τῶν κατὰ γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα χωρίων· ἢ εἴπερ ἄρα περαιτέρω τούτοις, ἅπτεσθαι τῶν κατὰ τὸ μεσεντέριον ἀγγείων. ἐν εἴδει δὲ, τὰ διὰ τῆς ἀλόης ἐστὶ κάλλιστα, καὶ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ἀλόη, μὴ παρόντων ἐκείνων. ἄπλυτος μὲν οὖν, ἰσχυρότερον ἐκκενοῖ· πλυθεῖσα δὲ, ἧττον μὲν καθαίρει, ῥώννυσι δὲ μᾶλλον τὴν γαστέρα. χρὴ τοίνυν ἔχειν τὴν καλουμένην ἤδη πρὸς ἁπάντων τῶν ἰατρῶν πικρὰν, ἐσκευασμένην διττῶς, ἐξ ἀπλύτου τε καὶ πεπλυμένης ἀλόης. μίγνυται δὲ αὐτῇ κινναμώμου τε καὶ ξυλοβαλσάμου, καὶ ἀσάρου, καὶ νάρδου στάχυος, καὶ κρόκου, καὶ Χίας μαστίχης. ἔστωσαν δὲ ἐξ μὲν τούτων ἑκάστου δραχμαὶ, μόνης δὲ τῆς ἀλόης, ἑκατόν. ἄριστον δὲ τοῦτο τὸ φάρμακον εἰς τὰς τῶν χιτώνων τῆς γαστρὸς κακοχυμίας· ἄμεινον δὲ χρῆσθαι ξηρῷ δι' ὕδατος, ὅσον δυοῖν κοχλιαρίων μικρῶν τὸ πλῆθος, ὅταν γε μετρίως καὶ μέσως αὐτῷ χρῆσθαι προαιρώμεθα· τὸ γὰρ δὴ πλεῖστον καὶ τελεώτατον, οὐ σμικρῶν δυοῖν, ἀλλὰ μεγάλων ἡ πόσις, ἐν ὕδατος εὐκράτου τρισὶ κυάθοις· ἐλαχίστη δὲ δόσις ἑνὸς κοχλιαρίου μικροῦ. χρῆσθαι δ' ἐν τῷ καιρῷ τῷδε καὶ πτισάνης χυλῷ, πρότερον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βαλανείου λαμβάνοντα. τὸ μὲν γὰρ φάρμακον αὐτὸ κατὰ τὸν συνήθη τοῖς καθαίρουσι διδόσθω καιρόν· ἐπ' αὐτῷ δὲ περιπατήσαντα σύμμετρα, καὶ κινηθέντα μέτρια, τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν δίαιταν, ὑπαλλάττειν μηδέν. ἔνιοι δ' ἀποτίθενται τὸ φάρμακον, ἀναλαμβάνοντες ἀπηφρισμένῳ μέλιτι, καὶ γίνεται μὲν οὕτω μονιμώτερον, οὐ μὴν δὲ ὁμοίως γε πρὸς τὰς προκειμένας ἐν τῷ παρόντι λόγῳ διαθέσεις, ἀγαθόν· ἧττον γὰρ ῥώννυσι τὴν κοιλίαν, καὶ μᾶλλον ὑπάγει. γλίσχρου μέντοι φλέγματος ἐμπεπλασμένου τῇ γαστρὶ, δοτέον αὖθις πρότερον ὅσα τέμνει τοῦτο, κἄπειτα οὕτω καθαρτέον. εἰ δὲ καὶ πρὸς ἔμετον ἐπιτηδείως ἔχοιεν, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ἐμεῖν ἀπὸ ῥαφανίδων δι' ὀξυμέλιτος. εἰ δὲ μήτε γλίσχρος ὁ χυμὸς εἴη, μήτε παχὺς, ἀρκεῖ καὶ ὁ ἀπὸ χυλοῦ τῆς πτισάνης ἔμετος μόνου, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ μελικράτου· λαμβάνειν δ' ἑκατέρου πλέον ἢ ὡς ἄν τις ἔλαβεν, ἤτοι τροφῆς ἕνεκεν, ἢ ὑπαγωγῆς γαστρός. ἐπιτήδειον δὲ καὶ τὸ μελίκρατόν ἐστιν, ἀφεψημένου καθ' αὐτὸ τοῦ ἀψινθίου πίνεσθαι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο καλῶς ὑπάγει κάτω τοὺς λεπτοὺς χυμοὺς, ὅσοι περ ἂν ἐν τῷ 109 στόματι τῆς γαστρὸς αὐτῆς περιέχωνται. κοινὸς δὲ ὁ λόγος ὅδε σύμπας ὁ περὶ τῆς δυσκρασίας, τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, καθ' ἕν τι μέρος ἑαυτοῦ τὸ τῶν ἀσθενῶν ἐνεργειῶν, οὐ γὰρ δὴ τῶν γε ἀπολωλυιῶν, ἢ πλημμελῶς γινομένων· ἐκπέπτωκε γὰρ ἐκεῖνο τελέως τῶν ὑγιεινῶν. ἡ δ' ἀσθενὴς ἐνέργεια, κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, τῆς ὑγιεινῆς ἐστι πραγματείας, ἢ τῆς θεραπευτικῆς· ὀλίγον μέν τι παραποδιζομένη, τῆς ὑγιεινῆς· ἐπὶ πλέον δὲ, τῆς θεραπευτικῆς. ὅρος δ' ἑκατέροις, τὸ τῶν συνήθων πράξεων ἤτοι γε ἀφίστασθαι διὰ τὸ μέγεθος τῆς βλάβης, ἢ μή.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου, ὅταν αἱ δυσκρασίαι τε καὶ οἱ χυμοὶ ἐν τῇ κοιλότητι, καὶ χιτῶσι τῆς γαστρὸς περιεχόμενοι μίγνυνται· καὶ περὶ ἐνδείξεων, τῶν τὴν ἀρχὴν τῆς ἰάσεως ἐν αὐταῖς ἐχουσῶν.

ΛΕλεκται δὲ καὶ περὶ τούτων ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς· καὶ χρὴ καὶ διὰ τοῦτο θᾶττον ἀφίστασθαι τοῦ λόγου·

quæ moderatè purgant, sic vt eorum vis super ventriculi, & intestinorum loca non ascendat; aut, si quid vltra, vasa tantùm in mesenterio contingant. Speciatim verò, quæ ex aloe *componuntur*, sunt aptissima, etiam si illa præsto non sint aloe ipsa per se. Hæc itaque non elota valentiùs vacuat; elota purgat quidem minùs, sed roborat ventriculum magis. Expedit ergo paratam habebere, quam omnes medici picran, *idest amaram*, vocant, atque hanc dupliciter confectam, ex aloe elota, & non elota. Admiscentur autem horum, cinnamomum, & xylobalsamum, & asarum, & spica nardi, & crocus, & Chia mastiche. Sunto autem horum cuiusque drachmæ sex, solius autem aloes drachmæ centum. Præstantissimum hoc medicamentum est ad vitiosos succos, qui in tunicis ventriculi habentur; vtiliúsque est eo sicco ex aqua vti duorum paruorum cochlearium mensura, vbi mediocriter, ac medio quodam modo eo vti studebimus; nam maximus eius modus, ac absolutissimus est duorum non paruorum, sed magnorum potio, in aquæ temperatæ cyathis tribus; minimus, vnius parui cochlearis. Vtendũ verò hoc tempore & ptisanę cremore est, qui primus à balneo sumetur. Nam medicamẽtum ipsum solito purgantium medicamentorum tempore dabitur; post id verò, vbi modicè inambulauerit, & modicè se mouerit, de reliqua victus ratione nihil est immutandum. Sunt, qui reponunt medicamentum, excipientes id despumato melle, & fit quidem ita durabilius, cæterùm non perinde ad propositos hoc loco affectus vtile; quum & minus ventriculum roboret, & magis aluum deiiciat. Verùm quibus lenta pituita ventriculo est infixa, iis priùs exhibenda sunt, quæcunque hanc incidant, ac deinde purgandum. Quòd si ad vomendum sint idonei, non inutile sit per radiculas ex oxymelite vomere. Si verò nec lentus humor sit, nec crassus, abundè quoque sit à ptisanæ solius cremore vomuisse, item à mulsa; quo casu sumendum vtriusuis plus est, quàm vel nutrimenti, vel etiam deiectionis causa sumeretur. Idoneum verò est, & si mulsa, in qua incoctum absinthium sit, bibatur; nam id quoque tenues succos, quicunque videlicet in ipsius vẽriculi ore continetur, commodè deorsum impellit. Sanè commuis est totus hic sermo, qui de intemperie agit, cum sanitatis tuendę præceptis, ea scilicet sui parte, qua de parũ firmis actionibus disputat; non enim profectò ea, qua de perditis, ac vitiosè functis agit; pars enim illa à sanitatis tuendæ contemplatione planè seiuncta est. Imbecilla verò actio, prout magis minúsve talis est, aut ad sanitatis tuendæ aut ad medendi tractationem pertinet; leuiter quidem impedita ad hygienem, grauiùs ad therapeuticen. Discernitur vtraque ex eo, quòd à consuetis actionibus obeundis propter noxæ magnitudinem, vel desistatur, vel non *desistatur*.

CAPVT XII.

De ratione curandi, quum intemperies, humorésque in cauitate, ac ventriculi tunicis contenti coniunguntur; ac de indicationibus, quæ curandi initium sibi vendicant.

DIctum autem & de his est in opere de Sanitate tuenda; quo celeriùs transeunda eorum tractatio

tractatio nunc est; præsertim omni methodo, qua ventris intemperies sint curandæ, iam præscripta, siue hæ habitu, siue dispositione ipsi inhæserint. Clarum verò est, esse aliquando mixtum ex tribus iamdictis simplicibus inventriculo affectum, ita vt & ipsæ solidæ partes intemperie laborent, & praui succi ita ventriculo sint impacti, vt elui ex facili nequeant, & alij in interna eius capacitate contineantur. Potest nanque interdum fieri, vt primus cum secundo dicto consistit; potest & secundus vnà cum tertio; potest rursum & primus cum tertio; sæpè etiam omnes simul. Pro quibus methodum, quam priùs de vlceribus tradidimus, vbi omnes affectus simul coniunximus, ad memoriam reuocabis; quam nunc quoque apponere non sit inutile. Primùm nanque in eiusmodi complexu æstimabis, à quo maximè discrimen ægro impendere videatur. Secundò quid, quæve ex his causæ rationem obtineant, & quæ ab ipsis efficiantur. Tertiò, quæ sanari ante alia possint, & quæ non possint; veluti de vlceribus, quæ vnàcum phlegmonis constitere, ostendimus. Vbi nanq; à quoquam affectuum nō leue periculum instat, ad id quod vrget, dirigi primum *curantis* consiliū debet; vbi aliud efficiens est, aliud, quod ab eo efficitur, ipsa causa *spectanda*. At vbi curari hoc ante illud non licet, ad id quod ordo dictat, *est respiciendum*. Enim vero in eo ad quod vrget scopo affectus magnitudo perpendenda est. Ea triplex est magnitudo, alia, quæ ex læsæ actionis prestantia *spectatur*; alia quæ ex propria affectus essentia; & tertia præter has, quæ ex facultate læsum corpus gubernante *æstimatur*. In eo verò qui ad causam est scopo animaduertendum est, quid nam eorum, quę inter se coniuncta sunt augere, aut gignere reliqua possit; quæ rursus ab eo vel gignantur, vel incremētū accipiant. In eo verò quod ordo pręscribit, quid ante quod, vel quid cum quo, vel quid post quid, sanari possit. Fingatur igitur in ventriculum defluere ex cerebro superfluum *quendam humorem* frigidum, atq; eius occasione intemperiem quandam inventriculo contractam iam esse; adhuc verò etiam magis, malum iam succum per totum eius corporis media omnia similiarium *partium* spatia occupasse. In eiusmodi complicatis ob præstantiam maior est intemperies, propterea quòd & *fuit* temperies; propriæ verò essentiæ ratione quodcunque tale fuerit, circa propositum in sermone ægrum. Ac ponatur ad præsens maximus trium affectus esse succorum, qui in tunicis ventris continentur. Esto (si libet) vt idem quoque affectus morsus sensum faciat; atque ex eo ipso animi defectum, & sudores quosdam cum syncoptica dissolutione accersat, ita videlicet, vt quatenus supra vires est reliquis sit maior. Constat igitur primam esse adhibēda curā, vt ei, quod vires resoluit, occurratur. Deinde, quoniam cæterorum maximum propriæ essentię ratione hoc finximus, vtique ad id primū te verteris, ac primum id sanes. Vbi iam nobis id mediocriter se habuerit, ac neq; vires ampliùs labent, neque plurimum vitiosi succi in ventriculo sit, tum nimirum ad causam accedes, illud pro comperto habens, non posse ad perfectionem vllum affectum sanari, manente adhuc ipsa ipsum efficiente causa. Ordo autē curationis, aliquando contraria inter se remedia, sicut in phlegmone & vlcere, indicat; ostensū nanque est, quæ phlegmonē sanant, ea maius reddere vlcus; aliquando

A γεγραμμένης γε δὴ συμπάσης ἤδη τῆς μεθόδου, καθ' ἣν χρὴ τὰς δυσκρασίας ἰᾶσθαι τῆς γαστρὸς, εἴτε καθ' ἕξιν, εἴτε κατὰ σχέσιν ἐν αὐτῇ γίνοιντο. δῆλον δὲ ὡς καὶ μικτή ποτ' ἐστὶ διάθεσις ἐν τῇ γαστρὶ τῶν εἰρημένων τριῶν τῶν ἁπλῶν· ὥστε καὶ αὐτὰ τὰ στερεὰ μόρια δυσκράτως ἔχειν, καὶ χυμοὺς μοχθηροὺς ἐμπεπλάσθαι δυσεκνίπτως τῇ γαστρὶ, καὶ κατὰ τὴν ἔνδον εὐρυχωρίαν ἑτέρους περιέχεσθαι. δύναται μὲν γάρ ποτε καὶ τὸ πρῶτον, ἅμα τῷ δευτέρῳ ῥηθέντι συστῆναι· δύναται δὲ καὶ τὸ δεύτερον ἅμα τῷ τρίτῳ· καὶ αὖθίς γε τὸ πρῶτον ἅμα τῷ τρίτῳ· καὶ πάντα γε ἅμα πολλάκις. B ἐφ' ὧν ἀναμνησθήσῃ μὲν δήπου καὶ τῆς ἔμπροσθεν εἰρημένης μεθόδου ἐν τοῖς περὶ τῶν ἑλκῶν λόγοις, ἁπασῶν τῶν ἐπιπλεκομένων ἀλλήλαις διαθέσεων, οὐδὲν δ' ἂν εἴη χεῖρον καὶ νῦν αὐτὴν διελθεῖν. ἐπισκέψασθαι γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις ὑπαλλάξεσι, πρῶτον μὲν ἀφ' οὗ μάλιστα κινδυνεύειν εἰκός ἐστι τὸν κάμνοντα. δεύτερον δὲ, τί μὲν ἐξ αὐτῶν ἢ τίνα λόγον αἰτίας ἔχει, τίνα δὲ ἀποτελεῖται πρὸς αὐτῶν. καὶ τρίτον, οἷς τ' ἀδύνατόν ἐστιν ἰαθῆναι πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ ὅσοις δυνατὸν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἑλκῶν ἐδείκνυμεν τῶν ἅμα φλεγμοναῖς συνισταμένων. ἔνθα μὲν γὰρ ἀπό τινος τῶν διαθέσεων οὐ μικρὸς ὁ κίνδυνός ἐστιν, ὁ πρὸς τὸ C κατεπεῖγον σκοπὸς αἱρετέος· ἔνθα δὲ τὸ μὲν ποιοῦν ἐστι, τὸ δὲ γινόμενον, ὁ πρὸς τὸ αἴτιον. ἔνθα δὲ οὐχ οἷόν τε θεραπευθῆναι τόδε πρὸ τοῦδε, ὁ ἀπὸ τῆς τάξεως. ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸς τὸ κατεπεῖγον σκοπῷ, τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως σκεπτέον. ἔστι δὲ τρία μεγέθη· τὸ μέν τι, κατὰ τὸ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας ἀξίωμα· τὸ δέ τι, κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν τῆς διαθέσεως· καὶ τρίτον ἐπὶ τοῖσδε, τὸ πρὸς τὴν διοικοῦσαν τὸ βεβλαμμένον σῶμα δύναμιν. ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸ αἴτιον σκοπῷ, θεωρητέον, τί μὲν ἐκ τῶν ἐπιπεπλεγμένων ἀλλήλοις αὐξάνειν, ἢ γεννᾶν πέφυ- D κε τὰ λοιπὰ, τίνα δ' ἤτοι τὴν γένεσιν, ἢ τὴν αὔξησιν ὑπ' ἐκείνου λαμβάνει. ἐν δὲ τῷ κατὰ τὴν τάξιν, τί πρὸ τίνος, ἢ τί σὺν τίνι, ἢ τί μετὰ τί δυνατὸν ἰᾶσθαι. ὑποκείσθω γοῦν εἰς τὴν γαστέρα καταῤῥέουσά τις ἐξ ἐγκεφάλου περιουσία ψυχρὰ, καὶ διὰ ταύτην ἤδη μέν τις οὖσα δυσκρασία κατὰ τὴν κοιλίαν· ἔτι δὲ μᾶλλον, καὶ χυμοὶ μοχθηροὶ καθ' ὅλον αὐτῆς τὸ σῶμα τὰς μεταξὺ χώρας ἁπάσας τῶν ὁμοιομερῶν κατειληφότες. ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπιπλοκαῖς, ἀξιώματι μὲν ἐστὶ μείζων ἡ δυσκρασία, διότι καὶ ἡ εὐκρασία· κατὰ δὲ τὴν οἰκείαν οὐσίαν, ὅ, τι περ ἂν αὐτῶν τύχῃ περὶ τὸν ὑποκείμενον ἄῤῥω- E στον ἐν τῷ λόγῳ. καὶ κείσθω πρός γε τὸ παρὸν, ἐν τοῖς εἰρημένοις τρισὶ μείζων εἶναι διάθεσις ἡ τῶν ἐν τοῖς χιτῶσι τῆς γαστρὸς χυμῶν. ἔστω δ' εἰ βούλει καὶ τοῦτο αὐτὸ πάθημα δῆξιν ἐργαζόμενον, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ, λειποψυχίας τε, καί τινας ἱδρῶτας ἅμα συγκοπτικαῖς ἐκλύσεσιν, ὡς εἶναι μεῖζον αὐτὸ τῶν ἄλλων, καθ' ὅσον ὑπὲρ τὴν δύναμίν ἐστιν. εὔδηλον οὖν ὅτι τὴν μὲν πρώτην ἂν τις ἐπιμέλειαν ἀντιτάξαιτο πρὸς τὸ καταλῦον τὴν δύναμιν. ἑξῆς δὴ ἐπειδὴ μέγιστον τῶν ἄλλων ὑπέκειτο τοῦτο, κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν, ἐπὶ πρῶτον ἂν τις αὐτὸ παραγίγνοιτο, καὶ πρῶτον ἰῷτο. εἰ δὴ ἡμῖν ἤδη F μετρίως ἔχει τοῦτο, καὶ μήθ' ἡ δύναμις ἔτι καταπίπτει, μήτε ἡ κατὰ τὴν γαστέρα κακοχυμία, παμπόλλη τις εἴη, τότε ἐπὶ τὴν αἰτίαν ἀφιξόμεθα, γιγνώσκοντες ὡς οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ τελέως ἰαθῆναι διάθεσιν οὐδεμίαν, ἔτι μενούσης τῆς ἐργαζομένης αὐτὴν αἰτίας. ἡ δέ γε τάξις τῆς θεραπείας, ἐνίοτε μὲν ὡς ἐπὶ φλεγμονῆς καὶ ἕλκους, ἐναντίων ἐστὶν ἐνδεικτικὴ βοηθημάτων· ἐδείκνυτο γὰρ ὡς τὰ τὴν φλεγμονὴν θεραπεύοντα, μεῖζον ἀποφαίνει τὸ ἕλκος· ἐνίοτε δ'

οὐδὲν βλάπτει τὴν ἑτέραν διάθεσιν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐνεστώσης ὑποθέσεως. ὁ γὰρ ἐκκενῶν τὸ περιεχόμενον ὑγρὸν ἐν τῷ τῆς γαστρὸς κύτει, τῶν ἐν τοῖς χιτῶσι περιεχομένων ὑγρῶν ὑποτέμνεται τὴν τροφήν· ὥσπερ γε καὶ ὁ τὸν ἐγκέφαλον ἰώμενος, ὡς μηδεμίαν ἐν ἑαυτῷ γενναν αἰσθητὴν περιουσίαν, ἐκκόπτει τὴν οἷον πηγὴν τῶν εἰς τὴν γαστέρα ῥευμάτων. ἐπὶ μὲν δὴ τούτων, ἡ τάξις τῆς θεραπείας, τῇ τάξει τῶν αἰτίων ὁμολογεῖ, κἂν ἐν ἄλλοις διαφέρηται. τὸ δ' ἀπὸ τοῦ μεγέθους, χρὴ διορίζεσθαι καθάπερ εἴρηται. καὶ πρῶτον μὲν πειρᾶσθαι τῷ μεγίστῳ τὴν οἰκείαν ὕλην ἐφαρμόζειν τῶν βοηθημάτων· ἐξῆς δὲ κατὰ τὸν τῶν αἰτίων στοῖχον ἰᾶσθαι τὸ σύμπαν. ὅταν γὰρ μήτε πλῆθος ἀξιόλογον ᾖ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα περιττωμάτων, μήτ' ἐν τῇ κοιλότητι περιεχομένων αὐτῆς, μήτ' ἐν τοῖς χιτῶσι, μήτε δῆξις ἀδικοῦσα τὴν δύναμιν, ἁπάντων μὲν χρὴ πρῶτον ἐκνοσηλεῦσαι τὸν ἐγκέφαλον. ἐφεξῆς δὲ τὸ κύτος τῆς γαστρὸς ἐκκενῶσαί τε καὶ διαῤῥύψαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐκκαθῆραι τοὺς χιτῶνας, εἶτα τὴν δυσκρασίαν ἰᾶσθαι. εἴρηται δὲ ἑκάστου τὰ ἰάματα πρόσθεν, ὥστε οὐ χρὴ μηκύνειν ἔτι τὸν λόγον, ἀλλ' ἤδη τέλος ἐπιθεῖναι τῷ γράμματι. τὰς γὰρ τῶν ἄλλων ἁπάντων μορίων δυσκρασίας, ἀνάλογον ἄν τις ἰῷτο τοῖς ἐπὶ τῆς γαστρὸς εἰρημένοις. ἀεὶ γὰρ χρὴ τὸ τῷ ἐναντίον τῇ διαθέσει πορίζεσθαι βοήθημα, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ πεπονθότος ἔνδειξιν τῶν ὠφελησόντων, προστιθέναι, περὶ ἧς εἴρηται μὲν ἤδη καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν, εἰρήσεται δὲ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπὶ πλέον. ἀναγκαῖον δ' ἂν εἴη καὶ νῦν ἐπ' ὀλίγον αὐτῆς μνημονεῦσαι.

alteri affectui nihil nocet, sicut in proposito nunc casu. Qui enim educit humorem, qui in cauitate ventriculi continetur, is humornm, qui in tunicis continentur, alimentum adimit; æquè & qui cerebrum ita sanat, nequam sensibilem redundantiam crect, is veluti fontem fluxionis in ventriculum destruit. In his ergo ordo curationis cum ordine causarum consentit, quanquam in alijs dissentit. Cæterùm, quòd ex magnitudine spectatur, id distingui, prout dictum, est debebit. Ac primùm quidem id agendum est, vt ei, quod maximum est, propriam medicamentorum materiam accommodes; deinde pro causarum ordine totum cures. Etenim quum neque copia notabilis excrementorum in ventriculo sit, nec eorum quæ in capaciiate eius continentur, nec eorum quæ in tunicis, sed neque mordicatio quæ viribus officiat, tum omnium primum sanandum ipsum cerebrum est. Ab hoc sinus ipse ventriculi vacuandus extergendúsque est; postea ipsæ tunicæ expurgendæ; postremùm intemperiei est medendum. Dicta verò priùs sunt cuiusque horum medicamenta; itaque nec prolixus habendus adhuc sermo est, sed finis iam libro imponendus. Omnium enim reliquarum partium intemperies similiter ijs, quas in ventriculo proposuimus, sanabuntur. Semper enim comparandum remedium est, quod sit affectui contrarium; ac illi remediorum indicatio, quę à laborantis natura sumitur, adijcienda; de qua dictum in superioribus iam est, dicetur tamen in sequentibus vberiùs. Necessum verò erit, & nunc paucis de ea mentionem facere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Μέθοδος ἐνδείξεων, τῶν ἀπὸ τῆς τοῦ βεβλαμμένου μορίου φύσεως λαμβανομένων.

Πρώτη μὲν ἔνδειξις ἀπὸ τῆς τοῦ πεπονθότος τόπου κράσεώς ἐστι, τὸ μέτρον ὁρίζουσα τοῦ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ξηραίνειν, ἢ ὑγραίνειν, ἢ κατὰ συζυγίαν τι πράττειν αὐτῶν. δευτέρα δὲ, ἀπὸ τοῦ κοινὸν εἶναι τὸ ἔργον ἅπασι τοῖς τοῦ ζώου μορίοις, ἢ κοινὴν τὴν δύναμιν χορηγεῖν. καὶ τρίτη, παρὰ τῆς διαπλάσεως αὐτοῦ. καὶ τετάρτη, παρὰ τῆς θέσεως, ἧς μέρος ἐστὶν ἡ πρὸς τὰ πλησιάζοντα τοῦ ζώου μόρια κοινωνία· καὶ πρὸς τούτοις ἅπασι, τὸ τῆς αἰσθήσεως ποσόν. λεχθήσεται μὲν οὖν κἂν τοῖς ἑξῆς, περὶ ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἐπὶ πλέον· ἐπέλθωμεν δὲ καὶ νῦν αὐτὰ, διὰ βραχέων. ὅσα μὲν θερμότερα φύσει μόρια, κατὰ τὴν ψύξιν νοσεῖ, μειζόνως τε ταῦτα καὶ μέχρι πλείονος χρόνου θερμαίνεσθαι δεῖται· καθάπερ γε καὶ τὰ ψυχρότερα κατὰ θερμότητα νοσοῦντα, ψύχεσθαι· καὶ τὰ ξηρότερα καθ' ὑγρότητα, ξηραίνεσθαι· καὶ δὴ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὑγραίνεσθαι τὰ φύσει μὲν ὑγρότερα, κατὰ ξηρότητα δὲ νοσοῦντα, μειζόνως τε, καὶ μέχρι πλείονος χρήζει τοῦ χρόνου. τοσοῦτον γὰρ ἐπανελθεῖν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἕκαστον αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὁπόσον εἰς τὰ παρὰ φύσιν ἐξετράπετο· καθάπερ ὁδόν τινα παλινδρομούσης εἰς τοὔπισω τῆς γινομένης αὐτοῖς μεταστάσεως. ἔμπαλιν δὲ, τῷ μὲν θερμοτέρῳ φύσει μορίῳ, θερμὸν νόσημα νοσοῦντι, βραχείας ἢ ὀλιγοχρονίου δεῖται τῆς ψύξεως, τῷ δὲ ψυχροτέρῳ, τῆς θερμάνσεως· ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν.

CAPVT XIII.

Methodus indicationum, quæ à læsæ partis natura desumuntur.

Prima quidē indicatio à laborantis loci temperie sumitur, quę calefaciendi, refrigerandi, siccandi, vel humectandi, vel aliquid horum coniunctè cum alio faciendi, mensuram pręscribit. Secunda ex eo sumitur, quòd actio eius omnibus animalis partibus sit communis, aut quòd cōmunem facultatē subministret. Tertia, ab ipsa partis conformatione. Quarta, à situ cuius portio est ad vicinas animalis partes societas, tum præter hæc omnia ipsa sentiendi vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicetur quidem in sequentibus de singulis horum latiùs; nunc paucis ea transcurramus. Quęcunque calidiores natura partes ex frigore laborant, hæ & liberaliùs & diutiùs calefieri postulant; sicuti etiam quæ frigidiores *natura sunt*, si ex calore laborent, refrigerari; & ficciores, si ex humiditate *malè habeant*, siccari; ad eundem verò modum humectari, quæ humidiora naturaliter sunt, vbi ex siccitate laborant, tum vberiùs, tum diutiùs postulant. Tantum enim ad eum qui secundum naturam est affectum earum *partium* quanque redire necesse est, quantum in eum qui præter naturam est affectum decesserit; veluti via quadam in oppositum facta in ea transmutationis recurrente. Contrà verò pars, quæ calidior natura est, si calido morbo ægrotat, exigua breuísque temporis refrigeratione eget; sicut, quę frigidior est, calefactione; ad quem modum in humidis quoque & siccis se habet.

Siquidem paruus est in eiusmodi in id, quod præter naturam est, lapsus; quare & rursus in id, quod secundum naturam, reditus. Vnde etiam minùs periclitantur, quicunque cognato naturæ suæ morbo laborant. Non latet verò, & quòd, sicubi coniugatæ intemperies inciderunt, eatenus hæ reduci ad naturam postulant, quatenus à natura recesserunt. Atque ita quidem à temperamento laborantis partis, auxiliorum indicatio sumitur. Ab eo verò, quòd actio eius omnibus animalis partibus vtilis sit, aut paucis quibusdam, aut vni sibi, in ijs intemperiei generibus, quæ absque humore infestant, nihil ex hac indicatione sumitur. Nam & refrigerari, & calefieri, & siccari, & humectari, & per coniugationem quiduis horum pati, singulæ partes pro morbi proportione requirūt. In ijs tamen, quæ ex humoribus sunt ortæ, si pars soli sibi inseruiat, audacter vacues licet, prout affectus suadebit, sed tamen etiam viribus attentus; sin necessarium opus eius sit omnibus animalis partibus, vt vētriculi & iecinoris, non leuis habenda solicitudo de robore virium est, ne hoc, magna semel vacuatione vsus, dissoluas. Est autē commune opus, & venarum, & arteriarum, & cordis, & thoracis, & renū, & vtriusque vesicæ, tum eius quæ lotium excipit, tum eius quæ bilem, cum vasis etiam quæ ab vtraque *procedant*. Cerebri verò opus, cum sani sumus, ad voluntarias actiones necessarium est, ijs instrumentis, quibus eiusmodi actiones obimus; quum ægri sumus, necessarium non est, nisi ijs tantum, quæ ad respiratum sunt deputata. Reliquorum verò organorum actio certè non est; ministerium tamen est ad vitam necessarium, veluti pulmonis, & asperæ arteriȩ, & faucium. Ergo ex eiusmodi partibus quamprimùm vacuare redundantiam licet, prout volueris; ex ventriculo verò, & iecinore vtcunque vacuare non licet, sed cū cautione, vt nequid viribus officias. Quoniam autē non par est actionum dignitas ad ægros seruandos, sed aliæ magis his, aliæ minùs vtiles sunt, ad proportionem actionum dignitatis, etiam cuiusq; partis prospiciendum est robori. Maxima igitur est cordis officij dignitas, atque ægrotantibus maximè omnium necessaria; cerebri verò ad vitam quidem par est momentum, non tamen par robur eius in ægrotis requirimus, quū necesse omnibus non sit neruorum, ac musculorum opera vti. Itaq; abundè fuerit, si tantum eius seruatū sit, quo respirationis munus sit obeundum. At verò iecinoris opus omnibus partibus pernecessarium est; nō tamen adeò saltem perpetuam necessitatē habet, sicuti ipsius cordis. Ad proportionem autem iecinoris, etiam ventriculi *opus se habet*. Intelligens ergo omnium partium, tum functiones, tum vsus, quos in alijs commentarijs tradidimus, haud difficulter inuenies, quatenus cuiusque robur custodiri oportet. Ad eundem verò modum, & quȩcunque partes alijs authores facultatum sunt, harum quoque robur seruare decet pro facultatis earum vsus proportione, quò animalis partibus submistrent. Sanè de his partibus illud, arbitror, didicisti, vt cerebrum sit, & cor, & hepar; illud neruis ac musculis; alterum arterijs; & hepar venis facultatem suppeditāt. A conformatione verò indicacatio ipsius modi vacuandi excrementi suggeritur, ad hunc modum. Ventriculus vomitu, deiectionéque euacuatur. Intestina deiectione tantùm, sicuti etiam iecinoris caua. Renes verò, &

A ὀλίγη γὰρ ἡ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴ τοῖς τοιούτοις ἐστὶ, καὶ ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος. ὅθεν καὶ κινδυνεύουσιν ἧττον, οἷς ἂν οἰκεία τῆς φύσεως ἡ νόσος ὑπάρχῃ. δῆλον δ' ὅτι καὶ κατὰ συζυγίαν αἱ δυσκρασίαι γιγνόμεναι, τηλικαύτην ἕξουσι τὴν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδον, ἡλίκην ἐποιήσαντο τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπήν. οὕτω μὲν οὖν ἀπὸ τῆς κράσεως τῶν πεπονθότων μορίων, ἡ τῶν βοηθημάτων ἔνδειξις γίγνεται. ἀπὸ δὲ τοῦ κατὰ τὴν ἐνέργειαν, ἤτοι χρήσιμον ἅπασι τοῖς τοῦ ζώου μορίοις ὑπάρχειν, ἢ ὀλίγοις τισὶν, ἢ ἑαυτῷ μόνῳ, κατὰ μὲν τὰς ἄνευ χυμῶν δυσκρασίας, οὐδὲν ἐκ τούτου τοῦ σκοποῦ λαμβάνεται. καὶ γὰρ ψύχεσθαι, καὶ θερμαίνεσθαι, καὶ ξηραίνεσθαι, καὶ ὑγραίνεσθαι, καὶ κατὰ B συζυγίαν πάσχειν τι τούτων, ἕκαστον τῶν μορίων ἀνάλογον δεῖται τοῦ νοσήματος. κατὰ μέν τοι τὰς ἐπὶ τοῖς χυμοῖς, εἰ μὲν ἑαυτῷ μόνῳ τὸ μόριον ἐνεργοίη, θαῤῥῶν ποιήσεις τὰς κενώσεις, ὡς ἂν ἡ διάθεσις ὑπαγορεύῃ, συνεπιβλέπων τὴν δύναμιν. εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη τὸ ἔργον αὐτοῦ πᾶσι τοῖς τοῦ ζώου μορίοις, ὥσπερ τὸ τῆς γαστρός τε καὶ τοῦ ἥπατος, οὐ μικρὰν χρὴ φροντίδα ποιεῖσθαι τοῦ τόνου τῆς δυνάμεως, μή πως καταλύσωμεν αὐτὸν, ἀθροωτέρᾳ κενώσει χρησάμενοι. κοινὸν δὲ τὸ ἔργον C ἐστὶ καὶ φλεψὶ, καὶ ἀρτηρίαις, καὶ καρδίᾳ, καὶ θώρακι, καὶ νεφροῖς, καὶ κύστει, τῇ τε τὸ οὖρον ὑποδεχομένῃ, καὶ τῇ χοληδόχῳ, σὺν τοῖς ἀπ' αὐτῆς ἀγγείοις. ἐγκεφάλου δὲ τὸ ἔργον, ὑγιαινόντων μὲν ἡμῶν εἰς τὰς καθ' ὁρμὴν ἐνεργείας, ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς τὰς τοιαύτας ἐνεργείας διαπραττομένοις ὀργάνοις· οὐκ ἀναγκαῖον δὲ νοσούντων, ὅτι μὴ μόνον τοῖς ἀναπνευστικοῖς. ἄλλων δ' ὀργάνων, ἐνέργεια μὲν οὐκ ἔστιν, ὑπηρεσία δὲ ἀναγκαία πρὸς τὸ ζῆν, ὡς πνεύμονος, καὶ τραχείας ἀρτηρίας, καὶ φάρυγγος. ἐκ μὲν δὴ τῶν τοιούτων μο- D ρίων, ὅτι τάχιστα τὰς περιουσίας ἐκκενοῦν ἔξεστιν, ὡς ἂν ἐθέλῃς· ἐκ γαστρὸς δὲ καὶ ἥπατος, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ σὺν τῷ φροντίζειν, μηδὲν βλάψαι τὴν δύναμιν. ἐπεὶ δ' οὐκ ἴσον ἐστὶ τὸ τῶν ἔργων ἀξίωμα πρὸς τὸ διασώζεσθαι τοὺς νοσοῦντας, ἀλλὰ τὸ μὲν μᾶλλον αὐτοῖς ἐστι, τὸ δὲ ἧττον χρηστὸν, ἀνάλογον χρὴ τῶν ἀξιωμάτων ἑκάστου μορίου προνοεῖσθαι τοῦ τόνου. μέγιστον μὲν οὖν ἀξίωμα τὸ τῆς καρδίας ἐστὶν ἔργον, καὶ πάντων ἀναγκαιότατον τοῖς νοσοῦσι· τοῦ δ' ἐγκε- E φάλου, πρὸς μὲν τὴν ζωὴν, ὁμότιμον, οὐ μὴν τῆς ἴσης ῥώμης ἐπὶ νοσούντων αὐτοῦ χρήζομεν· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον πᾶσιν ἐνεργεῖν νεύροις καὶ μυσίν. ὥστ' ἀρκεῖ τοσοῦτον αὐτοῦ διασωζόμενον, ᾧ μέλλει μόνον ἐπιτελεῖσθαι τὸ τῆς ἀναπνοῆς ἔργον. ἡ δ' ἥπατος ἐνέργεια, πᾶσι μὲν ἀναγκαία τοῖς μορίοις ἐστίν· οὐ μὴν οὕτω γε διηνεκῶς ἔχει τὸ ἀναγκαῖον, ὡς ἡ τῆς καρδίας. ἀνάλογον δ' αὐτῷ καὶ ἡ τῆς γαστρός. ἐπιστάμενος οὖν ἁπάντων τῶν μορίων τὰς ἐνεργείας, καὶ τὰς χρείας ἐν ἑτέροις ὑπομνήμασιν ἀποδεδειγμένας, οὐ χαλεπῶς ἂν εὑρίσκοις εἰς ὅσον ἑκάστου φυλάττειν χρὴ τὸν τόνον. οὕτω δὲ, καὶ F ὅσα τῶν μορίων ἑτέροις ἀρχαὶ δυνάμεών εἰσι, διασώζειν αὐτῶν χρὴ τὸν τόνον, ἀνάλογον τῇ χρείᾳ τῶν δυνάμεων, ἣν ὑπηρετεῖ τοῖς τοῦ ζώου μέρεσιν. ἔμαθες δὲ καὶ περὶ τῶν τοιούτων μορίων, ὡς ἐγκέφαλός ἐστι, καὶ καρδία, καὶ ἧπαρ· ὁ μὲν τοῖς νεύροις τε καὶ μυσίν· ἡ δὲ, ταῖς ἀρτηρίαις· τὸ δ' ἧπαρ, ταῖς φλεψὶ, χορηγὰ τῆς δυνάμεως. ἀπὸ δὲ τῆς διαπλάσεως, ἡ ἔνδειξις γίγνεται τοῦ τρόπου τῆς κενώσεως τῶν περιττῶν ὧδέ πως. ἐμέτοις μὲν, καὶ διαχωρήμασιν ἡ γαστὴρ ἐκκενοῦται. τὰ δ' ἔντερα, μόνοις τοῖς κάτω διερχομένοις, ὥσπερ γε καὶ τοῦ ἥπατος τὰ σιμά. νεφροὶ δὲ, καὶ

κύστις, καὶ τοῦ ἥπατος τὰ κυρτὰ, πολλῆς μὲν ἐμπεπλησμένα κακοχυμίας διὰ τῶν ὑπηλάτων τε, καὶ καθαρτικῶν ὀνομαζομένων ἐκκαθαίρεται φαρμάκων· μετρίας δὲ, διὰ τῶν οὐρητικῶν πόρων. ἐγκέφαλος δὲ, δι᾽ ὑπερώας, καὶ ῥινῶν, καὶ ὤτων. θώραξ δὲ καὶ πνεύμων, διὰ τραχείας ἀρτηρίας, καὶ φάρυγγος. ἀπὸ δὲ τῆς θέσεως ἔνδειξις ἔσται, εἴς τε τὰς δυσκρασίας τῶν στερεῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὰς κακοχυμίας, οὐ μικρά. τοῖς μὲν γὰρ ἐπιπολῆς δυσκράτοις, οἵων δεῖται φαρμάκων, τοιαῦτα προσοίσομεν· τοῖς δ᾽ ἐν τῷ βάθει, προσλογιούμεθα τὸ διάστημα· εἰ γὰρ οἵων δεῖται, τοιούτοις χρῷτο, πολὺ ἂν ἀσθενέστερα τῆς χρείας γενόμενα, πρὸς τὸν πεπονθότα τόπον ἀφίκοιτο. καὶ πρὸς τὰς κενώσεις δὲ, ἡ θέσις συνενδείκνυταί τι, διδάσκουσα τὴν κοινωνίαν τοῦ πεπονθότος μορίου πρὸς τὰ ἄλλα. εἰ μὴ γὰρ εἰδείημεν, ὅτι τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος ὑπόκειται τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ τὴν νῆστιν, ὅτι τε τὴν μὲν νῆστιν, ἐκδέχεται τὸ λεπτὸν ἔντερον, ἐκεῖνο δὲ, τὸ κῶλον, εἶτ᾽ αὖθις ἐκεῖνο, τὸ ἀπευθυσμένον, οὐκ ἂν οἷοί τε εἴημεν εὑρεῖν, ἐκκαθαίρεσθαι μὲν δύνασθαι, καὶ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς, καὶ δι᾽ ἐμέτων τὸ ἧπαρ, ἀμείνω δ᾽ εἶναι τὴν προτέραν κένωσιν, ἀνέχεσθαι μεμελετηκότων τῶν ἐντέρων, ἀεὶ τῆς ἐξ ἥπατος περιουσίας. οὐ σμικρὰ δ᾽ ἔνδειξις οὐδὲ παρὰ τῆς εὐαισθησίας τε, καὶ δυσαισθησίας τῶν μορίων ἐστί· καταφρονεῖ μὲν γὰρ πάντων τῶν φαρμάκων τὰ δυσαίσθητα, κἂν ἱκανῶς ᾖ δακνώδη· τὰ δ᾽ εὐαίσθητα μόρια, καταλύεται τὴν δύναμιν ἀνιώμενα. χρὴ τοίνυν ταῦτα μὲν οὐκ ἀθρόως, οὐδ᾽ ἅπαξ ἰσχυροῖς ἐπιχειρεῖν ἰᾶσθαι φαρμάκοις, ἀλλ᾽ ἐν χρόνῳ μᾶλλον ἀσφαλῶς. ἐπὶ δὲ τῶν δυσαισθήτων, οἷόν τ᾽ ἐστὶ καὶ διὰ ταχέων ἀνύσαι τὸ δέον, εἰσάπαξ χρησαμένους τῷ προσήκοντι βοηθήματι. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἔφην, εἰρήσεται καὶ αὖθις ἐπὶ πλέον, ὑπὲρ τῆς ἀπὸ τῶν τόπων ἐνδείξεως, καὶ μάλιστα ὅταν ἡμῖν ὁ λόγος γίγνηται περὶ τῆς τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἰάσεως.

vesica, ac iecinoris gibba, si multo vitioso humore sunt referta, per deiectoria medicamenta, quæ hypelata & catoterica nominant, expurgantur; sin mediocri, per vrinales meatus. Cerebrum verò per palatum, & nares, & aures. Pectus & pulmones per asperam arteriam, & fauces. A situ indicatio dabitur, tum ad solidarum intemperies, tum autem ad succorum vitium sanè non leuis. Nam qui per summa corporis intemperie laborant, ijs medicamenta, quæ intemperies requirit, applicabimus; quibus autem in profundo corpore intemperies est, in ijs rationem interualli inibimus; si enim medicamentis vtaris, quæ intemperies requirit, vtique multo imbecilliora, quã pro vsu tuo, ad locum affectum peruenient. Iam ad vacuationes quoque nonnihil situs indicat, dum societatem laborantis partis cum alijs docet. Nam nisi illud compertum haberemus, quòd cauo iecinoris subijcitur ventriculus, & ieiunum; tũ quòd ieiuno ipsi tenue intestinum succedit; id verò colon excipiat; ac colon id, rectum; vtique inuenisse illud non licuisset, quòd iecur & per aluum, & per vomitum, expurgari possit; cæterùm aptior sit prior vacuatio, tanquam vsu iam callentibus intestinis iecinoris superflua tolerare. Non spernenda verò indicatio est, & ea quam sensus partium acuitas hebetudóque suppeditant; quando omne medicamentum contẽnunt, quæ tardi sunt sensus, etiamsi nõ leuiter mordeat; at partesque acuti sunt sensus, earum vires dolore resoluuntur. Expedit igitur has, nec confertim, nec semel valentibus medicamentis mederi, tentes, sed tutò potiùs in tempore. At vbi tardus est sensus, in his etiam celeriter obire, quod iustũ est licet, semel vsis remedio, quod sit idoneum. Verùm vt suprà dixi de indicatione, quæ à locis sumitur, latiùs disceptabitur in sequentibus, ac præcipuè quum de tumorum præter naturam curatione agemus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI LIBER OCTAVVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Πᾶσαν τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ἀποτελεῖ, τὴν μέλλουσαν ἁρμόζειν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς.

ARGVMENTVM LIBRI.

Absoluit vniuersam curandi rationem, quæ diarijs febribus debet adhiberi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ κοινῶν διαφορῶν, καὶ ἐνδείξεων τῆς ἰάσεως τῶν πυρετῶν.

ΩΣ δ᾽ ἂν τις καὶ τοὺς πυρετοὺς ἰῷτο μεθόδῳ, τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως νοσήμασι τοῖς κατὰ δυσκρασίαν συνισταμένοις ἐν ἡμῖν, ἃ διῆλθον ἐν τῷ πρὸ τοῦδε γράμματι, καιρὸς

CAPVT I.

De communibus differentijs, atque indicationibus febrium curandarum.

QVEMADMODVM verò febres quoque, peræquè ac alij morbi, ex intẽperie in nobis cõsistẽte, quos, in præcedẽti libro narraui, methodo curentur, tempestiuum nunc dicere videtur.

detur. Quòd igitur, Eugeniane, simplicium, ac primarum partium, (quas Aristoteles similares vocat,) natura ex calido, frigido, humido, & sicco inter se mixtis constet, vno volumine ostendimus, in quo de elementis secundum Hippocratem disputauimus. Quòd verò ex eo, quòd hæc calidior sit, illa frigidior, vel humidior, vel siccior, vel simul horum aliquibus copulatis affecta, simplices, ac primæ partes inter se differant, id in libro De temperamentis est assertum. At in libro, quo de morborum differentijs agitur, duo in vniuersum esse morborum genera, quæ in simplicibus animalis partibus oriantur, docuimus; alterum, quod etiam secundis, & compositis, & organicis sit commune, vocauimus autem id vnitionis solutionem; alterum ipsarum peculiare, quod in calidi, frigidi humidi, & sicci intemperie consistat. Esse autem ex intemperiebus ipsis, quæ quidem in vna sunt contrarietate simplices; quæ in ambabus, compositas. In ea itaque, quæ est inter calidum, & frigidum, oppositione, duas esse simplices intemperies; alteram, vbi quicquam tanto efficitur, quàm antè erat, calidius, vt eius lædatur actio; alteram vbi pari modo inualuit frigidum. In ea verò oppositione, quæ est inter humidum, & siccum, alteras etiam geminas intemperies, nempe humidam, & siccam. Copulatis verò inuicem simplicibus, alias existere quatuor, humidam & frigidam, humidam & calidam, siccam & frigidam siccam & calidam. Traditæ verò sunt & causæ, quę has intemperies generent, in alio libro, in quo morborum causas reddidimus. Sanè vnus quispiam morborum est, qui per intemperiem fiunt, & febris, quum adeò immoderatè auctus calor est, vt & hominem offendat, & actionem lædat; quòd si neutrum adhuc efficiat, quantumuis sit homo nunc, quàm antè, calidior, non tamen febricitare eum monstrauimus. Quoniam autem quicquid præter naturam in nobis oritur, siue speciale nomen sortitum sit, siue generale, id extra corpus non est, sed tum phlegmone, tum pleuritis, tum morbus, tria simul in vno consistunt corpore, verbi gratia, Dionis; indicat autem, & horum quodque propriam indicationem æquè profectò, vt eius, quod maximè omnium speciale est, ipsæ differentiæ; ob hæc vtilius visum est seorsum de febrium differentiis tractare, quò omnibus priùs præparatis sermo nobis hoc loco citra omnem eorum, qui parum rectè de iis scripserunt, refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam discriminis earum capita, quò propriam ex vna quaque indicationem sumamus. Est igitur vna earum differentia illa, in qua causa adhuc adest febrem efficiens, aut febre excitata iam desiit; altera verò, qua vel hectica febris est, quæ iam facta est; vel etiam (vt aliquis dixerit) schetica. Nam, quoniam eos affectus, qui facilè soluuntur, in dispositione; qui tales non sunt, in habitu, concedendum est, dilucidioris doctrinæ causa, etiam febrium ipsarum eas, quę ægrè discutiuntur, hecticas; quæ facilè, scheticas nominari. Dicendúmque febrium alias facilè solubili affectu esse, perinde vt calefactum in Sole lignum; alias difficilè solubili, veluti quod igni eatenus excalefactum est, vt iam accendatur, & fumum edat. Hæ sunt primæ febrium differentiæ, quas vbi cum summis primũ indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis speciales veniemus.

δὲ εἴη λέγειν. ὅτι μὲν οὖν, ὦ Εὐγενιανὲ, ἐκ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ὑγροῦ, καὶ ξηροῦ κεραννυμένων ἀλλήλοις, ἡ τῶν ἁπλῶν καὶ πρώτων μορίων συνέστηκε φύσις, ἅπερ Ἀριστοτέλης προσαγορεύει ὁμοιομερῆ, δι᾿ ἑνὸς ἀποδέδεικται γράμματος, ἐν ᾧ περὶ τῶν καθ᾿ Ἱπποκράτην στοιχείων ἐσκοπούμεθα. ὅτι δ᾿ ἐν τῷ τὸ μὲν θερμότερον εἶναι, τὸ δὲ, ψυχρότερον, ἢ ὑγρότερον, ἢ ξηρότερον, ἢ κατὰ συζυγίαν τι τούτων πεπονθέναι, τῶν ἁπλῶν καὶ πρώτων μορίων ἐστὶν ἡ πρὸς ἄλληλα διαφορὰ, διὰ τῆς περὶ κράσεων ἐδείχθη πραγματείας. ἐν δέ γε τῷ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς βιβλίῳ, τῶν μὲν ἁπλῶν τοῦ ζώου μορίων δύο τὰ πάντ᾿ εἶναι γένη νοσημάτων ἐδείκνυτο· κοινὸν μὲν τὸ ἕτερον αὐτοῖς, πρὸς τὰ σύνθετά τε, καὶ δεύτερα, καὶ ὀργανικὰ μόρια, καλούμενον δ᾿ αὐτὸ λύσιν ἑνώσεως· ἕτερον δ᾿ ἐξαίρετον ἴδιον ἐν δυσκρασίᾳ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ συνιστάμενον. εἶναι δὲ τῶν δυσκρασιῶν, τὰς μὲν κατὰ μίαν ἀντίθεσιν, ἁπλᾶς· τὰς δὲ καθ᾿ ἄμφω, συνθέτους. ἐν μὲν οὖν τῇ κατὰ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἀντιθέσει, δύο συνίστασθαι δυσκρασίας ἁπλᾶς· ἑτέραν μὲν ὅταν ἑαυτοῦ γένηταί τι θερμότερον εἰς τοσοῦτον, ὡς ἤδη βλάπτεσθαι τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ· δευτέραν δὲ, ὅταν ὁμοίως ἐπικρατήσῃ τὸ ψυχρόν. ἐν δὲ τῇ κατὰ τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, [112] ἑτέρας αὖ δύο κατὰ τάσδε δυσκρασίας, ὑγρὰν, καὶ ξηράν. ἐπιπλεκομένων δ᾿ ἀλλήλαις τῶν ἁπλῶν, ἄλλας συνίστασθαι τέτταρας, ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν, ὑγράν τε καὶ θερμὴν, καὶ ξηρὰν καὶ θερμὴν, ξηράν τε καὶ ψυχράν. εἴρηται δὲ καὶ γεννῶντα τὰς δυσκρασίας αἴτια δι᾿ ἑτέρου γράμματος, ἐν ᾧ τὰς τῶν νοσημάτων αἰτίας ἐδηλοῦμεν. ἓν δέ τι τῶν κατὰ δυσκρασίαν νοσημάτων, ἐστὶ καὶ ὁ πυρετὸς, εἰς τοσαύτην ἀμετρίαν αἰρομένης τῆς θερμασίας ὡς ἀνιᾶν τε τὸν ἄνθρωπον, ἐνέργειάν τε βλάπτειν, ὡς εἴ γε μήπω μηδέτερον ἔχει, κἂν ὅτι μάλιστα θερμότερος ἑαυτοῦ τύχῃ γεγονὼς, οὐδέπω πυρέττειν αὐτὸν ἐδείκνυμεν. ἐπεὶ δ᾿ ἕκαστον τῶν παρὰ φύσιν ἐν ἡμῖν συνισταμένων, εἴτε εἰδικωτέρας τυγχάνῃ προσηγορίας, εἴτε γενικωτέρας, οὐκ ἔστιν ἐκτὸς τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ ἡ φλεγμονὴ, καὶ ἡ πλευρῖτις, καὶ ἡ νόσος, ἅμα τὰ τρία καθ᾿ ἓν γὰρ σῶμα τὸ Δίωνος, εἰ οὕτως ἔτυχεν· ἐνδείκνυται δὲ καὶ τούτων μὲν ἕκαστον ἰδίαν ἔνδειξιν, οὐδὲν δ᾿ ἧττον αἱ διαφοραὶ τοῦ πάντων εἰδικωτάτου, διὰ τοῦτ᾿ οὖν ἄμεινον ἔδοξεν ἰδίᾳ πραγματεύεσθαι περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν, ἵν᾿ ἐφ᾿ [113] ἑτοίμοις ἅπασιν, ὁ λόγος ἡμῖν ἐνθάδε [114] περαίνοιτο, χωρὶς τῆς πρὸς τοὺς κακῶς ὑπὲρ αὐτῶν γράψαντας ἀντιλογίας. ἀναμνησθῶμεν οὖν τὰ κεφάλαια τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, ἵν᾿ ἐξ ἑκάστου τὴν οἰκείαν ἔνδειξιν ἀναλάβωμεν. ἔστιν οὖν μία μὲν αὐτῶν διαφορὰ, καθ᾿ ἣν ἤτοι πάρεστιν ἔτι τὸ ποιοῦν αἴτιον τὸν πυρετὸν, ἢ πέπαυται ποιῆσαν· ἑτέρα δὲ, καθ᾿ ἣν ἤτοι γ᾿ ἑκτικός ἐστιν ὁ γεγονὼς πυρετὸς, ἢ ὡς ἂν εἴποι τις, σχετικός. ἐπειδὴ γὰρ ὀνομάζουσι τὰς μὲν εὐλύτους διαθέσεις, ἐν σχέσει· τὰς δὲ μὴ τοιαύτας, ἐν ἕξει, συγχωρητέον ἐστὶν ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας, καὶ αὐτῶν τῶν πυρετῶν, τοὺς μὲν δυσλύτους, ἑκτικούς· τοὺς δ᾿ εὐλύτους, σχετικοὺς ὀνομάζεσθαι. καὶ λεκτέον ἐνίους μὲν τῶν πυρετῶν εὔλυτον ἔχειν τὴν διάθεσιν οὕτως, ὡς τὸ θερμανθὲν ἐν ἡλίῳ ξύλον· ἐνίους δὲ, δύσλυτον, ὡς τὸ μέχρι τοῦ τυφεσθαί τε καὶ καπνὸν ἀποβάλλειν ὑπὸ πυρὸς θαλφθέν. αὗται μὲν αἱ πρῶται διαφοραὶ τῶν πυρετῶν, ἃς συνάψαντες πρότερον ταῖς γενικωτέραις ἐνδείξεσιν, αὖθις ἐπὶ τὰς αὐτῶν τῶν εἰρημένων εἰδικωτέρας ἀφιξόμεθα.

πρώτη μὲν γὰρ ἔνδειξις, ὡς ἀπὸ νοσήματός ἐστιν, ἁπλῶς τοῦ πυρετοῦ τὴν ἀναίρεσιν ἐνδεικνυμένη· δευτέρα δ' ὡς τοιοῦδε νοσήματος, οὐκέθ' ἁπλῶς ἀναίρεσιν, ἀλλὰ τοιάνδε τινά. κατὰ γάρ τοι δυσκρασίαν νοσούντων τῶν πυρεττόντων, ἀναγκαῖον καὶ τὴν ἴασιν αὐτῶν, ἀναίρεσιν εἶναι τῆς δυσκρασίας. ἅπασα δὴ ἀμετρία, διὰ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας ἰᾶται, καὶ γὰρ καὶ τοῦτ' ἔμπροσθεν ἐδείχθη. καὶ τοίνυν καὶ ἡ τῆς τοῦ πυρετοῦ δυσκρασίας ἀμετρία, διὰ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας ἰαθήσεται. ἔστι δ' ἡ ἀμετρία τῆς τῶν πυρεττόντων δυσκρασίας, ἐν πλεονεξίᾳ θερμότητος· ἡ τοίνυν εἰς εὐκρασίαν ὁδὸς αὐτοῖς, διὰ ψύξεως ἔσται. εἰ μὲν οὖν ἤδη γεγονότες εἶεν οἱ πυρετοί, τὸ δὲ ποιῆσαν αὐτοὺς αἴτιον οἴχοιτο, μόνος ἂν οὕτως εἴη τῆς θεραπείας αὐτῶν ὁ σκοπός, ἡ ψύξις. ὥστε ζητητέον ἡμῖν τὰς ὕλας, ὅσαι ψύξιν ἰσόρροπον ἔχουσι τῇ πλεονεκτούσῃ θερμότητι. γιγνομένων δ' ἔτι τῶν πυρετῶν, τὴν ποιοῦσαν αὐτοὺς αἰτίαν ἀναιρετέον· εἰ δέ, τὸ μὲν ἤδη γεγονὸς αὐτῶν εἴη, τὸ δ' ἔτι γίγνοιτο, τοῦ συναμφοτέρου στοχαστέον· ἀναιρούντων πρότερον μὲν τὴν ἀνάπτουσαν αἰτίαν αὐτούς, ἐφεξῆς δὲ σβεννύντων, τὸ φθάσαν ἀπ' αὐτῆς ἀνῆφθαι. τίνες οὖν αἰτίαι πυρετοὺς γεννῶσαι, καὶ κατὰ τίνα σώματος ἑκάστου διάθεσιν, εἰ μή τις εἴη μεμνημένος ἀκριβῶς, οὐκ ἄν ποτε μεθόδῳ προνοήσαιτο πυρετῶν.

A Prima enim indicatio, vt à morbo est, ablationem totius febris; secunda verò ceu à tali est morbo, quæ non absolutè sublationem, vt prior, sed certam quandam sublationem indicat. Nam quum febricitantes ex intemperie laborant, necesse est sanationem quoque eorum intemperiei depulsionem esse. Omnis autem excessus per contrarium excessum sanatur; etenim id quoque antè est ostensum. Quare febrilis quoque intemperiei excessus per contrarium excessum sanabitur. Est autem febrilis intemperiei excessus in caloris abundantia; huic ergo ad temperiem via erit per id, quod refrigerat. Itaque si B iam genita febris sit, sed causa, quæ eam excitauit, iam desijt, solus is fuerit curationis eius scopus, refrigeratio. Quare quærenda nobis talis materia est, quæ cum redundante calore paria refrigerando faciat. At si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accendit submouenda est; sin pars eius iam genita est, pars eius gignendo adhuc est, vtrique consulendum est; primùm quidem submouendo, quæ eam accendit, causam; deinde extinguendo, quæ ab hac accensa est, febrem. Ergo, nisi quis ad vnguem C memoria teneat, & quæ causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu, is nunquam methodo febri prospiciet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ θεραπευτικῆς τῶν ἐφημερῶν πυρετῶν ἐκ τῆς στεγνώσεως τῶν πόρων ἐν ταῖς θερμαῖς καὶ ξηραῖς φύσεσι· καὶ κατὰ τῶν τριμέρῳ ἀσιτίᾳ ἐξασκησάντων τοὺς τῷδε τῷ πυρετῷ ἐπιλελημμένους.

Ἐλέχθη γοῦν ἐν ἐκείνοις τοῖς σώμασιν ἡ στέγνωσις ἐργαζομένη πυρετόν, ἐν οἷς ἐστι τὸ διαπνεόμενον οὐκ ἀτμῶδες, οἷόν περ ἐν τοῖς εὐχύμοις, ἀλλὰ δακνῶδες καὶ δριμύ, καὶ καπνῷ παραπλήσιον, ἢ λιγνύϊ. τούτοις οὖν τοῖς σώμασιν, ὑγιεινότατα μὲν λουτρὰ γλυκέων ὑδάτων εὐκράτων, καὶ τρίψις ἀραιωτική, καὶ γυμνάσια σύμμετρα, καὶ δίαιτα γλυκύχυμος. ἐναντιώτατα δὲ λουτρὰ ψυχρά, καὶ στυπτηριώδη, καὶ ἀλουσία, καὶ γυμνάσιον ὀξύ, καὶ τρίψις ἤτοι μηδόλως, ἢ σκληρὰ γινομένη, καὶ δίαιτα κακόχυμος, ἀγρυπνία τε, καὶ θυμός, καὶ λύπη, καὶ φροντίς, ἔγκαυσίς τε καὶ κόπος· ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων, αὖθις ἐπάνειμι· περὶ δὲ τῆς στεγνώσεως νῦν, ὅθεν ὁ λόγος ὡρμήθη, γινώσκειν χρὴ σαφῶς, ὅτι καὶ μόνη χωρὶς τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἱκανὴ γεννῆσαι πυρετούς. ἐὰν οὖν εἴρξῃς τὰς τοιαύτας φύσεις τῶν οἰκείων λουτρῶν, αὐτίκα πυρέττουσιν. ἐθεάσω δὲ δήπου καθ' ὃν ἐν Ῥώμῃ σὺν ἡμῖν διέτριψας χρόνον, ἐνίους οὕτω νοσήσαντας· ἐφ' ὧν οἱ τὴν θαυμαστὴν διάτριτον ἀσίτους ὑπερβάλλειν ἀξιοῦντες, αὐτοὶ κακοηθεστάτους πυρετοὺς κατασκευάζουσι· δέον αὐτίκα τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ παρακμάζοντος, ἀπάγειν εἰς τὸ βαλανεῖον· ἐπιτρέπειν τε λούεσθαι πολλάκις εἰ βούλοιντο, μὴ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δίς. ἐγὼ γοῦν ἐάσας ἅπαντας τοὺς ἄλλους, ἀναμνήσω σε τοῦ λουσαμένου μὲν ἐν τοῖς στυπτηριώδεσιν ὕδασιν, ἃ καλοῦσιν Ἀλβουλα, πυκνωθέντος δὴ ἐκ τούτου τὸ δέρμα, κἀντεῦθεν ἀρξαμένου πυρέττειν, ἀρκέσει γὰρ ἕνεκα σαφηνείας οὗτος, ὥσπερ παράδειγμά τι τοῦ λόγου γενέσθαι. προῆσαν μὲν ἐπισκεπτούμενοι τὸν οὐκ ἀφανῶν τινες ἰατρῶν, ὁ μὲν Ἐρασιστράτειος, ὁ δέ, μεθοδικός· ἔδοξε δὴ ἀμφοτέροις ἀσι-

CAPVT II.

De Ratione curandi febrem diariam ex meatuum constipatione in calidis, & siccis naturis; ac aduersus eos, qui hac febre correptos tridui inedia excruciabant.

D Dictum nanque est in ijs corporibus meatuum constipationem febrem excitare, in quibus, quod transpirat, halituosum non est, cuiusmodi visitur in ijs, qui boni sunt succi, sed mordax, & acre, fumo fuliginéve non absimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci & temperata lauatio; tum frictio, quæ rarefaciat; & exercitationes mediocres, & victus, qui dulces efficiat succos. Aduersissima verò E sunt lauatio frigida, & aluminosa, lauationis abstinentia, & exercitatio acuta, & frictio, vel planè nulla, vel dura, & victus mali succi, & vigiliæ & ira, & tristitia, & cura, vstióque in Sole, & fatigatio; verùm de reliquis post dicam; de stipatione verò *meatuum* impræsentiarum, vnde digressus sermo est, liquidò scire licet solam eam, si reliqua omnia desint, accendere febrem posse. Si itaque eiusmodi naturas à conuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti autem profectò, quo tempore Romæ nobiscum egisti, aliquos ita laborare; in quibus, F qui mirificam diatriton transmittere eos in cibi inedia censent, ipsi malignissimas febres faciunt; quando protinus in primæ accessionis declinatione, in balneum eos ducere oportebat; ibique sinere crebrò, si vellent, nedum semel, aut bis lauare. Ego nanque reliquis omnibus omissis, eum tibi in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quas Albulas vocant) lauerat, ac ex eo cute densata, post cœperat febricitare; nam satisfaciet is pro claritate sermonis nostri veluti exemplum. Sanè hominem inuisebant medici quidam non incelebres, alter Erasistratius, alter Methodicus; visum autem est ambobus hominem

minem à cibo continere. Quod tamen nos, quum post illos digressos superuenimus, non permisimus, sed statim in balneum perductum, & tepenti oleo largissimè perfusum, tum blandissimè perfrictum, quamplurimum temporis in calidi solij aquâ versari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex consuetudine vso, tum sindone cooperto, considere paululum ad vires recreandas præcepimus; postea denuò in balneum perducto, ac rursus similiter, tum vncto, tum perfricto, ac in calida morari iusso; dein rursum educto, ac frigida merso detersóque exhibuimus cibum, protinus quidem, vt egressus est, atque aquam bibit, ptisanæ cremorem; dein paruo interuallo lactucam; ac post hanc ex simplici albo iure piscium aliquid eorum, qui molli sunt carne, cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & aselli quos vocant. Porrò non alienum sit, quò nihil narrationi desit, omnia recensere. Tempus anni erat, quo hæc agebantur, paululum post caniculares, quos vocant, dies. Homo ipse circiter quinque & triginta annorum, colore nigello, & habitu corporis gracili, atque hirto, tum qui tangentibus, etiam cum valeret, manifestè calorem exhiberet mordentem; vrinas quoque habebat abundè flauas, ac si pluscculum cibo abstineret, etiam mordentes; aluus assiduè sicca erat; tum, quæ excernebat, exigua acriáque & sicca; mores animi ad iram, & cogitationem propensi; ipsi pauci omninò somni, & perpetuò de vigiliis querebatur. Hic quodam loco, quò negociorum gratia concesserat, Albulis (quę haud longè aberant) est vsus, septima (vt aiebat) diei hora, ac ter quatérque se lauit, salubriter sibi consuluisse ratus. Hinc quoque, vbi rursus in agrum se recepisset, ac cibum sumpsisset, & paululum indormisset, venit ad vrbem sero vespere, vbi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Quum autem tertia ferè diei hora contemplati eum medici essent, iusserunt non eum modò diem, verùm etiam posterum totum per inediam transigere, quò tertiæ diei noctem obseruarent, atque his dictis abierunt. Nos tum lauato, tum, vt prædictum est, cibato, ministris præcepimus, si medici vesperi venirent, quiescere hominē dicerent, eósque statim remitterent, ac postridie manè redire iuberēt. Vt verò abierunt, rursus hominem simili modo lauatum, ac cibatum, ijs ipsis, quæ egimus, dormire probè fecimus. Accedentes autem mane postridie medici, censuerunt etiam eo die cibo illi abstinendum, etiam si quam maximè sine febre prorsus esset. Illo verò promittente se facturum, quod iuberent, scis, quantus illis digressis risus sit excitatus, quem nos paulo post peruenientes deprehendimus. Nō fugit verò, nec quomodo cum laborante ipso sit actum. Nā, quoniam (inquam) quum valeres, bis lauare solebas; ac medici cibum tibi omninò circuncidunt, nec illis iure in totum obsequendum esse, & aliquid eorum, quibus per sanitatem es vsus, immutandum arbitror. Eo verò putante me sibi suadere, vt lauaret quidem, sed non bis; tum paratum se affirmante, quicquid iusserim, exequi; ergo (inquam) neque inediam tolerabis, neque lauabis bis; si quidem & laborasse mihi videris iam triduo, & calefactus vehementius à Sole fuisse; propter igitur laborem (inquam) & vstionem, vnam te adicere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audientem lauari,

τῆσαι τὸν ἄνθρωπον. οὐ μὴν εἰάσαμέν γε ἡμεῖς, χωρισθέντων αὐτῶν ἐλθόντες, ἀλλ' εἰς βαλανεῖον εἰσαγαγόντες εὐθέως, καὶ χλιαρὸν ἔλαιον ἐπὶ πλεῖστον αὐτῷ περιχέαντες, ἀνατρίψαντές τε πρᾳότατα, τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου μέρος ἐν τῷ τῆς θερμῆς δεξαμενῆς ὕδατι διατρίβειν ἐκελεύσαμεν. εἶτα ἐξελθόντα, καὶ χρησάμενον ὕδατι ψυχρῷ, κατὰ τὰ εἰωθότα, σκεπάσαντες σινδόνι, καὶ βραχὺ καθίσαι κελεύσαντες, ὡς ἀνακτήσασθαι τὴν δύναμιν, αὖθις εἰσαγαγόντες εἰς τὸ βαλανεῖον, ὁμοίως τε πάλιν ἀλείψαντές τε καὶ τρίψαντες, καὶ κατὰ τὸ θερμὸν ὕδωρ χρονίσαι κελεύσαντες· εἶθ' αὖθις ἐξαγαγόντες, καὶ τῷ ψυχρῷ βάψαντες, ἀπομάξαντές τε, τροφὴν ἐδώκαμεν, αὐτίκα μὲν ἐξελθόντι μετὰ τὸ πιεῖν ὕδατος, πτισάνης χυλόν· εἶτα βραχὺ διαλιπόντες, θριδακίνην· καὶ μετ' αὐτὴν, ἐξ ἁπλοῦ λευκοῦ ζωμοῦ τῶν ἁπαλοσάρκων ἰχθύων, οἷοί περ οἱ πετραῖοι πάντες εἰσί, καὶ οἱ ὀνίσκοι καλούμενοι. κάλλιον δ' ἕνεκα τοῦ παραλελεῖφθαι μηδὲν, ἅπαντα προσθεῖναι τῇ διηγήσει. τοῦ μὲν ἔτους ἦν ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἐν ᾧ ταῦτ' ἐπράττετο, βραχύ τι μετὰ τὰς ὑπὸ κύνα προσαγορευομένας ἡμέρας. ὁ δὲ ἄνθρωπος, ὡς πέντε καὶ τριάκοντα ἐτῶν, μελάντερος τὴν χροιὰν, καὶ λεπτὸς τὴν ἕξιν, καὶ δασὺς, ἁπτομένοις τε, σαφῶς δακνώδη τὴν θερμασίαν ἔχων ὁπόθ' ὑγίαινεν· οὖρα κατακορῆ ξανθὰ, καὶ εἰ ἐπὶ πλέον ἀσιτήσειε, δάκνοντα· γαστὴρ ἐξηραίνετο συνεχῶς, καὶ ἦν τὰ διαχωρήματα βραχέα, καὶ δριμέα, καὶ ξηρά· τὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἦθος, ὀξύθυμόν τε καὶ φροντιστικὸν ὑπῆρχεν· ὀλιγόϋπνός τε τὰ πάντα, καὶ συνεχῶς ἀγρυπνίαν μεμφόμενος. οὗτος ἐν χωρίῳ τινὶ, πράξεων ἕνεκα γενόμενος, ἐχρῆτο τοῖς Ἀλβούλοις πλησίον οὖσιν, ὥρας τε ἑβδόμης, ὡς ἔφασκε, καὶ τρίς γε, καὶ τετράκις ἐλούετο, χρηστόν τι δὴ τοῦτο νομίζων ἐργάζεσθαι. ἐκεῖθεν τε πάλιν εἰς τὸν ἀγρὸν ἀφικόμενος, καὶ τροφὴν προσαράμενος, εἶθ' ὑπνώσας βραχέα, παρεγένετο μὲν εἰς τὴν πόλιν, ἑσπέρας βαθείας, ἀπορήσας δὲ ἐπιτηδείου λουτροῦ διὰ τῆς νυκτὸς, ἐπύρεξε. θεασάμενοι δὲ αὐτὸν οἱ ἰατροὶ, σχεδὸν ὥρας τρίτης τῆς ἡμέρας, ἐκέλευσαν οὐ μόνον ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑξῆς ἀσιτεῖν ὅλην, ἵνα τὴν διὰ τρίτης νύκτα φυλάξαιντο, καὶ ταῦτ' εἰπόντες, ἀπηλλάττοντο. λούσαντες οὖν ἡμεῖς αὐτὸν, καὶ διαιτήσαντες, ὡς εἴρηται, τοῖς οἰκέταις ἐκελεύσαμεν, ἐὰν εἰς ἑσπέραν οἱ ἰατροὶ παραγενηθῶσιν, ἡσυχάζειν τε φάναι τὸν ἄνθρωπον, ἀποπέμπειν τ' ἐκείνους παραχρῆμα, τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ἥκειν ἀξιώσαντας. ὡς δ' ἐχωρίσθησαν, αὖθις ὁμοίως λούσαντές τε καὶ διαιτήσαντες αὐτὸν, ἐξ αὐτῶν τούτων ὧν ἐπράξαμεν, ὑπνῶσαι καλῶς ἐποιήσαμεν. παραγενόμενοι δὲ οἱ ἰατροὶ κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἕωθεν, ἠξίουν αὐτὸν ἔτι κἀκείνην ἀσιτῆσαι τὴν ἡμέραν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τελέως ἀπύρετος εἴη. τοῦ δ' ὑποσχομένου πράξειν ὡς κελεύουσιν, οἶσθα μὲν δή που τὸν γέλωτα τὸν γενόμενον, ἀπελθόντων αὐτῶν, ὃν ἡμεῖς ὀλίγον ὕστερον ἀφικόμενοι, κατελάβομεν. ἐπίστασαι δὲ καὶ ὅπως ἐπράχθη τὰ κατὰ τὸν ἄρρωστον. ἐπειδὴ γὰρ, ἔφην, ὑγιαίνων ἐλούου δὶς, οἱ δ' ἰατροὶ τελέως ἀσιτῆσαί σε κελεύουσιν, οὔτ' ἐκείνοις τὸ σύμπαν πεισθῆναι δίκαιον, διαλλάξαι τέ τι τῶν ἐπὶ τῆς ὑγείας προσήκει. τοῦ δ' οἰομένου με συμβουλεύειν αὐτῷ, λούσασθαι μὲν, ἀλλ' οὐ δὶς, ἑτοίμου τε πράττειν εἶναι φάσκοντος, ὅ, τι περ ἂν ἐγὼ κελεύσαιμι· μὴ τοίνυν, ἔφην, μήτ' ἀσιτήσῃς, μήτε λούσῃς δὶς, καὶ γὰρ, καὶ καμεῖν μοι δοκεῖς τρίτην ἡμέραν, καί που καὶ θερμανθῆναι σφοδρότερον ὑπὸ τοῦ ἡλίου· διά τε οὖν τὸν κάματον, ἔφην, καὶ τὴν ἔγκαυσιν, ἕν σε χρὴ προσθεῖναι λουτρὸν τοῖς δύο, καὶ τρὶς λούσασθαι πειθόμενον ἐμοί,

τοῦτο γὰρ ὑπέσχου ποιήσειν. ὁ δὲ μειδιάσας, χαλεπὰ μὲν, ἔφη, A
προστάττεις, ἀλλ' ἐπεὶ συνθήκας φυλάττειν δίκαιον, ἃ κελεύεις
ποιήσω. τὰ δὲ πραχθέντα μετὰ ταῦτα τοῖς ἰατροῖς, οἶσθα δήπου
σαφῶς, ὁπόσου καταγέλωτος ἦν ἄξια. δὶς μὲν ἐλέλουτο, καὶ ἠρι-
στηκὼς ἐκεκοίμητο, περὶ δὲ δυσμὰς ἡλίου, τῶν οἰκετῶν τις ἀγ-
γέλλει παρεῖναι τοὺς ἰατρούς. ὁ δὲ προσποιεῖται πυρέττειν, καὶ περι-
βαλλόμενος ἱμάτιον, εἴσω τε στραφεὶς, ὅπως μὴ καταφανεὶς
αὖθις γένοιτο πεπωκὼς οἶνον, τῶν φίλων τινὶ κελεύει, τοῖς ἰατροῖς
ἀνθ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὰς ἀποκρίσεις, ἤν τι πυνθάνωνται. ἔμελλον δὲ
δήπου τὸ συνηθέστατον αὖθις, πρῶτον ἐρήσεσθαι, θεώμενοι πε- B
ριεβλημένον ἐπιμελῶς ἅμα τῇ κεφαλῇ τὸν ἄνθρωπον, ἥτις
ἦν ὥρα καθ' ἣν ὁ παροξυσμὸς εἰσέβαλεν. ἀποκρινομένου δὲ τοῦ
φίλου, σχεδὸν οὐδὲ μίαν ὁλόκληρον ὥραν γεγονέναι μεταξύ· πό-
τερον μετὰ φρίκης, ἢ μετὰ περιψύξεως ὑπήρξατο, πυνθάνονται.
τοῦ δὲ μετὰ φρίκης εἰπόντος, ἅπτονται τοῦ ἀνθρώπου, διά τε τὸ γε-
λᾶν καὶ περικεκαλύφθαι, νοτιζομένου. ἐπαινέσαντες οὖν αὐτὸν
ἐπὶ τῷ πεισθῆναί σφισι, καὶ μηδὲν ἁμαρτεῖν, περὶ τοῦ διὰ τρί-
της παροξυσμοῦ, τοιγάρτοι διὰ τοῦτο ἔφασαν ἤδη μέν σοι πέ-
παυται τὰ τῆς φρίκης, ἱδρῶτος δ' ἐστὶν ὑπόφασις, καὶ νοτὶς πολ-
λὴ περὶ τὸ δέρμα, καὶ ταῦτ' οὐκ ἂν ἐγένετο, μὴ ἀσιτήσαντός C
σου, καὶ τὴν διάτριτον ὑπερβάλλοντος. κελεύσαντες οὖν τοῖς οἰ-
κείοις, ἐὰν γένωνταί τινες αὐτῷ νοτίδες, ἀπομάττειν ἐπιμε-
λῶς, ὅπως μὴ ψυχθείη, παραγενήσεσθαί τε φάντες ἕωθεν,
ἀπαλλάττονται, μηδὲ τότε κελεύοντες ἐπὶ τοῖς ἱδρῶσι τραφῆναι
τὸν ἄνθρωπον· ἐδόκουν γὰρ αὖθις αἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν νύκ-
τες εἶναι μικραὶ, καὶ κάλλιον ἐφαίνετο κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἕωθεν τρέ-
φειν. ἀπαλλαγέντων οὖν αὐτῶν, ἐν ἱδρῶτι ῥεόμενος ὁ νεανί-
σκος, ὡς ἐνετετύλικτο τοῖς ἱματίοις, καταδραμὼν εἰς τὸ βα-
λανεῖον, ἐλούσατο τὸ τρίτον, ὁμοίως τε διῃτήθη. κἄπειτα κατὰ D
τὴν ὑστεραίαν πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἰατροὺς, προῆλθε τῆς οἰκίας
ἐπίτηδες, ὅπως μὴ καταλάβοιεν αὐτόν. οἱ δ' ἄρα μικρὸν
ὕστερον ἥκοντες, καὶ μαθόντες αὐτὸν προεληλυθέναι, καθ'
ἑαυτοὺς ἐθαύμαζον, ὅ, τι ποτ' εἴη τὸ προελθεῖν ἀναγκάσαν
ἠσιτηκότα δυοῖν ἡμέραιν τὸν ἄνθρωπον. εἰ μὲν οὖν ἐν τούτῳ
μόνον ὑπὸ τῶν τοιούτων ἰατρῶν οἱ κάμνοντες ἠδικοῦντο, τὸ μέ-
χρι πλειόνων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς κλίνης κατέχεσθαι, δυνάμενοι καὶ
χωρὶς ἀσιτίας ἀκαίρου, πολὺ θᾶττον ἐπὶ τὰς συνήθεις ἀφι-
κνεῖσθαι πράξεις, ἦν μὲν ἂν δήπου καὶ οὕτω δεινὸν τὸ γιγνόμενον,
ἀλλ' ἧττον μακρῷ τῶν καταλαμβανόντων αὐτούς. ἐπειδὰν δὲ χα- E
λεπωτάτοις ἁλίσκονται πυρετοῖς αἱ εἰρημέναι φύσεις, ὅταν
οὕτω διαιτηθῶσιν, οὐδὲν ἀποδεῖν μοι δοκοῦσι δημίων, οἱ τὰ
τοιαῦτα διαπραττόμενοι τῶν ἰατρῶν. οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ
ὑγροὶ καὶ εὔχυμοι, κατὰ τοὺς ἐφημέρους πυρετοὺς ἀναγκασθέν-
τες ὑπερβάλλειν τὴν δαιμονίαν διάτριτον ἐν τούτῳ ἀδικοῦν-
ται μόνον, τὸ κατατρίβεσθαι μάτην, οὕτω καὶ αἱ προειρη-
μέναι φύσεις, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις, ἁλίσκον-
ται πυρετοῖς δριμυτάτοις τε καὶ ὀξυτάτοις, ἐξ ὧν ἡ μετάπτω-
σις, εἰς τοὺς ἑκτικοὺς γίνεται ῥᾳδίως· κἀξ ἐκείνων αὖθις, εἰς τὸν
περιφρυγῆ μαρασμὸν, ἢ ἐὰν εὐαδίκητον εἴη τὸ στόμα τῆς γα- F
στρὸς, εἰς τὸν συγκοπώδη. πολλάκις γοῦν ἤκουσας ἡμῶν λε-
γόντων ἐνίοις τῶν τοιούτων ἰατρῶν, ὡς ἔξεστιν αὐτοῖς ἐναργέ-
στατα μαθεῖν ἡλίκον ἐργάζονται κακὸν, ἐν ἀσιτίᾳ φυλάττον-
τες τὰς προειρημένας φύσεις, ἢν ἐθελήσωσιν ὑγιαίνοντας
ἀμέμπτως αὐτοὺς, ἀσιτῆσαι κελεῦσαι δυοῖν ἡμέραιν· ὄψον-
ται γὰρ αὐτίκα πυρέττοντας δι' οὐδὲν ἄλλο δήπουθεν, ἢ τὸν
λιμόν. ᾧ γὰρ οὔτ' ἦν ἔμπροσθεν οὐδὲν ἄλλο περὶ τὸ σῶμα

A quoniam id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridens, dura (inquit) imperas, cæterùm, quoniam stare pactis est iustum, faciam quæ iubes. Quæ verò medici post hæc egere, nosti planè, quanto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransúsque dormierat, quum circa occasum Solis ministrorum quidam adesse medicos nunciat. Hic verò febricitare se simulat, ac veste circundatus, inuolutúsque, quominus bibisse vinum ab ipsis deprehenderetur, amico cuidam mandat, medicis, siquid percontentur, pro se respondeat. B Erat autem de more, vbi inuolutum curiosè hominem etiam cum capite viderent, primum illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accessio inuasisset. Quum autem amicus respondisset, fermè ne vnam quidem integram, ex quo cœpisset, intercessisse horam; cum horrore ne an frigore cœpisset, rogant. Eo cum horrore respondente, tangunt hominem iam corpore propter risum, & operimentum madentem. Itaque vbi hominem laudassent, quòd sibi obtemperasset, nec quicquam ante tertiæ diei accessionem deliquisset, ob id ipsum (inquiunt) nunc te deseruit C horror, éstque sudoris indicium, ac multa humiditas circa cutem, quæ haudquaquam euenissent nisi inediam tolerasses, & triduum trāsmisisses. Iussis igitur propinquis, si quæ guttulæ illi manarent, diligenter detergerent, ne frigore afficeretur, tum manè se redituros præfati discedunt, ne tum quidem post sudores iusso homine nutriri; visæ nanque sunt illis noctes eo tempore breues, vtiliúsque esse postridie manè nutrire. Digressis igitur ipsis perfusus sudore iuuenis, ita, vt inuolutus vestibus fuerat, in balneum cucurrit, ac tertiò lauit, & similiter est cibatus. D Postridie priusquàm aduentarent medici, egressus domo dedita opera est, ne se deprehenderent. Itaque quum paulò post venirent, & egressum intelligerent, mirati inter se sunt, quid tandem hominem egredi subegisset iam bidui passum inediam. Ergo, si hoc vno malè ab eiusmodi medicis ægri afficerentur, quòd pluribus diebus in cubilibus detinerentur, quum liceret sine intempestiua hac inedia multo citiùs ad consueta vitæ munia redire, esset profectò, vel id pergraue; verùm longè grauius est, quod ipsis accidit. Quum enim di- E ctæ naturæ, vbi sub tali victu reguntur, grauissimis corripiantur febribus, qui hunc iniungunt medici, nihil mihi à carnificibus differre videntur. Non enim veluti, qui humidi, ac boni succi sunt, vbi in febre diaria transmittere mirificam diatriton coguntur, vnum id tantùm patiuntur incommodum, quòd frustra crucientur, sic etiam naturæ iam prædictæ; imò ex longiore inedia acerrimis acutissimísque corripiuntur febribus; à quibus promptus est in hecticas transitus; at- F que ab his rursus in torridum marasmum; aut, si os ventriculi facilè iniuriis pateat, in syncopосum. Audisti enim sæpè nonnullis talium medicorum dicentem me, licere ipsis euidenter intelligere, quantum mali committant, dum prædictas naturas in inedia custodiunt, si velint, dum sani omninò sunt, biduum eos inediam iubere tolerare; cernent enim ilicò febricitantes, ídque ob nullum profectò aliud, quam famem. Siquidem, cui nec suberat priùs quicquam in corpore conque-

conquestione dignum, nec quicquam illi interim accessit extrinsecus noui, is planè ex inedia febricitauit. Quum autem (vt dictum est) non vnus, alterve sic intemperatorum, sed deinceps omnes, vbi inediam tolerarunt, & balnei solio abstinuerunt, febre corripiuntur, ne vel leuis quidem amplius relinqui nobis suspicio potest, quasi ob aliud quippiam, & non inediam, febricitarint. Quibus nanque in corporis temperamento siccū præualet humido, & calidum frigido, his corporis habitus gracilis, hirsutus, & nigrior est; ac reliquis tribus intemperamentis, quæ hoc sunt minus calida, tactu calidior aduertitur; plurima quoque his flaua est bilis, vrinæque, ac deiectio bile satura, & pulsus magni, & somni leues, & pauci, & animi impetus vehemens. Ergo rectè horum Hippocrates tum generalem victus formulam, cuiusmodi esse coueniat, tum quot, ac qualia symptomata in eiusmodi homines incidant, non solùm vbi totum diem in cibi inedia transegerint, verùm etiam vbi altero cibo, qui pro prandio datur, abstinuerint, prodidit. In sexto enim Epidemiorum ita inquit; *In calida natura refrigeratio, aquæ potio, quies.* In libro autem de acutorum victu, quem aliqui aduersus Gnidias sententias inscribunt, quum de iis disputat, qui solitum prandium dimittunt etiam huius naturæ hominum meminit, picrocholos eos, à redundante succo nominans. Eius verba ita se habent. *Sed & qui bis die comedere consueuerunt, ij si non prandent, ægrotant; tum imbecilli, & infirmi fiunt, ac timidi ad quoduis opus*; præterea cardialgiam patiuntur, siquidem *suspensa illis viscera videntur, & calidum, pallidúmque mingunt, & deiectio vritur; sunt* præterea, *quibus os amaricat, oculi cauantur, tempora palpitant, & extremæ partes frigent.* Hæc vbi prædixit, mox alia quædam, tum de cœna, tum de nocte, ad finem sermonis ait, picrocholos tum vnicum in die victum, tum inediam, quàm alios homines, difficilius ferre, vnam in eo libro exponens partem eorum, quæ in sexto Epidemiorum monuit in vniuersum, quod ad victum spectat. Nam refrigeratio, quam calidis naturis suasit, efficitur cùm ex alijs quibusdam, tum non minimè ex cibi exhibitione. Quibus enim tum squalidus, tum acer natiuus calor est, temperamento immoderatiori temperatis, his alimenta mitiorem eum, minúsque mordentem reddunt. Sanè illud non latet, & boni succi, & exquisita debere esse, quæ his exhibeantur, nutrimenta; non tamen ea, quæ boni succi, propterea quòd exiguum huiusmodi substantiæ in se habent, nominentur, ac nutrire nequeant, imò quòd vtile plurimùm in se contineant. Sunt nanque & maluæ, & brassicæ, & betæ, & lactucæ, & denique omnia olera, & fructus nutrimenta, quum substantia in his habilis ad alendum contineatur. Verùm, sicut in his exiguum est, quod nutrit, non exiguum, quod est inutile, ita in pane puro, & ouis, & carne, & alica, plurimum est, quod nutrit, minimum, quod est inutile. Quòd si id inutile, quod admixtum vtili est, præterquam quòd non nutrit, etiam acrem, aut acidam, aut acerbam, aut amaram, aut deniq; vitiosam quampiam qualitatem habet, non modò non propriè nutrimenta sunt, sed etiam medicamentosæ facultatis non parū in se habent. Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis, quicunq; nec medicamentosam vllam sensu perceptibilem vim habeant,

μέμψεως ἄξιον, οὔτ' ἐν τῷ μεταξὺ προσεγένετό τι νεώτερον ἔξωθεν, οὗτος ἐναργῶς ὑπὸ τῆς ἀσιτίας ἐπύρεξεν. ὅταν δ', ὡς εἴρηται, μὴ μόνον εἷς, ἢ δύο τῶν οὕτω δυσκράτων, ἀλλ' ἐφεξῆς ἅπαντες, ἀσιτήσαντές τε, καὶ ἀλουτήσαντες, ἁλίσκωνται πυρετοῖς, οὐδ' ἀμυδρὰ ὑπόνοια ἔτι δυνατὸν ἡμῖν γενέσθαι τοῦ δι' ἄλλο τι, καὶ μὴ διὰ τὴν ἀσιτίαν πυρέττειν αὐτούς. οἷς γὰρ ἐν τῇ κράσει, τοῦ μὲν ὑγροῦ, τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ψυχροῦ, τὸ θερμὸν πλεονεκτεῖ, τούτοις ἡ μὲν ἕξις τοῦ σώματος ἰσχνὴ, καὶ δασεῖα, καὶ μελαντέρα, καὶ εἰ ἅψαιο, θερμοτέρα τῶν ἄλλων τριῶν τῶν δυσκράτων, τῶν ἧττον θερμῶν ἐντεύξῃ· παμπόλλη δ' ἡ ξανθὴ χολὴ, καὶ οὖρα, καὶ διαχωρήματα κατακορῆ, καὶ οἱ σφυγμοὶ μεγάλοι, καὶ ὕπνοι λεπτοὶ καὶ ὀλίγοι, καὶ ὁ θυμὸς σφοδρός. εἴρηται τοιγαροῦν ἐπ' αὐτῶν ὀρθῶς Ἱπποκράτει τό τε καθόλου τῆς διαίτης εἶδος ὁποῖόν τι χρὴ ποιεῖσθαι, καὶ ὅσα καὶ οἷα καταλαμβάνει συμπτώματα, τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, οὐ μόνον ἐπειδὰν δι' ὅλης ἡμέρας ἀσιτήσωσιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑτέρας τροφῆς ἀπόσχωνται τῆς κατὰ τὸ ἄριστον. ἐν μὲν γὰρ τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, φησὶν, ἐν θερμῇ φύσει ψύξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλιννύειν. ἐν δὲ τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, ὅ τινες ἐπιγράφουσι πρὸς τὰς Κνιδείας γνώμας, ὑπὲρ τῶν ἐκλειπόντων τὸ εἰθισμένον ἄριστον διαλεγόμενος, ἐμνημόνευσε καὶ τούτων τῶν φύσεων, ὀνομάζων αὐτὰς πικροχόλους ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος χυμοῦ. ἔχει δ' ἡ ῥῆσις ὧδε. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, ἢν μὴ ἀριστήσωσιν, ἀσθενέες καὶ ἄρρωστοί εἰσι, καὶ δειλοὶ εἰς πᾶν ἔργον καὶ καρδιαλγέες, ἐκκρέμασθαι γὰρ δοκεῖ αὐτοῖς τὰ σπλάγχνα, καὶ οὐρέουσι θερμὸν καὶ χλωρὸν, καὶ ἡ ἄφοδος συγκαίεται· ἔστι δ' οἷσι καὶ πικραίνεται τὸ στόμα, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, καὶ οἱ κρόταφοι πάλλονται, καὶ τὰ ἄκρα διαψύχονται. ταῦτα προειπὼν, εἶθ' ἑξῆς ἕτερά τινα περί τε τοῦ δείπνου, καὶ τῆς νυκτὸς, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ λόγου φησὶ, τοὺς πικροχόλους, χαλεπώτερον τε φέρειν τήν τε μονοσιτίαν, καὶ τὴν ἀσιτίαν, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἕν τι μέρος ἐξηγούμενος ἐπ' αὐτῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ, τὸ κατὰ τὴν δίαιταν, ὧν ἐν τῷ καθόλου παρῄνεσεν ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. ἡ γάρ τοι ψύξις ἣν ἐν ταῖς θερμαῖς φύσεσι συνεβούλευε, γίγνεται μὲν καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ, καὶ διὰ τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς. ὅσοις γὰρ αὐχμῶδές τε ἐστὶ καὶ δριμὺ τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἀμετρότερον ἐξ ἀρχῆς κρατηθεῖσι, τούτοις αἱ τροφαὶ πραότερον αὐτὸ καὶ ἧττον ἀποφαίνουσι δακνῶδες. εὔδηλον δὲ δήπουθεν ὡς εὔχυμοί τε καὶ ἀκριβεῖς εἶναι χρὴ τροφὰς τὰς διδομένας αὐτοῖς, οὐ τῷ μετέχειν τῆς τοιαύτης ὀλίγης οὐσίας, ὀνομαζομένας τε, καὶ τρέφειν μὴ δυναμένας, ἀλλὰ τῷ τὸ πλεῖστον ἐν ἑαυταῖς ἔχειν χρηστόν. εἰσὶ μὲν γάρ πως καὶ αἱ μαλάχαι, καὶ αἱ κράμβαι, καὶ τὰ τεῦτλα, καὶ αἱ θριδακίναι, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ λάχανα σύμπαντα, καὶ αἱ ὀπῶραι τροφαὶ, περιέχεται γάρ τις ἐν αὐταῖς οὐσία τρόφιμος. ἀλλ' ὥσπερ τούτων ὀλίγον μέν ἐστι τὸ τρέφον, οὐκ ὀλίγον δὲ τὸ ἄχρηστον, οὕτως ἐπ' ἄρτου καθαροῦ, καὶ ὠῶν, καὶ κρεῶν, καὶ χόνδρου, πλεῖστον μὲν τὸ τρέφον, ἐλάχιστον δὲ τὸ μὴ τοιοῦτον. ἐὰν δὲ δὴ πρὸς τῷ μὴ τρέφειν, τὸ μεμιγμένον ἄχρηστον τῷ χρησίμῳ, συμβαίνῃ δριμεῖαν, ἢ ὀξεῖαν, ἢ στρυφνὴν, ἢ πικρὰν, ἢ ὅλως μοχθηράν τινα δύναμιν ἔχειν, οὐ μόνον ἐκπέπτωκε τὰ τοιαῦτα τοῦ μὴ κυρίως ὑπάρχειν τροφαὶ, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν φαρμάκων δυνάμεως, οὐ σμικρόν τι μετείληφε. τρέφειν οὖν χρὴ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους ἐκείναις ταῖς τροφαῖς, ὅσαι μήτε τινὰ φαρμακώδη δύναμιν ἔχουσιν αἰσθητὴν,

ἀλλὰ μὴ δ' αὐτὸ τὸ τρόφιμον πάμπολυ· περιούσῃ γάρ τις καὶ τούτῳ κακία πλεονασθέντι. πρῶτον μὲν γάρ, οὐδ' ἡ κατὰ τὴν γαστέρα πέψις ἐπ' αὐτῶν ἀκριβοῦται· εἰ δ' ἄρα καὶ κρατήσειεν αὐτῶν ἡ γαστήρ, ἀλλ' ἥ γε κατὰ τὰς φλέβας, οὐκ ἀκριβὴς γίγνεται. εἰ δὲ κἀν ταύτῃ μηδέν τι μέγα πλημμεληθείη, τὴν γοῦν τρίτην πέψιν ἥτις ἐστὶν ἑκάστου τῶν μορίων οἰκεία, χαλεπὸν ἐν ἅπασιν αὖθις κατορθωθῆναι. πρέπουσι δὲ δήπου τῷδε, καὶ τὸ χορηγῆσαι τὰς τροφάς, ἐπειδὰν θερμότερόν τε καὶ ξηρότερον ἑαυτοῦ γένηται τὸ σῶμα, ψυχούσας πως εἶναι καὶ ὑγραινούσας. ὅθεν ἄριστος μὲν ὁ τῆς πτισάνης χυλός, ἀκριβῶς καθεψημένης, οὐδὲν ἐχούσης ἐν ἑαυτῇ περίεργον ἥδυσμα. καὶ γὰρ ἐμψῦξαι, καὶ ὑγρᾶναι, καὶ ἄδιψον φυλάξαι τὸν ἄνθρωπον, ἱκανή, πρὸς τῷ μήτ' ἀτμῶδές τι, μήθ' ὑγρόν, μήτε ξηρὸν ἐπέχειν περίττωμα. καλῶ δ' ἀτμώδη μὲν ὅσα διὰ τοῦ δέρματος, εἰς τοὐκτὸς ἀπορρεῖν πέφυκεν· ὑγρὰ δ', ὅσα διὰ τῆς κύστεως· ξηρὰ δ' ὅσα διὰ τῆς κάτω γαστρός· ἀπὸ γὰρ τῆς ἐπικρατούσης ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων οὐσίας, ἐθέμην αὐτοῖς τὰς προσηγορίας. ὅτι δ' οὐδέν τι τούτων ἐπέχει πτισάνης χυλός, εὔδηλον· αἱ μὲν γὰρ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ὑποχωρήσεις τῶν περιττῶν, ὑπὸ τῶν στυφόντων ἴσχεσθαι πεφύκασιν· αἱ δὲ δι' οὔρων τε καὶ σύμπαντος τοῦ δέρματος, ὑπό τε τῶν ἐμπλαττομένων τοῖς πόροις, καὶ σφοδρῶς στυφόντων, ἅπερ ὀνομάζουσι στρυφνά· πτισάνη δ' οὔτε ἐμπλαστικῆς, οὔτε στυπτικῆς μετέχει δυνάμεως. ὅτι μὲν οὖν οὐ στύφει, δηλοῖ καὶ ἡ γεῦσις, ἧς μόνης ἴδιόν ἐστιν αἰσθητὸν τὸ στύφον. ὅτι δ' οὐδ' ἐμπλάττει, λογίσασθαι πάρεστιν ἐκ τῶν ἄλλων αὐτῆς ἔργων. εἴτε γὰρ ἔξωθεν ἀνατρίβοις τῇ πτισάνῃ ῥυπαρὸν σῶμα, ῥύπτει τοῖς ἀφρονίτροις τε καὶ τῷ μέλιτι παραπλησίως· εἴτ' ἐν τῇ γαστρὶ περιεχόμενον μέτριον φλέγμα, δι' ἐμέτων ἐκκενῶσαι βουληθείης, οὐδὲν ἧττον μελικράτου πτισάνης χυλὸς χρήσιμος. πρόσκειται δ' ἐν τῷ λόγῳ, τὸ μέτριον, ὅτι εἰ πολὺ καὶ γλίσχρον ἰσχυρῶς καὶ παχύ, ῥαφανίδες δι' ὀξυμέλιτος, οὐ μελίκρατον καὶ πτισάνη πεφύκασιν ἀπορρύπτειν. ἔστι μὲν δὴ καὶ μελίκρατον, εἰς ἁπάσας τὰς εἰρημένας ἐκκρίσεις ἐπιτήδειον, ἀλλ' οὔτε ἄδιψον ὥσπερ ἡ πτισάνη, κἀν ταῖς πικροχόλοις φύσεσιν ἐκχολοῦται ῥᾳδίως. ἄριστον μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, σιτίον ἐπὶ τῶν τοιούτων κράσεων, ἡ πτισάνη. δεύτερον δ' ἐπ' αὐτῇ χόνδρος, ὄξος, [117] χάριν ἀναδόσεως, ὀλίγον εἰληφώς. τρίτον δ' ὁ χωρὶς ὄξους ὑγρός, οὐ παχύς, ὁποῖον ἔνιοι σκευάζουσιν ἔτνει παραπλήσιον· ἐμβαλεῖν δὲ καὶ τῷδε βέλτιον ἑψημένῳ πράσου· δῆλον δ' ὅτι καὶ ἀνήθου, καὶ ἁλῶν ἐξ ἀνάγκης μετέχειν. καὶ μὴν δὴ καὶ οἱ κριβανῖται τῶν ἄρτων, ἀγαθὸν ἔδεσμα, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πετραῖοι πάντες. οὐδὲν δ' ἧττον αὐτῶν οἱ ὀνίσκοι, πλὴν εἴ που λίμνης, ἢ ποταμῶν μεγάλων ἐμβαλλόντων εἰς θάλατταν νεμόμενοι πλησίον, ὑγροτέραν τε καὶ γλισχροτέραν ἔχοιεν τὴν σάρκα. ἐφεξῆς δὲ τῶν ὀνίσκων τά τε βούγλωσσά ἐστι, καὶ αἱ νάρκαι, καὶ τῶν ἰχθύων ὁ λάβραξ, καὶ ἡ τρίγλα, κἄπειτα πελάγιος κέφαλος. ἁπάντων δὲ χείρους ἰχθύες, ὅσοι λίμνης θαλάττῃ συναπτούσης, ἢ στόματος ποταμοῦ μεγάλου νέμονται πλησίον. ἐκ δὲ τῶν πτηνῶν, ἄριστοι μὲν οἱ πέρδικες ἅμα τοῖς ὀρείοις ἅπασι στρουθοῖς. ἐφεξῆς δὲ ἀλεκτορίδες, καὶ φασιανοί, καὶ νέαι περιστεραί· μὴ καθείρχθω δ' ἔνδον μηδὲ ταῦτα, περιττωματικὰ γὰρ ἅπαντα τὰ ἀγύμναστα. περιττωματικὰ δὲ καὶ τὰ λιμναῖα σύμπαντα, καὶ ἑλώδη· διὸ καὶ τῶν χοιρείων αὐτῶν ἀμείνω, τὰ ἐκ τῶν ὀρῶν· ἐφεξῆς δὲ αὐτῶν οἱ ἔριφοι.

A sed nec ipsum, quod nutrit, plurimum; hoc enim quoque, si exuperat, vitio no caret. Principio nanque nec, quæ in ventriculo eorum agitur concoctio est exacta; nec, si ventriculus ea superet; quę in venis obitur, est absoluta. Quòd si hîc quoque haud magnus sit error, saltem tertiam (quæ singulis partium propria est) difficile fuerit in omnibus illis ritè perfici. Conueniet profectò huic, & vt frigidum, humidúmque quodammodo ei nutrimentum exhibeas, vbi corpus, tum calidius, tum siccius solito est redditum. Quare commodissimus huic est ptisanæ cremor ad vnguem coctus, in quo nullum sit superfluum condimentum, B vtpotè qui & refrigerare, & humectare, ac sine siti seruare hominem potest; cum eo, quòd nec halituosum, nec humidum, nec siccum detinet excrementum. Voce halituosa, quæcunque per cutim foris effluere sunt apta: humida, quæ per vesicam; sicca, quæ per aluũ; quippe à vincenti in singulis eorũ substantia, nomina ipsis imposui. Quòd autem nullum horum retinebit ptisanæ cremor, manifestum est. Quæ enim per aluum excrementorum deiectiones sunt, eas adstringentia retinere solent; quę per vrinas, & vniuersam exeunt cutim, hæc detinent ea, quæ exiguis meatibus inhærent, C *emplattomena vocant*; præterea, quæ valenter adstringunt, eas stryphna vocant; ptisana verò, nec exiguos cutis meatus obturandi, nec adstringendi vim habet vllam. Ac quòd non adstringat quidem, vel gustus ipse docet, cuius vnius est proprium quòd adstringẽdi vim habeat, discernere. Quòd verò, nec cutis meatibus emplastica inhæreat, id ratiocinari ex alijs eius effectibus est promptum. Nam siue sordidum corpus extrinsecus ptisana defrices, sicut aphronitrum, & mel, deterget; siue ex ventriculo per vomitum educere mediocrem pituitam velis, nihilo minus mul- D sã vtilem ptisanæ cremorem experieris. Additum tamen in dictione est (mediocrem) quoniam si multa & vehementer glutinosa, & crassa pituita sit, hanc radicula ex oxymelite, non mulsa, aut ptisana detergere est habilis. Est sanè & mulsa ad omnes antè dictas excretiones idonea, verùm, nec sitim restinguit, vt ptisana, & in picrocholis *amara bile abundantibus* naturis facilè vertitur in bilem. Optimum igitur (vt diximus) in eiusmodi temperamentis nutrimentum est ptisana. Proximum ab hoc alica, cui paululum aceti distributionis gratia sit adiectũ. Tertium, quæ sine aceto liquida est, nõ E crassa, qualem nonnulli præparant assimilẽ pulti; iniecisse verò huic, dum coquitur, aliquid porri satius est; nam, quæ tũ anethi, tum salis aliquid necessariò habebit, neminem latet. quin etiã in furno coctus panis vtilis est cibus; sicut etiam è piscibus saxatiles omnes. nec ipsis minus aselli, nisi si propè lacũ, aut magnum flumen, quod in mare decidat, depasti, humidã magis, glutinosámq; habeãt carnem. Proximè ab asellis sunt solea, & torpedo, itémque inter pisces lupus, & mullus, post mugilè pelago. Omnis autem piscis deterior est, qui pro- F pè lacũ, qui mari coniungitur, aut magni fluminis ostium, pascit. Ex volatilibus autem optimi sunt perdices, ac montani omnes auiculæ. Ab his gallinacei, & phasiani, & iuuenes columbæ; sed nec hæ tamen intus claudendæ, quum excrementosa sint omnia, quæ exercitatione carent. Excrementosa verò non minùs sunt, tum lacustria, tum palustria omnia; quo fit, vt etiam ex ipsis suillis carnibus optima sit montana; ab his deinceps hædi sũt.

In

In omnibus iam dictis, fugienda tum vetula, tum recens edita sunt; illa nanque duriora, concoctúque difficiliora sunt; hæc immodicè humida, & excrementosa; ac potissimùm quæcunque ex animalium generibus sunt, quæ naturaliter humida sunt, vt oues, suésque. Verùm de omnium ciborum facultate alibi præcipimus; nunc veluti alia in hoc opere, sic ista quoque exempli causa sint dicta; siquidem propositum nobis in hoc est, non tanquam in ijs, quæ de alimentis, & medicamentis scripsimus, materias inuestigare, sed solas facultates generales; nihil autem profectò referat, generalésne facultates, an vniuersales, ipsas appelles. Reuertamur ergo rursus ad propositum. Quibus acre aliquid quotidie transpirat, ij, si cutis ipsis stipetur, promptè febri corripiuntur. Stipant verò hanc, tum quæ adstringunt, omnia, veluti paulò suprà memorauimus de Albulis aquis; tum quæ exiguis meatibus emplastrantur. Aliquando autem ipsius cutis immoderatior siccitas exiguos ipsius meatus densat. Proinde, qui œnanthe in balneo vtebatur, hunc, nos vidisti, quo tempore inæqualitatem sentire se quereretur, vti vetuisse; simili modo, & qui largo vino cum oleo exiguo vtebatur, item qui lentiscino, tum cum densitudinem sentiebat, hunc quoque de cætero (vt scis) vti prohibuimus. Inhibuimus non minùs, & eum, qui quotidie insolabatur, & eum, qui puluere vtebatur. Alteri verò, qui iam ad inæqualitatem febrilem peruenerat, vehementiam remittere frictionis iussimus. Iam alium (vt scis) curauimus, mirantem, quo pacto vna lauatione, ac debita frictione horridam eius multorum dierum inæqualitatem dissoluerimus. Vtebatur autem, & ille adstringente oleo, hoc, inquam, iure propter alios vsus celebri, rarum, *vel pretiosum* vocant. Hoc igitur mutantes, ac Sabino tum pinguiter, tum molliter vberiùs perfricantes, ac bis lauantes, ilicò sanum reddidimus. Non solùm igitur hæc omnia vitanda ijs sunt, qui fumidum, & fulginosum è corpore exhalant, sed etiam quæ glutinosum, & quæ crassum gignunt succum; etenim hæc paruos meatus obstruentia transpirationem morantur. Retinent non minus (vt dictum est) transpirationem, & quæ cutem immodicè siccant. Multos siquidem quum talibus in sole vterentur; alios verò, cum vberiore nitro; alios, cum sale, aut exercitatione multa, aut frictione dura, præterea frictione sicca, & calidis fomentis, & puluere, & horum occasione quotannis ægrotarent; ipse testis es, vt ab ijs prohibitos; multis iam annis sanos seruauerimus. Sunt autem meritò eiusmodi præcepta, tum valentium adhuc, tum eorum, qui iam de valetudine queruntur, communia. Non enim ei, quæ iam facta est, febri consulunt; sed ei, quæ nunc in generatione est, prospiciunt, tollendis iis, quæ illas excitant, causis; nam quæ adhuc in generatione febris est, dum aufertur causa, ipsa vna interit. Quare quę in libris de sanitate tuenda de eiusmodi temperamentis sunt prodita, ea omnia ad eos, qui febricitare incipiunt, siue id sanationem appellasse oportet, siue prouidentiam, sunt transferenda. Siquidem sanamus id febris, quod iam inuasit, etiam si exiguum est prospicimus, nequid ampliùs proueniat, adimentes causam.

πάντων δὲ τῶν εἰρημένων φευκτέα τά τε παλαιὰ ζῷα, καὶ τὰ νεωστὶ γεγενημένα· τὰ μὲν γὰρ, σκληρότερα ἐστὶ καὶ δυσπεπτότερα· τὰ δὲ, πέρα τοῦ δέοντος ὑγρὰ καὶ περιττωματικά· καὶ μάλιστα ὅσα φύσει τῶν ζώων ἐστὶν ὑγρὰ, καθάπερ οἶές τε καὶ σύες. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐν ἅπασι τοῖς ἐδέσμασι δυνάμεως, ἑτέρωθι εἴρηται· νυνὶ δ' ἕνεκα παραδείγματος, ὥσπερ τ' ἄλλα τὰ κατὰ τήνδε τὴν πραγματείαν, οὕτω λελέχθω καὶ ταῦτα· πρόκειται γὰρ οὐ τὰς ὕλας ἡμᾶς ἐξευρεῖν ἐν αὐτῇ, καθάπερ ἔν τε τοῖς περὶ τῶν ἐδεσμάτων, καὶ φαρμάκων, ἀλλὰ μόνας τὰς καθόλου δυνάμεις· οὐδὲν δὲ δήπου διοίσει δυνάμεις γενικὰς, ἢ καθόλου προσαγορεύειν αὐτάς. ἐπανέλθωμεν οὖν αὖθις ἐπὶ τὸ προκείμενον. οἷς δ' ἀποῤῥεῖ τι δριμὺ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἕτοιμον τούτοις ἁλῶναι πυρετῷ, στεγνωθέντος τοῦ δέρματος. στεγνοῖ δ' αὐτὸ, τά τε στύφοντα πάντα, καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν τῶν Ἀλβούλων ὑδάτων, ὅσα τ' ἐμπλάττεται τοῖς πόροις. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἡ ξηρότης αὐτοῦ τοῦ δέρματος ἀμετροτέρα γινομένη, πυκνοῖ τοὺς πόρους αὐτοῦ. διὰ τοῦτο οὖν ἡμᾶς ἐθεάσω, καὶ τὸν οἰνάνθῃ χρώμενον ἐν τῷ βαλανείῳ, κωλύσαντας χρῆσθαι, καθ' ὃν ἔφησε χρόνον, ἀνωμαλίας αἰσθάνεσθαι· καὶ τὸν, ὡσαύτως ἐκείνῳ, μετ' ἐλαίου βραχέος οἴνῳ πολλῷ· καὶ τὸν, τῷ σχινίνῳ δὲ χρώμενον, ἡνίκα πυκνώσεως ᾔσθετο, καὶ τοῦτον, ὡς οἶσθα, τοῦ λοιποῦ χρῆσθαι διεκωλύσαμεν. εἴρξαμεν δὲ καὶ τὸν εἱληθεροῦντα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸν τῇ κόνει χρώμενον. ἑτέρῳ δ' εἰς ἀνωμαλίαν ἀφιγμένῳ πυρετώδη, τὸ σφοδρὸν τῆς τρίψεως ἐπανεῖναι προσετάξαμεν. ἄλλον δ', ὡς οἶσθα, ἐθεράπευσα θαυμάσαντα, πῶς ἑνὶ λουτρῷ μετὰ τρίψεως τῆς προσηκούσης, ἡμερῶν παμπόλλων ἀνωμαλίαν αὐτοῦ φρικώδη διελύσαμεν. ἐχρῆτο δὲ κἀκεῖνος ἐλαίῳ στύφοντι τούτῳ, τῷ δικαίως ἐνδόξῳ διὰ τὴν εἰς τἄλλα χρείαν, ὃ καλοῦσιν σπάνον. ἀφελόντες οὖν τοῦτο, καὶ τῷ Σαβίνῳ λιπαρῶς τε καὶ μαλακῶς ἐπὶ πλέον ἀνατρίψαντες, καὶ λούσαντες δὶς, εὐθέως ἀπεφήναμεν ὑγιῆ. ταῦτά τε οὖν ἅπαντα φυλακτέα, τοῖς τὰ καπνώδη τε καὶ λιγνυώδη διαπνεομένοις, ὅσα τε γλίσχρα καὶ παχύχυμα· καὶ γὰρ καὶ ταῦτ' ἐμπλάττοντα τοὺς πόρους, ἐπέχει τὰς διαπνοάς. ἐπέχει δ', ὡς εἴρηται, καὶ τὰ ξηραίνοντα τὸ δέρμα πέρα τοῦ μετρίου. πολλοὺς γοῦν, ἐν ἡλίῳ χρωμένους τοῖς τοιούτοις· ἄλλους δὲ νίτρῳ πλείονι· τινὰς δ' ἁλσὶν, ἢ γυμνασίοις πολλοῖς, ἢ τρίψει σκληρᾷ, ξηροτριβίαις τε, καὶ κόνει νοσοῦντας ἐκ τούτων καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, οἶσθ' ὡς ἐπισχόντες αὐτῶν, ἀνόσους ἤδη παμπόλλων ἐτῶν ἐφυλάξαμεν. ἔστι δ' εἰκότως τὰ τοιαῦτα παραγγέλματα κοινὰ τῶν θ' ὑγιαινόντων ἔτι, καὶ τῶν ἤδη δυσαρεστουμένων. οὐ γὰρ τῶν γεγονότων, ἀλλὰ τῶν γιγνομένων ἔτι πυρετῶν ἐστι προφυλακτικὰ, κατὰ τὴν τῶν ποιούντων αὐτοὺς αἰτιῶν ἄρσιν. ὁ γὰρ ἔτι γιγνόμενος πυρετὸς, ἀρθέντος τοῦ αἰτίου, συναναιρεῖται καὶ αὐτός. ὥσθ' ὅσαπερ ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ περὶ τῶν τοιούτων κράσεων εἴρηται, μεταφέρειν ἅπαντα προσήκει ἐπὶ τὴν τῶν ἀρχομένων πυρέττειν, εἴτε ἴασιν χρὴ λέγειν, εἴτε προφυλακήν. ἰώμεθα γὰρ τὸ ἤδη γεγονὸς αὐτῶν, κἂν ὀλίγον ᾖ, προφυλαττόμεθα δὲ μὴ γενηθῆναί τι πλέον, ἀναιροῦντες τὸ αἴτιον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ΄.

Περὶ ἰάσεως τοῦ ἐφημέρου πυρετοῦ ἐξ ἐγκαύσεως, θυμοῦ, ἀναψύξεως, ἀγρυπνιῶν, λύπης, φροντίδων, καὶ κόπων.

Ὥσπερ δὲ εὔρουν τε καὶ εὔπνουν εἶναι τὸ σῶμα πάντῃ, κοινὸς ἐπὶ τῶν εἰρημένων μάλιστα φύσεων ὑγιαινόντων τε καὶ δυσαρεστουμένων σκοπὸς, οὕτω καὶ τὸ φεύγειν ἀγρυπνίας, καὶ θυμοὺς, καὶ λύπας, καὶ φροντίδας, ἐγκαύσεις τε, καὶ ψύξεις, καὶ κόπους, ἑτοιμότατα γὰρ ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων αἱ τοιαῦται κράσεις ἁλίσκονται πυρετοῖς. ἰᾶσθαι δὲ αὐτὰς ὅταν ἐπί τινι τῶν ἤδη λελεγμένων προφάσεων πυρέξωσιν, ἔστιν οὗ ἢ μὲν ὁμοίως τοῖς ἐπὶ στεγνώσει ῥηθεῖσιν, ἢ δὲ καὶ διαφερόντως. ἄγειν μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ λουτρὰ χρὴ πάντας ἐν τῇ παρακμῇ τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ· τρίβειν τε λιπαρῶς τε ἅμα καὶ μαλακῶς, τοὺς μὲν ἐπί τινι τῶν στυφόντων τὸ δέρμα, καθάπερ εἴρηται· τοὺς δ᾽ ἐπὶ ξηρότητι, τρίβειν μὲν, ἀλλ᾽ ἐλάττω τούτοις, λούειν δὲ πλείω. στοχάζεσθαι δ᾽ ἀεὶ τοῦ μέτρου τῆς [118] δυνάμεως, ἐν ἅπαντι τῷ τοιούτῳ βοηθήματι. θυμοὶ μὲν οὖν καὶ λῦπαι, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ φροντίδες, οὔτε τρίψεων, οὔτε λουτρῶν δέονται πολλῶν· ἀλλὰ πολὺ μὲν ἐξ ἁπάντων ἐκ τοιᾶσδε πυρεξάντων αἰτίας, ἔλαιον περιχεῖν χλιαρὸν ἥκιστα μετέχον στύψεως· ἀνατρίψαντες δὲ βραχέα, λούειν ὡς ἔθος. αἱ δ᾽ ἐγκαύσεις, εὐθέως μὲν ἐξ ἀρχῆς τῶν ψυχόντων δέονται, καὶ πλειόνων λουτρῶν· ἥκιστα δὲ ἐλαίου δαψιλοῦς, ἢ συνεχοῦς τρίψεως. ἔστω δὲ τὰ ψύχοντα, ῥόδινόν τε καὶ τὸ καλούμενον ὀμφάκινον ἔλαιον, ὅπερ, οἶμαι, καὶ ὠμοτριβὲς ὀνομάζουσιν. ἀμείνω δ᾽ ἐξ αὐτῶν, ὅσα μὴ δ᾽ ὅλως ἐν ἑαυτοῖς ἔχει τῶν ἁλῶν. ἐργάζεσθαι δὲ ψυχρὸν τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ μᾶλλον περιέχεται, κρεμάσαντας ἐν φρέατι, ψαῦον τοῦ ὕδατος. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ κρουνὸς ὕδατος ψυχροῦ καταρράττει τοῦ ἀγγείου, ψύχει τὸ ὑγρόν. εἰ δ᾽ ἐπὶ πλέον ἐψῦχθαι βούλοιο, χιόνι περιπλάττειν αὐτό. καταχεῖν δὲ τοῦ βρέγματος, μετέωρον ἐξαίροντα τὴν χεῖρα δι᾽ ἐρίου συμμέτρου τῷ μεγέθει. ταῦτα ποιήσαντα μέχρι τῆς παρακμῆς, ἄγειν ἐπὶ τὸ λουτρόν. εἰ δὲ καὶ ψυχθεὶς πυρέξειεν ὁ τὴν προειρημένην ἔχων κρᾶσιν, ὑπὲρ οὗ ταῦτα πάντα λέγεται, καὶ τοῦτον ἐπὶ τὸ βαλανεῖον ἀκτέον ἐν ταῖς παρακμαῖς. εἰ δὲ σὺν κορύζῃ καὶ κατάρρῳ πυρέττοι, πρὶν πεφθῆναι ταῦτα, λούειν οὐ χρή. τοὺς δ᾽ ἐπ᾽ ἐγκαύσει, καὶ τούτων παρόντων, λουστέον, ὡς ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ἐπεδείκνυμεν. ἐπὶ δὲ τῷ λουτρῷ, τὴν κεφαλὴν τοῖς αὐτοῖς ἑκατέρων βρέχειν, οἷς πρὸ τοῦ· ψύχουσι μὲν τῶν ἐπ᾽ ἐγκαύσει πυρεξάντων· θερμαίνουσι δὲ, τῶν ἐπὶ ψύξει. μέτρια δ᾽ ἔστω καὶ ταῦτα μετὰ τὸ λουτρὸν, οἷόν τε τὸ καλούμενον ἴρινόν ἐστι, καὶ τὸ νάρδινον μύρον. ἀλλ᾽ οὐ χρὴ μηκύνειν ἔτι περὶ τῶνδε λελεγμένων ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς. ἀρκέσει δ᾽ εἰπεῖν ὡς τὰ μὲν ἄλλα πρακτέον ὁμοίως ἐπὶ τῶν πυρεξάντων, ἅπερ ἐπὶ τῶν ἐγκαυθέντων τε καὶ ψυχθέντων ἐλέγομεν χρῆναι πράττειν, ἄνευ τοῦ πυρέξαι· οὐ μὴν ἅπαντί γε καιρῷ τοὺς πυρέξαντας λουστέον, ἀλλ᾽ ἐν τῇ παρακμῇ τοῦ παροξυσμοῦ. καὶ μέν τοι καὶ ὡς ἐπιτείνειν μὲν χρὴ τῶν πυρεξάντων ἐπ᾽ ἐγκαύσει τὴν ἐμψυκτικὴν ὀνομαζομένην ἀγωγὴν, ἐκλύειν δὲ τῶν ψυχθέντων

CAPVT III.

De curanda febre diaria, ex vstione, ira, refrigeratione, vigilijs, tristitia, curis, ac lassitudine.

QVemadmodum verò iam dictarum maximè naturarum, & quum valent, & quum de se queruntur, communis scopus est, vt fluxile, & transpirabile vndique corpus reddatur; ita illud quoque, vt tum vigilias, tum iram, tum tristitiam tum curam, tum vstionem; tum frigus, tum lassitudinem fugiant; cum promptissimè post hæc, eiusmodi temperamenta febre capiantur. Sanare verò ea, quoties ex aliqua dictarum occasionum febricitarint, oportet, partim similiter ijs, quos ex stipata cute laborare diximus, partim dissimiliter. Quippe in prima accessione inclinante ducendi in balneum omnes sunt; tum pinguiter simul, ac molliter fricandi, ij quidem qui ex aliquo, quod cutem adstrinxit, laborant, sicut dictum est; qui verò ex siccitate, fricandi quidem & ipsi, sed parciùs, lauandi autem vberiùs. Respiciendum verò semper ad virium modum est in omnibus eiusmodi auxilijs. Atque iræ quidem & tristitiæ, & vigiliæ, ac curæ, nec frictionibus, nec lauationibus multis, indigent; sed omnibus, qui ex eiusmodi occasione febricitarint, oleum infundendum tepidum largè est, cui minimè adstringens vis insit; tum paululum fricandi, atque ex consuetudine lauandi. Vstio verò protinus ab initio refrigerationem desiderat, tum crebriorem lauationem; minimè verò, aut oleum largum, aut crebram frictionem. Sint autem, quæ refrigerent, & rosaceum, & omphacinum, quod etiam, arbitror, omotribes, *id est* crudum oleum nominant. Vtiliora verò his sunt, quæ nihil in se salis omninò habent. Efficies hæc frigida si vas, in quo continentur magis in puteo suspendas, vt aquam tangat. Præterea si defluxus frigidæ aquæ vasi se illidat, magis humorem refrigerat. Quòd si largiùs refrigerata cupis, vas niue circundabis. Infundere autem sincipiti, sublata in altum manu, per mediocrem lanæ modum oportet. Hæc vsque ad inclinationem faciens, in balneum duces. Si verò, qui memorato est temperamento, de quo omnis hic sermo est, ex frigore febricitet, etiam ducendus ad balneum in remissione is est. Si autem cum grauedine, & destillatione febricitet, priusquam hæc concocta sint, lauandus non est. At qui ex vstione febricitant, ij, vel quum hæc adsint lauari debebunt, veluti in libris de sanitate tuenda ostendimus. Post lauacrum vero ijsdem, quibus antè, madefacienda amborum capita sunt; eorum quidem, qui ex vstione febricitarunt, refrigerantibus; qui ex frigore, calefacientibus. Sunto autem, & hęc post balneum mediocria; cuiusmodi irinum dictum est, & nardinum vnguentum. Verùm de his immorandum pluribus non est, præsertim in libris De sanitate tuenda iam proditis. Sed suffecerit dixisse reliqua simili modo in febricitantibus esse facienda, quemadmodum in vstis, & refrigeratis citra febrem, facienda præcepimus; non tamen quouis tempore lauandos febricitantes esse, sed in accessionis remissione. Præterea, qui ex vstione febricitant, ijs intendendam, quæ ex refrigerantibus constat, curationem esse; ijs verò, qui ex frigore, eam, quæ

ex

ex calefacientibus consistit, remittendam. Reliquum autem fuerit, vt communitatem, ac differentiam in victu omnium comprehensarum conditionum in proposito temperamento, vbi febre diaria laborat, exponamus. Omnium igitur communis victus species esto, quæ & boni sit succi, & concoctu facilis, & quæ nusquam exiguis cutis meatibus inhæreat; sed ij, qui exusti sunt, cum eo, quod refrigeret, & humectet. Pari modo ijs, quos ira malè habuit. Iis verò, qui refrigerati fuerunt, cum eo, quod calefaciat modicè. Ijs, qui peruigilio, tristitia, & nimia cura sunt affecti, quod humectet, ac somnum conciliet. Ad eundem modum ijs, qui fatigati sunt, magis nutriens; ijs, qui refrigerati sunt, minus nutriens; reliquis, quod medium sit amborum. Vinum verò ipse conscius es omnibus me eiusmodi *naturis* concedere, sed quod tum aspectu, tum viribus, sit aquosum; id enim ad omnia vtilius, quàm aqua est, vt quod & concoctionem iuuet, & vrinas, ac sudores prouocet. Constat autem & Hippocratem non in diarijs modò febribus, verùm etiam in acutis, ex ijs, quæ de acutarum victu prodit, vinum dare. At in sexto Epidemiorum, siue ipse sit, siue Thessalus eius filius, vinum calidis temperamentis prohibet; idque non modò quum febricitant, sed etiam per sanitatem; quippe in calida natura suadet, tum refrigerationem, tum aquę potionem, tum quietem; nisi fortè copiosiùs vtendum esse aqua, quàm vino, eiusmodi naturis suadere eum dixeris, quemadmodum nonnullis placet. Hoc igitur seorsum per se disquiratur, de potione verò frigidæ decidendum. Ego igitur cēseo, eius generis naturas, & dum valent, eiusmodi potione magnopere iuuari; nec in diaria febre ijs, quibus in vsu fuit, eam circuncido; si quis verò non assueuit, huic per febrem dare non inceperim, nisi pristina planè sanitate priùs reddita. quod si vel propter timiditatem, vel propter consuetudinem à pueris, vel falsam opinionem, frigidam timeat, tum opere homini persuadeam, obseruans in æstate quum æstuat, tum ratione post opus. Nam, vbi post vsum eiusmodi potionis liberatus statim ab vrendo æstuandóque est; visúsque firmiorem ex eo stomachum, quàm antè, habere; tum ventriculus illi biliosum deiecit, & probè concoxit; ac corpus quum ea iterum, iterúmque vsus fuerit, reficitur; tum verò alijs quoque ei indicatis, quibus simili ratione contuli, exposuerim; primum quidem illud esse omnium longè verissimum, *contraria contrariorum esse remedia*; proditum autem mihi de hoc priùs est. Mox illud, *temperamentum eius sanitatis symmetriam egressum morbo esse propinquum*; tum sanitatem eiusmodi corporū dubiam esse, ac potiùs in affectu, quàm in habitu. Præterea, quòd si boni tēperamenti esset, hoc illi omni studio tuerer; quum verò vitiosi sit temperamenti & naturæ, in melius immuto. Porrò dictum & de his fusiùs est in libris De sanitate tuenda; vnde nec immorandum mihi hic multis est, eos imitanti scriptores, qui quum pauca prorsus sciant, ipsa in omnibus libris inculcant. Id eñ non multa est docere, sed multa scribere, & multas chartas consumere, quū licet paucas; ac multū tēporis nulla necessitate conterere. Itaq; nec notas diariarū febriū hoc loco describo, vt potè iam prædictas mihi in secūdo De crisibus propemodū vniuersas; si quæ verò reliquę fuerūt, etiam in primo de febrium differentiis proditas.

τὴν θερμαντικήν. ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη τὴν ἐν τῇ διαίτῃ κοινότητά τε καὶ διαφορὰν ἐπελθεῖν, ἁπάντων τῶν εἰρημένων ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης κράσεως, ἁλούσης ἐφημέρῳ πυρετῷ. κοινὸν μὲν δὴ πάντων εἶδος ἔστω σοι διαίτης, εὔχυμον, εὔπεπτον, οὐδαμόθι κατὰ τοὺς πόρους ἰσχόμενον· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐγκαυθεῖσι, μετὰ τοῦ ψύχειν, καὶ ὑγραίνειν. οὕτως δὲ καὶ τοῖς θυμωθεῖσι. τοῖς δὲ ψυχθεῖσι, μετὰ τοῦ θερμαίνειν μετρίως. τοῖς δ' ἀγρυπνήσασι, καὶ λυπηθεῖσι, καὶ πλεῖον φροντίσασιν, ὑγρὸν καὶ ὑπνῶδες. οὕτως δὲ καὶ τοῖς μὲν κοπωθεῖσι, τροφιμώτερον· τοῖς δὲ ψυχθεῖσιν, ἀτροφώτερον· τοῖς δ' ἄλλοις, τὸ μέσον ἀμφοῖν. οἶνον δὲ πίνειν, γινώσκεις δή που καὶ σὺ, διδόντα με τοῖς τοιούτοις ἅπασι, τὸν ὑδατώδη καὶ ὄψει, καὶ δυνάμει, βελτίων γὰρ ὕδατος αὐτὸς τὰ πάντα, τῇ πέψει συναιρόμενος, καὶ οὖρα, καὶ ἱδρῶτας προτρέπων. δῆλος δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἱπποκράτης, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς, ἀλλὰ κἀν τοῖς ὀξέσι, διδοὺς οἶνον, ἐξ ὧν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων γράφει. κατὰ δὲ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν, εἴτε οὖν αὐτὸς, εἴτε καὶ Θεσσαλὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ, παραιτεῖται τὸν οἶνον, οὐ μόνον εἰ πυρέξειαν οἱ θερμοὶ ταῖς κράσεσιν, ἀλλὰ κἀν τῷ τῆς ὑγείας χρόνῳ· ἐν θερμῇ γοῦν φύσει παραινεῖ ψύξιν τε καὶ ποτὸν ὕδωρ, καὶ ἐλινύειν· εἰ μὴ ἄρα τὸ πλείονι χρῆσθαι τῷ ὕδατι τοῦ οἴνου, κατὰ τὰς τοιαύτας φύσεις, ἢ τῷ ἀρέσκει τισὶ, φαίημεν ὑπ' αὐτοῦ παραινεῖσθαι. τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ζητείσθω, περὶ δὲ ποτοῦ ψυχροῦ, διοριστέον. ἐγὼ μὲν δή φημι τὰς τοιαύτας φύσεις, ὑγιαινούσας τε μάλλον, πρὸς τοῦ τοιούτου πόματος ὀνίνασθαι μεγάλα· καὶ κατὰ τὸν ἐφήμερον πυρετὸν, οὐκ ἀφαιροῦμαι τοὺς εἰθικότας· ἀήθει δὲ, οὐκ ἀρξαίμην τηνικαῦτα διδόναι, ἀλλὰ πρότερον ἀκριβῶς ἀποδοὺς αὐτῷ τὴν ἀρχαίαν ὑγείαν. εἰ δὲ διὰ δειλίαν, ἢ ἔθος ἐκ παίδων, ἢ ὑπόληψιν ψευδῆ, φοβοῖτο τὸ ψυχρὸν, ἔργῳ τε πείσαιμ' ἂν αὐτὸν, ἐπιτηρήσας ποτὲ αὐτὸν καυσούμενον ἐν θέρει, καὶ λόγῳ μετὰ τὸ ἔργον. ὅταν γὰρ ἐπὶ τῇ χρήσει τοῦ τοιούτου πόματος ἀπαλλαχθῇ μὲν αὐτίκα τοῦ καυσοῦσθαί τε καὶ ἀλύειν, ἑαυτοῦ δὲ εὐτονώτερον ἐπὶ τῷδε τὸν στόμαχον ἔχειν φαίνηται· καὶ ἡ γαστὴρ καταῤῥήξει χολώδες, καὶ πέψει καλῶς· αὖθίς τε καὶ αὖθις χρησαμένῳ ἀνατρέφηται τὸ σῶμα· τότε ἂν ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτῷ δείξας, οἷς ὁμοίως ὤνησα, διέλθοιμι πρῶτον μὲν, ὡς πάντων μᾶλλον ἀληθές ἐστι, τὸ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα· γέγραπται δέ μοι περὶ τούτου πρόσθεν. εἶθ' ὡς ἡ κρᾶσις αὐτῷ, τὴν ὑγιεινὴν ἐκβεβηκυῖα συμμετρίαν, πλησίον ἥκει νόσου· καὶ ὡς τοῖς τοιούτοις σώμασιν ἡ ὑγεία σφαλερὰ, καὶ κατὰ σχέσιν μᾶλλον ἢ καθ' ἕξιν ὑπάρχει. καὶ ὡς εἰ μὲν ἀγαθῆς ὢν ἔτυχε κράσεως, ἐφύλαττον ἂν ἐκείνην αὐτῷ τρόπῳ παντί· μοχθηρᾶς δ' ὑπάρχοντι φύσεως, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξαλλάττω. λέλεκται δὲ καὶ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον, ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς· ὅθεν οὐ χρὴ μηκύνειν ἐνταῦθα, μιμούμενον ἐκείνους τῶν συγγραφέων, ὅσοι παντάπασιν ὀλίγα γινώσκοντες, ἐν ἅπασι τοῖς βιβλίοις αὐτὰ διέρχονται. τουτὶ γὰρ οὐχὶ πολλὰ διδάσκειν, ἀλλὰ γράφειν ἐστὶ πολλὰ καὶ πολλοὺς χάρτας ἀναλίσκειν, ἐνὸν ὀλίγους· καὶ πολλὴν κατατρίβειν χρόνον, ἐνὸν μή. οὔκουν μηδὲ τὰς διαγνώσεις τῶν ἐφημέρων πυρετῶν ἐνταυθοῖ γράφω, προειρηκὼς μὲν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ κρίσεων, ὀλίγου δεῖν ἁπάσας· εἰρηκὼς δὲ τὰ λείποντα κἀν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν.

οὐδὲν δ' ἧττον κἀν τοῖς περὶ σφυγμῶν, ὅσον ἐξ αὐτῶν χρηστὸν, ἑρμηνεύσας, ὡς οἶσθα, μόνος ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν, οὕτω σαφῶς, ὡς μηδ' ἂν παῖδα λαθεῖν τὸ δηλούμενον· Ἀρχιγένους, ὡς ἐπεδείξαμεν, οὐ διδάξαντος, ἀλλὰ περιλαλήσαντος τὰ πλεῖστα, κατά τε τὸ περὶ σφυγμῶν σύγγραμμα, καὶ τὴν πραγματείαν, ἣν αὐτὸς ἐπιγράφει περὶ τῆς τοῦ πυρετοῦ σημειώσεως. ὥσπερ δὲ τὸν ἐν τῷ στυπτηριώδει λουσάμενον ὕδατι, τὴν τρίτην ἡμέραν ἀσιτεῖν ἐκέλευον οἱ ἰατροὶ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, οἶσθα, καὶ τῶν ἐγκαυθέντων τε, καὶ κοπωθέντων, ἐπί τε τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰρημένοις αἰτίοις πυρεξάντων, οὐδένα λούοντας, οὐδὲ τρέφοντας αὖθις, πρὶν ὑπερβαλεῖν τὴν διάτριτον. ἀνάγκη δήπου κἀμὲ λέγειν διάτριτον, ὅπως μὴ καὶ περὶ τοῦδε τῆς φλυαρίας αὐτῶν ἐνέχωμαι, φασκόντων ἕτερον μὲν εἶναι τὸν διὰ τρίτης παροξυσμὸν, ἑτέραν δὲ τὴν πρώτην διάτριτον· ἤκουσας γάρ ποτε καὶ σὺ μέχρι τοσούτου τῆς ἀδολεσχίας αὐτῶν ἐκταθείσης. ἀλλ' εἴ τε πρώτην διάτριτον, εἴ τ' ἄλλο τι καλεῖν ἐθέλουσιν, οὐχ ἅπαξ, ἢ δὶς, ἢ τρὶς, ἀλλ' ὁσάκις οὐδὲ μεμνῆσθαι δυνατὸν, ἔν τε τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, εὐθέως εἰς ἑσπέραν ἐλουσάμεθα τοὺς τὸν ἐφήμερον πυρέξαντας, ἔν τε τῇ δευτέρᾳ πολὺ μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὴν τρίτην, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφαμεν, ἐπὶ τοῦ στεγνωθέντος τὸ δέρμα. τουτὶ μὲν οὖν τὸ αἴτιον ὀλιγάκις ἐθεασάμην ἀνάψαν πυρετὸν, ὅθεν αὐτὸ μάλιστα προὐχειρισάμην· ἔγκαυσιν δὲ, καὶ κόπον, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων, πάνυ πολλάκις. ἐθεάσω δὲ καὶ σὺ πάντας αὖθις τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν ἕωθέν τε προσελθόντας ἐπὶ τὰς συνήθεις πράξεις· ἀπαντῶντάς τε τοῖς ἰατροῖς, ὅσοι καὶ τὴν τρίτην ἡμέραν ᾤοντο τελέως αὐτοὺς ἠσιτηκέναι. καὶ τοίνυν θαυμάζοντί σοι, καὶ ζητοῦντι, τί ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον, τοῦ μὴ κἂν νῦν γοῦν, ἀποστῆναι τοὺς τοιούτους ἰατροὺς τῶν κακῶς αὐτοῖς ὑπειλημμένων, ὡς νομίζω προσηκόντως εἶπον, ὅτι μήτε γινώσκουσι τὴν ἀληθῆ θεωρίαν, αἰδοῦνταί τε νῦν ἄρξασθαι μανθάνειν αὐτήν. ἔνιοι δ' ὡς ἤκουσάς ποτέ τινος ἐξ αὐτῶν ὁμολογήσαντος ἡμῖν ἰδίᾳ τἀληθῆ μετὰ τοῦ δακρύειν, οὐδὲ τῶν ἐπιτηδείων εὐπορῆσαί φασιν, ἐὰν οἱ νομίζοντες αὐτοὺς ἐπίστασθαί τι, θεάσωνται μανθάνοντας. ἀλλὰ σὺ μὲν ἅπαξ ἤκουσας τοῦτο· θεοὺς δ' ἐγὼ σύμπαντας ἐπόμνυμι, πολλοὺς ἐμοὶ πολλάκις ὡμολογηκέναι μόνῳ ταῦτα, μετὰ τοῦ δακρύειν τε, καὶ τὴν ἑαυτῶν ὀδύρεσθαι δυστυχίαν ἐπὶ [119] τῷ τὸν χρόνον ἀπολέσαι μοχθηροῖς διδασκάλοις χρησαμένους. ἐπόμνυμι δ' αὖθίς σοι τοὺς θεοὺς, καὶ τοῦτό μοι λεχθῆναι πάνυ πολλάκις ὑπὸ τῶν συμφοιτησάντων, ἔτι μειρακίῳ τὴν ἡλικίαν ὄντι. ἐπεὶ γὰρ εἴωθα ὁπότε τις ἔροιτο περί τινος δόγματος, εἰ ἀληθὲς εἴη, μηδὲν ἀποκρίνασθαι δύνασθαι φάσκειν, εἰ μὴ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων μάθοιμι, καί τινα μέθοδον [120] κτησαίμην, ᾗ διαγινώσκοιμι τὸ βέλτιον· οὐκ ὀλίγοι τῶν ταῦτα ἀκουόντων συμφοιτητῶν ἔφασάν μοι, σὺ μὲν καὶ φύσει διαφερούσῃ κέχρησαι, καὶ παιδείᾳ θαυμαστῇ διὰ τὴν τοῦ πατρός σου φιλοτιμίαν, καὶ ἡλικίαν δυναμένην μανθάνειν ἔχεις, ὅθεν τε δαπανᾶν χρὴ σχολάζοντα μαθήμασι, κέκτησαι· τὸ δ' ἡμέτερον, οὐχ ὧδ' ἔχει, καὶ γὰρ ἀπαίδευτοι τὴν πρώτην παιδείαν ἐσμὲν, καὶ οὐκ ὀξεῖς τὴν διάνοιαν, ὥσπερ σὺ, καὶ ἀναλίσκειν οὐκ ἔχομεν· ἀγαπητέον οὖν ἡμῖν ἐστιν ὁποῖα ποτ' ἂν εἴη ταῦτα, τὰ νῦν γινωσκόμενα. μὴ τοίνυν ἔτι θαύμαζε, διὰ τί πολλοὶ τῶν ἰατρῶν οὐκ αἰσχύνονται φθεγγόμενοι τὴν διάτριτον, καί τοι μυριάκις ἡμᾶς ἑωρακότες ἐπὶ τῶν νοσούντων προγινώσκοντας εἴτ' ἐφήμερός ἐστιν ὁ πυρετὸς, εἴτε καὶ κατὰ τὴν τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν, οἴσει τινὰ παροξυσμόν. ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει τὸ ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένον, ἀνθρώπου

A Quinetiam in libris De pulsibus, quantum ex ipsis sit vtile, exposuimus, soli (vt scis) omnium, qui ante nos fuerunt, adeò (arbitror) clarè, vt nec puerum, quod tradidimus, lateat; quum Archigenes (vt ostendimus) non docuerit, sed deblaterarit plurima tum in opere De pulsibus, tum in eo, quod De febrium significatione inscribit. Vt autem eum, qui in aluminosa aqua se lauit, medici vsque in tertium diem cibo abstinere iusserunt, ad eundem scis modum, neminem eorum, qui & exusti, & fatigati fuerunt, vel alia quapiam ex iam dictis causis febre tentati, lauisse, aut nutriuisse priusquam diatriton transmisissent. Necesse B enim profectò est & me diatriton dicere, ne in hoc quoque nugis eorum me exponam, dicentium aliam esse tertij diei accessionem, aliam ipsam primam diatriton; quippe hactenus eorum nugas processisse ipse aliquando audisti. Sed siue primam diatriton, siue aliud quiduis, appellasse velint, non semel nos, bísve, aut ter, verùm sæpiùs quàm, vt meminisse possimus, tum in primo statim die ad vesperam eos, qui diaria febre laborarunt, lauimus, tum vel magis in secundo, imò etiam in ipso tertio, ceu paulò antè diximus de eo, cui stipata cutis fuerat. Verùm hanc causam C rarenter vidi febrem accendere, itaque etiam maximè tractanda desumpsi; vstionem verò, & lassitudinem, & cæterorum singula, planè sępè. Vidisti autem eos omnes quarto die manè ad solita redire munia; ac medicis, qui ipsos tertium diem prorsus in cibi inedia exegisse fuerant opinati, occurrere. Itaque etiam miranti tibi, ac quærenti quiddemum causæ esset, cur vel nunc saltem eiusmodi medici ab ijs, quæ perperam opinantur, non recedant, conuenienter (vt arbtror) respondi quòd neque veram speculationem noscerent, & nunc eam incipere discere erubescerent. Aliqui D tamen (veluti cõfitentem aliquando ex ijs quendam cum lacrymis, veritatem nobis solis audiuisti) nec vitæ sibi necessaria aiunt affutura, si qui eos scire aliquid existimant, discentes iam videant. Verùm tu hoc semel audiuisti; deos autem omnes testor, multos ea mihi sæpè soli confessos lacrymantes ac infœlicitatem suam deplorantes, quòd sub malis præceptoribus tempus perdidissent. Iuróque tibi rursus deos, illud quoque mihi persępè à condiscipulis dictum esse, quum essem adhuc ętate adolescens. Nam quum E mihi mos esset, vbi aliquis me de dogmate aliquo, nũ verum esset, percontaretur, me dicere respondere non posse, nisi reliquorum omnium *dogmata* didicissem, ac methodum quandam mihi comparassem, qua, quod melius esset, discernerem; non pauci ex condiscipulis, qui hæc audierant, mihi responderunt, me & excellenti natura, & singulari propter patris mei liberalitatem esse eruditione, & ætatem ad discendum idoneam, & impensas, vnde disciplinis vacem, suppeditatas habere; secum non ita agi, qui & rudes in primis disciplinis essent, nec acuto, vt ego, ingenio, F nec, quod impenderent, habere; itaque contentos esse oportere ijs, quæ nunc nossent, qualiacunque ea forent. Minimè igitur mireris cur plerósque medicorum non pudeat diatriton in ore habere, etiam si sexcenties nos præsagire in ęgris viderunt, diariáne febre laborarent, an ea, quæ tertio, quartóve die accessionem aliquam esset habitura. Illud potius æstima, quod Hippocrates monuit, homo aliàs ingenio maximè philosophico

philoſophico. *Quum equidem peracutus morbus eſt, extremos quamprimũ labores habet, tum ſummè tenuiſſimo victu neceſſe eſt uti. Quum verò non, ſed licet liberalius cibare, tantum eſt de extrema victus ratione remittendum, quantum morbus extremis eſt mitior.* Labores nanque dicit omnia, quæ hominem offendunt; extremos verò, maximos, quales in ſummo vigore fiunt. Iubet autem reſeruari in id temporis ſummam victus tenuitatem, nihil profectò docens diuerſum ab eo, quod alibi dixit; *Quum in ſummo vigore morbus eſt, tum victu vti tenuiſſimo eſt neceſſe.* Atqui fieri non poteſt, vt ſummam victus tenuitatem ad ſummi vigoris tempus differas, niſi inter initia conieceris, circiter quotum diem in vigore morbus ſit futurus. Sed & inſanire Hippocratem dicunt, qui hæc ſcripſerit; & tametſi nos opere ea oſtendimus, omnia potiùs putant, quam poſſe quempiam in prima aliquando acceſſione certam notitiam affectus ægrotantis habere. Ego verò, nec in omnibus ægrotantibus fateor exactè me ſcire in primo die affectum, nec vllam diariam me febrem poſſe fugere; at verò, vt nihil in victus ratione, primis ſaltem diebus, pecces, hoc ſatis eſt, ſi diſcernere diariam à reliquis queas. Ac propterea quarto die, in quo illi hominem, quem iam emaciarunt, primùm nutrire incipiunt, nos ad conſueta munia dimittimus, ac à diariis in acutas febres tranſitum fieri, hac victus ratione, prohibemus; quum, ſi quis aliter cibet, excipiant neceſſariò iam dictas naturas ardentiſſimæ febres. Sunt enim aliæ naturæ, quibus, aut nihil, aut non magnopere, incommodet tot dierum inedia; ſicut è diuerſo aliæ, quibus non modò innoxia, ſed etiam vtilis eſt trium dierum inedia. Verùm de cæteris naturis poſt decernam. Propoſitum verò nunc nobis ab initio temperamentum inediæ in ſummum ducunt diſcrimen, in quacunque iniungantur febre, non ſolùm iis, quas modò commemoraui, diariis.

A φιλοσοφωτάτου τὸ ἦθος. ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα καὶ τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτῇ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. ὅκου δὲ μή, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων εἴη. πόνους μὲν γὰρ λέγει πάντα τὰ λυποῦντα τὸν ἄνθρωπον· ἐσχάτους δὲ ὀνομάζει, τοὺς μεγίστους, οἵπερ ἐν τῇ ἀκμῇ γίνονται. κελεύει δ' εἰς τοῦτον τὸν χρόνον ἀποτίθεσθαι τὸ τῆς διαίτης τὸ λεπτότατον, οὐδέν τι διδάσκων ἀλλοιότερον, ἢ ὁπότ' ἔφασκεν· ὁκόταν ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ B διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. καὶ μὴν οὐχ οἷόν τε τὸ λεπτότατον τῆς διαίτης εἰς τὴν ἀκμὴν ἀναβάλλεσθαι, χωρὶς τοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐστοχάσθαι, περὶ πόστην ἡμέραν ἀκμάσει τὸ νόσημα. ἀλλὰ καὶ Ἱπποκράτην φασὶ ληρεῖν ταῦτα γράψαντα, καὶ ἡμῶν ἔργῳ διαδεικνυμένων αὐτά, πάντα μᾶλλον νομίζουσιν, ἢ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, κατὰ τὸν πρῶτόν ποτε παροξυσμόν, ἀκριβῆ γνῶσιν ἔχειν τῆς τοῦ κάμνοντος διαθέσεως. ἐγὼ δ' οὔτ' ἐφ' ἁπάντων τῶν νοσούντων ἀκριβῶς φημι γινώσκειν τὴν διάθεσιν, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, οὔτε τῶν ἐφημέρων τινὰ πυρετὸν λαθεῖν ἄν με· τοῦτο δ' ἀρκεῖ, κατά C γε τὰς πρώτας ἡμέρας, εἰς τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐν τῇ διαίτῃ, τὸ διακρῖναι τὸν ἐφήμερον πυρετὸν τῶν ἄλλων. διὰ τοῦτό γέ τοι τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν, ἐν ᾗ πρῶτον ἐκεῖνοι προταριχεύσαντες τὸν ἄνθρωπον, ἄρχονται τρέφειν, ἡμεῖς ἤδη τὰ συνήθη τῶν ἔργων παρεχόμεθα πράττειν, κωλύομεν δέ, κἂν τῶν ἐφημέρων πυρετῶν τὴν μετάστασιν εἰς τοὺς ὀξεῖς γίνεσθαι, τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς διαίτης· ὡς εἴ γέ τις ἑτέρως διαιτήσειεν, ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθήσουσι, κατά γε τὰς προειρημένας κράσεις, οἱ διακαέστατοι τῶν πυρετῶν. ἕτεραι γάρ εἰσι φύσεις, ἐφ' ὧν, ἢ οὐδέν, ἢ οὐκ ἀξιόλογόν γέ τι τοσούτων D ἡμερῶν βλάπτει λιμός· ὥσπερ ἕτεραί γε πάλιν, ἐφ' ὧν οὐ μόνον ἀβλαβής, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὠφέλειάν ἐστιν ἡ ἀσιτία τῶν τριῶν ἡμερῶν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων φύσεων, ἐξῆς εἰρήσεται. τὴν ὑποκειμένην ἐξ ἀρχῆς κρᾶσιν, εἰς τοὔσχατον ἄγουσι κίνδυνον αἱ ἀσιτίαι κατὰ πάντας τοὺς πυρετούς, οὐ μόνους ὧν νῦν ἐμνημόνευσα, τοὺς ἐφημέρους ὀνομαζομένους.

CAPVT IV.

Quo pacto diaria febris ex obſtructione curanda ſit, vt præcaueamus, ne in putridam tranſeat.

Etenim, ſi propter obſtructionem aliquando (vt dictum eſt) coacta tranſpiratio ſit, ſi parua ea ſit, qui rectè deterſerit, ſecundam fore acceſſionem vetabit; ſin inſignis non poſſis ita promittere. Quòd ſi & multi, & craſſi, & glutinoſi impacti humores ſint, quæ hos excipit febris, fieri non poteſt, vt intra fines diariarum conſiſtat; quando ex neceſſitate huic in mali ſucci naturis ea, quæ ex putredine humorum accenditur, ſuccedet. Nam in aliis ſaltem temperamentis, quæ in ſequentibus exponam, excitari ex tali cauſa poteſt citra humorum putredinem aliqua continentis febris ſpecies. Porrò capere eiuſmodi ſermones omninò non poteſt, qui priùs in memoratis operibus non ſit exercitatus; ac potiſſimùm in eo, quod de febrium differentia inſcribitur. Nam, vbi obſtructio quæpiam mediocris eſt, ob quam febricitant, quibus vitioſus eſt humor, in primo die, atque etiam ſecundi aliqua parte, nullum eſt in pulſu putredinis ſignum, æquè, vt nec cruditatis in vrinis. Protracta tamen declinatione, nec ampliùs pro ratione, ſicut poſt ſummum vigo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Πῶς ὁ δι' ἔμφραξιν ἐφήμερος πυρετὸς θεραπευτέος εἰς προφυλακὴν τοῦ μὴ μεταλλάττεσθαι εἰς σαπρόν.

Εἰ γὰρ καὶ δι' ἔμφραξιν, ὡς ἐλέχθη, στεγνωθείη ποθ' E ἡ διαπνοή, μικρὰν μὲν ὑπάρχουσαν αὐτήν, εἴ τις ὀρθῶς διαρρύψειε, κωλύσει γενέσθαι δεύτερον παροξυσμόν· ἀξιολόγου δὲ γενομένης, οὐκ ἔθ' ὁμοίως ἐπαγγέλλεσθαι δυνατόν. εἰ δὲ καὶ πολλοί, καὶ παχεῖς, καὶ γλίσχροι σφηνωθεῖεν χυμοί, τὸν ἐπὶ τούτοις πυρετὸν ἀδύνατόν ἐστιν ἐν τοῖς ὅροις διαμεῖναι τῶν ἐφημέρων. ἐξ ἀνάγκης γὰρ αὐτὸν ὁ ἐπὶ σήψει χυμῶν διαδέξεται κατὰ τὰς κακοχύμους φύσεις. ὡς ἐπ' ἄλλων γε κράσεων, ἃς ἐν τοῖς ἑξῆς ἑρμηνεύσω, γένοιτ' ἄν τις ἰδέα πυρετοῦ συνόχου, διὰ τὴν F τοιαύτην αἰτίαν, ἄνευ σήψεως χυμῶν. ἕπεσθαι δὲ τοῖς τοιούτοις λόγοις, ἀδύνατον, ὅσον ἄν τις μὴ πρότερον ἐν ταῖς εἰρημέναις πραγματείαις γυμνάσηται· καὶ μάλιστα τῇ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν. ἐπειδὰν γὰρ ἔμφραξίς τις ᾖ μετρία, δι' ἣν ἐπύρεξαν οἱ κακόχυμοι, κατὰ μὲν τὴν πρώτην καὶ δευτέραν ἡμέραν, ἄχρι τινός, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σφυγμῷ τὸ τῆς σήψεως σημεῖον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς οὔροις τὸ τῆς ἀπεψίας. μηκυνομένης μέν τοι τῆς παρακμῆς, καὶ μηκέτ' ἀνάλογον ἐνδιδούσης ὥσπερ ὑπήρξατο

μετὰ τὴν ἀκμὴν, ὕποπτός ἐστιν ἡ διάθεσις, ὥσπερ ἐφ' ὧν ἐπείγεται πρὸς τὴν λύσιν, ἀτμοί γέ τινες, ἢ νοτίδες, ἢ ἱδρῶτες ἐξεκρίθησαν, ἢ οὖρα πλείω χρηστὰ, μετὰ τῶν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς σημείων ἀγαθῶν ὑπαρχόντων, ἐφήμερός ἐστι βεβαίως ὁ πυρετός. ἀλλ' ὅ γε διὰ μικρὰν ἔμφραξιν ὅμοιος μὲν τοῖς ἐφημέροις ἐστὶν, ὡς εἴρηται, κατά γε τὰ πρῶτα, μηκυνομένης δὲ τῆς παρακμῆς, ὕποπτος γίνεται, κἂν μηδέπω τὸ τῆς σήψεως σημεῖον ἐμφαίνηται τοῖς σφυγμοῖς· ἐὰν γὰρ μὴ διαπνευσθῇ τελέως, ἀναγκαῖόν ἐστι σαπῆναι τὴν κακοχυμίαν. ἵν' οὖν διαπνεύσῃ, μείζονος ἡμῖν ἤδη βοηθείας ἐστὶ χρεία. εἰ μὲν οὖν ἤτοι παιδίον, ἢ γέρων εἴη, φλεβοτομεῖν οὐκ ἔτ' ἐγχωρεῖ· μεταξὺ δὲ τῶν ἡλικιῶν τούτων, ῥώμης παρούσης τῷ κάμνοντι, φλεβοτομητέον, εἰ καὶ τὰ τοῦ πλήθους ἀπείη σημεῖα. βέλτιον γὰρ ἐκκενώσαντα τὸ πλέον τῆς κακοχυμίας, ἐπὶ τὸ διαρρύπτειν τὰς ἐμφράξεις ἰέναι· κίνδυνος γὰρ ἐκφραττόντων, πρὶν ἐκκενῶσαι, σφηνωθῆναι μᾶλλον αὐτάς. ἐκφράττουσι μὲν οὖν αἱ ῥυπτικαὶ δυνάμεις, ἔξωθέν τε προσπίπτουσαι τῷ δέρματι, καὶ εἴσω τοῦ σώματος λαμβανόμεναι. κίνδυνος δὲ, καὶ τὰς ἐκτὸς ἑλκούσας, ἅμα τοῖς ἐμφράττουσι, συνεπισπᾶσθαί τι καὶ ἄλλο· καὶ τὰς ἔνδοθεν ἀναφερομένας, ἑαυταῖς συνεπισύρεσθαί τι τῶν ἐν τοῖς ἀγγείοις. ὅπερ εἰ μὲν γλίσχρον, ἢ παχὺ τύχοι, διπλασιάσει τὴν ἔμφραξιν· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τῷ πλήθει γε πάντως οὐ σμικρὰ λυπήσει. φαίνεται γὰρ ἐνίοτε καὶ τὸ πολὺ ῥυὲν ἀθρόως, οὐδὲν ἧττον ἐμφράττεσθαί τε καὶ σφηνοῦσθαι τῶν γλίσχρων καὶ παχέων· εἰ δὲ καὶ διὰ πόρων στενῶν ἡ διέξοδος εἴη, πολὺ δὴ μᾶλλον ἴσχεσθαι. ὅπως οὖν ἀσφαλὴς καὶ τούτοις ἡ φορὰ, καὶ τοῖς ἔξωθεν ἡ ὁλκὴ γίγνοιτο, χρησιμώτατόν τε ἐστὶ κενῶσαι τὸ σῶμα. καὶ μέντοι καὶ τὰ διαπνεόμενα τῶν χυμῶν καπνώδη καὶ λιγνυώδη περιττώματα, μειωθέντων αὐτῶν ἐλάττω γίγνοιτο ἄν. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο βραχύτερον ἔσται τὸ πυρετῶδες θερμὸν, ὡς ἐγχωρεῖν αὐτὸ διαπνεῖν εἰς τοὐκτὸς, εἴπερ εἶεν αἱ ἐμφράξεις βραχεῖαι. ὅταν οὖν ποθ' ὑπονοήσῃς ἐστεγνῶσθαι τὸ δέρμα δι' ἔμφραξιν, ἔκ τε τοῦ μὴ γίγνεσθαι κατὰ τὴν παρακμὴν τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ κενώσεις ἀξιολόγους, καὶ διαμένειν ὁμοίαν ἑαυτῇ τὴν παρακμὴν, εἰ μὲν ἀπὸ μηδενὸς τῶν προφανῶν αἰτίων ἐπύρεξεν ὁ ἄνθρωπος, ἔτι καὶ μᾶλλον ἂν εἴη σοι βεβαιοτέρα τῆς ἐμφράξεως ἡ διάγνωσις· εἰ δὲ ὑπό τινι τῶν προφανῶν, οὐκ ἀδύνατον ἅμα συνεληλυθέναι διττὰς αἰτίας. εἰ γὰρ ἡ ἑτέρα μόνη τῶν αἰτιῶν ἡ ἐκ τοῦ προκατάρξαντος αἰτίου ἦν, ἐμειοῦτο ἂν ἡ παρακμὴ, σὺν αἰσθηταῖς ἐκκρίσεσιν. οὐκοῦν ἀναβάλλεσθαι τῶν τοιούτων ἀρρώστων ἀφαιρεῖν αἵματος, ἀνάλογον τῇ τε δυνάμει, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐμφράξεως. ἔνδειξις δὲ τοῦ ποσοῦ τῆς ἐμφράξεως, ἐκ τοῦ μεγέθους ἔσται τοῦ κατὰ τὸν πυρετόν· μείζων μὲν γὰρ ἐπὶ ταῖς σφοδροτέραις ἐμφράξεσιν, ἐλάττων δ' ἐπὶ ταῖς μικροτέραις συμπίπτει. κενώσαντα δὲ τὸ σύμμετρον, οὐ μετὰ πολὺ διδόναι τῶν ῥυπτικῶν τινα τροφῶν ἢ φαρμάκων. ἔστι δ' οὐ πολλὰ τὰ τοῦτο δυνάμενα ποιεῖν ἐν πυρετοῖς. ἀλλ' ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, ἐν τῷ τροφῆς μὲν λόγῳ, ἡ πτισάνη τ' ἐστὶ, καὶ μελίκρατον· ἐν φαρμάκοις δὲ, τό τε ὀξύμελι, καὶ ὅσα τῷ μελικράτῳ συνεψεῖν οἷόν τε, ὡς καλαμίνθη, καὶ ὕσσωπον, καὶ ὀρίγανον, καὶ ἕρπυλον, καὶ ἶρις, καὶ σέλινον. ἀλλὰ ταῦτά γε πάντα, πλέον ἢ δεῖ θερμὰ, καὶ διὰ τοῦτο ἐξάπτει τοὺς πυρετοὺς, ὥσπερ οἶνος. ὀξύμελι δὲ μόνον, οὔτε τοὺς πυρετοὺς ἐξάπτει, καὶ ῥύπτει γενναίως, ὡς διαλύειν μὲν ὅσα γλίσχρα, καὶ παχέα, τοὺς πόρους δ' ἐκφράττειν. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ μελικράτου τε καὶ ὀξυμέλιτος, εἴη

A rem inceperat, cedente, suspectus affectus est; veluti *è diuerso*, in quibus ad solutionem festinat, vel halitus aliqui, vel madores, vel sudores exierunt, vel multa bona vrina, cum signis in pulsu bonis, in ijs procul dubio diaria febris est. Sed, quæ ex parua oritur obstructione, ea (vt dictum est) saltem inter initia similis diarijs est, protracta tamen declinatione, suspecta redditur, quanuis putredinis indicia in pulsu adhuc non appareant; quippe, nisi vitiosus humor penitus transpiret, necesse est putrefiat. Ergo, vt transpiret, maiore iam auxilio est

B opus. Ac, siquidem, vel puer, vel senex sit, sanguinem detrahere nõ licet; inter has ętates, vbi robur ægro nõ deest, secanda vena est, etiam si plenitudinis signa nõ adsunt. Præstat enim vitiosi humoris maiore parte emissa ad detergẽdas obstructiones accedere; quũ alioqui metus sit si obstructionibus liberandis, priusquàm vacuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas. At soluunt quidem obstructiones, quæ detersoriam facultatem obtinẽt, seu foris cuti sint admota, seu intrò in corpus accepta. Periculum verò est etiam, ne quæ foras trahunt, vnà cum ijs, quæ obstruũt, etiam aliud quippiam attrahant; &, quæ ab interno sursum feruntur,

C aliquid secum in ijs, quæ in vasis continentur rapiant. Quod ipsum si tenax sit vel crassum, obstructionem planè geminabit; sin aliter, multitudine certè sua non parum omninò nocebit. Cernimus enim aliquando, etiam quod multum est, cum simul totum confluit, obstruendo hærere, infigíque non minus quàm, ea quę glutinosa sunt & crassa; quòd si per meatus angustos est transitus, multo profectò magis retineri. Quò igitur & his iter liberum, & ijs quæ foris admouentur, attractio tuta sit, vtilissimũ est corpus inanisse. Quinetiam fumosa, fuliginosáque humorũ excremẽta, quæ *per cutim exhalãt, succis* ipsis imminutis pau-

D ciora restabunt. Quare inde quoque minor reddetur febrilis calor, sic vt foras euanescere, si exiguæ obstructiones sint, queat. Ergo, quum suspicio erit cutim esse ex obstructione præclusam, (id quod tum ex eo conijcies, quòd non fuerit in primæ accessionis remissione vacuatio satis magna, tum quòd similis sibi perdurauerit remissio) si homo ex nulla manifesta febricitauit causa, etiam certiorem obstructionis dignotionem habes; sin ex euidenti aliqua causa, fieri potest, vt duæ si-

E mul coierint causæ. Nam, si altera tantùm causarum quam externa impressit, subesset, imminuta remissio fuisset cum sensibili alicuius excretione; haudquaquam igitur differendum est sanguinem ita laborantium mittere, tum ad virium, tum ad obstructionis magnitudinis proportionem. Indicetur autem obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris; vt quæ ex maiore obstructione maior, ex minore minor inciderit. Vbi verò modicè vacuaueris, haud multo post, aut nutrimentum aliquod, aut medicamentum ex ijs, quæ detergeant, exhibebis. Sunt porrò nõ multa, quæ

F in febribus id pręstent. Sed, sicut dictum priùs est, in alimentorum ratione sunt ptisana, & mulsa; in medicamentorum, oxymeli, & quæcunque incoquere in mulsa licet, ceu calamintha, & hyssopum, & origanum, & serpillum, & iris, & apium. Verùm hæc omnia iusto sũt calidiora, ideóque febres accẽdunt, vt vinum. Oxymeli verò solum nec febres accendit, & strenuè deterget, sic vt ea quæ glutinosa crassáque sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. At inter mulsã, & oxymeli

meli, medium locũ habet, quod apomeli dicitur, cuius plurimus in Peloponneso est vsus. Non immeritò, arbitror, & saccharũ inter hæc numerandum. Ex hoc victu seruabis, quantum de febrili calore minuitur. Etenim si tertio die manè videris minimum esse, quod de febre relinquitur; ac neque putredinis humorum in pulsu nota subsit, neque in vrina cruditatis; suspecta verò hora, qua primo die febris inuasit, extra meridiem nota sit, audacter hominem quàm ocyssimè lauabis longè ante sextam horam. Abundè tamen sit si intra tertiam horam lauationem compleueris. Ad eundem modum, & si decimam horam suspectam habueris, vsque ad septimam laues, licet; quum tres æquinoctiales horas quatuórve inter balneum accessionísque tempus interponi, abundè sit satis. Debet autem in balneo corpus priùs vnctum, ac moderatissimè frictum, mox detergeri extrinsecus, abluíque. Sanè detergentium materiam expositam habes in commentarijs ijs, qui de medicamentis sunt conscripti. Deligenda verò semper sunt, quæ ad rem propositam sint accommoda; quippe distincta in his sunt, tum quę magis, tũ quæ minus, detergent. Sed & nunc exẽpli causa pauca dicemus. Moderatissimè detergent, tum erui farina, tum hordei, tum fabarum, præterea mulsa aquosa; magis verò quàm hæc, iris & panacis radix, & aristolochia, & mulsa, quæ mediocri est mixtura, veluti etiam hac magis, quæ meracissima est. Fit hæc, vbi mixta melli exigua est aqua, sic vt liquatum mel exiguos cutis meatus facilè ingredi possit. Possunt autem vel hac magis detergere, tum spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrum. Si autem nitrum, opus est eo, quod ex tenuibus partibus constet, cuiusmodi Berenicium est; si verò lapidosum sit, viri id læuigaríque diligenter debebit. Mel autem purissimum, acerrimúmque, cuiusmodi est Hymettium. Est autem & sapo nominatus ex ijs, quæ maximè detergere valeant. Atque hęc satis multa detergentium materiæ exempla sunt. Tempestiuum enim est iam ad ea, quæ post balneum adhibentur, accedamus. Sunt autẽ ea minimè multa; nam præter aquam, quæ parum apij incoctum in se habuerit, nihil his est offerendum, licet quod inter balneum, & suspectas horas spatium erit, trium fore horarum coniiciamus. Si vero citra vesperam, aut duabus horis citius, quàm primo die, accessio inuadet, tum lauisse manè liceat, tum cibasse, sed tantùm ptisanæ cremore. Deinde, si suspectæ horæ nihil prorsus afferant, & lauare rursus, si velit, licet, & cibare, ad eas, quas diximus, considerationes intento. Sin aliquid eueniat, & conferendum id est cum accessione, quæ primo die inciderat, & tum vrinæ considerandæ, tum pulsus sunt; quæ omnia profectò mediocria apparebunt, vbi exigua relinquitur obstructio. Quare ipsum, & lauabis quarto die, & cibabis iam dictos scopos habens; sperabísque nihil quinto die superuenturum. At si magna obstructio facta sit, ea febris ex diariatum genere non erit. Quare in proximũ differatur sermonem, quum in hoc de diarijs tantùm agere statuerimus.

CAPVT V.

De Diarijs febribus, quæ superueniunt cruditatibus ciborum.

QVoniam igitur diariæ febres, in propositis corporum temperamentis, sæpenumerò

ἂν τὸ καλούμενον ἀπόμελι, χρῶνται δ' αὐτῷ κατὰ τὴν Πελοπόννησον πλεῖστον. θείη δ' ἄν τις οὐκ ἀλόγως, οἶμαι, καὶ τὸ σάκχαρ ἐν τοῖς τοιούτοις. ἐπὶ δὲ τῇ τοιαύτῃ τροφῇ, παραφύλαττε, πόσον ἀφαιρεῖται τῆς πυρετώδους θερμασίας. εἰ γάρ σοι φαίνοιτο κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν ἕωθεν ἐλάχιστόν τι λείπεσθαι τοῦ πυρετοῦ· μήτε τοῦ τῆς σήψεως τῶν χυμῶν σημείου παρόντος ἐν τοῖς σφυγμοῖς, μήτ' ἐν τοῖς οὔροις τοῦ τῆς ἀπεψίας· ἡ δ' ὕποπτος ὥρα καθ' ἣν εἰσέβαλεν ὁ πυρετὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, ἐξωτέρω τῆς μεσημβρίας εἴη, θαῤῥῶν λοῦε τὸν ἄνθρωπον, ὅσον οἷόν τε τάχιστα, πρὸ πολλοῦ τῆς ἕκτης ὥρας. ἱκανὸν δὲ κἂν ἐντὸς τρίτης ὥρας ξυμπληρωθῇ τὸ λουτρόν. οὕτω δὲ καὶ εἰ δεκάτην ὥραν ὑποπτεύοις, ἄχρι τῆς ἑβδόμης λούειν ἐγχωρεῖ, τριῶν ἢ τεττάρων ὡρῶν ἰσημερινῶν αὐταρκεστάτων οὐσῶν εἰς διάστημα τοῦ τε βαλανείου, καὶ τοῦ παροξυντικοῦ καιροῦ. χρὴ δ' ἐν τῷ βαλανείῳ, προαλείψαντα καὶ προανατρίψαντα μετριώτατα διαῤῥύπτειν τε καὶ ἀποπλύνειν ἔξωθεν τὸ σῶμα. τὴν δ' ὕλην τῶν ῥυπτικῶν, ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασιν ἔχεις. ἐκλέγειν οὖν ἐκεῖθεν δεῖ τὰ πρὸς τὸ παρὸν ἁρμόττοντα· διῄρηται γὰρ ἐν αὐτοῖς ὅσα τε μᾶλλον αὐτῶν, ὅσα θ' ἧττον ῥύπτει. λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν ἕνεκα παραδείγματος ὀλίγα. μετριώτατα μὲν οὖν ῥύπτει, τό τε τῶν ὀρόβων ἄλευρον, καὶ τὸ τῶν κριθῶν, καὶ τὸ τῶν κυάμων, ἔτι καὶ τὸ μελίκρατον τὸ ὑδαρές· μᾶλλον δὲ τούτων, ἶρις, καὶ πάνακος ῥίζα, καὶ ἀριστολοχία, καὶ τὸ μέτριον ἐν τῇ κράσει μελίκρατόν ἐστιν, ὥσπερ γε καὶ τοῦδε μᾶλλον ὅταν ἀκρατέστατον ᾖ. γίνεται δὲ τοιοῦτο, τῷ μέλιτι μιχθέντος ὕδατος βραχέος, ὡς χυθὲν, τοῖς μικροῖς τοῦ δέρματος εὐκόλως ἐνδῦναι πόροις. ἔτι δὲ τοῦδε μᾶλλον ὁ ἀφρὸς τοῦ νίτρου, καὶ τὸ νίτρον αὐτὸ, καὶ τὸ ἀφρόνιτρον. εἶναι δὲ χρὴ τὸ μὲν νίτρον λεπτομερὲς, οἷόν περ ἐστὶ τὸ Βερενίκιον· εἰ δὲ τὸ λιθῶδες εἴη, κόπτειν τε καὶ λειοῦν ἀκριβῶς αὐτό. μέλι δὲ τὸ καθαρώτατον καὶ δριμύτατον, οἷόν περ ἐστὶ τὸ Ὑμήττιον. ἔστι δὲ δήπου καὶ ὁ σάπων ὀνομαζόμενος ἐν τοῖς μάλιστα ῥύπτειν δυναμένοις. ἅλις ἔστω σοι παραδειγμάτων, τῆς τῶν ῥυπτόντων ὕλης. μετιέναι γὰρ ἤδη καιρὸς ἐπὶ τὰ μετὰ τὸ λουτρόν. ἔστι δ' οὐ πολλά· πλὴν γὰρ ὕδατος, ἔχοντος ἐναφηψημένον αὐτῷ σέλινον ὀλίγον, οὐδὲν αὐτοῖς δοτέον, κἂν τὸ μεταξὺ τοῦ τε λουτροῦ, καὶ τῶν ὑπόπτων διάστημα τριῶν ὡρῶν ἔσεσθαι στοχαζώμεθα. περὶ μέν τοι τὴν ἑσπέραν, ἢ θᾶττον ὥραις δυοῖν τοῦ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν εἰσβεβληκότος παροξυσμοῦ, καὶ λοῦσαι δυνατὸν ἕωθεν, καὶ θρέψαι μόνον πτισάνης χυλῷ. εἶτα εἰ μὲν μηδόλως ἐνέγκοιεν αἱ ὧραί τι, λούειν αὖθις εἰ βούλοιτο, καὶ τρέφειν, ὧν εἴρηκα σκοπῶν ἐχόμενον. εἰ δέ τι γίνοιτο, παραβάλλειν τε τοῦτο τῷ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν παροξυσμῷ, συνεπισκοπεῖσθαί τά τε οὖρα, καὶ τοὺς σφυγμούς· ἅπαντα δὲ δήπου φαίνεταί σοι μέτρια, βραχείας ὑπολειπομένης ἐμφράξεως, ὥστε καὶ λούσεις τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν αὐτὸν, καὶ θρέψεις τῶν εἰρημένων σκοπῶν ἐχόμενος· ἐλπίσεις τε μηδὲν ἔτι τῇ πέμπτῃ συμπεσεῖσθαι. μεγάλης δὲ τῆς ἐμφράξεως γεγενημένης, οὐκέτ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐκ τῶν ἐφημέρων εἴη πυρετῶν. ὥστε εἰς τὸν ἑξῆς ἀναβεβλήσθω λόγον, ἐν γάρ τοι τῷδε, περὶ τῶν ἐφημέρων μόνων πρόκειται διελθεῖν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε.

Περὶ ἐφημέρων πυρετῶν ταῖς τῶν σιτίων ἀπεψίαις ἐπιγινομένων.

ΕΠεὶ τοίνυν ἐφήμεροι πυρετοὶ, ταῖς ὑποκειμέναις κράσεσι τῶν σωμάτων ἐπιγίγνονται πολλάκις, καὶ

ἀπεψίαις σιτίων, ἑξῆς ἂν εἴη περὶ αὐτῶν διελθεῖν. χειρίστη μὲν οὖν ἐστιν ἐν ταῖς τοιαύταις κράσεσιν, ἀπεψία, καὶ τάχιστ' ἀνάπτει πυρετὸν, ἐν ᾗ διαφθείρεται τὰ σιτία πρὸς τὸ κνισῶδές τε καὶ καπνῶδες· ὡς ἥγε εἰς ὀξύτατον τρέπουσα, σπανιάκις τε γίγνεται ταῖς τοιαύταις φύσεσι, καὶ ἧττον βλάπτει. λεχθήσεται δὲ περὶ ἑκατέρας ἰδίᾳ ἡμῖν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς πλειστάκις τε γιγνομένης αὐτῆς, καὶ μᾶλλον βλαπτούσης, ποιησαμένοις. ἔστι δ', ὡς εἴρηται, κνισώδης τέ τις αὕτη, καὶ καπνώδης, ἔλαττον μὲν ὑπάρχουσα κακὸν, εἰ καταρρήξειεν ἡ γαστήρ· οὐ μικρὸν δὲ, εἰ ἐπισχεθείη. πυρέττουσι γὰρ ἐπὶ ταῖς ἐπισχέσεσιν αὐτῆς ἑτοίμως αἱ κακόχυμοι φύσεις, καὶ μάλιστα ὅταν ἐπὶ τὰς συνήθεις τράπωνται πράξεις, ὑπεριδόντες τοῦ μένειν ἔνδον ἐφ' ἡσυχίας ἐν τῇ στρωμνῇ. πυρέττουσι δ' ἔνιοι καὶ τῶν ἁλόντων διαρροίαις ἐπ' ἀπεψίᾳ, συναυξανομένης αὐτοῖς τῆς πυρετώδους διαθέσεως, οὐχ ἥκιστα κἀκ τοῦ πλήθους τῶν διαχωρήσεων. εἰ δὲ καὶ δῆξίς τις, ἢ πόνος, ἢ θερμότης ἄμετρος ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ τὰ ἔντερα γένοιτο, πολὺ δὴ μᾶλλον ἐντεῦθεν ἡ πυρετώδης αὐξάνεται διάθεσις. ἴασις δ' οὐχ ἡ αὐτὴ τῶν ἐπισχεθέντων, τοῖς ἐκκρίνουσι· λεκτέον οὖν περὶ ἑκατέρων ἐν μέρει· φανεῖται γὰρ οὕτως, οὐ μόνον ὅπῃ διαλλάττουσιν, ἀλλὰ καὶ ὅσον ἐν ἀμφοτέροις κοινόν. εἰ μὲν δὴ φαίνοιτο μόνα τὰ διεφθαρμένα κεκενῶσθαι, λουτέον τ' ἐστὶ, καὶ θρεπτέον ἐν τῇ παρακμῇ τοῦ πυρετοῦ, πρόνοιάν τινα τῶν κατὰ τὴν γαστέρα ποιησαμένοις πρότερον. εἰ δ' οὕτως εἴη πολλὴ κένωσις, ἤτοι γεγονυῖα πρόσθεν, ἢ καὶ νῦν ἔτι γιγνομένη κατὰ τὸν ἄνθρωπον, ὡς κεκμηκέναι τὴν δύναμιν, ἄμεινον θρέψαι χωρὶς τοῦ λοῦσαι, προνοησαμένους τῶν κατὰ τὴν γαστέρα. πρόνοια δ' ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων, εἰ μὲν μηκέτι γίγνοιτο κένωσις, ἐμβροχὴ δι' ἐλαίου τε καὶ ἀψινθίου· χρὴ δὲ προδιαβρέχειν ὕδατι ζέοντι τὸ ἀψίνθιον, ὅπως μὴ κνισωθείη. καὶ εἴ γέ τις αἴσθησις ὑπολείποιτο κατὰ τὴν γαστέρα, δήξεως ἢ πόνου, πίλημα μετὰ τὴν ἐπιβροχὴν ἤτοι θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἢ βεβρεγμένον μὲν ἐλαίῳ ἐν ᾧ τὸ ἀψίνθιον ἀπεζέσθη, τὸ πλεῖστον δ' ἐκπεπιεσμένον ἐπιβάλλειν χρή. κάλλιον δ', εἰ παρείη μύρον νάρδινον ἐπιμελῶς ἐσκευασμένον, ἐν ἐκείνῳ δεύσαντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιτιθέναι τὸ πίλημα. καὶ πολύ γε κάλλιον, εἰ πορφύρα τοῦτ' εἴη θαλαττία· καὶ κάλλιστόν γε εἰ Τυρία ἀρίστη τυγχάνοι· λεπτομερεστέραν γὰρ ἔχει τὴν στύψιν ἥ τε τοιαύτη πορφύρα, καὶ ἡ ἀρίστη νάρδος, ὥστε διὰ τοῦ βάθους διεξέρχεσθαι τῶν κατὰ τὴν γαστέρα σωμάτων, ἡ δύναμις αὐτῶν, ξηραινόντων, καὶ θερμαινόντων, καὶ τονούντων. εἰ δ' ἀτονώτερον ὑπάρχει τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ὃ δὴ καὶ στόμαχον ὀνομάζειν εἰθίσμεθα, καταχρώμενοι τῇ προσηγορίᾳ, καὶ τῆς Χίας μαστίχης ἐν τῇ νάρδῳ λεάναντες, ὡς γλοιῶδες γενέσθαι, δεύσαντες ἐξ αὐτοῦ, τὴν πορφύραν ἐπιθήσομεν. ἔστω δὲ θερμὸν ἱκανῶς ἕκαστον τῶν τοιούτων κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολήν· ἐκλύει γὰρ ἅπαντα τὰ χλιαρὰ τὸν τόνον τῆς γαστρός. οἶσθα δὲ καὶ ὡς ἐπ' ἀγγείου διπλοῦ, προϋποβεβλημένου, κατὰ τὸ ἕτερον αὐτῶν τὸ μεῖζον ὕδατος ζέοντος, ἔθος ἡμῖν ἐστι θερμαίνειν τὰ μύρα· διαφθείρεται γὰρ ἡ δύναμις αὐτῶν ἑτέρως θερμανθέντων. ἔτι δὲ ὑπιούσης τῆς γαστρὸς, ἄμεινον χρῆσθαι μηλίνῳ καλλίστῳ τε καὶ προσφάτῳ, τὸν αὐτὸν τρόπον τῇ νάρδῳ. χρήσιμον δ' εἰς τὰ τοιαῦτα σύμπαντα, καὶ τὸ μαστίχινον. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὰ τῆς τρυφῆς ἕνεκα τῶν διατεθρυμμένων γυναικῶν σκευαζόμενα μύρα, ταυτὶ τὰ πολυτελῆ, χρήσιμα πρὸς τὰς τοιαύτας διαθέσεις τῆς γαστρός, ἅπερ ἔοικεν, ὑπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς εὑρεθέντα, καὶ τὰς προσηγορίας ἔχειν

A etiam ciborum cruditatibus succedunt, proximum fuerit de ipsis disserere. Ergo pessima quidem in eiusmodi temperamentis cruditas est, citissiméque febrem accendit, in qua cibi in nidorulentam, & fumosam qualitatem corrumpuntur; quando ea, quæ in acidam vertit, vt rarissimè talibus naturis cõtingit, ita minus nocet. Dicemus autem de vtraque seorsum, incipientes ab ea, quæ sæpiùs his incidit, & magis lædit. Ea est (vt diximus) nidorosa quædam, ac fumosa; quæ vtique, si aluus lubrica sit, minus est noxia; sin adstringitur, grauis est. Siquidem ex adstrictione B eius vitiosæ naturæ in febres prõptè incidunt, ac potissimùm, quum neglecto consilio in lectulo domi manendi, ad solita conuertuntur opera. Febricitant autem nonnulli, & ex ijs, quos diarrhœa ex cruditate malè habet; quibus vtique non minimè increscit febrilis affectio, & ex desurgendi frequentia. Quod si etiam rosio, aut calor immodicus in ventriculo, & intestinis sit, hinc vel longè magis affectio febrilis increscit. Est autem eorum, quibus suppressa aluus est, & quibus fluẽs, non eadem sanatio; itaque etiam seorsum de vtrisque agetur; apparebit enim sic *tractantibus* C non solùm, quatenus differunt, sed etiam quantum ambobus sit commune. Si igitur ea tantùm, quæ corrupta fuere vacuata esse videntur, tum lauandum, tum nutriendum in remissione febris est, sed si ijs, quæ circa ventriculum, sunt priùs consulueris. Sin ita multa inanitio, aut priùs facta sit, aut nunc etiam in homine duret, vt virtus iam defessa sit, satiùs est omissa lauatione, cibare, sed consultis priùs ijs, quæ circa ventrem sunt. Consuletur ita laborantibus, si modò vacuatio ampliùs non duret, perfusione ex oleo, & absin-D thio; expedit autem priùs irrorari absinthium, quominus nidore offendat, feruenti aqua. Quòd si quis morsus, aut doloris sensus, in ventriculo adhuc supersit, incingi illi peniculus post perfusionem debebit, qui vel siccus, & calidus sit, vel ex oleo, in quo absinthium incoctum fuit, madens, ac plurimum expressus. Satiùs autem fuerit, si nardini vnguenti, quod curiosè sit factum, facultas sit, ex eo peniculum eodem modo imbutum *ventri* admouere. Iam multo etiam satiùs sit, si purpura marina is sit; atque etiam lon-E gè optimum, si optima sit Tyria; quippe tenuiorem adstringendi vim habet, tum ea purpura, tum optima nardus, ita vt vis earum siccando, calefaciendo, ac robur inferendo, in corpora, quæ circa ventriculum habentur, altè penetrare possit. Quòd si os ventriculi (quod stomachũ appellare solemus, abutentes nimirũ appellatione) imbecillius sit, etiã tanta portione Chiæ mastiches in nardino tunsa, vnde sordiũ crassitudo existat, madefactã ex eo purpurã imponemus. Esto autẽ abundè calens taliũ quodque, quũ primùm imponitur; quippe, quæ tepida sunt omnia ventriculi firmitu-F dinẽ dissoluunt. Non autem te fugit solere me vnguenta calefacere in vase duplici, cõiecta priùs in vas maius, aqua feruente; nam aliter calefactis vitiatur eorũ facultas. Ceterùm fluente adhuc aluo, vtilius est optimo recentéq; melino simili modo, quo nardino, vti; vtile autem ad omnia talia est, & mastichinum. Non in postremis accommodata sunt eiusmodi ventriculi affectibus, & vnguenta ea, quæ in gratiam delicatarum mulierum fiunt; hæc, inquam, pretiosa, quæ Romanorum luxus videtur inuenisse, appellationésque Romanas

Romanas dedisse; nominantur enim tum spicata, tum foliata. Si verò, qui ægrotat fasciam non ferat, siue ob consuetudinem, siue delicias recuset, licet cerato idem efficere. Est autem in eiusmodi vsum optimũ, quòd ex cera fit Tyrrhenica in vnguẽto nardino liquata, cui cerato postquam refrigeratum ac derasum est aloes, ac mastiches pertritus puluis est admixtus. Debet autẽ singulorum hic esse modus; ceræ, ac nardi partes pares; aloes partem octauam; sic etiã & mastiches, vel (si placet) huius paulò aliquid plus. Quod si cerato aliquid è sumptuosis his vnguentis admisceas, præstantius medicamentum habebis. Si autem ventriculus intus vritur, ita vt affectus quidã phlegmonæ similis in eo consistere videatur, vtilius est ceratum, quod ex melino conficitur. Sunt porrò alia medicamenta non pauca, alia quidem ex œnanthe, alia ex hypocistide, & balaustiis, & palmularum carne confecta, quæ ventriculo tum refrigerando, tum verò firmando, sint idonea. Horum ergo, quod ad rem præsentem sit commodissimum, id deliges, ijs, quos memorauimus, scopis intentus. Cibandi verò deinceps his sunt; fluente quidem etiamnum ventre, polenta, & pane, quem oxylipem vocant, qui minimum aceti habeat, non sicuti in dysenteria, & diutina diarrhœa præparare solemus. Inspergere autem polentam debebis aliàs aqua calida vbertim; aliàs, vbi, venter adhuc plus iusto excernit, vel mali punici, vel pyrorum, vel malorum succo, potissimum cotoneorum. Quod si iucundius laboranti *erit*, etiam decocto ex pyris, aut malis, aut myrtis, præparato, polentam insperges. Sin venter non ampliùs excernit, suffecerit, tum alica similiter ptisanæ præparata, hoc est aceti habens pauxillum; tum ex ea sine aceto sorbitio; tum gallinaceorum testiculi; & saxatiles ex albo iure pisces; præterea fructuum aliquis ex ijs, qui adstringant, vel solus, vel cum pane. Hos verò, vel magis etiam ventre adhuc fluente dabis. Quòd si appetentia careant, sic vt cibos auersentur (incidit nanque id non paucis eorum, quos diarrhœa ex cruditate malè habet) etiam de medicamento, quod ex succo fit cotoneorum, vnum, aut duo cochlearia danda his sunt; aut, si huius copia non est, eius, quod ex carne eorum componitur. Tradita verò eius generis medicamentorum compositio est in libris De tuenda sanitate. Atque ita quidem in prima remissione, ijs qui ex cruditate febricitant, ventre excernente, mederi conuenit. Si verò omninò venter adstringitur, pertractatis priùs hypocondrijs, mox toto ventre, considerabis diligenter, num cibus in gracile intestinum, aut in colon descenderit. Deinde ægrum interrogabis, qua maximè in parte, vel morsum, vel grauitatem sentiat, qualésve habeat ructus. Vbi ex his compertum habueris, in quánam totius ventris parte nutrimentum consistat, si in superioribus partibus pendet, aliquid diatriompipereon dabis, non medicamentosi illius, sed eius, quod in opere de sanitate tuenda, ceu & simplicissimum, & ijs qui cruditate laborarent aptissimũ laudauimus; post deinde hypocondria, omnémque ventrem perfundes. Hoc verò, etiã si inferiùs descenderint, quæ vitiosa sunt, facies, pluris, minorisque ratione id varians; siquidem plus & temporis, & perfusionis exigunt ad præparationem eorũ, quæ deinceps sunt agenda,

A Ῥωμαϊκάς· ὀνομάζεται γέ τοι σπικᾶτα γε καὶ φουλιᾶτα. μὴ φερόντων δὲ τῶν καμνόντων τὴν ζώνην, ἤτοι γ' ἐξ ἔθους, ἢ τρυφῆς, ἐγχωρεῖ διὰ κηρωτῆς αὐτὴν ταὐτὸν. ἔστι δ' εἰς τὰ τοιαῦτα καλλίστη κηροῦ Τυῤῥηνικοῦ τηχθέντος ἐν μύρῳ ναρδίνῳ, ψυχθείσῃ καὶ ξυσθείσῃ τῇ κηρωτῇ μιχθείσης λείας ἀκριβῶς ἀλόης τε καὶ μαστίχης. ἑκάστου δὲ αὐτῶν τὸ πλῆθος εἶναι χρὴ τοσόνδε· κηροῦ μὲν καὶ νάρδου, τὸ ἴσον· ἀλόης δὲ, τὸ ὄγδοον· ὥσπερ οὖν καὶ τῆς μαστίχης, ἢ εἰ βούλει, βραχύ τι ταύτης πλέον.

B Εἰ δὲ καὶ τῶν εἰρημένων τι μύρων τῶν πολυτελῶν ἀναμίξαις τῇ κηρωτῇ, βέλτιον ἔσται σοι τὸ φάρμακον. ἐγκαιομένης δὲ τῆς γαστρὸς, ὡς καὶ φλεγμονώδη διάθεσιν ἐν αὐτῇ ξυνίστασθαι δοκεῖν, ἀμείνων ἡ κηρωτὴ ἡ διὰ τοῦ μηλίνου γιγνομένη. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα φάρμακα, τὰ μὲν δι' οἰνάνθης ἐστὶ, τὰ δὲ δι' ὑποκυστίδος, καὶ βαλαυστίου, καὶ φοινίκων σαρκὸς, ἐπιτήδεια καὶ ψύχειν τὴν γαστέρα, καὶ ῥώμην ἐντιθέναι. τούτων οὖν ἐκλέγου τὸ κάλλιστον εἰς τὰ παρόντα, πρὸς τοὺς εἰρημένους σκοποὺς ἀποβλέπων. τρέφειν δ' ἑξῆς τοῖσδε χρή· ῥεούσης μὲν

C ἔτι τῆς γαστρὸς, ἀλφίτοις τε καὶ τοῖς καλουμένοις ὀξυλιπέσιν ἄρτοις, ὀλίγιστον ὄξους ἔχουσιν, οὐχ ὡς ἐπὶ δυσεντερίας, ἢ χρονίας διαῤῥοίας εἰώθαμεν σκευάζειν. ἐπιπάττειν δὲ τὸ ἄλφιτον, ἐνίοτε μὲν ὕδατι θερμῷ δαψιλές· ἐνίοτε δ' ὅταν ἡ γαστὴρ ἔτι ἐκκρίνῃ πλέον τοῦ δέοντος, ἤτοι ῥοιᾶς, ἢ ἀπίων, ἢ μήλων χυλῷ, καὶ μάλιστα τῶν κυδωνίων. εἰ δ' ἥδιον τοῖς κάμνουσι, καὶ ἀφέψημά τι παρασκευάζοντας ἀπίων, ἢ μήλων, ἢ μύρτων, ἐπιπάττειν αὖθις τὸ ἄλφιτον. εἰ δὲ μηκέτ' ἐκκρίνει

D ἡ γαστὴρ, ὅ τε χόνδρος ἱκανὸς ὁμοίως ἠρτυμένος πτισάνῃ, τουτέστιν ὄξους ἔχων, τό τε δι' αὐτοῦ ῥόφημα χωρὶς ὄξους, οἵ τε ὄρχεις τῶν ἀλεκτρυόνων, καὶ οἱ πετραῖοι τῶν ἰχθύων ἐκ τοῦ λευκοῦ ζωμοῦ, καί τις τῶν στυφουσῶν ὀπωρῶν, καὶ μόνη, καὶ μετ' ἄρτου. ταύτας δὲ πολὺ μᾶλλον ἐπιδώσεις, ἔτι ῥεούσης τῆς γαστρός. εἰ δ' ἀνορέκτως ἔχοιεν, ὡς ἀπεστράφθαι τὰ σιτία, γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο πολλοῖς τῶν ἁλόντων διαῤῥοίαις ἐπ' ἀπεψίᾳ, τοῦ διὰ τῶν κυδωνίων μήλων χυμοῦ, προσδοτέον αὐτοῖς ὅσον κοχλιάριον ἓν ἢ δύο· εἰ δὲ μὴ παρείη τοῦτο, τὸ διὰ τῆς σαρκὸς

E αὐτῶν. εἴρηται δ' ἡ σύνθεσις τῶν τοιούτων φαρμάκων ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς. οὕτω μὲν ἐν τῇ πρώτῃ παρακμῇ τοὺς ἐπ' ἀπεψίᾳ πυρέξαντας ἰᾶσθαι προσήκει, τῆς γαστρὸς ἐκκρινούσης. εἰ δ' ἐπέχοιτο τελείως, ἐψαύμενος πρότερον τῶν ὑποχονδρίων, εἶθ' ὅλης τῆς γαστρὸς, ἐπισκέψαι σαφῶς εἰ ὑπελήλυθεν εἰς τὸ λεπτὸν ἔντερον, ἢ εἰς τὸ κῶλον, ἡ τροφή. κἄπειτ' ἐρώτησον ἑξῆς τὸν κάμνοντα κατὰ τί μὲν αἰσθάνεται μάλιστα μέρος, ἤτοι δήξεως, ἢ βάρους, ὁποῖαι δέ τινες αἱ ἐρυγαί. διαγνοὺς δ' ἐκ

F τούτων, ἐν ᾧ μάλιστα μέρει τῆς συμπάσης γαστρός ἐστιν ἡ τροφὴ, μετεώρου μὲν οὔσης ἔτι, τοῦ διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων διδόναι, μὴ τοῦ φαρμακώδους, ἀλλ' ὅπερ ἐπῃνέσαμεν ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς, ὡς ἁπλούστατόν τε, καὶ τοῖς ἠπεπτηκόσιν ἐπιτήδειον· εἶθ' ἑξῆς αἰονᾶν ὑποχόνδριά τε καὶ σύμπασαν τὴν γαστέρα. τοῦτο δὲ κἂν ἤδη κατωτέρω προήκῃ τὰ διεφθαρμένα, τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον διαλλάττοντα· πλέονος γὰρ δεῖται καὶ χρόνου καὶ καταντλήσεως εἰς τὴν παρασκευὴν τῶν ἐφεξῆς πρακτέων,

οἷς ἔτι μετέωρός ἐστιν ἡ διεφθαρμένη τροφὴ κατὰ τὴν γαστέρα. κινηθείσης δ' αὐτῆς ἀξιολόγως ἐπὶ τὰ κάτω, συμπαρέπεσθαι ἤτοι διὰ τῶν προσθέτων, ἢ διὰ κλυσμάτων πραέων, εἰ μὲν δῆξις συνείη, ταύτην πραΰνοντας· εἰ δ' ἐμπνευμάτωσις, ἐκείνην καθιστῶντας· εἰ δὲ μηδέτερον, ἐκ μέλιτος καὶ ὕδατος ἐλαίου τε βραχέως συντιθεμένου τοῦ κλύσματος. ἔνθα δὲ εἴη σφοδροτέρα δῆξις, ἔλαιον Σαβῖνον ἐπιτηδειότερον ἐνιέναι τηχθέντος στέατος ἐν αὐτῷ χηνός· εἰ δὲ μὴ παρείη τοῦτο, τοῦ τῆς ἀλεκτορίδος· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο, τοῦ τῆς αἰγός· ἀποροῦντες δὲ καὶ τοῦδε, κηροῦ βραχύ τι προσεπεμβάλλειν τῷ ἐλαίῳ, καὶ μᾶλλον εἰ πεπλυμένος εἴη. τὰς δὲ ἐμπνευματώσεις ἰᾶσθαι συνέψοντας τῷ ἐλαίῳ πηγάνου τέ τι καὶ τῶν ἀφύσων σπερμάτων, σελίνου, καὶ κυμίνου, καὶ μαράθρου, καὶ σίνωνος, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. κενωθείσης δὲ τῆς γαστρὸς, αὐτίκα τρέφειν, τὰ μὲν ἄλλα, παραπλησίως τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις, ἀφαιρεῖν δὲ τὰ στύφοντα. εἰ μὲν οὖν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν εἰς ἑσπέραν πραχθείη ταῦτα, ἢ νυκτὸς ὥρας ἡστινοσοῦν, προνοεῖσθαι χρὴ κατὰ τὰ παραπλήσια καὶ τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν· ἐν λούεσθαί γ' ἐν αὐτῇ συγχωρεῖν, ἐὰν ἀκριβῶς ἀπύρετος ᾖ. κᾄπειτα ἐὰν τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀλύπως ὑπνώσῃ, τελέως ἤδη νομίζειν ὑγιαίνειν αὐτόν. εἰ δ' ἡ μετὰ τὴν ἀπεψίαν ἡμέρα μετὰ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἐνέγκοι τὸν πυρετὸν, ὡς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν, προνοηθῆναί τε καὶ τραφῆναι τὸν ἄνθρωπον. ἐνέγκοι δέ τι εἰ καὶ ἡ διὰ τρίτης νὺξ βραχὺ πυρετῶδες, οὐδ' οὕτως χρὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ τούτους ἐπὶ τῆς ἐρχομένης ἡμέρας, καὶ λούειν, καὶ τρέφειν, ἅπαντά τε τ' ἄλλα ποιεῖν ἀνάλογον ἐπ' αὐτῶν, ὡς ἔμπροσθεν διήρηται. τὰς δ' εἰς ὀξεῖαν ποιότητα μεταβολὰς τῆς ἀπεπτηθείσης τροφῆς, οὔτε γιγνομένας ἐστὶν ἰδεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις φύσεσιν, ὅτι μὴ σπανίως, ἐπὶ τροφαῖς ἑτοίμως ὀξυνομέναις, οὔτε πυρετὸν ἀνάπτουσας ἐφήμερον, ὥσπερ οὐδὲ τὰς βραδυπεψίας· ὡς εἴ γέ ποτε διὰ τοιαύτην ἀπεψίαν πυρέξειαν αἱ πικρόχολοι κράσεις, ἐμφράξιν τε καὶ σῆψιν χυμῶν ὑποπτεύειν προσήκει, περὶ ἧς ἀκριβέστερον ἐξῆς δίειμι κατὰ τὸν περὶ σήψεως λόγον. νυνὶ δὲ τῇ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν διδασκαλίᾳ τοσοῦτον ἐπιπροσθεὶς, ἀπαλλάξομαι. καπνώδης ἀναθυμίασις οὐκ ἄν ποτε γένοιτο διὰ βραδυπεψίαν, ἢ ἀπεψίαν ὀξυρεγμιώδη. ψυχροὶ γὰρ ἀτμοὶ ἐκ τῶν τοιούτων χυμῶν ἀπορρέουσιν ὀλίγιστοι παντάπασιν, οὐκ ἀναθυμιάσεις πολλαὶ καπνώδεις τε καὶ λιγνυώδεις· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐπὶ τῶν ἐκτὸς, ἑτέρως ἐστὶν ἰδεῖν καπνὸν ἢ λιγνὺν, ἀλλὰ καπνὸν μὲν, ἐπὶ ταῖς ἡμικαύστοις, ὡς ἂν εἴποι τις, ὕλαις, λιγνὺν δὲ, ἐπὶ ταῖς ὑπεροπτηθείσαις τε καὶ καυθείσαις· ἔστι γὰρ ἡ μὲν λιγνὺς, ἀναθυμίασις γεώδης· ὁ δὲ καπνὸς, σύμμιξις ἐξ ὑδατώδους τε καὶ γεώδους οὐσίας· οὐ μὴν οὐδ' ὅπως χρὴ προνοεῖσθαι τῶν βραδυπεπτησάντων, καὶ ὀξῶδες ἐρυγγανόντων, ἀκούειν χρὴ ποθεῖν ἐν τῷδε· τῆς γὰρ ὑγιεινῆς πραγματείας ἐστὶν ὁ περὶ τούτων λόγος· ἐνταῦθα δὲ μόνον τῶν τοιούτων ἀπεψιῶν μνημονεύσομεν, αἷς πυρετὸς ἕπεται. ἐπεὶ τοίνυν ἐφήμερος μὲν οὐχ ἕπεται πυρετὸς ταῖς ὀξυρεγμιώδεσιν ἀπεψίαις, ὁ δὲ ἐπὶ σήψει χυμῶν ἕπεταί ποτε, δεόντως εἰς τὸν ὑπὲρ ἐκείνων λόγον ἀνεβαλλόμην περὶ τῶν τοιούτων ἀπεψιῶν ἐρεῖν· οὐδὲ τότε καθ' ὃν ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς τρόπον. ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ εἴπομεν ὁποῖα τινὰ χρὴ πρᾶξαι τὸν ἀπεπτήσαντα περὶ τὸν τῆς ὑγείας καιρόν· ἐνταῦθα δὲ, ὁποῖα κατὰ τοὺς ταῖς ἀπεψίαις ἀκολουθήσαντας πυρετούς.

quibus in superioribus ventris corruptum nutrimentum adhuc manet. Sin motum id notabiliter ad inferiora fit, adiuuandum, aut glande subdita, aut leui per inferius infusione est, vtique si morsus simul adsit, hunc mitigantibus; si flatus, hunc sedantibus; sin neutrum fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei id, quod subter infundetur, facientibus. Vbi verò vehementior morsus vrget, Sabinum oleum, in quo aliquid seui anserini sit liquatum, est vtilius; si verò eius copia non est, gallinacei seui; sin nec huius facultas est, caprini; quòd si huius quoque penuria est, inijciendum oleo parum ceræ est, potissimũ elotæ. Flatus verò sanandi sunt oleo, in quo ruta, & semina, quæ flatus discutiunt, fuere incocta, cuiusmodi sunt apij, & cumini, & marathri, & sinonis, aliâque id genus. Vacuata verò aluo, nutriendum protinus, in cæteris quidẽ ijs, quos memorauimus, similiter est, amotis tamen ijs, quæ adstringant. At, si quidem primo die ad vesperam hæc egeris, aut etiam noctis qualibet hora, etiam secundo die similem adhibebis prouidentiam; in quo etiam, si planè desijt febris, lauari hominem sines. Ac vbi in sequenti nocte, quietus citra offensam dormierit, sanum iam hominem prorsus existimabis. Si vero, qui cruditati successit, dies cum sequenti nocte febrem attulerit, veluti in secundo die, ita nunc, & accurandus, & nutriẽdus homo est. Si verò, & nox tertiæ diei febrile quiddam paululum afferat, ne sic quidem formidandum, sed hos quoque postridie lauabis, nutriesq; ac reliqua omnia in illis, vt ante definitum est, ad proportionem exequetis. Sanè mutationes crudi alimenti in acidam qualitatẽ, nec incidere in eiusmodi naturis cernuntur, nisi admodũ rarò, idque ex cibis, qui promptè acescũt; nec febrem accendere diariam, æquè, vt nec tarditas concoctionis; quando, sicubi propter talem cruditatem febricitant, quibus amara bilis in temperamento abundat, obstructionis, & humorum putredinis suspicio est, de qua postea diligentiùs definiam, cum de putredine agam. Nunc huic de diariis febribus disputationi hoc adiecto, ad alia transibo. Fumidus vapor ex tarditate concoctionis, aut cruditate, in qua ructus sentiuntur acidi, nunquã excitatur. Nam frigidi halitus talibus humoribus ascendunt, hique omninò paucissimi, minimè autem vapores multi fumidíque, ac fuliginosi; quum nec in ijs, quæ extra sunt, aliter aut fumum edi, aut fuliginem videas, quàm fumum ex materiis (vt quis dixerit) semiustis, fuliginem ex immodicè assis, vstísque; est nanque fuligo vapor terrestris; fumus mixtio quædam ex terrestri aqueáque substantia. Verùm non est, quòd hoc loco audire expectes, aut quemadmodum tardè concoquentibus, aut acidum ructantibus, sit prospiciendum; est enim de his tractatio ad opus de tuenda sanitate pertinens. Hic tantùm earum cruditatum mentionem faciemus, quas febris subsequitur. Quoniam igitur diaria febris cruditates, quæ cum acido ructu sunt, non sequitur; quæ verò ex putredine humorum oritur, ea quando sequitur, non sine ratione in eam tractationem, quæ de illis instituitur, distuli de his cruditatibus præcipere; sed ne tunc quidem eo modo, quo in sanitatis tuendæ libris. In illis enim diximus quænam per sanitatem agenda sint illi, qui cruditate laborat; hic verò, quænam in iis febribus, quæ cruditati superueniunt.

CAPVT VI.

Quo pacto, qui diaria ex bubone correpti sunt, sibi ipsis consulant, ac diatritarios vocatos irrideant.

DIcta mihi propè sunt de diariis febribus vniuersa, nam qui ex bubone febricitant, medicos, quòd sibi sit agendum, ne consulunt quidem; sed, vbi tum vlceri, quod bubonis occasio fuit, tum postea buboni ipsi prospexerint, in remissione eius, quæ inciderit, accessionis leuantur. Ac, si quis tum diatriton, vel nominet, omnes irrident, scholasticúmque, *seu malè feriatum* appellant, natura (puto) ipsa intelligentes id transmittēdum non esse, quod omninò non erit. Censéntque etiā in omnibus iis, quæ sensum fugiunt, tales debere esse medicos, quales ipsi sunt in iis, quæ sensui apparent. Porrò in omnibus tales esse, nihil est aliud, quàm intelligere, quando sit in tertio accessio futura, & quando futura non sit. Quinetiam qui refrixerunt, aut vsti sunt, aut fatigati, aut tale quippiam passi, postea verò febricitarunt, hi, vbi remissione talem status quietem, qualis erat per sanitatem, sentiunt, ne tunc quidem eos, qui diatriton nominent, ferre possunt. Quod enim vsurpare sæpè soleo, quemlibet priuatum qui secundum naturam se habeat, quouis sophista veriores opiniones habere, hoc etiam in diuinissima istorum diatrito videre licet, vt quæ ab omnibus, qui naturaliter se habent, sit irrisa. Nuper enim è plebe quidam, qui in splendida cœna prolixiùs sibi epulis potúque indulsisset, venit domum errabundus, ac manu deductus. Quum autem ea, quibus grauabatur, in ventriculo eius fluitarent, omnia ea euomuit, & per noctem quidem febricitauit. Dormiuit autem in magnam partem sequentis diei; postea surgens, ac paululum inambulans, lauit, risitque eum, qui sibi diatriton manendam suaserat; illo nanque authore etiam postero die inediam tolerare debuisset. Vt autem (res ipsa monebat, & ipse sua sponte faciebat) lotus, & modicè cibatus, post somno deditus, eóque inoffensè fruens, manè surrexisset, ad consuetáque rediisset etiam in ipsa diatrito, in qua eum tolerare inediam oportuisset, si diatritariis medicis paruisset, (ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam) & quidem cum cœnatus iam ex consuetudine homo esset, accedens facetus ille, risum excitauit, commemorans quemadmodum, eum, qui tertio antè vesperi vomuisset, oportuisset etiam biduo inediam siccum ac sordium plenum tolerare, ad horásque spectantem pro diatritariorum iussu decumbere. Sunt enim arbitror, vel plebi non obscura, quæ præter rerum euidentiam temerè audentur. Atque inde meritò alios medicos, alios logiatros, esse dicunt. Quomodo enim non iure hac appellatione censeantur, qui ea nesciant, quæ nemo è vulgo ignorat? Quomodo non meritissimè irridendi, carpendíque, qui etiam, cum talia ignorent, Hippocrati se præponunt? Verùm illorum stupiditatem ne Mercurius quidem ipse cum Musis sanauerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ.

Πῶς οἱ τῷ ἐφημέρῳ ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντες ἑαυτοῖς ἂν προνοήσαιντο, καὶ τῶν διατριταρίων καλουμένων ἂν καταγελάσοιντο.

Σχεδὸν εἴρηταί μοι πάντα περὶ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν· οἱ γὰρ ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντες, οὐδὲ πυνθάνονται τῶν ἰατρῶν, ὅ,τι χρὴ ποιεῖν· ἀλλὰ τοῦ θ' ἕλκους ἐφ' ᾧπερ ἂν ὁ βουβὼν αὐτοῖς εἴη γεγενημένος, αὐτοῦ τε τοῦ βουβῶνος προνοησάμενοι, λούονται κατὰ τὴν παρακμὴν τοῦ γενομένου παροξυσμοῦ. κἂν φθέγξηταί τις τηνικαῦτα διάτριτον, ἅπαντες καταγελῶσι, καὶ σχολαστικὸν ἀποκαλοῦσι, κατομοσοῦντες οἶμαι φύσει μὴ δεῖν ὑπερβάλλειν τὸ μηδόλως ἐσόμενον. ἀξιοῦσί τε τοιούτους εἶναι τοὺς ἰατροὺς ἐν ἅπασι τοῖς ἄλλοις ὅσα διαφεύγει τὰς αἰσθήσεις, οἷοίπερ αὐτοὶ περὶ τὰ φαινόμενα. τὸ δὴ ἐν ἅπασιν εἶναι τοιούτους, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ γινώσκειν ὁπηνίκα μὲν ἔσοιτο διὰ τρίτης ὁ παροξυσμὸς, ὁπηνίκα δ' οὐκ ἔσοιτο. καὶ μέν γε καὶ ψυχθέντες, ἢ ἐγκαυθέντες, ἢ κοπιάσαντες, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον παθόντες, ἐπειδὰν πυρέξαντες τύχωσιν, εἶτα τὴν ἐν ταῖς παρακμαῖς εὐφορίας αἴσθησιν ἔχωσιν ὑγιεινῆς, οὐδὲ τότ' ἀνέχονται τῶν τὴν διάτριτον φθεγγομένων. ὃ γὰρ εἴωθα λέγειν πολλάκις, ὡς ἅπαντος σοφιστοῦ, τῶν ἰδιωτῶν ἕκαστος, ὃς ἂν ἔχῃ κατὰ φύσιν, ἀληθέστερα δοξάζει, τοῦτο κἀπὶ τῆς θειοτάτης αὐτῶν διατρίτου θεάσασθαί σοι πάρεστι, καταγελωμένης ὑπὸ πάντων τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων. ἔναγχος γοῦν τις ἰδιώτης, ἐν δείπνῳ πολυτελεῖ, πλείω προσενεγκάμενος καὶ πιὼν, ἧκε μὲν οἴκαδε, σφαλλόμενός τε καὶ χειραγωγούμενος. ἐπιπολασάντων δὲ αὐτῷ τῶν βαρυνόντων τὴν γαστέρα, πάντ' ἐξεμέσας αὐτὰ, διὰ νυκτὸς μὲν ἐπύρεξεν· ἐκοιμήθη δ' ἐπὶ πολὺ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας· εἶτα διαναστὰς καὶ βραχέα περιπατήσας, ἐλούσατο καταγελάσας τοῦ τὴν διάτριτον αὐτῷ ἀναμένειν συμβουλεύσαντος· ὅσον μὲν γὰρ ἐπ' ἐκείνῳ, καὶ τὴν ἑξῆς ἡμέραν ἀσιτεῖν ἐχρῆν αὐτόν. ὅσον δ' ἐπὶ τοῖς ἀληθέσι, καὶ οἷς αὐτὸς ἔπραξε λουσάμενος, καὶ μετρίως διαιτηθεὶς καὶ κοιμηθεὶς ἀμέμπτως, ἕωθεν ἀναστάντα, τῶν συνήθων ἔχεσθαι ἐν αὐτῇ τῇ διατρίτῳ, καθ' ἣν ἀσιτεῖν αὐτὸν ἐχρῆν πειθόμενον τοῖς διατριταρίοις ἰατροῖς, (οὕτω γὰρ αὐτοὺς τις ἐπισκώπτων ὠνόμαζε χαριέντως,) καὶ δεδειπνηκότος δὲ ἤδη κατὰ τὸ σύνηθες τοῦ ἀνθρώπου, παρὼν ὁ εὐτράπελος ἐκεῖνος, ἐγελωτοποίει, ἀναμιμνήσκων τὸν ἐμημεκότα τρίτης ἑσπέρας, ὡς ἐχρῆν αὐτὸν ἄρτι, δυοῖν ἡμερῶν ἄσιτόν τε καὶ ξηρὸν καὶ ἄσης μεστὸν κατακεῖσθαι, εἰς τὰς ὥρας ἀποβλέποντα κατὰ τὴν τῶν διατριταρίων πρόσταξιν. ἔστι γὰρ οἶμαι καὶ τοῖς ἰδιώταις εὔδηλα τὰ [123] παρὰ τὴν ἐνάργειαν ἀποτετολμημένα. κἀκ τούτου δεόντως ἰατροὺς μὲν ἑτέρους εἶναί φασι, λογιατροὺς δ' ἑτέρους. πῶς γὰρ οὐ δίκαιοι τούτου τοῦ προσρήματός εἰσι τυγχάνειν, οἱ μὴ γινώσκοντες ἃ μηδεὶς ἰδιώτης ἀγνοεῖ; πῶς δ' οὐ καταγελᾶσθαι καὶ σκώπτεσθαι δικαιότατοι τυγχάνουσιν ὄντες, οἱ πρὸς τῷ τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖν, Ἱπποκράτει ἑαυτοὺς προκρίνοντες; ἀλλὰ τὴν μὲν ἐκείνων ἀναισθησίαν, οὐδ' ἂν ὁ Ἑρμῆς ἅμα ταῖς Μούσαις ἰάσαιτο.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ θεραπείας τοῦ ἐφημέρου ἐν ταῖς θερμαῖς καὶ ὑγραῖς φύσεσιν, ἔν τε ταῖς προσκτηθείσαις ἕξεσιν.

Συντετελεσμένου δὲ ἡμῖν τοῦ περὶ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν λόγου κατὰ τὰς πικροχόλους φύσεις, ἐφ' ὧν τὸ μὲν θερμὸν στοιχεῖον, τοῦ ψυχροῦ, τὸ δὲ ξηρὸν, τοῦ ὑγροῦ πλεονεκτεῖ, μεταβαίνωμεν ἤδη πρὸς ἑτέραν κρᾶσιν τῶν σωμάτων, οὐδὲν ἧττον τῆσδε κακόχυμον, ἐν ᾗ τὸ μὲν θερμὸν, τοῦ ψυχροῦ, τὸ δ' ὑγρὸν, τοῦ ξηροῦ κρατεῖ. σηπεδονώδεσι γάρ τοι νοσήμασιν ἡ φύσις αὕτη ἁπασῶν μάλιστα τῶν δυσκρασιῶν ἁλίσκεται. διότι καὶ καθ' ὃν ὑγιαίνει χρόνον, ἐγγὺς σηπεδόνος ἐστίν. ὡς ἔκ τε τῶν ἱδρώτων ἔνεστι τεκμήρασθαι δυσωδῶν ὑπαρχόντων, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῶν οὔρων, καὶ τῶν διαχωρημάτων, ἔτι τε καὶ τῆς ἐκπνοῆς. οἵα γὰρ ἡ τῶν τράγων κρᾶσίς ἐστι, τοιαύτη καὶ ἡ τῶν τοιῶνδε φύσεων. ἕτοιμον οὖν αὐτὴν νοσεῖν ἐξ αἰτίου παντὸς, ἄλλα τε νοσήματα πολλὰ, καὶ πυρετούς. οὔτε γὰρ ὁπόταν στεγνωθῇ τὸ δέρμα, δυνατὸν τοῖς οὕτω κεκραμένοις μὴ πυρέττειν, οὔθ' ὅταν ἀπεπτήσωσιν ἰσχυρῶς, ἢ ἐγκαυθῶσιν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον πάθωσιν. αἱ μὲν οὖν στεγνώσεις, μάλιστα τῶν κακοχύμων ἅπτονται φύσεων. ὥστε οὐδὲν ἧττον αἱ πικρόχολοι κράσεις τῶν σηπεδονωδῶν ἁλώσονται πυρετοῖς ἐπὶ στεγνώσει. ὑπὸ δὲ τῶν κνισωδῶν ἀπεψιῶν, ἑτοιμότερον αἱ ὑγραὶ καὶ θερμαὶ βλαβήσονται φύσεις, ἃς ἀρτίως ὠνόμασα σηπεδονώδεις, ἐπειδὴ ῥᾷστα σήπονται κατὰ ταύτας οἱ χυμοί. περὶ δὲ τῶν ἐμφράξεων, τί δεῖ καὶ λέγειν; ἃς διὰ τοῦτο μάλιστα πυρετοὺς ἀνάπτειν ἔφαμεν, ὅτι σῆψιν ἐργάζονται κατὰ τὰ μὴ διαπνεόμενα σώματα. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων πυρετῶν, αὖθις ἐροῦμεν. οἱ δ' ἐφήμεροι πάντες, ἑτοιμότατα μὲν ἐν ταῖς εἰρημέναις συνίστανται κράσεσιν, ἐπὶ πᾶσι τοῖς αἰτίοις, ὅσα μικρὸν ἔμπροσθεν εἴπομεν ἐπὶ τῶν πικροχόλων φύσεων· ἴασιν δὲ παραπλησίαν αὐτοῖς ἔχοντες, ἐν ὀλίγοις πάνυ διαλλάττουσιν. ὑγρότεραι γὰρ αἱ φύσεις ὑπάρχουσαι, φέρουσιν ἐκείνων μᾶλλον ἀσιτίαν τε καὶ δίψος. ὥσθ' ἧττον οὗτοι βλαβήσονται λιμαγχούμενοι πρὸς τῶν διατριταρίων ἰατρῶν, ἐὰν μόνον ἀκωλύτως διαπνέωνται. διὰ ταῦτα δὲ, καὶ τῶν βαλανείων, ὡς μανούντων μὲν τὸ δέρμα, δέονται μᾶλλον, ἢ οὐχ ἧττόν γε τῶν πικροχόλων· ὡς ὑγραινόντων δ' οὐ δέονται. ὅσα δ' ἐπὶ τῶν τοιούτων φύσεων εἴρηται, ταῦτα κἀπὶ τῶν ἐπικτήτων ἕξεων εἰρῆσθαι χρὴ νομίζειν. ἔνιοι γὰρ ὑπάρχοντες εὔχυμοι φύσει, πικρόχολοι γίγνονται, συνελθόντων εἰς ἕνα χρόνον, ἐνίοτε πλειόνων αἰτιῶν ξηραινόντων τε καὶ θερμαινόντων τὸ σῶμα. φέρε γὰρ εἰς χωρίον ἀφῖχθαι τὸν ἄνθρωπον ὥρᾳ θέρους, θερμὸν καὶ ξηρόν· εἶναι δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ τότε χρόνῳ κατάστασιν θερμὴν καὶ ξηράν· ἐσθίειν τ' αὐτὸν ἐδέσματα θερμὰ καὶ ξηρά· καὶ φροντίζειν, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ ἀγρυπνεῖν, καὶ θυμοῦσθαι, καὶ πονεῖν πάμπολλα· δύναιτο δ' ἂν ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἀφροδισίοις τε συνεχέσι χρήσασθαι, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ἡλίῳ τε διατρίβειν τὰ πλείω, καὶ πίνειν φαρμάκων ξηραινόντων τε καὶ θερμαινόντων, ὥσπερ ἔνιοι μὲν τῆς θηριακῆς, ἔνιοι δὲ τῆς ἀμβροσίας, ἔνιοι δὲ τῆς ἀθανασίας, ἴσμεν γὰρ δήπου τὰ καλούμενα πρὸς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν φάρμακα τοῖς τοιούτοις ὀνόμασιν.

CAPVT VII.

De curanda Diaria in calidis, & humidis naturis, ac in habitibus acquisitis.

Absoluta verò à nobis in iis naturis, quibus amara bilis redundat, (in quibus elementum frigidum vincitur à calido, & humidum à sicco) de diariis febribus disputatione, ad aliud corporum temperamentum transeamus, nihil minus, quàm supra dictum, vitioso est succo; in quo calidum præualet frigido, & humidum sicco. Putridis enim morbis hæc omnium maximè intemperies exposita est; propterea, quòd per ipsam sanitatē proximè ad putredinem accedit; velut tum ex sudoribus coniicere est, qui grauiter his olent, tum verò ex vrinis, deiectione, atque etiam ipsa expiratione. Etenim, qualis est hircorum, talis est, & talium naturarum temperies. Ideóque prompta est ex qualibet causa, tum aliis multis morbis, tum verò febribus, corripi. Nam qui hac intemperie sunt, quum stipata cutis eorum est, effugere febrem non possunt; sed nec, quum valentem cruditatem contraxerunt, aut perusti *in Sole* fuerunt, aut tale quippiam aliud passi. Ac vitiosis quidem naturis stipatio cutis plurimum esse incommoda solet. Ideóque quibus amara redundat bilis, non minùs, quàm putredinosi, febribus ijs, quæ ex stipata oriuntur cute, patent. At à nidorosis cruditatibus, quæ humidæ & calidæ naturæ sunt (quas modò putredinosas propterea vocaui, quòd humores facillimè in iis putrescant) promptiùs lædentur. Nam de obstructione quid attinet dicere? quam idcirco maximè febres accendere diximus, quòd putredinem in iis, quæ non transpirant, corporibus creet. Verùm de eiusmodi febribus pòst agemus. Sanè diariæ omnes promptissimè in iam dictis temperamentis accenduntur, ídque ex qualibet earum causarum, quas modò in amara bile vitiatis naturis retuli; curationémque persimilem illis habent, ac in paucis omninò dissidentem. Nam, quum humidiores naturæ sint, magis ferunt, quàm illæ, famem sitímque. Itaque minùs lædentur hæ, siquando fame per diatritarios medicos crucientur, si modò libera ipsis transpiratio non desit. Atque idcirco balneum hi, ceu quod cutim eorum laxet, vel magis, vel certè non minùs, quàm qui amara bile abundant, requirunt, ceu quod humectet, non requirunt. Quæcunque verò de eiusmodi natura sunt dicta, eadem de acquisito habitu dicta esse censendum. Aliqui enim, quibus boni sunt natura humores, coeuntibus aliquando eodem tempore pluribus siccantibus corpus, calefacientibúsque causis, biliosi euadunt. Da enim venisse hominem æstatis tempore in regionem calidam, & siccam; esse prætorea eodem tempore statum *cœli* calidum, ac siccum; tum vesci eum cibis calidis siccísque, cogitare quoque, ac tristari, & vigilare, & irasci, & quàm plurimum laborare; fieri autem potest, vt idem homo per id tempus venere sit vsus frequenti, & in Sole maiore ex parte versatus, & medicamenta, quæ siccent, calefaciántque biberit, veluti aliqui theriacen, nonnulli ambrosiam, alij athanasiam, scimus enim profectò medicamenta à iunioribus medicis eiusmodi nominibus vocari.

Cui

Cui ergo omnia iam dicta per æstatem contigerunt, hunc, necesse est, calidum, & siccum reddiderint, ac propterea picrocholum esse corpus, quamuis antea optimi succi fuerit. Itaque etiam ex omnibus supra dictis causis facilè febricitabit. Ita verò, & si quis naturaliter boni sit succi, ac locum temperatum incolat, si illinc se in alterum locum, calidum, & humidum, veris tempore transferat, idque statu cœli calido humidóque, tum omni victus ratione calida humidáque vtatur, is quoque similiter illis, qui natura sunt putredinosa, tum cæteris tentabitur morbis, quibus illi; tum febricitabit non solùm aliis, sicut illi ex iisdem causis, febribus, sed etiam non minimè diariis, de quibus nunc instituimus.

A ὅστις οὖν ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις ἐγένετο θέρους, ἀναγκαῖον αὐτοῦ θερμὸν καὶ ξηρὸν, καὶ διὰ τοῦτο πικρόχολον εἶναι τὸ σῶμα, κἂν ἔμπροσθεν εὔχυμότατον ἦν. καὶ τοίνυν καὶ πυρέξει ῥᾳδίως αὐτὸς ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις αἰτίοις. οὕτω δὲ, καὶ ὅστις εὔχυμος φύσει, χωρίον εὔκρατον οἰκῶν, εἰς ἕτερον χωρίον ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἐν ἦρι μετέλθοι, καταστάσεως οὔσης θερμῆς καὶ ὑγρᾶς, ἅπαντά τε τὰ διαιτήματα θερμὰ καὶ ὑγρὰ ποιήσαιτο, καὶ οὗτος, ὁμοίως τοῖς φύσει σηπεδονώδεσι, τοῖς τ' ἄλλοις ἁλώσεται νοσήμασιν, ὥσπερ κἀκεῖνοι καὶ πυρέξει, τούς τ' ἄλλους πυρετοὺς ὁμοίως ἐκείνοις, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αἰτίοις, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὸν ἐφήμερον, ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος.

B

CAPVT VIII.

Quæ inter diarias febres, in acutas, aut multorum dierum, promptius, ac faciliùs pertranseant.

QVum verò octo intemperies in vniuersum sint, vt ostendimus, opportunissima ad febres est calida, & sicca; ac, nisi quis hanc, vt dictum est, cibet, ocissimè in eâ mutatur diaria febris in acutam. Propinqua huic est (præsertim, quòd ad febrem attinet, quanuis ad alia sit deterior) calida intemperies, & humida. Tertia ab his intemperies est simplex illa, in qua oppositio altera rectè se habet, quæ ex humido, & sicco constat; in altera calidum exuperat. Nam opportunior est hæc, quam cæteræ quæ sequuntur, tum vt omnibus supradictis causis lædatur, tum ex diariis in plurium dierum febres transeat; nihil enim alienum fuerit eas sic appellare. Huic proxima est, quæ in calido, & frigido temperamentum seruet, cæterùm siccum elementum habet humido præualens. Ab hac deinceps media omnium est, quæ probam temperiem in vtraque oppositione seruat. Quatuor, quæ reliquæ sunt intemperies, neque facilè febribus occasione iam dictarum causarum patent; neque diaria tentatæ, si inediam tolerant, in plurium dierum febres transeunt. Imò aliquæ saltem earum, vbi redundantiam humorum citra corruptelam contraxerunt, (contrahunt autem eiusmodi intemperies assiduè) vtilitatem ex inedia sentiunt; ac potissimum, quæ frigida est, & humida; ab hac, quæ humida est; tertia, quæ frigida; quarta, quæ sicca est, & frigida. Siquidem post diarias febres discussas, vbi coactus quispiam nulla necessitate est mirificam diatriton transmittere; alia quidem nulla in frigidis temperamentis ex inedia febris excitatur; læditur tamen ipse siccus, & frigidus corporis habitus quàm maximè, vt, nisi longo tempore, redire ad naturam, qui ea sunt intemperie, non possint. Cæterùm, si quod fortè fortuna his adsit acquisititium humorum vitium, fieri potest, vbi in fame, & illoti per triduum custodiuntur, vt ex diariis in plurium dierum febres immigrent. At, quæ sicca quidem corporis natura est, sed in altera contrarietate temperata, ea in longioribus inediis gracilescit magis, quàm quæ sicca est, & frigida; reficitur tamen faciliùs, quum idoneum nacta est victum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Τίνες τῶν ἐφημέρων πυρετῶν εἰς τοὺς ὀξεῖς καὶ πολυημέρους ἑτοιμότερον καὶ ῥᾷον μεταπίπτουσι.

ΟΚτὼ δὴ οὐσῶν τῶν πασῶν δυσκρασιῶν, ὡς ἐδείκνυμεν, ἑτοιμοτάτη μὲν εἰς πυρετοὺς ἡ θερμὴ καὶ ξηρά· C καὶ ἣν μή τις αὐτὴν, ὡς εἴρηται, διαιτήσῃ, τάχιστα μεταπίπτουσιν ἀπ' αὐτῶν εἰς τοὺς ὀξεῖς πυρετοὺς οἱ ἐφήμεροι. ἐγγὺς δ' αὐτῇ (πυρετῶν γ' ἕνεκα, καίτοι πρὸς ἄλλα γε ὑπάρχουσα χείρων) ἡ θερμὴ καὶ ὑγρά. τρίτη δ' ἐπὶ ταύταις ἐστὶν, ἡ ἁπλῆ δυσκρασία, καθ' ἣν ἡ μὲν ἑτέρα τῶν ἀντιθέσεων, ἡ κατὰ τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ἄμεμπτος· ἐν δὲ τῇ λοιπῇ πλεονεκτεῖ τὸ θερμόν. ἑτοιμοτέρα γὰρ ἡ δὲ τῶν ὑπολοίπων, καὶ βλάπτεσθαι πρὸς ἁπάντων τῶν εἰρημένων αἰτιῶν, καὶ μεταπίπτειν ἐκ τῶν ἐφημέρων εἰς τοὺς πολυημέρους· οὐδὲν γὰρ χεῖρον οὕτως αὐτοὺς ὀνομάσαι. ταύτῃ δὴ ἐφεξῆς ἐστιν, ἡ κατὰ D μὲν τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν εὔκρατος, ἐπικρατοῦν δὲ τὸ ξηρὸν στοιχεῖον ἔχουσα τοῦ ὑγροῦ. μεθ' ἣν ἡ μέση πασῶν ἡ εὔκρατός ἐστι, κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἀντιθέσεις. αἱ δὴ ὑπόλοιποι κράσεις αἱ τέτταρες, οὔτε ῥᾳδίως ἁλίσκονται πυρετοῖς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις αἰτίοις, οὔθ' ἁλοῦσαί τινι τῶν ἐφημέρων, ἐὰν ἀσιτήσωσι, μεταπίπτουσιν εἰς τοὺς πολυημέρους. ἀλλ' ἔνιαί γε αὐτῶν, ἐπειδὰν τύχωσι πλῆθος ἠθροικυῖαι χυμῶν ἄνευ διαφθορᾶς (ἀθροίζουσι δὲ αἱ τοιαῦται συνεχῶς) ὑπὸ ἀσιτίας ὀνίνανται· μάλιστα μὲν ἡ E ὑγρὰ, καὶ ψυχρά· δευτέρα δὲ, ἡ ὑγρά· καὶ τρίτη μετὰ ταύτας, ἡ ψυχρά· τετάρτη δ' ἡ ξηρὰ καὶ ψυχρά. ἐπὶ γὰρ τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς πεπαυμένοις, ὅταν ἀναγκασθῇ τις, οὐδὲν δέον ὑπερβάλλειν τὴν δαιμονιωτάτην διάτριτον· ἕτερος μὲν οὐκ ἂν ἐκ τῆς ἀσιτίας ἀναφθείη πυρετὸς ἐν ψυχραῖς κράσεσι· κακοῦται δὴ ἡ ξηρὰ καὶ ψυχρὰ μάλιστα ἕξις, ὥστε πολλοῦ χρόνου χρήζειν ἵν' εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανέλθωσιν οἱ οὕτω δύσκρατοι. συνούσης μέν τοί τινος αὐτοῖς κατὰ τύχην ἐπικτήτου κακίας χυμῶν, ἐγχωρεῖ μεταπεσεῖν ἐκ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν εἰς τοὺς πολυημέρους, ὅταν ἄσιτοι F καὶ ἄλουτοι φυλαχθῶσι τὰς τρεῖς ἡμέρας. ἡ μέν τοι ξηρὰ μὲν, ἀλλ' εὔκρατος κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν φύσιν σώματος, ἐν ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις, ἰσχναίνεται μὲν τῆς ξηρᾶς καὶ ψυχρᾶς μᾶλλον, ἀνατρέφεται δὲ ῥᾷον ὑπὸ τῆς προσηκούσης διαίτης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Πῶς ἐνστέον τὴν ἴασιν, καὶ δίαιταν, ὅταν ἐν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς ἐναντίαι συνελεύσονται αἱ ἐνδείξεις.

Ἐξαλλαχθήσεται δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ἡ δίαιτα πολὺ δή τι πλέον, ἢ τοῖς πρώτοις ἁπάντων ῥηθεῖσι τῷ θερμῷ καὶ ξηρῷ, καὶ τῷ θερμῷ καὶ ὑγρῷ. τὸν γοῦν ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν φύσει, τῷ θερμῷ καὶ ξηρῷ κατ' ἀμφοτέρας τὰς δυσκρασίας ἐναντίως διακείμενον, ἐναντίως διαιτήσομεν. ἄμεινον δὲ οὐχ ἁπλῶς ἐναντίως εἰπεῖν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐκ τῆς κράσεως μόνης ἔνδειξιν, ὡς τήν γ' ἐκ τοῦ πεπυρεχέναι τὸν αὐτὸν πυρετὸν, οὐχ ἑτέραν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἕξουσιν ἔνδειξιν πάντη. λέλεκται γὰρ ἤδη πολλάκις ὡς τὸ μὲν κατὰ φύσιν, ἀεὶ χρήζει τῶν ὁμοίων· τὸ δὲ παρὰ φύσιν, τῶν ἐναντίων· εἴγε τὸ μὲν, φυλάττεσθαι σκοπὸς, τὸ δὲ ἀναιρεῖσθαι. πυρετὸς μὲν οὖν ἅπας, τῶν παρὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο χρήζει διαίτης ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς. αἱ κράσεις δὲ, ποτὲ μὲν τῶν ὁμοίων, ἔστι δ' ὅτε τῶν ἐναντίων χρήζουσιν· αἱ μὲν γὰρ ἀμέμπτοι, τῶν ὁμοίων ἀεὶ, φυλάττειν γὰρ αὐτὰς προσήκει· αἱ δύσκρατοι δὲ, ὡς κἂν τοῖς ὑγιεινοῖς ἐλέχθη, ποτὲ μὲν τῶν ὁμοίων, ἔστι δ' ὅτε τῶν ἐναντίων. καὶ τοῦτ' εὐλόγως πεπόνθασιν, οὔτε γὰρ ἀκριβῶς κατὰ φύσιν ὑπάρχουσι, πῶς γὰρ ἂν ἦσαν μεμπτέοι; οὔτε πάντη παρὰ φύσιν ἔχουσι, διὰ παντὸς γὰρ ἂν ἐνόσουν οἱ οὕτως κεκραμένοι. τῶν μὲν οὖν ὁμοίων δέονται κατ' ἄλλα τέ τινα περὶ ὧν αὖθις εἰρήσεται, καὶ μὴν τοι καὶ κατὰ τὰ ἕλκη πάντα· δέδεικται γὰρ ἤδη τοῦτο πολλάκις, διὰ τῶν ἔμπροσθεν· τῶν ἐναντίων δὲ κατὰ τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν, ὡς ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ἐπεδείκνυμεν· οὐδὲ τούτων διαπαντὸς, ἀλλ' ὅταν ἐπανορθοῦσθαι τὴν δυσκρασίαν αὐτῶν ἐθελήσωμεν. εἰ γὰρ ἡμῖν σκοπὸν διττὸν ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων, ἤτοι φυλάττειν ὑγιαῖνον τὸ σῶμα κατὰ τὴν ἀρχαίαν κρᾶσιν, ἢ καὶ ταύτην αὐτὴν βελτίω ποιεῖν. οὕτως οὖν οἶμαι κἂν τῷ διαιτᾷν τοὺς ἐφημέρους πυρέξαντας, ἤτοι τῇ πυρετώδει διαθέσει μόνῃ τὸ ἐναντίον, ἢ καὶ τῇ τοῦ κάμνοντος δυσκρασίᾳ παραληψόμεθα. κατὰ μὲν τοι τὴν εὔκρατον φύσιν ἀναμφισβητήτως, ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ μόνου τὴν τῶν ἐναντίων ἔνδειξιν λαμβάνοντες, ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν εἰς τοσοῦτον ποιησόμεθα τὴν δίαιταν, εἰς ὅσον ἂν αὐχμωδέστερόν τε καὶ θερμότερον ἑαυτοῦ φαίνηται τὸ σῶμα γεγονός. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔνδηλόν τε καὶ ἀζήτητον· ἐπανέλθωμεν δὲ αὖθις ἐπὶ τὰς δυσκράτους φύσεις. ἐπεὶ γὰρ, ὡς ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς εἴρηται, τὰς τοιαύτας ἐγχωρεῖ μὲν καὶ φυλάττειν οἵας παρελάβομεν, ἐγχωρεῖ δὲ καὶ μετακοσμεῖν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἄμεινον εἶναί φημι τὴν ἐξάλλαξιν αὐτῶν τῆς διαίτης, ὅταν ἀμέμπτως ὑγιαίνωσιν, οὐχ ὅταν ἤτοι νοσῶσιν, ἢ δυσαρεστῶνται, ποιεῖσθαι. χαίρουσι γὰρ αἱ φύσεις ἀεὶ τοῖς ἔθεσιν, ὡς Ἱπποκράτης τε διὰ τῶν ἐναργεστάτων ἀπέδειξεν, ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, ἅπασί τε σαφῶς φαίνεται τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι. τοὺς γὰρ τοι δυσαρεστουμένους, ὅτι μὲν ἔξω τοῦ χοροῦ τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων θετέον ἐστὶν, οὐκ ἄν τις νοῦν ἔχων ζητήσειεν· εἴτε δ' ἤδη παρὰ φύσιν, εἴτ' οὐ φύσει μόνον ἔχουσι, τοῦτ' αὖ τις σκέψαιτο. καὶ μὴν εἴπερ ἔνδειξίν τινα χρὴ κἀκ τῶν ἐθῶν λαμβάνειν, εἰ μὲν ἤδη φθάνοιμεν ἐκ πολλοῦ τὰς δυσκράτους φύσεις, ἐναντίον τῇ κρατούσῃ δυσκρασίᾳ διαιτῶντες, οὕτω καὶ δυσαρεστούντων πράξομεν· εἰ δὲ μὴ τῶν ὁμοίων

CAPVT IX.

Quo pacto curatio, ac victus ratio instituenda sit, quum dissidentes indicationes in diarijs febribus coierint.

ENim verò eiusmodi omnibus victus ratio alteranda est, multo profectò magis, quam ijs, de quibus primum omnium est dictum, calido, & sicco, & calido, & humido. Nam qui frigidus, & humidus natura est, qui calido, siccóque in vtraq; intéperie contrarie est affectus, contrario nimirū vtetur victu. Melius tamē est nō absolute cōtrario dicere, sed ex solius tēperamenti indicatione, quando ex eo quod eadem febre febricitant, nō diuersam, sed omninò eandem sortientur indicationem. Dictū nanq; sæpenumerò iam est, id, quod secundum naturam est, similia semper postulare; quod præter naturam est, cōtraria: siquidem, *quod naturaliter se habet,* custodire; *quod præter naturā est,* tollere oportet. Porro febris omnis præter naturā est, ideóque victus rationem humidā frigidamq; exigit. Temperamenta verò ipsa alias similia, alias postulant contraria. Quæ enim vitio carēt, similia perpetuò, quippe quæ seruare expedit; quæ intēperata ac vitiosa sunt, (veluti in opere de sanitate tuenda est dictū) alias similia, alias contraria. Idq; meritò accidit, quum nec ad vnguē naturaliter se habeāt, quomodò enim essent vitiosi? nec prorsus præter naturam, quādo qui sic attemperati essent, perpetuò ęgrotarent; ergo similia desiderant, tū in alijs, de quibus mox dicetur, tum verò in vlceribus omnibus; monstratum enim id sæpenumerò iā in superioribus est; contraria verò in eo victu, qui per sanitatē adhibetur, veluti in libris de sanitate tuenda docuimus; sed neque hæc perpetuò, sed tum quum corrigere intemperiem eorū studemus. Quippe duplex nobis in ijs, qui sani sunt, finis proponitur; nempe vel corpus sanum in pristina eius temperie tueri: vel etiam hanc meliorem reddere. Sic igitur, arbitror, in ijs, qui diaria febri laborant, cibandis, vel vni febrili affectui contrariū, vel etiā ipsi laborantis intemperiei desumemus. In ea tamen natura, quæ haud dubiè in medio temperamento est, ab ipsa febre contrariorum indicatione accepta, eatenus humidum, frigidúmque victum adhibebimus, quatenus siccius, calidiúsque, quàm ante, iam redditum corpus apparet. Verùm hoc tum perspicuum, tum indubitatum est. Reuertamur autem rursus ad intemperatas naturas. Nam, quoniam eas (sicut in libris de sanitate tuēda est proditum) licet & quales accepimus, seruare, licet & ad melius trāsferre, satius, arbitror, est, quum plane valent, non quum ægrotant, vel de se queruntur, victus illis rationem mutare. Gaudent enim naturæ consuetis semper, vt & Hippocrates euidentissimis *argumentis* in libro de Acutorum victu adstruxit; & in omnibus, qui se secundum naturā habent, manifestè apparet. Quòd nanque, qui sibi iam displicent, extra cœtum eorum, qui secundum naturam habent, sint ponendi, id nemo, qui compos est mentis, dubitet; cæterùm, ij, an præter naturam se, an non naturaliter solùm habeant, id vtiq; quis æstimādum duxerit. Atqui, si ex ipsa consuetudine indicationem aliquam sumi conueniet, siquidem multo iam tempore intemperatas naturas contrario victu ei, quæ vicit, intéperiei cibauimus, ita etiam, & cum parum ex sentētia se habēt, faciemus; sin minus quæ similia tempe-

temperamento suadet, indicationem præferemus. Ita verò, & Hippocrates mihi sentire videtur, vbi ait. *Humidus omnis victus febricitantibus est idoneus, potissimum autem pueris, & alijs, qui ita cibari sunt assueti.* Febricitantibus enim inquantum febricitant, ex ipsa contrariorum indicatione humidus victus conducit; pueris, ex similium. Eodem autem modo, & eam, quæ à consuetudine præbetur, quo eam, quæ ab ætate datur, accepit. Nam & ætas, quum ex iis sit, quæ natura nobis insunt, similem sibi victũ postulat. Et, quæ à consuetudine indicatio sumitur, sic sumpta est, sicut ea, quæ ab ætate, quippe seruare quoque hãc iubet, perinde ac proprium ætatis temperamentum. Itaque etiam nos, tum ex omnibus, quæ circa ægrum spectantur, eius quod conducit, inuentionem moliri, tum, quando indicationes omnes secum consentiant, & quando inter se dissentiant, inspicere semper conueniet. Omnibus enim consentientibus, vnam prorsus victus speciem constituemus; dissidentibus verò inter se, quæ valentiores, ac plures sint, præferemus, ita vt victus species, quam hæ præscribant, præferatur, sic tamen, vt ne contraria sit neglecta. Porrò prælatio hæc aliàs vtrisque in vnius auxilij materiam mixtis perficitur, aliàs seorsum sumptis. Ac communis quidem hæc ratio est omnium, quæ inter se complicatæ sunt, contrariarum indicationum. Quomodo autem hanc ad vsum conferre oporteat, quum aliquando ipsi morbi complicati sint contrarij; aliquando morbus vnus sit, sed qui contrariam indicationem subijciat, aut naturali laborantis tẽperamento, aut ei, quod nunc acquisierit; præterea ætati, & consuetudini, & regioni, & anni tempori, in ipsa particulatim tractatione ostendam. Nunc ergo, quum propositum nobis *hoc loco* sit vnicuique memoratorum intemperiei generum idoneum inuenire victum, communis quam designauimus methodi modus, veluti sub exemplo, examinetur. Pone enim correptos febri esse duos homines in regione natos, educatósque temperata, nunc in ea non esse, imò alterum in calida, & sicca, alterum in humida, & frigida: præterea eosdem diuerso esse tum temperamento, tum natura, tum consuetudine, tum ætate, etiam sub diuerso (si placet) & anni tempore, & statu cœli ægrotare, sicq; vt aliter calidus siccúsque natura sit, ac tali victus rationi in totum insueuerit; præterea iuuenis sit, & hyeme ægrotet in humida, & frigida regione, ac statu cœli simili; alter humidus, & frigidus simili victu assuetus, tum puer ætate, ac æstate, in calida siccáque regione, ac simili cœli statu, laboret. Quænam igitur in vtroque horum sunt indicationes? Nempe, quæ à febricitando sumitur, communis amborum est, ac, quæ refrigerent & humectent, desiderans; reliquorum nulla est præterea communis. Siquidem priori, & propter naturam, & propter ætatem, simili sibi his victu assueto, sicci oris calidorísque temperamenti cibus idoneus est; idémque propter, & anni tempus, & statum cœli, & regionem, *conuenit*; non enim, quæ ab his suppeditatur, indicatio similia desiderat, sed contraria. Alteri ex propositis propter ætatem, & naturam, & consuetudinem, similia ipsis *exhibenda indicantur*; propter ætatem quidem humida, modicéque calida; propter naturam, & consuetudinem humida, & frigida; propter regionem, & anni tempus, & statum cœli, contraria;

A τῇ κράσει, τὴν ἔνδειξιν ἔχομεν. οὕτω δέ μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἱπποκράτης γινώσκειν, ἐπειδὰν λέγῃ, αἱ ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται, τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι· μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι, τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι. τοῖς μὲν γὰρ πυρεταίνουσιν, ὑγραὶ δίαιται, καθόσον πυρεταίνουσιν ἐκ τῆς τῶν ἐναντίων ἐνδείξεως, ὠφέλιμοι· τοῖς δὲ παιδίοις, ἐκ τῆς τῶν ὁμοίων. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐθῶν ἔνδειξιν ἔλαβεν, ὡς καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας. ἥ τε γὰρ ἡλικία τῶν κατὰ φύσιν οὖσα, τῶν B ὁμοίων ἑαυτῇ δεῖται διαιτημάτων. ἥ τε ἐκ τοῦ ἔθους ἔνδειξις, ὥσπερ καὶ ἡ ἐκ τῆς ἡλικίας ἐλήφθη· φυλάττειν γὰρ συμβουλεύει καὶ τοῦτο, καθάπερ καὶ τὴν οἰκείαν τῆς ἡλικίας κρᾶσιν. ὥστε καὶ ἡμᾶς ἀπὸ πάντων τῶν περὶ τὸν ἄρρωστον ἀεὶ χρὴ τὴν τοῦ συμφέροντος εὕρεσιν ποιουμένους, ἐπισκέπτεσθαι πηνίκα μὲν ἀλλήλαις αἱ ἐνδείξεις ὅμοιαι πᾶσαι, πηνίκα δ᾽ ἐναντίαι γίνονται. πασῶν μὲν γὰρ ὁμοίων οὐσῶν, ἓν εἶδος ἀκριβὲς διαίτης συστησόμεθα· μαχομένων δ᾽ ἀλλήλαις, τὰς ἰσχυροτέρας τε καὶ πλείους προκρινοῦμεν, ὥσθ᾽ ἡμῖν ἐπικρατεῖσθαι μὲν ἐκ τούτων τὸ τῆς δι- C αίτης εἶδος, οὐ μὴν παρορᾶσθαι οὐδὲ τὸ ἐναντίον. ἡ δὴ ἐπικράτησις, ἐνίοτε μὲν ἑκατέρων κεραννυμένων εἰς ἑνὸς βοηθήματος ὕλην, ἐνίοτε δ᾽ ἐν μέρει παραλαμβανομένων γίνεται. κοινὸς μὲν ἐστὶν ὁ λόγος ἁπασῶν τῶν ἐμπεπλεγμένων ἀλλήλαις ἐναντίων ἐνδείξεων. ὅπως δὴ αὐτὸν χρὴ μεταχειρίζεσθαι, ποτὲ μὲν αὐτῶν τῶν νοσημάτων ἐπιπλεκομένων, ἔστι δ᾽ ὅτε ἑνὸς μὲν ὑπάρχοντος τούτου, τὴν δὲ ἔνδειξιν ἐναντίαν ποιουμένου τῇ φυσικῇ κράσει τοῦ κάμνοντος, ἢ τῇ νῦν ἐπικτήτῳ, τῇ θ᾽ ἡλικίᾳ, καὶ τοῖς ἔθεσι, καὶ τῇ χώ- D ρᾳ, καὶ τῇ ὥρᾳ, δι᾽ αὐτῶν τῶν κατὰ μέρος ἐπιδείξω. Νῦν οὖν ἡμῖν προκειμένου κατὰ τὸν λόγον εὑρεῖν ἐπιτήδειον δίαιταν ἑκάστῃ τῶν εἰρημένων δυσκρασιῶν, ὁ κοινὸς τρόπος τῆς μεθόδου προχειρισθεὶς, ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἐξεταζέσθω. φέρε γὰρ ἁλῶναι πυρετῷ δύο ἀνθρώπους, ἐν εὐκράτῳ μὲν χωρίῳ γεγεννημένους καὶ τεθραμμένους, οὐκ ὄντας δὴ ἐν αὐτῷ νῦν· ἀλλ᾽ ἐν μὲν θερμῷ καὶ ξηρῷ, τὸν ἕτερον· ἐν ὑγρῷ δὲ καὶ ψυχρῷ, τὸν ἕτερον· εἶναι δὲ καὶ τῇ κράσει διαφέροντας αὐτοὺς, καὶ τῇ φύσει, καὶ τοῖς ἔθεσι, καὶ ταῖς ἡλικίαις, εἰ δὲ βούλει, καὶ κατὰ διαφερούσας ὥρας καὶ καταστάσεις ἀρ- E ρωστεῖν· ὥστε τὸν μὲν θερμὸν καὶ ξηρὸν φύσει, καὶ τῇ διαίτῃ πάσῃ τοιαύτῃ συνειθίσθαι, καὶ νεανίσκον εἶναι, καὶ χειμῶνος νοσεῖν ἐν ὑγρῷ καὶ ψυχρῷ χωρίῳ, καὶ καταστάσει τοιαύτῃ· τὸν δὲ ὑγρὸν τε καὶ ψυχρὸν, ἐν ἔθει τε διαίτης ὁμοίῳ, καὶ παῖδα τὴν ἡλικίαν· καὶ νοσεῖν δὲ θέρους ἐν θερμῷ καὶ ξηρῷ χωρίῳ, καὶ καταστάσει τοιαύτῃ. τίνες οὖν ἐν ἑκατέρῳ τούτων αἱ ἐνδείξεις; ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ πυρέττειν ἀμφοτέροις κοινὴ, τῶν ὑγραινόντων τε καὶ ψυχόντων δεομένη· τῶν δ᾽ ἄλλων, οὐκέτ᾽ οὐδὲ μία κοινή. τῷ μὲν γὰρ προτέρῳ, διά τε τὴν φύ- F σιν, καὶ τὴν ἡλικίαν, ἐν ὁμοίοις ἑαυταῖς διαιτήμασιν εἰθισμένῳ, ἐπιτήδεια τὰ ξηρότερα καὶ θερμότερα τῇ κράσει σιτία· καὶ μέν τοι καὶ διὰ τὴν ὥραν τε καὶ τὴν κατάστασιν, καὶ τὸ χωρίον· οὐ γὰρ τῶν ὁμοίων ἐστὶν ἡ ἀπὸ τούτων ἔνδειξις, ἀλλὰ τῶν ἐναντίων. τῷ δὴ ἑτέρῳ τῶν προκειμένων, διὰ μὲν τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὸ ἔθος, τῶν ὁμοίων αὖθις· ὑγρῶν μὲν καὶ συμμέτρως θερμῶν, διὰ τὴν ἡλικίαν· ὑγρῶν δὲ καὶ ψυχρῶν, διά τε τὴν φύσιν καὶ τὸ ἔθος· διὰ δὲ τὸ χωρίον, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν κατάστασιν, τῶν ἐναντίων.

ἅπερ ἐστὶ δήπου καὶ αὐτὰ ψυχρότερα καὶ ὑγρότερα τοσούτῳ τῶν εὐκράτων, ὅσῳ περ ἐστὶ καὶ τὰ χωρία τῶν εὐκράτων θερμότερα καὶ ξηρότερα. παρὰ μὲν γὰρ τῶν ἐθῶν, ἡ ἔνδειξις ἀεὶ τῶν ὁμοίων ἐστὶν, ἄχρις ἂν νοσῶσιν οἱ ἄνθρωποι. παρὰ δὲ τῶν ἡλικιῶν, καὶ φύσεων, καὶ χωρῶν, ὡρῶν τε καὶ καταστάσεων, εὐκράτων μὲν οὐσῶν, ἔνδειξις ἀεὶ τῶν ὁμοίων διαιτημάτων [127] καὶ βοηθημάτων ἐστὶν, ἤν θ᾽ ὑγιαίνωσιν, ἄν τε νοσῶσι. παρὰ δὲ τῶν δυσκράτων ὡρῶν μὲν καὶ καταστάσεων, καὶ χωρῶν, ἔνδειξις τῶν ἐναντίων· ἡλικιῶν δὲ καὶ φύσεων, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἔθεσι. σκοπεῖσθαι δὴ ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἐνδείξεων οὐδὲν οὕτω προσήκει, ὡς τὸ μέγεθος ἑκάστου τῶν [128] συμφερόντων, ὅπερ ἐδείκνυμεν ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ὑπομνήμασι διττόν. ἕτερον μὲν αὐτοῖς τοῖς τῶν ἐνδεικνυμένων ἀξιώμασι μετρούμενον· ἕτερον δὲ, ταῖς οἰκείαις αὐτῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, οὐσίαις, ἃς ἐκ τοῦ παραβάλλειν τῷ συμμέτρῳ τε καὶ κατὰ φύσιν ἔφαμεν χρῆναι λαμβάνειν. εἰ μὴ γὰρ οὕτω τις ἐξετάσειε τῶν ἐνδείξεων τὰς δυνάμεις, οὐχ οἷός τε τὸ μέτρον ἐξευρεῖν τῆς διαίτης. ἐνδεικνυμένου γὰρ ἀεὶ τοῦ μὲν πυρετοῦ, τὸ ψύχειν καὶ ὑγραίνειν· τῶν δ᾽ ἄλλων ἑκάστου, καθότι προείρηται, συμφωνούσης μὲν αὐτῶν τῆς ἐνδείξεως, οὐδὲν ἂν εἴη πρᾶγμα· διαφωνούσης δὲ, κατὰ τὰ πλείω καὶ μείζω τυποῦσθαι χρὴ τὴν δίαιταν. ἐπὶ γοῦν τῶν ὑποτεθέντων ἀρτίως ὅτι μὲν πυρέττουσιν, ἔνδειξις κοινὴ τῶν ὑγραινόντων καὶ ψυχόντων ἐστὶν, οὐ μὴν ἀπό γε τῶν ἄλλων. ἀλλ᾽ ᾧ μὲν ἥ θ᾽ ἡλικία, καὶ ἡ κρᾶσις, ἅμα τοῖς ἔθεσι, καὶ ἡ χώρα, καὶ ἡ ὥρα, καὶ ἡ κατάστασις τῶν ὑγραινόντων καὶ ψυχόντων ἔχει τὴν ἔνδειξιν, οὐ μόνον ἀναμφισβήτητόν ἐστι τὸ χρῆναι τοῦτον ὑγραίνειν καὶ ψύχειν, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ μικρῶς, μηδ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἰσχυρῶς δὲ πάνυ, καὶ μεγάλως, ἁπάντων γε τῶν σκοπῶν ἐνδεικνυμένων ταὐτόν. ᾧ δ᾽ ἡ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔνδειξις, οὐχ ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν, ὁμοίως τῷ πυρετῷ, τῶν διαιτημάτων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἐναντίων αὖθις, τῶν θερμῶν καὶ ξηρῶν, ἀμφισβήτησις γίγνεται καὶ μάχη τῶν ἐνδείξεων πρὸς ἀλλήλας, ἡνίκα μάλιστά ἐστι χρεία τοῦ παραβάλλειν τόν τε ἀριθμὸν, καὶ τὰ μεγέθη τῶν ἐνδείξεων. ἡ γοῦν ἀπὸ τοῦ πυρέττειν ἔνδειξις, ἀριθμῷ μὲν λείπεται τῶν ἄλλων, ὅταν ἅπασαι τὸν ἐναντίον ὑφηγῶνται τρόπον πράττειν· ὑπερέχει δὲ μεγέθει τῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἢ τὴν δύναμιν, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐπὶ πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξεστήκει. δύο γὰρ αὐτῷ τότε ὑπάρχει μεγέθη, τό τ᾽ ἐκ τοῦ γένους τῶν πυρετῶν, ὃ κοινὸν ἅπασι, τό τ᾽ ἴδιον, οἰκεῖον αὐτοῦ. καὶ γὰρ ὅτι πυρετός ἐστιν, ἐπιστρέφει μᾶλλον ἡμᾶς πρὸς ἑαυτὸν, ἁπάντων τῶν ἄλλων· καὶ ὅτι τὸ μέγεθος αὐτοῦ τὸ οἰκεῖον ἀξιόλογον ὑπάρχει, καὶ διὰ τοῦτο κατακρύπτει τε καὶ συσκιάζει τὰς ἐναντίας ἐνδείξεις. εἰ δὲ μικρὸς ὑπάρχει, δύνανθ᾽ αἱ ἄλλαι πᾶσαι συντεθεῖσαι, πρὸς αὐτὸν ἀντεξετάζεσθαι. καὶ εἴπερ ἴσαι φανεῖεν, οὔθ᾽ ἡ τοῦ πυρετοῦ κρατήσειεν ἂν ἔνδειξις, ὡς ὑγραίνειν καὶ ψύχειν, οὔθ᾽ ἡ τῶν ἄλλων, ὡς θερμαίνειν καὶ ξηραίνειν, ἀλλὰ τὸ μέσον εἶδος τῆς διαίτης ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων σωμάτων ἐκλεξόμεθα. κρατούσης δὲ τῆς ἑτέρας ἐνδείξεως, εἰς τοσοῦτον ἀποχωρήσομεν τῆς εὐκράτου καὶ μέσης τῆς διαίτης, εἰς ὅσον ὑπερέχει τῶν ἐναντίων τὰ κρατοῦντα. γεγυμνασμένον τε δεῖ εἰς ταῦτα πάντα, καὶ φύσει

A quæ & ipsa nimirum sunt tanto temperatis frigidiora, & humidiora, quanto regiones ipsæ sunt calidiores temperatis, & ficciores. A consuetudine enim semper est indicatio similium, quoad ægrotent homines. At ab ætate, natura, regione, anni tempore, & statu cœli, vbi temperata hæc sunt, similium semper victus rationum, & præsidiorum est indicatio, siue valeant homines, siue ægrotent. Contra ab intemperatis anni tempore, statu cœli, & regione, contrariorum est indicatio; cæterùm ab ætate, & natura non absolutè, B sed cum consuetudine. Porrò nihil in contrariis indicationibus tam conuenit expendi, quàm magnitudinem eorum, quæ ad indicationem coierunt; quam in libris de sanitate tuenda duplicem esse ostendimus; alteram, quæ ex ipsorum, quæ indicant, dignitatibus censeatur; alteram, quæ ex ipsorum (vt sic dicam) propriis substantiis spectetur, quas ex conferendo, cum medioci, & quod secundum naturam est, accipiendas esse testati sumus. Nisi enim ita quis indicationum potestates examinet, nequeat sanè mensuram victus inuenire. Quum enim refrigerandum humectandúmque esse febris perpetuò indicet, reli- C quorum verò quodque, prout dictum est, vbi concors eorum indicatio est, nullum exhibetur negocium; vbi discors, pro pluribus, ac potioribus formari victus ratio debebit. Siquidem in modò propositis, ex eo, quòd febricitant, communis refrigerantium, ac humectantium indicatio præstatur, non tamen ex cæteris. Sed cuius, tum ætas, tum temperamentum vnà cum consuetudine, tum regio, tum anni tempus, & cœli status, humectantia, refrigerantiáque exhibenda indicant, hunc haud dubium est non solum hu- D mectandum refrigerandúmque esse, sed etiam nec leuiter hæc, nec vtcunque facienda esse, imò planè magnopere, ac vehementer, omnibus scopis idem dictantibus. Cuius verò reliqua omnia refrigerantem quidem humectantémque victum, quemadmodum & febris, non indicant, sed contrarium ipsi, calefacientem, & siccantem, ambiguitas pugnáque indicationum inter se oritur; quo casu magnopere opus est, tum numerum indicationum, tum magnitudinem, simul conferas. Quippe, quæ à febri sumitur, ea reliquis, quando omnes contrarium faciendum præscribunt, E numero quidem inferior est; magnitudine tamen, quæ ex dignitate, aut potestate, aut quomodocunque appellasse libet, spectatur, superior est, potissimùm, si longè à natura recessit: quippe duplex, tum magnitudo illi accedit; & quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus est communis; & quæ propria, suáque ipsius est. Siquidem, & quia febris plus cæteris omnibus solicitos nos habet; & quia, præterquamquòd febris est, etiam magnitudo illi notabilis accessit; idcirco contrarias indicationes inducit, atque obumbrat. Sin parua fuerit, fas est reliquas om- F nes vnà coniunctas cum ea conferri, atque expendi. Ac, si quidem pares videantur, neque febris indicatio præferetur, fit vt humectandum, & refrigerandum sit; neq; etiam reliquorum sic, vt calefaciendum, ac siccandum sit; imò media victus ratio, vbi ita se corpus habet, eligenda erit. Sin altera indicatio exuperet, tantum recessisse à temperato, & medio victu par est, quantum ea, quæ pollent, sua contraria superant. Ergo tum exercitatum in his omnibus, tum natura prudentem

prudentem esse medicum conueniet, quò cuiusque indicationis potestate diligenter considerata, omnibúsque inter se collatis, vnam idonei victus summam, quæ laboranti sit commoda, comparet. Ac diariarum quidem febrium indicationes ex his scopis capiuntur, raróque accidit, (si alicubi) à laborantis virium modo; quum febrium plurium dierum indicationes, tum virium respectum necessariò adhibeant (non enim leuis in his scopus est, qui à viribus) tum causarum, quæ ipsas febres excitant, exceptis tamen hecticis; vt quas nulla accendit causa, quemadmodum, nec corpus id, quod iam habitu calorem ignis in se suscepit, siue id lapis, siue lignum sit. Illud nanque commune cum diariis habent, quòd non ampliùs fiant. Differunt autē in eo, quòd diariæ in schesi, idest leui affectu calorem habent; hecticæ in hexi, i. habitu, qui ægrè soluatur. Licet etiam dicas eam quoque quæ à viribus sumitur, indicationem, tum reliquis omnibus morbis, tum in diariis febribus, semper adhiberi; nobis tamen in præsenti disputatione opus ea non esse, propterea quòd primariò non indicet, ex accidenti verò indicet. De eo verò accidente in sequentibus disseremus.

A συνετὸν εἶναι χρὴ τὸν ἰατρὸν, ἵν᾽ ἑκάστης ἐνδείξεως ἀκριβῶς ἐκλογισάμενος τὴν δύναμιν, ἀλλήλαις τε παραβάλλων ἁπάσας, ἕν τι κεφάλαιον ἀθροίσῃ τῶν οἰκείων τῷ κάμνοντι διαιτημάτων. αἱ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν ἐνδείξεις, ἐκ τούτων τῶν σκοπῶν λαμβάνονται· καὶ σπάνιον εἴ ποτε ἀπὸ τοῦ μέτρου τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως. αἱ δὲ τῶν πολυημέρων, ἐξ ἀνάγκης μὲν καὶ τὴν δύναμιν προσλαμβάνουσιν· οὐ μικρὸς γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων ὁ ἀπὸ ταύτης σκοπός. οὐδὲν ἧττον δὲ καὶ τὴν γεννῶσαν αἰτίαν τοὺς πυρετοὺς, πλὴν τῶν ἑκτικῶν· B οὐδεμία γὰρ ἀνάπτει τούτους αἰτία, καθάπερ οὐδὲ τὸ δεδεγμένον ἑκτικῶς εἰς ἑαυτὸ σῶμα, τὴν τοῦ πυρὸς θερμασίαν, εἴτε λίθος, εἴτε ξύλον ὑπάρχει. κοινὸν γὰρ αὐτοῖς τὸ μηκέτι γίνεσθαι πρὸς τοὺς ἐφημέρους ἐστί· διαλλάττοντας δὲ, ἐν τῷ τοὺς μὲν ἐφημέρους, κατὰ σχέσιν ἔχειν τὴν θέρμην· τοὺς δ᾽ ἑκτικοὺς ἐν ἕξει δυσλύτῳ. δύναιτο δ᾽ ἄν τις φάναι καὶ τὴν ἀπὸ τῆς δυνάμεως ἔνδειξιν ἀεὶ παρεῖναι, κατά τε τἆλλα σύμπαντα νοσήματα, καὶ τοὺς ἐφημέρους πυρετοὺς, ἡμᾶς δ᾽ ἐν τῷ νῦν λόγῳ μηδὲν αὐτῆς δεηθῆναι, διότι πρώτως μὲν οὐκ ἐνδείκνυται, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, περὶ οὗ συμβεβηκότος ἐν τοῖς ἑξῆς διέξειμι.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI, LIBER NONVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩΙ ΒΙΒΛΙΩΙ.

Θεραπείας μέθοδος τῶν συνόχων πυρετῶν· καὶ τάξις, ἀξία τε τῶν ἐνδείξεων, ἐν αἷς πᾶσα ἡ θεραπεία ἐμπεριέχεται.

ARGVMENTVM LIBRI.

Curandi ratio febrium continentium; ac ordo, & dignitas indicationum, quibus curatio vniuersa continetur.

E

CAPVT I.

De transitu diariarum in alias febres, ac de ipsarum perduratione.

DIARIARVM febrium, ô Eugeniane, curationis methodum in libro hunc præcedenti, exposui, totius operis octauo. Est autem huius febrium generis vnica accessio, vno vt plurimùm die ex sua natura circunscripta. Nam quæcunque vel per medicorum ignorantiam, vel ægrorum intemperantiam, vel ministrantium errorem, in eiusmodi febribus commissa in aliud ipsas genus transferunt, hæc suæ naturæ sponte non incidunt. Non enim est profe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

Περὶ μεταβολῆς τῶν ἐφημέρων εἰς ἄλλους πυρετοὺς, καὶ περὶ τῆς αὐτῶν διαμονῆς.

ΤΩΝ ἐφημέρων πυρετῶν, ὦ Εὐγενιανὲ, τὴν τῆς θεραπείας μέθοδον, ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι διῆλθον, ὀγδόῳ τῆς ὅλης ὄντι πραγματείας. ἔστι δὲ τοῦ γένους τοῦδε τῶν πυρετῶν, εἷς ὁ παροξυσμὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ περιγραφόμενος ὡς τὸ πολὺ, κατά γε τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. ὅσα γὰρ ἢ διὰ τὴν τῶν ἰατρῶν ἀμαθίαν, ἢ διὰ τὴν τῶν καμνόντων ἀκολασίαν, ἢ διὰ τὴν τῶν ὑπηρετούντων πλημμέλειαν ἁμαρτανόμενα περὶ τοὺς τοιούτους πυρετοὺς, εἰς ἕτερόν τι γένος αὐτοὺς μεθίστησιν, οὐ κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἀποβαίνουσι φύσιν. οὐδὲν

γὰρ δήπου θαυμαστὸν ἐκ τῶν ἁμαρτανομένων, οὐ μηκύνεσθαι μόνον, ἢ μεταπίπτειν εἰς ἕτερόν τι γένος, ἡντινοῦν τῶν νόσων, ἀλλὰ καὶ γενέσθαι νῦν, ἔμπροσθεν οὐκ οὖσαν. ὅπου γὰρ, οὐδὲ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἁμαρτάνειν ἀσφαλὲς, σχολῇ γ' ἀκίνδυνον ἄν ποτε τοῖς κάμνουσι γένοιτο. λοιπῶν δ' ὑπαρχόντων δυοῖν γενῶν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν ὑπομνήμασιν ἐπιδέδεικται, τὸ μὲν ἕτερον, ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις ἐδείκνυτο γίνεσθαι· τὸ δ' ἕτερον, αὐτὰ τὰ στερεὰ τοῦ ζώου μόρια κατειληφὸς, ἑκτικὸν ὀνομάζεται. μεταπίπτουσι δ' εἰς ἑκάτερα γένη πολλάκις οἱ ἐφήμεροι πυρετοὶ, καθάπερ ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν, εἰ μή τις αὐτοὺς προσηκόντως μεταχειρίζοιτο. ὥσπερ δ' ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πράγμασιν, ὅσα κοινωνεῖ ταῖς φύσεσιν, ἑνὶ περιλαμβανόμενα γένει, καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ἄλληλα μεταπίπτειν δυνάμενα, τρίτη τις ἰδέα κατὰ τὴν μετάπτωσιν αὐτῶν συνίσταται, μηδετέρου τῶν ἄκρων ἀκριβοῦσα τὸν τύπον· οὕτω κἂν ταῖς τῶν ἐφημέρων πυρετῶν μεταπτώσεσι, φαντασθείη τις ἄν, ἕτερόν τι γένος ἐν τῇ μεταπτώσει συνίστασθαι, μηδετέρῳ τῶν ἄκρων ταὐτόν. καί μοι δοκεῖ περὶ τοῦδε πρώτου διαιρετέον εἶναι, ἵν' ὥσπερ τἄλλα, καὶ τοῦτο γνωρίζοιτό τε συνιστάμενον αὐτίκα, καὶ κωλύοιτο κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν, ὡς μηδὲ δυσίατον, ἢ ἀνίατον, αὐξηθὲν, γενέσθαι. μέσον δ' αὐτὸ συνιστάμενον, οὔτε γνωρίσαι δυνατὸν, οὔτε ἰάσασθαι, τοῖς ἀγνοοῦσι τὴν ἰδέαν τῶν ἄκρων ὧν ὑπάρχει μέσον. ἀλλά σοί γ' ἐπισταμένῳ τά τε τῶν ἐφημέρων πυρετῶν γνωρίσματα, καὶ τὰ τῶν ὑπολοίπων δύο γενῶν, ἐπειδὰν ἤτοι νοθεύηται κατά τι, ἢ παρεμφαίνηται τὰ τῶν ἄλλων, οὐδὲν ἂν εἴη χαλεπὸν ὑποπτεύειν ἤδη τὴν μετάπτωσιν. ἐπ' ἐγκαύσεσι μὲν οὖν, ἢ ἀπεψίαις, ἢ κόποις, ἢ ἀγρυπνίαις, ἢ πάθεσι ψυχικοῖς, ἢ βουβῶσιν, τοῖς διά τινα αἰτίαν προφανῆ γεγενημένοις, μέχρι τρίτης ἡμέρας οὐκ ἄν ποτε προέλθοι πυρετοῦ παροξυσμὸς, ἄνευ τοῦ πλημμεληθῆναί τι περὶ τὸν κάμνοντα. τοῖς δ' ἐπὶ στεγνώσει πυρέξασιν ἐγχωρεῖ καὶ ταύτης ἐξωτέρω προβῆναι τὸν παροξυσμόν. ἐπεὶ γὰρ ἡ στέγνωσις ἤτοι φραχθέντων, ἢ μυσάντων γίνεται τῶν πόρων, ἢ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ πιληθέντος ἀμετρότερον, εὐλόγως ἔφαμεν ἐπί τε κρύει, καὶ λουτροῖς ἤτοι τῇ πίξει ψύχουσιν, ἢ τῇ δυνάμει, καὶ φαρμάκοις τοῖς τοιούτοις, ἔτι δὲ τοῖς ξηραίνουσι τὸ δέρμα, καθάπερ ἡλίῳ διακαεῖ, καὶ τοῖς πιλοῦσιν, ὡς τῇ σκληρᾷ τρίψει μετὰ τῶν ψυχόντων, κατέχεσθαι μὲν ἐντὸς τοῦ σώματος τὰς οἷον καπνώδεις, ἢ λιγνυώδεις ἀπορροὰς, ἀνάπτεσθαι δ' ἐπ' αὐταῖς τὸν πυρετόν. ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μὲν ὡς εἴρηται, πίλησίν τέ τινα γίνεσθαι τῶν σωμάτων αὐτῶν, καὶ μύσιν τῶν πόρων, ἔμφραξιν δὲ, διὰ γλίσχρους, ἢ παχεῖς, ἢ πολλοὺς χυμούς. καὶ τοίνυν καὶ τοὺς πυρετοὺς ὅσοι μὲν ἐπὶ μύσει τῶν πόρων, ἢ πιλήσει προσφάτῳ τῶν σωμάτων ἐγένοντο, παύεσθαί τε μετὰ τὸν πρῶτον παροξυσμὸν, ἐάν τις ὀρθῶς αὐτοῖς προσφέρηται, καὶ ὄντως τούτους ἐφημέρους γίνεσθαι, καὶ προσαγορεύεσθαι· ὅσοι δ' ἐπ' ἐμφράξει τὴν γένεσιν ἔσχον, εἰ μὲν ὀλίγη τις αὕτη συσταίη, λύεσθαι καὶ τούτους, ὁμοίως γε τοῖς ἄλλοις ἐφημέροις, ἐὰν ἰάσηταί τις αὐτοὺς προσηκόντως· εἰ δ' ἰσχυρῶς οἱ χυμοὶ σφηνωθεῖεν, ὡς μοχλείας δεῖσθαι σφοδροτέρας, ἐκτείνεσθαι μὲν ἀνάγκη τοὺς τοιούτους πυρετοὺς, ὑπὲρ τὴν μίαν ἡμέραν, ἐκπεπτωκέναι δὲ δοκεῖν ἤδη τοῦ γένους τῶν ἐφημέρων. πῶς γὰρ ἂν ἐφήμερος ἔτι δύναιτο λέγεσθαι πυρετὸς, ὁ μέχρι τρίτης ἡμέρας ἐκτεινόμενος· ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν, προσήκει παύεσθαι τὸν τοιοῦτον πυρετὸν, ὅσον ἐπὶ

A ctò mirum, si per ea, quæ delinquuntur, non solùm producatur, aut in aliud genus transeat morbus quiuis, sed etiam, quum priùs non esset, nunc excitetur. Nam quum iis, qui sani sunt, delinquere non sit tutum, haudquaquam id ægris sine discrimine contingat. Reliqua verò quum sint genera duo, (vt in libris de febrium differentiis est ostensum) alterum ex humorum putredine nasci docuimus; alterum, quod iam solidas animalis partes occupauit, hecticum nominant. Transeunt B sæpè autem diariæ febres, vt superiùs ostendimus, in vtrunque genus, nisi quis eas commodè tractet. Quemadmodum autem in cæteris rebus omnibus, quæcúnque vno genere comprehensæ societatem in naturis habent, ac propterea mutuò in se transire valent, tertia quædam species in transitu ipsarum existit, quæ neutrius extremitatum formam planè exhibet; ita & in diariarum febrium transitu imagineris licet alterum quoddam genus in transitu exoriri, quod neutri extremitatum sit idem. Atque de primo differendum esse mihi videtur; quò, vt reliqua, etiam ipsum, tum protinus noscatur, C quum incidit; tum sic inhibeatur in primo ortu, ne aut ægrè sanabile, aut insanabile, postquam auctum est, euadat. Cæterùm, medium id, quum inciderit, nec nosse ij possunt, nec sanare, qui extremitatum, quarum est medium, speciem ignorant. At tibi, qui præsertim non solum diariarum febrium sed etiam reliquorum duorum generum, notas intelligis, vbi vel diariarum notæ aliquatenus sunt alienatæ, vel reliquarum notæ simul apparent, haud difficile fuerit iam transitum suspicari. Ergo ex adustione, cruditate, lassitu- D dine, vigilia, animi perturbatione, vel bubonibus ex euidenti aliqua causa obortis, nunquam ad tertium vsque diem progredietur febris accessio, nisi quid delictum circa laborantem sit. At quibus stipatio febris occasio est, iis etiam vltra hos porrigi accessio potest. Nam, quoniam stipatio vel obstructis exilibus meatibus, vel conniuentibus, vel etiam corpore ipso immoderatiùs densato accidit, meritò diximus ex frigore, & balneis, quæ vel contactu refrigerent, vel facultatibus; præterea medicamentis similis generis; pari modo iis, quæ cutem siccent, veluti sole E feruente, nec minus etiam iis, quæ densent, veluti dura, cum iis, quæ frigefaciant, frictione; & detineri intra corpus ceu fumida fuliginosáve excrementa, & ab iis febrem accendi. Verùm ex his densationem quandam corporum ipsorum fieri, ac exiguorum meatuum conniuentiam; obstructionem verò, vel propter glutinosos, vel crassos, vel copiosos succos incidere. Quinetiam febres quascunque vel conniuentia meatuum, vel recens corporum densatio excitant, has & desistere F post primam accessionem, si quis rectè eas tractet, & verè diarias tum esse, tum appellari; at, quæ ex obstructione creantur, si hæc pusilla sit, solui ipsas quoque similiter, vt alias diarias, siquis eas legitimè sanet; sin valenter impacti humores sint sic, vt valentiùs aliquid, quod eos eximat, desiderent, eas febres prorogari vltra vnum diem necesse est, ac diariarum febrium genus videri egressas. Quomodo enim dici vltrà diaria febris potest, quæ in tertium vsque diem extenditur; nam ex ipsa nominis ratione, in secundo eam desistere

sistere par erat. Dictum enim supra est viginti-quatuor horas esse sic appellatæ diei spatium, vt cum nomine diei nox quoque vna comprehendatur. Atqui, si neque humor putrescens subsit, nec corpus ipsum febrilem calorem, vt habitum susceperit, à duobus generibus diuersum sit. Aut ergo aliud præter tria iam dicta genus esse in prima febrium diuisione dicendum est, aut appellatione pro nihilo habita diarias ipsas nominare *oportebit*. Neque enim profectò de substantia ipsa talium febrium est diariæ vocabulum; verùm conuenienti nomine destituti, clarioris simul breuiorísque doctrinæ gratia, ab eo, quod sæpiùs eis accidit, nomen indidimus. Ac natura quidem eadem his est, quæ diariis, nomen autem non idem.

A τῇ προσηγορίᾳ. λέλεκται γὰρ ἔμπροσθεν, ὡς τεττάρων καὶ εἴκοσιν ὡρῶν ὁ χρόνος ἐστὶ τῆς οὕτω λεγομένης ἡμέρας, ὡς συναριθμεῖσθαι καὶ τὴν νύκτα τῷ ὀνόματι τῆς ἡμέρας. καὶ μὴν εἰ μήτε σῆψις εἴη χυμῶν, μήτ' αὐτὸ τὸ σῶμα, τὴν πυρεκτικὴν θερμασίαν ἑκτικῶς ἀναδέξαιτο, τῶν δύο γενῶν ἐκπεπτωκὸς ἂν εἴη. ἢ τοίνυν ἄλλο γένος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις τρισὶν ἀναγκαῖόν ἐστι λέγειν ἐν τῇ πρώτῃ διαιρέσει τῶν πυρετῶν, ἢ καταφρονοῦντα τῆς προσηγορίας, ἐφημέρους ὀνομάζειν αὐτούς. οὐ γὰρ δὴ τῆς γ' οὐσίας ἐστὶν αὐτῆς τῶν τοιούτων πυρετῶν, B ὁ ἐφήμερος ὄνομα· προσηγορίας δ' οἰκείας ἀποροῦντες, ἕνεκα σαφοῦς καὶ συντόμου διδασκαλίας, ἀπὸ τοῦ πολλάκις αὐτοῖς ἑπομένου, τοὔνομα ἐθέμεθα. φύσις μὲν οὖν αὐτῶν ἡ αὐτὴ τοῖς ἐφημέροις ἐστὶν, ὄνομα δὲ οὐ ταὐτόν.

CAPVT II.

Quæ sint febres, quæ synochi appellantur, & quæ ipsarum enumerentur inter diarias.

IN quibus enim vna accessio ab initio ad finem perpetuò manens, in multos dies porrigit, eas febres *continentes* appellant, non illi quidem græco nomine vsi, cæterùm solœcismum committendum potius rati, quàm speciem ipsarum sine nomine relinquendum. At non, vt idea vna eiusmodi febrium est, à quâ synochos eas nominant, ita & natura simplex vnáque est. Quædam nanque earum manifestum habent putredinis signum; quædam prorsus non habent, quas ex diariarum febrium genere esse diximus. Quum enim accessionis remissio ex feruentium humorum transpiratu contingere soleat, non transpirant autem in vehementi stipatione, necesse est multorum dierum fieri accessionem. Igitur, vbi in tali febre nulla subest occasio, quæ alterius accessionis principium excitet, vltra hoc, quòd multorum dierum febris est, nec inuasionem alicuius febrium significationis facit, sed permanet ab initio ad finem vna febris, quæ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartanæ insultum præferat. Cæterû, quum me audis dicentem, vbi vehementer stipata corpora sunt, cohiberi intra corpus febrilem calorem, non ita factam prorsus densitudinem putandum est, vt nullum ex iis humoribus, qui tenuati admodum sint, effluere foras sinat; quum nec, si de ossibus ita dixeris, id verum sit, nedum carne, & cute. Verùm, quum à feruentibus humoribus vapor attollatur plurimus, effluat autem foras exiguus, hunc, qui relictus est, febrem seruare est necesse, neque id modò propterea, quòd ipse manet, sed etiam propterea, quòd quæ proxima sunt, adurit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Τίνες οἱ καλούμενοι σύνοχοι πυρετοὶ, καὶ τίνες αὐτῶν ἐπαναριθμοῦνται ἐν τοῖς ἐφημέροις.

ΕΦ' ὧν γὰρ ὁ παροξυσμὸς εἷς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι παντὸς C διαμένων εἰς πολλὰς ἡμέρας ἐκτείνεται, συνόχους ὀνομάζουσι τοὺς τοιούτους πυρετούς· οὐχ Ἑλληνικῷ μὲν ὀνόματι χρώμενοι, σολοικίζειν δ' ἑλόμενοι μᾶλλον, ἢ καταλιπεῖν ἀνώνυμον αὐτῶν τὴν ἰδέαν. ἀλλ' ὥσπερ ἰδέα μία τῶν τοιούτων ἐστὶ πυρετῶν, ἀφ' ἧς ὀνομάζουσι συνόχους αὐτούς, οὕτως ἡ φύσις οὐκέθ' ἁπλῆ καὶ μία. Τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐναργὲς ἔχουσι τὸ τῆς σήψεως σημεῖον· ἔνιοι δ' οὐδ' ὅλως ἔχουσιν, οὓς ἐκ τοῦ γένους τῶν ἐφημέρων πυρετῶν ἔφαμεν εἶναι. ἐπεὶ γὰρ ἡ τοῦ παροξυσμοῦ παῦλα, διαπνεομένων εἴωθε γίνεσθαι τῶν ζεσάντων χυμῶν, D οὐ διαπνεῖται δ' ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς στεγνώσεσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι πολυήμερον γίνεσθαι τὸν παροξυσμόν. ὅταν οὖν μηδὲ μία συνῇ τῷ τοιούτῳ πυρετῷ πρόφασις, ἀρχὴν ἑτέρου παροξυσμοῦ γεννῶσα, πρὸς τῷ πολυήμερος ὑπάρχειν, οὐδ' εἰσβολὴν ἐπισημασίας οὐδεμιᾶς ποιεῖται· μένει δ' ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους εἷς ὁ πυρετὸς, οὔτ' ἀμφημερινὴν, οὔτε διὰ τρίτης, οὔτε διὰ τετάρτης ἡμέρας ἔχων ἐπισημασίαν. ὅταν δὴ ἀκούσῃς μου λέγοντος, ἐντὸς τοῦ σώματος στέγεσθαι τὸ πυρετῶδες θερμὸν, ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶς ἐστεγνωμένων σωμάτων, οὐχ οὕτω χρὴ νομίζειν ἀκριβῶς γεγονέναι τὴν πύκνωσιν, ὡς μη- E δενὶ τῶν ἱκανῶς λεπτυνθέντων χυμῶν ἐπιτρέπειν εἰς τοὐκτὸς διαρρεῖν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐπὶ τῶν ὀστῶν λεγόμενον ἀληθὲς ἂν εἴη τοῦτο, μήτοι γε δὴ τῶν σαρκῶν τε, καὶ τοῦ δέρματος. ἀλλ' ὅταν ἡ μὲν ἐκ τῶν ζεόντων χυμῶν ἀναθυμίασις ᾖ παμπόλλη, διαρρέῃ δ' ἐκτὸς ὀλίγη, τὴν ὑπολειπομένην ἀνάγκη διαφυλάττειν τὸν πυρετὸν, οὐ μόνον τῷ μένειν αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὰ πλησιάζοντα συνεκκαίειν.

CAPVT III.

Quo pacto febris continens, cum putredine, aut sine putredine oriatur.

QVoniam igitur ex duobus his seruari febris potest, & quòd totus vapor non transpiret, & quòd idem vapor ea, quæ contingit, etiam calefaciat, necesse est tres esse in synochis febribus differentias; vel pari permanente magnitudine ea, quam in prima accessione summam habuit; vel adiiciente semper exiguum aliquid, diminuentéve; atque hæc vel æqualiter faciente, vel inæqualiter. Ac si quidem,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

F Πῶς ὁ σύνοχος πυρετὸς μετὰ σήψεως, ἢ ἄνευ σήψεως ἐξάρχεται.

ΕΠεὶ τοίνυν ἐν δυοῖν τούτοιν ἐστὶ, τὸ φυλάττεσθαι τὸν πυρετὸν, τῷ τε μὴ διαπνεῖσθαι πᾶσαν τὴν ἀτμίδα, καὶ τῷ συνεκθερμαίνειν τὰ ψαύοντα, τρεῖς ἀνάγκη διαφορὰς ἐν τοῖς συνόχοις γίνεσθαι πυρετοῖς, ἤτοι διαμένοντος ἴσου τοῦ μεγέθους, ὃ κατὰ τὸν πρῶτον παροξυσμὸν ἔσχεν ἀκμάσας, ἢ προστιθέντος, ἢ ἀφαιροῦντος, ἀεί τι σμικρὸν, καὶ ταῦτα ποιοῦντος, ἢ ὁμαλῶς, ἢ ἀνωμάλως. ἂν μὲν οὖν,

ἴσον ᾖ τῷ διαπνεομένῳ τὸ ἀναπτόμενον, οὔτ' αὔξησιν, οὔτε μείωσιν ἕξει τὸ πυρετῶδες θερμὸν, ἀλλ' οὕτως ἑαυτῷ διαμενεῖ παραπλήσιον, ὡς εἰ μήτε προσετίθετο μηδὲν αὐτῷ, μήτ' ἀφῃρεῖτο. διαφέρει γὰρ οὐδὲν εἴς γε τὴν τῆς ἰσότητος διαμονὴν, ἢ διαφυλάττεσθαι τὴν αὐτὴν οὐσίαν διαπαντὸς, ἢ τῷ κενουμένῳ τὸ προστιθέμενον ἴσον ὑπάρχειν· εἰ δέ γε θάτερον αὐτῶν ἐπικρατήσειεν, εἰ μὲν τὸ κενούμενον, ἐλαττοῦσθαι τὸν πυρετὸν ἀναγκαῖόν ἐστιν· εἰ δὲ τὸ προστιθέμενον, αὐξάνεσθαι πάντως. εὔδηλον δὲ καὶ ὡς τὸ μᾶλλόν τε καὶ τὸ ἧττον ἑτέρου ἑτέρῳ τῶν πυρετῶν αὐξάνεσθαί τε καὶ μειοῦσθαι, διὰ τὸ τῆς πλεονεξίας ἄνισον, ἀναγκαῖόν ἐστι γίγνεσθαι. ποτὲ μὲν γὰρ πλείονι μέτρῳ, ποτὲ δ' ἥττονι πλεονεκτούσης, ἤτοι τῆς γενέσεως τῶν πυρετῶν, ἢ τῆς διαπνοῆς, οὔτε τοῖς αὐξανομένοις ἅπασιν ἴσην τὴν αὔξησιν, οὔτε τοῖς μειουμένοις τὴν καθαίρεσιν οἷόν τε γίγνεσθαι· παμπόλλην δ' εἶναι τὴν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον διαφοράν. ἓν μὲν δὴ τοῦτο τὸ γένος, ἢ εἶδος, ἢ ὅ,τι περ ἂν ὀνομάζειν ἐθέλῃς, ἐστὶ συνόχων πυρετῶν, ἐκ τῆς αὐτῆς ὑπάρχον φύσεως τοῖς ἐφημέροις. ἕτερον δ' ὅταν ἐν ἅπασι τοῖς ἀγγείοις, καὶ μάλιστα τοῖς μεγίστοις, ὁμοτίμως οἱ χυμοὶ διασήπωνται. τῶν τοιούτων πυρετῶν οὐδέτερον ἐν ἰσχνῷ καὶ ψυχρῷ σώματι φιλεῖ συνίστασθαι· τὰ πολλὰ δ' ἐν πολυαίμοις τε καὶ πολυσάρκοις ἡ γένεσις αὐτῶν. αἵ τε γὰρ ἐμφράξεις οὐχ ἱκαναὶ γεννῆσαι πυρετὸν ἄνευ σήψεως, εἰ μὴ τὸ διαπνεόμενον εἴη πολὺ, καὶ θερμόν. ἥ τε σηπεδὼν τῶν χυμῶν, εἰς ἁπάσας τὰς μεταξὺ βουβώνων τε καὶ μασχαλῶν φλέβας, ὁμοτίμως τε καὶ διὰ ταχέων ἐκταθῆναι κατὰ τὰς ψυχρὰς ἕξεις οὐ δύναται. δεῖται γὰρ ἀεὶ τὰ σηπόμενα θερμά τ' εἶναι, καὶ ὑγρὰ, καὶ δυσδιάπνευστα. διὰ τοῦτο οὔτ' ἐν ψυχραῖς ἡλικίαις, οὔτ' ἐν κράσεσι σωμάτων ψυχραῖς, εἴτ' οὖν ἐξ ἀρχῆς, εἴτε καὶ νῦν εἴη γεγονότα ψυχρὰ, σύνοχοι γεννῶνται πυρετοί. καθάπερ οὐδ' ἐν ἰσχνοῖς, ἢ ἀραιοῖς· ἀλλὰ καὶ τῶν ἡλικιῶν ταῖς θερμαῖς, καὶ τῶν φύσεων, καὶ τῶν ἐπικτήτων κράσεων ταῖς ὁμοίαις ἐγγίνονται, καὶ μᾶλλον ὅταν εὔσαρκοί τε, καὶ πολύαιμοι, καὶ πυκνοὶ τὰς ἕξεις οἱ κάμνοντες ὦσιν, ἢ περιττώμασι θερμοῖς πεπληρωμένοι. ταῦτ' ἄρα τοῖς οὕτω πυρέττουσιν ὁ σφυγμὸς μέγιστός ἐστι, ὁμαλὸς, καὶ σφοδρός· καὶ τὴν σύστασιν τῆς ἀρτηρίας οὔτε σκληρότερον, οὔτε μαλακώτερον τοῦ κατὰ φύσιν ἔχων, τάχους δ' εἰς τοσοῦτον ἥκει καὶ πυκνότητος, εἰς ὅσον ἂν ὁ πυρετὸς αὐτὸς ἥκῃ μεγέθους. κοινὰ μὲν οὖν ἀμφοῖν ταῦτα· πρόσεστι δ' ἐξαίρετα θατέρῳ σημεῖα τὰ τῆς σήψεως, ἔν τ' οὔροις τε καὶ σφυγμοῖς, καὶ τῷ τῆς θερμασίας ἀηδεῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

Νεανίσκοιν δυοῖν θεραπεία, ὧν ὁ μὲν τὸν χωρὶς σήψεως σύνοχον, ὁ δὲ τὸν μετὰ σήψεως ἐπύρεττεν.

Καὶ δὴ παραδειγμάτων ἕνεκα, ἀναμνήσω σε δυοῖν νεανίσκοιν οὓς ἐθεάσω μεθ' ἡμῶν. ἦν δὲ, ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν, ἐλεύθερος, καὶ γυμναστικός· ὁ δ' ἕτερος, δοῦλος, οὐκ ἀγύμναστος μὲν, οὐ μὴν τά γε κατὰ παλαίστραν δεινὸς, ἀλλ' ὅσα δούλῳ πρέπει, τὰ ἐφήμερα γυμνάσιά τε ἅμα καὶ ἔργα μεταχειρίζεσθαι. ὁ μὲν οὖν ἐλεύθερος, τὸν χωρὶς σήψεως ἐπύρεξε σύνοχον· ὁ δὲ δοῦλος, τὸν μετὰ σήψεως. ὁποίαν δ' ἑκατέρῳ τὴν ἴασιν ἐποιησάμεθα, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν· ἐπειδὴ μάλιστα μὲν χρὴ γυμνάζεσθαι τοὺς μανθάνοντας ὁποιῳοῦν ἐπὶ παραδειγμάτων·

quod accenditur, ei quod transpirat, par fuerit, nec augeri, nec minui febrilis calor cernetur, sed perinde sibi similis permanebit, ac si nihil illi prorsus adiiceretur, aut demeretur. Quippe ad æqualitatis permansionem, nihil interest, seruetúrne eadem assiduè substantia, an ei, quæ vacuatur, par sit ea, quæ adiicitur: verùm, si altera earum vicerit, si quæ vacuatur, minui febrem necesse est; sin quæ adiicitur, omninò increscere. Sed nec illud sanè quemquam latet, quòd, quum ex febribus altera magis minúsve, quàm altera, tum augetur, tum minuitur, id ob exuperantiæ imparitatem necessariò accidat. Nam vbi aliàs ampliore mensura, aliàs minore, vel febrium generatio, vel transpiratio exuperat, nec iis, quæ augentur, omnibus par esse auctio, nec iis, quæ minuuntur, demptio, omninò potest; imò plurimam esse, tum excessus, tum defectus differentiam, est necesse. Atque vnum quidem hoc (siue genus, siue speciem, seu quiduis aliud appellare libet) continentium febrium est, quódque ex eadem cum diariis natura constat. Alterum est, vbi in omnibus vasis, ac potissimùm maximis, æquabiliter succi putrescunt. Eiusmodi febrium in gracili, & frigido corpore neutra consistere solet, sed plurimùm in iis, qui sanguine abundant, & corpulentis gigni cernuntur; nam nec obstructio citra putredinem excitare febrem valet, nisi id, quòd transpirat, & copiosum sit, & calidum; nec humorum putredo in omnes, quæ inter inguina, & alas intersunt, venas æquabiliter, ac citò protrahi in frigido habitu potest. Debet enim semper, quæ putrescunt, tum calida humidáque esse, tum verò difficilem transpirationem habere. Eóque fit vt nec in frigida ætate, nec in frigido corporis temperamento, siue id ab initio constitit, siue modò frigidum sit factum, continens excitetur febris. Sed nec in gracilibus, vel qui raro sunt corporis habitu; imò tum ætate, tum natura, tum acquisititio tēperamento quæ calida sint, ac præcipuè si, & carnosus, & bono, ac multo sanguine affluens, & denso corpore æger sit, aut etiam calidis excrementis refertus. Proinde, fit, vt qui ita febricitant, iis & pulsus maximus sit, & æqualis, & vehemens; quibus etiam arteriæ consistentia, nec durior, quàm pro natura, est, nec mollior, celeritatis tamen frequentiæque eò peruenit, quò febris ipsa magnitudinis. Atque hæc quidem ambarum sunt communia; alteri verò priuatim putredinis insunt notæ, idque tum in lotio, tum pulsu, tum caloris ingrata qualitate.

CAPVT IV.

Adolescentium duorum curatio, quorum alter continente sine putredine, alter cum putredine, febricitabat.

AC tibi exempli causa redigam in memoriā adolescentes duos, quos vnà mecū vidisti. Erat alter eorum liber, & palæstræ peritus; alter seruus, haud inexercitatus ille quidem, cæterum in palæstra parum vehemens, nec tamen ad quotidiana, quæ seruum deceant, tum exercitia, tum opera tractanda, non idoneus. Porrò liber continenti citra putredinem febre laborauit; seruus continenti, cum putredine. Horum vtrique, quænam sit adhibita curatio, non intempestiuum dictu nunc arbitror; quandoquidem in exemplis exercitari, quiduis discentes maximè expedit; neque

neque enim satisfaciunt ad exactam cognitionem vniuersales methodi. Sunt autem exemplorum ea pro potioribus habenda, quæ ipsi oculis vsurpauimus; quando, si omnes, qui docere scribereve aliquid sunt aggressi, ea priùs operibus ostendissent, prorsus paucula quædam falsò dicerentur. Nunc verò plerique alios docere tentant, quæ nec ipsi vnquam fecerunt, nec aliis ostenderunt. Cæterùm vulgus medicorum, nihil miri est, si contemptis bonis moribus, opinioni sapientiæ magis, quàm veritati, inhiat. Verùm non sic fuit ratio nostra. Non enim heri, aut nudiustertius, sed statim ab adolescentia, philosophiæ studio capti, primùm nos ad eam contulimus; mox patris euidenti insomnio moniti ad medicinæ studium excolendum venimus, ac per totam vitam operibus magis, quàm verbis, vtrique studio incubuimus. Quo minus mirum est, si in quo tempore alij totam vrbem salutando lustrant, & cum diuitibus atque magnatibus cœnant, ac *eosdem* comitantur, hoc omni nos sedulò laborantes, primùm quidem omnia, quæ veteribus pulchrè sunt inuenta, didicimus; mox eadem, opere, tum perpendimus, tum exercuimus. Ergo, qui palæstræ peritus iuuenis erat, vbi febricitare hora primâ noctis cœpisset, postridie eum manè circiter horam diei tertiam vidimus. Quum autem inuenissem febrem admodum calidam, sed pulsus æquales, & maximos, & celeres, & frequentes, & vehementes; tum caloris qualitatem, quæ tactum minimè morderet; iam verò, & vrinas, tum crassitudine, tum colore, à naturali habitu non multùm alienas; audiens præterea hominem circiter triginta dies exercitationis consuetudinem intermisisse, pridie tamen exercitasse se vehementiùs, cæterùm non multũ; sumpsisse autẽ solitos cibos, atque eos concoxisse, quanuis tardè, & ægrè, vt potè quum febris vespere occupasset quum rubicundus plenúsque homo appareret, atque etiam plenitudinis sensum se percipere diceret; tunc faciente quodã eorũ, qui aderant, de vena secanda mentionẽ; visum nobis est eius auxilij consideratione in aliud tempus remittere, simul vt certiùs sciremus, cuius generis febris esset; simul necessariò propter eam, quæ præcesserat, concoctionis tarditatem. Quum autem vesperi similem vigorem tueri febris est visa, ceu nihil sensibiliter remittẽs, suspicio iam erat synochon esse, hancque ex obstructione, & sanguinis abundantia, & præ carnis copia, stipatione. Ac, quum parem magnitudinem per totam noctẽ febris seruaret, postero die visum est medicis omnibus, qui inuiserant, sanguinem esse mittendum. Discordia verò orta de tempore, & vincentibus, qui id in sequentẽ diem differendum suaderent, febris per totum eum diẽ euidenter visa est vigorem suum augere. Mox tertia sequente nocte, alia quidem accessio minimè incidit, quæ primæ ad proportionem responderet; erat tamen æstus ipse laborãti intolerabilis; vrgebatq; eum tensio totius corporis, vt repleti, tum capitis pulsatio; atque ob hæc grauis vigilia, iuuene in aliam atque aliam se figurã iactante. Itaque, quum vltra ferre non posset, hora noctis circiter octaua mittit ad me ministrũ, rogatque ad se ocyus veniam. Ipse annuo, atque abeo, inuenióque febrem calidissimam; pulsúmque, qualem prædixi. Quoniam autem nec in hoc, nec in lotio, nec in ipsa caloris qualitate, indicium aliquod humorum putrescentium apparuit, optimum factu visum est venã incidere antequàm

A οὐ γὰρ ἀρκοῦσιν αἱ καθόλου μέθοδοι πρὸς τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν. ἀμείνω δὲ τῶν παραδειγμάτων ἐστὶν, ὧν αὐτόπται γεγόναμεν· ὡς εἴγε πάντες οἱ διδάσκειν, ἢ γράφειν ὁπωσοῦν ἐπιχειροῦντες, ἔργοις ἐπεδείκνυντο πρότερον αὐτὰ, παντάπασιν ἂν ὀλίγ' ἄττα ψευδῶς ἦν λεγόμενα. νυνὶ δ' οἱ πλεῖστοι διδάσκειν ἄλλους ἐπιχειροῦσιν, ἃ μήτ' αὐτοί ποτ' ἔπραξαν, μήτ' ἄλλοις ἐπεδείξαντο. τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς τῶν ἰατρῶν, οὐδὲν θαυμαστὸν ἀμελήσαντας ἠθῶν χρηστῶν, δοξοσοφίαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν σπουδάσαι. τὸ δ' ἡμέτερον, οὐχ ὧδ' ἔχει. οὐ γὰρ δὴ χθὲς, ἢ πρώην, ἀλλ' εὐθὺς ἐκ μειρακίου φιλοσοφίας ἐρασθέντες, ἐπ' ἐκείνην ἤξαμεν

B πρῶτον· εἶθ' ὕστερον τοῦ πατρὸς ὀνείρασιν ἐναργέσι προτραπέντος, ἐπὶ τὴν ἰατρικῆς ἄσκησιν ἀφικόμεθα, καὶ δι' ὅλου τοῦ βίου, τὰς ἐπιστήμας ἑκατέρας ἔργοις μᾶλλον ἢ λόγοις ἐσπουδάσαμεν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐν ᾧ προσαγορεύουσιν ἄλλοι, περιθέοντες ὅλην τὴν πόλιν ἐν κύκλῳ, καὶ συνδειπνοῦσι, καὶ προπέμπουσι τοὺς πλουτοῦντάς τε, καὶ δυναμένους, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πάντῃ φιλοπονοῦντας ἡμᾶς ἐκμαθεῖν μὲν πρῶτον ὅσα καλῶς εὕρηται τοῖς παλαιοῖς, ἔπειτα διὰ τῶν ἔργων αὐτὰ κρῖναί τε ἅμα καὶ ἀσκῆσαι. τὸν τοίνυν γυμναστικὸν νεανίσκον,

C ἀρξάμενον πυρέττειν ὥρας πρώτης τῆς νυκτὸς, ἐθεασάμεθα κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ὥρας που τρίτης. εὑρόντες δὲ πυρετὸν ἱκανῶς μὲν θερμὸν, ἀλλὰ καὶ τούς τε σφυγμοὺς ὁμαλοὺς, καὶ μεγίστους, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοὺς, καὶ σφοδροὺς, καὶ τὴν τῆς θερμασίας ποιότητα, τὸ δακνωτικὸν τῆς ἁφῆς οὐκ ἔχουσαν. ἔτι δὲ καὶ τὰ οὖρα τῇ τε συστάσει καὶ τῇ χροιᾷ τοῦ κατὰ φύσιν οὐ πάνυ λελειμμένα, πυθόμενοί τε τὸν τῶν γυμνασίων ἔθους ἠμεληκότα τὸν ἄνθρωπον ἡμέραις ὡς τριάκοντα, τῇ δὲ προτεραίᾳ μόνῃ γεγυμνάσθαι σφοδρότερον μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ, προσενηνέχθαι τε τὰ συνήθη σιτία,

D καὶ ταῦτα πεπέφθαι μὲν, ἀλλὰ βραδέως καὶ μόγις, ὡς ἂν ἐπιληφθέντος κατὰ τὴν ἑσπέραν τοῦ πυρετοῦ. φαινομένου δὲ ἐρυθροῦ καὶ μεστοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μέντοι καὶ πληρώσεως αὐτοῦ τινα αἴσθησιν εἶναι λέγοντος, ἐν τούτῳ τε φθεγξαμένου περὶ φλεβοτομίας τῶν παρόντων τινὸς, ἔδοξεν ἡμῖν, ἀναβάλλεσθαι τὴν περὶ τοῦ βοηθήματος σκέψιν εἰς ἕτερον καιρὸν, ἅμα μὲν ἵνα ἀκριβέστερον διαγνωσθείη ἐκ ποίας ἰδέας ἐστὶν ὁ πυρετὸς, ἅμα δ' ἐξ ἀνάγκης διὰ τὴν προγεγενημένην βραδυπεψίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν ὁμοίως ἀκμάζειν ὁ πυρετὸς ἐφαίνετο μηδὲν ἀφαιρῶν αἰσθητῶς, ὕποπτος ἦν ἤδη συνόχος ὑπάρχειν ἐπ' ἐμφράξει

E τε καὶ πολυαιμίᾳ, καὶ τῇ διὰ τὸ πλῆθος τῶν σαρκῶν στεγνώσει. διαφυλαχθέντος δὲ τοῦ μεγέθους ἴσου δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, ἐπὶ τῆς ὑστεραίας ἐδόκει τοῖς ἐπισκοπουμένοις αὐτὸν ἰατροῖς ἅπασι, φλεβοτομητέος εἶναι. στάσεως δ' ἐγγινομένης περὶ τοῦ καιροῦ, καὶ κρατησάντων τῶν εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἀναβάλλεσθαι συμβουλευόντων, ὁ πυρετὸς ἐναργῶς ἐφαίνετο δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπακμάζων ἑαυτῷ. κἄπειτα τῆς ἐπιούσης νυκτὸς τῆς τρίτης, ἄλλος μὲν οὐκ ἐγένετο παροξυσμὸς, ὡς πρὸς τὸν πρῶτον ἐξ ἀναλογίας, ἀφόρητον δ' ἦν τὸ καῦμα τῷ κάμνοντι. καὶ τάσις ὅλου τοῦ σώματος ὡς πε-

F πληρωμένου, καὶ σφυγμὸς τῆς κεφαλῆς, ἀγρυπνία τε διὰ ταῦτα δεινὴ, καὶ μεταρριπτοῦντος ἑαυτὸν ἄλλο τ' εἰς ἄλλο σχῆμα τοῦ νεανίσκου. καὶ τοίνυν ὡς οὐκ ἔτ' ἔφερεν, ὥρας που τῆς νυκτὸς ὀγδόης, ἐκπέμψας οἰκέτην πρός με, δεῖται πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι διὰ ταχέων. ὑπακούω δὴ, καὶ ἀπέρχομαι, καὶ καταλαμβάνω θερμότατόν τε τὸν πυρετὸν, καὶ τοὺς σφυγμοὺς οἵους ἔμπροσθεν εἶπον. ἐπεὶ δ' οὔτ' ἐν τούτοις, οὔτ' ἐν τοῖς οὔροις, οὔτ' ἐν αὐτῇ τῇ τῆς θερμότητος ποιότητι σημεῖόν τι σηπεδόνος ἐφαίνετο χυμῶν, ἐδόκει κάλλιον εἶναι τεμεῖν τὴν φλέβα, πρὶν ἄρξασθαι

τὴν σῆψιν. ἀφαιρῶ τοίνυν αὐτοῦ τοσοῦτον ἐξεπίτηδες, ὡς λειποθυμῆσαι ἐπιμελῶς, μέγιστόν τι βοήθημα τοῦ συνεχοῦς πυρετοῦ συνόχου ἐν ἰσχυρᾷ δυνάμει, καὶ τῷ λόγῳ, καὶ τῇ πείρᾳ δεδιδαγμένος. πρῶτον μὲν γὰρ εἰς ἐναντίαν κατάστασιν ἀφικνεῖται τάχιστα ψυχόμενον ἐν τῇ λειποθυμίᾳ τὸ σῶμα. τούτου δ' οὔτε τοῖς κάμνουσιν, οὐδ' αὐτῇ τῇ διοικούσῃ τὰ ζῷα φύσει, δύναιτ' ἄν τις εὑρεῖν ἥδιον, ἢ χρηστότερον. ἔπειτα δ' ἐξ ἀνάγκης ἐν τοῖς τοιούτοις σώμασιν ἕπεται διαχώρησις γαστρός, ἔστι δ' ὅτε καὶ χολῆς ἔμετος, ἐφ' οἷς αὐτίκα νοτίδες ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, ἢ ἱδρῶτες. ἅπερ ἅπαν κἀκείνῳ πάντ' ἐξῆς γινόμενα, παραχρῆμα τὸν πυρετὸν ἔσβεσεν· ὥστε τινὰς τῶν παρόντων εἰπεῖν, ἔσφαξας ἄνθρωπε τὸν πυρετόν· ἐπὶ τούτου μὲν δὴ πάντες ἐγελάσαμεν. ὅπως δὲ πληρώσαιμι τὴν διήγησιν, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ὀλίγα προσθεῖναι. μετὰ δύο γὰρ τῆς φλεβοτομίας ὥρας βραχύ τι προσδοὺς τροφῆς τῷ κάμνοντι, καὶ κελεύσας ἡσυχάζειν, ἀπηλλαττόμην. ἀφικόμενος δὲ πέμπτης ὥρας τῆς ἡμέρας, οὕτω βαθέως ὑπνοῦντα κατέλαβον, ὡς ἁπτομένου μου μηδ' ὅλως αἰσθάνεσθαι. λεγόντων δὲ καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ βαθὺν οὕτως εἶναι τὸν ὕπνον, ὡς μηδ' ὅταν ἀπομάττωσιν αὐτοῦ τὰς νοτίδας, ἐξεγείρεσθαι, συνεβούλευον οὕτω πράττειν, εἶναι γὰρ ἀκριβῶς ἤδη τὸν ἄνθρωπον ἀπύρετον. ἀφικόμενος δ' αὖθις ὥρας δεκάτης, εὗρον ἔτι καὶ τότε κοιμώμενον αὐτόν. ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἐπ' ἄλλους ἀρρώστους, ἐπανῆλθον ὥρας πρώτης νυκτὸς, οὐκέτι μετὰ σιωπῆς, ἀλλ' ἐξεπίτηδες μέγα φθεγγόμενος, ὅπως ὁ κάμνων διεγερθείη τοῦ ὕπνου. καὶ τοίνυν οὕτω γινομένου, πτισάνης χυλῷ μόνῳ θρέψας αὐτὸν, ἀπηλλαττόμην. ἐπιμετρήσας δὲ τὴν ὑστεραίαν, ἐπὶ τὸ λουτρὸν ἀπέλυσα τῇ μετ' αὐτήν. τὰ μὲν δὴ κατὰ τοῦτον, οὕτως ἐπράχθη. τὰ δὲ κατὰ τὸν ἕτερον, ἤδη σοι δίειμι. δι' ὅλης ἡμέρας συντόνως ὁ ἄνθρωπος καμὼν πολλὰ, κἄπειτα λουσάμενος, ὀλίγα τε προσενεγκάμενος, ὑπῆρξατο πυρέττειν ἐν τῇ νυκτὶ, συνάψας αὐτῇ καὶ τὴν ἑπομένην ἡμέραν. ἐθεασάμεθα δ' ἡμεῖς αὐτὸν μετὰ τὴν δευτέραν νύκτα, τὰ μὲν ἄλλα πάντα, τῷ προειρημένῳ παραπλησίως διακείμενον, ἐναργῆ δὲ τὰ τῆς σηπεδόνος τῶν χυμῶν ἔχοντα γνωρίσματα. φλέβα τοίνυν αὐτοῦ παραχρῆμα διελόντες, ἄχρι λειποθυμίας ἐκενώσαμεν. ἐφ' ᾗ διαλιπόντες αὐτάρκες, ἐθρέψαμεν, μελικράτῳ μὲν πρῶτον, μετὰ δὲ ὥραν ἐκείνου μίαν, πτισάνης χυλῷ. καὶ πάντ' ἐπέπρακτο ταῦτα, πέμπτης ὥρας ἐντός. ὁμοίως δὲ αὐτοῦ διαμένοντος τοῦ πυρετοῦ, σύνοχον εἶναι προσεδοκήσαμεν ἐπὶ σήψει. καὶ τοίνυν καὶ οὕτως ἀπέβη. θεασάμενοι γὰρ αὐτὸν ὥρας που δευτέρας νυκτὸς ἐν ἴσῳ μεγέθει, τὸν διὰ τρίτης παροξυσμὸν, ἤτοι γ' ἐσόμενον, ἢ οὐκ ἐσόμενον, ἀκριβῶς ἠβουλήθημεν παραφυλάξαι νυκτὸς ὥραν ἑβδόμην τὴν ὕποπτον ἔχοντα. ὄρθρου δὴ βαθέος ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἐλθόντες, εὕρομεν ὅπερ ἠλπίσαμεν. οὔτε γὰρ ὁ διὰ τρίτης ἐγεγόνει παροξυσμός. ἐφαίνετό τε βραχύ τι μικρότερος ὁ πυρετὸς, οὗ κατελειπόμην ἐπὶ τῆς ἑσπέρας. ὡς δὲ καὶ τῆς μεσημβρίας ἰδὼν αὐτὸν, ἦν ἤδη βεβαιότατος ἀφαιρεῖν τι βραχὺ καὶ σύνοχον εἶναι παρακμαστικὸν, ἄμεινον ἐδόκει θρέψαι καὶ τότε ὁμοίως τὸν ἄνθρωπον. διελθούσης δὲ καὶ τῆς τετάρτης νυκτὸς ἐναργῶς ἐλάττων ἑαυτοῦ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ἦν, ἐν ᾗ πάλιν ὁμοίως αὐτὸν θρέψαντες, ἠκολουθήσαμεν ἀφαιροῦντες τοῦ μεγέθους, δι' ὅλης τε τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς τῆς πέμπτης, ὥστ' ἐναργῶς τῇ πέμπτῃ τῶν ἡμερῶν ἐλάττονα φαίνεσθαι τοῦ πρόσθεν. ἀνάλογον δὲ τῇ μειώσει τοῦ πυρετοῦ, καὶ τῶν οὔρων πέψις προὐχώρει.

A putredo inciperet. Aufero itaque ab homine eoúsque de industria sanguinem, quoad animo linqueretur, maximum planè, vbi valentes vires sunt, continentis febris remedium; id quod, tum ratione, tum experientia didici. Primum nanque in contrarium statum agitur corpus, celerrimè ex animi defectu refrigeratum. Hoc verò nemo inuenire potest, neque quod ipsis ęgris, neque quod naturæ, quæ animantes gubernat, iucundius vtiliúsve sit. Postmodum in eiusmodi corporibus necessariò superuenit alui deiectio, nonnunquam etiam bilis vomitio; quas res statim à toto B corpore madores sudorésve excipiunt. Quę nimirum omnia, quum huic quoque contigissent, protinus febrem extinxerunt; vt quidam ex iis, qui aderant, iugulasse me febrem per iocum dicerent; vnde omnes risimus. Verùm, quò narrationem omnem absoluam, nihil mali erit paucula addidisse. Post duas nanque à sanguinis missione horas paulo nutrimenti dato, ac iusso quiescere, discessi. Quinta verò hora reuersus, tam profundo somno indormientem inueni, vt tangentem me prorsus non sentiret. Quum verò, & ministri adeò illi altum somnum fuisse dicerent, vt nec, quum ma- C dores eius abstergerent, expergisceretur, suasi ita facerent; esse nanque hominem iam prorsus à febri liberum. Reuersus autem, & decima rursus hora, etiam nunc dormientem inueni. Egressus autem iterum ad alios visendos ægros, redeo hora prima noctis, non tamen, vt ante, tacens, sed voce de industria sublata, quò ægrum à somno excitarem. Quod quum ita accidisset, vbi solo ptissanæ cremore ipsum nutriui, abij. Cuius modum postero die augens, tertio lauatum dimisi. Ac, quæ ad hunc pertinebant infirmum, ita sunt D gesta. Quæ verò ad alterum, nunc dicam. Is, quum toto die multùm laborasset, deinde lauatus paucula comedisset, cœpit nocte febricitare, totum etiam continuans sequentem diem. Hunc nos post secundam noctem vidimus, in cæteris quidem omnibus iam dicto *iuueni* similiter affectum, verùm putrescentium humorum euidentes præbentem notas. Itaque vena quoque huic protinus incisa vsque ad animi defectum vacuauimus. Post id, idoneo interposito spatio, cibauimus primum mulsa, deinde vna interposita hora, ptissanæ cremore. Atque hæc omnia intra E quintam acta sunt horam. Quum autem similis sibi perseueraret febris, synochon eam fore ex putredine expectauimus. Itaque accidit. Quippe quum eam secunda noctis hora pari magnitudine cerneremus, tertiæ diei accessionem, futuráne esset, an non esset, diligenter obseruare volebamus; cuius in septimam horam noctis suspicio erat. Itaque cum summo manè venissem, inueni, quod expectaram. Nam nec tertia inciderat accessio, febrísque remissior paululo quàm vesperi fuerat, apparuit. Vt autem rursus hominem meridie vidi erámque iam certissimus, & fe- F brem decreuisse, & synochon febrem esse, decrescentem; satiùs visum est, tum quoque hominem similiter nutrire. Quarta verò exacta nocte, manifestè minor etiã quarto die erat; quo rursus quoque ad eundem modum homine cibato, aduertimus, tũ illo die toto, tum, quæ hunc sequuta est, quinta nocte magnitudinẽ remittere sic, vt quinto die liquidò planè appareret minor esse febris, quàm ante. Itaque ad proportionem minuentis se febris, vrinæ quoque concoctio processerat.

Erátque haud obscurum septimo (id quod factũ est) finiendam. Hanc igitur decrescentem planè continentem ex humorũ putredine febrem, vidimus. Multas verò alias continentes conspeximus, quarum aliæ epacmasticæ, *id est crescentes*; aliæ homotoni & acmasticæ, *id est similem tenorem seruantes erant*, vel vt aliquis nominare voluerit; aliæ, ceu quã modò memorauimus, paracmasticæ, *id est decrescentes*. Aliæ rursus in primo die putredinis notas habuerunt; aliæ in tertio, aut certè ad summum quarto, ídque aliàs medicorum ipsorum inscitia, qui sanguinem non miserant, aliàs laborantium ipsorum timiditate. Siquidem eorum, qui ex sola obstructione febricitarent, nemo in putredinis febrem incidit, qui priùs sanguinem miserat. Quem, vbi validæ vires subsunt, & ætas permittit, vsque ad animi defectum mittere expedit; vbi horum alterum non satis respondet, tutius est, quantum satis visum fuerit, tantum principio detrahere; quod defuit, iteratione supplere. Etenim hoc præsidio omisso, qui ita febricitant, in summum discrimen veniunt, nisi si eos, vel virium robur, vel largum sanguinis profluuium, vel sudor copiosus, ex manifesta pernicie eripiat. Et tamen nonnulli ex medicis sunt, qui, tametsi manifestissimè vident, naturam sanguinis profluuio non paucos eorum, qui sic periclitentur, seruare, tamen sanguinis missionem fugiant, nullam nec experientiam, nec veram rationem sequuti. Cæterùm hos mittamus, disputato præsertim contra illos abundè vno integro libro, qui est de sanguinis missione contra Erasistratum scriptus; ipsi verò ad propositum reuertamur.

καὶ τὴν δῆλον ὡς κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν παύσαιτο, καὶ οὕτως ἐγένετο. παρακμαστικὸς οὖν ἀκριβῶς ἐστὶν ἡμῖν ὁ σύνοχος ἐπὶ σήψει χυμῶν ὤφθη. Πολλοὺς δ' ἄλλους συνόχους ἐθεασάμεθα, τοὺς μὲν ἐπακμαστικούς· τοὺς δὲ ὁμοτόνους, ἢ ἀκμαστικούς, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλοι καλεῖν· ἐνίους δ', ὥσπερ καὶ τοῦτον ὁ προειρημένος, παρακμαστικούς. καί τινας μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν τὰ τῆς σήψεως ἔχοντας γνωρίσματα· τινὰς δ' ἐν τῇ τρίτῃ ἄρξαντας, ἢ τὸ πλεῖστον γε τῇ τετάρτῃ, ποτὲ μὲν ἀμαθίᾳ τῶν ἰατρῶν μὴ τεμνόντων τὴν φλέβα, ποτὲ δ' αὐτῶν τῶν καμνόντων δειλίᾳ. Τῶν γὰρ ἐπ' ἐμφράξει μόνῃ πυρεξάντων, οὐδεὶς μετέπεσεν εἰς τὸν ἐπὶ σηπεδόνι πυρετόν, ἀποχέαι τι φθασάντων αἵματος. ἰσχυρᾶς μὲν οὖν ὑπαρχούσης τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἡλικίας συγχωρούσης, ἄχρι λειποθυμίας ἄμεινον ἄγειν. εἰ δέ τι τούτων ἐνδέοι κατά τι βέλτιον ἀφελεῖν μὲν ὅσον ἂν ἱκανὸν εἶναι φαίνηται, τήν γε πρώτην· ἐπαφαιρεῖν δ' αὖθις ὅσον ἐνδέοι. μὴ φλεβοτομηθέντες γὰρ οἱ οὕτως πυρέττοντες, εἰς ἔσχατον ἥκουσι κινδύνου· πλὴν εἴ ποτε ῥώμη δυνάμεως, ἢ αἱμορραγία λάβρος, ἢ ἱδρὼς πολὺς ἐξαρπάσειεν αὐτοὺς ὀλέθρου προφανοῦς. ἀλλ' ὅμως ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ὁρῶντες τὴν φύσιν ἐναργέστατα δι' αἱμορραγίας ἐκσώζουσαν οὐκ ὀλίγους τῶν οὕτω κινδυνευόντων, ἀποδιδράσκουσι τὴν φλεβοτομίαν, οὔτ' ἐμπειρίαν οὐδεμίαν, οὔτε λόγον ἀληθῆ προστησάμενοι. τούτους μὲν οὖν ἐάσωμεν αὐτάρκως γε πρὸς αὐτοὺς διειλεγμένοι, καθ' ἓν ὅλον γράμμα τὸ περὶ φλεβοτομίας πρὸς Ἐρασίστρατον, αὐτοὶ δ' αὖθις ἐπὶ τὸ προκείμενον ἴωμεν.

CAPVT V.

De ratione curandi continentes febres per venæ sectionem, & frigidæ exhibitionem.

Erat verò in præsenti disputatione propositum de iis febribus disserere, quæ ex stipatis per obstructionem meatibus oriuntur. Quas, si sine putredine consistant, ex diariarum esse genere dixi; sin ijs putredo aliqua, vel ab initio statim, vel postmodum superueniat, vbi in omnibus venis, ac præcipuè magnis ea constitit, continentes excitari febres; vbi in vnica animalis parte, febres, quæ certis circuitibus exacerbantur. Verùm de his postea. Quod autem, & bis, arbitror, & ter, & sæpiùs, iterúmque, dicendum est, qui ita laborant, si rectè curabuntur, iis sanguinis missio est adhibenda. Quibus enim corpus ex humorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tantum caloris congessit, vt inde iam febricitet, iis tantum sanguinis est detrahendum, quantum vires tolerant. Pro certo quoque habendum, nisi iis, qui hoc per naturam sunt habitu, id adhibeatur præsidium, fore, vt vel suffocentur, vel certè syncope prehendi omninò periclitentur, nisi (vt dictum est) eos, vel naturæ robur, vel plurimus sudor, vel largum sanguinis profluuium, à morte vindicet. At illud, vel me tacente constat, iis præsertim qui librum de plenitudine studiosè perlegerunt, quanquam, & nũc quoque à me dicetur, non esse nunc nobis de ea plenitudine ad vires sermonem; (neque enim sic obstruit venarum ora, vt refrigerationem prohibeat, nec tunicas earum distendit, nec ruborem, nec tumorem inuehit, multóque minus, vel carnis, vel cutis transpirationem moratur;)

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Θεραπείας μέθοδος τῶν συνόχων πυρετῶν διὰ φλεβοτομίας, καὶ ψυχρᾶς παρασχήσεως.

ΗΝ δ' ἐν τῷ νῦν λόγῳ προκείμενον, ὑπὲρ ἐκείνων διελθεῖν τῶν πυρετῶν, ὅσοι στεγνώσεσιν ἕπονται ταῖς δι' ἐμφράξιν. οὓς, εἰ μὲν ἄνευ σηπεδόνος εἶεν, ἐκ τοῦ τῶν ἐφημέρων ἔφασκον ὑπάρχειν γένους. εἰ δέ τις αὐτοῖς, ἢ ἐξ ἀρχῆς εὐθέως, ἢ ἐξ ὑστέρου σῆψις ἐπιγίγνοιτο, κατὰ μὲν ἁπάσας τὰς φλέβας καὶ μάλιστα τὰς μεγάλας συνισταμένης αὐτῆς, τοὺς συνόχους γίνεσθαι πυρετούς, ἐν ἑνὶ δὲ μορίῳ τοῦ ζώου, τοὺς κατὰ περίοδόν τινα παροξυνομένους. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αὖθις. ὃ δὲ χρὴ καὶ δὶς οἶμαι καὶ τρὶς καὶ πολλάκις, αὖθίς τε καὶ αὖθις εἰπεῖν, εἰ μέλλοιεν οἱ οὕτως νοσοῦντες ὀρθῶς θεραπευθήσεσθαι, τὸ τῆς φλεβοτομίας παραληπτέον ἐστίν. ὅσοις γὰρ ἐπὶ πλήθει χυμῶν δυσδιάπνευστον τὸ σῶμα γενόμενον ἤθροισε τοσαύτην θερμασίαν ὡς ἤδη πυρέττειν, ἀφαιρεῖν αἵματος χρὴ τοσοῦτον ἂν ὅσον ἡ δύναμις φέρει. γινώσκοντας ὡς εἰ μὴ παραληφθείη τὸ βοήθημα τοῦτο, πνιγήσεσθαι τοὺς οὕτω διακειμένους τὴν φύσιν, ἢ συγκόπτεσθαί γε πάντως αὐτούς, εἰ μήποθ' ὡς εἴρηται, ῥώμη τῆς φύσεως, ἢ ἱδρὼς πάμπολυς αὐτούς, ἢ λάβρος αἱμορραγία ῥύσηται τοῦ θανάτου. δῆλον μὲν οὖν ἐστι κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τοῖς γε τὸ περὶ πλήθους γράμμα καλῶς ἀναλεγομένοις, οὐδὲν δ' ἧττον εἰρήσεται καὶ πρὸς ἡμῶν, ὅτι νῦν ὁ λόγος ἐστίν, οὐ περὶ τοῦ πρὸς τὴν δύναμιν πλήθους. οὔτε γὰρ ἐμφράττει τοῦτο τὰ στόματα τῶν ἀγγείων, ὡς κωλύειν τὴν ἀνάψυξιν, οὔτε τείνει τοὺς χιτῶνας αὐτῶν, οὔτ' ἔρευθος, οὔτ' ὄγκον ἐργάζεται, πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον οὐδὲ τὰς τῆς σαρκὸς, ἢ τοῦ δέρματος ἐπέχει διαπνοάς·

ἀλλὰ περὶ τοῦ μηκέτι δυναμένου χωρεῖσθαι πρὸς τῶν ἀγγείων, ὃ καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸ ῥηγνύναι τε, καὶ ἀναστομοῦν εἴωθεν αὐτά, καὶ τἆλλα συμπτώματα τὰ νῦν εἰρημένα φέρει, τὴν ἔμφραξιν, τὴν τάσιν, τὸν ὄγκον, τὸ ἔρευθος· ὁ σύμπας μοι λόγος ἐστὶ περὶ αὐτοῦ τε, καὶ νῦν οὐχ ἧττον περαινθήσεται. τὸ γάρ τοι πλῆθος τοῦτο χρηστὸν ὄν, συναύξεσθαι πέφυκε τῇ ῥώμῃ τῆς δυνάμεως· ὡς εἴγε βαρύνει ποτ' αὐτήν, οὔτ' αὐξηθήσεται τοῦ λοιποῦ, καὶ παύσεται χρηστὸν ὑπάρχον. εἰ γὰρ ἅπαξ ἀπολέσειε τὸν ἐκ τῆς φύσεως κόσμον, ἀδύνατον αὐτῷ μὴ σαπῆναι· διότι μηδ' ἄλλο μηδὲν ὑγρὸν καὶ θερμὸν σῶμα τουτωνὶ τῶν ἐκτὸς, ὁρῶμεν ἄσηπτον διαμένον. ταῦτά τοι χρὴ σπεύδειν ἀφαιρεῖν τοῦ αἵματος, ὅπως ἡ τῶν ἀγγείων φύσις, ἐκ τοῦ διαπνεῖσθαί τε καὶ ῥιπίζεσθαι, τὴν φυσικὴν εὐκρασίαν φυλάττουσα, κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς τρόπον ἐπικρατῇ τῶν χυμῶν· ὡς εἴγε δύσκρατος γενομένη κάμοι, κίνδυνος αὖθις σαπῆναι. ἡ δυσκρασία δ' ἐν αὐτῇ γίνεται, διὰ τὴν τοῦ πυρετοῦ θέρμην. ἣν ὅταν τις ἀμαθὴς ἰατρὸς αὐξήσῃ τῷ μὴ κενῶσαι τὸ τῆς στενώσεως αἴτιον, ἄπορος ἡ λοιπὴ πᾶσα βοήθεια γίνεται. τοῦ μὲν γὰρ πλήθους κενοῦσθαι δεομένου, τῆς θέρμης δ' ἐμψύχεσθαι, μάχη καὶ στάσις εἰς ἄλληλα, τοῖς ἰωμένοις βοηθήμασι γίνεται· τῶν μὲν ἐμψυχόντων, εἰ καὶ τὴν εὐκρασίαν ἐκπορίζοιτο τῇ φύσει, κατεχόντων γοῦν τὸ πλῆθος ἐν τῷ σώματι. τῶν δὲ τῇ μανώσει τοῦ δέρματος ἐκκενούντων αὐτό, θερμαινόντων ἁπάντων, ὥστ' εἰ μὲν τοῦτο κενοῦν ἐθέλοις, αὐξήσεις τὸν πυρετόν· εἰ δ' ἐκεῖνον ἐμψύχειν, καθέξεις τοῦτο. ταύτην τὴν ἀπορίαν τῶν ἰαμάτων οἱ μὴ κενώσαντες εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐργάζονται, πεισθέντες Ἐρασιστράτῳ, τῷ μηδὲ τὰς αὐτομάτους αἱμορραγίας μιμήσασθαι δυνηθέντι. Κάλλιστον μὲν οὖν εὐθέως ὡς ἐθεάσω διαπαντὸς ἡμᾶς ποιοῦντας, οὐχ ἡμερῶν ἀριθμῷ ἐπὶ παντὸς πράγματος προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ τῇ ῥώμῃ μόνῃ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τῶν τοιούτων πυρετῶν· εἰ γὰρ αὐτὴ διασώζοιτο, μὴ μόνον ἑκταίους, ἢ ἑβδομαίους, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἑξῆς ἡμέρας φλεβοτομεῖν. εἰ δ' ἀναγκασθείης ποτὲ θεραπεύειν ἄρρωστον, ᾧ μὴ μόνον ἔμπροσθεν παρελείφθη τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα, ἀλλὰ καὶ νῦν, ἤτοι διὰ τὴν ἀμαθίαν τῶν ἰατρῶν, ἢ τὴν τοῦ κάμνοντος, ἢ τὴν τῶν οἰκείων αὐτοῦ δειλίαν, ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ κωλυθείης ἀφαιρεῖν αἵματος, ἐπὶ τὴν τοῦ ψυχροῦ δόσιν ἔρχεσθαι διασκεψάμενος ἀκριβῶς ὁπόση τις ἐξ αὐτοῦ γενήσεται βλάβη. μικρᾶς μὲν γὰρ, ἢ οὐδ' ὅλως ἐσομένης, διδόναι πίνειν ἀκραιφνὲς ψυχρὸν, ὅσον ἂν ὁ κάμνων βούληται· ἔτι καὶ μᾶλλον θαρρῶν, εἰ ψυχροπότης εἴη. μεγάλης δὲ τῆς βλάβης προσδοκωμένης, ἀφίστασθαι μὲν τῆς δόσεως, τοῖς δὲ ἄλλοις χρῆσθαι βοηθήμασιν, ἃ τάς τ' ἐμφράξεις ἐκφράττει, καὶ τὸ πλῆθος κενοῖ, καὶ πραΰνει τὸ ζέον τῶν πυρετῶν. Αἱ δὴ ἐξ ἀκαίρου ψυχρᾶς πόσεως ἢ ἀμέτρου βλάβαι, κατὰ τάδε γίνονται, τοὺς γλίσχρους, καὶ παχεῖς, καὶ πολλοὺς χυμοὺς, εἴτ' ἔμφραξιν, εἴτε σῆψιν, εἴτε φλεγμονὴν, εἴτε ἐρυσιπελατώδη διάθεσιν, ἢ σκιρρώδη τύχοιεν, ἢ οἰδηματώδη πεποιημένοι, κωλύει λεπτύνεσθαί τε καὶ διαφορεῖσθαι. ὅταν οὖν ἐκ τούτων μὲν ὁ πυρετὸς ἀνάπτηται, μηδὲν δὲ εἰς τὴν κένωσιν αὐτῶν ἡ τοῦ ψυχροῦ δόσις ὠφελῇ, παραχρῆμα μὲν οὐκ ὀλίγην φέρει τὴν ῥᾳστώνην ἐπὶ τὸ σβέσαι τὸν ἤδη γεγονότα πυρετόν, ἅτε δὲ διαμενούσης τῆς αἰτίας, αὖθις ἕτερον ἀναγκαῖον ἀνάπτεσθαι, καὶ πολλάκις γε χαλεπώτερον τοῦ πρόσθεν, ὅταν ἐκ τοῦ ψυχροῦ πυκνωθῇ τὸ σῶμα.

A verùm de ea, quæ contineri à vasis vltra non valet, quæque ob id ipsum, tum perrumpere vasa, tum recludere solet, reliquáque modò dicta symptomata inducit, obstructionem, distentionem, tumorem, ruborem; de hac mihi omnis sermo tum habitus est, tum verò nihilominus habendus. Siquidem copia hæc, dum bonitatem suam seruat, vt pariter augeri cum robore virium est nata; ita siquando has grauat, nec de cætero augebitur, & bonitatem naturæ amittet. At, si naturalem semel bonitatem amiserit, fieri nequit, B vt non putrescat; quandoquidem nec aliud vllum ex iis, quæ foris sunt, humidum, calidúmque corpus manere non putrescens cernimus. Ergo festinare ad sanguinem detrahendum oportet, quo vasorum natura ex transpirando ventilandóque naturalem temperiem seruans, humoribus eo, quo inter initia, modo dominetur, & si ad intemperiem versa laborabit, metuendum est, ne hi putrescant. Excitatur autem intemperies in ea ex febris calore. Quem siquando rudis quispiam medicus auxit, non vacuata stipationis causa, incerto reliquum omne remedium est. Vbi nanque C vacuari plenitudo postulat, calor autem refrigerari, pugna discordiáque inter ipsa sanandi oritur remedia, iis, quæ refrigerent, quanuis temperiem naturæ concilient, saltem plenitudinem intra corpus detinentibus; quæ verò rarefacienda cute hanc euacuant, omnibus calefacientibus, sic, vt, si abundantiam vacuare velis, febrem augeas; si febrem refrigerare, abundantiam moreris. In hanc remediorum inopiam deueniunt, qui statim à principio non vacuarunt, Erasistrati persuasione inducti, qui nec spontanea sanguinis profluuia potuit imitari. Optimum igitur est D (id quod nos semper in re quaque facere vidisti) statim non numero dierum, sed vni virium robori, in febribus eius generis attentum esse; si nanque seruatum est, non solùm sexto septimóve, sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus. Quòd si curare aliquando infirmum cogeris, cui non solùm antea secandæ venæ remediũ prætermissum est, sed nunc quoque vel per medicorum ignorantiam, vel ipsius laborantis propinquorúmve eius timiditatem procedente tempore mittere sanguinem prohiberis, ad frigidam exhibendam accedes, sed diligenter ante discer- E nens, quantum ex ea nocumentum contingere possit. Nam, si id aut exiguum erit, aut nullum, offerenda potui est, quæ prorsus sit gelida, quantum bibere ægro libet; quinimò magis id audebis, si frigidæ potioni insueuerit. Sin magnum timetur incommodum, ab hac quidem abstinendum, atque aliis auxiliis, quibus obstructio eximatur, & plenitudo vacuetur, & febris feruor defereat, vtendum. Quæ verò noxæ frigidam potionem intempestiuè immodicéque exhibitam sequuntur, in his consistunt, quòd lentos, crassos, F multósque humores, siue hi obstructiones, siue putredinem, siue phlegmonen; siue erysipelatodem affectum, aut scirrhodem, aut œdematodem creauerit, attenuari discutique prohibent. Ergo, quoties ex his febris accenditur, atque ad eos vacuandos frigida data non cõducit, ad præsens quidem non paruũ affert leuamen, propterea quòd iam accensam febrẽ extinguit; verùm, quũ causa eius adhuc perstet, aliam denuò accendi est necesse, atq; ea, quæ præcessit, nonnunquã difficiliorẽ, propterea quod dẽsatũ ex frigida corpus est.

Atque

Atque hæc vna noxæ species est minimè contemnenda. Altera talis est; multæ laborantis imbecillæ partes, siue ita se ex naturali intemperie habeant, siue ex vitio adscititio, à frigida læduntur. Alij nanq; gula adeo vehementer est affecta, vt vix deglutiret. Alij ventriculus sic, vt vix concoqueret. Alij ipsum ventriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut certè & renes, & vesica, aut tale quippiam aliud à frigida percussum, ad proprium opus infirmum est redditum. Nonnulli autem ex intepestiua, immodicáque eius potione, non multo interposito tempore, nec postmodum, sed ilicò, difficultate spirandi, & conuulsione, & tremore corripiuntur; ac toto (vt semel dicam) neruoso genere læduntur. Nec ignoro, quòd formidolosum te ad frigidam offerendam ex iis, quæ memoraui, redderem, nisi ea me vsum sæpè vidisses sempérque cum successu, nec ægrum in vllo manifestè læsisse. Quibuscunque enim in principe parte tumor aliquis phlegmonodes aut œdematodes, aut scirrhodes constitit; iis frigidam offerre non oportet; sed nec iis, quibus obstructio, putridúsve humor non concoctus incommodat. Quòd si euidentes percipis absque iam dictis tumoribus concoctionis notas, illud duntaxat æstimabis, sítne pars aliqua temperamento adeo frigido, vt in hác noxa procumbat. Porrò erysipelas, quod verum sit, nõ aliter sanaueris; at, si mixtũ cũ phlegmone sit, in hoc cõcoctionis expectandæ sunt notæ. Atque hæc latiùs, quàm pro re nunc proposita, quum postmodum etiam fortè necessum erit de frigida exhibenda mentionem facere. Nunc enim altera continentium febrium ex sola obstructione est orta; altera verò etiam cum putredine per omnes venas. Quum ergo concoctionis humorũ in iis notas videris, de quibus dictum abundè in libris de crisibus est, audacter frigidam dabis. Quippe solidarum animalis partium natura roborata prætenuatos iã humores aggreditur, ita vt qui vtiles sint, atque ad nutriendum habiles, hos quidẽ ad se trahat; inutiles, vel per ventrem, vel per cutẽ eiiciat. Quòd si etiam frigidæ assuetus æger fuit, magna cum fiducia frigidam exhibebis, ipsa experientia iam doctus, omnia viscera eius occursum familiariter tolerare. Omninò nanque, siquod frigidum adeò esset, vt ab hac offenderetur, id per sanitatis tempus euidenter offensam suam ostendisset; nulla verò per sanitatem pars quicquam ab hac læsa, nec etiam inter febricitandum quicquam lædetur. Vbi nanque nonnulli aquæ frigidæ *potioni* non assueti, tamen propter ardentem febrem eam bibere coacti, nullum incommodum senserunt, multo profectò minus eorum, qui assueuerunt quisquam lædi debet; cui etiam quasi pro munimento maximo accedit ipsa caloris copia. Hic nanque, quum in vasorum cauitatibus plurimus contineatur, vt potè tũ aërea in his substantia, tum etiam humoribus omnibus inflammatis quátũ à frigido patitur refrigeratus, tamẽ rursus calefaciendo in ipsum agit. Ideóque minus tuta iis, qui exiguũ sanguinem, carnémque obtinent, frigidæ potio est; celeriter nanq; ad solidas animalis peruenit partes, nulli, quod eius vim frangat, occurrens. Eo etiam fit, vt hecticæ febres nec puram eam, quæ prorsus sit gelida; nec multã, desiderent, ceu quæ extenuatis omninò, exiguíque sanguinis corporibus, incidant. Verùm de illis post agetur. Maxima verò continentium febrium remedia hæc duo sunt, venæ sectio, & potio frigida.

τουτὶ μὲν δή σοι βλάβης εἶδος ἕν, οὐκ εὐκαταφρόνητον. ἕτερον δὲ τοιόνδε· πολλὰ τῶν ἀσθενεστέρων τοῦ κάμνοντος μορίων, εἴτε διὰ φυσικὴν δυσκρασίαν, εἴτε δι' ἐπίκτητον βλάβην, ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ πλήττεται. τῷ μὲν γὰρ ὁ στόμαχος ἔπαθεν οὕτως ἰσχυρῶς, ὡς μόγις καταπίνειν. τῷ δὲ ἡ γαστὴρ, ὡς μόγις πέττειν. ἄλλῳ δὲ, τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ἢ τὸ ἧπαρ, ἢ τὸ κῶλον, ἢ ὁ πνεύμων, ἢ αἱ φρένες, ἢ καὶ νὴ Δία νεφροὶ, καὶ κύστις, ἤτοι τοιοῦτον ἕτερον ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ πληγὲν, ἄρρωστον εἰς τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ἐγένετο. Τινὲς δὲ αὐτῶν ἐξ ἀκαίρου τε, καὶ ἀμέτρου πόσεως, οὐκ εἰς μακρὰν, οὐδ' εἰς ὕστερον, ἀλλ' αὐτίκα δυσπνοίαις, καὶ σπασμοῖς, καὶ τρόμοις ἁλίσκονται, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, κακοῦνται πᾶν τὸ νευρῶδες γένος. Οἶδ' ὅτι φοβερὸν ἄν σε πρὸς τὴν τοῦ ψυχροῦ δόσιν εἰργασάμην ἐξ ὧν εἶπον, εἰ μή με πολλάκις ἐθεάσω μὲν χρησάμενον, ἀεὶ δ' ὠφελήσαντα χωρὶς τοῦ βλάψαι τι τὸν κάμνοντα σαφές. Ὅσοις μὲν γὰρ ἐν κυρίῳ μορίῳ φλεγμονώδης ὄγκος, ἢ οἰδηματώδης, ἢ σκιρρώδης ἐστὶν, οὐ χρὴ τούτοις διδόναι τὸ ψυχρόν· οὐ μὴν οὐδ' ὅσοις ἔμφραξις ἢ σῆψις χυμῶν ἄπεπτος. Εἰ δ' ἐναργῆ βλέποις τὰ τῆς πέψεως σημεῖα, χωρὶς τῶν εἰρημένων ὄγκων, ἐκεῖνο μόνον ἔτι διασκέψαι, μή τι μόριον οὕτω ψυχρὸν εἴη τὴν κρᾶσιν, ὡς εἰς αὐτὸ κατασκῆψαι τὴν βλάβην. Ἐρυσίπελας δὲ, τὸ γνήσιον ἀκριβὲς, οὐκ ἂν ἄλλως ἰάσαιο·[133] συμμιγὲς δ' εἴπερ εἴη φλεγμονῇ, τὰ τῆς πέψεως ἀναμεῖναι χρὴ γνωρίσματα. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλέον, ἢ κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ὑπόθεσιν, ὅθεν ἴσως καὶ αὖθις ἀναγκαῖον ἔσται ποτὲ δόσεως ψυχροῦ μνημονεῦσαι. νυνὶ γὰρ ὁ μὲν ἕτερος τῶν συνόχων, ἐμφράξει μόνῃ τὴν γένεσιν εἶχεν· ὁ δ' ἕτερος, ἅμα σήψει καθ' ὅλας τὰς φλέβας. ὅταν οὖν ποτ' ἐπ' αὐτῶν ἴδῃς τὰ τῆς πέψεως τῶν χυμῶν σημεῖα, περὶ ὧν αὐταρκῶς ἐν τοῖς περὶ κρίσεων εἴρηται, θαρρῶν διδόναι τὸ ψυχρόν. ἡ γάρ τοι φύσις τῶν στερεῶν τοῦ ζώου μορίων ῥωσθεῖσα, τοῖς προλελεπτυσμένοις ἐπιτίθεται χυμοῖς· ὥσθ' ὅσοι μὲν χρηστοὶ, καὶ τρέφειν ἱκανοὶ, τούτους μὲν ἕλκειν εἰς ἑαυτά· τοὺς δ' ἀχρήστους ἐκβάλλειν, ἤτοι διὰ τῆς γαστρὸς, ἢ διὰ τοῦ δέρματος. Εἰ δὲ ψυχροπότης ὁ κάμνων εἴη, πάνυ θαρρῶν δίδου τὸ ψυχρὸν, αὐτῇ τῇ πείρᾳ δεδιδαγμένος ἀνέχεσθαι πάντα τὰ σπλάγχνα τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ. πάντως γὰρ εἴ τι ψυχρὸν οὕτως ὑπῆρχεν, ὡς πλήττεσθαι πρὸς αὐτοῦ κατὰ τὸν τῆς ὑγείας χρόνον, ἐναργῆ τὴν βλάβην ἐνεδείξατο ἄν· μηδενὸς δὲ μηδὲν μορίου βλαβέντος, οὐδὲ νῦν ἐν τοῖς πυρετοῖς βλαβείη τι. ὅπου γὰρ καὶ ἀήθεις ἔνιοι ψυχροῦ, διὰ καυσώδη πυρετὸν ἀναγκασθέντες πιεῖν, οὐδὲν ἐβλάβησαν, οὔπου γε τῶν ἐθάδων ἄν τις βλαβείη, πρόβλημα μέγιστον ἔχων ἐξ ἐπιμέτρου, τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας. αὕτη γὰρ ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν ἀγγείων πολλὴ περιεχομένη, τῆς ἀερώδους οὐσίας ἐν αὐτοῖς, καὶ προσέτι τῶν χυμῶν ἁπάντων ἐκπεπυρωμένων, ὅσον ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ πάσχει ψυχομένη, τοσοῦτον εἰς αὐτὸ δρᾷ θερμαίνουσα. Καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὀλίγον αἷμα, καὶ σάρκας ἔχουσιν, ἡ πόσις τοῦ ψυχροῦ σφαλερωτέρα· ταχὺ γὰρ ἐπὶ τὰ στερεὰ τοῦ ζώου μόρια διικνεῖται, μηδενὶ προσεντυγχάνον, ὑφ' οὗ θραυσθήσεται. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ οἱ ἑκτικοὶ τῶν πυρετῶν, οὔτ' ἀκραιφνοῦς ὁμοίως οὔτε πολλοῦ χρῄζουσι τοῦ ψυχροῦ, λεπτοῖς καὶ ὀλιγαίμοις τοὐπίπαν ἐγγινόμενοι σώμασιν, ἀλλὰ περὶ μὲν ἐκείνων, αὖθις εἰρήσεται. Ἰάματα δὲ συνόχων πυρετῶν δύο ταῦτ' ἐστὶ μέγιστα, φλεβοτομία, καὶ ψυχρόν.

ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐν παντὶ καιρῷ, φερούσης γε τῆς δυνάμεως· ἡ δὲ τοῦ ψυχροῦ πόσις, ὅταν μὲν τοῖς σφυγμοῖς καὶ τοῖς οὔροις, τὰ τῆς πέψεως ἐναργῆ σημεῖα βλέπῃς, μέγιστος δὲ ὁ πυρετὸς εἴη. Προσεπιβλέπειν δὲ τοῖς τῆς φλεβοτομίας σκοποῖς, τά τε προηγούμενα, καὶ τὰ πάντως ἐπακολουθήσοντα. προηγησαμένης γὰρ ἀπεψίας σιτίων, τοσοῦτον χρόνον ἀναβάλλεσθαι κέλευε τὴν φλεβοτομίαν, ὅσος ἂν ἱκανὸς εἶναί σοι δόξῃ πρός τε τὴν πέψιν αὐτῶν, καὶ τὴν τῶν περιττωμάτων ὑποχώρησιν. ἑπομένης δέ τινος ἐξ ἀνάγκης κενώσεως, ἀπολιπεῖν αὐτῇ τοῦ περιττοῦ τοσοῦτον, ὅσον μέλλει κενώσειν. ὥστε εἴτε καταμήνια τύχοι κινηθέντα κατὰ τὸν τῆς φλεβοτομίας καιρὸν, εἴτ' αἱμορροῒς ἀναστομωθεῖσα, θεασάμενος τοῦ φερομένου τὴν ὁρμὴν, εἰ μὲν ἱκανὴν αὐτὸ φαίνοιτο μόνον ἐκκενῶσαι τὸ δέον, ἐπιτρέπειν τῇ φύσει τὸ σύμπαν· εἰ δὲ μὴ, τοσοῦτον ἀφαιρεῖν αὐτὸν, ὡς ἐξ ἀμφοῖν συντεθέντων ἀνυσθῆναι τὸ προσῆκον. ὥσπερ δ' ἐπὶ τούτων, τὴν φυσικὴν κένωσιν αἰσθητὴν οὖσαν, οὐ μικρὸν χρὴ τίθεσθαι σκοπὸν, οὕτως ἑτέρωθι τὴν φύσιν, ἢ τὴν ἡλικίαν, ἢ τὴν κατάστασιν. ἔνιοι μὲν γὰρ εὐδιαφόρητοι φύσει· παῖδες δ' ἀεὶ διὰ τὴν ἡλικίαν· ἡ κατάστασις δ' ὅταν ἡ θερμή τε ἄγαν, καὶ ξηρά. καλῶ δὲ δηλονότι κατάστασιν, τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσιν, ἐν ᾗ καὶ χώρα, καὶ ὥρα περιείληπται· καὶ γὰρ καὶ τούτων ἑκάτερον ἔχει τὴν ἔνδειξιν ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος κράσεως. εὐδιαφόρητοι δ' εἰσὶν, οἱ ὑγροὶ τὴν φύσιν ἅπαντες, καὶ μᾶλλον ἅμα θερμότητι· καὶ οἱ ἀραιοὶ τὴν ἕξιν· ἔτι δ' οἷς τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ἢ πικρόχολον, ἢ ἄρρωστον, ἢ παρὰ τὸ δέον αἰσθητικόν. οὗτοι μὲν οὖν οἱ ἀντιπράττοντες τῇ φλεβοτομίᾳ σκοποί. Συνενδεικνύμενοι δ' αὐτὴν τῇ πρώτως χρηζούσῃ διαθέσει, σκληρὰ μὲν ἡ ἕξις, καὶ πυκνὴ, καὶ τὸ σύμπαν φάναι, δυσδιαφόρητος· ὑγρὸν δὲ ἢ ψυχρὸν τὸ περιέχον. εὐλόγως δήπου τὰ μὲν συνενδείκνυται τὴν φλεβοτομίαν· τὰ δὲ, ἀντενδείκνυται· κένωσις μὲν γὰρ αὐτῆς, ὁ σκοπός. τῶν δ' εἰρημένων τὰ μὲν ἐπέχει τὰς διαπνοάς· τὰ δὲ, προτρέπει· καὶ τὰ μὲν εὐκένωτά ἐστι· τὰ δὲ, οὔ. κωλύει μὲν οὖν διαπνεῖσθαι τὰ σώματα, στέγνωσίς τε τῶν πόρων, καὶ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος ὑγρότης τε, καὶ ψύξις· προτρέπει δὲ, τὰ τούτων ἐναντία. τῶν κενουμένων δ' αὐτῶν, τὰ μὲν ὑγρὰ, καὶ θερμὰ, καὶ λεπτὰ, διαφορεῖται τάχιστα· τὰ δὲ παχέα καὶ γλίσχρα, καὶ ψυχρὰ, δυσδιαφόρητά ἐστι. Ταυτὶ μὲν οὖν, εἴς γε τὰ παρόντα, περὶ φλεβοτομίας τε καὶ ψυχρᾶς πόσεως, ἐγνῶσθαι κάλλιον. ἅπερ ἀμφότερα, πολλοὺς ἐθεάσω δεδιότας ἀγυμνάστους ἰατρούς· ὧν τοὺς μὲν αἱμοφόβους, τοὺς δὲ, ψυχροφόβους ὀνομάζομεν, ὥσπερ ὑδροφόβους, τοὺς λυττῶντας· εἰσὶ γὰρ ἀμέλει καὶ τούτων ἔνιοι, διὰ τὴν περὶ τὰ δόγματα σπουδὴν, οὐκ ἐν βραχείᾳ λύττῃ. καταλιπόντες οὖν αὐτοὺς, ἐχώμεθα τῶν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προκειμένων, ἀναμνησθέντες, ὡς ἐκ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν, ὁ λόγος εἰς τοὺς συνόχους ἀφίκετο τῇ κοινωνίᾳ τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς. ἐπειδὴ γὰρ ἡ τῆς ἐμφράξεως διάθεσις, ὅταν μὲν αὐτή τε σμικρὰ τύχῃ, καὶ καλῶς παιδαγωγηθῇ, τὸν ἐφήμερον ἐργάζεται πυρετόν. ὅταν δ' ἤτοι διὰ μέγεθος, ἢ διὰ ἀμαθίαν ἰατρῶν, ἐκπέσοι τοῦ συνήθους χρόνου τῶν ἐφημέρων, ἤτοι συνόχον, ἢ τινα τῶν περιοδιζόντων, εἰκότως

A Verùm illa omni tempore, modò vires sustineant: hæc frigidæ potio quum & in pulsu, & vrinis, concoctionis euidentes cernuntur notæ, febris autem est maxima. Attendenda verò, cũ venæ sectionis scopis sunt, tum quæ eam præcedunt, tum verò, quæ omninò subsequuntur. Nam, si præcedat ciborũ cruditas, tanto tempore differre venæ sectionem iubebis, quantum satisfacere tũ ad eorũ concoctionem, tum vt excrementa descendant, videbitur. Sin sequetur necessariò vacuatio quæpiam, tantũ illi de eo, quod superfluum est relinquendũ, B quantum est per eam vacuandum. Itaque, si tempore mittendi sanguinis menses moueri cõtingat, siue etiã hæmorrhois sit reclusa, si inspectus fluentis impetus satis fore videbitur, qui solus, quod requiris, vacuet, naturæ rem omnem permittes; sin minùs, tantum ipse detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur, quòd postulas. Veluti autem in his ad ipsam naturalem vacuationẽ, quæ sensu vsurpetur, non leuiter attentũ esse oportet, ita alibi, vel ad naturam ipsam, vel ad ætatem, vel cœli statum. Sunt enim nonnulli ad discutiendos corporis humores natura propensi; pueri certè propter C ætatem perpetuò; cœli verò status, vbi calidus nimium est, & siccus. Voco statũ, ipsum ambientis nos aëris temperamẽtum, sub quo & anni tempus, & regio comprehenditur; etenim & horum vtrunque ex ambientis temperie indicationẽ mutuatur. Propensi autẽ ad digerẽdos corporis succos sunt, quicúnque natura sunt humidi; magísque si accedat caliditas; præterea, qui rarò corporis sunt habitu; ad hęc, quibus os ventris, aut amara bile abũdat, aut imbecillum est, aut supra modum sensile. Atque hi quidem scopi sunt, qui sanguinem detrahendum dehortantur. Contra postulant, vnà D cũ affectu, cuius causa primum requirebatur, habitus durus, densúsque, & vno verbo, qui haud facilè discutit; tum ambiens humidus frigidúsque. Sanè meritò quædam sanguinem mittendum adhortantur, quædam dehortantur; vacuatio nanq; phlebotomiæ scopus est. At eorum, quæ comprehensa sunt, quædam transpirationes morantur; quædam promouent; & quædam ad vacuandum prompta sunt, quædam secus. Sanè transpirationẽ corporum prohibent, tum meatuum stipatio, tum circundantis nos aeris humiditas, & frigiditas; contrà promouent ea, quæ his sunt contraria. E Eorum autem, quæ vacuantur, quæ calida humidáque, ac tenuia sunt, ea celerrimè discutiuntur; contrà, quæ crassa, glutinosa, & frigida sunt, ægrè transpirant. Atque hæc quidem ad rem propositã de missione sanginis, ac frigidæ aquæ potione, non ignorasse expedit. Quarum vtranque metuẽtes non paucos medicos vidisti, vtique imperitos; quorũ alteros hæmophobos, *id est sanguinis mittẽdi timidos*; alteros psychrophobos, *id est frigidæ exhibẽdæ formidantes*, nominamus, sicut, qui à rabido cane sunt morsi, hydrophobos; sunt enim proculdubio horum quoque aliqui præ dogmatis sui stu- F dio, non leui in rabie. Ergo relictis his, quod initio institutum nobis fuerat, prosequamur, ad memoriam reuocantes, quemadmodũ sermo noster occasione cõmuniũ quorundã in ipsis accidentiũ, à diariis venit ad continentes. Quoniam enim obstructionis affectus, quũ & ipsa exilis est, & ritè curatur, diariã febrẽ efficit; quũ verò vel propter magnitudinem, vel medici inscitiam, cõsuetum diariarum tempus excessit, aut continentem, aut aliquã earum, quæ certis circuitibus repetũt, meritò

nos

nos de ea, quæ diariis cognata est, continenti febre disputatio excepit: propter has verò protinus, & de hac, quæ cum putredine humorum erat. Visúmque satius est, vel claritatis, vel exercendi legentis causa, vnius ægroti in vtroque febrium genere mentionem facere.

CAPVT VI.

Indicationes non à traditis tantùm superiori libro scopis, sed à causa morbi, ac ægrotantis viribus petendas esse; & illarum methodum exercitatione in particularibus comprobandam.

IGitur, quoniam hæc nobis peracta sunt, ac per ea demonstratum euidenter est (id quod in præcedenti hunc libro ad calcem est dictum) oportere in aliis febribus, quæ ampliùs diariæ non sint, non modò ab iis scopis, qui in illo libro præcipiantur, faciendorum indicationes peti, sed etiam à causa febrem efficiente, ac laborantis viribus, ad vniuersalem denuò exercitationem reuertamur, pro comperto habentes, non licere vllius artis scientiam nancisci, nisi & methodum quandam habueris per vniuersalia vocata theoremata, & in particuliaribus te exemplis exercueris. Quum neque fieri possit, vt sine multiplici in ægris singulatim exercitatione, quod ex vsu sit, facias; nec sine vniuersalium cognitione probè exercitatio procedat; quippe quum in vniuersalibus methodus, in particularibus exercitatio, consistat. Tanquam igitur, qui iter aliquod ingredi student, vtroque inuicem vtuntur crure; qui altero claudus est vno duntaxat vtitur, & longo spatio, & sæpè errans, viam peragit; ita sanè, & qui finem cuiuslibet artis consequi parat, duabus his veluti cruribus, vel instrumentis, vel quomodocunque appellasse libet, vti debebit; in vniuersalibus theorematis, methodo; in particularibus, exercitatione.

CAPVT VII.

Aduersus eos, qui curandi indicationem à laborantis viribus sumi negabant.

REuersi igitur rursus ad methodum, nunc age de ægrotantis agamus viribus, conferántne ad curationem hæ quippiam, an planè nihil, ceu nonnullis est visum. Videtur tamen eorum, qui inutiles, vires esse ad curationem inueniendã dicunt, non propria operum artis disceptatio esse, sed logica potius, ac sophistarum. Aiunt enim ab eo quem curamus affectu, faciendorum indicationem præstari, haudquaquam à viribus. Ergo, & anni tempus, & regionem, & statum cœli, & ætatem, & consuetudinem, & corporum temperamenta inutilia esse, eadem ratione dicunt. Postea, quum mutare curationem propter hæc coguntur, immemores eorum, quæ inter initia dixerant, quædam eorum contraria aliquando indicare aiunt curatiuis scopis; quædam ad præsidiorum materias esse vtilia, quemadmodum & animalis partes. Etenim in illis quoque eâdem versantur strophâ, in principio sermonis inutiles eas esse ad curationis inuentionem asserentes; post, vbi redarguuntur, ad curationis quidem indicationem inutiles dictitantes; ad materiæ tamen mutationem, vel inuentionem, vel differentiam, vel qualitatẽ (non enim nominant eodẽ

ὁ περὶ τοῦ τοῖς ἐφημέροις ἐμφεροῦς συνόχου λόγος, ἡμᾶς ἐξεδέξατο· μετὰ δὲ τοῦτον εὐθέως, καὶ ὁ τοῦ μετὰ σήψεως χυμῶν. ἔδοξέ τε βέλτιον εἶναι, σαφηνείας ἕνεκα καὶ γυμνασίας, ἑνὸς ἀρρώστου μνημονεῦσαι καθ᾽ ἑκάτερον εἶδος τῶν πυρετῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ.

Τὰς μὲν ἐνδείξεις οὐ μόνον ἀπὸ τῶν προειρημένων σκοπῶν ἐν τῷ ἀνωτέρῳ βιβλίῳ, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς αἰτίας τῆς νόσου, καὶ τοῦ νοσοῦντος δυνάμεως ληπτέον· καὶ τὴν ἐκείνων μέθοδον τῇ ἀσκήσει ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα δοκιμαστέον.

ΕΠεὶ τοίνυν πέπρακται τοῦθ᾽ ἡμῖν, ἐναργῶς τε δέδεικται δι᾽ αὐτῶν, ὅπερ ἐν τῷ περὶ τούτου γράμματι, κατὰ τὴν τελευτὴν ἐλέχθη, ὃ χρῆναι τὰς ἐνδείξεις ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν, ὅσοι μηκέτ᾽ εἰσὶν ἐφήμεροι, μὴ μόνον ἀπὸ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ διδαχθέντων σκοπῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν πυρετῶν ἐργαζομένης αἰτίας, καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως λαμβάνεσθαι, πάλιν ἐπὶ τὴν καθόλου γυμνασίαν ἀνέλθωμεν, εὖ εἰδότες ὡς οὐχ οἷόν τ᾽ ἐστὶ τέχνης οὐδὲ μιᾶς ἐπιστήμην κτήσασθαι, χωρὶς τοῦ μέθοδον μέν τινα διὰ τῶν καθόλου λεγομένων θεωρημάτων, ἄσκησιν δὲ, διὰ τῶν ἐν μέρει λαμβάνειν παραδειγμάτων. οὔτε γὰρ οἷόν τε χωρὶς τοῦ γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐν τοῖς κατὰ μέρος, ἐπὶ τῶν καμνόντων, ἃ χρὴ πράττειν· οὔτ᾽ αὐτὴν τὴν γυμνασίαν ἐγχωρεῖ γίγνεσθαι προσηκόντως ἄνευ τῆς τῶν καθόλου γνώσεως· ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ ἡ μέθοδος, ἡ δ᾽ ἄσκησις, ἐν τοῖς κατὰ μέρος. ὥσπερ οὖν, ὅσοι βαδίσαι τινὰ ὁδὸν ἐφίενται, τοῖς σκέλεσιν ἀμφοτέροις ἐν μέρει χρῶνται, θατέρῳ δ᾽ εἴ τις σκάζων μόνῳ χρῷτο παμπόλλῳ τε χρόνῳ, καὶ μετὰ σφάλλεσθαι πολλάκις, ἀνύσει τὴν πορείαν· οὕτως ὅστις ἐπὶ τέλος ἡστινοσοῦν ἀφικέσθαι τέχνης ἐθέλει, χρηστέον αὐτῷ τοῖς δύο τούτοις οἷόν περ σκέλεσιν, ἢ ὀργάνοις, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν βούληται· μεθόδῳ μὲν ἐν τοῖς καθόλου θεωρήμασιν, ἀσκήσει δ᾽, ἐν τοῖς κατὰ μέρος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Κατὰ τῶν ἀποφασκόντων τὴν τῆς θεραπείας ἔνδειξιν ἐκ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως λαμβάνεσθαι.

ΑΝελθόντες οὖν αὖθις ἐπὶ τὴν μέθοδον, περὶ τῆς τοῦ κάμνοντος ἐπισκεψώμεθα δυνάμεως, εἴτε συντελεῖ τι πρὸς τὴν θεραπείαν, εἴτ᾽ οὐδὲν ὅλως, ὡς ἔδοξέ τισιν. ἔοικε δὲ τοῖς ἄχρηστον εἰς θεραπείας εὕρεσιν εἶναι φαμένοις τὴν δύναμιν, οὐκ οἰκεία τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ἡ σκέψις, ἀλλὰ λογικωτέρα μᾶλλον, ὡς σοφισταῖς γεγονέναι. λέγουσι μὲν γὰρ, ἐκ τῆς διαθέσεως ἣν θεραπεύομεν, εἶναι τὴν ἔνδειξιν ὧν χρὴ πράττειν, οὐκ ἐκ τῆς δυνάμεως. ἀμέλει καὶ ὥρας, καὶ χώρας, καὶ καταστάσεις, καὶ ἡλικίας, καὶ ἔθη, καὶ κράσεις σωμάτων ἀχρήστους εἶναί φασι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. εἶθ᾽ ὅταν ἀναγκάζωνται τὴν θεραπείαν ἐξαλλάττειν, διὰ ταῦτα τῶν ἐν ἀρχῇ ῥηθέντων ἑαυτοῖς ἐπιλανθανόμενοι, τὰ μὲν αὐτῶν ἀντενδείκνυσθαί φασιν ἐνίοτε τοῖς θεραπευτικοῖς σκοποῖς· τὰ δ᾽ εἰς ὕλας βοηθημάτων εἶναι χρήσιμα, καθάπερ καὶ τὰ μόρια τοῦ ζώου. καὶ γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων, τὴν αὐτὴν στρέφονται στροφὴν, ἐν ἀρχῇ μὲν τῶν λόγων, ἄχρηστα πρὸς τὴν τῆς θεραπείας εὕρεσιν ὑπάρχειν αὐτὰ φάσκοντες· ὕστερον δ᾽ ὅτ᾽ ἂν ἐξελέγχωνται, πρὸς μὲν τὴν ἔνδειξιν τῆς θεραπείας, ἄχρηστα λέγοντες· εἰς δὲ τὴν τῆς ὕλης ἐξάλλαξιν, ἢ εὕρεσιν, ἢ διαφορὰν, ἢ ποιότητα, καὶ γὰρ καὶ ὀνομάζουσιν οὐχ

ὡσαύτως ἁπάντες, ἀναγκαῖα συγχωροῦντες ὑπάρχειν. ὅπερ οὖν εἶπον ἀρτίως, ἀναλήψομαι καὶ νῦν ὡς ἐκ τοῦ χρησίμου τῆς τέχνης μεταβαίνοντες, εἰς λογικὴν ἀφικνοῦνται σκέψιν. Ἐστι μὲν γὰρ τὸ χρήσιμον ἐξευρεῖν βοηθήματα, δι' ὧν ὁ κάμνων θεραπευθήσεται· καταλιπόντες δ' ἐκεῖνοι τοῦτο, περὶ ὀνομάτων ἐρίζουσιν, ἐνδείξεις τε καὶ ἀντενδείξεις λέγοντες, καὶ κοινότητας, καὶ σκοποὺς, καὶ ὕλας βοηθημάτων, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων ἀπολογεῖσθαι νομίζοντες, ὑπὲρ ὧν ἀπεφήναντο ψευδῶς. ἐγὼ δ' οὐ κωλύω μὲν αὐτοὺς ὀνόμασιν οἷς ἂν ἐθέλωσι χρῆσθαι· μεμνῆσθαι δ' ἀξιῶ τῶν ἐξ ἀρχῆς προτεθέντων, ἅπερ ἐστὶ βοηθημάτων εὑρέσεις· εἰς ἃς ὅ,τι περ ἂν φαίνηται συντελοῦν ὁπωσοῦν ἀναγκαῖον αὐτὸ φατέον εἰς τὴν θεραπείαν ὑπάρχειν. οὕτως οὖν καὶ ἡ δύναμις εἴτ' ἀναγκαία σκοπεῖσθαι τοῖς ἰατροῖς ἐπὶ τῶν ἀρρωστούντων, εἴτ' οὐκ ἀναγκαία, σκοπῶμεν. ἐγὼ μὲν γάρ φημι πολλάκις ἀναγκαιοτάτην ὑπάρχειν αὐτὴν, ὡς πάντα σχεδὸν τὰ περὶ τὸν κάμνοντα δι' ἐκείνην πράττεσθαι μόνην, ἔστι δ' ὅτε μετρίως ἀναγκαίαν, ὡς λαμβάνεσθαι μέν τι καὶ ἐξ αὐτῆς εἰς τὰ ποιητέα, μὴ μέντοι πρὸς αὐτήν γε τὸ πᾶν κῦρος ἀναφέρεσθαι τῶν πρακτέων. αὖθις δ' ἄν σοι δείξαιμι τὴν δύναμιν οὕτω βραχὺ συντελοῦσαν εἰς τὴν τῶν βοηθημάτων εὕρεσιν, ὡς διὰ σμικρότητα, καὶ λανθάνειν ἐνίοτε, καὶ παραπέμπεσθαι, καὶ σιωπᾶσθαι, καθάπερ ὅλως οὐκ οὖσαν ἐν τῷ τῶν χρησίμων σκοπῶν. ἀλλ' ὅπερ ἐπὶ τῆς δυνάμεώς ἐστι, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπάρχει τῶν ἐνδεικνυμένων. ἄλλοτε γὰρ αὐτῶν ἄλλο, τὸ μὲν ἧττον δύναται, τὸ δὲ, πλέον· ἐνίοτε δ' οὕτως ἰσχυρόν ἐστιν, ὡς μόνον ἐνδείκνυσθαι δοκεῖν· ἢ οὕτως ἀσθενὲς, ὡς παραλείπεσθαι.

omnes modo) necessarias esse fatentes. Itaque, quod modò dixi, nunc quoque repetam, quòd egressi ex eo, quod in arte est vtile, in logicam disceptationem veniunt. Est nanque *artis* vtilitas, auxilia quibus æger sanetur, inuenire; quo illi relicto, de nominibus litigant, indicationes, & indicationum contradictiones vocantes; item communitates, & scopos, & auxiliorũ materias, aliáque similia *loquentes*, hac nominum diuersitate excusasse se pro iis, quæ falsò affirmauerant, arbitrantes. Ego verò minimè ipsos prohibeo nominibus, quibus libitum sit, vti; meminisse tamen eos velim eorum, quæ ab initio proposuerunt, quæ sunt auxiliorum inuentiones; ad quas quicquid conducere quomodolibet videbitur, id fatendum est ad curationem esse necessarium. Sic igitur, & virtus necessariáne consideratu in ægris à medico sit, an non necessaria, indagemus. Ego enim sæpè maximè esse necessariam aio sic, vt quæ circa ægrum administrantur, omnia fermè eius vnius causa fiant; aliquando mediocriter necessariam sic, vt aliquid ex hac quoque ad ea, quæ facienda sunt, consilij petatur, non tamen præcipua faciendorum ratio huc omnis referatur. Possum rursus ostendere tibi virtutem adeo exiguam ad inuenienda remedia conferre, vt propter exilitatem etiã lateat; aliàs verò prætermitti, ac silentio præteriri, quasi prorsus ex vtilibus scopis non sit. Verùm, quod accidit in virtute, id in reliquis omnibus, quæ aliquid faciendum indicant, vsu venit. Nam aliquando aliud eorum alio minus, aut plus valet; aliquando adeo est valens, vt solum indicare videatur; aut ita imbecillum, vt omittatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Τὴν μὲν θεραπευτικὴν μέθοδον εὑρῆσθαι τὸ πρῶτον ὑφ' Ἱπποκράτους, ἔπειτα δὲ ὑπὸ Γαληνοῦ σεσαφηνίσθαι καὶ συντετελέσθαι.

ΤΑῦτ' οὖν ἐπιδεικνύντι μοι πρόσεχε τὸν νοῦν, ἐκεῖνο διὰ μνήμης ἔχων ὡς οὔτ' ἐν ἄλλοις τισὶ τὸ μεθόδῳ θεραπεύειν ἐστὶν, οὔτ' ἄλλος τις πρὸ ἡμῶν διωρίσατο πάνθ' ἑξῆς αὐτά, καίτοι γε ὑφ' Ἱπποκράτους εὑρημένης τῆς ὁδοῦ. ταύτην γὰρ, ἣν νῦν ἐγὼ μέλλω διέρχεσθαι, τὴν θεραπείαν ἐνδεικνύμενα, πρῶτος ἁπάντων ἐκεῖνος ἔγραψεν· ἀλλ' ὡς ἂν πρῶτος εὑρίσκων, οὔτε τὴν προσήκουσαν ἅπασιν ἐπέθηκε τάξιν, οὔτε τὴν ἀξίαν ἑκάστου τῶν σκοπῶν ἀκριβῶς ἀφωρίσατο· παρέλιπέ τέ τινας ἐν αὐτοῖς διορισμούς, ἀσαφῶς τε τὰ πλεῖστα διὰ παλαιὰν βραχυλογίαν ἑρμήνευσε. καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ἐπιπεπλεγμένων διαθέσεων, ὀλίγιστα παντάπασιν ἐδίδαξε. συνελόντι δὲ φάναι, τὴν ἐπὶ τὰς ἰάσεις ὁδὸν ἅπασαν μὲν μοι δοκεῖ τέμνεσθαι, δεομένην μέντοι γ' ἐπιμελείας εἰς τὸ τέλεον. ὥσπερ καὶ νῦν ὁρῶμεν ἐνίας τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁδῶν τῶν παλαιῶν, ἢ πηλῶδές τι μέρος ἑαυτῶν, ἢ λίθων, ἢ ἀκανθῶν πλήρες, ἢ λυπηρῶς ὄρθιον, ἢ κάταντες σφαλερῶς, ἢ θηρίων πλήρες, ἢ διὰ μέγεθος ποταμῶν δύσβατον, ἢ μακρὸν, ἢ τραχὺ κεκτημένας. ἀμέλει ταῦτ' ἐχούσας ἁπάσας τὰς ἐπὶ τῆς Ἰταλίας ὁδοὺς, ὁ Τραϊανὸς ἐκεῖνος ἐπηνωρθώσατο· τὰ μὲν ὑγρὰ καὶ πηλώδη μέρη, λίθοις στρωννὺς, ἢ ὑψηλοῖς ἐξαίρων χώμασιν· ἐκκαθαίρων δὲ τά τε ἀκανθώδη, καὶ τραχέα, καὶ γεφύρας ἐπιβάλλων τοῖς δυσπόροις τῶν ποταμῶν· ἔνθα δ' ἐπιμήκης οὐ προσηκόντως ὁδὸς ἦν,

CAPVT VIII.

Medendi methodum primum ab Hippocrate inuentam, deinde à Galeno declaratam, ac absolutam fuisse.

HÆc igitur dum doceo, adsis animo velim, illud habens in memoria, quòd nec in aliis vllis curatio, quæ per methodũ agitur, consistit, nec alius ante nos quisquam omnia ea ordine definiuit, quanquam etiam ab Hippocrate via est inuenta. Hæc enim ipsa, quæ ego nunc enarraturus sum, ille curationem indicare primam omniũ scripsit; verùm, ceu primus inuentor, nec debitum omnibus ordinem dedit, nec cuiusque scopi dignitatem ad vnguem finiuit; & quâsdam in ipsis diorismos omisit, obscuréque plurima pro antiqua dicendi breuitate est interpretatus. Preterea de cõplicatis affectibus paucissima omninò præcepit. Ac, vt breuiter dicam, omnem ad medicationem viam aperuisse mihi videtur, sed tamen quæ curam diligentiámque ad absolutionem desideret; veluti nunc quoque videmus, quasdam veterum in terris viarum, quibus pars quæpiam est, vel lutosa, vel lapidibus, sentibúsve impedita, vel molestè ardua, vel periculosè prona, vel feris obsessa, vel propter magnitudinem fluminum inuia, vel longa, vel aspera. Itaque, cum sic se haberent omnes in Italia viæ, eas Traianus ille refecit; quæ quidem earum humidæ, ac lutosæ partes erant, lapidibus sternens, aut editis aggeribus exaltans; quę senticosę, & asperę erant, eas expurgans; ac flumina, quę transiri non possent, pontibus iungens; vbi longior, quàm opus erat, via

via videbatur, aliam breuiorem excindens; sicubi verò propter arduum collem difficilis erat, per mitiora loca deflectens; iam, si obsessa feris, vel deserta erat, ab illa transferens, ac per habitata ducens; tum asperas complanans. Itaque mirari nemo debet, si, quum viam rationémque medendi ab Hippocrate inuentam esse sim testis, ipse tamen hoc opus scribere sum aggressus. Neque enim ceu ea planè non esset inuenta, sed quòd quæ proximè diximus desideret, ad hæc conscribenda venimus, nemine priorum, qui eam methodum absoluerit, ante me inuento; quandoquidem alij omninò eam non nouerát, alij, quum nossent, non potuerunt tamen, quod defuit, adijcere; non deerant, qui incognitam esse, vmbráque inductam, ac prorsus è medio sublatam voluerunt; ij verò qui fuerint, in sermonis progressu dicetur. Nunc quod promisi, aggrediar; omnésque deinceps medendi scopos exponam.

ἄλλην σύντομον ἑτέραν τεμνόμενος· ὥσπερ καὶ εἰ δι' ὕψος λόφου χαλεπή, διὰ τῶν εὐπορωτέρων χωρίων ἐκτρέπων· καὶ εἰ θηριώδης, ἢ ἔρημος, ἐξιστάμενος μὲν ἐκείνης, ἐφιστάμενος δὲ εἰς τὰς λεωφόρους, ἐπανορθούμενος δὲ καὶ τὰς τραχείας. οὐκ οὖν χρὴ θαυμάζειν εἰ μαρτυροῦντες Ἱπποκράτει τὴν εὕρεσιν τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, γράφειν ἐπεχειρήσαμεν αὐτοὶ τήνδε τὴν πραγματείαν. οὐ γὰρ ὡς οὐδ' ὅλως εὑρεθείσης αὐτῆς, ἀλλ' ὡς δεομένης ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἐπὶ τήνδε τὴν συγγραφὴν ἧκον οὐδένα τῶν πρὸ ἐμοῦ συμπληρώσαντα τὴν μέθοδον εὑρών. ἔνιοι μὲν γὰρ οὐδ' ἔγνωσαν ὅλως αὐτήν· ἔνιοι δὲ γνόντες, οὐκ ἠδυνήθησαν προσθεῖναι τὸ λεῖπον· εἰσὶ δ' οἳ καὶ καταχρύψαι, καὶ συσκιάσαι προείλοντο, καὶ ἀφανῆ ποιῆσαι παντάπασιν· οἵτινες δ' εἰσὶν οὗτοι, προϊόντος ῥηθήσεται τοῦ λόγου. νυνὶ δ', ὅπερ ὑπεσχόμην, ἤδη ποιήσω· πάντας ἑξῆς ἐκθήσομαι τοὺς θεραπευτικοὺς σκοπούς.

CAPVT IX.

In diarijs febribus ab affectus causa, atque ægri viribus, non præberi præcipuam indicationem.

VTile autem ad claritatem eorum principium sumetur ex reuocatis ad memoriam iis, quæ in præcedenti libro disseruimus, quũ de diariis ageretur. Videbatur enim in illis prima, ac (vt sic dicam) maximè præcipua faciendorum indicatio esse, quæ affectum ægrotantis excidendum suadet, æquè vt sanorum seruandum monet. Verum hic, sicut per similia seruatur, ita per contraria perimitur. Conferre præterea ad indicationem inuentionis remediorum diximus, tum ipsam corporis temperiem, vna cum consuetudine, tum regionem, tum anni tempus, tum cœli statum. In quibus verò morbis egregius aliquis in vna parte animalis affectus subsisteret, veluti ex adustione in capite, à parte quoque ipsa aliquam indicationem sumi. De viribus tamen, vel causa affectum efficiente, in eo libro nihil est dictum, propterea, quòd nec vires in diariis febribus egregiam vllam prouidentiam requirant, vt potè, quæ omninò validæ sint; nec affectus vllus in vera diaria subsit, qui eam, vel gignat, vel augeat, nam vtroque modo loqui licet. Verùm nunc priùs de viribus præcipiam; deinde ad causas, quæ febrem excitant, accedam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Ἐν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς ἀπὸ τῆς διαθέσεως αἰτίας, καὶ τῆς τοῦ νοσοῦντος δυνάμεως μὴ λαμβάνεσθαι τὴν κυριωτάτην ἔνδειξιν.

Ἀρχὴ δ' αὐτῶν εἰς σαφήνειαν χρήσιμος, ἀνάμνησις ὧν ἐν τῷ πρὸ τούτου γράμματι δίηλθον, ὑπὲρ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν διαλεγόμενος. ἐφαίνετο γὰρ ἐπ' ἐκείνων ἔνδειξις ἡ πρώτη μὲν, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, κυριωτάτη, τὴν διάθεσιν τοῦ νοσοῦντος ἐκκόπτειν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων ἐδείχθη, φυλάττειν. ἀλλ' ὥσπερ τηρεῖται διὰ τῶν ὁμοίων, οὕτως ἀναιρεῖται διὰ τῶν ἐναντίων. συνενδείκνυσθαι δ' ἐλέγομεν εἰς τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν, αὐτήν τε τοῦ σώματος τὴν κρᾶσιν, ἅμα τοῖς ἔθεσι, καὶ τὴν χώραν, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν κατάστασιν. ἐφ' ὧν δὲ νοσημάτων ἐξαίρετός τις ἐν ἑνὶ μορίῳ τοῦ ζώου διάθεσις ἐγένετο, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐγκαύσεων ἐν τῇ κεφαλῇ, λαμβάνεσθαί τινα κἀκ τοῦ μορίου τούτου ἔνδειξιν. οὐ μὴν ἐν ἐκείνῳ γε τῷ γράμματι περὶ τῆς δυνάμεως, ἢ τῆς τὴν διάθεσιν ἐργαζομένης αἰτίας, εἴρηταί τι, διὰ τὸ τὴν μὲν δύναμιν, οὐδὲ μιᾶς ἐξαιρέτου δεῖσθαι προνοίας ἐν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς, ὡς ἂν ἐρρωμένην τοὐπίπαν· διάθεσίν τε οὐδὲ μίαν εἶναι, τὸν ἀκριβῶς ἐφήμερον πυρετὸν, ἤτοι γεννῶσαν, ἢ αὐξάνουσαν, ἑκατέρως γὰρ ἐξὸν λέγειν. ἀλλὰ νῦν γε περὶ πρώτης διελθὼν τῆς δυνάμεως, ἑξῆς ἐπὶ τὰς γεννώσας αἰτίας τὸν πυρετὸν ἀφίξομαι τῷ λόγῳ.

CAPVT X.

Triplices genere in nobis esse vires, ac quo pacto illarum ratio sit habenda, quum quæ ab eis est indicatio, cum reliquis indicationibus pugnarit.

GVbernant animal (vt in *libris* de Hippocratis, & Platonis dogmatis est monstratum) tres diuersi inter se generis facultates, toti corpori ex suo quodam veluti fonte quæque distributa; eas Plato animas vocat, propriam cuiusque substantiam inueniens. Est enim earum quædam ad nutriendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, quæ iecur veluti pro fonte habet; canales verò ad hoc in totum corpus sparsos, ipsas venas; hanc seu appetitricem, seu naturalem, seu nutricem voces, nihil interest, vt nec, si animam, aut facultatem. Altera est, quæ non modò, vt stirpibus, aut vita præditis, sed etiam vt animalibus nobis anima est insita;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Τρεῖς ἑτερογενεῖς ἐν ἡμῖν εἶναι τὰς δυνάμεις· καὶ πῶς περὶ αὐτῶν λεκτέον, ὅταν ἡ ἀπ' αὐτῶν ἔνδειξις ταῖς λοιπαῖς ἐναντιώσεται ἐνδείξεσιν.

Διοικοῦσι τὸ ζῶον, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἐπεδείκνυτο, τρεῖς ἑτερογενεῖς ἀλλήλων δυνάμεις, ὥσπερ ἐκ πηγῆς τινος ἰδίας ἑκάστη, παντὶ τῷ σώματι διανεμόμεναι. καλεῖ δ' αὐτὰς ὁ Πλάτων ψυχάς, ἰδίαν ἑκάστης εὑρίσκων τὴν οὐσίαν. ἔστι δ' ἡ μέν τις αὐτῶν εἰς τὸ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἀναγκαία, καὶ κοινὴ πρὸς τὰ φυτά, τὴν μὲν οἷον πηγὴν ἔχουσα, τὸ ἧπαρ· ὀχετοὺς δ' ἐξ αὐτῆς εἰς ὅλον τὸ σῶμα διαπεπερασμένους τὰς φλέβας· ἥν εἴτ' ἐπιθυμητικὴν, εἴτε φυσικὴν, εἴτε θρεπτικὴν ὀνομάζοις, οὐδὲν διοίσει, καθάπερ οὐδ' εἰ ψυχὴν, ἢ δύναμιν. ἑτέρα δ' οὐ μόνον ὡς φυτοῖς ἡμῖν, ἢ ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ὡς ζῴοις ὑπάρχουσα ψυχὴ, κατὰ τὴν

καρδίᾳ ἵδρυται, πηγή τις οὖσα καὶ ἥδε τῆς ἐμφύτου θερμασίας· ὀχετοὶ δὲ καὶ ταύτης τῆς πηγῆς, αἱ ἀρτηρίαι, καλουμένης καὶ αὐτῆς ὀνόμασι πολλοῖς, καὶ γὰρ δύναμις ζωτική, καὶ δύναμις θυμοειδής, καὶ ψυχὴ ζωτική, καὶ ψυχὴ θυμοειδὴς ὀνομάζεται. τρίτη δ' ἐν ἐγκεφάλῳ καθίδρυται ψυχὴ λογική, τῶν κατὰ προαίρεσιν ἐνεργειῶν, ἅμα ταῖς αἰσθήσεσιν ἐξηγουμένη, χρῆται δὲ μορίοις καὶ ἥδε, καθάπερ ὀχετοῖς τισι τοῖς νεύροις, αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν ἐπιπέμπουσα δι' αὐτῶν, τῷ ζώῳ παντί. τὸ μὲν δὴ ταύτας φυλάττειν τὰς δυνάμεις, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ φυλάττειν τὸ ζῶον· ἐδείχθη γὰρ ὅπως ἀπολλυμένης ἡστινοσοῦν ἐξ αὐτῶν μιᾶς, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰς λοιπὰς συναπόλλυσθαι. καὶ διὰ τοῦτο, κατὰ τὴν ὑγιεινὴν πραγματείαν, ὁ σκοπὸς ἡμῖν οὗτος ἦν. ἐπὶ δὲ τῆς θεραπευτικῆς, ὁ μὲν πρῶτος σκοπὸς, ἀνάλογον τῷ κατὰ τὴν ὑγιεινὴν, ἡ τοῦ νοσήματος ἀναίρεσίς ἐστιν· οἷον γὰρ ἐπ' ἐκείνης τὸ φυλάξαι τὴν ὑγείαν ὑπῆρχε, τοιοῦτον ἐπὶ ταύτης ἐκκόψαι τὴν νόσον. ἐν δ' ἀμφοτέραις αὐταῖς κοινὸν, ἡ φυλακὴ τῆς ζωῆς· ἐπὶ μὲν τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας, ἑπομένη τῇ φυλακῇ τῆς ὑγείας· ὃ γὰρ ἂν ὑγείας ἕνεκα πράττηται, τοῦτ' εὐθέως ἐστὶ, καὶ τῆς ζωῆς φυλακτικόν. ἐπὶ δὲ τῆς θεραπευτικῆς, οὐκέτι, διότι τὰ λυτικὰ τῶν παρὰ φύσιν ἐν ἡμῖν διαθέσεων, οὐκ ἐξ ἅπαντος φυλάττει τὴν ζωήν· ἔνια γὰρ ἐξ αὐτῶν ἐστὶ τοιαῦτα ταῖς δυνάμεσιν, ὥστε ἀμετρότερον ἢ ἀκαιρότερον αὐτοῖς χρησαμένων, ἀπόλλυσθαι τὴν ζωήν. ἐπὶ γοῦν τῆς φλεβοτομίας, ἣν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἄχρι λειποθυμίας ἐλέγομεν χρῆναι ποιεῖσθαι, χάριν τοῦ σβέσαι τὴν φλόγα τῶν ἐπὶ στεγνώσει συνόχων, οὐ σμικρόν τι τὸ βλάβος εἰκὸς ἀκολουθῆσαι, εἰ μὴ κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἢ τὸ δέον ἀποτελεσθείη μέτρον. δύο γοῦν ἀνθρώπους ἀπολλυμένους εἶδον ἐν αὐταῖς τῶν ἰατρῶν ταῖς χερσὶ, λειποθυμήσαντας μὲν, ἀνακομισθέντας δ' οὐκέτι. πολλοὶ δὲ εἰ καὶ μὴ παραχρῆμα διεφθάρησαν, ἀλλ' ἐξ ὑστέρου γε διὰ τὸν τῆς δυνάμεως κάματον· οὓς εἴ τις ἐκένωσεν ἄνευ τοῦ καταλῦσαι τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν ἀπώλοντο. καὶ μέν γε καὶ εἰς νόσον ἔνιοι μακρὰν ἐξέπεσον, ἐπὶ κενώσεσιν ἀμέτροις ἐκλυθείσης τῆς δυνάμεως. ἄλλοι δ' εἰς τὸν ἐφεξῆς βίον ἅπαντα, τὴν κρᾶσιν ὅλην τοῦ σώματος ἔσχον ψυχροτέραν, οὐ δυνηθέντες οὐκέτ' ἀνακαλέσασθαι τὴν ἐκ τῆς ἀμέτρου κενώσεως βλάβην· ἐξ ἧς ψυχρότητος οἱ μὲν, ἄχροοί τε, καὶ καχέκται, καὶ ῥᾳδίως ἐπὶ παντὶ βλαπτόμενοι, διετέλεσαν· ἄλλοι δ' ἐξ αὐτοῦ τούτου, νοσήμασιν ἑάλωσαν ὀλεθρίοις, ὑδέροις, καὶ ὀρθοπνοίαις, καὶ ἥπατος ἀτονίαις καὶ γαστρὸς, ἀποπληξίαις τε καὶ παραπληξίαις. εἰς τοσοῦτον οὖν ἀναγκαίας οὔσης τῆς δυνάμεως, ἁπάντων δ' αὐτὴν τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων, ὅταν ἀμετρότερον αὐτοῖς τις χρήσοιτο βλαπτόντων, ἐναντιούμεναι δηλονότι πρὸς ἀλλήλας αἱ ἐνδείξεις γίγνονται, κατὰ τὰ τοιαῦτα τῶν σωμάτων, ἐν οἷς ἡ μὲν διάθεσις ἵνα λυθῇ, δεῖται κενώσεως ἀξιολόγου, φέρειν δ' αὐτὴν ἡ δύναμις οὐ δύναται. πολλάκις δ' οὐδὲν ὑπὸ τῆς κενώσεως ἡ δύναμις βλαπτομένη, προΐεται τοὐντεῦθεν ὑπὸ τῶν ἀσκέπτων τε, ἅμα καὶ προπετῶν ἰατρῶν, ὡς οὐδέποτε οὐδὲν ἐνδεικνυμένη. σφάλλονται δὲ, ὡς εἴρηται, διὰ τὸ μὴ γινώσκειν, ὡς ἄλλου μέν τινος ἕνεκεν ἡ δύναμις σκοπὸς τῶν ποιητέων ἐστὶν, εἰς δὲ τὴν λύσιν τῆς διαθέσεως, οὐδὲν ἐνδείκνυται. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων, ἕπεται διὰ παντὸς τοῖς ἕνεκα τῆς ὑγείας πραττομένοις, καὶ οὐδὲν ἔστιν εὑρεῖν τὸ φυλακτικὸν ὑγείας, ἀναιρετικὸν τῆς δυνάμεως, οὕτως ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἐνίοτε μὲν ἕπεται τοῖς ὡς πρὸς τὴν λύσιν αὐτῶν πραττομένοις,

A hæc sedem in corde habet, ipso quoque insiti caloris quodam ceu fonte; ab hoc fonte canales arteriæ sunt; vocatúrque hæc multis sanè nominibus, nam & facultas vitalis, & facultas animosa, & anima vitalis, & anima animosa dicitur. Tertia anima, ratiocinatrix, in cerebro domicilium habet; ea voluntarijs actionibus vna cum sensibus præsidet; vtitur, & hæc partibus quibusdam ceu canalibus, *nempe* ipsis neruis sensum, motúmque per hos in totum animal transmittens. Ergo has facultates seruare, nihil est aliud, quam vitam seruare; B si quidem monstratum est, qualibet earum amissa, necesse esse reliquas quoque vnà perire. Ac propterea in opere De sanitate tuenda, scopus nobis hic erat. In hac verò medendi methodo primus scopus ei, qui in opere de sanitate tuenda proponitur respondens, morbi est sublatio; nam cuiusmodi in illo sanitatis est tuitio, eiusmodi in hoc est morbi sublatio. Quorum vtrique vnum est commune, ipsa vitæ custodia; quæ, in illo de sanitate tuenda opere sanitatis custodiam sequebatur; quod enim secundæ valetudinis tuendæ gratia geritur, idem statim & vitam tuetur. At in opere methodi medendi C nequaquam, propterea quòd quæ affectiones præter naturam in nobis discutiunt, ea non omninò vitam custodiant; nam aliqua eiusmodi prædita sunt facultate, vt si immoderatè, aut intempestiuè his vtare, vitam adimant. Siquidem in venæ sectione, quam vsque ad animi defectum faciendam esse paulo ante diximus, quò flamma in continentibus ex meatuum stipatione febribus extingueretur, non paruum meritò subsequetur incommodum, nisi opportuno tempore, aut debita mensura fiat. Duos nanque in ipsis medicorũ D manibus perire vidi, qui postquam animo linquerentur, nunquam reuixerunt. Multi verò, etsi non protinus, at postea propter facultatis infirmitatem perierunt; quos siquis citra eius resolutionẽ vacuasset, minimè periissent. Quinetiam aliqui in morbos inciderunt longos, postquam immodica vacuatione resoluta naturalis facultas fuit. Aliis quum immodicæ vacuationis noxam sarcire non potuissent, in omne reliquum vitæ tempus totius corporis temperamẽtum redditum est frigidius; ex quâ refrigeratione facilè ex quauis occasione læsi, alij decolorati, ac malo corporis E habitu vixerunt; alij ex eo ipso in morbos deciderunt exitiales, aquam inter cutem, & orthopnœam, & iecinoris, ac ventriculi imbecillitatẽ, & apoplexiam, & paraplexiam. Ergo, quum vires tantopere necessariæ sint, eas autem lædant omnia vacuantia remedia, quùm quis iis immoderatiùs vtatur; vtique aduersæ inter se indicationes in talibus corporibus sunt, in quibus affectus, quò expugnetur, notabilem vacuationem desiderat, vires autem hanc ferre non valent. Verùm quum sæpè ex vacuatione vires læduntur, hinc sumitur F inconsideratis, & temerariis medicis occasio, vt eas prætermittant, ceu nusquam quicquam indicent. Falluntur autem (vt dictum est) propterea quòd non intelligunt alterius cuiusdam rei causa vires esse spectandas, nec quicquam ad affectum amouendum indicare. Tanquam igitur in iis qui valent, semper ea comitatur, quæ sanitatis gratia administrantur; nec est quicquam inuenire, quod sanitatem tueatur, quod idem vires tollat; sic in ægrotantibus aliquando iis succedit, quæ veluti in perniciem eius administrantur, aliquando

aliquando ab ipſis ſoluitur. Si nanque abundantia paulò viribus ſuperior fuerit, vtique ex moderata vacuatione, adeo nullum accedit viribus incommodum, vt etiam maximum comparetur commodum, quod eas premebat, ſublato. Sin, quò affectus ſanetur, multa vacuatione eſt opus, reſoluantur autem ex tanta inanitione vires, non modo rurſus homini non proderint, ſed etiam maximum illi periculum afferent. Itaque in iis continentibus febribus, *quæ ex ſtipatione meatuũ accenduntur*, quoniam validæ plerũque vires ſunt, citra periculum vacuatio eſt; in aliis verò morbis maximè eſt periculoſa, vt ſi fortè incidit in corruptela humorum; de qua tempeſtiuum eſt mentionem facere, quò omnes mittendi ſanguinis ſcopos in hoc libro decidamus. Ergo, quod corruptũ eſt, id alienum à natura eſt; quod tale eſt, id ſui ablationem indicat. Si igitur cum viribus imbecillis corruptela interdum incidat, affectus remedium cum virium conſeruatione pugnat. Siquidē affectus vacuationem indicat, vel venâ inciſâ, vel purgatione; harum autem neutram ferent imbecillæ vires. Quoniam igitur in omnibus eiuſmodi repugnantiis incerta ſuccurrendi ratio eſt, aliàs inſanabilis omninò affectus relinquetur; aliàs tempore, & vix magnum nactus medicum, ſanari poterit. Oportet nanque, vbi indicationes ita ſibi aduerſantur, & paulatim, quod vitioſum eſt, vacuare; & paulatim inuicem, quod ſalubre eſt pro eo reponere. Vocant medici eiuſmodi vitioſi ſucci curationem epicraſin.

ἐνίοτε δ' ἀναιρεῖται πρὸς αὐτῶν. εἰ μὲν γὰρ ὀλίγον τῆς δυνάμεως εἴη τὸ πλῆθος ἰσχυρότερον, ἐπὶ ταῖς συμμέτροις κενώσεσιν οὐ μόνον οὐδεμία βλάβη τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὠφέλεια μεγίστη γίνεται τοῦ βαρύνοντος αὐτὴν ἀρθέντος. εἰ δ' ἵνα μὲν ἡ διάθεσις ἰαθῇ, πολλὴ χρεία τῆς κενώσεως εἴη, καταλύοιτο δὲ ὑπὸ τῆς τοσαύτης ἡ δύναμις, οὐ μόνον αὖ πάλιν οὐδὲν ὀνήσεται πρὸς αὐτῆς ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ κινδυνεύσει τὰ μέγιστα. Κατὰ μὲν οὖν τοὺς ἐπὶ στεγνώσει συνόχους, ἰσχυρᾶς οὔσης ὡς τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως, ἀκίνδυνος ἡ κένωσις· ἐν ἑτέροις δὲ νοσήμασιν, ἐσχάτως ἐστὶ κινδυνώδης, οἷον ἐπὶ τῆς διαφθορᾶς εἰ τύχοι, τῶν χυμῶν· ἐν καιρῷ γὰρ ἂν εἴη μνημονεύειν αὐτῆς, ὑπὲρ τοῦ καὶ τοὺς τῆς φλεβοτομίας ἅπαντας σκοποὺς ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ διελθεῖν. Τὸ τοίνυν διεφθαρμένον ἀλλότριόν ἐστι τῇ φύσει, τὸ τοιοῦτον δ', ἐνδείκνυται τὴν ἄρσιν. ἐὰν οὖν ἡ διαφθορά ποτε μετὰ δυνάμεως ἀσθενοῦς συμπέσῃ, μάχεται τῆς διαθέσεως τὸ βοήθημα τῇ φυλακῇ τῆς δυνάμεως. ἡ μὲν γὰρ διάθεσις, ἐνδείκνυται τὴν κένωσιν, ἤτοι διὰ φλεβοτομίας, ἢ καθάρσεως· οὐδετέραν δ' αὖ ἡ ἄρρωστος οἴσει δύναμις. ἐπεὶ τοίνυν ἐν ἁπάσαις ταῖς τοιαύταις μάχαις ἄπορος ἡ βοήθεια γίνεται, ποτὲ μὲν ὅλως ἀνίατος ἡ διάθεσις ἔσται, ποτὲ δὲ ἐν χρόνῳ, καὶ μόγις, ἰατροῦ μεγάλου τυχοῦσα, δύναιτ' ἂν ἰαθῆναι. χρὴ γὰρ δηλονότι κατὰ τὰς τοιαύτας ἐναντιώσεις τῶν ἐνδείξεων, κατὰ βραχὺ μὲν ἐκκενοῦν τὸ μοχθηρόν, κατὰ βραχὺ δ' ἀντ' αὐτοῦ τὸ χρηστὸν ἀντιθέναι. καλεῖται δ' ἐπίκρασις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ἡ τοιαύτη θεραπεία τῆς κακοχυμίας.

CAPVT XI.

Venæ ſectionis exemplo oſtenditur, quando virium indicatio conſideranda, aut omittenda videatur.

MEmineris verò mihi ad ea quæ dicenda ſunt, etiam venæ ſectionis ſcopos. Nam, quoniam ſanguinis eſt vacuatio phlebotomia, & ſanguis vtilis naturæ, vtique probè hanc fieri oportet, vt inutilem naturæ euacuet. Fit autem ſanguis naturæ inutilis bifariam; vel quum propriam qualitatem ad vnguem non ſeruat, nec ampliùs nutrire, ſicut priùs, quum vtilis eſſet, poteſt; vel ita multitudine creuit, vt aut vires premat, aut tum venas, tum arterias, vel diſtendat, vel findat, vel obſtruat. Ac in his quidem miſſio ſanguinis vtilis eſt, ceu vacuantium præſidiorum vna; in alijs autem, vt reuulſiuum, vel deriuatiuum, quando impetum humorum vehementiorem, vel in contrarium reuellemus, vel deriuabimus in latera. Poſtulat autem ſemper valentes vires, quæ quantitati vacuationis eius reſpondeant. His igitur ſcopis ſanguinem detrahimus, aliàs ſemel, aliàs bis, vel ter, vel ſæpiùs, veluti in ſequentibus patebit. In præſentia verò illud manifeſtum fecimus, vires vacuantia remedia aliquando citra noxam ferre, vt nec adiutas ab his quicquam, quod ſit æſtimandum, nec verò læſas; ſæpè verò magis minúſve, tum iuuari, tum lædi; præterea, quoties notabilis illis ex vacuantibus auxiliis noxa incidet, toties patere ipſas quoque, tunc vtile aliquid ad conſiderandum indicare, æquè vtique, vt quum manifeſtè iuuabuntur. Vbi verò ex ijs, quæ affectum ſubmouent, nec commodum illis accedit vllum, nec incommodum, ibi velut inutiles, prætermittuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Φλεβοτομίας παραδείγματι ἐπιδείκνυται, πότε παρατηρητέα ἡ τῶν δυνάμεων ἔνδειξις, ἢ λειπτέα.

ΜΕμνησο δέ μοι πρὸς τὰ μέλλοντα καὶ τοὺς τῆς φλεβοτομίας σκοπούς. ἐπειδὴ γὰρ αἵματός ἐστι κένωσις ἡ φλεβοτομία, καὶ χρηστὸν τῇ φύσει τὸ αἷμα, χρὴ δήπου καλῶς αὐτὴν γίνεσθαι τὸ ἄχρηστον τῇ φύσει κενοῦσαν. ἄχρηστον δὲ γίνεται τῇ φύσει τὸ αἷμα διττῶς· ἢ τὸ μὴ φυλάττον ἀκριβῶς τὴν ἑαυτοῦ ποιότητα, μηδὲ τρέφειν ἔτι δυνάμενον ὡς πρόσθεν χρηστόν, ἢ τὸ πλῆθος τοσοῦτον γινόμενον, ὡς ἤτοι βαρύνειν τὴν δύναμιν, ἢ τείνειν, ἢ ῥήσσειν, ἢ ἐμφράττειν τάς τε ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας. ἐν τούτοις μὲν ἡ φλεβοτομία χρήσιμος, ὡς ἕν τι καὶ αὐτὴ τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων· ἐν ἑτέροις δ' ὡς ἀντισπαστικόν, ἢ παροχετευτικόν, ὅταν ὁρμὴν χυμῶν σφοδροτέραν, ἤτοι γε εἰς τοὐναντίον ἀντισπάσωμεν δι' αὐτῆς, ἢ παροχετεύσωμεν εἰς τὰ πλάγια. δεῖται δ' ἀεὶ δυνάμεως ἰσχυρᾶς ἐξαρκούσης τῷ ποσῷ τῆς κατ' αὐτὴν κενώσεως. ἐκ τούτων οὖν τῶν σκοπῶν, ἐνίοτε μὲν ἅπαξ ἀφαιροῦμεν αἵματος, ἐνίοτε δέ, δίς, ἢ τρίς, ἢ πλεονάκις, ὡς κἀν τοῖς ἑξῆς ἔσται δῆλον. ἐν δὲ τῷ παρόντι, τοῦθ' ἡμῖν δέδεικται σαφῶς ὅτι τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων ἐνίοτε μὲν ἀλύπως ἡ δύναμις ἀνέχεται, μήτε ὀνιναμένη πρὸς αὐτῶν μηδὲν ὅτι καὶ ἄξιον λόγου, μήτε βλαπτομένη. πολλάκις δ' ἤτοι μᾶλλον ἢ ἧττον ὠφελεῖταί τε καὶ βλάπτεται, καὶ ὡς ὁπόταν μὲν ἀξιόλογον γίνηται τὸ βλάβος ἐκ τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων, ἐναργῶς φαίνεται τηνικαῦτα ἡ δύναμις ἐνδεικνυμένη τι καὶ αὐτὴ χρήσιμον, ὥσπερ γε καὶ ὁπόταν ὠφελῆται σαφῶς. ὁπόταν δὲ μήτε ὄφελος αὐτῇ τι, μήτε βλάβος ἐκ τῶν τὴν διάθεσιν ἀνασκευαζόντων γένηται, παρορᾶται μὲν τηνικαῦτα ὡς ἄχρηστος.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Τῶν ἐνδεικνυόντων τὰ μὲν ἁπλῆν παρέχειν ἔνδειξιν, τὰ δὲ οὐχ ἁπλῆν.

Μία δὲ κἀκ ταύτης ἐστὶ διαπαντὸς ἡ τοῦ συμφέροντος ἔνδειξις, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. κατὰ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐνδεικνύμενον ἕκαστον, ἓν ἐνδείξεται διαπαντός, ὡς ἂν καὶ μίαν ἔχον τὴν φύσιν. καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἕν, εἰ μὲν ἁπλοῦν εἴη, τὸ τὴν ἔνδειξιν ποιούμενον, ἁπλοῦν ἔσται καὶ αὐτό· συνθέτου δ' ὑπάρχοντος ἐκείνου, καὶ τοῦτο ἔσται σύνθετον. ἔνια μὲν οὖν ἐνδείκνυται τὴν ἑαυτοῦ φυλακήν, ἔνια δὲ τὴν ἀναίρεσιν· ὁποτέρως δ' ἂν τοῦτο ποιῇ, τὸ μὲν ἁπλοῦν, ἁπλῆν τε καὶ τὴν ἔνδειξιν ἔχει· τὸ δ' οὐχ ἁπλοῦν, οὐχ ἁπλῆν. διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀεὶ τὴν μὲν ἁπλῆν δυσκρασίαν, ἁπλῆν καὶ τὴν ἔνδειξιν ἔφαμεν ποιεῖσθαι, καθάπερ, εἰ τύχοι, ἐπὶ ψύξεως τὴν θερμότητα· τὴν δ' οὐχ ἁπλῆν, οὐδὲ τὴν ἔνδειξιν ἔχειν ἁπλῆν. τὴν γὰρ θερμὴν καὶ ξηρὰν δυσκρασίαν ἐνδείκνυσθαι τὴν ἴασιν ἑαυτῆς, διὰ τῶν ὑγραινόντων τε, καὶ τῶν ψυχόντων.

CAPVT XII.

Ex iis, quæ indicant, quædam simplicem indicationem, quædam non simplicem præbere.

At vna semper est, quæ ab hac præstatur, conferentis indicatio, vt etiam reliquorum omnium. Nam, quicquid pro natura sua indicat, id vnum semper indicabit, ceu quod vnam habeat naturam. Atque id vnum, si, quod indicationem facit, simplex est, ipsum quoque simplex erit; B sin illud est compositum, hoc quoque erit compositum. Sanè quædam sui conseruationem indicant, quædam demolitionem; vtro verò modo id efficiant, quod simplex est, simplicem quoque indicationem habet; quod non simplex, etiam non simplicem. Idcirco in superioribus semper simplicem intemperiem, simplicem indicationem præbere diximus, veluti in frigiditate caliditatem; non simplicem verò, etiam indicationem suggerere non simplicem. Calidã enim siccámque intemperiem, curationẽ sui per ea, quæ C humectent, & refrigerent, moliendam indicare.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Πῶς ἡ ἀπὸ τῶν δυνάμεων ἔνδειξις, ὁτὲ μὲν τῶν λοιπῶν προτέρα, ὁτὲ δὲ ὑστέρα φαίνεται εἶναι.

Ἐξ ἀνάγκης τοίνυν, καὶ ἡ δύναμις ἀεὶ τὴν ἔνδειξιν μίαν, ἥτις ἐστὶν ἑαυτῆς φυλακή. ἐκ τίνων οὖν φυλαχθήσεται; κατὰ μὲν πρῶτον λόγον, ἐκ τοῦ τῆς οὐσίας αὐτῆς τὸ κενούμενον, ἢ ἀλλοιούμενον, ἐπανορθοῦσθαι· κατὰ δεύτερον δ', ἐκ τοῦ κωλύειν ἡμᾶς τὰ κενοῦν ἢ ἀλλοιοῦν τὴν οὐσίαν αὐτῆς δυνάμενα. περιλαμβανέσθω δ' ἐν τοῖς ἀλλοιοῦσι βραχυλογίας ἕνεκα, καὶ τὰ τῆς συνέχειαν ἑαυτῆς διασπῶντα. ταύτης οὖν ἀεὶ τῆς δυνάμεως ἐνδεικνυμένης, ἐπὶ μὲν τῶν ὑγιαινόντων, ὡς εἴρηται, συμφωνία τῶν πραττομένων ἁπάντων ἐστὶν εἰς τὴν διαμονὴν αὐτῆς· ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων, οὐκ ἀεί. κἂν τούτῳ χρὴ σκοπεῖσθαι τὸ ἐπικρατοῦν, ἤτοι κατὰ τὸ μέγεθος, ἢ καὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, ὡς καὶ πρόσθεν ἐλέγετο. μέγιστον μὲν οὖν ἀξίωμα τὸ τῆς δυνάμεως ἐστίν· αὐτὸ γὰρ τὸ ζῆν ἡμῖν, ἐκ τῆς τούτων ὑπάρχει φυλακῆς, ἐπεὶ καὶ τὴν ζωὴν ἀναγκαῖον ἤτοι αὐτὰς τὰς δυνάμεις, ἢ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, ὑπάρχειν· οὐδὲν δ' ἂν εἴη τῆς ζωῆς πρότερον ἐν τοῖς ζώων σώμασιν, ὅτι μηδ' ὑγιαίνειν ἔστι τε χωρὶς τοῦ ζῆν. ἡ δύναμις οὖν ἁπάντων πρῶτον φυλακτέα τοῖς ἀνθρώποις ἐστίν, ἐκ τοῦ μήτε κενοῦσθαι τὴν οὐσίαν αὐτῆς, μήτ' ἀλλοιοῦσθαι τοσαύτην ἀλλοίωσιν, ὅση πλησιάσει φθορᾷ. καὶ ταύτης τῆς φυλακῆς ἐστὶ μόριον, ὅταν τὴν εὐκρασίαν ἤτοι φυλάττωμεν οὖσαν, ἢ οὐκ οὖσαν ἐργαζώμεθα. μετὰ δὲ τὴν δύναμιν, ἡ ἀπὸ τῶν διαθέσεών ἐστιν ἔνδειξις, ἃς θεραπεύειν πρόκειται, κἄπειτα ἑξῆς τἆλλα. πᾶν οὖν ὅπερ ἂν μάχηται τῇ ἀπὸ τῆς δυνάμεως ἐνδείξει, δεύτερόν ἐστι καὶ ὕστερον, ὧν ἐκείνη κελεύει. τὰ δ' εἰς ταὐτὸ συμβαίνοντα τοῖς ἐκείνῃ συμφέρουσιν, ἀμφοτέρας ἔχει τὰς ψήφους, καὶ τὴν τῶν πρωτείων, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ τὴν τῶν δευτερείων. ὥστε ταῦτα μὲν ἀναμφισβητήτως ποιητέα· τὰ δ' ἐναντιούμενα, ποτὲ μὲν οὐδ' ὅλως ἐστὶ ποιητέα, ἐνίοτε δ' ἐπ' ὀλίγον. εἰ γὰρ ἡ διάθεσις ἣν θεραπεύειν προαιρούμεθα χρῄζει κενώσεως, ἄρρωστος δ' ἡ δύναμις ἐσχάτως ὑπάρχει, τὴν διάθεσιν ἰωμένων, οὐδὲν τῷ κάμνοντι προσάξομεν ἐν ἐκείνῳ

CAPVT XIII.

Quo pacto indicatio, quæ est à viribus, nunc reliquis prior, nunc posterior esse videatur.

Ergo vires quoque vnam semper indicationem suppetent, quæ sui conseruatio est. Quibus ergo *rationibus* seruabuntur? Prima ratione, instaurando, quod substantiæ earum, vel inanitur, vel alteratur; secunda prohibendo quæ ipsarum substantiam vacuare, alteraréve possunt. D Comprehensa verò inter ea, quæ alterant, breuitatis causa sint, & quæ earum vnitatem distrahunt. Hæc itaque quum vires perpetuò indicent, in valentibus (sicut dictum est) consensus agendorum omnium ad ipsarum permansionem est; in ægrotantibus autem non semper. Quo tempore æstimari debebit, quod vel magnitudine, vel dignitate (vt priùs est dictum) præualeat. Maxima igitur dignitas ipsarum est virium; nam viuere ipsum nobis, ex harum conseruatione constat; quũ & vitam, aut ipsas esse vires, aut earum actiones, E sit necesse; at vita ipsa nihil esse priùs in animantis corpore potest; quòd neque sanos esse citra vitam liceat. Vires ergo omnium primæ seruandæ hominibus sunt; *seruabitur autem*, si nec earum substantia inaniatur; nec tanta alteratione alteretur, vt ea corruptioni sit propinqua. Atq; huius conseruationis pars est, quum vel temperiem ipsam præsentem seruamus, vel absentem inducimus. Post autem vires sequitur, quæ ab affectibus, quos curare proponimus, est indicatio; postea deinceps reliquæ. Quicquid igitur indicationi à viribus, aduersatur, id secundum est, ac posterius iis, quæ illæ præcipiunt; quæ verò cum iis F quæ viribus conducunt, in idem competunt, hæc vtrunque calculum referunt, & eorum, quæ primæ (vt ita dixerim) sint notæ, & eorum quæ secundæ. Itaque hæc citra controuersiam sunt facienda; quæ verò aduersantur, aliquando administranda prorsus non sunt, aliquando paulatim. Si nanque quẽ curare studes affectum, is vacuationẽ requirat, vires autem extrema imbecillitate laborẽt, toto illo tempore, quo vires reficimus, corum

eorum, quæ affectum sanent, nihil planè ægrotanti exhibebimus. Vbi verò eò roboris peruenisse eas coniicimus, vt nihil, aut parum ex vacuádo sint lædendæ, tum est ad affectus quoque curationem accedendum. Primus igitur omnium scopus est, qui virium est; non tamen vt primus & curatiuus, qui potestate curatiuarum non sit, verùm (vt ita dixerim) vitam conseruantium. Ná, neque vt valeamus, nec vt à morbis liberemur, ab ea quicquam primùm desumimus, sed vt viuamus. Additum in sermone est illud, primùm, quòd ex accidente aliquando virium roboratio ad affectus curationem conducit. Verùm id in sequentibus docebimus.

τοῦ χρόνου παντί, καθ' ὅσον ἀνατρέφομεν τὴν δύναμιν. ὅταν δ' εἰς τοσοῦτον ἰσχύος ἥκειν αὐτὴν ὑπολαμβάνωμεν, ὡς ἤτοι μηδὲν, ἢ ὀλίγον ὑπὸ τῆς κενώσεως βλαβήσεσθαι, τηνικαῦτα καὶ πρὸς τὴν τῆς διαθέσεως ἴασιν ἀφιξόμεθα. πρῶτος μὲν οὖν ἁπάντων σκοπὸς, ὁ τῆς δυνάμεώς ἐστιν· οὐ μὴν ὡς θεραπευτικός γε πρῶτος, ὥς γε τὴν ἀρχὴν οὐδὲ τῆς θεραπευτικῆς ἐστιν, ἀλλ' ὡς ἂν εἴποι τις, τῆς ζωτικῆς. οὐ γὰρ ἵν' ὑγιαίνωμεν, οὐδ' ἵν' ἀπαλλαγῶμεν νόσων, ἐξ αὐτῆς τι πρώτως λαμβάνομεν, ἀλλ' ἵνα ζῶμεν. πρόσκειται δ' ἐν τῷ λόγῳ τὸ πρώτως, ὅτι γε καὶ κατὰ συμβεβηκός ποτε τῆς δυνάμεως ἡ ῥῶσις εἰς τὴν τῆς διαθέσεως ἴασιν ὑπάρχει χρήσιμος. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδειξόμεθα.

CAPVT XIV.

Curatiuas omnes indicationes tribus hisce contineri, affectu secundum naturam, affectu præter naturam, & aere nos ambiente.

NVnc ad pensum rursus redeamus, in paucas summas, compendij causa, rem omnem colligentes. Medendi scopi à morbo ipso sunt, à corporis temperamento, & tertio ambiente nos aere. Quòd si alij quidam antea sunt positi, vel postea non hi modò, verùm etiam alij dicentur, omnes tamen ex ijs in partes diductis nati videbuntur. Siquidem corporis temperies, quæ illo tempore fuit, quo ægrotare id cœpit, quæque ad inuenienda remedia est vtilis, ex natura, ætate, consuetudine, & ambiente nos aëre ortum habet: Ambiens verò ipse eiusmodi est redditus propter tum regionem ipsam, tum anni tempus, tum cœli statum. Ergo, quum vnum sit eorum vtrunque, ex pluribus tamen tale efficitur. Affectus verò haud quaquam in causas diduci est aptus, sed in differentias; nam aut in similaribus consistit partibus, aut in organicis. Ac in similaribus quidem, vel simplex est intemperies, vel composita; in organicis, circa simplicium partium, vel situram, vel conformationem, vel numerum, vel magnitudinem, tum quæcunque horum singulatim traditæ sunt differentiæ, consistit. Hæc itaque tria illa prima sunt, quæ curationem indicant, ambiens ipse cum geminis corporis siue affectionibus, siue constitutionibus libitum est appellasse, vna quæ secundum naturam; altera, quæ præter naturam sit, quæ morbus est. Non posse autem plura esse prima genera indicationum, quæ ad medendum pertineant, quam tria, quæ modò diximus, ex ipsa rerum substantia scire licet. Ná morbus, & sanitas, corporis sunt affectus, ille sui demolitionem, hæc conseruationem indicans: ambiens verò is est, sine quo, nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest, hic igitur causæ sine qua non, obtinet rationem. At verò quum id, quod ægrotat, alteramus, nisi constat, quousque sit mutandum, vtique quando sit ab alterando desistendum, non intelligemus. Generatim igitur in omni curatione scopi (vt multis *placet*) in his tribus generibus consistunt. Particulatim verò (vt supra est dictum) quidam simplicium partium sunt proprij, quidam compositarum. Eorum ergo, quę in simplices incidunt partes, vnum est intemperies ea, quæ in calido consistit. Hęc, quum in totum diffusa corpus est, febris nominatur; ideóque omnis febris, quâ febris est, humectatio refrigeratióque remedia sunt. Ac, si sola hęc sit,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Τὰς θεραπευτικὰς ἁπάσας ἐνδείξεις τρισὶ τούτοις ἐμπεριέχεσθαι, διαθέσει τῇ κατὰ φύσιν, καὶ τῇ παρὰ φύσιν, καὶ τῷ περιέχοντι ἡμᾶς ἀέρι.

ΕΠὶ δὲ τὸ προκείμενον αὖθις ἐπανέλθωμεν, εἰς ὀλίγα κεφάλαια συνόψεως ἕνεκα τὸ πᾶν ἀθροίσαντες. οἱ θεραπευτικοὶ σκοποὶ παρά τε τοῦ νοσήματός εἰσι, καὶ τῆς τοῦ σώματος κράσεως, καὶ τρίτου τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. εἰ δ' ἔμπροσθεν ἕτεροί τινες εἶεν, ἢ καὶ αὖθις οὐχ οὗτοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι ῥηθεῖεν, ἐκ τῆς τούτων τομῆς ἅπαντες φανοῦνται γιγνόμενοι. ἡ μὲν γὰρ κρᾶσις τοῦ σώματος, ἡ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἡνίκα νοσεῖν ἤρξατο, πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν ἰαμάτων ὑπάρχουσα χρήσιμος, ἐκ φύσεως, καὶ ἡλικίας, καὶ ἐθῶν, καὶ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος γίνεται. τὸ περιέχον δ' αὐτὸ τοιοῦτον εἰργάσθη διά τε τὴν χώραν, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν κατάστασιν. ἓν τοίνυν ἑκάτερον αὐτῶν ὑπάρχον, ἐκ πολλῶν γίγνεται τοιοῦτον. ἡ δέ γε διάθεσις, οὐχ ὡς εἰς αἰτίας τέμνεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ὡς εἰς διαφοράς· ἤτοι γὰρ ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν ἐστὶν, ἢ ἐν τοῖς ὀργανικοῖς συνίσταται μορίοις. ἐν μὲν οὖν τοῖς ὁμοιομερέσιν, ἤτοι γ' ἁπλῆ τις, ἢ σύνθετος ὑπάρχουσα δυσκρασία· ἐν δὲ τοῖς ὀργανικοῖς, περὶ τὴν τῶν ἁπλῶν μορίων γιγνομένη θέσιν, ἢ διάπλασιν, ἢ ἀριθμὸν, ἢ μέγεθος, ὅσαι τε καθ' ἕκαστον τούτων ἐδείχθησαν οὖσαι διαφοραί. ταῦτ' οὖν ἐστι τρία τὰ πρῶτα, τὰ τὴν θεραπείαν ἐνδεικνύμενα· τὸ περιέχον ἅμα ταῖς διτταῖς τοῦ σώματος ἤτοι διαθέσεσιν, ἢ κατασκευαῖς, ἢ φίλον σοι φάναι· μιᾷ μὲν τῇ κατὰ φύσιν· ἑτέρᾳ δὲ τῇ παρὰ φύσιν, ἥτις τὸ νόσημά ἐστιν. ὅτι δ' οὐκ ἐνδέχεται αὐτὰ τὰ πρῶτα γενῶν τῶν θεραπευτικῶν σκοπῶν πλείω τῶν εἰρημένων τριῶν ὑπάρχειν, ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων οὐσίας ἔνεστί σοι μαθεῖν. τὸ μὲν γὰρ νόσημα, καὶ ἡ ὑγεία, διαθέσεις εἰσὶ τοῦ σώματος, ἡ μὲν τὴν ἀναίρεσιν ἐνδεικνυμένη τὴν ἑαυτῆς, ἡ δὲ τὴν τήρησιν· τὸ περιέχον δὲ, οὗ χωρὶς οὔτ' ἀνελεῖν οἷόν τε τὴν νόσον, οὔτε κτήσασθαι τὴν ὑγείαν· τουτὶ μὲν οὖν, τὸ ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπέχει. τὸ νοσοῦν δ' ἀλλοιοῦντες, εἰ μὴ γινώσκοιμεν εἰς ὅ,τι μεθιστῶμεν, οὐδ' ὁπότε παυσόμεθα τῆς ἀλλοιώσεως, εἰσόμεθα. καθόλου οὖν ἐπὶ πάσης τῆς θεραπείας ἐν τούτοις τοῖς τρισὶ γένεσιν, οἱ σκοποὶ τοῖς πλείστοις εἰσί. κατὰ μέρος δὲ, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τινὲς μὲν τῶν ἁπλῶν μορίων εἰσὶν ἴδιοι· τινὲς δὲ, τῶν συνθέτων· ἓν δή τι τῶν ἐγγινομένων τοῖς ἁπλοῖς ἐστιν, ἡ κατὰ τὸ θερμὸν δυσκρασία. ταύτης δ' εἰς ὅλον ἐκταθείσης τὸ σῶμα, πυρετὸς τοὔνομα. καὶ τοίνυν ἁπάντων πυρετῶν, καθόσον ἐστὶ πυρετὸς, ὑγρότης καὶ ψύξις, ἰάματα. μόνου μὲν οὖν ὄντος αὐτοῦ,

σκοπὸς ἁπάντων τῶν βοηθημάτων κοινὸς, ὁ νῦν εἰρημένος, ὥστε οὐδὲν ἔτι δεῖ πρὸς τὴν ἴασιν, ἀλλ' ἢ τὰς ὕλας ἐξευρεῖν ἐν αἷς ὁ σκοπός. εὑρόντας δὲ τὰς ὕλας, τὸν μὲν καιρὸν, ἐξ αὐτῶν τῶν τεσσάρων τοῦ πυρετοῦ λαμβάνειν καιρῶν· τὸ ποσὸν δ' ἐκ τοῦ παραβάλλειν τῷ κατὰ φύσιν, τὴν νόσον. εἰς ὅσον γὰρ ἀποκεχώρηκε τοῦ κατὰ φύσιν, εἰς τοσοῦτον χρὴ ψύχειν τε, καὶ ὑγραίνειν τὸν κάμνοντα. τὸ περιέχον δὲ, εἰ μὲν ἐναντίαν ἔχοι τῷ νοσήματι τὴν κρᾶσιν, ἕν τι τῶν βοηθημάτων ἐστὶν· εἰ δὲ ὁμοίαν, ἕν τι τῶν νοσωδῶν αἰτίων. ἐπεὶ δὲ τὰς μὲν ἄλλας ὕλας ἐκλέξασθαί τε καὶ φυγεῖν δυνάμεθα· τὴν δ' ἐκ τοῦ περιέχοντος οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ φυγεῖν, ἀλλ' ἀναγκαῖον χρῆσθαι τῇ παρούσῃ καταστάσει, διὰ τοῦτο καὶ ταύτῃ προσέχειν ἀναγκαζόμεθα, πολλάκις μὲν ὁμολογούσῃ τῇ κατὰ τὸ νόσημα ἐνδείξει, ὡς εἴπομεν, πολλάκις δ' ἐναντιουμένῃ τε καὶ ἀντιπραττούσῃ. λόγον μὲν οὖν ἕξει τὸ περιέχον, ὡς εἴπομεν, ἐνίοτε μὲν ὕλης ἰωμένης, ἐνίοτε δὲ ὡς αἰτίου νοσάζοντος. εἰ μὲν γὰρ ὑγραίνεσθαι καὶ ψύχεσθαι δεομένης τῆς νόσου ταῦτ' ἐργάζοιτο, λόγον ὕλης ἕξει θεραπευτικῆς· εἰ δὲ θερμαίνοι καὶ ξηραίνοι, νοσῶδες αἴτιον γίνεται. συμφωνοῦντος μὲν οὖν αὐτοῦ ταῖς θεραπευτικαῖς ἐνδείξεσιν ἀσμενιστέον· ἐναντιουμένου δὲ, κωλυτέον τὴν βλάβην, ἐπιτείνοντάς τε, καὶ παραυξάνοντας τῶν ἄλλων βοηθημάτων τήν θ' ὑγρότητα καὶ τὴν ψύξιν. ἐπιτηδευτέον δὲ καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ, αὐτὸ τὸ περιέχον οἷον χρὴ κατασκευάζειν, ὑγροτέρους τε καὶ ψυχροτέρους οἴκους αἱρούμενόν τε καὶ κατασκευάζοντα· καθάπερ εἰ καὶ ψυχρὸν, καὶ ὑγρὸν εἴη τὸ εἶδος τῆς νόσου, τὸ θερμαίνειν καὶ ξηραίνειν ἐνδεικνυμένης, αἱρεῖσθαί τε καὶ κατασκευάζειν οἴκους θερμαίνοντάς τε καὶ ξηραίνοντας. αἱρεῖσθαι μὲν οὖν λέγω, τοὺς ἐξ ἑαυτῶν τοιούτους, κατασκευάζειν δὲ ἐπιτεχνώμενον, ἐν μὲν τῷ θέρει, καταγείους τε, καὶ πρὸς ἄρκτον ἐστραμμένους αὐτούς· ῥαίνοντα συνεχῶς τὸ ἔδαφος αὐτῶν, ἐξ εὐρίπου τέ τινος αὔραν εἰσπνεῖν ἐπιτεχνώμενον. ἄνθη τε καὶ βλαστήματα δυνάμεως ὑγρᾶς τε καὶ ψυχρᾶς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους καταρρίπτοντα· χειμῶνος δὲ τἀναντία τούτων ἐπιτεχνώμενον, ὅταν γε τὸ νόσημα κελεύῃ ποιεῖν, ὡς εἴρηται· μὴ κελεύοντος δὲ, τὴν ἀμετρίαν μόνην ἑκατέρας τῆς ὥρας κωλυτέον. ὑπὲρ ἧς ἐξ ἀνάγκης μοί τι καὶ μετὰ ταῦτα λεχθήσεται. νυνὶ γὰρ οὐ τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων ἔγνωκα κρίνειν, ἀλλὰ τὰς μεθόδους ἐκδιδάσκειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Πῶς οἱ θεραπευτικοὶ σκοποὶ, ποτὲ μὲν εἰς πλείονας διαιρεῖσθαι, ποτὲ δὲ εἰς ὀλιγωτέρους συστέλλεσθαι πεφύκασι.

Ἀνάγωμεν οὖν αὖθις ἐπὶ ταύτας τὸν λόγον, ἐπιδεικνύντες ὅπως ὀλίγοι τε καὶ πολλοὶ γίγνονται σκοποὶ θεραπευτικοὶ κατὰ διαφόρους τομάς. τρεῖς τε γὰρ οἷόν τε ποιῆσαι τοὺς πάντας, ὡς ἀρτίως ἐποιήσαμεν, εἰς ὀλίγα κεφάλαια τὸ πᾶν ἀνάγοντες· ἕκαστόν τε πάλιν αὐτῶν τέμνοντες πολλοὺς ἐξ αὐτῶν ποιῆσαι, καθάπερ καὶ τοῦτο ἤδη δέδεικται. καὶ μέν τοι καὶ αὐτῶν τῶν τμημάτων ἕκαστον οἷόν τε τέμνειν αὖθις, ἄχρις ἂν ἐπί τι τῶν ἀτμήτων ἀφικώμεθα. καὶ τὰ πρῶτα δὲ πάντων εἰρημένα τρία, δυνατὸν εἰς ἐλάττω συναγαγεῖν, ὡς εἶναι δύο τὰ πάντα κεφάλαια τῶν τὴν θεραπείαν ἐνδεικνυμένων σκοπῶν, τήν τ' ἐνεστῶσαν διάθεσιν, ἣν νόσον ὀνομάζομεν· ἥν τ' ἔμπροσθεν εἶχεν, ἣν ὑγείαν τε, καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἐκαλοῦμεν.

ſcopus omnium auxiliorum communis nunc dictus eſt, ita vt nihil ſit, quod pręterea ad curationem deſideretur, niſi vt materię inueniantur, in quibus ſcopus ſit. Materia verò inuenta, vt opportunum tempus ex quatuor febris temporibus captes; quantitatem verò, ex conferendo cum affectu ſecundum naturam morbum, quantum enim is à naturali affectu receſſit, tantũ opus eſt, ægrum refrigeres, & humectes. Sanè ambiens, ſi contrariam morbo temperiem habeat, præſidiorum vnum quoddam eſt; ſin ſimilem, morboſarum cauſarum eſt vna. Quoniam autem reliquas materias, tum deligere, tum fugere poſſumus; quam autem ambiens præſtat, fugere non licet, imò neceſſe eſt præſenti cœli ſtatu vti; idcirco huic quoque attenti eſſe cogimur; qui ſæpè (vt diximus) morbi indicationi eſt cõſentaneus, ſæpè diſſentaneus, & qui contra molitur. Habebit ergo (vt diximus) ambiens rationem modò materiæ ſanantis; modò cauſæ morbum fouentis. Si nanque quum humectari refrigerarique morbus poſtulat, hæc pręſtet, curatiuæ materiæ rationem obtinet; ſin calefaciat, & ſiccet, morbi cauſa eſt. Vbi igitur cum medendi indicationibus conſonat, libenter eſt acceptandus; quum verò aduerſatur, eius noxa prohibenda eſt, reliquorum auxiliorum humiditate, ac frigore intenſis, adauctiſque. Sedulò igitur agendum eſt, vt ambientem, quoad fieri poteſt, qualem eſſe expedit prępares, humidiores, frigidioréſque domos, tum deligens, tum verò præparans; vt ſi & frigida ſit humidáque morbi ſpecies, calefaciendum, ſiccandúmque indicantis, & eligendæ, & præparandę domus ſunt, quæ calefaciant, & exiccent. At deligendas quidem dico, quæ ex ſe ipſis eiuſmodi ſunt; præparandas verò, quum arte noſtra molimur, per æſtatem ſubterraneas eas, & ad ſeptentriones verſas; ac pauimenta earum aſſiduè humore aſpergentes; tum vt ex euripo aliquo aura inſpiret, machinantes; flores præterea, ac germina, quæ frigidæ, humidæque facultatis ſint, per aream proiicientes; per hyemem verò contraria horum molientes, vbi morbus (vt dictum eſt) ſuadet; vbi non ſuadet, ametria ſola vtriuſque temporis reprimenda. De quo mihi aliquid neceſſariò, poſtea eſt dicendum. Nunc enim auxiliorum materias explicare non decreuimus, ſed methodos docere.

CAPVT XV.

Quo pacto curatiuæ indicationes modò in plures diduci, modò in pauciores cogi poſſint.

QVare rurſus ad has *methodos* diſputationem reuocemus, doceamúſque quemadmodũ, & paucæ, & multæ pro diuerſa ſectione, curatoriæ indicationes ſint; etenim tres vniuerſas (vt proximè docuimus) facias, licet, in pauca capita tota ſumma reducta; & qualibet earum rurſus diuiſa, ex ipſis multas efficere; id quod etiam mõſtratum eſt. Quin, & ipſarum ſectionum, quamlibet rurſum diducas in membra, licet, donec ad inſectile venias. Iam primas quoq; illas tres, quas memorauimus, fieri poteſt, vt redigas ad paucio res ſic, vt duo eorum ſcoporum, qui curationem indicent, omninò capita ſint, præſens affectus, quem morbum nominamus; & qui prius fuit, quẽ ſanitatem, & quod ſecundum naturam diximus.

Non

Non enim aliud est ipsa sanatio, quàm præsentis in corpore vitiosi affectus in eum, qui secundum naturam est, adductio; quum autem contrarij hi affectus sint, necesse est, per contraria fiat eorum alterius in alterum translatio. Atque ita rursus vnus solus erit curationum maximè generalis scopus contrarietas. Ergo hinc rursus sumpto initio, *age* particulares scopos disquiramus. Quoniam quod ægrotat, bene valenti, est contrarium; per contraria est ab illo in hoc via. At quomodo in contrariis inuenietur modus? Non enim satis est calido affectui admouisse frigida, nisi id debita fiat mensura; nam periculum est, si intra modum id fiat, ne morbi reliquum quippiam relinquatur; sin modum excedas, contrarium genus morbi inducas; qui enim supra, quam par est, calidum morbum refrigerat, is sanitatis symmetria transmissa, alium excitabit morbum frigidum. Quod quò minus accidat, naturam curandi corporis scias, oportet; quò, quantum morbus ab illius symmetria discesserit, intelligens, mensuram refrigeranti præsidio imponas. At fieri non potest, vt quantum à se inuicem distent, inuenias, nisi compertum habeas, quam esset corpus, aut humidum, aut frigidum, aut calidum, aut siccum, quum valeret; quantúmque ex his excesserit postquàm ægrotauit. Nam quod plurimùm ab eo quod est secundum naturam recessit, id vehetibus eget contrariis; quod non plurimum, leuibus. Sanè plurimum recessit frigidus morbus à corpore natura calido, vt & calidus à frigido; minùs recessit, tum calidum à calido, tum frigidum à frigido, quare ex vtrisque indicatio *curationis præstatur.* Verùm, cum materiæ reliquorum præsidiorum omnium electio in nostra potestate sit; eius verò, quam ambiens præstat, in nostra manu non sit; ratio est, ex hoc quoque propriam quandam indicationem sumamus. Cæterùm, quoniam dignoscere ad vnguem oportet corporum temperamenta, id verò est planè difficile, vtique tentandum est, tum ex iis, quæ in libro De temperamentis sunt scripta, ea inuenire; tum verò vltra hæc, quò magis scientifica notitia sit ex ætate, & tota anteacta vita, quæ nimirum in vitæ exercitio, & victus ratione consistit; præterea in hac regione, & hoc anni tempore, & hoc statu cœli, conuersatione. Si nanque natura gracilis, & tangenti calidus, & biliosus, & iracundus, & hirtus sit, calidus hic siccúsque temperamento est. Non tamen necesse est nunc quoque, quum ægrotare incepit, eundē planè habere affectum; fieri enim potest ipsi vitam otiosam fuisse, cum frigidis humidísque tum cibis tum potibus; ad hæc etiam cum balneis post cibos, & multo somno; præterea in regione humida, & frigida, & hyeme in qua frigidus, & humidus exuperabat cœli status. Rursus fieri potest, vt horum præcesserint contraria, id est, calefacientia, & siccantia, ídque per singula dictorum iam generum. Ergo, si quoad præsens temperamentum noscendū deficimus, id ex præeuntibus ipsis supplebimus; ex illo verò inuēto, administrandorū indicatio suppeditabitur.

οὐ γὰρ δὴ ἄλλο γέ τι τὸ ὑγιάζειν ἐστὶ, παρὰ τὸ τὴν νῦν οὖσαν ἐν τῷ σώματι διάθεσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν· ἐναντίων δ' οὐσῶν τῶν διαθέσεων, ἀναγκαῖόν ἐστι δι' ἐναντίων γίγνεσθαι τὴν εἰς ἀλλήλας αὐτῶν μετάπτωσιν. καὶ οὕτως αὖ πάλιν εἷς μόνος ὁ γενικώτατος ἔσται σκοπὸς τῶν ἰαμάτων, ἡ ἐναντίωσις. ἐντεῦθεν οὖν πάλιν ἀρξάμενοι, τοὺς κατὰ μέρος ἐξευρωμεν. ἐπεὶ τὸ νοσοῦν ἐναντίον ἐστὶν ὑγιαίνοντι, δι' ἐναντίων ἡ ὁδὸς ἐπ' αὐτήν. πῶς δ' εὑρεθήσεται τὸ ποσὸν ἐν τοῖς ἐναντίοις; οὐ γὰρ ἀρκεῖ δήπου προσαγαγεῖν τὰ ψύχοντα ταῖς θερμαῖς διαθέσεσιν ἄνευ τοῦ προσήκοντος μέτρου· κίνδυνος γὰρ, ἐλλείποντας μὲν ἀπολιπεῖν τι καὶ τῆς νόσου λείψανον· ὑπερβάλλοντας δὲ, γένος ἐναντίον ἀπεργάσασθαι νοσήματος. ὁ γὰρ ἐπὶ πλέον ἢ χρὴ ψύχων τὸ θερμὸν νόσημα, τὴν ὑγιεινὴν ὑπερβὰς συμμετρίαν, ἕτερον ἐργάζεται νόσημα ψυχρόν. ὅπως οὖν τοῦτο μὴ γίνοιτο, τὴν φύσιν ἐπίστασθαι χρὴ τοῦ θεραπευομένου σώματος· ἵν' ὁπόσον ἀφέστηκεν αὐτοῦ ἡ νόσος τῆς συμμετρίας γνόντες, ἐπιθῶμεν τῷ ψύχοντι βοηθήματι τὸ μέτρον. ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὴν ἀπόστασιν αὐτῶν ἐξευρεῖν, εἰ μὴ γνοίημεν εἰς ὅσον ἦν ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ὅθ' ὑγίαινεν, εἰς ὅσον τε ἐξέστηκεν ἐν τῷ νοσεῖν. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖστον προκεχωρηκὸς τοῦ κατὰ φύσιν, ἰσχυρῶν δεῖται τῶν ἐναντίων· τὸ δ' οὐκ ἐπὶ πλεῖστον, ἀσθενῶν. ἐπὶ πλεῖστον μὲν οὖν ἀφέστηκε τὸ ψυχρὸν νόσημα, τοῦ φύσει θερμοῦ σώματος, ὥσπερ γε καὶ τὸ θερμὸν, τοῦ ψυχροῦ· ἔλαττον δὲ ἀφέστηκε τὸ μὲν θερμὸν, τοῦ θερμοῦ, τὸ δὲ ψυχρὸν, τοῦ ψυχροῦ, ὥστ' ἐξ ἀμφοῖν ἡ ἔνδειξις. ἀλλ' ἐπεὶ τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων βοηθημάτων τῆς ὕλης ἡ ἐκλέξις ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τοῦ δὲ τοῦ περιέχοντος, οὐκ ἐφ' ἡμῖν, εὔλογον δήπου κἀκ τούτου τὴν ἔνδειξιν λαμβάνειν. ἀλλ' ἐπεὶ διαγινώσκειν προσήκει τὰς κράσεις τῶν σωμάτων ἀκριβῶς, ἔστι δὲ πάνυ χαλεπὸν τὸ τοιοῦτον, πειρατέον μὲν δήπου καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεων εἰρημένοις ἐξευρίσκειν αὐτάς· ἐξ ἐπιμέτρου δὲ, πρὸς ἐπιστημονικωτέραν διάγνωσιν, ἀπό τε τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ προηγουμένου βίου παντὸς, ὃς ἐξ ἐπιτηδευμάτων τε καὶ διαίτης συνέστηκε, καὶ τῆς ἐν τῷ τοιῷδε χωρίῳ, καὶ ὥρᾳ τῇδε, καὶ καταστάσει τῇδε διατριβῆς. εἰ μὲν γὰρ ἰσχνὸς φύσει, καὶ θερμὸς ἁπτομένῳ, καὶ χολώδης, καὶ θυμικὸς, καὶ δασὺς, θερμὸς οὗτός ἐστι καὶ ξηρὸς τὴν κρᾶσιν. οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης γε καὶ νῦν ὁπότε νοσεῖν ὑπήρξατο, τὴν αὐτὴν ἀκριβῶς ἔχει διάθεσιν. ἐγχωρεῖ γὰρ αὐτῷ βίον ἀργὸν ἐν ὑγροῖς καὶ ψυχροῖς ἐδέσμασί τε καὶ ποτοῖς γεγονέναι· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ βαλανείοις, ἐπὶ τροφαῖς, καὶ ὕπνοις πολλοῖς, ἐν ὑγρῷ καὶ ψυχρῷ χωρίῳ, χειμῶνος, ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς ἐπικρατούσης καταστάσεως, ὥσπέρ γε τἀναντία τούτων ἐγχωρεῖ προηγήσασθαι, τουτέστι τὰ θερμαίνοντα καὶ ξηραίνοντα καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων γενῶν. ἐξ αὐτῶν οὖν τῶν προηγησαμένων, ἀναπληρώσομεν ὅσον ἂν ἐνδεὲς ἔχωμεν εἰς τὴν τῆς ἐνεστώσης διάγνωσιν κράσεως· ἐξ ἐκείνης δὲ εὑρεθείσης, τὴν τῶν ποιητέων ἔνδειξιν ἕξομεν.

CAPVT XVI.

Vtilem esse, at minimè contemnendam indicationem, quæ à consuetudine præbetur.

AC dictū quidē priùs est, vbi de frigida exhibēda præcepimus, illud quoq; ex iis vnū esse,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Εὔχρηστον εἶναι καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητον τὴν ἔνδειξιν, τὴν ἐκ τοῦ ἔθους.

Ελέγετο μὲν οὖν ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ψυχροῦ δόσεως, ἐάν τι καὶ τοῦτο ἐπισκεπτέον εἴη· μή τι τῶν μορίων φύ-

τὸ ψυχρὸν ὄν, ἐκ τῆς πόσεως αὐτοῦ βλαβείη μεγάλως. ἆρ' οὖν ἐγχωρεῖ τὴν κρᾶσιν ἑκάστου τῶν μορίων ἐπὶ τοῦ κάμνοντος ἀνθρώπου, χωρὶς ὧν εἴπομεν σημείων ἐν ταῖς περὶ τούτων πραγματείαις ἐξευρεῖν· ἐκεῖνοι μὲν οὖν, οὔτε ζητοῦσιν, οὔτε ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἑνὶ καλάποδι πάντας ὑποδέουσιν. ἡμεῖς δὴ ζητήσαντες, εὕρομεν ὅτι διὰ πολλῶν καὶ δυσκόλων γνωσθῆναι γνωρισμάτων, ἑκάστου τῶν μορίων ἡ κρᾶσις εὑρίσκεται, στοχαστικῶς μᾶλλον ἢ ἐπιστημονικῶς. ἐὰν τοίνυν φανῇ τι γνωρισμάτων πολλῶν τε καὶ [137] μακρῶν ἀκριβέστερον ἕν, οὐκ ἂν ἀπορρίψαντες ἐκεῖνα, τοῦτο ἀντὶ πάντων ἑλοίμεθα; πᾶς οἶμαι νοῦν ἔχων ὁμολογήσει. καὶ μὴν οὐδ' ἐγγύς ἐστι τῇ πίστει τὰ γνωρίσματα τῶν κράσεων ἅπαντα συνελθόντα, πρὸς τὴν ἐκ τοῦ ἔθους ἔνδειξιν. εἰ γὰρ ὑγιαίνων τις ἔπινεν ἀεὶ ψυχρὸν, οὔθ' ἧπαρ, οὔτε κύστιν, οὔτε κοιλίαν, οὔτ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων βλαπτόμενος, εὔδηλον ὡς ἰσχυρά τ' ἐστὶν ἅπαντα ταῦτα, καὶ οὐδ' ἂν νῦν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ βλαβείη. μὴ τοίνυν μικρόν τινα καὶ φαῦλον σκοπὸν εἰς βοηθημάτων εὕρεσιν ὑπολαμβάνωμεν εἶναι τὸ ἔθος, ὥσπερ οὐδ' εἰς ὑγιείας φυλακήν. οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων οὕτως ἐστὶν ἔμπληκτος, ὡς μεγάλως βλαπτόμενος ὑπὸ τῆς τοῦ ψυχροῦ πόσεως, εἰς πολυχρόνιον ἔθος ἀγαγεῖν τὴν χρῆσιν· ἐν γὰρ τῷ μεταξὺ βλαβεὶς ἐναργῶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ νοσήσας, ἀποστήσεται πάντως. ὥσπερ οὖν ἄλλα πολλὰ παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐνίοις ἐρρέθη τῶν ἰατρῶν, οὕτω καὶ τὸ μηδεμίαν εὕρεσιν, ἢ διαίτης ὑγιεινῆς, ἢ θεραπείας νοσούντων, ἐξ ἔθους γίγνεσθαι. φαίνεται γὰρ, οὐχ ὥσπερ ἄλλ' ἄττα, σμικρὰν καὶ φαύλην ἔχον τὴν δύναμιν, ἀλλὰ μεγίστην τε καὶ κυριωτάτην, ὡς ἂν ἐνδεικνύμενον ἑκάστου τῶν σωμάτων τὴν φύσιν. ἡμεῖς μὲν οὖν ἐξ αὐτοῦ μεθόδῳ προερχόμενοι, τὴν διάθεσιν τῶν μορίων εὑρίσκεσθαί φαμεν, εἶτ' ἐξ ἐκείνης αὖθις ἐπὶ τὴν ἔνδειξιν ἔρχεσθαι τῶν ποιητέων. ὁ δ' ἐμπειρικὸς ὑπερβαίνειν φησὶ τὴν ζήτησιν τῆς φύσεως, ἐφ' ὃ γὰρ ἂν ὑπ' αὐτῆς ἤχθη τοῦτο ἔχειν ἤδη γνῶσιν τοῦ μὴ βλάπτεσθαι τὸ τοῦ κάμνοντος σῶμα πόσει ψυχροῦ, τοῦτο δ' εἶναι τὸ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προκείμενον, οὐ τὸ γνῶναι τὴν φύσιν. εἶτ' οἶμαι προσηκόντως ἡμᾶς μὲν ὡς μακρὰν ὁδὸν εἰκῆ περιερχομένους ἐπισκώψειεν· τοῖς δ' ὅλως ἄχρηστον εἶναι λέγουσι τὸ ἔθος, ὡς μηδὲ τὸν κοινὸν νοῦν ἔχουσιν, εἰκότως μέμψαιτο. τί ποτ' οὖν, φήσεις, πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν ἡμεῖς, οἱ μεθόδῳ τὴν τέχνην συνιστάμενοι; τί δ' ἄλλο γε, ἢ ὅτι τἀληθῆ λέγουσιν ἐπὶ τῶν οὕτως ἐναργῆ τὴν ὠφέλειαν ἢ βλάβην ἐχόντων ἐθῶν; ἴσασι γὰρ ἅπαντες αὐτὰ καὶ πρὸ τῆς μεθόδου. τῶν δ' ἄλλων ἐθῶν ἔνια τῶν κατὰ βραχὺ μεγάλην ἀθροιζόντων τὴν βλάβην, οὐκέθ' οἷόν τ' ἐστὶ δι' ἐμπειρίας ἐξευρεῖν· εἴρηται δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς. ὅθεν εἰ κἂν τῇ τοῦ ψυχροῦ δόσει, χωρὶς τῆς μεθόδου τὸ ἔθος ἱκανὸν, οὐδ' ἡμεῖς δήπου τὴν ἐμπειρίαν ἐκφεύγομεν· ἀλλ' ὅσαπερ ἐκεῖνοι πάντα, ἐξ αὐτῆς ὠφελούμενοι, προστίθεμεν ἔξωθεν, οἵ γε προστιθέναι δυνάμενοι, τὴν ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἔνδειξιν. ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ, τὴν ἀκολουθίαν τῆς μεθόδου φυλάττοντες, ὁμολογοῦμεν ὁδῷ μακροτέρᾳ ταὐτὸν εὑρίσκειν, ὃ διὰ βραχυτέρας ἐνῆν ἐξευρεῖν ἀναλογισμοῦ χωρίς. ἑωρακότες γὰρ οἶμαι πολλάκις ἤδη πολλοὺς τῶν καυσουμένων ἐν πυρετοῖς, ἐπειδὰν ἤδη μετρίως ὦσιν οἱ χυμοὶ πεπεμμένοι,

quæ consideranda tum essent, nunquid pars quępiam, cui frigida natura esset, lædi magnopere ex eius potione posset. An igitur fas est in ægrotante homine, cuiusque partis temperamentum inuenisse absque iis notis, quas libris de ipsis retulimus? Atque illi quidem nec inquirunt, nec norunt, sed iuxta prouerbium, vno calopodio omnes calceant. Nos certè inquirentes illud inuenimus, quòd per plures, ac cognitu difficiles notas cuiusque partis temperamentum, coniectura potius, quàm scientia, inueniatur. Si igitur notis multis, & magnis vna certior apparuerit, nónne abiectis illis hanc pro omnibus arripiemus? nemo id arbitror, qui mentis est compos, negabit. Atqui, si omnes temperamentorum notas in vnum colligas, hæ longissimè absunt, vt parem ei, quam consuetudo præstat, fidem faciant. Si enim antea per sanitatem quispiam frigidam perpetuò biberit, neutiquam nec in iecinore, nec vesica, nec ventriculo, nec alio quopiam talium læsus, planum est, & valida illi esse hæc omnia, nec nunc à frigida lædenda. Non est igitur, quòd paruum quendam ac leuem scopum, ad inuentionem remediorum consuetudinem existimemus; veluti nec ad sanitatem tuendam. Nemo enim adeò est stupidus, vt magnopere ex frigidæ potione læsus, hanc in diuturnum vsum duxisse velit, propterea quòd læsus interim, atque ab ea euidenter ægrotans, omninò abstinebit. Ergo, vt alia non pauca medici præter communes sensus, ita illud quoque effuderunt, quòd nulla, nec salubris inueniendi victus, nec ægrorum curationis, ex consuetudine sumatur occasio; videtur enim non sicut cætera, exiguam leuémque, sed maximam, ac maximè principalem vim habere; vt quæ singulorum corporum naturam ostendat. Sanè ipsi via rationéq; ab ea procedentes fatemur nos partium affectum inuenire, dein ex illo rursus ad faciendorum indicationem venire. Empiricus verò præterire se naturæ inquisitionem profitetur, quippe, quod per eam consequutus fuisset, id iam se habere, intelligere scilicet se, non lædi à frigidæ potione ægrotantis corpus; id verò esse, quod nobis ab initio proponatur, non vt naturam noscamus. Post (arbitror) nos quidem, veluti ambages frustra sequutos, meritò taxet; eos verò, qui in totum inutilem esse consuetudinem dicunt, veluti à cōmuni sensu alienos, iustè accuset. Quid igitur, inquies, eis respondebimus nos, qui methodo artem condimus? Quid aliud, quàm quòd vera dicunt de iis consuetudinibus, quæ adeò euidentē vtilitatem offensámve ostendunt? eas enim omnes, etiam ante methodum nouerunt. At reliquarum consuetudinum quasdam, quæ paulatim magnam contrahunt noxam, non æquè licet per experientiam inuenire: dictum autem fusiùs de eiusmodi consuetudinibus est in libris De sanitate tuenda. Vnde, si in frigidæ quoque exhibitione consuetudo citra methodum satisfacit, nec nos profectò experiētiam fugimus; imò omnem, quam illi, vtilitatem ab ea capientes, etiam extrinsecus præter hanc adiicimus, qui saltem id possumus, eam, quæ à rerum natura suggeritur indicationem. In hoc verò libro methodi rationē sequentes fatemur longiore via idem inuenire, quod breuiùs inuenire citra ratiocinationem liceret. Nam quum sæpè iam viderimus non paucos ex iis, qui febribus ardentibus premerentur, quum iam mediocriter concocti humores essent,

statim

A statim ex frigidæ potione febre liberatos, quanuis potioni frigidæ parum assueti fuissent, multo (arbitror) magis in iis, qui assueuerunt, vtilitatem fore citra noxam vllam sperabimus. Habes itaque nunc etiam de consuetudine rationẽ, etsi ex incidenti oblatam, tamen satis definitam. Est enim, ea quoque vnum quiddam eorum; quæ curationes per mediam morbi naturam indicent, quemadmodum, & ætas. Siquidem ipsa quoque temperamenti interuentu indicationem præstat, veluti puerorum; quæ, quum humidam, & calidam temperiem habeat, facilè discutitur. B

CAPVT XVII.

De indicatione ab ætate, ac summa vniuersarum indicationum.

Adsis enim animo *velim* ad ea, quæ de corporum diuersitate hoc loco dicam. Lapidum substantia constans *stabilisque* propter siccitatem, & frigus est; ad eundem modum æris, & ferri, & auri, & vno verbo, omnium, quæ ex terra sunt, corporum. At quæ humida, calidáque sunt, C corũ substantia celerrimè in ambientem dissipatur, aliàs in halitum sensibilem soluta; aliàs in perspirationes, quę visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atque hæ corporum naturę, veluti ex diametro, sibi mutuo opponuntur. Reliquarum omnium illæ, quæ frigidæ, ac siccæ proximæ accedunt, ægrè quidẽ per halitum discuti possunt, minus tamen ægrè, quam ferrum, & lapis, & adamas. At, quæ calidæ, & humidæ sunt vicinæ, hæ promptiùs quidem discutiuntur, atque exhalant, cæterùm minus hæ quoque, quã aqua calefacta. D Nam citra calorem non potest in halitum discuti corpus vllum, substantia eius coacta, densatáque manente; sed nec per calorem omne, imò quod habile est in halitum resolui; tale porrò est, quod humidũ est. Ergò puerorũ substantia omnium facillimè discutitur, ac dissipatur, propterea quod est omniũ humidissima; nulla verò frigidior. Quo minus vacuantis præsidij, eget, quũ habeat ex se ipsa, vnde naturaliter vacuetur. Fit autem profectò, & propter calidam siccámque regionem, & tempus æstiuũ, & statum cœli impensè calidũ, & siccum, notabilis per cutim vacuatio. Itaq; etiam E huius causa iis, qui sanguinis detrahẽdi egent, aut prorsus venam non secabimus, aut parum detrahemus. Sanè erunt in hac quoque sectione, multi scopi, natura ab initio, consuetudo, ætas, locus habitationis, anni tempus, cœli status; ad hæc morbosus, quem curamus, affectus; aliáq; ratione ante hunc laborantis vires. Quum verò affectus numerosi sint, cuique eorum sua est curationis indicatio. Quippe à calido indicatio est refrigerandi; à frigido calefaciendi; ac à reliquorum quolibet contrariũ applicandi. Quare, quũ octo sint F intemperies, octo etiam erunt omnium qui simplicibus corporibus oboriuntur morborum, particulares scopi. Vltráque hos vnus eius affectus, qui etiam organicorum est communis, cuius nullum apud priores nomen fuit; sed nos, qui eum interpretari sumus coacti, continui solutionem appellauimus; ostendimúsque communem curationis scopum hîc quoque esse vnitionem. At verò, qui ex hoc rursum in partes diducto particulares consistant, hi quatuor voluminibus sunt proditi, tertio, quarto, quinto, & sexto, huius operis.

παραχρῆμα λύσαντας ἤδη τὸν πυρετὸν ἐπὶ τῇ πόσει τοῦ ψυχροῦ, κἂν ἀήθεις ὦσιν αὐτοῦ, πολὺ δήπου μᾶλλον ἐλπίσομεν ἐπὶ τῶν εἰθισμένων, ἄνευ πάσης βλάβης, ἔσεσθαι τὴν ὠφέλειαν. ἔχεις οὖν ἤδη καὶ τὸν περὶ τῶν ἐθῶν λόγον, εἰ καὶ κατὰ τὸ πάρεργον, ἀλλ' ἱκανῶς διωρισμένον. ἓν γάρ τι καὶ τοῦτό ἐστι τῶν ἐνδεικνυμένων τὰς ἰάσεις διὰ μέσης τῆς τοῦ [138] νοσήματος φύσεως, ὥσπερ γε καὶ ἡ ἡλικία. καὶ γὰρ καὶ αὕτη διὰ μέσης τῆς κράσεως ἔχει τὴν ἔνδειξιν, ἐπεὶ ἡ τῶν παιδίων, ὑγρὰν καὶ θερμὴν ἔχουσα τὴν κρᾶσιν, ἑτοίμως διαφορεῖται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ.

Περὶ τῆς ἐξ ἡλικίας ἐνδείξεως, καὶ κεφαλαιώσεως πασῶν τῶν ἐνδείξεων.

Πρόσεχε γάρ μοι κἀνταῦθα τὸν νοῦν τῇ διαφορᾷ τῶν σωμάτων. ἡ μὲν τῶν λίθων οὐσία, μόνιμός ἐστι διὰ ξηρότητα καὶ ψύξιν· οὕτως δὲ ἡ τοῦ χαλκοῦ, καὶ ἡ τοῦ σιδήρου, καὶ ἡ τοῦ χρυσοῦ, καὶ συνελόντι φάναι, πάντων τῶν γεωδῶν σωμάτων. ἡ δέ γε τῶν ὑγρῶν καὶ θερμῶν, εἰς τὸ περιέχον ἀεὶ σκίδναται τάχιστα, ποτὲ μὲν εἰς αἰσθητοὺς ἀτμοὺς λυομένη. ποτὲ δ' εἰς ἀδήλους μὲν τῇ ὄψει, τῷ λόγῳ δὲ γνωστὰς ἀπορροάς. αὗται μὲν οὖν αἱ φύσεις τῶν σωμάτων ὡς ἐκ διαμέτρου πρὸς ἀλλήλας ἀντίκεινται. τῶν δ' ἄλλων ἁπασῶν, ἐν μὲν τῇ ξηρᾷ καὶ ψυχρᾷ φύσει πλησιέστερον ὑπάρχουσαι, δυσδιαφόρητοι μέν εἰσιν, ἀλλ' ἧττον σιδήρου, καὶ λίθου, καὶ ἀδάμαντος. ἐν δὲ τῇ θερμῇ καὶ ὑγρᾷ, διαφοροῦνται μὲν ἑτοιμότερον, ἀλλ' ἧττον καὶ αὗται τοῦ θερμανθέντος ὕδατος. χωρὶς μὲν γὰρ θερμότητος, οὐχ οἷόν τε ἐστὶ διαφορεῖσθαί τι σῶμα, μενούσης αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐσφιγμένης τε καὶ πεπιλημένης· ὑπὸ θερμότητος δ' οὐχ ἁπάσης, ἀλλ' ὅσον ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς ἀτμοὺς λύεσθαι· τοιοῦτον δ' ἐστὶ δήπου τὸ ὑγρόν. ἡ τοίνυν τῶν παιδίων οὐσία, ῥᾷστα διαφορεῖται, καὶ σκεδάννυται, διότι πασῶν μέν ἐστιν ὑγροτάτη, ψυχροτάτη δὲ, οὐδὲ μιᾶς. ὥστε οὐ χρῄζει κενωτικοῦ βοηθήματος, ἐξ ἑαυτῆς ἔχουσα τὸ κενοῦσθαι σύμφυτον. γίγνεται δὲ δήπου καὶ διὰ χώραν θερμὴν καὶ ξηρὰν, ὥραν τε θερινὴν, καὶ κατάστασιν ἱκανῶς θερμὴν, καὶ ξηρὰν, ἡ διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σώματος ἀξιόλογος κένωσις. ὥσπερ καὶ διὰ ταύτην, τοὺς δεομένους αἵματος ἀφαιρέσεως, ἢ οὐδ' ὅλως φλεβοτομήσομεν, ἢ ὀλίγον ἀφαιρήσομεν. ἔσονται δὲ καὶ κατὰ τὴν τομὴν τήνδε, πολλοὶ σκοποὶ, ἡ φύσις ἡ ἐξ ἀρχῆς, τὸ ἔθος, ἡ ἡλικία, τὸ χωρίον, ἡ ὥρα τοῦ ἔτους, ἡ κατάστασις· ἔτι τε πρὸς τούτοις, ἡ νοσώδης διάθεσις, ἣν θεραπεύομεν· ἑτέρῳ τε τρόπῳ περὶ αὐτῆς, ἡ τοῦ κάμνοντος δύναμις. οὐσῶν δὲ δηλονότι πολλῶν τῶν διαθέσεων, ἰδία καθ' ἑκάστην αὐτῶν ἡ ἔνδειξις· ἀπὸ μὲν τῆς θερμῆς, ἡ τοῦ ψύχειν· ἀπὸ δὲ τῆς ψυχρᾶς, ἡ τοῦ θερμαίνειν· ἑκάστης τε τῶν ἄλλων ὑπεναντίωσις. ὥστε ὀκτὼ δυσκρασιῶν οὐσῶν, ὀκτὼ καὶ τοὺς κατὰ μέρος εἶναι σκοποὺς ἁπάντων τῶν ἐπιγιγνομένων νοσημάτων τοῖς ἁπλοῖς σώμασιν. ἐξ ἐπιμέτρου δὲ, τὸν κοινὸν πρὸς τὰς τῶν ὀργανικῶν διαθέσεις, οὗ μηδὲν ὄνομα ἦν τοῖς ἔμπροσθεν· ἀλλ' ἡμεῖς ἀναγκασθέντες ἑρμηνεύειν αὐτὸ, συνεχείας λύσιν ἐκαλέσαμεν· ἐπεδείξαμέν τε τὸν κοινὸν κἀνταῦθα τῆς θεραπείας σκοπὸν εἶναι, τὴν ἕνωσιν. ὅσοι δ' ἐξ αὐτοῦ τούτου πάλιν τεμνόμενοι κατὰ μέρος συνίστανται, διὰ τῶν τεττάρων ὑπομνημάτων ἐδείχθησαν, τοῦ τρίτου τῶν ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ, καὶ τετάρτου, καὶ πέμπτου, καὶ ἕκτου.

Νυνὶ μὲν οὖν ἔτι, τὸν περὶ τῶν δυσκρασιῶν ἐν τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασι ποιήσομαι λόγον. συντελέσας δ' αὐτὸν, ἐπὶ τὰ τῶν ὀργανικῶν μορίων ἀφίξομαι νοσήματα, καὶ δείξω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον ἐν αὐτοῖς, τούς τε πρώτους ἁπάντων σκοπούς, οὓς γενικωτάτους ὀνομάζειν οὐδὲν κωλύει, καὶ τοὺς ἐκ τῆς τούτων τομῆς γινομένους· εἶτ' αὖθις τοὺς ἐξ ἐκείνων, ἄχρι περ ἂν ἐπί τι τῶν μηκέτι ἐγχωρούντων τομὴν, ἀφικώμεθα· ταύτην γὰρ ἡμᾶς ὁ Πλάτων ἐδίδαξε μέθοδον ἁπάσης τέχνης συστάσεως. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ὀργανικῶν, ὡς ἔφην, αὖθις εἰρήσεται· νυνὶ δ' ἀναμνησθέντες ἐν τίνι μέρει τῆς προκειμένης πραγματείας ἐσμὲν, ἐπιθῶμεν ἤδη τῇ παρούσῃ διεξόδῳ τὴν προσήκουσαν τελευτήν. ἓν δή τι γένος ἐστὶ νοσήματος ἐγγινόμενον τοῖς ὁμοιομερέσι καὶ ἁπλοῖς ὀνομαζομένοις τῶν ζώων μορίοις, ὃ καλεῖται δυσκρασία. ταύτης τῆς δυσκρασίας, ἐνίας μὲν ἐδείξαμεν ἀλλοιουμένων τῶν σωμάτων κατὰ ψιλὰς ποιότητας· ἐνίας δὲ μεθ' ὕλης τινὸς εἰς αὐτὰ κατασκηπτούσης, ἀποτελεῖσθαι· γίγνεσθαι δ' ἑκατέρας αὖ πάλιν, ἤτοι περὶ ἓν ἢ πλείω μόρια τῶν ζώων, ἢ καὶ σύμπαν τὸ σῶμα. διελθόντες οὖν ἐν τῷ τῆσδε τῆς πραγματείας ἑβδόμῳ γράμματι, τὰς περὶ τὰ μόρια συνισταμένας δυσκρασίας, ἀλλοιουμένων μόνων τῶν ποιοτήτων, ἑξῆς ἐν δυοῖν τούτοιν, ἐπὶ τὰς εἰς ὅλον ἐκτεταμένας τὸ ζῶον ἀφικόμενοι, περὶ πρώτων ἔγνωμεν διαλεχθῆναι τῶν πυρετῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων αὐτῶν ἔνιοι μὲν ἔτι γίνονται, τῆς ἐργαζομένης αὐτοὺς αἰτίας ἐν τῷ σώματι περιεχομένης, ἔνιοι δ' ἐγένοντο μὲν, οἴχεται δ' αὐτῶν τὸ ποιῆσαν αἴτιον, ἄμεινον ἐδόκει τὸν λόγον ἐπὶ τούτοις πρώτοις ἄγειν, ἁπλῆν τὴν πρώτην ἔνδειξιν ἔχοντας, εἶθ' ἑξῆς αὐτῶν, ἅψασθαι τῷ λόγῳ κἀκείνων τῶν πυρετῶν, ὧν ἐν τῷ σώματι τὸ ποιοῦν ἐστιν αἴτιον.

Ac nunc quidem institutum de intemperiebus sermonem etiam in sequentibus libris persequar. Hoc absoluto ad organicarum partium morbos conuertar; ostendámque eandem methodum in iis quoque tum primos omniũ curationis scopos, quos generalissimos appelles, licet; tum quæ ex harum sectione nascantur; deinde rursus, qui ex illis oriantur, donec ad eos, qui vltra sectionem non admittant, peruenero; hanc etenim omnis constituendæ artis methodum Plato nos docuit. Verùm de organicis postea (vt promisi) dicetur; nunc (si priùs, in qua parte propositi operis simus, admonuerimus) præsenti iam disputationi finem idoneum imponemus. Est igitur vnum morbi genus, quod similares, & simplices animalis vexat partes, quam intemperiem vocant. Huius aliquas differentias ex corporibus nuda qualitate alteratis prouenire docuimus; aliquas cum materia quapiam, quæ in ipsa confluit; rursúsque ambas incidere, vel in vnicam animalis partem, vel plures, vel etiam totum corpus. Ergo, quum in operis huius libro septimo intemperies eas, quæ alteratis tantùm qualitatibus in partibus proueniunt, pertractarim, in duobus deinceps libris ad eas, quæ in totum se animal extendunt, venientibus, primùm agere de febribus placuit. At quoniam harum ipsarum aliquę adhuc fiunt, manente in corpore causa eas efficiente; aliquæ factæ iam sunt, sed quæ eas accendit, causa iam abiit; satius visum est de iis primùm sermonem facere, vt simplicem primam curationis indicationem habentibus; deinde illas quoque stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI, LIBER DECIMVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Προφυλάττεσθαι διδάσκει, μὴ οἱ ἐφήμεροι πυρετοὶ εἰς ἑκτικοὺς μεταλλαχθῶσι, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἑκτικοὺς θεραπεύειν ὅταν συμπέσωσιν.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet præcauere, ne diariæ febres in hecticas pertranseant, ac ipsas hecticas, quum inuaserint, curare.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ θεραπείας μεθόδου ὅταν ἐνδείξεις ἐκ διαθέσεως, αἰτίας, καὶ δυνάμεων εἰς τὸ αὐτὸ συνέρχωνται, ἢ ἀλλήλαις μάχωνται.

ΕΠΙ μὲν δὴ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν ἁπλῆ τίς ἐστιν ἡ παρὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι διάθεσις, ὡς ἂν τῶν πρῶτον ἐργασαμένων αἰτίων αὐτοὺς, οὐκ ἔτ' ὄντων. ἐφ' ὧν δ' ἐστὶν ἔτι τὸ ποιοῦν αἴτιον, οὐκ ἐπὶ τούτων οὔθ' ἡ διάθεσις, οὔθ'

CAPVT I.

De ratione curandi, quũ indicationes ab affectu, à causa, & à viribus in idem coierint, vel inuicem pugnarint.

ERgo in diariis febribus simplex quidam est in corpore præter naturã affectus, vt potè causis, quæ primùm eas excitarũt, non ampliùs existẽtibus. In quibus verò causa efficiens adhuc manet, in iis, nec affectus, nec

nec sanatio simplex est. Quod enim febris iam factum est, id ex propria ipsius indicatione solui oportet; quod adhuc est futurum, id propulsare, ac ne fiat vetare; vetabitur autẽ efficiente id causa prorsus excisa. Itaq; in diariis faciendorũ indicatio ex ipsa febre maximè nobis erit; sed cũ illa naturam,& ætatẽ,& consuetudinẽ,& anni tẽpus, & cœli statum, & regionem, & vires, simul expendentes. In reliquis, quæ accendentem ipsas causam intus habent, primus scopus indicationis ab ipsa est causa. Itaque si febrium, quæ multos dies perdurant, rectè ostendimus putredinem humorum esse causam, hæc nimirum sananda est prima; sed nec interim extinguendæ febris, quæ per eam iam accensa est, ratio non habenda. Ac, si quidem in idem consentiant, & quæ febrem extinguunt, & quæ causam oppugnant, quod ab vtrisque indicatur, quum vnum sit, sine cunctatione agendum est. Sin febris, quæ iam accensa sit, sanatio, causam, quæ hanc excitauit, est auctura; aut, quæ causam submouent, febrem exasperabunt, diligens habenda consideratio est de remediorum specie. Sanè diligenter considerauerit, qui totam deliberationem in tres scopos diuiserit, febrísne sola curanda sit non solicito de causa; an causa oppugnanda, minimè curanti de febre; an plurimum quidem remediorum ad alteram earum sit adhibendum, non tamen altera neglecta. At quod primùm quidem est dictum, probare non debemus; si nanque quibus præsidiis id febris, quod semper gignitur, oppugnamus, ea effectricem eius causam auxerint, *planè* nec generationem eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinem minuemus; quippe & generatio eius, effectricis causæ speciem imitabitur; & magnitudo cum illa pariter inaugescet. Quod secundum dictum est, si id distinguemus, poterit esse nobis commodum. Nam si intolerabilis ęgro magnitudo febris sit, committendum non est, vt per ea, quibus causam adimimus, febrem augeamus. Simul enim, arbitror, vtrunque & febrem sustulerimus, & hominem. Sin ita mediocris sit febris, vt, quo tempore contra causam tantùm pugnas, obruendæ interim vires ægrotantis non sint, vtique contemnendus is modus non est. Non contemnendus autem, nec tertius est, qui contra id, cuius maius momentum est, instare iubet, nec tamen alterius omninò negligentem esse. Sanè plerunque causæ maior est vis. Fieri tamen aliquando potest, vt ea sit febris magnitudo, quæ præsentem perniciem, nisi occurras, afferat: quo casu oportebit hac priùs submota, deinde ad causam submouendam accedere. Atque hæc, mi Eugeniane, decidenda tibi inter initia statim de contrarijs indicationibus sunt. Quum autem in ijs examinandis non parum visa est ad hominis salutem momenti habere vis ipsa *naturalis*, vtique de ea quoque non leuis tibi ad agendorum inuentionẽ scopus est habendus. Ita fit, vt tres primi scopi sint, qui in subiectis considerationi febribus, agẽdorum indicationem nobis præbeant; vnus febris ipsa; alter effectrix eius causa; tertius vis ipsa *naturalis*. Cæterũ priores duo scopi submouẽdi sunt; tertius est tuẽdus. Erit igitur rursus hic quoq; eadẽ tibi consideratio, quę paulo supra, vt cũ viribus, tum febrẽ particularẽ, tum causam inuicem conferas. Mox, si eadem ambo remedia requirẽt, ea prõptè exequaris. Sin indicationes pugnabũt, vnã pręferas, vel quę à viribus sumitur, vel quæ à

A ἡ ἴασις ἁπλῆ. χρὴ γὰρ τὸ μὲν ἤδη γεγονὸς τοῦ πυρετοῦ, λύειν ἐκ τῆς οἰκείας ἐνδείξεως αὐτοῦ· τὸ δὲ γενησόμενον, ἀποτρέπειν τε καὶ κωλύειν γενέσθαι· κωλυθήσεται δέ, τῆς ποιούσης αἰτίας αὐτὸ τελέως ἐκκοπείσης. ὥστ' ἐν μὲν τοῖς ἐφημέροις, ἡ τῶν πρακτέων ἔνδειξις, ἐκ τοῦ πυρετοῦ μάλιστα ἡμῖν ἔσται· συνεπισκοπουμένοις αὐτῷ, φύσιν, καὶ ἡλικίαν, καὶ ἔθος, ὥραν τε, καὶ κατάστασιν, καὶ χώραν, καὶ δύναμιν. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὴν ἀνάπτουσαν αὐτοὺς αἰτίαν ἔχουσιν ἔνδον, ὁ πρῶτος σκοπὸς τῆς ἐνδείξεως ἀπὸ τῆς αἰτίας ἐστίν. εἴπερ οὖν ὀρθῶς ἡμῖν B ἐδείχθη, σῆψις χυμῶν αἰτία τῶν πολυημέρων εἶναι πυρετῶν, ταύτην ἰάσασθαι χρὴ πρώτην· οὐκ ἀμελοῦντας οὐδὲ τοῦ σβεννύναι τὸν ἐξ αὐτῆς ἀνῆφθαι φθάσαντα πυρετόν. εἰ μὲν οὖν εἰς ταὐτὸ συμβαίνοι, τά τε τοῦ πυρετοῦ σβεστήρια, καὶ τὰ τῆς αἰτίας ἀλεξιτήρια, τὸ δηλούμενον ὑπ' ἀμφοῖν ἓν ὄν, ἑτοίμως πρακτέον. εἰ δὲ ἡ τῶν ἤδη γεγονότων πυρετῶν ἴασις, αὐξάνει τὴν ἀνάπτουσαν αὐτοὺς αἰτίαν, ἢ τὰ τὴν αἰτίαν ἐκκόπτοντα, παροξυνεῖ τοὺς πυρετούς, ἐπισκεπτέον ἀκριβῶς ὑπὲρ τῆς τῶν βοηθημάτων ἰδέας. ἐπίσκεψις δ' ἀκριβὴς ἂν οὕτω γένοιτο, διελομένῳ τὴν ὅλην σκέψιν εἰς τρεῖς τούτους σκοπούς, ἆρά γε τὸν πυρετὸν ἐστὶ μόνον ἰατέον, ἀμε- C λοῦντα τῆς αἰτίας· ἢ τὴν αἰτίαν ἐκκοπτέον οὐδὲν φροντίζοντα τοῦ πυρετοῦ· ἢ τὸ μὲν πλεῖστον τῶν βοηθημάτων, ὡς πρὸς θάτερον αὐτῶν ἐστὶ ποιητέον, οὐκ ἀμελητέον δ' οὐδὲ τοῦ λοιποῦ. τὸ μὲν οὖν πρῶτον τῶν ῥηθέντων, οὐκ ἐπαινέσομεν· εἰ γὰρ οἷς ἂν ἰώμεθα βοηθήμασι τὸ γινόμενον ἀεὶ τοῦ πυρετοῦ, ταῦθ' ἡμῖν αὐξήσει τὴν ποιοῦσαν αὐτὸν αἰτίαν, οὔτ' ἀναιρήσομέν ποτε τὴν γένεσιν αὐτοῦ, οὔτε τὸ μέγεθος καθαιρήσομεν· ἥ τε γὰρ γένεσις, ἀκολουθήσει τῇ τῆς ποιούσης αἰτίας ἰδέᾳ· τό, τε μέγεθος ἐκείνῃ συναυξηθήσεται. τὸ δὲ δεύτερον τῶν ῥηθέντων, εἰ διορισώμεθα, D γένοιτ' ἂν ἡμῖν χρηστόν. εἰ μὲν γὰρ ἀφόρητον εἴη τῷ κάμνοντι τὸ τοῦ πυρετοῦ μέγεθος, οὐ χρὴ δι' ὧν τὴν αἰτίαν ἐκκόπτομεν, αὐξάνειν τὸν πυρετόν. ἅμα γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀναιρήσομεν ἀμφοτέρους, τόν τε πυρετόν, καὶ τὸν ἄνθρωπον. εἰ δ' οὕτως εἴη μέτριος ὁ πυρετός, ὥστε μὴ προκαταλῦσαι τὴν δύναμιν τοῦ νοσοῦντος, ἐν ᾧ χρόνῳ πρὸς τὴν αἰτίαν ἐνιστάμεθα μόνην, οὐκ ἀπόβλητος ὁ τοιοῦτος ἂν εἴη τρόπος. οὐκ ἀπόβλητος δὲ οὐδὲ ὁ τρίτος, ἀνθίστασθαι μὲν κελεύων τῷ μείζονα τὴν ἀξίαν ἔχοντι, μὴ μέντοι μηδὲ θατέρου παντάπασιν ἀμελεῖν. ὡς τὰ πολλὰ μὲν οὖν, ἡ αἰτία μείζονα τὴν ἰσχὺν ἔχει. γένοιτο δ' E ἄν ποτε τηλικοῦτον τοῦ πυρετοῦ τὸ μέγεθος, ὡς ὑπόγυιον ἐπιφέρειν τὸν ὄλεθρον, εἰ μή τις αὐτὸ κωλύσειεν· ἡνίκα γε χρὴ τοῦτ' ἐκκόψαντας πρότερον, ἐπὶ τὴν τῆς αἰτίας ἀναίρεσιν ἰέναι. ταυτὶ μὲν οὖν, ὦ Εὐγενιανέ, διωρίσθω σοι κατ' ἀρχὰς εὐθέως ὑπὲρ τῶν ἐναντίων ἐνδείξεων. ἐπεὶ δ' ἐν τῷ ταύτας ἐξετάζειν, οὐ σμικρὰν μοῖραν εἰς τὸ σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἡ δύναμις ἔχειν ἐφάνη, γίγνοιτ' ἄν σοι καὶ ἥδε σκοπὸς οὐ σμικρὸς εἰς τὴν τῶν πρακτέων εὕρεσιν. ὥστε εἶναι τοὺς πρώτους τρεῖς σκοποὺς ἐνδεικτικοὺς τῶν ποιητέων ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῇ F σκέψει πυρετοῖς· ἕνα μὲν οὖν αὐτὸν τὸν πυρετόν· ἕτερον δέ, τὴν γεννῶσαν αὐτὸν αἰτίαν· καὶ τρίτον, τὴν δύναμιν. ἀλλὰ τοὺς μὲν δύο πρώτους σκοπούς, ἀναιρεῖν προσήκει· φυλάττειν δὲ τὸν τρίτον. ἔσται δή σοι κἀνταῦθα πάλιν ἡ αὐτὴ σκέψις, ἣν μικρὸν ἔμπροσθεν ἐσκέψω, παραβάλλοντι τῇ δυνάμει τόν τε πυρετὸν ἐν μέρει, καὶ τὴν αἰτίαν. εἶτα εἰ μὲν τῶν αὐτῶν ἄμφω δέοιντο βοηθημάτων, ἑτοίμως λαμβάνοντι. μαχομένων δὲ τῶν ἐνδείξεων, ἤτοι τὴν ἀπὸ τῆς δυνάμεως, ἢ τὴν ἀπὸ τῆς αἰτίας,

ἢ τοῦ πυρετοῦ προαιρούμενος, ἢ τῷ μὲν ἰσχυροτέρῳ μᾶλλον ἑπόμενος, μὴ μέντοι γ' ἀμελοῦντι μηδὲ τῶν ὑπολοίπων. ἐκ γάρ τοι τῶν τοιούτων διορισμῶν διδαχθήσῃ, πρώτως μὲν τὴν αἰτίαν ἐκκόπτειν, καὶ τὸν πυρετόν, ὅταν στοχαζομένῳ σοι φαίνηται τοῖς τοιούτοις ἰάμασιν ἡ δύναμις ἐξαρκοῦσα· πρώτην δ' αὖ πάλιν ῥωννύναι τὴν δύναμιν, ὅταν ἄρρωστος οὖσα, μὴ φέρῃ τά τε τῆς αἰτίας καὶ τὰ τοῦ πυρετοῦ βοηθήματα. καὶ μέντοι καὶ πάντων ἅμα στοχάζεσθαί ποτε δυνατόν, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπί τε τοῦ πυρετοῦ καὶ τῆς αἰτίας ἐδείχθη.

causa, vel quæ à febre; ac quæ cæteris sit valentior, hanc magis sequaris, nec tamen cæteras negligas. Ex hac nanque discretione doceberis primò causam, febrémque profligare, vbi videlicet conijcis harum remedia vires posse ferre; rursus primam roborandam virtutem esse, vbi hæc imbecillior est, quàm vt causæ febrísque præsidia sustineat. Quinetiam omnia pariter sub coniecturam agi licet, veluti paulo supra de febre, & de causa est monstratum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Τίνες τῶν ἐφημέρων πυρετῶν χρονιώτεροι μᾶλλόν εἰσι, καὶ εἰς ἄλλας μεταβάλλεσθαι πυρετούς, καὶ τίνα τρόπον ἐκφεύξωμεν τουτονὶ τὸν κίνδυνον.

Τριῶν οὖν ὄντων τούτων οἷς χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἐν ταῖς προκειμέναις τῶν πυρετῶν ἰάσεσιν, αὐτοῦ τε τοῦ πυρετοῦ, καὶ τῆς ποιούσης αὐτὸν αἰτίας, καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως· εὑρημένων δὲ καὶ τῶν τῆς ἐνδείξεως τρόπων τῶν γενικῶν, οὓς καὶ καθόλου προσαγορεύομεν, ἐπὶ τὰς διαφορὰς ἤδη τῶν εἰδικῶν τε καὶ κατὰ μέρος ἰέναι χρὴ βοηθημάτων, ἀναμνήσαντας αὖθις τῶν ἐφημέρων πυρετῶν, ἐπειδή τινες ἐξ αὐτῶν μεταπίπτουσιν εἰς τοὺς πολυημέρους. γινομένης δὲ τῆς μεταπτώσεως αὐτῶν, καθ' ἕνα τρόπον τὸν κοινότατον, δι' ἀμαθίαν τῶν ἰατρῶν· εἰδικωτέρους δὲ δύο, διότι καὶ αὐτῶν τῶν πυρετῶν ἤτοι γ' ἀπήλλακται τὸ ποιῆσαν αἴτιον, ἢ καὶ νῦν ἔτι μένει, περὶ ἀμφοτέρων ἐν μέρει λεκτέον. Ἀπήλλακται μὲν οὖν τὸ ποιῆσαν αἴτιον, ὅταν ἐπὶ θυμῷ, καὶ λύπῃ, καὶ ἀγρυπνίᾳ, καὶ φροντίδι, καὶ ἡλίῳ θερινῷ, καὶ κόπῳ, καὶ βουβῶνι παυσαμένῳ γένηται πυρετὸς ἄνευ στεγνώσεως. οὐκ ἀπήλλακται δὲ, ὅταν ὑπὸ τοῦ προκατάρξαντος, ἢ αὐτοῦ πυρετοῦ γένηταί τις στέγνωσις. ἥ τε γὰρ ψύξις ἀεὶ, καὶ ἡ τῶν στυφόντων ὁμιλία διὰ μέσης στεγνώσεως, ἐργάζονται πυρετόν. ἥ τ' ἔγκαυσις, ἔστιν ὅτε στεγνοῖ τὴν ἕξιν. αὐτή τε πολλάκις ἡ ἀρχὴ τοῦ πυρετοῦ φρικώδης γενομένη, στέγνωσιν εἰργάσατο. καὶ μέντοι καὶ γλίσχροι, καὶ παχεῖς, ἢ καὶ πολλοὶ χυμοὶ μετρίαν ἔμφραξιν ποιησάμενοι, τὸν ἐφήμερον ἐνίοτε γεννῶσι πυρετόν, ὅταν ἀγαθῶν ἰατρῶν τύχωσιν, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυτο. καλοῦνται μὲν οὖν πάντες ἐφήμεροι οἱ τοιοῦτοι πυρετοί, διότι λύεσθαι πεφύκασιν, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἡμέρᾳ μιᾷ, συναριθμουμένης αὐτῇ δηλονότι καὶ τῆς νυκτός· ὥσπερ ἐν τῷ λέγειν ἡμερῶν εἶναι μῆνα τριάκοντα, καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε, καὶ τόδε τι πέπρακται πρὸ τριῶν ἡμερῶν, ἢ πραχθήσεται μετὰ τέτταρας. οὐ μὴν ἡ αὐτή γε διάθεσις ἁπάντων αὐτῶν ἐστιν, ἀλλ' ἔνιοι μὲν ἀχώριστον ἔχουσι τὴν στέγνωσιν, ἔνιοι δέ, οὐκ ἀχώριστον μὲν, ἤτοι δ' ὡς τὰ πολλὰ συνοδοῦσαν, ἢ ἀμφιδόξως, ἢ σπανίως. ἀχώριστος μὲν οὖν ἡ στέγνωσίς ἐστι τοῖς διὰ τὸ στυπτηριῶδες, ἢ χαλκανθῶδες ὕδωρ, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἢ διὰ ψύξιν, ἢ διὰ βραχεῖαν ἔμφραξιν πυρέξασιν. ὡς τὸ πολὺ δὲ τοῖς δι' ἔγκαυσιν· ἀμφιδόξως δέ, τοῖς διὰ κόπον. ὅσοι δὲ διὰ θυμὸν, ἢ λύπην, ἢ ἀγρυπνίαν, ἢ σύντονον σκέψιν, ἢ ἀπεψίαν, ἢ βουβῶνα πυρέττουσι, σπανιάκις αὐτοῖς σύνεστι στέγνωσις. οὗτοι πάντες οἱ πυρετοὶ κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον, οὐκ ἀναμένουσι δεύτερον παροξυσμόν, ἀλλ' ἐντὸς τῶν εἴκοσι καὶ τεττάρων ὡρῶν παύονται τοὐπίπαν. εἰ δέ που κατὰ τὸ σπάνιον ἐνίοτε τινὲς αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐκτείνονται, δύο δ' αὐτοῖς αἰτίαι προσγενόμεναι, κωλύουσι λυθῆναι· μία μὲν ἡ ψύξις, ἤτοι γ' ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος,

CAPVT II.

Quæ ex diarijs febribus magis aptæ sint perdurare, & in alias febres transire, quáque ratione id periculi declinemus.

Ergo, quum tria hæc sint, quibus adhibere mentem in propositis febribus curandis oporteat, febris ipsa, huius efficiens causa, & ægrotantis vires; inuentíque preterea sint generales indicationum modi, quos etiam generales, vniuersalésque dicimus; transeundum, arbitror, nunc ad præsidiorum differentias, quæ specialia, particulariáque sunt, sed mentione de diarijs repetita; quandoquidem ab ipsis in eas, quæ plures dies continuent, aliqui transeunt. At verò, quum in has transeant vna quidam ratione maximè communi, ipsa medicorum inscitia; duabus magis priuatis, quòd ipsarum febrium, vel causa effectrix vel etiam abijt, vel etiamnum manet; de vtrísque seorsum est dicendum. Porrò abijt effectrix causa, quoties ab ira, mœrore, vigilia, cura, æstiuo Sole, fatigatione, & bubone iam sedato, excitata citra stipationem febris est. Manet, quoties vel ab externa causa, vel ab ipsa febre stipatio aliqua facta est. Nam & frigiditas, & adstringentium vsus, per mediam stipationẽ semper febrẽ excitant. Vstio præterea nonnunquã corporis habitum cõstipat. Iam ipsum febris principiũ, vbi cum horrore inuasit, stipationem *sæpè* fecit. Quinetiam lenti, & crassi, aut etiam copiosi humores, vbi mediocriter obstruxerunt, diariã aliquando febrem accendunt, quũ idoneum sortiti sunt medicum, vt suprà est indicatũ. Sanè dicũtur idcirco eiusmodi febres omnes diariæ, quia solui (quod ex ipsis est) vnodie sunt aptæ, cõputata nimirũ cum hoc vnà & nocte; quemadmodũ quum dicimus mensem esse triginta dierum, & annum trecentorũ sexaginta quinque, & hoc gestũ esse ante tres dies, aut gerendũ esse post quatuor. Cæterùm, non est idẽ ipsarum omnium affectus, sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est; ab aliquibus minimè inseparabilis, sed vel vt plerúnque simul adest, vel ambigua sorte, vel rarò. Inseparabilis stipatio est ijs, qui ex aluminosa aqua, vel vitriolina, vel tali quapiam alia, aut ex frigore, aut leui obstructione, febricitarunt. Plurimum verò ijs adest, qui ex vstione febricitant; ambigua sorte, ijs qui ex fatigatione. Quicunq; verò ex ira, vel tristitia, vel vigilijs, vel pertinaci studio, vel cruditate, vel bubone febricitant, ijs rarò adiuncta stipatio est. Atque harum omnium febrium nulla (quod ex ipsa sit) ad secundam vsque accessionem perdurat, sed intra quatuor & viginti horas omninò desinit. Aut si quando earũ aliquæ (quod tamen rariùs fit) longius trahant, duæ ijs accedunt causæ, quæ ipsas solui vetant; earum vna frigus est, quod vel ex ambiente aëre,

vel

vel ex vnctione quapiam extrinsecus admota, proueniat; altera egregia ista diatritos est, siqui hanc transire medicorũ inscitia coguntur. Quòd si & ambiens aër calidus sit; & nemo ex medicis, qui diatriton suspiciunt, ad ægrotantem accedat; febris quidem post primam accessionẽ finietur, idque cum sudore, vel madore, vel transpiratu halituoso. Æger autem, vbi se liberatum à febre senserit, ad consueta munia redibit, lauans, vngénsque se, aut etiam, si agrestis quispiam mõticola sit, his omissis, comedens. Ac vulgus quidem, sicuti multa alia, ab ipsa rerum natura edoctum, meliùs, quàm sophistæ, agit, ita & in diariis febribus omnia sibi ipsi præstare sufficit, præsertim vbi citra valentem stipationem constitere. Vbi verò cum eiusmodi *stipatione* inuaserint, qui infortunati sunt, in medicum aliquem incidunt eorum, qui diatriton efferunt; qui fortunati, in eũ, qui ipsos, & lauabit, & nutriet, cæteráque omnia præstabit, quibus stipatio soluatur. Sæpè nanque (ceu dictum est) ex leui obstructione cum cutis latente densitudine, quæ vel ex vitiosa lauatione, vel alio quopiam est contracta, diariis nonnulli febribus sunt correpti; quo tempore, nisi quis celeriter obstructionem submouerit, in plurimorum dierum febres transeunt. Est nanque eiusmodi febris (quantum ex ipsa est) earum, quæ plures dies infestant, & quæ diariæ sunt, communis; cæterùm propter causæ paruitatem, vnius diei efficitur; sicut etiam propter magnitudinem, multorum interdum dierum; verum accessio eius ab initio ad exitum vsque vna est, modò ne ipsam excipiat ea, quæ ex putredine humorum nascitur. Ergo, quoad nec in pulsu, nec in calore, nec lotio, putredinis adhuc aduertitur nota, atque ex sola obstructione ortum habet, vtiq; ipsa obstructionis solutio eius est sanatio; quemadmodúmque hanc soluere conueniat, antè est dictum. Multæ igitur apparent diariarum esse febrium particulares differentiæ; vna, quando iam prorsus abiit effectrix ipsarum causa, veluti vstio; altera, quando hæc etiam adest, sicut stipatio, cuius duæ monstratæ sunt differentiæ, nempe exiguorum meatuum densitas, & de qua nunc agimus, obstructio. Sanè densitudo ipsa aliàs ex siccitate prouenit, veluti post feruores, aut fatigationes, aut iras; aliàs ex frigore, eôque vel simplici, vel cum adstrictoria vi; quæ quemadmodum inter se differant, in libro de medicamentis est præceptum. Iam verò obstructionum ipsarum alia est, quæ ex plenitudine; alia quæ ex humorum qualitate, qui aut lenti, aut crassi sint, incidit. Præferetur autem inter remedia, in ea, quam copia facit, sanguinis missio; in ea, quæ ex humorum qualitate consistit, attenuantiũ vsus. Qui verò ex viribus scopus petitur, in diariis sanè est exiguus, in iis, quæ pluribus diebus vrgent, insignis est; eóque magis, quo hæ sunt longiores. Enimuerò, vbi secundum naturã se vires habent, ne minimùm quidem in plurium dierum ac paucorum febribus vacuantium auxiliorum vsum morantur, vbi non secundum naturam se habent, (voco autem non secundum naturam, quum infirmiores quodammodo sunt) pro magnitudine imbecillitatis impeditur vacuantium auxiliorum vsus. Sanè rariùs accidit, vt protinus in primo, secũdóve die vires imbecillæ cernantur; accidit tamen interdũ, & propter ægrotantis malum corporis habitum, & propter senium. Nonnullis etiam fatigatio,

A ἢ δὲ ἀλείμματός τινος ἔξωθεν προσενεχθέντος· ἑτέρα δὲ ἡ δαιμονία διάτριτος, ἐὰν ἀναγκασθῶσιν ὑπερβάλλειν αὐτὴν, ἰατρῶν ἀμαθίᾳ. εἰ δὲ τὸ περιέχον ἀλεεινὸν ὑπάρχει, καὶ μηδεὶς τῶν τὴν διάτριτον σεβόντων ἰατρῶν παρείη τῷ κάμνοντι, παύσεται μὲν ὁ πυρετὸς ἐπὶ τῷ πρώτῳ παροξυσμῷ, μεθ' ἱδρῶτος, ἢ νοτίδος, ἢ διαπνοῆς ἀτμώδους. ὁ κάμνων δ' αἰσθανόμενος ἀπηλλάχθαι ἑαυτὸν τοῦ πυρετοῦ, τὰ συνήθη πράττειν ἐπιχειρήσει, λουόμενος, ἢ ἀλειφόμενος, ἢ καὶ χωρὶς τούτων ἐσθίων, εἴ τις εἴη τῶν ὀρείων ἀγροίκων. οἱ μὲν οὖν ἰδιῶται, καθάπερ
B ἄλλα πολλὰ παρ' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως διδασκόμενοι, πράττουσιν ἄμεινον τῶν σοφιστῶν, οὕτω κἀν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς, ἱκανοὶ τὸ σύμπαν ἑαυτοῖς ἐκπορίζειν εἰσὶν, ὅταν γε χωρὶς ἰσχυροτέρας στεγνώσεως συστῶσιν. εἰ δὲ μετὰ τοιαύτης εἰσβάλλοιεν, ἀτυχήσαντες μὲν ἰατρῶν περιπίπτουσί τινι τῶν σεβόντων τὴν διάτριτον. εὐτυχήσαντες δὲ, τῶν λουσόντων τε καὶ θρεψόντων αὖθις, καὶ τἄλλα σύμπαντα πραξόντων, ὅπως ἡ στέγνωσις λυθείη. πολλάκις γοῦν, ὡς εἴρηται, δι' ἔμφραξιν βραχεῖαν, ἅμα λεληθυίᾳ πυκνώσει τοῦ δέρματος, ἤτοι διὰ λουτρὸν μοχθηρὸν, ἢ δι' ἄλλο τι γενομένῃ,
C πυρετοῖς ἐφημέροις ἑάλωσαν ἔνιοι· καθ' ὃν καιρὸν, ἐὰν μὴ ταχέως τις ἰάσηται τὴν ἔμφραξιν, εἰς τοὺς πολυημέρους μεταπίπτουσιν. ἔστι γὰρ ὁ τοιοῦτος πυρετὸς, ὅσον μὲν ἐφ' ἑαυτῷ, κοινὸς τῶν πολυημέρων τε καὶ τῶν ἐφημέρων· ἀλλὰ διὰ τὴν σμικρότητα τῆς αἰτίας, μονήμερος γίνεται. καθάπερ γε καὶ διὰ μέγεθος ἐστὶν ὅτε πολυήμερος· ἀλλ' ὅ γε παροξυσμὸς εἰς αὐτοῦ μέχρι τοῦ τέλους ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐστιν, ἐὰν μὴ τύχῃ διαδεξάμενος αὐτὸν ὁ ἐπὶ σήψει χυμῶν. ἕως ἂν οὖν μήτ' ἐν τῷ σφυγμῷ, μηδέπω τὸ τῆς σήψεως ὑπάρ-
D χῃ γνώρισμα, μήτ' ἐν τῇ θέρμῃ, μήτ' ἐν τοῖς οὔροις, ἐπ' ἐμφράξει τε μόνῃ τὴν γένεσιν ἔχῃ, καὶ ἴασις αὐτῷ, τῆς ἐμφράξεως ἡ λύσις γίγνεται· καὶ ὡς χρὴ λύειν αὐτὴν, ἔμπροσθεν εἴρηται. πλείους οὖν αἱ κατὰ μέρος διαφοραὶ φαίνονται τῶν ἐφημέρων πυρετῶν· μία μὲν ὅταν μηδόλως ἢ μηκέτι τὸ ποιῆσαν αὐτοὺς αἴτιον, οἷον ἡ ἔγκαυσις· ἑτέρα δὲ ὅταν ἔτι παρείη, καθάπερ ἡ στέγνωσις, ἧς ἐδείχθησαν οὖσαι διτταὶ διαφοραὶ, πύκνωσίς τε τῶν μικρῶν πόρων, καὶ ἣν νῦν μεταχειριζόμεθα κατὰ τὸν λόγον, ἔμφραξις. ἔστι δὲ δήπου καὶ τῆς πυκνώσεως ἡ μὲν διὰ ξηρότητα, καθάπερ ἐπ' ἐγκαύσεσιν, ἢ
E κόποις, ἢ θυμοῖς· ἡ δὲ, διὰ ψύξιν, ἤτοι γε ἁπλῆν, ἢ μετὰ στύψεως· ὅπῃ δ' ἀλλήλων αὗται διαφέρουσιν, ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων εἴρηται. καὶ τῆς ἐμφράξεως δὲ, ἡ μέν τις, διὰ πλῆθος, ἡ δὲ διὰ ποιότητα γίνεται χυμῶν, ἤτοι γλίσχρων, ἢ παχέων ὑπαρχόντων. ἐπικρατήσει δὲ κατὰ τὴν ἴασιν, ἐν μὲν τῇ διὰ πλῆθος, ἀφαίρεσις αἵματος. ἐν δὲ τῇ διὰ ποιότητα, τῶν λεπτυνόντων ἡ χρῆσις. ὁ δ' ἀπὸ τῆς δυνάμεως σκοπὸς, ἐν μὲν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς, μικρὸς, ἀξιόλογος δ' ἐν τοῖς πολυημέροις ἐστὶ, καὶ μᾶλλον
F ὅσῳ περ ἂν ὦσι μακρότεροι. κατὰ φύσιν μὲν οὖν ἐχούσης τῆς δυνάμεως, οὐδὲ τὸ βραχύτατον ἡ τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων ἐμποδίζεται χρῆσις ἐν τοῖς πολυημέροις πυρετοῖς, καὶ τοῖς ὀλιγημέροις, μὴ κατὰ φύσιν δὲ ἐχούσης, λέγω δὲ οὐ κατὰ φύσιν, ὅταν ἀρρωστοτέρα πως ὑπάρχῃ, κατὰ τὸ μέγεθος ἀεὶ τῆς ἀρρωστίας, ἐμποδίζεται τὰ κενωτικὰ βοηθήματα. σπανιώτερον μὲν οὖν εὐθύς ἐστιν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἢ τῇ δευτέρᾳ, τὴν δύναμιν ὑπάρχειν ἀσθενῆ. γίγνεται δ' ἐνίοτε καὶ διὰ καχεξίαν τοῦ κάμνοντος, καὶ διὰ γῆρας. ἐνίοις δὲ καὶ κόπος,

ἅμα ἐγκαύσει, καὶ λύπη, καὶ ἀγρυπνία προηγησαμένη, καὶ ἀσιτία δι' ὅλης ἡμέρας ἐπιγινομένη, κἄπειτα πρὶν τὴν ἑσπέραν εἰσβάλλοντος τοῦ πυρετοῦ, πρὶν τραφῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἀγρύπνου τε γινομένης τῆς νυκτὸς, ἱκανῶς κατέλυσε τὴν δύναμιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Τίνα τρόπον ὁ Γαληνὸς ἐπὶ νεανίσκῳ πυρέττοντι τὸ τῶν Διατριταρίων ἐπέδειξεν ἁμάρτημα, καὶ διώρθωσεν.

Καί σοι διηγήσομαι τοιοῦτον ἄρρωστον, ἐφ' οὗ πρῶτον ἐτόλμησα τῷ λόγῳ ποδηγούμενος, ὑπεριδεῖν μὲν τῆς διατρίτου, στοχάσασθαι δὲ τῆς δυνάμεως. ὕστερον δὲ καὶ ἄλλους ἰδὼν ὁμοίως αὐτῷ, θαρρῶν ἤδη τὸν αὐτὸν τρόπον ἰασάμην ὅνπερ κἀκεῖνον. ἡ γὰρ πρώτη πεῖρα μαρτυρήσασα τοῖς ὑπὸ τοῖς ἐνδείξεως εὑρημένοις, θαρσαλεωτέρους ἀποτελεῖ πρὸς τὴν ἐκ δευτέρου χρῆσιν. ὁ τοίνυν ἁλοὺς τῷ πυρετῷ νεανίσκος, ἦν μὲν ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσιν, ἰσχνὸς καὶ μυώδης τὸ σῶμα, καθάπερ κύων, ξηρὸς καὶ θερμὸς ἀκριβῶς τὴν κρᾶσιν. ἔχαιρε δέ πως καὶ γυμνασίοις, καὶ τἄλλα φροντιστής τε καὶ φιλόπονος ἦν. οὗτος ἀποδημῶν, εἶτα πυθόμενός τι τῶν οὐχ ἡδέων, ἠνιάθη τε ἅμα καὶ συντείνας ἑαυτὸν, εἰς τὴν πόλιν ἠπείγετο. διὰ μὲν οὖν τῆς προτέρας ἡμέρας, ἐκοπώθη τε μετρίως, καὶ λουσάμενος, καὶ δειπνήσας, ἀνεπαύσατο κατά τι πανδοχεῖον, ἀγρυπνήσας τὰ πλείω. κατὰ δὲ τὴν ὑστεραίαν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἠπείχθη, καὶ διανύσας ὁδὸν παμπόλλην, καὶ ψαμμώδη, καὶ αὐχμηρὰν, ἐν ἡλίῳ θερμῷ, σχεδὸν ὥρας ἑβδόμης καὶ ἡμισείας εἰς τὴν πόλιν ἀφίκετο. πυθόμενος δὲ ἥδιω δι' ἅπερ ἔσπευδεν, εἰς γυμνάσιον ἐπορεύθη λουσόμενος, εἶτ' ἀλειψάμενος, ἀνετείνατο σύν τινι τῶν αὐτόθι νεανίσκων. καὶ προτραπεὶς ὑπ' αὐτοῦ κινηθῆναι βραχέα, φιλονεικίας αὖθις ἐγγινομένης, οἵαις πολλάκις εἰώθασι περιπίπτειν οἱ γυμναστικοὶ, πλείω τοῦ δέοντος ἐγυμνάσατο· καὶ ἦν ἤδη ξηρὸς ἀμέτρως. ἐξελθὼν δὲ τοῦ γυμνασίου καταλαμβάνει μαχομένους τῶν ἑταίρων τινάς· οὓς διαλύων, ἔλαθεν αὖθις ἑαυτὸν ἑτέρῳ περιπεσὼν οὐ μικρῷ γυμνασίῳ· τοὺς μὲν ἕλκων ἐξ αὐτῶν, τοὺς δὲ ὠθῶν, τοὺς δὲ διαλαμβάνων μέσους, ἐπιτιμῶν τέ τισιν ἐξ αὐτῶν, ὡς ἀδικοῦσι, καὶ θυμούμενος ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ὥστε ὑποστρέψαι ξηρὸς ἐσχάτως οἴκαδε, κόπου τε καὶ ἀνωμαλίας αἰσθανόμενος. ὕδατος οὖν, ὡς εἰώθει, πιὼν, ἐπεὶ μηδὲν ἐγίγνετο κρεῖττον, ἀλλ' ἐπετείνετο τὰ τῆς ἀνωμαλίας αὐτῷ, τοῦτο μὲν ἤμεσεν. ἄμεινον δὲ ὑπολαβὼν εἶναι μηδέπω τρέφεσθαι, κατέκλινε τότε, καὶ ἡσύχαζε ὥρας σχεδόν τι τῆς ἡμέρας ἑνδεκάτης· τοῦτο πράξας, ἀγρυπνήσας δὲ μετὰ τοῦ πυρέξαι δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, ἡσύχαζε κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἄχρι μεσημβρίας, ἰάσασθαι τὴν ἀγρυπνίαν ἐλπίζων. ἡνίκα δέ τινες αὐτὸν ἰατροὶ τῆς διατρίτου θεασάμενοι, κατὰ μὲν τὸ πρῶτον ἔφασαν ἀξιόλογον εἶναι πυρετὸν, εἰς ἑσπέραν δ' αὖθις ὄψεσθαι. καὶ τοίνυν καὶ θεασάμενοι πάλιν ἑσπέρας παρακμάζοντα τὸν πυρετὸν, οὐκ ἠξίωσαν οὐδὲ τότε θρέψαι, καί τοι γ' ἄλλου τινὸς ἰατροῦ συμβουλεύοντος, ἀλλὰ ἀντέστησαν ἐκεῖνοι γενναίως, εἰ μὲν γὰρ ἀπύρετος ἐγεγόνει, τάχα ἂν αὐτῷ δοῦναι τροφὴν εἰπόντες, ἔτι δὲ πυρέττοντι, οὐκ ἂν δοῦναι. καὶ τοίνυν καὶ κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, ἕωθεν ἀφικόμενοι, τὴν διάτριτον ὑπερβάλλειν ἠξίουν. ἦν δὲ, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἡ ὕποπτος ὥρα τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἑνδεκάτη. χωρισθέντων οὖν αὐτῶν, ἐγὼ παραγενόμενος, ἐθεασάμην τοῦ νεανίσκου τὸ πρόσωπον οἷόν περ ὁ Ἱπποκράτης ἐν προγνω-

A ubi vstio, & tristitia, vigiliæque præcesserunt, & inedia per totum sequuta est diem, dein febris priùs quàm homo cibaretur, circa vesperam corripuit, & nox insomnis est acta, vires magnopere resoluit.

CAPVT III.

Quo pacto in iuuene febricitante diatritariorum errorem Galenus indicauerit, ac emendarit.

Ac tibi talem ægrotum narrabo, in quo primùm ausus sum ratione deductus, & diatri- B ton contemnere, & virium rationem habere; posteáque alios, quos in simili casu vidi, audacter eodem modo, quo illum, curare; siquidem primũ periculum postquam iis, quæ ab indicatione sunt inuenta, subscripsit, ad secundum vsum reddit magis animosos. Ergo iuuenis, qui febre est correptus, annos natus erat quinque & viginti, gracili corpore & musculoso, veluti canis; tum sicco calidóque omninò temperamento. Iam idẽ exercitatione quodámodo delectabatur, & alioqui cogitabundus, & industrius erat. Is peregrè agens, quum nuncium parum gratum accepisset, C & tristatus est, properè se accingens ad vrbem festinauit. Ac priore quidem die & laborauit modicè, & lotus cœnatúsque in quodam diuersorio quieuit, sed maxima ex parte sine somno. Postera die etiam magis festinauit, ac longa via, & sabulosa, & squallente, tum sub feruente Sole confecta, hora prope septima & semisse peruenit in vrbem. Ibi, quum ea, quorum causa maturasset, meliora audiret, in gymnasium lauaturus proficiscitur; dein vnctus, vnà cum quodam eorum, qui aderant iuuene, perfrictus est. A quo quum, D vt paululum dimoueret, prouocaretur, orta inter eos contentione (qualia sæpè incidunt iis, qui exercitationibus indulgent) plus iusto est exercitatus; erátque iam immodicè siccus. Egressus verò gymnasium, inuenit amicorum quosdam pugnantes; quos dum dirimit, imprudens in aliam exercitationem non leuem incidit, dum alios eorum diuellit, alios impellit, alios complectitur medios, alios vt iniuriosos increpat, ac pro iis, qui iniurijs affecti essent, irascitur adeò, vt domum se in summa siccitate reciperet, lassitudinem inæqualitatémque sentiens. Aquam igitur ex con- E suetudine bibens, vbi nihilo se leuatum, sed inæqualitatem sibi intendi sentit, hanc quidem vomuit. Ratus autem vtilius adhuc cibo abstinere, accubuit, ac quieti se dedit hora fermè diei vndecima; quod quum fecisset, ac nocte tota febre diuexatus vigilasset, postridie quoque quieuit vsque ad meridiem, sperans se somni aliquid consecuturum. Quo tempore quum eum medici quidam diatriton colentes, inuiserent, tum quidem homini satis magnam esse febrem aiebant, vesperi autem se illum reuisuros. Itaque & vesperi quũ redirent, ac febrem declinatam cernerent, ne tum F quidem nutriendum censuerunt, quanuis etiam id alius quidam medicus suaderet; imò strenuè restiterunt, adijcientes, si quidem sine febre esset, fortassè cibum daturos; febricitante adhuc minimè id facturos. Quinetiam, quum tertio die manè redirent, etiam tertiæ diei accessionem transmittendam censuerunt; erat autem (vt priùs dictum est) suspecta hora illius diei vndecima. Ergo digressis illis, ego accessi, ac faciem iuuenis contemplatus, vidi talem esse, qualem in prognosticis

Hippocrates

Hippocrates his verbis pingit; *Nasus acutus, concaui oculi*, ac reliqua, quæ deinceps ab eo dicta scimus. Itaque quum omninò mihi persuaderem fore, vt tum in hecticam febrem, tum tabidam, homo, nisi cibaretur, incideret, sorbitionem ex alica quamprimum paro, atque exhibeo. Et tamen quanuis hac sumpta, quum accessio suo tempore circa vndecimam inuaderet, sic extremis partibus perfrixit, vt calefieri hæc vix possent, & pulsus illi paruus, imbecillúsque quam maximè fuit. Qua ex causa illi etiam quarto die, tum mane, tum vesperi cibum dedi, quo & vires repararem, & corpus humectarem; erat nanque cutis eius, ceu corium, arida. Vbi autem febris tenuis & similis perseuerauit, statui deinde quinto die non simplici sorbitione hominem cibare, vt antè, sed alica ex aqua calida, citráque conditurам, iniectis in eam mali punici granis. Est nanque is optimus cibus bilioso stomacho; nam & roborat hunc malum punicum; & alica, quum diutissimè in ventriculo citra corruptionem maneat, sensim concoquitur, nec acescens, nec innatans; quæ vitia accedere sorbitionibus aliquando solent. Incidit verò & in ipso quinto principium accessionis simile. Itémque, quum & sexto & septimo eum simili ratione cibassem, in octauo rursus simile principium præcedentibus fuit. Vbi nimirum vel amentiam, vel pertinaciam, vel, haud scio, quid dicam, eorum, qui in principio hominem transmittere tertiæ diei accessionem sine cibo iusserant, prorsus intelligere licebat. Nam, quum cunctis euidenter appareret tanquam peruenturum eum ad quartum fuisse, si nutritus ante accessionem tertij non fuisset, illi & tum eum, & sequutis etiam diebus malè nutritum aiebant. Cæterùm committendum non erat, vt eorum redarguendo studio, ægrum quis, non exhibito in ipso accessionis die cibo, proderet. Igitur nono die similiter hominem nutriens; cernénsque in accessione pulsum eius redditum, quàm prius erat, firmiorem, cæterùm imbecillitatem illam adhuc præferentem cum extremarum partium frigore; non potui sustinere medicorum illorum loquacitatem, sed vndecimo die præfatus priùs ægrotantis amicis, fore, vt ipso die intelligerent hominem hactenus nostra opera fuisse seruatum, permisimus illi prętерire accessionis horas. Ergo, quum & sine pulsu omninò in ipsis esset; & frigus eum vehemens totius corporis premeret sic, vt nec loqueretur ampliùs, & vix impellentem sentiret; conuocati in vnum medici omnes, qui ab initio videramus, ab ægrotantis propinquis propemodum sumus discerpti, ego quidem, quod ob pertinaciam vltrò ægri salutem prodidissem; qui verò diatriton colebant, propter ignorantiam, simul & stupiditatem. Ac illi quidem pallidiores frigidiorésque, quàm ipse æger, consilium quoddam fugæ captabant; quod ego prospiciens, aulæ ostium obserari iusseram, & simul amico cuidam clauem seruare. Post medius eorum stans, iam, inquam, vobis constare planè arbitror, qui hactenus hominem seruarit. Seruabitur autem, & nunc nostra opera. Neque enim, si periturum omninò in hac accessione putassem, à cibatione destitissem; sed quoniam ex præcedenti iam victu tantum illi roboris superesse noueram, vt tolerare accessionem posset, permisi accessionis horas, sine cibo transmittere.

σιχῶς γράφει διὰ τῆσδε τῆς ῥήσεως. ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ τἄλλα ἅπερ ἴσμεν ἐφεξῆς αὐτῷ εἰρημένα. πάντως οὖν αὐτὸν ἁλώσεσθαι πυρετῷ ἑκτικῷ τε καὶ μαρασμώδει μὴ τραφέντα πείσας ἐμαυτὸν, ὅτι τάχιστα παρασκευάσας ἐκ χόνδρου ῥόφημα, δίδωμι προσενέγκασθαι. ἀλλ' ὅμως καίτοι τοῦτο προσενηνεγμένος, οὐδὲν ἧττον ἐν τῷ καιρῷ τοῦ παροξυσμοῦ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν εἰσβάλλοντος, ἀπεψύχθη τε τὰ ἄκρα δυσεκθερμάντως, καὶ ὁ σφυγμὸς αὐτοῦ μικρὸς καὶ ἄρρωστος ἐσχάτως ἐγένετο. διὸ δὴ καὶ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, ἕωθέν τε, καὶ εἰς ἑσπέραν, ἔδωκα τροφὴν αὐτῷ, τήν τε δύναμιν ἀνακτώμενος, καὶ τὸν αὐχμὸν τοῦ σώματος ἐπιτέγγων. ἦν γὰρ αὐτοῦ τὸ δέρμα καρφαλέον, ὥσπερ βύρσα. διαμένοντος δὲ τοῦ πυρετοῦ λεπτοῦ καὶ ὁμοίου, κατὰ τὴν πέμπτην αὖθις ἡμέραν, ἐδικαίωσα τρέφειν αὐτὸν, οὐχ ἁπλῶς ῥοφήμασιν ὡς ἔμπροσθεν, ἀλλὰ καὶ κόκκους ῥοιᾶς ἐμβαλὼν εἰς χόνδρον, ἐξ ὕδατος θερμοῦ, χωρὶς ἀρτύσεως. κάλλιστον γὰρ ἔδεσμα τοῦτο κάμνοντι πικροχόλῳ στομάχῳ. καὶ γὰρ καὶ ῥώννυσιν αὐτὸν ἡ ῥοιά. καὶ χωρὶς τοῦ διαφθαρῆναι μέχρι πλείστου μένων ὁ χόνδρος ἐν τῇ γαστρὶ, πέττεται κατὰ βραχύ· μήτ' ἀποξυνόμενος, μήτ' ἐπιπολάζων· ἅπερ εἴωθε τοῖς ῥοφήμασιν ἔστιν ὅτε συμβαίνειν. ἐγένετο δ' οὖν καὶ κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν ἡ ἀρχὴ τοῦ παροξυσμοῦ, παραπλησία. καὶ πάλιν ἡμῶν κατά τε τὴν ἕκτην καὶ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ὡσαύτως αὐτὸν διαιτησάντων, ἡ κατὰ τὴν ὀγδόην αὖθις ὁμοία ταῖς ἔμπροσθεν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα τὴν ἄνοιαν, ἢ τὴν φιλονεικίαν, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ,τι φῶ, τῶν, τὴν διάτριτον, αὐτὸν ἐν ἀρχῇ κελευσάντων ὑπερβάλλειν, ἀκριβῶς ἦν καταμαθεῖν. ἐναργῶς γάρ τοι φαινομένου πᾶσιν, ὡς οὐκ ἂν εἰς τὴν τετάρτην ἡμέραν ὁ ἄνθρωπος ἀφίκετο, μὴ τραφεὶς, πρὸ τοῦ κατὰ τὴν τρίτην παροξυσμοῦ, κακῶς ἐκεῖνοι καὶ τότε καὶ ταῖς ἐφεξῆς ἡμέραις ἔφασαν αὐτὸν τεθράφθαι. ἀλλὰ γὰρ οὐχ οἷόν τ' ἦν ἵν' ἐξελέγξῃ τις αὐτοὺς, προδοῦναι τὸν κάμνοντα, μὴ διδόντα τροφὴν ἐν τῇ παροξυντικῇ τῶν ἡμερῶν. ὁμοίως οὖν θρέψαντες ἐπὶ τῆς ἐννάτης ἡμέρας τὸν ἄνθρωπον, καὶ θεασάμενοι κατὰ τὸν παροξυσμὸν, εὐτονώτερον μὲν ἑαυτοῦ γεγονότα τὸν σφυγμὸν ἔτι μέντοι τὸ ἄρρωστον ἔχοντα, μετὰ τῆς τῶν ἄκρων ψύξεως, οὐχ ὑπεμείναμεν ἀνέχεσθαι τῆς γλωσσαλγίας τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν, προειπόντες τοῖς φίλοις τοῦ κάμνοντος, ὡς εἴσονται τήμερον, μέχρι τοῦ δεῦρο, δι' ἡμᾶς τὸν ἄνθρωπον σωζόμενον, ἐπετρέψαμεν ὑπερβάλλειν αὐτὸν τὰς παροξυντικὰς ὥρας. ἀσφυξίας οὖν ἐν αὐτῷ γενομένης παντῶς, καὶ καταψύξεως ἰσχυρᾶς ὅλου τοῦ σώματος, ὡς μήτε φθέγγεσθαι μηκέτι, καὶ μόγις τῶν θλιβόντων αἰσθάνεσθαι, κληθέντες ἅμα πάντες οἱ ἐξ ἀρχῆς ὁρῶντες ἰατροὶ, μονονοὺ διασπασθῆναι πρὸς τῶν οἰκείων τοῦ κάμνοντος ἐκινδυνεύσαμεν. ἐγὼ μὲν, ὡς ἑκὼν προδοὺς τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ διὰ φιλονεικίαν· οἱ δ' ἐρασταὶ τῆς διατρίτου, διὰ τὴν ἀμαθίαν, ἅμα δὲ καὶ ἀναισθησίαν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ὠχρότεροι καὶ ψυχρότεροι τοῦ νοσοῦντος αὐτοῦ γενόμενοι, μηχανήν τινα ἐβουλεύοντο φυγῆς. προνοήσας δ' ἐγὼ τοῦτο, τὴν αὔλειον θύραν ἐκέλευσα κλεισθῆναι, καί τινι τῶν ἑταίρων προσέταξα, λαβόντι τὴν κλεῖν, φυλάττειν. εἶτ' ἐν τῷ μέσῳ καταστὰς, ἤδη μὲν οὖν ὑμᾶς, ἔφην, ἀκριβῶς πεπεῖσθαι, τίς ἐστιν ὁ σώσας τὸν ἄνθρωπον ἄχρι τοῦ δεῦρο, σωθήσεται δὲ καὶ νῦν ὑφ' ἡμῶν. οὐ γὰρ ἂν, εἰ πάντως αὐτὸν ἀπολεῖσθαι προσεδοκήσαμεν ἐν τῷδε τῷ παροξυσμῷ, τοῦ τρέφειν ἀπέστημεν ἄν. ἀλλ' ἐπεὶ τοσοῦτον αὐτοῦ ῥώμης ἐκ τῆς ἔμπροσθεν διαίτης ἔγνωμεν ὑπάρχειν, ὡς δύνασθαι διενεγκεῖν τὸν παροξυσμὸν, ἐπετρέψαμεν ὑπερβάλλειν ἄσιτον.

κάλλιον μὲν οὖν ἦν πρὸ πολλοῦ τρέφεσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἵνα καὶ τούτους ἐξελέγξω, καὶ πείσω τινὰς τῶν παρεχόντων αὖθις τὰ ὦτα, φάσκουσιν ὑφ' ἡμῶν ἐπιβεβλῆσθαι τὸν νεανίσκον, ἀπολέσας ἐκεῖνον τὸν καιρόν, ἐπιδείξω νῦν αὖθις ὅτι καὶ κατ' αὐτὸν τὸν παροξυσμόν, ἐνίους τῶν ἀρρωστούντων προσήκει τρέφειν, μή τί γε μὴν πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ταῦτ' εἰπών, καὶ διαστήσας τὰς γνάθους αὐτοῦ, ἐγχέων πτισάνης χυλὸν διὰ αὐγείου στενοστόμου κυάθων τὸ πλῆθος τριῶν, εἶτα ὀλίγον ὕστερον οἴνου λευκοῦ λεπτοῦ, κεκραμένου συμμέτρως θερμῷ, δύο κυάθους. ἐφ' οἷς ἀνέβλεψέ τε, καὶ ἀκούειν, καὶ φθέγγεσθαι, καὶ γνωρίζειν τοὺς παρόντας ὑπήρξατο. πρότερον, οἷον περ ξύλον ξηρὸν ἐκτεταμένος ἀναίσθητός τε καὶ ἄφωνος. αὖθις οὖν αὐτῷ δοὺς ἄρτου τι καταπιεῖν ἐξ οἴνου, καθ' ὃν εἴρηται τρόπον κεκραμένου, τελέως ἀνεκτησάμην. καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀγαγὼν ὁδὸν τῆς διαίτης, εὐφόρως τὸν ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ παροξυσμὸν ὑπομείναντα θεασάμενος, ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πάλιν ἕωθεν θρέψας, ἔλουσα μετὰ τοῦτο, περὶ ὥραν ὀγδόην. εἶτ' αὖθις θρέψας γενναιότερον, ἐπιδούς τε πιεῖν οἴνου. (τοῦτο δὲ καὶ κατὰ τὴν δωδεκάτην τε καὶ τρισκαιδεκάτην ἡμέραν ἐπεποιήκειν.) ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ πάλιν ἕωθεν ἔθρεψα. μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τότε τὸν παροξυσμὸν ἐνεγκόντος εὐφόρως, αὖθις ἔλουσα κατὰ τὴν ἑκκαιδεκάτην ἡμέραν καὶ τἄλλα ὁμοίως ἔπραξα περὶ τὸν ἄνθρωπον τοῖς ἔμπροσθεν. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἡμέραν ὁ παροξυσμὸς ἄθλιπτος καὶ μικρὸς ἐγένετο, θαρρῶν ἤδη τοῦ λοιποῦ, διῄτων αὐτὸν ἀναληπτικῶς. οὗτος ὁ ἄρρωστος ἐπαίδευσε πολλοὺς τῶν ἡμιμοχθήρων τε, καὶ μὴ παντάπασιν ὄνων, ὡς καὶ περὶ τὸν παροξυσμὸν ἐνίοτε χρὴ τρέφειν, εἰ καὶ δυοῖν ὡρῶν εἴη τὸ μεταξύ. καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἔμπροσθεν τοῦ τριταίου. ἐδίδαξα δέ σε, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν εἰσβολὴν τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ, τοὺς τοιούτους τρέφεσθαι δεομένους. λέγω δὲ τοὺς τοιούτους, ἐφ' ὧν ἡ δυσκρασία τοῦ σώματος ἐπὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ θερμὸν ἐκτετραμμένη, πυρετοὺς ἀνάπτει.

Ac satius quidem fuisset multo ante hominem nutrire; verum, quò & istos redarguam; & quibusdam his auscultantium; qui confici à nobis iuuenem, quòd illam occasionem omiserim, dicunt, persuadeam; nunc illis ostendam, vel in accessione ipsa ægrotantes quosdam nutriri debere, nedum ante hanc. His dictis, ac diductis hominis maxillis, infundo ex angusti oris vasculo, cremoris ptisanæ tres cyathos; paulo autem post albi, & tenuis vini, modicéque calida diluti, duos cyathos. Post quos, & sustulit oculos, & tum audire, tum loqui, tum præsentes nosse cœpit, quum antè, veluti lignum aridum porrectus, sine voce, ac sensu iaceret. Rursus itaque dato ex vino, quo dixi modo, diluto, pane ad comedendum exiguo, prorsus hominem reuocaui. Quem, vt rursum ad institutam ab initio victus rationem reduxi, & tertij decimi diei accessionem facilè tolerare vidi, in quartodecimo rursus manè cibaui; ac post circiter horam octauam laui; deinde rursus liberaliùs cibaui, ac mox vinum bibendum exhibui. (Idem verò, & in duodecimo, & tertiodecimo feceram.) In quinto autem decimo rursum cibaui manè. Quum verò faciliùs, tum quoque accessionem ferret, in sextodecimo denuo laui; cæteráque circa hominem peregi, sicut in præcedentibus diebus. At, vbi in decimoseptimo minimè grauis paruáque accessio fuit, audacter hominem de cætero sub conualescentium victus ratione habui. Hic æger non paucos semimalorum, ac nō penitus asinorum, docuit, etiam ante accessiones ipsas nonnunquam esse cibandum, vel si duarum horarum intercedat spatium; ac multo magis antè accessionem tertij diei. Ostendi autem tibi, & in prima ipsa accessionis inuasione eiusmodi homines esse nutriendos. Dico autem eiusmodi homines, in quibus corporis intemperies ad siccum, & calidum conuersa febres accendit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Λόγῳ τε καὶ πείρᾳ ἐπιδείκνυται ὅσον χρησίμη ἐνίοτ' ἐστὶ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ παροξυσμῷ ἡ τροφή.

Ἔστι μὲν οὖν ἴσως καὶ τοῦτο τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν, ἄπιστον. ἀλλ' εἴτε τῷ λόγῳ χρὴ προσέχειν αὐτοὺς τὴν πίστιν, εἴτε τοῖς ἔργοις, ἀμφοτέροις ἡμεῖς προσχρώμεθα. τοῖς μὲν ἔργοις ἀνθρώποις ἐπιδεικνύντες αὐτοῖς, οὓς ἐὰν ἀσιτήσωσιν ἐπὶ δυοῖν ἡμέραιν, ἀνάγκη πυρέξαι· καθάπερ ἐνίους ὀργισθέντας, ἢ λυπηθέντας, ἢ ἀγρυπνήσαντας. ἐναργέστατα γὰρ ἐπὶ τῶν ἀναλαμβανομένων ἐκ νόσου μακρᾶς, τὰ τοιαῦτα φαίνεται γιγνόμενα, καὶ τῶν θερμὴν καὶ τὴν ξηρὰν τὴν κρᾶσιν. ὧ λόγῳ δὲ ἡ πίστις τοῦ γιγνομένου, λέλεκται μὲν ἤδη καὶ δι' ἄλλων, εἰρήσεται δὲ αὐτοῦ καὶ νῦν τὰ κεφάλαια. οἱ δακνώδεις ἀτμοί, καὶ χυμοί, διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων φερόμενοι, φρίκας, καὶ ῥίγη γεννῶσιν. ἐν οἷς στεγνουμένου τοῦ δέρματος, ἐπισχεθέντα τὰ διαπνεόμενα πρόσθεν, ὅταν ᾖ λιγνυώδη, πυρετὸν ἐξάπτει. τοὺς τοιούτους οὖν ἀτμοὺς καὶ χυμούς, αἵ τε κινήσεις αἱ πολλαί, καὶ σφοδραί, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ οἱ θυμοί, καὶ αἱ λῦπαι, καὶ αἱ φροντίδες, ἐργάζονται πλέονας. ἐφεξῆς δὲ τούτων, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον ἱκανὸν ἐνίοτε τὸ μὴ προσενέγκασθαι τροφήν. ἐκχολοῦται γὰρ ἐπὶ τῶν πικροχόλων φύσεων ἡ ἕξις, ἐπὶ τῶν μακροτέραις ἀσιτίαις. ἐὰν οὖν ἅμα τε τοῦτο συμβῇ, καὶ κίνησίν τινα κινηθεὶς ὁ κάμνων, ἰσχυροτέραν τῆς δυνάμεως, ἀθροωτέραν ἐργάσηται τῶν δακνωδῶν περιττωμάτων τὴν εἰς τοὐκτὸς φοράν,

CAPVT IV.

Ratione atque experimento monstratur, quàm vtilis nonnunquam sit ante accessionem, vel in ipsa accessione cibatio.

POrrò hoc quoque plerisque medicorum fortasse sit incredibile. Sed, siue rationi ipsi fides est adhibenda, siue operibus, nos fidem ambobus facimus. Operibus quidem, dum homines ijs monstramus, qui, si biduo patiantur inediam, necesse est, febricitent, vt nonnulli, vbi concitati ad iram sunt, vel mœrore, vel vigiliis affecti; euidentissimè enim, tum in conualescentibus ex diuturno morbo talia fieri cernuntur, tum ijs, qui calido, & sicco sunt temperamento. Quā verò ratio ipsa fidem huic rei facit, alibi iam dicta est; dicentur tamen & nunc eius rei summę. Mordens halitus, & humor, vbi per sensibilia corpora fertur, horrores & rigores facit; ex quibus cute stipata, quæ priùs transpirabant, iam retenta, quoties fuliginosa sunt, febres accendunt. Ergo eiusmodi halitus, & humores, tum multa, & vehemens dimotio, tum vigiliæ, & ira, & mœror, & cura augent; tum proximè ab istis vnum illud per se interdum augere eos sufficit, vtique si cibum quis non sumpserit; efficitur enim corporis habitus in picrocholis, ex longa inedia biliosus. Si igitur tum id incidat; tum æger motu quopiam valentiore, quàm pro viribus, vsus, mordentium excrementorū impetum cōfertim foras excitarit;

necesse

necesse est (veluti in symptomatum causis ostendimus) vel rigorem, vel horrorem subsequi. Ac rigor quidem succedet propter eorum, quæ feruntur excrementorum, tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem, tum virium infirmitatem. Nam, & quæ multa, paucis; & quæ qualitate sunt, acerrima; ijs, quæ ita non sunt, mordent magis; pari modo, & quæ celeriùs feruntur, tardioribus. Iam vires, vbi valentes sunt, omnia contemnunt, ac tolerant; vbi infirmæ sunt redditæ, etiam ab obuio quouis offenduntur. Horror fiet, vbi & qualitas eorum, & impetus velocitas est remissa; tum copia minor; ac potissimùm, quum vires tristanti obsistunt. Si verò iam dicta largiùs remittantur, ne horror quidem fiet, sed vel vlcerosus quidam sensus, vel tãtùm inæqualitas. Ergo coeuntibus omnibus iam dictis, vehementissimus oritur, rigor; at remissis omnibus, nullus ex transitu excrementorum fit sensus. Quod si quædam sint, quædam non sint; & quædam maiora sint, quædam minora; in eiusmodi mixtionibus media latitudo omnis, inter maximum rigorem, & omnimodam excrementorum, insensibilitatem; & vniuersalem vacuitatem sensus excrementorum, efficitur. Itaque nihil mirum est, si *dictarum* causarum quæque, vel per se, vel cum aliis *iuncta*; alij inæqualitatem, alij vlceris quempiam sensum, aut horrorem, aut rigorem afferre videatur. Nam supponantur vires imbecillæ, corpus admodum sensile, etenim id quoque ostensum est, non parum ad eiusmodi symptomatum generationem conferre; habitus autem corporis gracilis, & temperamentum biliosum, stomachúsque similiter bile affectus, tum his omnibus accedant inedia cibi, & vigiliæ quæpiam, & tristitia, & solicitudo; ad hæc progressus à domo, qui ex vrgente quapiam causa sit necessarius; postea his suppositis (id quod aliquando fieri vidisti) det sedulò operam eiusmodi homo, vt plus itineris per vrbem, re ita postulante, festinus peragat; nunquid huic ex eo, qui excitatus est, mordentium excrementorum motu, primùm quidem inæqualitas quædam, mox verò etiam horror, promptè incidet? quod si motum quoque continuet, vel cibum sumere non anteuertat, protinus etiã febris? Ita febricitantes aliquos ostendi tibi, maximè ex ijs, qui à longo morbo conualuerant; quorum quum vni fortè fortuna occurrissem, qui mox antè horrescere cœpisset, vt rem exposuisset, dato ex vino diluto pane, continuo horrorem sedaui. Verùm hunc (vti scis) per viam in officinam quandam perductum febricitare prohibui; alios verò qui priùs se domum suam recepissent, in ipso principio horroris, vel paulo posterius, cibauimus. Atque, vt semel dicam, quibus incipientis adhuc accessionis aderant symptomata, ijs omnibus panem ex vino diluto, ac calente maturè exhibens, & horrorem statim sedaui, & febrem prohibui. Quanto verò hos citiùs cibaueris, tanto magis febrem prohibueris. Quod si paululum aliquando moreris, febris ne tum quidem, calor verò multus ijs aduenit, simillimè planè ijs, qui per vehemens frigus facto itinere, reuersi domum, calidis sunt nutriti. Quòd si plusculùm moreris, maiorem calorem sentient, talémque ac tantum, vt dubites, an hunc febrem appelles. Sin duæ horæ ab initio inæqualitatis interpositæ sint, nutries tunc quoque, modò horror adhuc duret, predicens tamen,

ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἐν τοῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίοις ἐπεδείκνυμεν, ἤτοι ῥῖγος, ἢ φρίκην ἐπιγίγνεσθαι. ῥῖγος μὲν οὖν ἔσται, διά τε τὸ πλῆθος τῶν φερομένων, καὶ τὴν δριμύτητα, καὶ τὸ τάχος τῆς φορᾶς, καὶ τὴν τῆς δυνάμεως ἀσθένειαν. τά γε γὰρ πολλὰ, τῶν ὀλίγων, καὶ τὰ ταῖς ποιότησιν ἠκριβωμένα, τῶν μὴ τοιούτων δάκνει μᾶλλον, ὥσπερ γε καὶ τὰ θᾶττον φερόμενα τῶν βραδυτέρων. ἥ τε δύναμις ἰσχυρὰ μὲν οὖσα, καταφρονεῖ καὶ ἀνέχεται πάντων. ἀσθενὴς δὲ γενομένη, καὶ πρὸς τῶν τυχόντων αἰτιᾶται. φρίκη δ' ἂν γένοιτο, τῆς τε ποιότητος αὐτῶν, καὶ τοῦ τάχους τῆς φορᾶς ἐκλυθέντων ἅμα τῷ πλήθει, καὶ μάλιστα ὅταν ἡ δύναμις ἀνθίσταται τοῖς λυποῦσιν. ἐπὶ πλέον δὲ τῶν εἰρημένων ἐκλυθέντων, οὐδὲ φρίκη γένοιτ' ἄν, ἀλλ' ἤτοι τις ἑλκώδης αἴσθησις, ἢ ἀνωμαλία μόνη. πάντων μὲν οὖν τῶν εἰρημένων συνελθόντων, τὸ σφοδρότατόν ἐστι ῥῖγος. ἁπάντων δ' ἐκλυθέντων, οὐδεμία τῆς διεξόδου τῶν περιττωμάτων αἴσθησις. εἰ δὲ τὰ μὲν εἴη, τὰ δὲ οὐκ εἴη· καὶ τὰ μὲν μείζω, τὰ δὲ σμικρότερα, τὸ ἐν μέσῳ πᾶν, ἀπεργασθήσεται πλάτος ἐν ταῖς τοιαύταις μίξεσι, τοῦ τε μεγίστου ῥίγους, καὶ τῆς παντελοῦς τῶν περιττωμάτων ἀναισθησίας. οὐδὲν οὖν ἐστι θαυμαστὸν, εἰ τὴν μὲν ἀνωμαλίαν, τὸ δὲ, ἑλκώδη τινὰ αἴσθησιν, ἢ φρίκην, ἢ ῥῖγος ἕκαστον τῶν αἰτίων, αὐτό τε καθ' ἑαυτὸ, καὶ σὺν ἄλλοις ὁρᾶται φέρον. ὑποκείσθωσαν γὰρ ἀσθενεῖς μὲν αἱ δυνάμεις. αἰσθητικὸν δ' ἱκανῶς τὸ σῶμα, καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐδείχθη συντελοῦν οὐκ ὀλίγον εἰς τὴν τῶν τοιούτων συμπτωμάτων γένεσιν, ἰσχνὴ δὲ ἡ ἕξις, καὶ ἡ κρᾶσις πικρόχολος, ὅ,τε στόμαχος ἐκχολούμενος ὁμοίως, ἐπί τε τούτοις ἅπασιν, ἔνδεια γινέσθω σιτίων, ἀγρυπνία τέ τις, καὶ λύπη, καὶ φροντὶς, ἀναγκαία τε πρόοδος οἴκοθεν, ἐπειγούσης τινὸς χρείας. εἶτα τούτων ὑποκειμένων, ὅπερ ἐθεάσω ποτὲ, γινέσθω. προθυμηθήτω διὰ τὴν χρείαν ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, ὁδὸν μακροτέραν ἀνύσαι κατὰ τὴν πόλιν, ἐπειγόμενος. ἆρ' οὐχ ἑτοίμως ἐκ τῆς προσγενομένης αὐτῷ κινήσεως τῶν δακνωδῶν περιττωμάτων, ἀνωμαλίαν μὲν τινα πρῶτον, αὐτίκα δὲ καὶ φρίκην γενέσθαι; καὶ εἰ ἐπιμείνειε κινούμενος, ἢ μὴ φθάσειε λαβεῖν σιτίων, αὐτίκα πυρέξειν αὐτόν; ἔδειξα δέ σοι πυρέξαντας οὕτω τινὰς, καὶ μάλιστα τῶν ἐκ νόσου μακρᾶς ἀνακομιζομένων· ὧν ἑνὶ κατὰ τύχην ἀπαντήσας, τῆς φρίκης ἀρχομένης ἄρτι, δηλώσαντι τὸ γινόμενον, ἄρτον ἐξ οἴνου κεκραμένου δοὺς προσενέγκασθαι, παραχρῆμα τὴν φρίκην ἔπαυσα. ἀλλὰ τοῦτον μὲν, ὡς οἶσθα, κατὰ τὴν ὁδὸν, εἰς ἐργαστήριον εἰσαγαγὼν, ἐκώλυσα πυρέξαι. ἑτέρους δ' εἰς τὴν ἑαυτῶν καταγωγὴν ἀφικέσθαι φθάσαντας, ἔθρεψα κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς φρίκης, ἢ μικρὸν ὕστερον. ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, οἷς ἔτι τὰ τῆς ἀρχῆς τῶν παροξυσμῶν ἐστι συμπτώματα, τούτοις ἅπασιν ἄρτον ἐξ οἴνου κεκραμένου θερμοῦ διὰ ταχέων προσφέρων, ἔπαυσά τε παραχρῆμα τὴν φρίκην, ἐκώλυσά τε πυρέξαι. ὅσῳ δ' ἂν θᾶττον αὐτοὺς θρέψῃς, τοσούτῳ μᾶλλον κωλύσεις τὸν πυρετόν. εἰ δὲ βραδύνοις ποτὲ βραχὺ, πυρετὸς μὲν οὐδ' οὕτω, θερμασία δὲ αὐτοῖς ἐπιγίγνεται πολλὴ, τρόπον ὁμοιότατον τοῖς ἐν κρύει μὲν ὁδοιπορήσασι σφοδρῷ, καταχθεῖσι δ' οἴκαδε, καὶ τραφεῖσι θερμοῖς, ὡς εἴ γε βραδύνοις πλέον, ἔτι πλέον οὗτοι θερμανθήσονται) θερμασίαν τοσαύτην τε καὶ τοιαύτην, ὡς ἀμφιβάλλειν εἰ πυρετὸν ἤδη κλητέον αὐτήν. εἰ δ' ὧραι δύο μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀνωμαλίας εἶσαν γεγενημέναι, τρέφειν μέντοι καὶ τότε μενούσης γ' ἔτι τῆς φρίκης,

παραλέγειν δ' ὅτι πυρέξουσιν ἤτοι πυρετὸν ἄλυπον, ᾧ νοτίδες ἀκολουθήσουσι. καὶ τούτου γενομένου, καὶ λούειν χρή, καὶ τρέφειν αὖθις. εἰ δὲ ἡ μὲν φρίκη παύσοιτο, πυρέττοιεν δ' ἤδη σαφῶς, μηκέτι τρέφειν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, παρακμάζοντος δὲ τοῦ γενομένου παροξυσμοῦ, τρέφειν αὐτίκα, μὴ περιμένων ἀπυρεξίαν. ἐν ἁπάσαις γὰρ ταῖς αὐχμώδεσι διαθέσεσιν, οὐ παύονται καλῶς οἱ παροξυσμοί, πρὶν ἤτοι λουτροῖς, ἢ τροφαῖς ὑγραινούσαις τεγχθῆναι. ταῦτα ἐγὼ πάντα δι' ἔργων ἐπιδειξάμενος ἐφ' οἷς, ὡς οἶσθα, παραδοξοποιὸς ὑπὸ τῶν ἐπαινούντων, ἢ φθονούντων ἐκλήθην. ὁπότε δὲ λόγῳ διηρχόμην ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, ἐπιδεικνὺς ὡς χρή, τινὰς μὲν τοῦ παροξυσμοῦ τρέφειν, ἐνίους δὲ καὶ κατ' αὐτόν, ἤτοι παρακμῆς ἀρξαμένης, ἢ καὶ νὴ Δία τῆς ἀκμῆς ἐνεστηκυίας, εἶθ' ὡς τηνικαῦτα παραδοξολόγον ἐκάλουν με. τί ἂν οὖν τις πάθοι πρὸς ἀνθρώπους, μήτε ἔργῳ, μήτε λόγῳ πεισθῆναι δυναμένους; ἀλλ' ἀδύνατόν, φασι, διαγνῶναι τὰς τοιαύτας διαθέσεις. πῶς οὖν ἡμεῖς τὰς τοιαύτας διαγινώσκομεν; ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ διαγνῶναι ξηρὰν καὶ θερμὴν κρᾶσιν, ἢ ἐξ ἀρχῆς γεγενημένην, ἢ ἐν τῷ νῦν χρόνῳ τοιαύτην ἀποτελεσθεῖσαν; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὕτω ῥᾷστον, ὡς καὶ ταυτὶ γνωρίζειν τὰ γράμματα. τί δ' ὅτι τούτῳ μὲν οὐδέπω σηπεδὼν οὐδεμία χυμῶν ἐστι, τούτῳ δ' ἐστὶν ἀδύνατον εἶναι διαγνῶναι νομίζεις; ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς γε. καὶ γὰρ διὰ τῶν σφυγμῶν καὶ διὰ τῶν οὔρων καὶ δι' αὐτῆς ἔστιν ὅτε τῆς κατὰ τὴν θέρμην ποιότητος, ἐναργῶς διαγινώσκομεν. εἰ δ' ἐκ τοῦ μηδὲν αὐτοὶ μήτε μαθεῖν ἐθελῆσαι, μήτ' ἀσκῆσαι, τοῖς ἐπιστήμοσιν ἀπιστοῦσι, τί κωλύει καὶ τοῖς γεωμέτραις αὐτοῖς καὶ τοῖς ἀριθμητικοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τεχνίταις ἀπιστεῖν;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Τὰς θερμὰς καὶ ξηρὰς φύσεις μὴ ὑπομένειν τὴν ἀσιτίαν, καὶ περὶ τῶν πρώτων κεφαλαίων, ἐν οἷς ὁ τῆς τροφῆς λόγος περιέχεται.

Ἐάσαντες οὖν ἤδη τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, αὖθις ἀνέλθωμεν ἐπὶ τὸ συνεχὲς τοῦ λόγου. ταῖς θερμαῖς καὶ ξηραῖς ἕξεσιν, ἐναντιώτατον ἐστὶ καὶ πυρετωδέστατον αἴτιον, ἀσιτία. λέγω δ' ἕξεις θερμὰς καὶ ξηράς, οὐ μόνον ὅταν ἐξ ἀρχῆς ὦσι τοιαῦται κατὰ τὴν οἰκείαν κρᾶσιν, ἀλλὰ κἂν ἐξ ὑστέρου γενηθῶσιν ἐκ διαίτης θερμῆς καὶ ξηρᾶς, καὶ κινήσεων πλειόνων, ἀγρυπνίας τε, καὶ φροντίδος, καὶ λύπης, καὶ χωρίου θερμοῦ καὶ ξηροῦ, καὶ ὥρας θερινῆς, καὶ καταστάσεως θερμῆς καὶ ξηρᾶς. ἔξεστι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ τῆς ὥρας ὀνόματος, ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις, μόνης μεμνῆσθαι τῆς καταστάσεως. ἄνωθεν γοῦν ἀναληφθέντος τοῦ λόγου, μᾶλλον πεισθήσῃ τῷ λεγομένῳ. τὰς θερμὰς καὶ ξηρὰς κράσεις εἴτ' ἐκ τῆς ἀρχαίας φύσεως, εἴτ' ἐκ τῆς διαίτης, καὶ πόνων ἀμέτρων, καὶ παθῶν ψυχικῶν, καὶ χωρίου καὶ καταστάσεως εἰς τοῦτο εἶεν ἡγμέναι, βλάπτουσιν ἰσχυρῶς αἱ ἀσιτίαι. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ παραλέλειπται μὲν ἡ ὥρα, κατά γε τὴν λέξιν, οὐ παραλέλειπται δὲ τῇ δυνάμει· περιέχεται γὰρ ἐν τῇ καταστάσει, τῆς ἄκρως θερμῆς καὶ ξηρᾶς καταστάσεως, τὴν εἰρημένην κρᾶσιν ἐργαζομένης, ἣν οὐχ οἷόν τε γενέσθαι κατ' ἄλλην ὥραν οὐδεμίαν, ὅτι μὴ τοῦ θέρους· οὔτε γὰρ ἐν φθινοπώρῳ δυνατόν, οὔτ' ἐν ἦρι, πολὺ δὲ μᾶλλον οὐδ' ἐν χειμῶνι, θερμοτάτην ἅμα καὶ ξηροτάτην γενέσθαι κατάστασιν· ὥσπερ οὐδὲ ψυχροτάτην, οὐδὲ ὑγροτάτην ἐν ἄλλῃ τινί, πλὴν ἐν χειμῶνι.

quòd hi febricitabunt, innoxia febre, & cui cutis mador succedet; quo facto, tum lauare, tum rursus nutrire debebis. Quod si horror sedatus fuerit, ac iam planè febricitent, cibandi id temporis non sunt, sed decrescente iam accessione ilicò sunt nutriendi, apurexia non expectata. In nullo nanque squallido affectu commodè finitur accessio priùs quàm illi vel ex lauacro, vel humido victu, humectatio accesserit. Hæc ego omnia quum operibus indicarem quibus, vt scis, paradoxorum fabricator ab iis, qui me vel laudabant, vel æmulabantur, vocabar. Quum verò ratione de iisdem disserens, docerem aliquos ante accessionem esse cibandos; aliquos in ipsa, vel declinare iam incipiente, vel etiam in ipso summo vigore; tum paradoxorum narratorem me appellabant. Ergo quid facias his hominibus, quibus nec opere, nec ratione persuaderi potest? At, inquiunt, fieri nequit, vt eiusmodi affectus quis agnoscat. Quomodo igitur nos eos agnouimus? Videtúrne cuipiam fieri non posse, vt calida & sicca intemperies agnoscatur, vel quæ ab ortu vsque fuerit, vel quæ in præsenti tempore talis sit reddita? Mihi sanè tam videtur facile, quàm has ipsas agnouisse literas. Quid illud verò, si huic non sit adhuc in humoribus putredo vlla, illi verò sit, non posse vobis videtur hoc discerni? Mihi posse videtur. Nam & ex pulsu, & vrina, & ex ipsa nonnunquam, quæ in calore est, qualitate, euidenter id discernimus. Quod si propterea, quòd nec ipsi quicquam discere volunt, nec se se exercitare, scientibus parum credunt, quid vetat, quo minùs tum geometris ipsis, tum arithmeticis, tum reliquis artificibus omnibus nihil credant?

CAPVT V.

Calidas & siccas naturas inediam non tolerare; ac de primis capitibus, quibus ratio cibandi continetur.

Missis igitur hisce hominibus, rursus seriem sermonis nostri persequamur. Calidis ac siccis habitibus aduersissima res inedia est, ac febrium paratissima causa. Voco habitus calidos & siccos non solùm, quum à primo ortu tales ex proprio temperaméto sint, sed etiã, quæ posteriùs ex calido, siccóque victu, & plurima dimotione; & vigilia, & cura, & tristitia, & regione calida siccáque, & tempore æstiuo, & cæli statu calido siccóque, sint acquisiti. Sanè licet & citrà tempestatis anni mentionem, in eiusmodi sermone statum cæli solùm nominare. Verùm, si altius repetam, id, quod dico, magis credes. Calida & sicca temperamenta, siue ea ex prima origine talia sint, siue ex victu, & immoderato labore, & animi perturbationibus, & regione, & cæli statu, inedia vehementer lædit. In hac dictione, ipsis saltem verbis, omissum est anni tempus; potestate tamen omissum non est; nam in cæli statu comprehenditur, quando calidus in summo, siccúsque cœli status iam dictum temperamentum efficit. Hic autem status alio anni tempore, quàm æstate, planè incidere non potest; neque enim in autumno, nec in vere, multóque minus in hyeme, fieri potest, vt calidissimus simul siccissimúsque cœli status fiat; sicut nec humidissimus pariter, frigidissimúsque in alio, quàm hyeme.

Ob hæc igitur ego quoque aliquando prætermisso anni tempore, cæli statu sum contentus. Liceat tamen cuique nominibus, quibus velit, vti, modò rerum naturam seruet. Est autem rerum natura, qualem iámque sæpè diximus, & nihilominus nunc dicemus; nam, quæ maximè sunt ad curationem necessaria, eadémque maximè ignorata, nec Hippocrates ipse identidem repetere grauatur. Igitur inedia siccis, calidísque corporibus, valentibus quidem noxia est; iis verò, qui in calida, & sicca æstate febre laborant, quæ ex vstione, aut labore immoderato, aut vigiliis, aut dictis iam animi affectibus sit contracta, non simpliciter noxia est, sed, si quicquam aliud, omnium planè perniciosa; nam vel in febres ardentes ex ea incidunt, à quibus, nisi priùs mors occupet, in hecticas migrant, atque ab his in marasmum; vel protinus ab initio, ardentibus præteritis, in hecticas. Maximè tamen (vt dictum sæpiùs est) sicca calidáque temperamenta statim à principio hecticis febribus corripiuntur. Sicuti mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia, & vigiliis febricitare cœpit, perseuerauit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (vt scis) vidimus, deprehendimúsque statim hecticam esse febrem, cum alia, quam humores excitarant, coniunctam. Curatio autem vna, tum fuerat, vt frigida tempestiuè, & moderatè daretur, consuetæ hanc per sanitatem bibere; verùm aliis curatio huius erat commissa, quare nobis silere est visum. Alteri verò, qui eodem tempore ægrotarat, & se nobis cõmiserat, quoties nutritus est, fontanæ planè gelidæ dedimus interdum binos cyathos, interdum ternos; nam frigidam simul multam sibi dari, qui ita sunt affecti, citra noxam non ferunt. Quocirca vtilissimum est, vbi febris ideam perspexeris, in prima statim accessione minore cum periculo, copiosiore frigida vti, corporibus ad validam siccitatem nondum perductis. Qui enim in feruoribus sub canicula ex ira febricitauit (iuuenis autem hic erat siccus, & calidus) vbi in prima accessione duas frigidæ heminas bibisset, statim quidem euomuit flauissimam bilem; nõ multo autem post etiam deorsum excreuit. Deinde, quum rursus post cibum aquæ circiter heminam similiter sumpsisset, iam febricitare desijt. Sed nonnulli medici, quum nullam à principio febris speciem agnoscerent, sed postea, quum iam præteriisset occasio, intelligentes vel in hecticam, vel etiam in tabidam febrem ægrotantem incidisse, frigidam bibendam, nos imitantes, præbuerunt. Sed nemo metam attigit; nam magna solicitudo habenda est in iis, qui ita se habent, de frigidæ potionis mensura, de qua paulo post dicemus, vbi propositę disputationi finem imposuerimus. Nam æger is, quem antè descripsimus, exemplo omnibus est, quibus propter siccitatem à principio statim dari cibus debet, etiamsi febricitare iam incipiant. Nam, cum accenditur in his febris propter mordentem acrimoniam excalefacti, attenuatique ex Sole, & inedia, & laboribus humores, maximum eius remedium est humidum nutrimentum; sicuti è diuerso, vbi ob copiam, vel obstructionem, vel phlegmonen, vel (vt semel dicam) humoris alicuius putredinem, febris est orta, maximo malo est cibus. Atque hos quidem nec in declinatione febris citra noxã nutrias, nedum ipsa accessione inuadente: illos verò dictos omni certè tẽpore, sed potissimũ in declinatione.

διὰ ταῦτα μὲν δή, κἀγὼ παραλιπὼν ἐνίοτε τὴν ὥραν, ἠρκέσθην μόνῃ τῇ καταστάσει. ἐξέστω μὲν ἑκάστῳ χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασιν ὡς ἂν ἐθέλοι, φυλάττοντι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν. ἔστι δὲ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων οἵαν ἤδη τε πολλάκις ἔφην, οὐδὲν δὲ ἧττον ἐρῶ καὶ νῦν· ὅσα γὰρ ἀναγκαιότατα μὲν εἰς τὰς ἰάσεις ἐστὶν, ἀγνοεῖται δὲ μάλιστα, ταῦτ' οὐδ' Ἱπποκράτης ὀκνεῖ διδάσκειν πολλάκις. ἀσιτία τοίνυν τοῖς ξηροῖς καὶ θερμοῖς σώμασιν, ὑγιαίνουσι μὲν βλαβερά· πυρέττουσι δ' ἐν θέρει θερμῷ καὶ ξηρῷ τὸν ἐξ ἐγκαύσεως πυρετὸν, ἢ πόνοις ἀμέτροις, ἢ ἀγρυπνίαις, ἢ τοῖς εἰρημένοις πάθεσι τῆς ψυχῆς, οὐχ ἁπλῶς βλαβερὸν, ἀλλ' εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν πάντων ὀλέθριον· ἤτοι γὰρ εἰς καυσώδεις ἐμπίπτουσι πυρετοὺς ἐξ αὐτῆς, ἐξ ὧν, ἐὰν μὴ φθάσωσιν ἀποθανεῖν, εἰς τοὺς ἑκτικοὺς μεταπίπτουσιν, αὖθις δ' ἐκ τούτων εἰς μαρασμόν· ἢ ἐξ ἀρχῆς εὐθέως, ὁ ἑκτικὸς αὐτοῖς συμπίπτει πυρετὸς, ὑπερβὰς τὸν καυσώδη. μάλιστα δὲ ὡς εἴρηται πολλάκις, αἱ ξηραὶ καὶ θερμαὶ κράσεις ἁλίσκονται τοῖς ἑκτικοῖς πυρετοῖς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνθρώπου, τῆς φθινοπώρου μὲν ἀρξαμένης πυρέττειν δι' ἀγρυπνίαν καὶ λύπην, ἐπὶ πλεῖστον δὲ παρατεινάσης τοῦ χειμῶνος· ἣν ἐθεασάμεθα μὲν, ὡς οἶσθα, τεταρταίαν, ἐγνωρίσαμεν δ' εὐθέως ἑκτικὸν εἶναι πυρετὸν ἐπιπεπλεγμένον ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐπὶ χυμοῖς. ἴασις δ' ἦν μόνη διδόναι ψυχρὸν ἐν καιρῷ μέτριον, εἰθισμένῃ πίνειν αὐτὸ καὶ παρὰ τὸν ὑγείας χρόνον· ἀλλ' ἕτεροι μὲν ἐπὶ ταύτης ἐνεπιστεύοντο τὴν θεραπείαν, ὅθεν ἡμεῖς ἔγνωμεν σιωπᾶν. ἐπ' ἄλλου δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὃς ἡμῖν ἑαυτὸν ἐπέτρεψε, καθ' ἑκάστην τροφὴν ἐδίδομεν, ἀκραιφνοῦς πηγαίου ψυχροῦ, ποτὲ μὲν δύο κυάθους, ἔστι δ' ὅτε τρεῖς· ἀθρόον γὰρ οἱ τοιοῦτοι ψυχρὸν οὐ φέρουσιν, ἄνευ τοῦ βλαβῆναι. διὸ κάλλιστόν ἐστιν εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ παροξυσμῷ, διαγνόντα τοῦ πυρετοῦ τὴν ἰδέαν, ἀκινδυνότερον χρήσασθαι ψυχρῷ πλείονι, μηδέπω ξηρῶν ἰσχυρῶς τῶν σωμάτων γεγονότων. ὁ γοῦν ἐκ θυμοῦ πυρέξας ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασι, θερμὸς καὶ ξηρὸς νεανίσκος ἐν τῷ πρώτῳ παροξυσμῷ, πιὼν ὕδατος ψυχροῦ δύο κοτύλας, αὐτίκα μὲν ἤμεσε χολὴν ξανθοτάτην, ἐξέκρινε δ' ὀλίγον ὕστερον καὶ κάτω. κἄπειτ' αὖθις ἐπὶ τῇ τροφῇ λαβὼν ὁμοίως ὕδατος ὅσον κοτύλην, οὐκέτι ἐπύρεξεν. ἀλλ' ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ἐν ἀρχῇ μὲν οὐ γνωρίζοντες οὐδεμίαν ἰδέαν πυρετοῦ, γνόντες δ' ὕστερον, ὅτε οὐδὲν ὄφελος εἰς ἑκτικὸν, ἢ καὶ νὴ Δία, ἤδη μαρασμώδη πυρετὸν ἐμπίπτοντα τὸν ἄρρωστον, ἔδοσαν αὐτῷ ψυχρὸν πιεῖν, ἡμᾶς μιμησάμενοι. καὶ πάντες ἀπέτυχον τοῦ σκοποῦ· πολλῆς γὰρ ἀκριβείας δεῖται κατὰ τὸ μέτρον ἐπὶ τῶν οὕτως ἐχόντων, ἡ δόσις τοῦ ψυχροῦ, καὶ λεχθήσεται περὶ αὐτῆς ὀλίγον ὕστερον, ἐπειδὰν πρότερον ἐπιθῶ τελευτὴν τοῖς ἐνεστῶσιν. ὁ γάρ τοι προγεγραμμένος ἄρρωστος, ἁπάντων παράδειγμά ἐστι τῶν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τρέφεσθαι δεομένων διὰ ξηρότητα, κἂν ἤδη πυρέττειν ἄρχωνται. γινομένου γὰρ αὐτοῖς τοῦ πυρετοῦ διὰ τὸ δακνῶδες τῶν ἐν ταῖς ἡλιώσεσι, καὶ ἀσιτίαις, καὶ πόνοις ἐκθερμανθέντων καὶ λεπτυνθέντων χυμῶν, ἡ ὑγραίνουσα τροφὴ μέγιστον ἴαμά ἐστιν. ὥσθ' ὅπου γε διὰ πλῆθος, ἢ ἔμφραξιν, ἢ φλεγμονὴν, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν σηπεδόνα τινῶν χυμῶν ὁ πυρετὸς γίνεται, μέγιστον κακόν ἐστιν ἡ τροφή. τούτους μὲν οὖν οὐδ' ἐν ταῖς παρακμαῖς ἀβλαβῶς ἂν τρέφοις, μήτι γε δὴ κατὰ τὴν εἰσβολὴν τῶν παροξυσμῶν· τοὺς προειρημένους δὲ, ἅπαντι μὲν καιρῷ, μάλιστα δ' ἐν τῇ παρακμῇ.

καί με πολλάκις ἐθεάσω τοὺς ἐπὶ πλήθει καὶ φλεγμονῇ νοσοῦντας, ἐν ἀσιτίαις διαφυλάξαντα μακραῖς οὕτως, ὡς μηδόλως θρέψαι πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, ἀλλ᾽ ἀρκεσθῆναι μόνῳ μελικράτῳ, τῆς δυνάμεως ἐρρωμένης δηλονότι, τινὰς δ᾽ αὐτῶν, οἷς ἡ δύναμις οὐκ ἦν εὔρωστος, ἢ χολώδης ὁ στόμαχος, ἢ ἀσθενής, ἢ περιττῶς αἰσθητικός, ἐπὶ χυλῷ πτισάνης μόνῳ διεφύλαξα μέχρι τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, μέλλοντός γε δηλονότι κατὰ ταύτην, ἤτοι παρακμάζειν, τοῦ νοσήματος, ἢ καὶ παντάπασι λυθήσεσθαι διὰ κρίσεως. ἔστωσαν δή σοι, καθ᾽ ἕκαστον ἄρρωστον, εὐθέως ἀπὸ πρώτης ἡμέρας οἱ σκοποὶ τοῦ τρέφειν, ὡς Ἱπποκράτης ἐκέλευσεν, ἥτε τοῦ νοσήματος ἀκμή, καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος δύναμις. εἶθ᾽, εἰ μὲν ἐγχωρεῖ μηδόλως τρεφόμενον ὑπερβάλλειν τὴν ἀκμήν, ἐν ἀσιτίαις φυλάττειν τὸν ἄνθρωπον· εἰ δὲ βραχείας τινὸς βοηθείας δέοιτο, τὸ μελίκρατον ἀρκείτω μόνον· εἰ δὲ ἔτι μείζονος ἢ κατὰ μελίκρατον, ὁ χυμὸς τῆς πτισάνης. εἰ δ᾽ οὐκ ἐγχωρεῖ τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος ὑπερβάλλειν, ἤτοι λεπτῶς διαιτώμενον, ἢ ἀσιτοῦντα, πειρᾶσθαι τρέφειν τοῦτον εὐθὺς ἐν τῇ τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ παρακμῇ. τινὰς δ᾽ αὐτῶν, ὡς εἴρηται, καὶ μέλλοντος εἰσβάλλειν, καὶ ἀρχομένου. ξηροὶ δ᾽ εἰσὶν οὗτοι καὶ θερμοὶ τὴν κρᾶσιν, ἤτοι γ᾽ ἐξ ἀρχῆς, ἢ καθ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον· ἀσθενεῖς τε τὴν δύναμιν ἐξ ἀνάγκης· οὐ γὰρ ἐνδέχεται ξηρὸν καὶ θερμὸν ἱκανῶς σῶμα πυρέξαι, ἐρρῶσθαι ταῖς δυνάμεσιν. εἰ μέντοι ποτὲ συνέλθοι φλεγμονὴ τοῖς τοιούτοις πυρετοῖς τε καὶ σώμασιν, ἐπικαίρου μορίου, τεθνήξονται πάντως· ἐθεάσω γὰρ ἡμᾶς καὶ τοῦτο προειπόντας μὲν ἀεί, ψευσαμένους δ᾽ οὐδέποτε. καὶ μᾶλλον εἰ πνεύμονος, ἢ τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος χιτῶνος, ἢ γαστρός, ἢ ἥπατος· ἀεὶ γὰρ ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι φλεγμοναί, μὴ ὅτι τοῖς οὕτως ἀσθενέσι τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσχυροτέροις αὐτῶν, ὀλέθριαι. καὶ μία σωτηρία πλευριτικοῖς τε καὶ περιπνευμονικοῖς, προσκείσθω δὲ καὶ συναγχικοῖς, ἡ ῥώμη τῆς δυνάμεως· ἔτι τε τούτων οὐδὲν ἧττον οἷς ἧπαρ, ἢ γαστὴρ ἐφλέγμηνεν. ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς αὐτῶν, ἥκιστα προσήκει τρέφειν· ὅσον δ᾽ ἐπὶ τῇ τῆς δυνάμεως ἀρρωστίᾳ, πολλάκις. ὥστ᾽ ἀναγκαῖον ἢ καταλῦσαι τὴν δύναμιν, ἢ τὰς φλεγμονὰς αὐξῆσαι. ταυτὶ μὲν οὖν, ἐπὶ πλέον ἴσως ἢ τοῖς ἐνεστῶσιν ἁρμόττει, λέλεκταί μοι, διεγνωκότι γε καὶ τοῦτο τὸ γράμμα, περὶ τῶν ἄνευ φλεγμονῆς διαλεχθῆναι πυρετῶν. ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ λόγου κοινωνίαν, ἐξέβην ἐφ᾽ ὅσον ἦν ἀναγκαῖον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Πῶς προφυλακτέον, μὴ ἐν αὐχμώδει ἕξει ὁ πυρετὸς εἰς ἑκτικὸν μεταβληθῇ· καὶ περὶ διπλῆς σήψεως τῆς θερμαινούσης τοὺς πυρετούς.

Αὖθις οὖν ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τοὺς τοῖς προειρημένοις πυρετοῖς συγγενεῖς, οὓς ὀνομάζειν εἰώθαμεν ἑκτικούς. ὁ γάρ τοι νεανίσκος, ὃν προέγραψα, τὸν ἑκτικὸν ἂν ἐπύρεξε πυρετόν, ὑπερβάλλειν ἀναγκασθεὶς τὴν θαυμαστὴν διάτριτον· εἴπερ γε μὴ φθάσας ἀπέθανεν ὑπὸ τῶν εἰθισμένων ἄνευ μεθόδου διαιτᾶν. ὑποκείσθω τοίνυν ἄλλος τις, ἅπαντα μὲν ἔχων τὰ αὐτὰ τῷ προειρημένῳ, τὴν δύναμιν δὲ ἰσχυρότερος εἰς τοσοῦτον, ὡς καὶ τὴν διάτριτον ὑπερβάλλων ἀντέχειν. ἀνάγκη τὸν τοιοῦτον οὕτω διαιτώμενον, ὡς διαιτῶσιν οἱ τὴν διάτριτον ὑμνοῦντες, εἰς τὸν

Me quoque sæpenumerò vidisti eos, qui ex repletione, & qui ex phlegmone laborarent, sub longa inedia tenuisse sic, vt prorsus ante septimum diem non cibarem, sed sola mulsa contentus essem, viribus scilicet valentibus. Quosdam eorum, quibus vires validæ non fuerant, aut stomachus biliosus, aut imbecillus, aut plus iusto sensilis, solo ptisanæ cremore vsque ad septimum diem traxi, quo morbus declinare debuerat, aut etiam omninò per crisin discuti. Sunto igitur tibi à primo statim die in omni ægro spectandi duo cibandi scopi, quos Hippocrates iussit, morbi summus vigor, & ægrotantis vires. Postea, si transiri summum incrementum sine omni cibo potest, in cibi abstinentia hominem seruabis; sin exiguum adminiculum requirat, abundè erit sola mulsa; quod si maius desiderat, quàm sit ex mulsa, ptisanæ cremor satis erit. At, si fas non est summum morbi incrementum, aut tenui victu, aut inedia transmitti, id agendum, vt homo statim in primæ accessionis declinatione cibetur. Aliquos verò (vt dictum est) & quum inuasura adhuc est, & quum incipit, *cibabis*. Sint porrò hi sicco temperamento, ac calido, aut à primo ortu, aut certè illo tempore, oportet; tum viribus necessariò imbecillis; neque enim fieri potest, vt abundè siccum calidúmque corpus, quum febricitet, viribus sit valentibus. Si tamen cum eiusmodi febre, ac corpore, principis partis phlegmone sit coniuncta, omninò æger morietur; (nam id quoque prædixisse me semper, nunquam verò falsum, ipse testis es.) Magísque id certum est, si pulmonis, vel membranæ costas succingentis, vel ventriculi, vel iecinoris *phlegmone sit*; etenim, quæ has partes phlegmonæ occuparunt, non modò iis, qui tam imbecillis sunt viribus, sed etiam ijs, qui valentiores ipsis sunt, mortiferæ esse solent. Vnaque salus, tum pleuriticis, tum peripneumonicis, adde etiam synanchicis, est ipsum virium robur; non secus verò, & quibus vel iecur, vel ventriculum phlegmone obsidet. Nam, quod ad phlegmonen quæ in ijs est partibus spectat, minimè planè est cibandum; quod ad virium infirmitatem, sæpè. Ita necessariò aut vires resoluentur, aut phlegmone augebitur. Atque hæc mihi latiùs fortassis, quàm pro re proposita, sunt dicta; quum præsertim hoc libro statuerim de febribus, quæ absque phlegmone infestant, disserere. Cæterùm tractationis conuenientia fecit, vt quatenus necessarium esset, digrederemur.

CAPVT VI.

Quo pacto præcauendum sit, ne febris in squalente habitu in hecticam pertranseat; ac de duplici putredine, quæ febres accendit.

Denuò igitur redeamus ad *febres* prædictis febribus congeneres, quas nominare hecticas solemus. Nam qui supra descriptus à me iuuenis est, hectica febre laborasset, si mirificam diatriton transigere fuisset coactus; nisi tamen priùs ab iis, qui absque methodo victus rationem ordinare consueuerunt, fuisset interemptus. Proponatur igitur alius quispiam, cui cum supradicto cætera quidem omnia sint eadem, vires tamen tanto sint valentiores, vt tridui inedia tolerata duret. Necesse est hunc, si modò ita cibetur, quemadmodum cibant, qui diatriton extollunt, in he-

in hecticam febrem incidere. Nam ij primum in quarto die ipsum cibarent, pòst in sexto, mox in octauo, & in decimo; quippe talis est (vt sæpè vidisti) eorum cibandi formula. Prima quidem cibatio post primam diatriton; reliquæ alternis diebus. Protinus autem (arbitror) & panimelle siccassent eius procordia; nam id quoque ex legibus eiusmodi medicorum est, siue phlegmone viscus aliquod laboret, siue secus. At quemadmodum quidem cibare ita laborantes, inter initia conueniat, supra est dictum; sed nihilo tamen secius nunc quoque summatim repetetur. Quoties vel ex lassitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigiliis, vel tristitia, vel longa inedia, vel vniuersis vnà (sicut in supra descripto iuuene) coeuntibus siccatum corpus est; ac febris inuasit, quæ & aridam reddat cutem, & igneum habeat calorem: vtique hunc hominem timor est febre hectica correptum iri, potissimùm æstate, ac cœli statu calido siccóque. Oportet autem, quam primũ ptisanæ cremore, & sorbitione ex alica nutritum, panéque post oblato, aquæ frigidæ potione ægrotũ cures; nam protinus extinguitur, ac cessat omninò febris, modò (vt dictum est) nec phlegmone aliqua ei sit adiuncta, nec putredo humorũ. Nã, si horum vtrumuis sit, attendere diligenter oportet, ac discernere, quo primum tẽpore aquam frigidam dare homini sit audendum. Ego enim talium quoque multis dedi, tutius esse ratus phlegmonas in præsens augere, quã sinere hominem hecticam febrem incurrere. Vbique igitur (vt semper dicere soleo) curatio dignotionẽ, prænotionémque consequitur. Siquidem, & dignoscat, quod præsens est, & prænoscat, quod ex eo futurum est, oportet, qui volet notabilis efficaciæ remedio vti. Si tamen magnum fore incommodum vel humorum putredini, vel phlegmonæ, conijcies, à frigida quidẽ danda abstinebis, refrigerantibus autẽ remediis quæ foris applicantur vteris, modò ea super os ventriculi, aut tota præcordia, modò super pectus imponẽs, vbi plurimũ subesse caloris maximè iudicabis. At dictũ est ita laborãtibus balnea quoque esse commoda; hoc est, iis, qui siccato plurimùm corpore sunt, & ex aliqua prædictarum causarum citra humorum putredinem febricitant. Monstratum verò nobis est in documentis de febribus, phlegmonas quoque propter putredinem humorum, qui in ipsis habentur, febres subsequi. Quocirca, quum dico interdum febribus, ex putredine accensis, tale quippiam conducere, vel non conducere, etiam eas, quæ à phlegmone *excitantur*, in communi putredinis genere comprehensas intelliges. Quum verò deinceps vtrásque nominare audieris, scias eas, quæ ex phlegmone, ab iis, quæ ex sola putredine ortum habent, tum discerni. Quæ nanque sit phlegmones affectus, tum in libro De inæquali intemperie, tum verò in eo, qui De tumoribus præter naturam *est inscriptus*, docuimus. Te tamen *de hoc* admonuisse nunc necessariũ est. Quum sanguis calidus copiosior in aliquam animalis partem procubuit, maiora eius vasa protinus distenduntur, quæ plenitudinem non ferunt; ab his deinceps, quæ minora sunt. Mox, vbi nec in iis satis continetur, exudat foras in ea ampla spatia, quæ inter vasa sunt, sic, vt etiam omnia quæ in composita carne habentur, loca occupet. Atque hæc quidem est phlegmones affectio. Possunt verò & sine hac in ipsis vasis humores

A ἑκτικὸν πυρετὸν ἐμπεσεῖν. ἔθρεψαν γὰρ δὴ αὐτὸν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν, εἶθ' αὖθις ἐν τῇ ἕκτῃ, κἄπειτα ὀγδόῃ τε, καὶ δεκάτῃ· τοιοῦτος γάρ τις ὁ τύπος τῆς διαίτης αὐτῶν ἐστιν, ὡς ἐθεάσω πολλάκις. ἡ μὲν πρώτη τροφὴ, μετὰ τὴν πρώτην διάτριτον· αἱ δ' ἄλλαι, παρὰ μίαν. εὐθὺς δ' ἂν, οἶμαι, καὶ δι' ἀρτομέλιτος ἐξηράναι αὐτοῦ τὰ ὑποχόνδρια· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ νόμου τῶν τοιούτων ἰατρῶν ἐστιν, εἴτε φλεγμαίνοι σπλάγχνον, εἴτε καὶ μή. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ὅπως χρὴ διαιτᾶν τοὺς οὕτω κάμνοντας, εἴρηται μὲν καὶ πρόσθεν· οὐδὲν δ' ἧττον ἐν κεφαλαίοις εἰρήσεται καὶ νῦν. ὅταν B ἤτοι γε ἐκ κόπων, ἢ θυμοῦ, ἢ φροντίδων πλεόνων, ἢ ἀγρυπνίας, ἢ λύπης, ἢ ἐνδείας μακρᾶς, ἢ καὶ πάντων ἅμα συνελθόντων, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ προγεγραμμένου νεανίσκου, ξηρανθέντος τοῦ σώματος, εἰσβάλλῃ πυρετὸς, αὐχμηρὸν μὲν ποιῶν τὸ δέρμα, πυρώδη δ' ἔχων τὴν θέρμην, ἐλπὶς μὲν δήπου τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, ἑκτικῷ ληφθήσεσθαι πυρετῷ, καὶ μᾶλλον ἐν θέρει, καὶ ἐν θερμῇ καὶ ξηρᾷ καταστάσει. χρὴ δὲ ὅτι τάχιστα διά τε πτισάνης χυλοῦ, καὶ τῶν διὰ χόνδρου ῥοφημάτων θρέψαντα, καὶ ἄρτου τι προσεπιδιδόντα, θεραπεῦσαι πόσει ψυχρᾶ τὸν κάμνοντα. σβέννυται γὰρ αὐτίκα, καὶ παύεται τελέως ὁ πυρετὸς, C ὅταν γε, ὡς εἴρηται, μήτε φλεγμονή τις αὐτῷ συνῇ, μήτε σῆψις χυμῶν. εἰ δέ γε τούτων τι συνεπιφαίνοιτο, προσέχειν ἀκριβῶς χρὴ, καὶ διακρίνειν, ἐν τίνι καιρῷ πρώτως τὸ ψυχρὸν ὕδωρ αὐτῷ δοῦναι τολμήσομεν. ἐγὼ γὰρ ἔδωκα πολλοῖς καὶ τῶν τοιούτων, ἄμεινον εἶναι νομίσας αὐξῆσαι τὰς φλεγμονὰς, τό γε παραυτίκα, τοῦ περιπεσεῖν ἀνέχεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἑκτικῷ πυρετῷ. πανταχοῦ τοίνυν, ὡς ἀεὶ λέγομεν, ἡ θεραπεία τῇ διαγνώσει τε καὶ προγνώσει συνέπεται. διαγνῶναι μὲν γὰρ χρὴ τὰ παρόντα, προγνῶναι δ' ἐξ αὐτῶν τὰ γενησόμενα, τὸν μέλ- D λοντα χρήσεσθαι βοηθήματι δραστηρίῳ. εἰ μὲν τοίνυν μεγάλην ἔσεσθαι στοχάζοιο τὴν βλάβην, ἤτοι τῆς σήψεως τῶν χυμῶν, ἢ τῆς φλεγμονῆς, ἐπισχεῖν μὲν τὴν δόσιν τοῦ ψυχροῦ· τοῖς δ' ἔξωθεν ἐπιτιθεμένοις ψυκτηρίοις ἰάμασι χρῆσθαι, ποτὲ μὲν ἐπὶ στόματι τῆς γαστρὸς, ἢ καθ' ὅλων τῶν ὑποχονδρίων, ἔστι δ' ὅτε καὶ κατὰ τοῦ θώρακος ἐπιτιθέντα, καθ' ἅπερ ἂν ἡγησώμεθα μάλιστα τὸ πλεῖστον εἶναι τῆς θέρμης. εἴρηται δ' ὅτι καὶ βαλανεῖα τοῖς οὕτω κάμνουσιν ἐπιτήδεια, τουτέστι τοῖς ἐξηρασμένοις μὲν ἰσχυρῶς τὸ σῶμα, πυρέττουσι δ' ἄνευ χυμῶν σηπεδόνος ἐπί τινι τῶν προειρημένων αἰτίων. ἐπιδέδεικται δὲ E ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ τῶν πυρετῶν λογισμοῖς, ὅτι καὶ ταῖς φλεγμοναῖς διὰ τὴν σηπεδόνα τῶν ἐν αὐταῖς χυμῶν, ἕπονται πυρετοί. διὰ τοῦτο οὖν, ὅταν εἴπω ποτὲ, τοῖς ἐπὶ σήψει πυρετοῖς, ἤτοι συμφέρειν ἢ μὴ συμφέρειν τόδε τι, καὶ τοὺς ἐπὶ φλεγμοναῖς ἀκούειν σε χρὴ περιλαμβανομένους ἐν τῷ κοινῷ γένει τῆς σηπεδόνος. ὅταν δ' ἐφεξῆς ἀλλήλοις ἀμφοτέρους ὀνομάζοντος ἀκούῃς μου, τοὺς ἐπὶ φλεγμοναῖς ἴσθι, τῶν ἐπὶ μόνῃ σήψει, τηνικαῦτα διορίζομένους. ὁποία γάρ τίς ἐστιν ἡ τῆς φλεγμονῆς διάθεσις, εἴρηται μὲν ἔν τε τῷ περὶ τῆς ἀνωμάλου F δυσκρασίας, κἂν τῷ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων. ἀναμνῆσαι δέ σε καὶ νῦν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅτι κατασκήψαντος αἵματος θερμοῦ πλείονος, εἰς τὸ τοῦ ζώου μόριον, ἐξαίρεται μὲν αὐτίκα τὰ μείζω τῶν ἀγγείων, μὴ στέγοντα τὸ πλῆθος· ἑξῆς δ' αὖθις τὰ σμικρότερα. κἄπειθ' οὕτως, ἐπειδὰν μηδ' ἐν τούτοις στέγηται, διιδροῦται πρὸς τοὐκτὸς εἰς τὰς μεταξὺ τῶν ἀγγείων εὐρυχωρίας, ὡς καὶ τὰς ἐν τῇ συνθέτῳ σαρκὶ χώρας ἁπάσας καταλαμβάνειν. αὕτη μὲν ἡ τῆς φλεγμονῆς διάθεσις. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ χωρὶς αὐτῆς ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγγείοις σήπεσθαί τινας

χυμοῖς, ἤτοι καθ' ἕν τι τοῦ ζώου μόριον ἐν τοῖς πέρασιν αὐτῶν σφηνωθέντας, ἢ καὶ καθ' ὅλας αὐτοῦ τὰς εὐρύτητας, ὁπόσαι μεταξὺ βουβώνων τέ εἰσι καὶ μασχαλῶν. ὅταν μὲν οὖν, ὡς ἐλέγομεν, ἄνευ σηπεδόνος, αὐχμώδει σώματι πυρέττειν συμβῇ, τὸ κεφάλαιον τῆς ἰάσεως ἐν τοῖς ὑγραίνουσι καὶ ψύχουσι βοηθήμασι τίθεσθαι χρή.

aliqui putrescere, aut in vna animalis parte in finibus ipsorum impacti: aut etiam in totis eorum capacitatibus, quæ inter inguina, & alas sunt, comprehensi. Quum igitur (ceu diximus) citra putredinem squallenti corpori febricitare contigerit, caput totius curationis in iis remediis, quæ refrigerent, & humectent, statuere oportet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ἐξ εἶναι τὰς τῆς ὕλης διαφοράς, αἷς τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν τοῖς ἑκτικοῖς πυρετοῖς ἐκπορίζονται.

Δύο δ' εἰσὶν αἱ τούτων ὕλαι κατὰ γένος αἱ πρῶται· μία μὲν ἐν τοῖς προσπίπτουσιν ἔξωθεν· ἑτέρα δὲ ἐν τοῖς εἴσω τοῦ σώματος λαμβανομένοις, ἃ δὴ καὶ προσφερόμενα καλοῦσιν. ἔξωθεν μὲν οὖν προσπίπτει, τό, τε περιέχον ἡμᾶς αὐτό, καὶ ὅσα δυνάμει φαρμάκων, ὑγραίνειν τε καὶ ψύχειν πεφύκασι, καὶ τρίτον πρὸς τούτοις, ὑδάτων γλυκέων λουτρά. τὰ δ' εἴσω τοῦ σώματος λαμβανόμενα, τά τε ἐσθιόμενα, καὶ τὰ πινόμενα, καὶ ὁ εἰσπνεόμενος ἀήρ ἐστιν. ἐκ τούτων χρὴ πειρᾶσθαι, τήν θ' ὑγρότητα καὶ τὴν ψύξιν ἐκπορίζειν τοῖς ἐν τῷδε τῷ λόγῳ προκειμένοις πυρετοῖς. ἀλλ' ἡ μὲν ψύξις ὡς ἂν ὑπὸ δραστηρίου ποιότητος γινομένη, ὀλιγοχρόνιός τ' ἐστί, καὶ σφαλερά· πολυχρόνιος δ' ἡ τῶν ἐξηρασμένων ἐπανόρθωσις ὑπάρχει δι' ὑγρότητος, ἧττόν τε σφαλερὰ τῆς διὰ ψύξεως. ἐπέλθωμεν οὖν ἐφεξῆς τὰς εἰρημένας ἓξ διαφορὰς τῆς ὕλης, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀρξάμενοι.

CAPVT VII.

Sex esse materiæ differentias, quibus frigus & humiditas hecticis febribus conciliantur.

AT duplex genere est harum rerum prima materia; vna eorum, quæ foris admouentur; altera, quæ intrò in corpus assumuntur, quæ sanè assumenda vocantur. Extrinsecus corpori incidunt, tum aër ipse nos ambiens, tum medicamenta quæcunque humectandi refrigerandíque vim obtinent; & tertium præter hæc, dulcis aquæ balneum. Intrò in corpus sumuntur, quæ eduntur, ac bibuntur, & inspiratus aër. Ab his generibus tentandum est propositis hoc loco febribus tum humiditatem, tum refrigerationem comparare. Verùm refrigeratio, quoniam per efficacissimam qualitatem inducitur, & parui temporis est, & periculosa; contra siccitatis per ea, quæ humectent, curatio, vt longi temporis est opus, ita minus est, quam refrigeratio, periculo exposita. Igitur dictas sex materiæ differentias deinceps iam examinemus, ab ambiente exorsi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Περὶ αἱρέσεως καὶ κατασκευῆς ἀέρος, τοῦ τοῖς ἑκτικοῖς πυρετοῖς προσήκοντος.

Τούτῳ τοίνυν, εὐκράτῳ μὲν ὄντι, χρηστέον ὡς ἔχει, μηδὲν περιεργαζομένους. εἰ δ' ἤτοι θερμὸν ἰσχυρῶς ἢ ψυχρὸν ὑπάρχοι, τῷ μὲν θερμῷ τοὐναντίον ἐπιτεχνᾶσθαι, καταγείους οἴκους, ψυχροτάτους τε καὶ εὐπνουστάτους ἐξευρίσκοντας, πρὸς ἄρκτον ἐστραμμένους, αὔρας τέ τινας ἡδείας αὐτοῖς μηχανωμένους· ἐνίοτε μὲν ἐξ εὐρίπων, εἰς οὓς καταρράουσιν ὕδατος κρουνοὶ πλείους· ἐνίοτε δ' ἐξ ἀγγείων εἰς ἀγγεῖα μεταρρέοντος ὕδατος ψυχροῦ. εὐθὺς δὲ τοῦτο καὶ ὑπνωτικὸν ὑπάρχει, ῥαίνοντάς τε συνεχῶς τὸν οἶκον ἀκραιφνεῖ ψυχρῷ, καὶ ῥόδα πολλὰ κατὰ τῆς γῆς ἐκχέοντας, ἢ ἀμπέλων ἕλικας, ἢ βάτων ἀκρέμονας, ἢ σχίνων κλῶνας, ἤ τι τῶν ἄλλων φυτῶν ὅσα ψύχει· λέλεκται δὲ ὑπὲρ αὐτῶν ἤδη καὶ πρόσθεν· εἴργοντας δὲ δηλονότι καὶ πλῆθος ἀνθρώπων εἰσιέναι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο θερμαίνει τὸν οἶκον. οὕτω μὲν τὸν θερμότατον ἀέρα πειρᾶσθαι ψύχειν, ἐν θέρει δηλονότι θερμῷ καὶ ξηρῷ συνιστάμενον· οὐ γὰρ ἂν χειμῶνί ποτε γένοιτο θερμότατος, ὥσπερ οὐδὲ ψυχρότατος ἐν θέρει. τὸν ψυχρὸν δὲ μετρίως μὲν ὑπάρχοντα τοιοῦτον, ἀγαπᾶν, καὶ δέχεσθαι, μηδὲν αὐτῷ ἐπιτεχνωμένους ἢ ἐξαλλάττοντας τὴν κρᾶσιν αὐτοῦ. ψυχρότατον δ' ὄντα, καθ' ὅσον μὲν εἰσπνεῖται, προσίεσθαι· ψύχει γὰρ ἰσχυρῶς τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ θέρμην· οὐ μὴν καθ' ὅσον ἔξωθεν γε ἅπτεται τοῦ κάμνοντος, πυκνοῖ γὰρ καὶ συνάγει τὸ δέρμα καὶ κωλύει τὰς ἀπορροὰς διαπνεῖσθαι τῶν σηπεδονωδῶν χυμῶν. διὰ μὲν γὰρ τοῦ πνεύμονος ἀραιοῦ σπλάγχνου, χαλεπὸν οὐδὲν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφικνεῖσθαι ῥᾳδίως, οὐ μόνην τὴν ποιότητα, ἀλλὰ καὶ

CAPVT VIII.

De eligendo, ac parando aere, qui hecticis febribus conueniat.

HIc igitur temperatus est, qualem se exhibet, vtiq; tali nobis est vtendus, nihil amplius de eo solicitis. Sin admodũ calidus est, vel admodũ frigidus, pro calido inducendus arte cõtrarius est, subterraneis inuentis domibus, quæ & frigidissimæ sint, & maximè perflatæ, & ad septentrionẽ versæ, tum auris quibusdam, quæ ipsis sint suaues, opera nostra paratis; aliàs ex euripis, in quo se deijciãt multi aquarũ fontes; aliàs aqua frigida de vasis in vasa transfusa. Iã hoc statim etiã somniferũ est. Præterea domo assiduè aqua, quæ prorsus frigida sit, aspersa; ac rosis plurimis humi fusis, aut vitiũ capreolis, aut ruborũ summitatibus, aut lentisci ramis, aut denique reliquarũ, quæ refrigerẽt, stirpium aliquibus, de quibus etiã priùs est dictũ. Turba quoque hominũ ingredi prohibita; nam ea quoq; domum calefacit. Atque ita quidem calidissimum aërem refrigerare, qui in æstate calida & sicca accidit, est tentandum; quandoquidem hyeme calidissimus esse non potest, sicuti nec frigidissimus æstate. At siquis modicè frigidus est, hoc esse contentos oportet, nihil aut machinantes, aut de temperie eius alterantes. Qui verò frigidissimus est, quatenus respirando attrahitur, admittendus est, nam calorem qui est in corde, admodum refrigerat; non tamen quatenus extrinsecus ægrum contingit, quippe id densat, cogítque cutim, ac putridorum humorum affluxum transpirare prohibet. Siquidem per pulmonem, quod rarum viscus est, difficile non est, vt tum qualitas ipsius, tum etiam substantia,

ad cor facilè perueniat; at per cutim, fieri nequit, vt eius vel qualitas, vel substantia, ad cor perueniat, vt potè prius densatam. Nam, quod in libris De simplicium medicamentorum facultatibus, de vehementer adstringentibus est dictum, id hîc quoque reuocari ad memoriam debebit, ac sciri, qui nimirum frigidus aer sit, hunc cutim densando, semper sibi ipsi viam præcludere. Scire tamen licet maius fore ex frigida inspiratione commodum, quàm ex cute densanda incommodum; præsertim cũ operimentis hanc calefacere licet. Porrò vtendum maximè eiusmodi aëre est in iis hecticis febribus, quibus primùm cor afficitur; vt si vẽtriculus primùm esset affectus, ipsi per comesta, & bibita esset succurrendum; huic enim illa quum integris adhuc viribus occurrunt, sicut cordi inspiratus aër. At iecinori ex inspirato *aëre* nulla certè vtilitas *accedit*; à comestis verò & bibitis minor planè, quàm ventriculo, cæterùm aliqua non obscurè aduenit. Communis autem omnium sanatio est per ea, quæ extrinsecus applicata refrigerant & humectant. Atque in his quidem visceribus magna ex parte hecticas tabidásque febres accidere contemplati sumus. Superueniunt tamen aliquando & pulmonum siccis, calidísque intemperiebus; attamen opportunum eiusmodi febribus id viscus non est, humidum laxúmque. Incidunt præterea & pectori, & mesaræo, & vesicæ, & ieiuno, & colo; interdum verò & vtero, & renibus. In septo verò transuerso marasmum non vidi, hecticam sanè febrem vidi, & hanc semel quidem planè absolutam, sæpè verò citiùs interimentem, quàm planè esset completa. Eiusmodi nanque affectum, & spirandi difficultas, & delirium excipere soleat; ex quibus magna ex parte priùs moriuntur, quàm hectica febris prorsus sit perfecta. Est autem eorum dignotio facillima, tum ex pulsus duritie; tum ex hypochondriis vt plurimùm reuulsis, tum ex difficultate spirandi, quæ illis est & inæqualis, & varia; vt plurimùm enim interdum paruum, & densum respirant; rursus aliquando manifestè spiritum tardant; dein subito, quemadmodum gementes respirarunt; vel duplicem spiritus intromissionẽ, quasi super inspirantes, vel duplicem foras missionem faciunt, veluti super expirãtes. Respirant verò hi sæpè & reliquo thorace toto, non sensibiliter modò, verùm etiam notabiliter, tum opertas scapulas attollentes; aliquando admodum raram, & magnã respirationem edunt, quum delirij malum præcipuè dominatur. Verùm præsentis instituti nõ est, vel laborantium partium notas, vel earum causas referre. Quare denuo ad curationes reuertamur; æstimemúsque, quas vires propositæ iam materiæ aduersus hecticas febres habeant. Sanè diximus iam nonnulla de aëre tum calido, tum frigido; qui præcipuè quidem est vtilis, quum, quod primùm afficitur, ipsum est cor; quanuis conferat & in reliquis febribus non parum, quandoquidem in his quoque, necesse est, cor similem intemperiem recipiat; citra quam nec marasmus, nec hectica febris nec reliquarum vlla febriũ consistere potest. Putet igitur etiam pulmones, vbi scilicet ij sunt, qui primùm patiuntur, plus cæteris omnibus refrigerantem aërem requirere.

A τὴν οὐσίαν αὐτοῦ· διὰ μέντοι τοῦ δέρματος, οὔτε τὴν ποιότητα δυνατὸν, οὔτε τὴν οὐσίαν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφικέσθαι, φθάνοντος πυκνοῦσθαι. ὃ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ῥηθὲν, ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶς στυφόντων, ἀναμνῆσαι χρὴ κἀνταῦθα, καὶ γνῶναι τὸν ἄγαν ψυχρὸν ἀέρα τὰς ὁδοὺς ἀποκλείειν ἑαυτῷ, τὸ δέρμα στεγνοῦντα ἀεί. μείζονα μέντοι γνωστέον ἐσομένην ἐκ τῆς ψυχρᾶς εἰσπνοῆς τὴν ὠφέλειαν, ἤπερ ἐκ τῆς τοῦ δέρματος πυκνώσεως τὴν βλάβην· καὶ μάλισθ᾽ ὅταν δι᾽ ἐπιβλημάτων οἷόν τε θάλπειν αὐτό. χρῆ-
B σθαι δ᾽ ἀέρι τοιούτῳ κατ᾽ ἐκείνους μάλιστα τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν, ἐν οἷς ἡ καρδία πάσχει πρώτως· καθάπερ γε καὶ εἰ ἡ γαστὴρ πρώτη ἐπεπόνθει, διὰ τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων βοηθεῖν αὐτῇ· ταύτῃ μὲν γὰρ ἐκεῖνα τὴν δύναμιν εἰλικρινῆ φυλάττοντα, προσπίπτει, τῇ καρδίᾳ δὲ, ὁ εἰσπνεόμενος ἀήρ. ἥπατι δὲ, ἐκ μὲν τῆς εἰσπνοῆς, οὐδὲν ὄφελος· ὠφελεῖται δ᾽ ἧττον μὲν τῆς κοιλίας, οὐ μὴν ἀμυδρῶς γε, διὰ τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων. κοινὴ δ᾽ ἁπάντων ἴασις ἡ διὰ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων ὑγραινόντων τε καὶ ψυχόντων. ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν τοῖς σπλάγχνοις, ὡς τὰ πολλὰ, τοὺς ἑκτι-
C κοὺς καὶ μαρασμώδεις ἐθεασάμεθα πυρετούς. ἐπιγίγνονται μὴν ἐνίοτε καὶ ταῖς τοῦ πνεύμονος ξηραῖς καὶ θερμαῖς δυσκρασίαις· ἀλλ᾽ οὐκ ἐπιτήδειον εἰς τοὺς τοιούτους πυρετοὺς τὸ σπλάγχνον, ὑγρὸν καὶ χαῦνον ὑπάρχον. ἐπιγίνονται δὲ καὶ θώρακι, καὶ μεσαραίῳ, καὶ κύστει, καὶ νήστει, καὶ κώλῳ, καί ποτε καὶ μήτρᾳ, καὶ νεφροῖς. ἐπὶ δὲ τῷ διαφράγματι, μαρασμὸν μὲν οὐκ εἶδον, ἑκτικὸν δ᾽ ἐθεασάμην πυρετὸν, ἅπαξ μὲν ἀκριβῶς ἀπεργασθέντα, πολλάκις δ᾽ ἀποκτείναντα, πρὶν ἀκριβῶς συμπληρωθῆναι. δύσπνοιά τε γὰρ ἕπε-
D ται, καὶ παραφροσύνη ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν, ἐφ᾽ αἷς ἀποθνήσκουσιν, ὡς τὰ πολλὰ, πρὶν ἑκτικὸν ἀκριβῶς γενέσθαι τὸν πυρετόν. ῥᾴστη δ᾽ αὐτῶν ἡ διάγνωσις τῇ τε σκληρότητι τοῦ σφυγμοῦ, καὶ τῷ τὸ ὑποχόνδριον ἐπὶ πλεῖστον ἀνασπᾶσθαι, καὶ τῷ δυσπνοεῖν ἀνώμαλόν τέ τινα καὶ πολυειδῆ δύσπνοιαν. ἐπὶ πλεῖστον μὲν γὰρ ἐνίοτε, σμικρὸν καὶ πυκνὸν ἀναπνέουσιν. αὖθις δ᾽ ἔστιν ὅτε βραδύνουσι σαφῶς. εἶτ᾽ ἐξαίφνης, ὥσπερ στενάζοντες, ἀνέπνευσαν· ἢ διπλῆν τὴν εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος, οἷον ἐπεισπνέοντες, ἢ διπλῆν τὴν ἔξω ποιοῦνται, καθάπερ ἐπεκπνέοντες. ἀναπνέουσι δὲ
E καὶ τῷ ἄλλῳ θώρακι παντὶ πολλάκις αἰσθητὸν καὶ μέγα, τὰς ὠμοπλάτας ἐξαίροντες· ἐνίοτε δ᾽ ἱκανῶς ἀραιὰν καὶ μεγάλην ποιοῦνται ἀναπνοὴν, ὅταν ἐπικρατῇ τὰ τῆς παραφροσύνης. ἀλλ᾽ οὐ πρόκειται νῦν λέγειν οὔτε τὰ γνωρίσματα τῶν πεπονθότων τόπων, οὔτε τὰς αἰτίας αὐτῶν. αὖθις οὖν ἐπὶ τὴν θεραπείαν ἴωμεν, ἐπισκοπούμενοι τῶν προκειμένων ὑλῶν τὰς δυνάμεις ὁποίας τινὰς ἔχουσιν ὡς πρὸς τοὺς ἑκτικοὺς πυρετούς. εἴρηται δὲ ἤδη περὶ ἀέρος οὐκ ὀλίγα, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ μάλιστα μὲν ὠφελοῦντος, ὅταν, ὡς εἰώθασιν ὀνομάζειν, ἡ καρδία πρωτοπαθῇ· βοηθοῦντος δ᾽ οὐκ ὀλίγον,
F οὐδ᾽ ἐν τοῖς ἄλλοις πυρετοῖς, ἐπεὶ κἀν τούτοις ἐξ ἀνάγκης ἡ καρδία παραπλησίαν ἀναδέχεται δυσκρασίαν. ἧς χωρὶς, οὐχ οἷόν τε μὴ ὅτι μαρασμὸν, ἢ ἑκτικὸν πυρετὸν, ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἄλλων μηδένα γενέσθαι. δῆλον οὖν ὅτι κἂν ὁ πνεύμων ποτὲ πάθῃ πρώτως, ἐμψύχοντος αὐτὸν ἀέρος δεήσεται τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θʹ.

Περὶ κατασκευῆς φαρμάκων, τῶν ἔξωθεν ἐπιβαλλομένων τοῖς ἑκτικοῖς.

Ἐφεξῆς δ' ἂν εἴη σκέψασθαι περὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιβαλλομένων φαρμάκων ὑγραινόντων τε καὶ ψυχόντων. ὅτι μὲν δὴ καὶ τούτων ἐκλεκτέα τὰ ψύχοντα χωρὶς τοῦ στύφειν ἰσχυρῶς, πρόδηλον παντί. πρὸς γὰρ τῷ μηδ' ὑγραίνειν τὰ τοιαῦτα, καὶ διικνεῖσθαι πρὸς τὸ βάθος, ἡ ψῦξις αὐτῶν ἀδυνατεῖ, συναγόντων τε καὶ σφιγγόντων τὸ δέρμα. κάλλιστα δ' οὐ μόνον ὅσα ψύχει χωρὶς τοῦ στύφειν, ἀλλ' εἰ καὶ τῇ συστάσει τοῦ σώματος εἴη λεπτομερῆ. τελεωτάτην μὲν οὖν εὑρεῖν οὐσίαν λεπτομερῆ καὶ ψυχρὰν ἀκριβῶς, ἴσως ἀδύνατον. ἀκριβῶς δ' εἶπον, ἐπειδὴ τὸ, πάντων ὧν ἴσμεν ψυχρῶν τῇ δυνάμει, λεπτομερέστατον τὸ ὄξος, ἔχει τινὰ μεμιγμένην ἑαυτῷ θερμότητα. καὶ μήν τοι καὶ ξηραίνει τὰ πλησιάζοντα σώματα κἂν ὑγρὸν εἴη κατὰ τὴν φαντασίαν. ὅθεν οὐδὲ μόνῳ αὐτῷ ποτε χρώμεθα πρὸς τὰς ὑγραίνεσθαί τε ἅμα καὶ ψύχεσθαι δεομένας διαθέσεις, ἀλλ' ὕδατι ψυχρῷ τοσούτῳ μιγνύντες, ὡς δύνασθαι πίνειν. ἀλλ' εἰ καὶ τὸ τελέως λεπτομερὲς, ἅμα καὶ ψυχρὸν σῶμα, μὴ δυνατὸν εὑρεῖν, ὅμως ἐκλέγεσθαι χρὴ τὰς ἐπιτηδειοτάτας ὕλας εἰς τὴν τοῦ τοιούτου σύνθεσιν φαρμάκου. λέλεκται μὲν οὖν ἐπὶ πλέον ὑπὲρ αὐτῶν, ἐν ταῖς περὶ τῶν φαρμάκων πραγματείαις. εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγον, ἕνεκα τοῦ γυμνάσασθαί σε καὶ κατὰ τοῦτο τὸ γένος, ἐν τοῖς κατὰ μέρος. ἄρξομαι δ' ἀπὸ τοῦ πάντων ἁπλουστάτου φαρμάκου τῶν ὑγραινόντων τε καὶ ψυχόντων, ᾧ καὶ κατὰ τῶν ἐρυσιπελάτων χρώμεθα, καὶ κατὰ τῶν ἐν αἰδοίοις φλεγμονῶν ἐν ἀρχῇ, πρὶν ὑποφαίνεσθαί τινα νομώδη σηπεδόνα. χρὴ δ' εἰς αὐτὸ προεσκευάσθαι κηρὸν ὡς κάλλιστον, πεπλυμένον. εἴη δ' ἂν κάλλιστος ὅ,τε Ποντικὸς ὁ λευκὸς, ὅ,τε ἐξ Ἀττικῶν κηρίων. ἔστω δὲ καὶ ῥόδινον ἐξ ἐλαίου, τοῦ καλουμένου πρός τινων μὲν, ὀμφακίνου, πρὸς ἄλλων δὲ, ὠμοτριβοῦς, ἐσκευασμένου χωρὶς ἁλῶν. ἄριστον δὲ εἶναι καὶ τοῦτο τὸ ἔλαιον ἀκριβῶς λεπτομερὲς, ὥσπερ τὸ Σαβῖνον. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ἄμφω μιχθέντα, τηκέσθω δι' ἀγγείου διπλοῦ, καὶ γινομένης ὑγρᾶς κηρωτῆς. ἔσται δὲ τοιαύτη, τριπλάσιον, ἢ τετραπλάσιον ἔχουσα τοῦ κηροῦ τὸ ῥόδινον. ἐπειδὰν δὲ αὕτη ψυχθῇ, μιγνύσθω ψυχθείσῃ κατὰ βραχὺ τοσοῦτον ὕδατος, ὅσον ἂν ἐν θυείᾳ μαλαττομένη σὺν αὐτῷ, δέξασθαι δύναιτο. χρὴ δὲ καὶ τὴν κηρωτὴν αὐτὴν ἱκανῶς ἐψῦχθαι, καὶ τὸ μιγνύμενον ὕδωρ αὐτῇ ψυχρότατον ὑπάρχειν. ἱκανῶς δὲ ψύξεις τὴν κηρωτὴν, ἐπειδὰν μετρίως παγῇ, καθεὶς εἰς ὕδωρ ψυχρότατον ὅλον τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ περιέχεται. μίξας δὲ εἰ βούλοιο καὶ ὄξους ὀλίγον, ἱκανῶς λεπτοῦ καὶ διαυγοῦς, ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον ὑγραῖνόν τε ἅμα καὶ ψῦχον ἐργάσῃ φάρμακον. οὐ χρὴ δ' ἀναμένειν ἐπικεῖσθαι κατὰ τοῦ σώματος αὐτὸ τοῦ κάμνοντος εἰς τοσοῦτον, ὡς θερμανθῆναι σαφῶς, ἀλλ' ὑπαλλάττεσθαι συνεχῶς. Ἄλλο φάρμακον. Ὀξαλίδος, ἢ ὀξυλαπάθου χυλὸς, ἀλφίτων λεπτῶν ὀλίγων μιχθέντων, ἀναλαμβανέσθω διπτύχῳ ῥάκει τριβακῷ, ψυχρὸν δ' ἱκανῶς ἐπιτιθέσθω καὶ τοῦτο. μὴ παρόντος δὲ τοιούτου ῥάκους, ὀθόνιον δίπτυχον ἀναδεύσας, ἐπιτίθει τῷ ψύχεσθαι δεομένῳ μορίῳ,

CAPVT IX.

De parandis medicamentis, quæ extrinsecus hecticis admouentur.

Sequitur iam, vt de iis medicamentis agam, quæ extrinsecus admota humectent, & refrigerent. Porrò horum quoque ea deligenda esse, quę citra vehementem adstrictionem refrigerent, neminem latet. Talia enim præterquam quod nõ humectant, etiam demittere frigiditatem suam altè non valent, propterea, quòd cutim cogunt, ac coarctant. Optima verò sunt, quæ non modò citra adstrictionem refrigerant, sed etiam corporis substantia sunt tenui. Ac quæ quidem absolutissimè tenuium partium sit, substantiam exactè frigidam inuenisse fortasse non est. Dixi, exactè, propter acetum, quod cum omnium, (quæ nouimus) potestate refrigerantium, planè tenuissimarum sit partium, admixtam sibi aliquam caliditatem habet. Præterea corpora quæ contingit siccat, quanuis ad imaginationem sit humidum. Quo fit, vt ad eos affectus, quos humectari & refrigerari expedit, solo eo non vtamur, sed tanto aquæ frigidæ admixto, vt possit bibi. Cæterùm, quanquam corpus, quod absolutè tenuium partium sit, & simul frigidum, inuenire non est, attamen deligi materias oportet, quæ ad eiusmodi medicamenti compositionem maximè sint idoneæ. Ac dictum quidem latiùs de his est in opere de medicamentis. Dicetur autem in exemplis nonnihil & nunc, quò in hoc quoque genere particulatim sis exercitatus. Incipiam autem ab eo medicamento, quod omnium quæ humectent, ac refrigerent, est simplicissimum; quo etiam aduersus erysipelata vtor, & phlegmonas in pudendis, inter initia, priusquàm depascẽs aliqua subindicetur putredo. Debebit autem ad id præparata esse cera quam optima, & elota. Sanè optima fuerit, vel alba pontica, vel quæ ex Atticis sit fauis. Esto autem, & rosaceum, quod ex oleo fit, à nõnullis vocato omphacino, ab aliis crudo, quòdque citra salem sit confectum. Maximè verò ad rem pertinebit, si & ipsum oleum tenuium prorsus sit partium; cuiusmodi sabinum est. Quum vti voles, ambo mixta liquator in vase duplici; factóque humido cerato, (cuiusmodi scilicet erit, quod triplum, aut quadruplum ad ceram rosaceum habet) postquàm ipsum fuerit refrigeratum, miscetor ei paulatim in mortario tantum aquæ, quantũ in se, dum cum ea mollitur, accipere possit. Expedit autem, & ceratum ipsum priùs admodum esse refrigeratum; atq; etiam, quæ huic admiscebitur, aquam esse frigidissimam. Abundè autem ceratum refrigerabis, si quum modicè coiuit, totum vas, in quo continetur, in aquam frigidissimam demittas. Quòd si aceti quoque admodum tenuis, ac clari paululum adijcere velis, magis adhuc tum refrigerans, tum humectans medicamẽtum efficies. Non debebit autem medicamentum hoc eò vsque super ægrum corpus manere, dum manifestè incaleat, sed assiduè mutari. Aliud medicamentum. Oxalidis, aut oxylapathi succus cum pauca tenui polenta mixta excipiatur duplicato panniculo detrito, affatimque frigidum, & ipsum imponatur. Quòd si eiusmodi panniculi occasio non sit, tum linteum duplicatum, & madefactum refrigerandæ parti impones; quin-

quinetiam portulacæ, & semperuiui, & vuæ immaturæ succus, similiter polentæ miscentur. Ad hæc lens palustris, & viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, & alia quæcunque refrigerare est dictũ cum tenui polenta. Præterea sine polenta licet integris herbis tunsis vti. Iam verò, quòd epithema ex pinguibus fit palmulis, quas patetas, *id est, calcatas* vocant, salutare medicamentum est. Porrò coquere oportet harum carnem, omni membranoso exempto, aliàs ex solo claro aceto; aliàs & aqua ipsi admixta; atque hac, vbi tenera satis reddita est, tunsa vti. Quòd si dura crassitudine tibi appareat, præstiterit præscripti aliquid admiscuisse cerati. Quòd si rosacei quidpiam dictorum singulis aliquando miscere volueris, nihilo inutilius medicamentum habebis; esto autem, quod admiscetur, tum minimum, tum & simplex, & perfrigidum, & quod factum ex oleo sit salis experte. Sanè, quoties simplex rosaceum, aut quid aliud id genus dico, quod sine aromatis est confectum, te intelligere oportet. Est verò salutare ad talia medicamentum, & rosarum succus frigidus, vnà cum polenta. Salutares verò sunt, & ipsæ *rosæ* tunsæ; præterea stirpium moderatè adstringentium germina trita; sic verò vti aliquando licet, & herbis mediocriter adstringentibus, veluti solano. Verùm eiusmodi medicamentorum materiam in alio opere reddidimus vniuersam; nunc abundè pro exemplis sunt iam dicta. Porrò vtendum his est, non (vt vulgus facit) toti impositis thoraci, aut toti ventri, imò illi maximè, quod primò est affectum. Neque enim necessum est, vt aut cum eo, quod refrigerari valenter desiderat, etiam id refrigeres, quod prorsus non desiderat; aut ante iustum tempus refrigerare desistas, timens vicinam aliquam partem lædi. Ego nanque hominem scio, qui imposito hypochondriis refrigerante medicamento, difficultate statim spirandi laborarit; alterum verò, qui protinus tussierit; atque paulo post vtrique finitum symptoma, vbi quod refrigerauerat, est ablatum. Quòd si adeo strenuè refrigerare non studueris, habes, quæ id modicè efficiant, emplasticorum medicamentorum, ac cerati speciem referentium magnam copiam, quorum non materiæ modò facultates, sed etiam compositionis methodum didicisti.

καὶ μὴν δὴ καὶ ὁ τῆς ἀνδράχνης, καὶ ὁ τοῦ ἀειζώου χυλὸς ἅμα τῷ τῆς ὄμφακος, ὁμοίως ἀλφίτοις μίγνυται. πρὸς δὲ τούτοις δ' ἔτι φακὸς ὁ ἀπὸ τῶν τελμάτων, καὶ τριβόλου χλωροῦ, καὶ πολυγόνου, καὶ θριδακίνης, καὶ σέρεως χυλὸς, ὅσα τ' ἄλλα ψύχειν ἐλέχθη σὺν ἀλφίτοις λεπτοῖς πάντα. καὶ χωρὶς δ' ἀλφίτων, ὅλας τὰς πόας ἔξεστι λεοῦντα, χρῆσθαι. καὶ μὴν δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν φοινίκων ἐπίθεμα τῶν λιπαρῶν, ὀνομάζουσι δ' αὐτοὺς πατητοὺς, ἀγαθὸν φάρμακον. ἕψειν δὲ χρὴ καὶ τούτων τὴν σάρκα, τὸ ὑμενῶδες ἅπαν ἐξαιροῦντα, ποτὲ μὲν δι' ὄξους μόνου διαυγοῦς, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὕδατος αὐτῷ μιγνύντα· τακερᾶς δ' ἱκανῶς γενηθείσης, λεοῦντα χρῆσθαι. σκληρὸν δ' εἰ φαίνοιτό σοι κατὰ τὴν σύστασιν, ἄμεινον μιγνύναι τῆς προγεγραμμένης κηρωτῆς. εἰ δὲ καὶ ῥοδίνου ποτὲ τῶν εἰρημένων ἑκάστῳ μίξαι βουληθείης, οὐδὲν ἔσται σοι χεῖρον τὸ φάρμακον· ἔστω δὲ ὀλίγιστόν τε τὸ μιγνύμενον, καὶ ἁπλοῦν, καὶ ψυχρὸν ἱκανῶς, καὶ ἐξ ἐλαίου γεγονὸς, ἅλας οὐκ ἔχοντος. ἁπλοῦν δ' ὅταν εἴπω ῥόδινον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἀκούειν σε χρὴ, τὸ χωρὶς τῶν ἀρωμάτων ἐσκευασμένον. ἀγαθὸν φάρμακον εἰς τὰ τοιαῦτα, καὶ ὁ τῶν ῥόδων χυλὸς, ἅμα τοῖς ἀλφίτοις ψυχρός. ἀγαθὸν δὲ καὶ αὐτὰ λεωθέντα· καθάπερ οὖν καὶ αἱ λεῖαι βλάσται τῶν μετρίως στυφόντων φυτῶν· οὕτω δ' ἐστὶν ὅτε καὶ βοτάναις χρῆσθαι μετρίως στυφούσαις δυνατὸν, ὥσπερ τῷ στρύχνῳ. ἀλλ' ἡ μὲν τῶν τοιούτων φαρμάκων ὕλη, δι' ἑτέρας πραγματείας εἴρηται πᾶσα· νῦν δ' ἀρκεῖ τὰ λελεγμένα παραδείγματος ἕνεκα. χρῆσθαι δ' οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ καθ' ὅλου τοῦ θώρακος ἢ συμπάσης τῆς γαστρὸς, ἀλλὰ κατ' ἐκείνου μάλιστα τοῦ πρώτως πεπονθότος. οὐδὲ γὰρ ἀναγκαῖον ἢ, σὺν τῷ ψύχεσθαι σφοδρῶς δεομένῳ, ψυχθῆναί τι τῶν οὐχ ὁμοίως δεομένων· ἢ θᾶττον τοῦ δέοντος παύσασθαι, δεδιότα βλάψαι τι τῶν γειτνιώντων. ἐγὼ γοῦν οἶδα κατὰ τῶν ὑποχονδρίων ἐπιτεθέντος ποτὲ ψύχοντος φαρμάκου, παραχρῆμα δυσπνοήσαντα τὸν ἄνθρωπον· ἄλλον δ' αὐτίκα βήξαντα, καὶ μικρὸν ὕστερον ἑκατέρῳ παυσάμενον τὸ σύμπτωμα, τοῦ ψύχοντος ἀρθέντος. μὴ βουλομένῳ δέ σοι γενναίως ψύχειν, οὐκ ὀλίγον ὑπάρχει πλῆθος ἐμπλαστῶν φαρμάκων κηρωτοειδῶν, μετρίως ψυχόντων, ὧν οὐ μόνης τῆς ὕλης τὰς δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τῆς συνθέσεως ἔμαθες τὴν μέθοδον.

CAPVT X.

De balneorum partibus, ipsorúmque facultate, ac qua ratione hectica febre laborantes sint in balneum ducendi.

VErùm ego, quum iam sentiam mensuram præsentis instituti me excedere, ad ea, quæ tractationis series proxima exhibet, conuertar. Proximè verò se à iam dictis exhibet consideratio de balneo, tum ipsius rei causa, tum vel magis propter Philippum, qui *hecticis* marcescentibus, ipsum noxium putat. Ego igitur tum de cunctis balneorum facultatibus, tum iis etiam quæ hecticis & marasmo laborantibus, vel (vt absolutè loquar) omnibus prosunt, in hoc maximè libro, quid sentiam, explicabo. Memini nanque me, & suprà in diariis febribus illa laudare; & in septimo huius operis libro, in iis qui propter siccam ventriculi intemperiem cruditate laborabant, atq; extenuati erant, sæpè vtẽda iubere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Περὶ βαλανείων μερῶν, καὶ αὐτῶν δυνάμεως, καὶ πῶς τοὺς ἑκτικῷ πυρέττοντας δεῖ ἀγαγεῖν εἰς τὸ βαλανεῖον.

ΕΓὼ δ' αἰσθανόμενος ὕστερον, τὸ μέτρον ἤδη τῆς προκειμένης πραγματείας ἐκπίπτων, ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου μεταβήσομαι. συνεχὴς δ' ἐστὶ τοῖς εἰρημένοις, ἡ περὶ βαλανείου σκέψις, αὐτοῦ τε τοῦ πράγματος ἕνεκα, ἔτι τε μάλιστα, ἐπεὶ Φίλιππος ἡγεῖται βλάπτειν αὐτὸ τοὺς μαραινομένους. ἐγὼ τοίνυν ἣν ἔχω γνώμην περί γε τῆς δυνάμεως ἁπάσης τῶν βαλανείων, καὶ περὶ τῆς εἰς τοὺς ἑκτικοὺς καὶ μαρασμώδεις, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπαντας, ἐν τῷδε τῷ λόγῳ μάλιστ' ἂν διέλθοιμι. μέμνημαι γὰρ ὅτι καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν ἐπῄνουν αὐτά· καὶ κατὰ τὸν ἕβδομον λόγον ἐπὶ τῶν κατὰ ξηρότητα δυσκρασιῶν τῆς γαστρὸς ἀπεπτούντων τε καὶ λεπτυνομένων, ἐκέλευον χρῆσθαι πολλάκις.

οὐ μὴν περί γε τῆς συμπάσης δυνάμεως ἐν ἑτέρῳ τινὶ λόγῳ διῆλθον, ἀλλ' εἰς τοῦτον ἐφύλαξα, καθ' ὃν ἀγωνιστικωτέρα μάλιστά ἐστιν ἡ χρῆσις αὐτοῦ, καὶ τὸν Φίλιππον ἔχει κωλύοντα. δέδεικται μὲν οὖν ἤδη καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς τῶν ἑλκῶν ἰάσεως, ἡ αἰτία τῆς ἀγνοίας τῶν καθ' ἕκαστον πάθος οἰκείων σκοπῶν· εἰρήσεται δ' οὐδὲν ἧττον καὶ νῦν, εἴς τε τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα, χρήσιμος ὑπάρχουσα. μιᾶς μὲν γὰρ ἐν τῷ σώματι διαθέσεως οὔσης, εἰ καὶ μὴ τῷ λόγῳ, τῇ πείρᾳ γοῦν, εὑρεῖν οὐ χαλεπὸν αὐτῆς ἐστι τὴν ἴασιν· ἐπιπλεκομένων δὲ δυοῖν ἢ τριῶν, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐναντιωτάτων ἀλλήλοις δέωνται βοηθημάτων, ἀδύνατον μὲν εὑρεῖν τῇ πείρᾳ τὸ ποιητέον, οὐ ῥᾴδιον δ' οὐδὲ τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ καὶ τὴν οὐσίαν ἑκάστης τῶν διαθέσεων, ἀκριβῶς χρὴ γνῶναι· καὶ τὴν οἰκείαν τῆς θεραπείας ἐφ' ἑκάστης αὐτῶν ἔνδειξιν λαβεῖν, ἥν τινά τε χρὴ προτέραν τῶν ἄλλων ἢ μᾶλλον, ἥν τινα δ' ἧττον, ἢ δευτέραν, ἢ τρίτην ἰάσασθαι. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν, οὔθ' ὅτι πυρετῶν ἢ πυρετοῖ, συμπάντων ἐστὶν ἴδιον ἴαμα τὸ ψυχρόν, εἴτε οὖν κατ' ἐνέργειαν, εἴτε κατὰ δύναμιν εἴη τοιοῦτον, ἐγνώσθη τῷ πλήθει τῶν ἰατρῶν· οὔθ' ὅτι κατὰ συμβεβηκὸς ἕτερα πολλὰ πέφυκε ψύχοντα, πυρετῶν γίνεσθαι βοηθήματα. περὶ ὧν εἴρηται μὲν ἤδη τι κἀν τοῖς ἔμπροσθεν, εἰρήσεται δὲ κἀν τοῖς αὖθις. ἔνια γὰρ τῶν βοηθημάτων ἐπιπεπλεγμένην τέ πως ἔχει καὶ διττὴν δύναμιν, ὡς καὶ πρώτως ὀνινάναι, καὶ κατὰ συμβεβηκός, οἷόν περ ἐστὶ καὶ τὸ λουτρόν. ἡ μὲν γὰρ πόσις τοῦ ψυχροῦ, καθ' ἑαυτὴν μὲν ὀνίνησιν, ἐνεργείᾳ ψύχουσα· χυλὸς δ' ὄμφακος, τῇ δυνάμει ψυκτικὸν φάρμακον. ταυτὶ μὲν οὖν ἀμφότερα ψύχει πρώτως, ὅπερ ἐστὶ καθ' ἑαυτά, διὰ μέσου μηδενός· αἵματος δ' ἀφαίρεσις, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν, ἐπὶ τῶν συνόχων καλουμένων πυρετῶν, οὐκέτι πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἰᾶταί ποτε τὰς θερμὰς δυσκρασίας. ὡσαύτως δὲ καὶ κλυστήρ, καὶ κάθαρσις, ἐπιβροχή τε, καὶ κατάπλασμα διαφορητικόν, ἢ πεπτικόν. ἑκατέρας δὲ τὰς δυνάμεις ἔχει, συλλαβὸν ἐν ἑαυτῷ τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ λουτρόν, ὡς ἂν οἶμαι σύνθετον ὑπάρχον ἐκ διαφερόντων ταῖς δυνάμεσι τῶν ἑαυτοῦ μερῶν. εἰσελθόντες μὲν γὰρ ὁμιλοῦσιν ἀέρι θερμῷ· μετὰ δὲ ταῦτα, εἰς ὕδωρ εἰσίασι θερμόν· εἶτ' ἐξελθόντες, εἰς ψυχρόν· εἶτ' ἀπομάττονται τὸν ἱδρῶτα. δύναται δὲ τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῦ μέρος θερμῆναί τε [147] δι' ὅλου τοῦ σώματος, καὶ χέαι τὰς ὕλας· ὁμαλῦναί τε τὰς ἀνωμαλίας· ἀραιῶσαί τε τὸ δέρμα, καὶ κενῶσαι πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν ὑπ' αὐτοῦ [148] κατεχομένων. τὸ δὲ δεύτερον, ὅταν ἐπὶ ξηρᾷ διαθέσει τοῦ σώματος αὐτῷ τις χρῆται, νοτίδα χρηστὴν ἐνθεῖναι τοῖς στερεοῖς τοῦ ζώου μορίοις. ἡ δὲ τρίτη μοῖρα τῶν λουτρῶν, ἐπειδὰν τῷ ψυχρῷ τύχωμεν χρώμενοι, ψῦξαί τε σύμπαν τὸ σῶμα, καὶ πυκνῶσαι τὸ δέρμα, καὶ ῥῶσαι τὰς δυνάμεις. τὸ δὲ τέταρτον, ἐκκενῶσαι δι' ἱδρώτων τὸ σῶμα χωρὶς τῆς ἐκ τοῦ ψύχεσθαι βλάβης. ταῦτ' οὖν δυναμένου περὶ τὸν ἄνθρωπον ἐργάζεσθαι πάντα τοῦ τῶν ποτίμων ὑδάτων εὐκράτου λουτροῦ, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, φρίκας τε, καὶ πυκνώσεις τοῦ δέρματος, ὅταν ἀκαίρως λούσωνται, πειρατέον ἐφεξῆς διορίσαι πάντα, περὶ πρώτων ἐκείνων τὸν λόγον ποιησαμένους, ὅσοι φρικώδεις γίγνονται λουόμενοι. μία μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐστιν, ἢ ὡς ἂν εἴποι τις, αἰτία συνεκτικὴ τοῦ γινομένου συμπτώματος· ἄλλαι δ' ἐκείνης πλείους προηγοῦνται. τὴν μὲν δὴ τὸ φρίττειν ἐργαζομένην αἰτίαν, εἶναί φημι, κίνησιν ἀθροωτέραν τῶν δακνωδῶν περιττωμάτων. ὅθεν οἷς ταῦτα μὲν πολλά, πυκναὶ δ' αἱ σάρκες,

Cæterùm de vniuersis eorum facultatibus alio libro disserui; sed in hunc seruaui; vbi & de iis agitur, quibus efficacissimus eorum est vsus, & quibus Philippus ea interdicit. Atque priùs quidem, vbi de vlcerum curatione egimus, indicata causa est, cur proprij cuiusque morbi scopi sint ignorati; dicetur autem nihilo secius, & nunc, tum ad ea, quæ nunc paramus, tum ad ea, quæ dicenda sunt, vtilis. Quum enim vnus in corpore affectus sit, eius curationem inuenire, si non ratione, certè experientia, haud difficile est; vbi verò complicati duo trésve sunt, præsertim, quũ maximè contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit, vt experientia, quod agendum sit, inueniatur; imò nec facilè ratione. Siquidem & substantiam cuiusque affectus ad vnguem nouisse oportet; & propriam curationis indicationem à quoque affectu cepisse; præterea quem primum omnium, aut magis; quem rursum minus, aut secundo, tertióve loco curare conueniat. Hæc igitur causa est, cur vulgo medicorum ignotum sit, & quod febrium omnium, quà febres sunt, proprium remedium refrigeratio sit, siue ea talis actu sit, siue potestate; & quòd alia multa ex accidenti refrigerantia, febrium sint remedia. De quibus, & dictum nonnihil in præcedentibus est, & in sequentibus dicetur. Quædam nanque remedia complicatam quodammodo duplicémque facultatem habent, ita vt & prima ratione proficiant, & ex accidente; quod genus, & balneum est. Nam frigidæ potio per se quidem proficit, vtpotè actu refrigerans; sucus autem vuæ immaturæ potestate refrigerans medicamentum est. Atque hæc quidem ambo refrigerant primùm, id est per se ipsa, nec intercedente alio; at sanguinis detractio (veluti priùs indicauimus in febribus continentibus vocatis) non primùm, sed ex accidenti calidam aliquando intemperiem sanat. Ad eundem modum, & clyster, & purgatio, & perfusio, & cataplasma discutiens, aut concoquens. Vtranque verò facultatem in se comprehensam habet propositum nunc in sermone balneum, vtpotè ex partibus varia facultate præditis compositum. Quippe ingredientes in aëre versantur calido; postea in aquam calidam descendunt; mox ab hac egressi, in frigidam; postremò sudorem detergunt. Potest autem prima eius pars tum totum corpus *æqualiter* calefacere, tum materias liquare; præterea, quæ inæquabilia sunt, æquare; & cutim rarefacere, & multa, quæ sub hac antè detinebantur, vacuare. Secunda eius pars, vbi quis in sicco corporis affectu ea vtitur, potest madorem vtilem solidis partibus immittere. Tertia balnei pars potest, vbi quis frigida vtitur, & totum corpus refrigerare, & cutem densare, & vires firmare. Quarta verò, corpus per sudores citra refrigerationis noxam vacuare. Ergo, quum hæc omnia circa hominis corpus efficere valeat dulcis aquæ temperatum balneum, & præter hæc etiam, siquis intempestiuè lauetur, tum horrores, tum cutis densitatem, tentandum nobis est omnia deinceps distinguere, ac primùm de illis sermonem facere, qui quum in balneo se lauant, horrore tentantur. His enim vnà (vt sic dicam) continens excitati symptomatis causa est; aliæ quæ hanc præcedunt, multæ. Sanè horroris causam esse dico mordentium excrementorum confertim actorum citatiorem motum. Proinde, quibus horum est abundantia, caro verò,

ac cutis densæ, siue balneum sint ingressi, siue steterint in Sole, siue quoquo modo vel gestati, vel perfricti, vel exercitati, vehementiùs sint dimoti, vtique iis horror incidit. Contra, quibus hæc pauca sunt; & corporis habitus, vt laxetur, rarefiátque à balnei calore, promptus; ij non modò non horrent, sed etiam meliores redduntur, excrementis *per id* vacuatis. Quò rationabilius nec in febrilis significationis principio, nec in incremento quisquam ægrotantem lauit; quippe densata est hoc tempore coarctatáque & cutis ipsa, & quæ sub hac habetur carnea substantia. At in febris declinatione, vel incipiente, vel procedente, vel amplius progressa, & nos sæpè, & alij medici nonnulli multos sæpenumerò ægrotos lauantes, non parum his contulimus. Porrò, quando declinatione incipiente, aut iam progressa, aut etiam in summo incremento (interdum enim id quoque accidit, tametsi rarò) æger in balneum sit ducendus, in sequentibus definiemus. Nunc, quum de generali facultate singularum balnei partium disserere institui, vnum omnium primum exponam, dicóque multos eorum, qui cruditate laborant; plures verò eorum, in quibus mordentium excrementorum abundantia subest; omnes præterea, qui vel in febrili significatione, vel in ascensu; etiam omnes, qui in summo sunt incremento, præter admodum paucos, siue hi sint in balneum ingressi, siue steterint in calido Sole, siue exercitationes, frictiones, gestationésve tentauerint, meritò horrescere; singula nanque dictorum confertim, & impetu agi excrementa subigunt. Quum igitur tam adhuc densa lauantis cutis sit, vt ad primum ambientis aëris occursum nequeat naturalem suum habitum recipere, sed maiore ad id temporis spatio indigeat, excrementa verò foras versus ruant vniuersa, & retineri illic ea est necesse, & quà sub cute sunt aceruata, & quà per carnes feruntur, mordere. Porrò in libris de causis symptomatum indicauimus, mordentia excrementa, vbi per sensibilia corpora feruntur, tum rigores, tum horrores excitare. Ergo quamobrem horreant in balneis omnes ante dicti, iam causas inuenimus. Pari modo, & cur non horreant, quibus aut nullum est in corpore excrementum mordens, aut tantillum, vti facilè vacuetur. Ergo de his deinceps loquamur, propter quos etiam de iis, qui horrent, meminimus. Siquis enim balneum ingressus non inhorruit, sed laxata est illi rarefactáque cutis, huic planè necessariò prædicta succedent, excrementorum vacuatio, æqualis per totum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tensorum laxatio, densatorum fusio. Ac vacuatio quidem excrementorum omni febri est vtilissima; pari modo, & rarefactio, & laxatio; fusio tamen, & calor non item. Sed calor omni febri est inimicus; nam refrigerari, non calefieri febrium affectus postulat. At fundi æqualiter, id solidis quidem animalis partibus non est alienum; humoribus certè non perpetuò est vtile, sed quoties in animali, vel phlegmone quæpiam, vel affectus phlegmonæ similis constitit, vel vtrauis abundantia, siue ea, quæ ad vires confertur, siue ea, quæ ad vasorum capacitatem, omnium profectò inimicissimum. Ac phlegmonæ quidem, quũ calefacti, & liquati humores ad ipsas confluunt, augentur. Tunicæ verò vasorum impares abundantiæ, quæ iam ex liquatione spiritu est impleta, distenduntur; ac vires hoc ipso malè afficiuntur.

A ἢ τὸ δέρμα, φρίττουσιν, ἄν τε εἰς βαλανεῖον εἰσέλθωσιν, ἄν τε ἐν ἡλίῳ στῶσιν, ἄν τε κινηθῶσιν ὁπωσοῦν σφοδρότερον ἤτοι δι' αἰωρήσεων, ἢ τρίψεων, ἢ γυμνασίων. 149 οἷς δ' ὀλίγα ταῦτ' ἐστὶ, καὶ ἡ τοῦ σώματος ἕξις, ἑτοίμη χαλασθῆναι, καὶ ἀραιωθῆναι πρὸς τὰς ἀμφ' αὐτὸ θερμασίας, οὐ μόνον οὐ φρίττουσιν, ἀλλὰ καὶ βελτίους γίγνονται κενουμένων τῶν περιττωμάτων. Εἰκότως τοίνυν οὔτ' ἐν τῇ τῆς ἐπισημασίας ἀρχῇ τις ἔλουσεν ἄρρωστον, οὔτ' ἐν ἐπιδόσει· πεπύκνωται γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, καὶ πεπίληται τὸ δέρμα, καὶ ἡ ὑποκειμένη μετ' αὐτὸ σαρκώδης οὐσία. B κατὰ δὲ τὰς παρακμὰς ἤτοι γε ἀρχομένας, ἢ προϊούσας, ἢ προελθούσας ἐπὶ πλέον, ἡμεῖς τε πολλάκις, ἄλλοι τέ τινες ἰατροὶ, πολλοὺς τῶν καμνόντων λούσαντες, ὠφελήσαμεν οὐ σμικρά. πότε μὲν οὖν χρὴ, τῆς παρακμῆς ἀρχομένης, ἢ προελθούσης, ἢ καὶ κατὰ τὴν ἀκμὴν, ἐνίοτε καὶ γὰρ καὶ τοῦτο συμβαίνει ποτὲ σπανίως, ἐπὶ τὸ βαλανεῖον ἀπάγειν, ἐν τοῖς ἑξῆς διοριοῦμεν. νυνὶ δὲ, ὑπὲρ τῆς καθόλου δυνάμεως ἑκάστου τῶν μερῶν τοῦ λουτροῦ διελθεῖν προθέμενος, ἓν τὸ πρῶτον πάντων δίειμι, καὶ φημὶ πολλοὺς μὲν καὶ τῶν ἀπεπτησάντων, ἔτι δὲ πλείους, οἷς πλῆθος ἐστὶ δακνωδῶν περιττωμάτων, ἅπαντάς τε τοὺς ἐν ἐπισημασίαις, C ἢ ἀναβάσεσι, καὶ τοὺς ἐν ἀκμῇ δὲ, πλὴν ὀλίγων δή τινων, εἰκότως φρίττειν, ἄν τ' εἰς βαλανεῖον εἰσέλθωσιν, ἄν τ' ἐν ἡλίῳ θερμῷ στῶσιν, ἄν τε γυμνασίοις, ἢ τρίψεσιν, ἢ αἰωρήσεσιν ἐπιχειρήσωσιν· ἕκαστον γὰρ τῶν εἰρημένων, ἀθρόαν ὁρμὴν ἐργάζεται τῶν περιττωμάτων. ὅταν δὲ ἔτι μὲν ὑπάρχῃ πυκνὸν οὑτωσὶ τὸ δέρμα τῶν λουομένων, ὡς κατὰ τὴν πρώτην τοῦ περιέχοντος ἀέρος προσβολὴν, μὴ δύνασθαι τὴν κατὰ φύσιν ἀπολαβεῖν ἑαυτοῦ διάθεσιν, ἀλλὰ χρόνου πλέονος εἴη εἰς τοῦτο δεόμενον, ἀθρόα δὲ ὁρμήσῃ πρὸς τοὐκτὸς φέρεσθαι τὰ περιττὰ, κατέ- D χεσθαί τε τοὐντεῦθεν ἀναγκαῖόν ἐστιν αὖθις, καὶ δάκνειν, ἀθροιζομένοις ὑπὸ τὸ δέρμα, καὶ διὰ τῆς σαρκὸς φερομένοις. δέδεικται δ' ἐν ταῖς τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις, ὡς τὰ δακνώδη περιττώματα, διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων φερόμενα, ῥίγη τε καὶ φρίκας ἐργάζεται. τοῦ μὲν δὴ φρίττειν ἐν τοῖς λουτροῖς ἅπαντας τοὺς εἰρημένους, ἐξευρήκαμεν ἤδη τὰς αἰτίας. ὥσπερ γε καὶ τοῦ μὴ φρίττειν, οἷς ἤτοι μηδόλως ἐστὶ δακνῶδες μηδὲν ἐν τῷ σώματι περιττὸν, ἢ τοσοῦτον, ὡς ῥᾳδίως ἐκκενοῦσθαι. περὶ τούτων οὖν αὖθις αὐτῶν ὁ λόγος ἡμῖν γιγνέσθω, δι' οὓς καὶ τῶν φριττόντων ἐμνημονεύσαμεν. εἰ γάρ τις εἰσελθὼν εἰς βα- E λανεῖον, οὐκ ἔφριξεν, ἀλλ' ἐχαλάσθη τε, καὶ ἠραιώθη τὸ δέρμα, τούτῳ πάντως ἀναγκαῖον ἕπεσθαι τὰ πρόσθεν λεχθέντα, κένωσιν τῶν περιττῶν, ὁμαλὴν θερμότητα δι' ὅλου τοῦ σώματος, ἀραίωσιν τῶν πόρων, χάλασιν τῶν συντεταμένων, χύσιν τῶν πεπιλημένων. ἡ μὲν οὖν κένωσις τῶν περιττωμάτων, χρησιμωτάτη πᾶσι πυρετοῖς ἐστιν· ὡσαύτως δὲ ἀραίωσίς τε καὶ χάλασις· οὔτε δὲ ἡ χύσις, οὔθ' ἡ θερμότης. ἀλλ' ἡ μὲν θερμότης, ἅπασιν ἐναντία· ψύχεσθαι μὲν γὰρ αὐτῶν ἡ διάθεσις, οὐ θερμαίνεσθαι δεῖται. τὸ διαχεῖσθαι δὲ ὁμαλῶς, τοῖς μὲν στερεοῖς τοῦ ζώου μορίοις οὐκ ἀνεπιτήδειον· F τοῖς χυμοῖς δὲ οὐκ ἀεὶ λυσιτελὲς, ἀλλ' ὅταν ἤτοι φλεγμονή τις, ἢ ὁμοία φλεγμονῇ διάθεσις ὑπάρχῃ κατὰ τὸ ζῶον, ἢ πλῆθος ὁποτερονοῦν, εἴτε τὸ πρὸς τὴν δύναμιν, εἴτε τὸ πρὸς τὴν εὐρυχωρίαν τῶν ἀγγείων, ἁπάντων ἐστὶ βλαβερώτατον. αὐξάνονται μὲν οὖν αἱ φλεγμοναὶ τῶν θερμανθέντων καὶ χυθέντων χυμῶν ἐπιρρεόντων αὐταῖς. διατείνονται δ' οἱ χιτῶνες τῶν ἀγγείων, μὴ στέγοντες τὸ πλῆθος ἐν τῇ χύσει πνευματωθέν· ἡ δύναμις δὲ αὐτῷ τούτῳ κακοπαθεῖ.

Ἐπὶ τοίνυν θερμαῖς καὶ ξηραῖς διαθέσεσι τοῦ σώματος, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἐστὶν, ἀποχεῖσθαι μὲν τὰ δακνώδη χρηστὸν, ἀκίνδυνος γὰρ ἡ χύσις, οὐκ ἀβλαβὴς δ' ἡ θέρμανσις. ἐκ μὲν δὴ τοῦ πρώτου μέρους τῶν λουτρῶν μεμνῆσθαι χρὴ ταῦθ' ὑπάρξαντα τοῖς οὕτω κάμνουσιν, ὅταν ἐν καιρῷ λούωνται. μετίωμεν δήπου πρὸς τὸ δεύτερον αὐτῶν μέρος, ὅπερ ἦν αὐτὸ τὸ κυριώτατον προσαγορευόμενον λουτρόν. ἐν τούτῳ τοίνυν ὑγραινόμενοι μὲν ὀνίνανται, θερμαινόμενοι δ' οὐδὲν ὀνίνανται. μετέλθωμεν οὖν αὖθις ἐπὶ τὸ τρίτον, ἐν ᾧ ψύχεται μὲν ἀλύπως τὰ τεθερμασμένα, ῥώννυται δ' ἡ δύναμις. ὅσα δ' ἠραιώθη τε καὶ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἐχαλάσθη, ταῦτα εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχεται συμμετρίαν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ τέταρτον τοῦ λουτροῦ μέρος. ἐφ' ὧν γὰρ ἐπράχθη καλῶς πάντα, καὶ μετὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ χρῆσιν ἱδροῦσιν ἔτι, καὶ πάντ' αὐτῶν ἐκκενοῦται τὰ περιττά. καὶ τοίνυν ἐκ πάντων ὧν εἴπομεν περὶ βαλανείων, ἄθροον κεφάλαιον συμβαίνει, κεκενῶσθαι μὲν, ὅσον ἦν ἐπὶ τῷ σώματι λιγνυῶδές τε καὶ καπνῶδες· ἐν δὲ τῇ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν συμμετρίᾳ τὰς σάρκας καὶ τὸ δέρμα· τὸν δὲ τῶν στερεῶν μορίων αὐχμὸν, πεπαῦσθαι· καὶ τὴν θερμασίαν, οὐ μόνον τὴν ἐκ τοῦ λουτροῦ προσγινομένην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔμπροσθεν οὖσαν ὑπὸ τῆς τοῦ ψυχροῦ χρήσεως ἀναιρεῖσθαι. μέγιστον δὲ τοῦ λόγου τεκμήριον, ἡ συμβαίνουσα κατάστασις ἐπὶ τοῖς τοιούτοις λουτροῖς, ὅταν ὁδοιπορήσωμεν ἐν ἡλίῳ θερμῷ. παραγινόμεθα μὲν ἐπ' αὐτὰ μηδὲ φθέγξασθαι δυνάμενοι διὰ τὴν ξηρότητα τῆς γλώττης, καὶ φάρυγγος, ἅπαν τε τὸ σῶμα καρφαλέον ἔχοντες. ἐξελθόντες δὲ τοῦ ψυχροῦ παραχρῆμα, πάντ' ἀνακτώμεθα τὰ κατὰ φύσιν, οὔτε τῇ πυρώδει θερμασίᾳ κάμνοντες, οὔτε τῇ ξηρότητι δυσφοροῦντες, ἑτοίμως τε φθεγγόμενοι, καὶ τῆς δίψης τὸ πλεῖστον ἰαθέντες. ἆρ' οὖν ἐναργέστερον ἔτι δύναμιν λουτρῶν γνῶναι ποθεῖς ἐπὶ ξηραῖς καὶ θερμαῖς σωμάτων διαθέσεσιν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. πάρεστι δὲ τοῖς βουλομένοις πειραθῆναι, μετὰ τὴν τοιαύτην ὁδοιπορίαν ἀλουτήσασι, τῆς ἑπομένης βλάβης. ἢ γὰρ εὐθέως πυρέξουσιν, ἢ πολλῆς ἄσης ἀνάπλεοι διατελέσουσι βαρυνόμενοι τὴν κεφαλὴν, καὶ μάλιστα ἐὰν μηδέπω τῷ ψυχρῷ σβέσωσι τὸ καῦμα. πολλοὶ μέν τοι νεανίσκοι μετὰ τὰς τοιαύτας ὁδοιπορίας εὐθέως εἰς ὕδωρ ψυχρὸν ἑαυτοὺς ἐπιρρίψαντες, ὤναντο, καὶ μάλιστα ὅσοι περ ἂν ὦσιν ἰσχυροὶ, καὶ ψυχρῶν λουτρῶν ἐθάδες. οὕτω δὲ κἀν τοῖς ἀγροῖς, ἐν οἷς οὐκ ἔστι βαλανεῖα, πράττουσιν, εἰς λίμνας, ἢ ποταμοὺς ἑαυτοὺς ἐμβάλλοντες, οὐδενὸς ἰατροῦ συμβουλεύσαντος αὐτοῖς, ἀλλ' ὑπὸ τῆς διοικούσης τὸ σῶμα φύσεως, ἀγόμενοι πρὸς τὸ δέον ἥτις καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις τὰς ἐπὶ τἀναντία τῶν λυπούντων ὁρμὰς ἐντίθησι· λούεται γὰρ κἀκεῖνα ψυχρῷ, τῷ θάλπει καταπονούμενα, καθάπερ γε καὶ θερμὰς εὐνὰς ἐξευρίσκει, τῷ κρύει κάμνοντα. κατὰ δὲ τὴν τοιαύτην ἐναντίωσιν, ἐσθίει μὲν πεινῶντα, πίνει δὲ, διψῶντα, καὶ τἄλλα πάντα πράττει φύσει. καὶ εἴπερ γε διάγνωσιν ἀκριβῆ τῆς τῶν πυρεττόντων εἴχομεν φύσεως, ἐτολμῶμεν ἂν, οἶμαι, συνεχῶς ἐξ αὐτῶν λούειν ἐν ὕδασιν ἐνίους ψυχροῖς, βαλανείου χωρίς. ὅτι μὲν γάρ εἰσί τινες οἱ δεόμενοι τούτου, δῆλον ἐκ τῶν ὠφεληθέντων, οὓς οὐκ ἂν ὤνησε τὸ ψυχρὸν λουτρὸν, εἴπερ μὴ διέκειντο κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐπιτηδείως πρὸς αὐτό. τῷ δ' ἀγνοεῖν ἡμᾶς ἀκριβῶς τὰς διαθέσεις, μεγίστην τε τὴν ἐκ τῆς ἀποτυχίας ὑπάρχειν βλάβην, ἀφιστάμεθα τῶν τοιούτων βοηθημάτων, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν· ὡς ἂν ὀλιγαίμου, καὶ ὀλιγοσάρκου, κἀπιμελοῦ τοῦ σώματος αὐτοῖς γεγονότος. οὐδὲν γὰρ ἔχουσι τῶν στερεῶν μορίων πρόβλημα,

A Ergo calidis his siccísque corporis affectibus, de quibus agebamus, emissio mordentium est salubris; fusio enim eorum est citra periculum; calefactio tamen noxa non caret. Atque hæc quidem ex prima balnei parte ijs, qui ita laborant, prouenire, modò tempestiuè balneo vtantur, memoria teneamus. Transeamus modò ad secundam eius partem, quæ erat id, quod maximè propriè lauacrum vocant. Ergo in hac, sicut ex humectatione iuuantur, sic ex calore nihil illis commodi accedit. Accedamus, & ad tertiam, in qua, & refri-
B gerantur innoxiè, quæ fuerant calefacta, & vires firmantur. Siqua verò, & rarefacta, & iusto plus sunt laxata, hæc in eam, quæ secundum naturam est, symmetriam redeunt; id quod quarta balnei pars indicat. Quibus enim omnia ritè sunt adhibita, ij post frigidæ vsum adhuc sudant, & omnia ipsis excrementa vacuantur. Itaque ex omnibus, quæ de balneis retulimus, vna summa colligitur, quòd vacuatur quidem quicquid in corpore, vel fuliginosum, vel fumidum fuit; consistunt autem in naturali symmetria, tum caro ipsa, tum cutis; solidarum partium ariditas corrigitur;
C & calor non modò is, qui ex lauacro accessit, verùm etiam qui priùs fuit, ex frigidæ vsu submouetur. Maximo huius rei documento est status, qui ex huiusmodi balneo redditur, postquam Sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id, ne loqui quidem præ linguæ, & faucium ariditate valentes, totúmque corpus stipulæ ritu aridum habentes. At egressi è frigida, ilicò omnia secundum naturam recipimus, nec febrili calore vexati, nec siccitate iactati, promptéque loquêtes, ac plurima sitis parte leuati. An igitur eui-
D dêtiùs adhuc balnei vires in sicco & calido corporis affectu cognoscere desideras? Ego sanè non arbitror. Licet autê, cui placet, experiatur quod incommodum sequatur, vbi tali peracto itinere nô lauerit. Aut enim statim febricitabit, aut multo plenus tædio, grauato capite, perseuerabit, potissimùm si frigida calorem nondum extinxerit. Multi tamê iuuenes eiusmodi côfectis itineribus, vbi ilicò se in aquâ frigidam proiecerint, iuuâtur; ac potissimùm, qui valentibus sunt viribus, & frigido solio assueti. Ita verò, & ruri faciunt, vbi, quòd balneæ non sint, in stagna, vel flumina se
E ipsos conijciunt, nullo medici suasu, sed ipsa gubernante corpus natura, ad id, quod conducat, impulsi; quæ eadem, etiam ratione carentibus animalibus instinctum inserit ad eorum, quæ offendunt, contraria: siquidem ea quoque, vbi æstu vexantur, frigida se lauant; sicuti etiam, vbi frigore vrgentur, calida cubilia sibi inueniunt. Eodem contrarietatis studio etiam, quum esuriunt, comedunt; & quum sitiunt, bibunt; reliquáque omnia naturæ impulsu obeunt. Ac si certam febricitantium naturæ notitiam haberemus, non, arbitror, dubitaremus eorum aliquos assi-
F duè in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam quod sint quidam, qui eam desiderent, vel ex iis, quos iuuit, constare potest; vt quibus frigida lauatio haudquaquam contulisset, nisi eo tempore rectè ad eam dispositi fuissent. Verùm, quoniam exacta nobis dispositionû notitia non est, ac maxima ex errore impendet noxa, vtique eiusmodi presidia recusamus, potissimùm in febribus hecticis; quando per has, & pauci sanguinis, & nudum carne, & expers adipis redditum corpus est. Nullum enim hi solidarum partium munimen habet,

quod

quod frigidæ occursum sine noxa excipiat; sed protinus similaribus ipsis partibus vocatis occurrit, à quibus omnes animantium actiones obeuntur. Iuuenis verò, qui sit corpulentus, æstatis tempore, atque in febrilis morbi vigore, sine visceris phlegmone, si in frigidam se coniecerit, sudorem mouabit; quòd si frigidæ lauationi sit assuetus, securus remedio vtetur. Verùm de eiusmodi corporibus rursus agetur. Qui autem ex calido, & sicco, tẽperamento, hectica febricitant, ac potissimùm qui iam marasmodes fiunt, iis, vbi tale præsidium petunt, tutum non est in totam coniici, æquè, vt nec gracilibus, & imbecillis, qui æstate calida, & sicca, longa via peracta, refrigeratione indigent; nam neque his tutus est frigidi *solij* vsus, nisi priùs fuerint in balneo æqualiter calefacti. Nam simile quiddam nobis accidere videtur, quum in frigidum solium post balneum ingredimur, ei quod ferro accidit, cum tingitur; etenim tum refrigeramur, tum roboramur, quemadmodum & illud, vbi candens iam redditum frigida mergitur. Atque huius rei causa ad imbecilla corpora inuentæ sunt balneæ, quæ ea præcalefaciant, atque ad frigidum solium præparent. Non dissimile quiddam faciunt, & qui sine balneo frigida vtuntur, quum se ab exercitatione in eam saltu demittunt. Siquidem, cuiusmodi nobis est balneum, eiusmodi illis est exercitatio; vt quæ non tantum calefaciat, sed etiam insiti caloris motum à profundo corpore extrorsum concitet sic, vt & frigidæ impetui occurrat; & quò minus violenter in profundum ruens, viscerum aliquod feriat, aduersetur, atque prohibeat. Nam neque ipsam frigidæ substantiam, neque eius qualitatem omninò integram vsque ad viscera pertingere est salubre; imò, & satius, & tutius est solam eius qualitatẽ distributionis potestate, citra substantiam ad profundum permeare. Iam, qui hectica febricitantes ad balneum accedunt, nisi in frigidam sint demissi, nihil iuuantur. Qui enim aliter febricitant, eorum solidæ partes nondum difficilè separabilem calorem obtinent. Itaque etiam ex sudoribus, vnà cum insensibili transpiratu, abundè his remedij est; & sanè diariarum febrium ipsam propemodum substantiam vacuari per hæc contingit. In ijs verò, qui ex siccitate, & caliditate febribus hecticis corripiuntur, solidarum partium affectus candenti ferro est similis. Quò vtique minùs eos in balneis calefecisse duntaxat humectasséque contenti esse debemus, quum enim sic alimentum, incrementúmque febri præbuerimus; imò melius erit, vt mersis in frigidam extinguamus calorem. At in hoc periculum est, ne corpus in diuersa transferas, ac frigidum reddas. Quis hoc negat? Non tamen propterea vitio dandum est, quod prosperè ex præsidio succedit; nec propterea, quòd mensura eius deprehendi est difficilis, prorsus est deserendum. Siquidem, si aliter liceret tum cæteras hecticas febres, tum marasmodes sanare, consultius esset tutiore via insistere. Nunc, quoniam totum curationis momentum in refrigerando humectandóque consistit, omnibus verò refrigerantibus auxilijs propter corporis horum gracilitatem noxa imminet, necessarium arbitror Thucydidis esse consilium, *agentes aliquid, ac periclitari*. Quibus enim alia salutis via non est, & quæ vnica videtur, ea dubia est, necessum, arbitror, his est, aduersos periculis ire.

τὴν ἐκ τοῦ ψυχροῦ προσβολὴν ἀλύπως ἐκδεχόμενον· ἀλλὰ αὖθις εὐθέως προσαπαντᾷ τοῖς ὁμοιομερέσιν ὀνομαζομένοις, ὑφ᾽ ὧν ἅπασι τοῖς ζώοις αἱ ἐνέργειαι γίνονται. νέος δὲ ὢν τις εὔσαρκος, ὥρᾳ θέρους, ἐν ἀκμῇ πυρετώδους νοσήματος, ἄνευ σπλάγχνου φλεγμονῆς, εἰς ψυχρὸν ἑαυτὸν ἐμβαλὼν ὕδωρ, ἱδρῶτα κινήσειεν· εἰ δὲ καὶ ψυχρολουσίας συνήθης εἴη, πάνυ θαῤῥῶν χρήσαιτο τῷ βοηθήματι. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων σωμάτων, αὖθις εἰρήσεται. τοῖς δὲ τὸν ἑκτικὸν πυρέττουσι πυρετὸν, ἐπὶ θερμῇ καὶ ξηρᾷ κράσει, καὶ μάλιστα τοῖς ἤδη μαραινομένοις, οὐκ ἀσφαλὲς εἰς ὅλον ἀναῤῥίπτειν, ἐπὶ τοιοῦτον ἰοῦσι βοήθημα· καθάπερ οὐδ᾽ ὅσοι θέρους ὥρᾳ, θερμοῦ καὶ ξηροῦ, μακροτέραν ὁδὸν ἀνύσαντες, ἰσχνοὶ καὶ ἀσθενεῖς ὄντες, ἐμψυχθῆναι δέονται· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τούτοις ἀκίνδυνος ἡ τοῦ ψυχροῦ χρῆσις, ἄνευ τοῦ κατὰ βαλανεῖον ὁμαλῶς προθερμανθῆναι. τοιοῦτον γάρ τι συμβαίνειν ἔοικεν ἡμῖν εἰς τὴν ψυχρὰν δεξαμενὴν εἰσιοῦσιν ἐπὶ τοῖς βαλανείοις, οἷόν τι καὶ τῇ τοῦ σιδήρου βαφῇ· καὶ γὰρ ψυχόμεθα, καὶ τονούμεθα, καθάπερ ἐκεῖνος, ἐπειδὰν διάπυρος γενόμενος ἐμβάπτηται τῷ ψυχρῷ. καὶ τούτου χάριν ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων σωμάτων εὕρηται τὰ βαλανεῖα, προθερμαίνοντα, καὶ προπαρασκευάζοντα τῷ ψυχρῷ λουτρῷ. τοιοῦτον δὲ δή τι καὶ οἱ χωρὶς τοῦ βαλανείου χρώμενοι τῷ ψυχρῷ πράττουσιν, ὅταν προγυμνασθέντες εἰς αὐτὸ καθάλλωνται. οἷον γάρ τι τὸ βαλανεῖον ἡμῖν ἐστι, τοιοῦτον ἐκείνοις τὸ γυμνάσιον, οὐ μόνον ἐκθερμαῖνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τοῦ βάθους κίνησιν τῆς ἐμφύτου θερμασίας πρὸς τοὐκτὸς ἐργαζόμενον, ὥστ᾽ ἀπαντῆσαί τε τῷ προσπίπτοντι ψυχρῷ, καὶ ἀπομαχέσασθαι, καὶ κωλῦσαι βιαίως ἐμπεσεῖν τῷ βάθει, καὶ πλῆξαί τι τῶν σπλάγχνων. οὔτε γὰρ τὴν οὐσίαν αὐτὴν τοῦ ψυχροῦ μέχρι τῶν σπλάγχνων ἐξικέσθαι καλὸν, οὔτε ἀκραιφνῆ τὴν ποιότητα· βέλτιον δὲ καὶ ἀσφαλέστερόν ἐστι τῷ τῆς διαδόσεως λόγῳ πρὸς τὸ βάθος ὁδοιπορῆσαι μόνην τὴν ποιότητα χωρὶς τῆς οὐσίας. καὶ τοίνυν καὶ ὅσοι τῶν πυρεττόντων ἑκτικῶς ἐπὶ τὸ βαλανεῖον ἥκουσιν, εἰ μὴ τῷ ψυχρῷ βαφεῖεν, οὐδὲν ὀνίνανται. τῶν μὲν γὰρ ἄλλως πυρεττόντων, οὐδέπω τὰ στερεὰ μόρια δύσλυτον ἔχει τὴν θέρμην. ὥσθ᾽ ἱκανὴ βοήθεια τούτοις ἐστὶν, ἡ ἐκ τῶν ἱδρώτων ἅμα ταῖς ἀδήλοις αἰσθήσει διαπνοαῖς. καὶ τῶν γ᾽ ἐφημέρων πυρετῶν, αὐτὴν σχεδόν γε τὴν οὐσίαν ἐκκενοῦσθαι συμβαίνει δι᾽ αὐτῶν. ἐπὶ δὲ τῶν διὰ ξηρότητα καὶ θερμασίαν, ἑκτικοῖς ἁλόντων πυρετοῖς, ὁμοία τοῖς διαπύροις σιδήροις ἐστὶν ἡ τῶν στερεῶν μορίων διάθεσις. ὥστ᾽ οὐκ ἀρκεῖ θερμῆναι καὶ τέγξαι μόνον ἐν τοῖς βαλανείοις αὐτοὺς, ἐφ᾽ ὧν γὰρ ἂν οὕτω γε καὶ αὔξησιν ἐδίδομεν τῷ πυρετῷ· βέλτιον δ᾽ ἐμβάπτοντας τῷ ψυχρῷ σβέσαι τὴν θέρμην. ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ κίνδυνος, εἰς τοὐναντίον ἀγαγεῖν καὶ ψύξαι τὸ σῶμα. τίς δ᾽ οὔ φησιν; οὐ μὴν διὰ τοῦτό γε τὸ κατορθούμενον ἐν τῷ βοηθήματι προσήκει ψέγειν. οὐδ᾽ ὅτι δύσληπτον τὸ μέτρον, ἀφίστασθαι παντάπασιν. εἰ μὲν γὰρ οἷόν τ᾽ ἦν ἑτέρως ἰᾶσθαι τούς τ᾽ ἄλλους ἑκτικοὺς πυρετοὺς, καὶ τοὺς μαρασμώδεις, ἄμεινον ἂν ἦν τὴν ἀσφαλεστέραν ἰέναι. ἐπεὶ δ᾽ ἐν μὲν τῷ ψύξαι καὶ ὑγρᾶναι τὸ κῦρος τῆς θεραπείας ἐστὶν, ἅπασι δὲ τοῖς ψυκτικοῖς βοηθήμασιν ἐφεδρεύει βλάβη διὰ τὴν ἰσχνότητα τοῦ σώματος, ἀναγκαῖον οἶμαι γίνεσθαι τὸ τοῦ Θουκυδίδου, δράσαντάς τι καὶ κινδυνεῦσαι. οἷς μὲν γὰρ ἑτέρα μὲν οὐχ ὑπάρχει τῆς σωτηρίας ὁδὸς, ἡ δὲ οὖσα μόνη σφαλερὰ καθέστηκεν, ἀναγκαῖον οἶμαι, τούτοις ἐστὶν, ὁμόσε τοῖς δεινοῖς ἰέναι.

οὐ μὴν οὐδὲ τὸ σφάλμα θανατῶδες, οὐδ' ἀβοήθητον. οἷς γὰρ ἂν ἐν τῷ σβεννύναι τὸν πυρετὸν εἰς τὴν ἐναντίαν διάθεσιν ἀγάγῃ τὸ ψυχρὸν, ἔνεστιν ἰάσασθαι, θερμαίνοντας ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ παντί. ἀλλ' οὐδ' ὁ κίνδυνος ἴσος, οὐδ' ὁ τῆς διαθέσεως τῆς ψυχρᾶς, οὐδ' ὁ τῶν ἰαμάτων αὐτῆς. ἐδείχθη γὰρ ἤδη καὶ πρόσθεν, ἔν τε τῷ τῆσδε τῆς πραγματείας ἑβδόμῳ γράμματι, δέδεικται δὲ κἀν τῷ περὶ μαρασμοῦ βιβλίῳ, καὶ πρὸ τούτων ἔτι κατὰ τὴν ὑγιεινὴν πραγματείαν, ὡς οὐχ οἷόν τε τὴν τῶν στερεῶν μορίων ξηρότητα τελέως ἰάσασθαι. καὶ ὡς, εἴπερ ἦν τοῦτο πρᾶξαι δυνατὸν, ἀγήρως ἄν τις ἐγένετο τοιαύτῃ διαίτῃ χρώμενος. εἴπερ οὖν ἀνίατος μέν ἐστιν ἡ ξηρότης τῶν στερεῶν σωμάτων, ὠκυτάτη δ' ἐπ' αὐτὴν ὁδὸς τέτμηται ἡ διὰ τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν, ἄμεινον εἰς ψυχρὰν δυσκρασίαν μεταστήσαντα τὸν ἄνθρωπον, ἔχειν ᾧ θεραπεύσομεν. ὁ μὲν γὰρ τοῦτο πράξας ἀναμαχέσαιτ' ἂν ἐξ ὑστέρου τὴν βλάβην· ὁ δ' ἐπιτρέψας ἰέναι τὴν ἐπὶ θάνατον, ἀνέλπιστον τῷ κάμνοντι τὴν σωτηρίαν εἰργάσατο. ὅσῳ τοίνυν ἄμεινόν ἐστι τοῦ χωρὶς ἐλπίδος ἀπολέσθαι βεβαίως, τὸ σὺν ἐλπίδι χρηστῇ δράσαντάς τι, καὶ κινδυνεύσαντας, τοσούτῳ τὸ μετὰ μεγάλων βοηθημάτων ἀγωνίσασθαι, τοῦ μηδὲν πρᾶξαι βέλτιον. ἐμψυκτέον οὖν ἅπαντι τρόπῳ τοὺς ἑκτικῶς πυρέττοντας αὐτίκα, πρὶν προελθόντας εἰς μαρασμὸν τελευτῆσαι. τὸν δ' ἀκριβῶς μαρανθέντα, μηδ' ἐπιχειρεῖν ἰᾶσθαι. καὶ γὰρ εἰ τὴν θέρμην αὐτοῦ σβέσαιμεν, ἀλλ' ἥ γε ξηρότης ὑπολειφθεῖσα, γήρως τρόπῳ τὸν ἄνθρωπον ἀπολεῖ, τοσοῦτον ἐπιβιώσαντα χρόνον, ὅσον ἀντισχεῖν τὰ στερεὰ μόρια πρὸς τὴν ἐσχάτην ξηρότητα. τάχα δ' ἄν τις ἕλοιτο τῶν οἰκείων τοῦ νοσοῦντος, ἔτι τε μᾶλλον ὁ κάμνων αὐτὸς, ἐπιβιῶναί τινα χρόνον ἐν γέροντος ἕξει μᾶλλον, ἢ τεθνάναι παραχρῆμα. θεραπευτέον οὖν καὶ τούτους μετὰ προρρήσεως, εἰς ἕτερον μεθιστάντας μαρασμὸν, ὃν ἤδη καλεῖν ἔθος ἡμῖν ἐστιν ἐκ νόσου γῆρας· ἐγχωρεῖ γὰρ αὐτοῖς οὐ μόνον ἡμέρας πλείους, ἀλλὰ καὶ μῆνας ζῆσαι. νεανίσκον γοῦν ἐγώ τινα τῶν οὕτως ἐχόντων ἰασάμενος, εἶτ' ἐφεξῆς ἀνακομίζων, καὶ οἷα γηροτροφῶν αὐτοῦ τὴν πρεσβυτικὴν ἀσθένειαν, οὐ μόνον εἰς μῆνας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτη διεφύλαξα ζῶντα. χρὴ δ' οὐ νῦν ἀκούειν ποθεῖν τοῦ τοιούτου μαρασμοῦ τὴν ἐπιμέλειαν· ἔν τε γὰρ τῷ τῆσδε τῆς πραγματείας ἑβδόμῳ, προείρηται δυνάμει, ταῖς ξηραῖς καὶ ψυχραῖς δυσκρασίαις ἰωμένων ἡμῶν· ἔν τε τῷ γηροκομικῷ μέρει τῆς ὑγιεινῆς πραγματείας. ὁ δ' ἐνεστὼς λόγος, οὐ μαρασμῶν ἐπηγγείλατο θεραπείαν διδάξαι, ἀλλὰ πυρετῶν ἑκτικῶν, ἐξ οὗ γένους εἰσὶ καὶ οἱ μαρασμώδεις· εἴρηται δή μοι περὶ τούτων ἄλλα τε πολλὰ λόγῳ καὶ πείρᾳ κεκριμένα, καὶ ὡς οὐ χρὴ δεδιέναι βαλανεῖον, ὥσπερ ὁ Φίλιππος, εὐλαβέστερον ἴσως αὐτῷ χρώμενος, ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν ἄλλων εἰθίσμεθα πυρετῶν, ὅσοι διὰ φλεγμονὰς, καὶ σήψεις γίνονται χυμῶν. ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψεις, εἰ καὶ μὴ βάπτοις εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ αὐτοὺς, ἀλλ' ὡς ἔθισται, περιχέοις χλιαρὸν μὲν πρότερον, εἶτ' οἷον ἐξ ἡλίου θερινοῦ, κἄπειτα τούτου βραχύ τι ψυχρότερον. ἐπὶ δὲ τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν, οὐ τὸ θερμὸν λουτρόν ἐστι, τὸ τὴν ὠφέλειαν παρέχον, ἀλλὰ τὸ ψυχρὸν, ᾧ παρασκευάζει τὰ βαλανεῖα τὸ τοῦ κάμνοντος σῶμα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν ὑγιείᾳ λουομένων. οὐ μόνον δὲ διὰ τοῦτο δοκεῖ μοι Φίλιππος ἀγνοεῖν, ἐπὶ τῶν μαραινομένων ὁποῖόν τι χρῆμά ἐστι βαλανεῖον, ὅτι τοὺς οὕτως ἰσχνοὺς οὐδεὶς

Sed nec error ipse mortiferus est, nec irremediabilis. Siquidem, quos in extinguenda febre, aqua frigida in contrarium affectum transtulit, hos licet in toto, quod sequitur, tempore, calefaciendo sanare. Iam nec periculum par est frigidi affectus, aut etiam ipsius remediorum. Indicauimus nanque tum priùs in huius operis septimo, tum in libro de marasmo, tum ante hos in libris de tuenda sanitate, fieri non posse, vt solidarum partium siccitas consummatè sanetur. Quòd si fieri id posset, vtique fieri posset, vt non senesceret, qui ea victus ratione vteretur. Si igitur insanabilis solidarum partium siccitas est, tum expeditissima in eam per hecticas febres via patet, melius est hominem in frigidam intemperiem transferre, ac, cui curationem deinde adhibeamus, habere. Qui nanque fecerit, is postea noxam oppugnauerit; qui verò mortiferam insistere viam sinet, is desperatam ægrotanti salutem fecerit. Quanto itaque satius est aliquid nonnulla fiducia, vel cum periculo facere, quàm spe adempta certò perire; tanto profectò satius est potentibus præsidiis pugnare, quàm nihil agere. Ergo ilicò eos, qui hectica febricitant, omni ratione refrigeremus antè quàm progressi in marasmum peruenerint. Quem autem marasmus planè iam occupauit, hunc sanare ne tentaueris. Nam, etsi calorem eius extinxeris, attamen siccitas relicta senectutis ritu hominem conficiet, tantisper nimirum victurum, quoad solidæ eius partes reniti aduersus summam siccitatem valebunt. Atqui maluerit fortasse propinquorum ægrotantis aliquis, atque etiamnum ægrotans ipse, aliquo spatio in senis habitu viuere, quam ilicò mori. Itaque curare hos quoque cum prædictione expedit, ac in alterum transferre marasmum, quem iam nominare senium ex morbo insueuimus; licebit enim his non tamen plures dies, verùm etiam menses viuere. Ego nanque, quum iuuenem quendam, ita laborantem, sanassem, reficiens deinde, ac senilem eius imbecillitatem pro senum ratione tractans, non solùm in menses, sed etiam annos viuum seruaui. Nec est, quod hic eiusmodi marasmi curationem audire desideres; nam tum in huius operis septimo, dum siccas, & frigidas intemperies sanauimus, traditam potestate; tum operis de sanitate tuenda ea in parte, quæ senibus alendis est delegata. Præsens autem liber non marasmorum, sed hecticarum febrium curationem docendam promisit. Ex quo genere sunt, & quæ marasmodes dicuntur; de quibus tum alia non pauca diximus, quæ non modò rationis, sed etiam vsus iudicio probauimus; tum illud non oportere balneum (vt Philippus facit) formidare; qui cautiùs fortassis eo vtitur, ad eum modum, quo in cæteris solemus febribus, quas vel phlegmonæ, vel putrescentes humores accenderunt. In his enim nihil lædes, etiam si in frigidam ægrum non merseris, sed eum (vt mos est) perfundas primùm tepida, postea quæ veluti ex Sole tantùm æstiuo tepet; mox etiam paulo, quàm illa, frigidiore. In hecticis verò febribus, id, quod remedium affert, calidæ solium non est, sed frigidæ, ad quam balneæ ægrotantis præparant corpus æquè, vt reliquorum omnium, qui per sanitatem lauantur. Porrò non propter id modò videtur mihi Philippus ignorare, quàm salubris res balneum sit in ijs, qui marasmode hectica laborant, quòd tam extenuatos in frigidæ

in frigidæ solio mergere nemo audeat, aut saltem vltimam aquam ipsis frigidam infundere, sed etiã quòd sæpè altera coniuncta febris est, quæ vel ex humoribus putrescentibus, vel visceris phlegmone sit excitata; tùm verò, quod tali hectica laborantium mortiferum sit vitium; ac propterea quidam non rectè omnia, quæ his exhibentur, culpant, quum non sit illis imputanda culpa, sed affectui. Ergo recensitis denuò, quæ diximus, huic disputationi finem imponemus. Quicunque hectica febre laborant, atque ex his præcipuè, qui iam marasmode hectica febricitant, modò his alia nulla febris, vel ex sola putredine humorum, vel cum phlegmone; sit adiuncta, eos omnes audacter lauabis, sed prorsus citra omnem laborem, ne vires resoluas; quod ipsum quum noceat vehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi, ita intelligo. Volo, æger in balneum super lectulo deportetur; paratámque ad manum, habeat calentem sindonem, super quam, in prima trium domorum balnei nudatus, transportetur. Sint autẽ quatuor, qui hanc teneant, à quoque fine vnus. Ac si quidem prima domus satis calida sit, æger in ea nudatus, in secundam portetur; sin tibi frigidior videatur, non nudus, sed coopertus, vel alia sindone minimè frigida, vel tali aliquo inuolucro. Constat autem, & sindonem eam, qua portabitur, esse valentiorem oportere; aut si imbecilla per se sit, duplicari eam erit satius. Esto autem media domus non tantùm situ media, sed etiam temperie, tanto primâ calidior, quanto est tertiâ frigior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducántque hominem, vbi solium est sic, vt per tres balnei domos duntaxat transierint. Per quas nec celeri gradu transibunt ij, qui ægrum portant, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur, tantùm à lectulo; in media verò, dum perfundatur oleo. Esto autem, & aër cuiusque domus nec summo calore, nec etiam frigens, sed admodum temperatus, & modicè humidus; id fiet, si aqua temperata ex labro sit liberaliter proiecta, sic, vt perfluat per omnes domos. In ipsa verò solij aqua mediocriter moretur, ídque in sindone sustentus, nulla infusione aquæ, cuiusmodi in alijs vti solemus, adhibita. Imò nec capiti eius infundi quicquam velim, quum sit satis id quoque bis, térve vnà cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone; ac rursum, per quatuor iuuenes, qui eum portant, leuata. Mox hinc eductus, in frigidam semel totus mergatur, ne vel breuissimo quidem spatio illic moratus. Porrò, qui eum portant, tum reliqua omnia curiosè esse edoctos conueniet; tum celeritatem mergendi, non documenti modò, verumetiam præcepti loco, præter cætera habere. Protinus verò alter paratam habens sindonem ipsi iniiciat, ac deinde aliam; tum in lectulo collocatus, primùm spongiis detergatur, deinde mollibus linteis. Nec committent, qui eum detergebunt, vt violentiùs eum contrectent, sed, quoad fieri potest, blandissimè. Post hæc vnctum, ac vestibus amictum, rursus super lectulo in domum, vbi cibatur, reducent, ac nutrient. Sanè dictum suprà est in horum commentariorum septimo, vbi siccam ventriculi intemperiem sanauimus,

τολμᾷ βαπτίζειν εἰς τὴν ψυχρὰν δεξαμενήν, ἢ τὸ γοῦν ὕστατον ὕδωρ καταχεῖν ψυχρόν, ἀλλὰ καὶ διότι πολλάκις ἔζευκταί τις ἄλλος αὐτοῖς πυρετὸς ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις, ἢ σπλάγχνου φλεγμονῇ· καὶ μὲν δή, καὶ ὅτι πάθος ὀλέθριον τῶν μαραινομένων αὐτοῖς ὑπάρχει, καὶ διὰ τοῦτο, οὐκ ὀρθῶς ἔνιοι πάντα μέμφονται τὰ προσφερόμενα, δέον οὐκ ἐκείνοις, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τὴν αἰτίαν ἀναφέρειν. ἀναλαβόντες οὖν αὖθις ἅπερ ἐλέγομεν, ἐπιθῶμεν ἤδη τῷ λόγῳ κεφαλήν. ἅπαντας τοὺς ἑκτικὴν νοσοῦντας πυρετόν, καὶ μᾶλλον ἐξ αὐτῶν, ὅσοι περ ἀπὸ ἤδη μαραίνονται, χωρὶς τοῦ τινὰ ἕτερον ἐπιπεπλέχθαι πυρετὸν αὐτοῖς, ἤτοι γ' ἐπὶ σήψει μόνῃ χυμῶν, ἢ μετὰ φλεγμονῆς, λοῦε θαρρῶν ἄνευ καμάτου παντός, ὡς μὴ καταλῦσαι τὴν δύναμιν· ὅπερ οὐχ ἥκιστα καὶ αὐτὸ βλάπτον ἰσχυρῶς, αἴτιον γίνεται τοῦ ψέγεσθαι τὸ λουτρόν. τὸ δ' ἄνευ καμάτου, ποῖον δέ τι λέγω. τὸν ἀρρωστοῦντα βούλομαι κομίζεσθαι μὲν ἐπὶ τοῦ σκίμποδος εἰς τὸ βαλανεῖον; ἑτοίμης δ' αὐτῷ παρεσκευασμένης σινδόνος θερμῆς, ἐπ' ἐκείνῃ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τριῶν οἴκων τοῦ βαλανείου, μεταφέρεσθαι γυμνωθέντα. τέσσαρες δ' ἔστωσαν οἱ κρατοῦντες αὐτόν, εἷς καθ' ἕκαστον πέρας. εἰ μὲν οὖν αὐτάρκως εἴη θερμὸς ὁ πρῶτος οἶκος, ἐν αὐτῷ γυμνωθεὶς ὁ κάμνων, εἰς τὸν δεύτερον εἰσκομιζέσθω· εἰ δ' ἔτι σοι φαίνοιτο ψυχρότερον εἶναι, μὴ γυμνός, ἀλλ' ἐπιβεβλημένος, ἤτοι γ' ἑτέραν σινδόνα μὴ ψυχράν, ἤ τι τοιοῦτον ἐπίβλημα. δῆλον δὲ ὡς χρὴ τὴν μέλλουσαν ὀχεῖν αὐτὸν σινδόνα, ἰσχυροτέραν ὑπάρχειν· εἰ δ' ἀσθενὴς εἴη, καθ' ἑαυτὴν ἐπιπτύσσοντα, διπλῆν ἐργάζεσθαι βέλτιον. ἔστω δὲ ὁ μέσος οἶκος, οὐ μόνον τῇ θέσει, ἀλλὰ καὶ τῇ κράσει τοσούτῳ τοῦ πρώτου θερμότερος, ὅσῳ τοῦ τρίτου ψυχρότερος. ἐν τούτῳ τῷ οἴκῳ, τὸ ἔλαιον ἔστω χλιαρόν, ὡς εὐθέως περιχυθῆναι τῷ κάμνοντι κατὰ τῆς σινδόνος εἰσκομισθέντι. καὶ τοῦτο πράξαντες, εἰς τὸν τρίτον εἰσίτωσαν, εἰς τὴν δεξαμενὴν ἀποκομίζοντες αὐτόν, ὥστε διελθεῖν χρήσασθαι μόνῃ τοῖς τρισὶν οἴκοις τοῦ βαλανείου. μὴ ταχέως βαδιζόντων τῶν εἰσκομιζόντων τὸν κάμνοντα, ἀλλὰ τοσοῦτον ἐπιμενάντων κατὰ τοὺς προτέρους οἴκους, ὅσον ἐν μὲν θατέρῳ μετατεθῆναι μόνον ἀπὸ τοῦ σκίμποδος, ἐν δὲ τῷ μέσῳ περιχυθῆναι τὸ ἔλαιον. ἔστω δὲ καὶ ὁ ἀὴρ ὁ τῶν οἴκων ἁπάντων μήτε θερμὸς ἄκρως, μήτε ψυχρός, ἀλλ' εὔκρατος ἱκανῶς, καὶ μετρίως ὑγρός· ἔσται δὲ τοῦτο προσεκχυθέντος ὕδατος εὐκράτου δαψιλῶς ἐκ τῆς δεξαμενῆς, ὡς διαρρυῆναι διὰ πάντων τῶν οἴκων. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τῆς κολυμβήθρας ὕδατι, χρονιζέτω μετρίως, ὀχούμενος ἐπὶ τῆς σινδόνος, οὐδεμιᾶς ἐπαντλήσεως αὐτῷ γινομένης, οἵας ἐπ' ἄλλων εἰθίσμεθα πράττειν. ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καταχεῖσθαι βουλοίμην ἄν· ἱκανὸν γὰρ καὶ ταύτῃ, δῦναι δὶς ἢ καὶ τρίς, ἅμα τῷ παντὶ σώματι κατὰ τοῦ ὕδατος, ὑφιέντων μετρίως εἰς τὸ κάτω τὴν σινδόνα· καὶ αὖθις ἀνακομιζόντων αὐτὸν ὁμοίως νεανίσκων τεττάρων. ἐκκομισθεὶς δ' ἐντεῦθεν, εἰς ὕδωρ ψυχρὸν ἀθρόως βαπτέσθω, μηδ' ἐπὶ βραχὺ χρονίζων ἐν αὐτῷ. δεδιδάχθαι δὲ χρὴ καὶ τἆλλα μὲν ἀκριβῶς ἅπαντα τοὺς βαστάζοντας αὐτόν· ἐξαίρετον δ' ἔτι τούτων ἔστω δίδαγμά τε ἅμα καὶ παράγγελμα, τὸ τάχος τῆς βαφῆς. εὐθὺς δ' ἕτερος, ἑτοίμην ἔχων σινδόνα, κατ' αὐτοῦ βαλέτω, κἄπειθ' ἑξῆς ἐπιβληθεὶς τῷ σκίμποδι, διὰ σπόγγων μὲν ἀποματτέσθω τὰ πρῶτα, μαλακοῖς δ' ὕστερον ὀθονίοις. μὴ δ' αὐτῶν τῶν ἀποματτόντων αὐτὸν βιαίως ψαυόντων, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα πρᾳότατα. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπαλείψαντάς τε καὶ περιθέντας ἱμάτια, κομίζειν αὖθις ἐπὶ τοῦ σκίμποδος εἰς τὸν οἶκον, ἐν ᾧ διαιτᾶται, διδόντας τροφήν. εἴρηται δὲ κἀν τοῖς πρόσθεν, ἡνίκα ἰώμεθα τὰς ξηρὰς δυσκρασίας ἐν τῷ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἑβδόμῳ,

τὸν οἶκον ἐζεῦχθαι χρῆναι τοῦ βαλανείου. περὶ μὲν οὖν λουτρῶν, αὐτάρκης ὁ λόγος εἰς τὰ παρόντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Περὶ τροφῆς τῶν τῷ ἑκτικῷ πυρεττόντων, καὶ περὶ θεραπείας τῶν ἑκτικῶν τῶν μαρασμωδῶν καλουμένων.

Συνεχῆ δ' ἐστὶ τοῖς εἰρημένοις, τὰ περὶ τῆς δυνάμεως τῶν τροφῶν. ὅτι μὲν οὖν ὑγράς, καὶ ψυχρὰς εἶναι προσήκει, τὰς μελλούσας ὀνήσειν τοὺς ἑκτικοὺς πυρετούς, εὔδηλον παντί. τοιαῦται δ' εἰσὶν ὅ, τε χυλὸς ὁ τῆς πτισάνης ψυχρὸς λαμβανόμενος, ὅ, τε χόνδρος ὁμοίως τῇ πτισάνῃ χυλῷ σκευασθείς, ὅσπερ ἐστὶ δι' ὕδατος, καὶ πράσου βραχέος, ἀνήθου τε, καὶ ἁλῶν, ἐλαίου τε καὶ ὄξους. ἐπιτήδειος δὲ τοῖς ὧδε κάμνουσι, καὶ ὁ βραχὺς ἄρτος ἐν ὕδατι ψυχρῷ. μηδενὸς δ' αὐτῶν ἡ ψύξις εἰλικρινὴς ἔστω, καθάπερ ἡ τοῦ ποτοῦ. ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ θερμαίνεται ταχέως, καὶ διεξέρχεται· ταῦτα δ' ἐπὶ πλέον ἐν τῇ γαστρὶ διαμένοντα, τάχ' ἄν που καὶ διαψύξαιεν αὐτήν, ἀμέτρως ὄντα ψυχρά. χρονίου δ' ὑπάρχοντος ἤδη τοῦ πυρετοῦ, καὶ τὸ τῆς ὄνου γάλα δοτέον, ἀκριβῶς προσέχοντα τὸν νοῦν, μὴ τυρωθῇ ποτε κατὰ τὴν γαστέρα. τοῦτο δὲ ἐνίοτε μὲν αὐτὸς ὁ κάμνων ἡμᾶς διδάξει τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐμπείρως ἔχων· ἐνίοτε δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐξευρίσκειν δεήσει, κατὰ βραχὺ τῇ χρήσει προσερχομένους. ἕτοιμον μὲν οὖν ἤτοι μέλιτος αὐτῷ μιγνύντας, ἢ καὶ βραχύ τι τῶν ἐδωδίμων ἁλῶν, κωλῦσαι τὸ σύμπτωμα. φευκτέον δ' εἰς ὅσον οἷόν τε, τὸ μέλι κατὰ τοὺς ἑκτικοὺς πυρετούς, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ τὸ μελίκρατον, ἐκχολοῦται γὰρ αὐτίκα καὶ ξηροτέρους ἅμα θέρμῃ δριμείᾳ τοὺς πυρετοὺς ἀπεργάζεται. δοτέον οὖν τὴν πρώτην τὸ γάλα τῆς ὄνου, κυάθου μὴ πλέον, ὡς ἐθεάσω διδόντας ἡμᾶς, εἰσαχθείσης μὲν εἰς τὸν κοιτῶνα τῆς ὄνου, πρὸς τὸ μηδένα χρόνον ἐν τῷ μεταξὺ γενέσθαι, καταπίοντος δ' αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος αὐτίκα, ἐφορώντων δ' ἡμῶν ἀκριβῶς, καὶ παραβαλλόντων τὴν κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν, τὴν ἐπὶ τῇ προσφορᾷ γιγνομένην, τῇ πρὸ τοῦ ληφθῆναι τὸ γάλα. εἰ μὲν γὰρ διαφθείροιτο, τοὺς σφυγμοὺς μικροὺς καὶ ἀνωμάλους εὑρήσεις, οἵους περ ἐπὶ θλίψει στομάχου συμβαίνοντας οἶσθα· εἰ δὲ μὴ διαφθείροιτο, τοὺς σφυγμοὺς μείζους τε καὶ ἰσχυροτέρους γιγνομένους. ὥστ' ἐξέσται σοι μετὰ ταῦτα προσφέροντι, τὸ πλῆθος αὐξῆσαι τοῦ γάλακτος, ἡμίσει κυάθου, κἄπειθ' ἥμισυ προσθεῖναι πάλιν, εἶθ' οὕτω κατὰ βραχύ, μέχρι τοῦ συμμέτρου προσαυξῆσαι. τοῦ μέτρου δὲ οὐ μόνον τοῦ γάλακτος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων σιτίων ἔμαθες τοὺς σκοπούς, ἔνθα τὰς τῆς γαστρὸς ἰώμεθα δυσκρασίας ἐν τῷ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ἑβδόμῳ. τὴν πρώτην γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ, τὴν ξηρὰν δυσκρασίαν αὐτῆς ὑποθέμενοι κεχρονισμένην εἰς τοσοῦτον, ὡς σύμπαν ἤδη τὸ σῶμα λεπτὸν ὑπάρχειν ἐπεδείξαμεν, ὅπως ἄν τις ἅμα μὲν ἄμφω καλῶς ἰῷτο, καὶ τὴν δυσκρασίαν τῆς γαστρός, καὶ τὴν ἰσχνότητα τοῦ σώματος. καὶ τοίνυν ἴσως ἄμεινον, ὑπὲρ τοῦ μὴ γράφειν πολλά, πρὸς ἐκεῖνον ἀναπέμψαι τὸν λόγον, ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐδεσμάτων· ὅμοιαι γὰρ αἱ διαθέσεις οὖσαι, παραπλησίων χρῄζουσι καὶ τῶν ἰαμάτων. ὅσον δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν θερμοτέρα, τοσούτῳ καὶ τῶν βοηθημάτων δεῖται ψυχροτέρων· ἀκριβείας τε πλείονος, ὅπως μή τι βλαψαίμεθα ἰσχυροῖς βοηθήμασι χρησάμενοι. καὶ τοὺς μὲν ἤδη μαραινομένους, ὡς εἴρηται, λουστέον· ὅσοι δ' ἐν τοῖς ἑκτικοῖς εἰσι πυρετοῖς, οὔπω μαραινόμενοι,

domus balneo debere coniungi. Ac de balneis quidem satis (quod ad rem propositam spectet) hactenus.

CAPVT XI.

De alimentis eorum, qui hectica febre correpti sunt, ac de curandis hecticis, quæ marasmodes appellantur.

At continua sunt dictis de alimentorum facultatibus præcepta. Sanè frigida, ac humida esse patet, quæ hecticis febribus sint, profutura. Eiusmodi verò sunt tum ptisanæ cremor, quum frigidus sumitur; tum alica similiter ptisanæ cremori condita, id verò est ex aqua, & exiguo porri, & anetho, tum sale, oleo, & aceto. Commodus præterea laborantibus est & exiguus in aqua frigida panis. Cæterùm nullius horum pura frigiditas sit, sicuti potionis. Hæc enim maturè tum incalescit, tum per corpus distribuitur; illa, quum plusculum *temporis* in ventriculo morantur, ipsum fortassis refrigerant, si fuerint immodicè frigida. Vbi verò febris iam moram traxerit, dandum quoque asininum lac est, sed diligenter obseruato, ne in ventriculo cogatur. Id verò interdum ipse nos æger docebit, vtpotè suæ ipsius naturæ peritus; interdum id nobis inueniendum est, paulatim ad eius vsum accedentibus. Promptè equidem symptoma prohibebitur, si mel illi admisceas, aut salis, quo vescimur, exiguum. Verùm abstinendum (quoad fieri potest) in hecticis febribus à melle est, atque idcirco etiam à mulsa; protinus enim vertitur in bilem, & ficciores, acriorísque caloris febres reddit. Dandum itaque principio est asinini lactis non plus cyatho, veluti à me datum vidisti, sed inducta in ipsum cubiculū asina, quò nullum tempus interponatur, sed æger id protinus bibat, contemplantibus diligenter nobis, ac conferentibus arteriæ motum, qui à sumpto lacte agitur, cum eo, qui ante id sumptum, fuit. Si enim corruptum sit, eiusmodi inuenies pulsus paruos & inæquales, quales in stomachi oppressione accidere nosti; sin autem corruptum sit, pulsus & maiores, & valentiores redditos inuenies. Itaque etiam licebit, tibi postea exhibenti, mensuram lactis dimidio cyatho adaugere, ac deinde rursus alium dimidium adijcere, sicque sensim vsque ad mediocrem mensuram addere. Mensuræ verò non lactis tantùm, sed etiam reliquorum omnium scopos didicisti, in septimo huius operis, vbi ventriculi sanauimus intemperies. Primam enim quum in eo libro siccam eius intemperiem hactenus inueteratam proposuerimus, vt totum iam corpus gracile reddiderit, indicauimus, quo pacto quis simul ambo probè sit sanaturus, tum ventriculi intemperiem, tum corporis gracilitatem. Ideóque fortasse sit satius, quò minùs multa scribamus, ad illum te librum pro reliquis omnibus cibis remittam; quū enim similes affectus sint, similia nimirum remedia postulant. Verùm, quanto hecticarum febrium affectus est calidior, tanto & frigidiora requirit auxilia; & maiorem simul solicitudinem, ne valentibus auxiliis vtentes, quicquam lædamus. At, qui iam marasmo vrgentur, eos, sicut dictum est, lauabis; quos verò hectica febris premit, nondum tamen marasmo tentantur, eos licet

eos licet etiam sine sindone subiecta lauare, vtpotè viribus adhuc valentes. Inferri tamen & hos in domum, vel super lectulo, vel saltem aliquo vehiculo *conueniet*; mox ipsos ex se ipsis ingredientes ad calidam duci, quò in ea morentur. At, qui ex his sunt imbecilliores, eos non tutum est permittere in frigida lauacra descendere, sed foris potiùs ipsos perfundere, primùm tepida, secundò frigida. Esto autem tunc præparata in labro aqua frigida (quanta ex eo semel hausta perfundere simul totum iam lauatum possit) ea frigiditate, vt nullam euidentem qualitatem nec prorsus frigidarum nec tepidarum aquarum præferat, sed qualem ea, quæ fontana vocatur, quæ & frigoris, quod ferit, & teporis, qui resoluit, est in medio. Ac, si quidem omnia curiosè administrabuntur, tum quæ ad balneum, tum quæ ad nutrimenta spectant, vtique sanandi iam eius, quem marasmus consumit, spes est; sin error, vel in vno committatur, is reliqua subuertit omnia; nam quum exitialis horum affectus sit, ne leuissimum quidem errorem tolerat. Ac, si quis talium est seruatus, huic carnosum genus marasmus occupauerat; ipsis verò solidis siccatis fieri nequit, vt homo prorsus persanetur; sed omninò, vel statim eum febris ipsa iugulauerit, vel post quam in eum affectum est translata, quem senium ex morbo vocamus. Nam primùm eiusmodi febris propriam partium humiditatem, ex qua nutriuntur, depascit; hinc verò ad carnosum genus transit, quod circa fibrosas, tum membranosas partes solidorum corporum hæret; ita deinde ipsas solidas partes populatur. Siquidem in singulis simplicium, ac primarum, quas vocant, partium (vt in dissectionibus es contemplatus) alia portio substantiæ eorum est veluti fibrosa, alia membranosa, alia carnosa. Sicut, exempli causa, quum vena vnam tunicam habeat, & eam tenuem, licet fibras in ea inuenire multas, quæ sint araneosis quibusdam interstitis contextæ; quibus vtrisque ipsa propria venæ substantia adnascitur. Hæc alia in alijs partibus habetur, nec vllum communem nomen est nacta; cæterùm docendi causa nihil vetat, eam carnosam substantiam voces, vel certè huius partis quandam carnem, quæ in ventriculo quidem sit alia, in iecinore alia, similiter in arteria, & musculo. Vocatur autem sola caro in musculis; reliquarum nullam carnem vocitant, præterquam admodum pauci; sed, quæ in visceribus, ceu iecinore, renibus, liene, & pulmone *visuntur*, eas parenchymata, *id est, affusiones* vocant; quæ in intestinis, ventriculo, stomacho, & vtero sunt, sine nomine relinquunt. Tu tamen de nominibus non laborabis. Illud potiùs intelliges, singularum partium substantiæ molem ex tali maximè completam esse natura, quæ vtique vt in cauis vlceribus manifestè videre licet, & perire, & regigni potest. At verò nec fibrosa, nec neruosa, membranosáve natura eandem generationem habere cernitur; nec fas est eiusmodi singularum partium fibras à malignis febribus liquari, sicuti carnes; quando animal ipsum priùs quàm hæ prorsus sint siccatæ, interemerint. Itaque sunt & marasmodes febres vniuersæ, ex earum genere, quæ col-

A τούτοις οἷόν τ' ἐστὶ καὶ χωρὶς σινδόνος ὑποβεβλημένης λούειν, ὡς ἂν ἰσχυροὺς ἔτι τὴν δύναμιν ὄντας. εἰσφέρειν μέν τοι καὶ τούτους εἰς τὸν οἶκον, ἤτοι γε ἐπὶ σκίμποδος, ἢ φορείου τινός· εἶθ' ἑαυτοῖς βαδίζοντας, ἐπὶ τὸ θερμὸν ὕδωρ ἀκτέον, ὅπως ἐν ἐκείνῳ χρονίζοιεν. ὅσοι δ' ἀκρατέστεροι τῶν τοιούτων εἰσὶ, σφαλερὸν ἐπιτρέπειν αὖθις ἐμβαίνειν ταῖς ψυχραῖς κολυμβήθραις, ἀλλ' ἔξω μᾶλλον αὐτῶν καταχεῖν ἐπὶ χλιαρῷ τῷ προτέρῳ, τὸ δεύτερον ψυχρόν. ἔστω δ' οὕτω ψυχρὸν τότε κατὰ τὴν δεξαμενὴν ὕδωρ αὐτοῖς παρεσκευασμένον, ὅσον ἐξ ἐκείνης ἄν τις ἀρυσάμενος, αὔταρκες ἀθρόως εἰς ἅπαξ ἐπιχέαι τοῖς λελουμένοις, ὡς μηδεμίαν ἐμφαίνειν σαφῆ ποιότητα, μήτε τῶν ἀκριβῶς ψυχρῶν, μήτε τῶν χλιαρῶν ὑδάτων, ἀλλ' οἷον τὸ κρηναῖον καλούμενον, ἐν μέσῳ ψύξεως πληκτικῆς καὶ χλιαρότητος ἐκλυτικῆς. εἰ μὲν οὖν ἀκριβῶς ἅπαντα γίγνοιτο, κατά τε τὰ λουτρὰ καὶ τὰς τροφὰς, ἐλπὶς σωθήσεσθαι τοὺς μαραινομένους. εἰ δ' ἁμαρτηθείη τι κἂν ἓν, ἀνατρέπει τἄλλα σύμπαντα· τὸ γάρ τοι τῆς διαθέσεως αὐτῶν ὀλέθριον, οὐδὲ βραχύτατον ἁμάρτημα φέρει. καὶ εἴ τις ἐσώθη τῶν τοιούτων, τὸ σαρκῶδες αὐτοῦ γένος ὁ μαρασμὸς κατειλήφει· τῶν στερεῶν δ' αὐτῶν ἐξηρασμένων, ἀδύνατόν ἐστι τὸν ἄνθρωπον ὑγιασθῆναι τελέως· ἀλλ' ἀναγκαῖον ἤτοι γ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πυρετοῦ τὸν θάνατον ἥκειν εὐθέως, ἢ μεταπεσόντος εἰς τὸ καλούμενον ἐκ νόσου γῆρας. πρότερον μὲν γὰρ ὁ τοιοῦτος πυρετὸς ἐκβόσκεται τὴν οἰκείαν ἰκμάδα τῶν μορίων, ὑφ' ἧς τρέφεται· μεταβαίνει δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ σαρκῶδες γένος, ὃ ταῖς ἰσὶ καὶ τοῖς ὑμενώδεσι μορίοις τῶν στερεῶν σωμάτων περιπέφυκεν· εἶθ' οὕτως ἅπτεται καὶ αὐτῶν τῶν στερεῶν μορίων. καθ' ἕκαστον γάρ τοι μόριον τῶν ἁπλῶν καὶ πρώτων ὀνομαζομένων, ἐθεάσω κατὰ τὰς ἀνατομὰς, τὸ μὲν οἷον ἰνῶδές τι ἐστὶ τῆς οὐσίας αὐτῶν, τὸ δ' ὑμενῶδες, τὸ δὲ, σαρκῶδες. οἷον εἰ τύχοι, τῆς φλεβὸς ἕνα χιτῶνα κεκτημένης λεπτὸν, ἔστιν εὑρεῖν κατ' αὐτὸν ἶνας πολλὰς ἀραχνοειδέσι διαστάσεσι συνυφασμένας· αἷς ἀμφοτέραις, ἡ οἰκεία τῆς φλεβὸς οὐσία περιπέφυκεν. ἄλλη κατ' ἄλλο μόριον ὑπάρχουσα, κοινὸν οὐδὲν ὄνομα κεκτημένη· καλεῖν γε μὴν αὐτὴν οὐδὲν κωλύει, διδασκαλίας ἕνεκα, σαρκοειδῆ φύσιν, ἢ καὶ νὴ Δία τὴν τοῦδέ τινος τοῦ μορίου σάρκα, κατὰ γαστέρα μὲν ἑτέραν ὑπάρχουσαν, καθ' ἧπαρ δ' ἑτέραν, ὥσπερ γε καὶ κατὰ ἀρτηρίαν, καὶ μῦν. ὠνόμασται δὲ μόνη σὰρξ ἡ ἐν μυσί· τῶν ἄλλων οὐδεμίαν ὀνομάζουσι σάρκα, πλὴν ὀλίγοι δέ τινες· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν τοῖς σπλάγχνοις, οἷον ἥπατι καὶ νεφροῖς, καὶ σπληνὶ, καὶ πνεύμονι, παρεγχύματα καλοῦσι· τὰς δ' ἐν ἐντέροις, καὶ γαστρὶ, καὶ στομάχῳ, καὶ μήτρᾳ, ἀνωνύμους ἀπολείπουσιν. ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν ὀνομάτων μηδὲν φρόντιζε. γίνωσκε δὲ ἑκάστου τῶν μορίων τὸν ὄγκον τῆς οὐσίας, ὑπὸ τῆς τοιαύτης μάλιστα συμπληροῦσθαι φύσεως, φθορὰν καὶ γένεσιν ἐπιδεχομένης, ὡς ἔνεστι θεάσασθαι σαφῶς ἐπὶ τῶν κοίλων ἑλκῶν. οὐ μὴν οὔθ' ἡ τῶν ἰνῶν φύσις, οὔθ' ἡ νευρώδης, ἢ ὑμενώδης, ὁρᾶται τὴν αὐτὴν ἔχουσα γένεσιν· οὐδ' ἐγχωρεῖ τὰς ἐν ἑκάστῳ μορίῳ τοιαύτας ἶνας, ὑπὸ τῶν κακοηθῶν πυρετῶν ἐκτακῆναι, καθάπερ τὰς σάρκας. αἵ γε πρὶν ξηρανθῆναι τελέως, διαφθείρουσι τὸ ζῶον. εἰσὶ μὲν οὖν καὶ οἱ μαρασμώδεις πυρετοὶ πάντες, ἐκ τοῦ τῶν

συντηκόντων λύσεις· ἀλλὰ διαφέρουσιν, ὅτι τὸ συντηκόμενον ἑκάστοτε τῆς σαρκὸς, ἐπὶ μὲν τούτων, διαφορεῖται· καταρρεῖ δ' ἐπ' ἐκείνων εἰς γαστέρα. φαίνεται δὲ τοῦτο κἀπὶ τῶν κρεῶν γιγνόμενον ἐναργῶς, ὀπτωμένων ἐπὶ τῆς καλουμένης ἐσχάρας· ἐνίων μὲν γὰρ ἀπορρεῖ πάμπολυ τὸ σύντηγμα, καὶ φέρεται κατὰ τῶν ἀνθράκων ἀθρόως· ἐνίων δ' ὅλως οὐδὲν αἰσθητὸν ἀπορρέον φαίνεται, κἂν ἴσον ᾖ τὸ πλῆθος τῶν ἀνθράκων. οἱ γοῦν ἄγριοι σύες, ἢ οὐδ' ὅλως, ἢ ὀλίγιστον ἔχουσι τὸ ἀπορρέον, οἱ δ' ἥμεροι, πάμπολυ· καὶ ὅσον περ ἂν ᾖ πιμελωδέστερον ἢ σαρκωδέστερον τὸ ζῶον, τοσοῦτον τὸ ἀπορρέον αὐτῶν τῶν σαρκῶν, ἐπὶ τῆς ἐσχάρας ὀπτωμένων, πλέον φαίνεται. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον, ἐπὶ τῶν θερμοτάτων πυρετῶν, εἰ μὲν οὖν εἶεν σάρκες ὑγραὶ καὶ μαλακαὶ μετὰ πλήθους πιμελῆς, τὰς συντήξεις αἰσθητὰς ἴσχουσιν· εἰ δὲ ἄνευ πιμελῆς, καὶ ξηραὶ, τοῖς μαρασμώδεσιν ἁλίσκονται πυρετοῖς. ἐναργέστατον δὲ τούτου τεκμήριον, οἱ τὰς συντήξεις ἐκκρίνοντες ἄρρωστοι διὰ γαστρὸς, ἢν μὴ φθάσωσιν ἀποθανεῖν, ἤτοι γ' ὑπὸ βίας τοῦ νοσήματος, ἢ διὰ τὴν τῶν ἰατρῶν ἀμαθίαν, εἰς τοὺς μαρασμώδεις ἐμπίπτοντες πυρετούς. ἄχρι μὲν γὰρ ἂν ἔχωσι τὴν ὕλην δαψιλῆ, ταύτην συντήκουσιν· ὅταν δὲ ἐπιλείπωσιν αὐτοὺς αἵ τε πιμελαὶ, καὶ αἱ σάρκες αἱ μαλακαὶ, ξηραίνουσι τὰς σκληρὰς καὶ δυστήκτους σάρκας, ὧν οὐδὲν ἀπορρεῖ διὰ ξηρότητα, καθάπερ οὐδὲ τῶν ταριχηρῶν κρεῶν, εἰ καὶ ταῦτ' ἐθελήσειας ὀπτᾶν, ἐπιβάλλων ἴσῳ τοῖς ἄλλοις πυρί, ξηρότεραι μὲν γὰρ αἱ σάρκες αὐτῶν ἔσονται, καὶ σκληρυνθήσονταί γε βύρσης τρόπον· οὐ μὴν ἐκρυήσεταί γε αὐτῶν οὐδεμία τηκεδὼν αἰσθητή. ταῦτ' οὖν γινώσκοντί σοι, καὶ ἡ τῶν συντηκτικῶν πυρετῶν ἐπιμέλεια κατὰ τὰς αὐτὰς γινέσθω μεθόδους, ἐπί τε ψυχροῦ δόσιν, ὅτι τάχιστα, παραγιγνομένῳ, καὶ διὰ τῶν ὑγραινόντων καὶ ψυχόντων τρέφοντι. μελίκρατον δ' οἰομένῳ πολεμιώτατον εἶναι, ᾧ μάλιστα ὁρᾷς χρωμένους ἐπὶ τῶν τοιούτων πυρετῶν, τοὺς πλείστους τῶν ἰατρῶν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν συντηκόντων πυρετῶν, αὖθις ἐξέσται διελθεῖν, ὥσπερ γε καὶ περὶ τῶν ἐν λοιμοῖς πυρετῶν ἑκτικῶν, οἷος ὁ νῦν ἐπιδημῶν ἐστιν, εἰρήσεται γὰρ περὶ τοῦδε κατὰ τοὺς λοιμώδεις πυρετούς. τῶν δ' ἄλλων ἑκτικῶν καὶ μαρασμωδῶν, αὐτάρκως εἰρῆσθαι νομίζω τὴν μέθοδον τῆς ἰάσεως.

liquant; sed in eo differunt, quòd quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper vaporis vice discutitur; in illis defluit in ventrem. Cernitur hoc etiam in carnibus in craticulis torrentibus, euidenter fieri; siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditque in prunas largiter; ab aliquibus nihil omninò, quod sentias, defluere videtur, etiamsi par sit prunarum subdita copia. Quippe feris suibus, aut nihil omninò, aut planè minimum est, quod defluat, cicuribus verò plurimum; quantóque magis, vel adipe, vel carne, animal abundat, tanto profectò, quod ab ipsis carnibus, dum in craticulis torrentur, defluit, cernitur copiosius. Ad eundem itaque modum in calidissimis febribus, si carnes humidæ, ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas; sin sine adipe, & siccæ sint, in marasmodes febres transeunt. Clarissimo huius rei argumento sunt infirmi, qui per aluum, quod liquatur, excernunt; qui nisi priùs vel morbi violentia, vel medicorum inscitia moriantur, in marasmodes febres incidunt. Siquidem, quoad materiam vberem habent, hanc colliquant; vbi illis tum adeps, tum caro mollis defecit, duras, & ægrè liquabiles carnes siccant, à quibus propter siccitatem nihil defluit; veluti nec ab iis, quæ sale sunt siccæ, siquis has quoque torrere parans, pari cum aliis igni admoueat; nam & sicciores earum carnes reddentur, & corij ritu durabuntur; nec defluet ex his vlla sensibilis liquatio. Hæc igitur quum scias, etiam colliquantium febrium iisdem methodis curam ages, tum ad frigidam exhibendam quam primùm properans, tum iis, quæ humectent, & refrigerent, nutriens. Mulsam verò inimicissimam esse censebis; qua tamen vti plerósque medicorum in eiusmodi febribus vides. Verùm de colliquantibus febribus disserere in posterum licebit, æquè vt de iis hecticis febribus, *quæ in pestilentiis contingunt*; cuiusmodi ea est, quæ nunc publicè grassatur dicetur nanque, & de hac inter pestilentes febres. Reliquarum verò tum hecticarum, tum marasmodum, abundè mihi sanationis methodum tradidisse videor.

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI, LIBER VNDECIMVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τὰς ἐνδείξεις ἁπάσας διεξίησι, τὰς περὶ πολλοῦ ποιουμένας ἐν τῇ θεραπείᾳ τῶν σεσηπομένων πυρετῶν· διαλέγεται δὲ καὶ περὶ καταπλασμάτων, ἐμβροχῶν, καὶ βαλανείων, ἅπερ κατὰ τὸν λόγον τῶν ἀνημμένων μερῶν παρέχονται.

ARGVMENTVM LIBRI.

Indicationes omnes explicat, quæcunque in curandis putridis febribus æstimantur, ac pertractat de cataplasmatis, perfusionibus, & balneis, quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

A

CAPVT I.

Quid actum superioribus libris, quid hoc agendum; ac de primis, & communibus fontibus curatiuarum indicationum.

QVÆ ex putrescentibus humoribus accenduntur febres, earum primi remediorum scopi dicti priùs sunt, quũ, eos quemadmodum, & duos, & tres efficere liceat, docui; etiam si velis, vnum. Nunc verò, vt in aliis febribus fecimus, ex primis generibus deductis, ad vltimas vsque species diuidendo peruenimus, ita, & in proposita differentia facere tentemus, illud priùs admonentes, quod etiam in libris de pulsuum differentia ostendimus, siue primas differentias, siue prima genera, siue maximè generales ideas, siue quomodocúnque aliter appellare libeat, modò exactam rei notionem serues, nihil inter futurum. Ac febrium quidem ipsarum quemadmodum eas, quas diarias vocamus, cures, in horum commentariorum octauo exposui; pari modo, & quemadmodum continentes, in libro, qui illum sequitur; atque etiam quemadmodum tertias hecticas, in eo, qui illi succedit, qui totius operis est decimus, in quibus non propria modò cuiusque, sed etiam communium pleráque explicaui. Nunc quemadmodum, quæ ex putrescentibus humoribus excitentur, methodo sint sanandæ, aggredi statui. Curatiui scopi prout in duo diuiduntur, affectus quem curamus, & partiũ ægrotantis temperies sunt. Licet autem, ea (vt dictum est) & vna summa interpretemur, dicentes, vnum esse omnium morborum communem curationis scopum, contrarietatem ipsam; quo rursus diuiso, duos existere, morbo, ex iis, quæ sibi contraria sint, adhibenda remedia indicante; laborantis verò temperie, vnà cum ipso morbo, contrarietatis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

Τί πέπρακται ἐν τοῖς ἀνωτέρω βιβλίοις, τί τὸ ἐν τούτῳ πρακτέον· καὶ περὶ πρώτων καὶ κοινῶν πηγῶν τῶν θεραπευτικῶν ἐνδείξεων.

ΤΩΝ δ' ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις ἀναπτομένων πυρετῶν, οἱ πρῶτοι μὲν εἴρηνται σκοποὶ πρόσθεν, ἡνίκα ἐδείκνυον ὅπως ἐγχωρεῖ καὶ δύο, καὶ τρεῖς αὐτοὺς ποιῆσαι· κἂν εἰ βουληθείημεν ἕνα. νυνὶ δ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν, ἐκ τῆς τῶν πρώτων γενῶν τομῆς ἄχρι τῶν ἐσχάτων εἰδῶν ἀφικόμεθα τέμνοντες, B οὕτω πρᾶξαι πειρασόμεθα κἀπὶ τῆς προκειμένης διαφορᾶς, ἐκεῖνο πρότερον ἀναμνήσαντες, ὃ κἂν τοῖς περὶ διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν ὑπομνήμασιν ἐδείξαμεν, ὡς εἴτε πρώτας διαφορὰς, εἴτε γένη πρῶτα καλεῖν ἐθέλοι τις, εἴτε γενικωτάτας ἰδέας, εἴθ' ὁπωσοῦν ἄλλως, φυλάττων ἀκριβῆ τοῦ πράγματος τὴν ἔννοιαν, οὐ διοίσει. τῶν μὲν δὴ πυρετῶν αὐτῶν τοὺς ἐφημέρους ὅπως χρὴ θεραπεύειν, ἐν τῷ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ὀγδόῳ διῆλθον· ὥσπερ γε καὶ ὅπως τοὺς συνόχους, ἐν τῷ μετ' αὐτό· καὶ τρίτους γε τοὺς ἑκτικοὺς, ἐν τῷ μετ' ἐκεῖνο, τῆς ὅλης πραγματείας ὄντι δεκάτῳ, μετὰ τῶν ἰδίων ἑκάστῳ, πλεῖστα καὶ τῶν κοινῶν ἐπελθών. C νυνὶ δ' ὅπως ἄν τις ἰῷτο μεθόδῳ τοὺς ἐπὶ σηπεδόνι χυμῶν συνισταμένους, πρόκειται διελθεῖν. οἱ σκοποὶ δ' οἱ θεραπευτικοὶ, κατὰ μὲν τὴν εἰς δύο τομὴν, ἥ τε διάθεσις ἡ θεραπευομένη ὑπάρχει, καὶ ἡ τῶν τοῦ κάμνοντος μορίων κρᾶσις. ἐγχωρεῖ δὲ, ὡς ἐλέχθη, καὶ δι' ἑνὸς ἑρμηνεῦσαι κεφαλαίου, θεραπευτικὸν εἰπόντων ἡμῶν εἶναι σκοπὸν ἕνα, κοινὸν ἁπάντων νοσημάτων, τὴν ἐναντίωσιν· οὗ τεμνομένου, γενᾶσθαι τοὺς δύο· τοῦ μὲν νοσήματος ἐνδεικνυμένου τὴν τῶν ἐναντίων ἑαυτῷ βοηθημάτων χρῆσιν· τῆς δὲ τοῦ θεραπευομένου κράσεως, ὁμιλούσης ἅμα τῷ νοσήματι, τὸ μέτρον

τῆς ἐναντιώσεως. ἐρρέθη δ' ἐν ἐκείνοις, ὡς καὶ τὸ περιέχον ἡμᾶς, ἕνα ποιήσασθαι τὸν σκοπὸν ἐγχωρεῖ. καὶ ὡς ὁπόταν εἰς δύο μόνοις τὴν πρώτην ποιησώμεθα τομὴν, ἤτοι γ' ἐν τοῖς νοσεροῖς αἰτίοις, ἢ ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς, τίθεσθαι χρὴ τὸ περιέχον. ὄντων δ' αἰτίων ὑγιεινῶν ἁπάντων τῶν ποιούντων ὑγίειαν, ἓν ἐξ αὐτῶν ἐστι τὸ καλούμενον βοήθημα, κατὰ διαφόρους ἐννοίας, ἔσχατόν τε καὶ πρῶτον ὑγιεινὸν αἴτιον ὀρθῶς λεγόμενον. ἔσχατον μὲν γὰρ ἔσται τῷ χρόνῳ, διότι φύσις, καὶ τέχνη, καὶ τύχη, τῷ χρόνῳ πρότερα τῶν βοηθημάτων ἐστὶν ὑγιείας αἴτια· πρῶτον δὲ καθ' ὅσον αὐτὸ ψαύει τοῦ νοσοῦντος, ἀλλοιοῦν τὴν διάθεσιν αὐτοῦ· καὶ διὰ τὴν ἐκ τούτου γινομένην ἀλλοίωσιν τῶν νοσούντων σωμάτων εἰς ὑγίειαν ἀγομένων, ἡ τέχνη, καὶ ὁ τεχνίτης, καὶ ἡ τύχη αἴτια τῆς ὑγιείας γίνεται, οὐ τῷ πρώτως αὐτὰ τὰς νόσους ἐκκόπτειν, ἀλλὰ τῷ δι' ἑτέρων ὑλῶν ἐπιτηδείων, αἵ τινες ὀνομάζονται βοηθήματα. φλεβοτομία γὰρ, αὐτὴ μὲν καθ' ἑαυτὴν, αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ νῦν εἰρημένον ὄνομα κέκτηται· βλάψασα δὲ τὸν ἄνθρωπον, ἐκ τῶν αἰτίων γίνεται τῶν νοσωδῶν, ὥσπερ γε καὶ ὠφελήσασα, τῶν ὑγιεινῶν. καὶ διὰ τοῦτο καλεῖται βοήθημα, καθ' ὃν ἂν ὠφελεῖ καιρόν· ὡς καὶ πάσης ὕλης τῆς ὁπωσοῦν ἀλλοιούσης τὸ σῶμα καθ' ὃν ἂν ὠφελεῖ χρόνον, ὀνομαζομένης βοηθήματος. οὕτως οὖν καὶ περιέχοντος ἡμᾶς, ἴδιον μὲν ὄνομα κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὁ ἀήρ· ἐν δὲ τῇ πρὸς ἡμᾶς σχέσει, ποτὲ μὲν βοήθημα, καὶ τῶν αἰτίων ἕν τι τῶν ὑγιεινῶν γίνεται· ποτὲ δὲ τῶν ἐναντίων αὖθις, τῶν νοσωδῶν. ἐπεὶ δ' ἔκ τε τῆς ἐνεστώσης καταστάσεως, καὶ τῆς ὥρας τοῦ ἔτους, καὶ τῆς τοῦ χωρίου φύσεως, ὁ ἀὴρ ἴσχει τὰς καθ' ὑγρότητα, καὶ ξηρότητα, καὶ θερμότητα, καὶ ψυχρότητα μεταβολὰς, ἐξ ἐκείνων πάλιν ἑκάστου γίγνονταί τινες ἐνδείξεις μερικώτεραι. τύχη μὲν οὖν, καὶ τέχνη, καὶ τεχνίτης, διὰ μέσων τῶν ὑλῶν ἔχουσι τὸ δρᾶν· ἡ φύσις δὲ αὐτὴ δι' ἑαυτῆς, ἐκ τριῶν τούτων συμπληρουμένη μορίων, τῆς τε τοῦ πνεύματος οὐσίας, καὶ τῆς τῶν ὄντως στερεῶν, ἅπερ ἐκ σπέρματος ἐδείχθη γιγνόμενα· καὶ τρίτης ἐπ' αὖθις, τῆς σαρκοειδοῦς οὐσίας, ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων ἰδίας ὑπαρχούσης. ἕκαστον δὲ τῶν εἰρημένων τριῶν, ἰδίαν τινὰ ἔχει ποσότητα, καὶ ποιότητα, κατὰ φύσιν. ἡ μὲν οὖν ποιότης αὐτῶν, ἐκ τῆς πρεπούσης κράσεως ὑγρᾶς καὶ ξηρᾶς, καὶ ψυχρᾶς καὶ θερμῆς συνίσταται. τὸ ποσὸν δὲ, τῶν μὲν στερεῶν σωμάτων, ἴσον ἀεὶ διαμένει, τοῖς μὲν αὐξανομένοις ἔτι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν μόνον, τοῖς δὲ ἤδη τετελειωμένοις, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος. τῆς σαρκοειδοῦς δὲ οὐσίας ἐξαλλάττεται τὸ μέγεθος, εἰ καὶ μηκέτι αὔξοιτο τὸ ζῶον. οὕτως δὲ καὶ ἡ τοῦ πνεύματος οὐσία, μονονοὺ καθ' ἑκάστην ῥοπὴν ἐλάττων τε καὶ πλείων γίνεται. καὶ τοίνυν καὶ ἡ δύναμις, ἐφ' οἷς ἔμπροσθεν εἶπον σκοποῖς, ἤτοι μόνη προστίθεται κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων τριῶν οὐσιῶν συναρίθμησιν, ἢ τῆς κράσεως ἀφορισθείσης ἰδίᾳ καθ' ἑαυτήν. ἥτις αὖ πάλιν καὶ αὐτὴ, ποτὲ μὲν, ὡς ἐδείκνυτο, διχῆ τέμνεται, εἴς τε τὴν ἐξ ἀρχῆς φύσιν, καὶ τὴν ἐπίκτητον διάθεσιν· ὥστε ἀπὸ τούτων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν προειρημένων, γίγνεσθαί τινα ἔνδειξιν ἰαμάτων ἰδίαν ἑκάστου. πολλάκις δὲ ἡ ἐπίκτητος κρᾶσις, εἰς τὰς ποιητικὰς αἰτίας ἀναχθεῖσα, τὴν ἔνδειξιν ἐκείναις ἐχαρίσατο. κατὰ τοῦτον οὖν ἔφαμεν τὸν τρόπον, ἐξ ἡλικίας, ἐπιτηδευμάτων τε, καὶ ἐθῶν, ἔνδειξιν βοηθημάτων γίγνεσθαι, συμφωνεῖν δὲ ἀλλήλαις ἁπάσας τὰς εἰρημένας ἐνδείξεις· ἐν γὰρ ταῖς ἰδικωτέραις, ἀεὶ περιέχεσθαι τὰς γενικωτέρας. ἄγεσθαι δ' εἰς χρῆσιν τὰς ἰδικωτέρας, εὑρισκομένας ἐκ τῆς τῶν γενικωτέρων τομῆς.

mensuram definiente. Porrò dictum in illis est ambientem quoque nos aërem vnam efficere indicationem posse. Et, quum primam sectionem in duo tantum facimus, ambientem, vel morbosis causis, vel salubribus, annumerandum esse. At verò quum sanitatis causæ sint omnia, quæ sanitatem efficiunt, vna certè earum est, quod remedium vocatur; quod pro variis notionibus, & vltima, & prima sanitatis causa rectè dicitur. Quippe tempore vltima erit, propterea, quòd natura, & ars, & fortuna, tempore priores remediorum sanitatis causæ sunt; prima verò est, quatenus id laborantis corpus tangit, alterátque eius affectum; ac propter alterationem, quam id facit, quum ægra copora ad sanitatem perducuntur, ars, artifex, & fortuna, sanitatis causæ fiunt, non quòd hæc morbos primùm submoueant, sed alia materia ad id commoda intercedente, quod auxilium appellatur. Siquidem phlebotomia, ipsa quidem per se hoc, quod iam dictum est, nomen possidet; at quum hominem lædit, ex causis fit morbificis; vt quum prodest, ex salubribus. Ac propterea, quum proficit, vocatur auxilium; sicut profectò omnis materia, quæ quomodolibet corpus alterat, quo tempore iuuat, auxilium dicitur. Sic itaque, & ambientis proprium pro natura sua nomen est aër; relatus tamen ad nos aliàs auxilium, & sanitatis causarum vna efficitur; aliàs iis contrarium, nempe morbificarum. At, quoniam aëri tum ex præsente cœli statu, tum anni tempore, tum regionis natura, suæ in humido, sicco, calido, & frigido mutationes accedunt, ex illorum rursus vnoquoque aliæ particulares indicationes oriuntur. Ac fortuna quidem, & ars, & artifex, materiarum interuentu agunt; natura verò per se ipsa ex tribus his partibus completur, ex spiritus, & partium, quæ verè dicuntur solidæ, substantia, quas ex semine genitali conditas esse monstrauimus; & tertia ab his carnosa substantia, quæ cuique parti est sua. Singulæ autem iam dictarum trium propriam natura sua tum qualitatem habent, tum quantitatem. Ac qualitas quidem earum ex congruo temperamento humido, sicco, calido & frigido consistit. Quantitas verò solidarum partium par semper manet, sed iis, qui adhuc augentur, numero duntaxat, qui verò absoluti iam sunt, etiam magnitudine. Carnosæ verò substantiæ magnitudo variatur, etiamsi præterea non augeatur animans. Sic, & spiritus substantia, tantum non quolibet momento, tum minor, tum maior fit. Ergo etiam ad eos, quos priùs diximus scopos, vires vel solæ iis tribus substantiis, quas modò comprehendimus, simul enumeratis adduntur; vel, distincto seorsum per se temperamento. Atque hoc ipsum rursus bifariam quoque, vt ostensum est, scinditur, & in originalem naturam, & in acquisititium affectum, sic nimirum, vt ex istis, & aliis, quæ priùs dicta sunt, propria quædam cuiusque remediorum sit indicatio. Sæpè autem adscititium temperamento ad efficientes causas reductum, illis indicationem concedit. Ad hunc itaque modum ex ætate, vitæ instituto, & consuetudine, indicationem remediorum suggeri diximus, consentiréque inter omnes iã dictas indicationes; siquidem in ijs quæ magis sunt speciales, contineri semper, quæ magis sint generales; agi verò in vsum, quæ magis sint particulares, ex magis genaralium sectione inuentas.

CAP.

CAPVT II.

De indicationibus, quæ ab affectu febris præstantur; ac quid differat putridarum curatio à reliquarum febrium curatione.

PRima nanque omnium curationis indicationum, quæ ex ipso, qui curatur, morbo accipitur, contrarietatem indicauit. At quoniam morborum plura sunt genera, cuique eorum sua erit contrarietas. Verùm cætera in præsens omittantur. Proponatur autem nobis ad presentem disputationem duntaxat morbi curandi genus in intemperie positum. Id igitur per contrariam ipsi intemperiem sanabitur. At quoniam vniuersi febrium generis intemperies est calor, per frigiditatem curabitur, sic, vt omnes indicationes inter se concordent. Nam, siue dixerimus ita absolutè, febrem per contraria sanandam esse, siue adiecerimus, per ea, quæ contraria sunt temperamento, nulla pugnantia in sermone erit; similiter nec, si per frigida sanandam febrem esse dixerimus. Sed nec, si diuidentes, id dicamus aliquando sanare nos febrem per ea, quæ actu, aliquando & per ea quæ potestate, aliquando, & per ea, quæ accidenti refrigerant; aut etiam ista coniungentes, nulla pugnantia cum iis, quæ dicta sunt, in sermone erit. Pari modo nec, si quis dicat, quæ actu, vel potestate, vel ex accidenti calefaciant, ea febres deteriores reddere, quàm priùs fuerant; contrà quæ actu, vel potestate, vel ex accidente refrigerent, ea febres sanare. Nam indicatio, quæ ab affectu *sumitur*, in tot numero particulares scopos est diducta. Hi verò rursum ipsi particulares scopi materias inueniunt iuxta methodos in opere de medicamentis traditas; illorum enim principium, id est, in quo finita ad curandi affectus diuisio. Ac maximè quidem propria in soluendo morbo intelligitur curatio, sed per abusionem etiam mixtum genus tum ex vera curatione, tum ea, quam præcautionem vocant. Ac diariarum quidem febrium, quemadmodum & hecticarum, vera, & propria curatio est. Earum verò, quæ ex putrescentibus excitantur humoribus vocata curatio, præcautionem quoque sibi adiunxit, cuius officium est causam, morbum efficientem adimere. Sanè nominatur hæc ipsa quoque artis pars, curatrix; quæ ab ea, quæ purè sinceréque prophylactice dicitur, in eo distincta est, quòd sub hac iam sensibiliter ex ipsa causa morbus sit genitus; in prophylactice verò est futurus. Atque nominibus quidem quisque, prout volet, vtatur (id enim semper monere oportet) sed remediorum indicationem, quæ à rebus singulis præstetur, seruet; quòd si vel vnam aliquam earum prætereat, ad proportionem tum magnitudinis illius, tum facultatis, curatio lædetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β′.

Περὶ ἐνδείξεων, τῶν ἐκ τῆς διαθέσεως τοῦ πυρετοῦ γιγνομένων· καὶ τί διαφέρει ἡ τῶν σαπρῶν ἴασις τῆς τῶν λοιπῶν πυρετῶν θεραπείας.

Ἡ Γάρ τοι πρώτη πασῶν ἔνδειξις θεραπευτικὴ, ἐκ αὐτοῦ τοῦ θεραπευομένου νοσήματος γιγνομένη, τὴν ἐναντίωσιν ἐδίδαξεν. ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶ πλείονα γένη τῶν νόσων, ἕκαστον αὐτῶν ἰδίαν ἕξει τὴν ἐναντίωσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα παρείσθω, τό γε νῦν εἶναι. προσκεχωρήσθω δὲ μόνον ἡμῖν εἰς τὰ παρόντα, τῆς θεραπευομένης νόσου τὸ γένος ἐν δυσκρασίᾳ κείμενον. ἰαθήσεται τοίνυν τοῦτο διὰ τῆς ἐναντίας αὐτῷ δυσκρασίας. ἀλλ᾽ ἐπεὶ τοῦ γένους ὅλου τῶν πυρετῶν ἡ δυσκρασία θερμότης ἐστὶ, διὰ ψυχρότητος ἰαθήσεται, ὥστε ἀλλήλαις ὁμολογεῖν ἁπάσας τὰς ἐνδείξεις. ἐάν τε γὰρ εἴπωμεν ἁπλῶς οὕτως, ὡς χρὴ τὸν πυρετὸν ἰᾶσθαι διὰ τῶν ἐναντίων, ἐάν τε προσθέντες, ὡς διὰ τῶν ἐναντίων τῇ κράσει, μάχην οὐδεμίαν ἕξουσιν οἱ λόγοι· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδ᾽ εἰ φαίημεν ἰᾶσθαι χρῆναι διὰ τῶν ψυχόντων, τὸν πυρετόν. ὥσπερ γε οὐδ᾽ εἰ τέμνοντες τοῦτο, φαίημεν ἐνίοτε μὲν ἰᾶσθαι τὸν πυρετὸν ἡμᾶς, διὰ τῶν ἐνεργείᾳ ψυχόντων· ἐνίοτε δὲ, διὰ τῶν δυνάμει· καί ποτε αὖθις, διὰ τῶν κατὰ συμβεβηκός· ἢ καὶ συνθέντες ταῦτα, μάχην οὐδεμίαν ἕξει τοῖς προειρημένοις ὁ λόγος. ὥσπερ γε οὐδ᾽ εἰ φαίημεν, ὅσα μὲν κατ᾽ ἐνέργειαν, ἢ δύναμιν, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς θερμαίνει, χείρονας ἑαυτῶν ἀποτελεῖν τοὺς πυρετούς· ὅσα δ᾽ αὖ κατ᾽ ἐνέργειαν, ἢ δύναμιν, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς ψύχει, θεραπεύειν αὐτούς. ἡ γὰρ ἀπὸ τῆς διαθέσεως ἔνδειξις, εἰς τοσούτους ἐτμήθη τοὺς κατὰ μέρος σκοπούς. αὖθις δὲ πάλιν οὗτοι οἱ σκοποὶ, τὴν ὕλην τῶν βοηθημάτων εὑρίσκουσι κατὰ τὰς ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων εἰρημένας μεθόδους· ἀρχὴ γὰρ ἐκείνων ἐστὶν, εἰς ὅπερ ἐτελεύτησεν ἡ ἐκ τῆς θεραπευομένης διαθέσεως τομή. κυριωτάτη μὲν οὖν ἐν τῷ λυθῆναι τὴν νόσον θεραπεία νοεῖται, καταχρωμένων δὲ, καὶ τὸ μικτὸν γένος, ἔκ τε τῆς ὄντως θεραπείας, καὶ ἣν ὀνομάζουσι προφυλακήν. τῶν μὲν οὖν ἐφημέρων πυρετῶν, ἡ ὄντως ἐστὶ θεραπεία, καθάπερ γε καὶ ἡ τῶν ἑκτικῶν. ὅσοι δ᾽ ἐπὶ χυμοῖς συνίστανται σηπομένοις, ἡ λεγομένη θεραπεία, τὴν προφυλακὴν προσείληφεν, ἥτις ἐστὶ τὸ τὴν νόσον ἐργαζόμενον αἴτιον ἐκκόπτειν. ὀνομάζεται δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ μέρος τῆς τέχνης, θεραπευτικὸν, ἀποκεχωρισμένον τοῦ καθαρῶς τε καὶ εἰλικρινῶς προφυλακτικοῦ, τῷ γενέσθαι τὴν νόσον μὲν αἰσθητῶς ὑπὸ τῆς αἰτίας ἤδη· μέλλειν δὲ ἔσεσθαι, κατὰ τὰς προφυλακτικάς. τοῖς μὲν οὖν ὀνόμασιν ὡς ἂν ἐθέλοι τις χρήσθω (τοῦτο γὰρ ἀναμιμνήσκειν ἀεὶ χρή) φυλαττέτω δὲ τὴν ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν πραγμάτων ἔνδειξιν τῶν ἰαμάτων, ὡς εἴ γε παραλείποι τι κἂν ἓν ἐξ αὐτῶν, ἀνάλογον ἐκείνου τῷ μεγέθει τε καὶ τῇ δυνάμει, βλάψει τὴν ἴασιν.

CAPVT III.

De curationum modis, qui ex indicationibus ab ægroti viribus sumptis præstantur.

QVo autem modo ab affectu ad materias præsidiorum peruenimus, eodem modo à singulis reliquorum generum primorum descendendũ ad eas est; veluti à viribus; hæ nanque morbo, ceu aduersatrices quædã sunt oppositæ; propositúmq; medico est, his succurrere, ac omni ratione opitu-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ′.

Περὶ θεραπειῶν τρόπων, τῶν ἀπ᾽ ἐνδείξεων τῶν ἐκ τῆς νοσοῦντος δυνάμεως εἰλημμένων.

ΟΝπερ δὲ τρόπον ἀπὸ τῆς διαθέσεως ἐπὶ τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων ἀφικόμεθα, τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀφ᾽ ἑκάστου τῶν ἄλλων γενῶν τῶν πρώτων κατέρχεσθαι χρὴ πρὸς αὐτάς· οἷον ἀπὸ τῆς δυνάμεως· ἀντιτέτακται γὰρ αὕτη τῇ νόσῳ, καθάπερ τις ἀνταγωνιστής· καὶ πρόκειταί γε τῷ ἰατρῷ, βοηθεῖν ταύτῃ, καὶ συναγωνίζεσθαι τρόπῳ

πλευτί. τίς οὖν πρῶτος σκοπὸς ἀπὸ τῆς δυνάμεως, ἢ τίς ἔνδειξις προτέρα; καὶ γὰρ κἀνταῦθα λεκτέον, ὡς ἂν ἐθέλοι τις· αὐτὴν μὲν τὴν δύναμιν ἕνα τὸν πρῶτον σκοπὸν τιθέμενος· ὃ δ' ὑπ' αὐτῆς ἐνδεικνύμενον, ἕτερον σκοπὸν δεύτερον. ἐπεὶ τοίνυν ἐδείχθη τὴν ἑαυτῆς ἐνδεικνυμένη φυλακὴν, ὥσπερ ἡ νόσος τὴν ἀναίρεσιν, ἔσται πάλιν ὁ δεύτερος ἐπὶ τῇ δυνάμει σκοπὸς ἡ φυλακὴ, καθάπερ ἐπὶ τῶν νοσημάτων, ἡ ἀναίρεσις. ἀλλ' ἡ μὲν φυλακὴ, τὴν τῶν ὁμοίων ἐνδείξεται προσαγωγήν· ἡ δ' ἀναίρεσις, τὴν τῶν ἐναντίων. ἐπειδὴ δὲ τῆς δυνάμεως οὐσία συμπληροῦτο, διά τε τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς σαρκώδους ἰδέας, καὶ τῶν στερεῶν, ἐκ τῶν ὁμοίων ἑκάστῳ πορίζεσθαι χρὴ τὴν διαμονήν. τῷ μὲν πνεύματι, διὰ τῆς ἀναπνοῆς τε καὶ διαπνοῆς, καὶ τῆς ἐκ τοῦ αἵματος ἀναθυμιάσεως, ἐξέστω δὲ κἀνταῦθα τῷ βουλομένῳ καλεῖν ἀέρωσιν, ἢ λεπτοποίησιν αἵματος, ἢ εἰς ἀτμοὺς λύσιν, ἢ χύσιν, ἢ ὅπως ἂν αὐτὸς ἐθέλοι· τῷ δὲ τῶν στερεῶν γένει, διὰ τῆς στερεᾶς τροφῆς. ὥσπερ γε καὶ τῷ τῶν σαρκωδῶν, διὰ τῆς ἐν μέσῳ φύσεως, ὑγρῶν τε καὶ στερεῶν σωμάτων. ἑκάστου δὲ τούτων εὑρήσεις τὸ μὲν ποσὸν, ἐκ τῆς κατὰ τὴν φυλαττομένην οὐσίαν ποσότητος· τὸ δὲ ποιὸν, ἐκ τῆς κράσεως. αὐτῆς δὲ τῆς κράσεως, καθ' ἕκαστον αὐτῶν, ἤτοι γε ἀρίστης ὑπαρχούσης, ἢ μεμπτῆς κατά τι, τὴν μὲν ἀρίστην ἀεὶ φυλάττειν χρή. τὴν μεμπτὴν δὲ, ἐπὶ μὲν τῶν ὑγιαινόντων, ἤτοι φυλάττειν, ἢ ἀλλοιοῦν· ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων, φυλάττειν, ἐξ οὗ λογισμοῦ πρόσθεν ἐδείκνυτο, μεγίστην ἔνδειξιν ἔχειν τὸ ἔθος, ἢ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ φυλάττειν κρᾶσιν, ἢ τὴν ἐπίκτητον ἐργάζεσθαι. γίνεσθαι δ' ὡς ἐλέγετο τὴν ἔνδειξιν τοῦ μέτρου τῶν βοηθημάτων, ἐκ τῆς νῦν κράσεως· ὥσπερ γε κἀκ τῆς ἡλικίας, οὐχ ἧς ἔμπροσθεν εἶχεν ὁ κάμνων, ἀλλ' ἧς νῦν ἔχει. διαφορᾶς δ' οὐκ ὀλίγης ὑπαρχούσης ἐν τῇ κράσει τῶν τοῦ ζώου μορίων, ἴδιον ἑκάστῳ τὸ μέτρον ἔσεσθαι τῶν ὁμοίων ἑαυτῷ· τῷ μὲν γεωδεστέρῳ, τῶν γεωδεστέρων. τῷ δὲ ὑγροτέρῳ, τῶν ὑγροτέρων· οὕτω δὲ καὶ τῷ μὲν ἀερωδεστέρῳ, τῶν ἀερωδῶν· τῷ δὲ θερμοτέρῳ, τῶν πυρωδῶν. ἐντεῦθεν οὖν ἤδη τὰς ὕλας ἐξευρίσκειν ἁπάντων τῶν κατὰ μέρος, ἐν τροφαῖς, καὶ πόμασι, καὶ ἀέρι, καὶ τοῖς ἐπιτηδευομένοις ἅπασιν. ἔνθα δ' ἀλλήλαις ἐναντιοῦνταί τινες ἐνδείξεις, τῇ πρόσθεν εἰρημένῃ χρῆσθαι μεθόδῳ, πρὸς τὴν τῶν πρακτέων εὕρεσιν, ἐπιβλέποντα μέγεθός τε καὶ ἀξίωμα τῶν ἐνδεικνυμένων σκοπῶν· αἱρεῖσθαι γὰρ ἐδείκνυμεν χρῆναι τὰς ἀπὸ τῶν ἀξιολογωτέρων τε καὶ μειζόνων ἐνδείξεις σκοπῶν· ἀξίωμα μὲν οὖν αὐτῶν, εἰς ζωὴν, ἢ ὑγείαν ἀποβλεπόντων κρίνεσθαι. μέγεθος δ' εἶναι διττὸν, ἤτοι κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν, ἢ τὴν τοῦ κατὰ φύσιν ἐκτροπήν. ἐπὶ ταύταις οὖν ἤδη ταῖς μεθόδοις γυμνασώμεθα ἐν τῷ γένει τῶν ἐπὶ σηπεδόνι πυρετῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Αἱ παρ' αὐτῆς τῆς διαθέσεως, ἥτις ἐστὶν ἡ σῆψις ἐν τοῖς συνόχοις σαπροῖς ἐνδείξεις.

Ἐπεὶ δὲ ἡ σηπεδὼν ἤτοι γε ὁμοτίμως ἐν ἅπασι συνίσταται τοῖς ἀγγείοις, ἢ ἐν τοῖς μεγίστοις, καὶ κυριωτάτοις, ἃ δὴ μεταξὺ βουβώνων τ' ἐστὶ καὶ μασχαλῶν, ἢ καθ' ἕν τι μόριον ἤτοι

lari. Ergo quis primus est à virtute scopus, aut quænam indicatio prior? nam hîc quoque loqui pro arbitrio quispiam possit, virtutem ipsam vnũ scopum, ac primum statuens; quod verò ab ea indicatur, alterum scopum secundum. Itaque, quum monstratum sit virtutem sui custodiam indicare, sicuti morbum sui ablationem, erit rursus in virtute secundus scopus, ipsius custodia; sicut in morbis, ipsorum sublatio. At verò custodia, similium exhibitionem indicabit; sublatio contrariorum. Quoniam verò virium substantia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur, ex ijs, quæ similia sunt, moliri cuique suam custodiam, conueniet. Spiritui ex respiratione, ac transpiratione, & eo qui ex sanguine attollitur, vapore; licet verò hîc quoque volenti, vel aërationem, vel sanguinis attenuationem, vel in halitum solutionem, vel fusionem, vel, vtcunque libuerit *appellare*; solidorum verò generi, ex solido nutrimento. Quemadmodum & carnoso *generi*, per eam naturam, quæ in medio humidorum, ac solidorum, corporum est. At cuiusque horum mensuram ex conseruandæ substantiæ quantitate inuenies; qualitatem verò ex ipsius temperamento. Quum verò horum cuiusque vel optima temperies sit, vel aliquatenus vitiosa, quæ quidem optima est, semper seruari debebit. Quæ verò vitiosa, hæc in sanis quidem, vel seruanda est, vel alteranda; in ægris verò seruanda est, ea ipsa ratione, quâ priùs ostendimus, maximam esse à consuetudine indicationem; nam vel temperamentum ipsum primigenium *oportet* seruare, vel adscititium inducere. Præstari verò (vt prædictum est) mensuræ auxiliorum indicationem ex eo temperamento, quod iam præsens sit, ita nimirum, sicut ex ætate, non quam æger priùs habuerit, sed quam nunc habeat. Quum verò diuersitas non parua sit in partium animalis tẽperamento, propriam cuique mensuram fore eorum, quæ ipsi sint similia; nempe ei, quæ terrea magis est, eorum, quæ magis sint terrea; & ei, quæ humidior est, eorum, quæ sint humidiora; ad eundem modum, & ei, quæ magis aërea est, eorum, quæ plus aëris in se habeant; *sicuti* calidiori, eorum, quæ magis ignea sunt. Hinc verò iam materias particulares omnes in cibis, potione, aëre, & omnibus peragi solitis, inueniendas esse. Vbi verò secum pugnauerint indicationes aliquæ, superiùs comprehensa methodo ad ea, quæ agenda sint, inuenienda vtendum esse, perpensis indicantium scoporum tum magnitudine, tum dignitate. Ostendimus enim eligendas eas indicationes esse, quas scopi digniores, maioresque præscribent; ac dignitatem eorum, vel vitæ, vel sanitatis respectu iudicari. Magnitudinem verò duplicem esse, vel propriæ substantiæ ratione, vel euersionis à naturali statu. Ergo ab his iam methodis agedum exercitemur in genere febrium, quod ex putredine nascitur.

CAPVT IV.

Indicationes, quæ ab affectu ipso, qui putredo est, in continentibus putridis præbentur.

QVoniam putredo, vel æquabiliter in omnibus subsistit vasis; vel in maximis, maximéq; principalibus, ea porrò sunt inter alas, & inguina, vel in vna quapiam parte, quæ vel phlegmonen in se

in se habet, vel etiam citra phlegmonen, veluti in foco quodam, principium febris in se continet; in singulis his differentiis seorsum exercitari conueniet. Ac primùm eam tractandam proponemus, quæ vel in maximis vasis, vel simul omnibus consistit. Quæ igitur ex tali affectu oritur febris, planè necessum est continentem esse. Nec fieri potest, vt ea sanetur, nisi inhibita priùs putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda ipsius causa est, si modò putredo ipsa prior, mox post ipsam, febris sanari debebit. Ergo, quæ causa putredinis est, quæ se per omnia vasa æquabiliter diffundit? Sanè reuocare in memoriam priùs conueniet, quænam aliàs putredinis indicata sit causa, ac deinde, cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat, inquirere. Ergo ostensum est, vbi morborum causas reddidimus, illa tantum putrescere corpora, quæ cum calida humidáque natura sint, neque perflata, neque ventilata, in calido humidóque loco maneant. Quòd si in motu sint, ventilentúrque, ac perflentur, posse ea non putria, *integráque* seruari; potissimùm quæcunque corpora, sua ipsorum natura reguntur, vt animalium, & stirpium; ea nanque (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernant. Ostensum non minus, & in aliis duobus libris est, quantus sit tum respirationis, tum pulsuum vsus ad ventilationem, corporísque perflatum, atque eius natiuum calorem tuendum. Itaque, si quid in eo manifestè putrescere debebit, dictas transpirationes impeditas esse oportet. At verò quî fieri potest, vt illæ per totum animal sistantur, nisi vel in finibus vasorum stipatio sit, vel tota cute? Porrò accidere in finibus vasorum stipatio potest, vel ex vehementi externa refrigeratione, vel ex humorum, qui extrorsum in ipsis confertim fuerint, crassitudine, multitudine, vel lentore. Accidit hoc illis, & ex iis exercitationibus, quæ in palæstra, vel aliàs obeuntur, & itinere laborioso, vel ambientis statu, quum ex rigore in æstum subitò est mutatus. Nonnullis verò feruentes ex ira humores, ac foras simul impetu ruentes, dictas stipationes effecerunt. Quisquis igitur propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat oportet; simul calorem, qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac quemadmodum quidem ille sit refrigerandus, priùs est dictum. Causam verò adimi oportebit, propria cuiusque naturæ inuenta contrarietate; vtique, si ex frigida causa stipatum, densúmque redditum corpus est, laxato eo, omníque ratione rarefacto; sin ex obstructione ita est affectum, hac reclusa. Quod verò recludet, hîc quoque ad contrarietatis indicationem attentus inuenies; vbi nanque abundantia humorum est, hos vacuabis; vbi crassi sunt, & glutinosi, tenues eos, ac fluxiles efficies. Si plures causæ aliquando coibunt, omnibus per contraria occurres; siquidem fieri potest, vt & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul, ac lenti humores subsint. In eiusmodi autem causarum complexu, si rectè, quæ priùs comprehensa sunt, meminimus, cœpisse à sanguinis missione conueniet; ac abundantia vacuata, tum ad extenuandos humores venire; ab hoc ad remittenda, quæ sunt constricta, & rarefacienda, quæ sunt densata. Atque hæc quidem à morbi affectu indicatiuè sunt sumẽda.

A φλεγμαῖνον, ἢ καὶ χωρὶς φλεγμονῆς, ἐν ἑαυτῷ περιέχον οἷον ἐν ἑστίᾳ τινὶ, τὴν ἀρχὴν τοῦ πυρετοῦ· καθ' ἑκάστην τῶν εἰρημένων διαφορὰν, ἰδίᾳ χρὴ γυμνάσασθαι. καὶ πρώτην γε τὴν ἤτοι κατὰ τὰ μέγιστα τῶν ἀγγείων, ἢ σύμπασιν θ' ἅμα γινομένην τῷ λόγῳ προχειρισόμεθα. τὸν γὰρ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ διαθέσει πυρετὸν, εἶναι μὲν δήπου συνόχον ἀναγκαῖον. ἰαθῆναι δ' ἀδύνατον, ἄνευ τοῦ παύσασθαι τὴν σηπεδόνα. παύσασθαι δ' οὐ δύναται, μενούσης τῆς αἰτίας. ἐκκόπτειν οὖν χρὴ τὴν αἰτίαν αὐτῆς, εἰ μέλλει πρότερον μὲν ἡ σῆψις, ἔπειτ' αὐτῇ δ' ὁ πυρετὸς ἰαθήσεσθαι. τίς οὖν ἡ αἰτία B τῆς ὁμοτίμου σηπεδόνος ἐν ἅπασι τοῖς ἀγγείοις; ἀναμνησθῆναι χρὴ πρότερον, ἥτις ποθ' ἡμῖν ἐδείκνυτο σηπεδόνος αἰτία, κἄπειθ' ἑξῆς ζητῆσαι τὴν τῆς ὁμαλῶς γινομένης ἐν ἅπαντι μέρει τοῦ ζώου. δέδεικται τοίνυν ἐν ταῖς τῶν νόσων αἰτίαις, ὡς ἐκεῖνα μόνα σήπεται τῶν σωμάτων, ὅσα φύσιν ἔχοντα θερμὴν καὶ ὑγρὰν, ἀδιάπνευστα, καὶ ἀρρίπιστα μένει ἐν θερμῷ καὶ ὑγρῷ χωρίῳ. εἰ δ' ἐν κινήσει τε εἴη, καὶ ῥιπίζοιτο, καὶ διαπνέοιτο, δύναιτ' ἂν ἄσηπτα φυλάττεσθαι· καὶ μάλισθ' ὅσα σώματα διοικοῦσιν αἱ φύσεις, ὥσπερ τὰ τῶν ζώων τε, καὶ τῶν φυτῶν· αὗται γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἑαυταῖς ἔχουσι συμφύτους κινήσεις, ὡς ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων C ὑπομνήμασιν ἐδείκνυμεν, αἷς ἀποκρίνουσι τὰ περιττά. δέδεικται δὲ καὶ δι' ἄλλων δυοῖν βιβλίων, πηλίκη τίς ἡ χρεία τῆς τ' ἀναπνοῆς ἐστι, καὶ τῶν σφυγμῶν, ὑπὲρ τοῦ ῥιπίζεσθαι, καὶ διαπνεῖσθαι τὸ σῶμα, καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἑαυτοῦ φυλάττειν θερμασίαν. εἴπερ οὖν τι μέλλει σαφῶς σήπεσθαι τῶν κατ' αὐτὸ, τὰς εἰρημένας χρὴ διαπνοὰς ἐπισχεθῆναι. πῶς δ' ἂν καὶ δύναιντο αἱ καθ' ὅλον τὸ ζῶον εἰς τοῦτ' ἐλθεῖν, ἄνευ στεγνώσεως, ἤτοι γ' ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἀγγείων γινομένης, ἢ κατὰ σύμπαν τὸ δέρμα; κατὰ μὲν οὖν τὰ πέρατα τῶν ἀγγείων, ἡ στέγνωσις γένοιτ' ἂν, ἢ διὰ σφοδράν τινα D ἔξωθεν ψύξιν, ἢ διὰ πάχος, ἢ πλῆθος, ἢ γλισχρότητα τῶν περιεχομένων ἐν αὐτοῖς χυμῶν, ἀθροώτερον ῥυέντων ἐπὶ τὴν ἔξω φοράν. γίνεται δ' αὐτοῖς τοῦτο, καὶ διὰ γυμνάσια, τὰ κατὰ παλαίστραν, ἢ ἄλλως ἐπιτηδευθέντα, καὶ δι' ὁδοιπορίας συντόνους, ἢ διὰ τὸ περιέχον, ἐξαίφνης ἐκ κρύους εἰς θάλπος μεταβαλόν. ἐνίοτε δὲ καὶ διὰ θυμὸν οἱ χυμοὶ ζέσαντες ἀθρόα, καὶ χρησάμενοι τῇ πρὸς τοὐκτὸς φύσει, τὰς εἰρημένας στεγνώσεις εἰργάσαντο. χρὴ τοίνυν, ὅστις ἰάσεσθαι μέλλει τὸν προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ πυρετὸν, ἅμα μὲν ἐκκόπτειν αὐτοῦ τὴν αἰτίαν, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἤδη γεγενημένην ὑπ' αὐτῆς ἐν τῷ E ζώῳ θερμασίαν ἐμψύχειν. ὅπως μὲν οὖν ἐκείνην χρὴ ψύχειν, ἔμπροσθεν εἴρηται. τὴν δ' αἰτίαν ἐκκόπτειν προσήκει, κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστης φύσιν ἐξευρίσκοντα τὴν ἐναντίωσιν· εἰ μὲν ὑπὸ ψυχρᾶς αἰτίας, ἐπιλήθη τε καὶ πυκνὸν εἴργασται τὸ σῶμα, χαλῶντα, καὶ ἀραιοῦντα παντοίως αὐτό· δι' ἔμφραξιν δὲ τοῦτο παθὸν, ἐκφράττοντα. τὸ δὲ ἐκφράττον εὑρήσεις κἀνταῦθα, τῷ τῆς ἐναντιώσεως προσέχων σκοπῷ· τοὺς μὲν γὰρ πολλοὺς χυμοὺς, κενώσεις· τοὺς παχεῖς δὲ καὶ γλίσχρους, ἐργάσῃ λεπτούς τε καὶ ῥυτούς. εἰ δὲ καὶ πλείω συνέλθοι ποτὲ αἴτια, πρὸς ἅπαντα ἐνιστάμενος ἐξ ὑπεναντίου· δυνατὸν γὰρ F δήπου καὶ πεπιλῆσθαι τὸ σῶμα, καὶ πεπυκνῶσθαι τοὺς πόρους, καὶ πολλοὺς καὶ γλίσχρους εἶναι τοὺς χυμούς. ἐν δὲ ταῖς τοιαύταις ἐπιπλοκαῖς, εἴ τι μεμνήμεθα τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένων, ἄρχεσθαι προσήκει ἀπὸ τῆς φλεβοτομίας, ἐκκενοῦντα τὸ πλῆθος· ἀφικνεῖσθαι δ' ἐπὶ τῷ λεπτύνειν τοὺς χυμούς· εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τὸ χαλᾶν τὰ πεπιλημένα, καὶ ἀραιοῦν τὰ πεπυκνωμένα. ταυτὶ μὲν οὖν ἐκ τῆς νοσώδους διαθέσεως ἐνδεικτικῶς ληπτέον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Ἔνδειξις ἡ ἀπὸ τῆς δυνάμεως τῶν τῷ συνόχῳ σαπρῷ πυρεττόντων.

Ἀπὸ δὲ τῆς δυνάμεως, ἐπειδὴ σιτία, καὶ ποτὰ, καὶ πνεύματα ταύτην ἐφύλαττον, ἐν μέτρῳ τέ τινι, καὶ ποιότητι δεξιῶς προσφερόμενα· καὶ τὸ αὐτῶν, τὸ μὲν τοῦ ποσοῦ μέτρον, ἀπὸ τῆς οὐσίας τῆς δυνάμεως εὑρισκόμενον· τὸ δὲ τῆς ποιότητος, ἀπὸ τῆς κράσεως, ἐπισκεπτέον ὅπως ἔχουσιν αἱ διοικοῦσαι τὸ σῶμα δυνάμεις. εὐρώστων μὲν γὰρ οὐσῶν, θαρρῶν χρῷ τοῖς κενωτικοῖς βοηθήμασιν, ἅπερ ἐκ τῆς κατὰ τὴν νόσον ἐλήφθη διαθέσεως· ἀρρωστοτέρων δὲ γεγενημένων, εὐλαβῶς μεταχείριζου τὰ κενωτικὰ βοηθήματα. καὶ τί δὴ καὶ τὸ τῆς τροφῆς ποσὸν, ἐντεῦθέν σοι ληπτέον. ἐρρωμένων γὰρ τῶν δυνάμεων κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον, καὶ τῆς ἀκμῆς τοῦ νοσήματος ἐν τάχει προσδοκωμένης, ἔξεστι λεπτότατα διαιτᾶν· ἀρρωστοτέρων γ' οὐσῶν, οὐκ ἔξεστιν ἄνευ ζημίας μεγάλης· ἀλλὰ χρὴ προστιθέναι τοῖς τρέφουσι τοσοῦτον, ὅσον ἀφῄρηνται τῆς εὐτονίας αἱ δυνάμεις. ἐκ τούτων μὲν τῶν σκοπῶν, τὸ ποσὸν τῆς τροφῆς ληπτέον. ἐκ δὲ τῆς διαθέσεως τῆς κατὰ τὴν νόσον, ἅμα τῇ κατὰ φύσιν κράσει ἐν τῷ τότε χρόνῳ τῶν στερεῶν σωμάτων, τὸ ποιόν· ἀπὸ μὲν τῆς διαθέσεως, εἰ ἔμφραξις εἴη, τὰς λεπτυνούσας· ἀπὸ δὲ τῆς κατὰ φύσιν αὐτῶν κράσεως ἅμα τοῖς ἔθεσι, καθὼς καὶ περὶ τούτων διώρισται πρόσθεν. ὁ δὲ καιρὸς τῆς τροφῆς, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων πυρετῶν, ὅσοι σήψεσιν ἕπονται, προϊόντος εἰρήσεται τοῦ λόγου. τοῖς δ' ἕνα μόνον ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἔχουσι παροξυσμὸν, (περὶ τούτων γὰρ ἡμῖν ὁ ἐνεστὼς λόγος,) ἥ τ' εὐφορία, καὶ τὸ ἔθος, οἱ σκοποί· τηνικαῦτα γὰρ αἰεὶ αὐτοῖς δοτέον ὅταν εὐφορώτατοι σφῶν αὐτῶν ὑπάρχωσι· καὶ μάλιστα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῆς ἡμέρας, ἐν ᾧ καὶ πρόσθεν ὑγιαίνοντες ἔθος εἶχον σιτεῖσθαι· μάλιστα γὰρ αἰεὶ εὐφόρως ἐνέγκωμεν τὰ σιτία, κατὰ τούτους τοὺς σκοποὺς λαβόντες. ὅτι δὲ καὶ τὸ ψυχρὸν τοῖς οὕτω νοσοῦσι δοτέον, ὅταν ἤδη πέττωνται μὲν οἱ χυμοὶ, τὸ δὲ πάχος αὐτῶν ᾖ προλελεπτυσμένον, ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένων εὔδηλον.

CAPVT V.

Indicationes à viribus eorum, qui continente febre putrida correpti sunt.

A Viribus autem (quoniam has, cibi, potiones, & spiritus certa mensura, & apta qualitate, exhibita, seruabant; inuentus autem est quantitatis eorum modus ex virium substantia; qualitatis verò à temperamento) *nimirum* æstimari debebit, quemadmodum vires, quæ corpus regunt, in his se habeant. Quippe, si valentes sint, audacter vacuantibus præsidiis vteris, hæc autem ab affectu morbi fuere accepta; sin infirmiores sint redditæ, vacuantia remedia cautiùs administrabis. Sed & alimentorum modus hinc tibi est desumendus. Quum enim vires legitimum robur suum habent, & morbi summus vigor breui futurus expectatur, tenuissimo victu licet vti; quum sunt infirmiores, non licet sine graui noxa; sed adiicere ad nutrimenta tantum oportet, quantum est de robore virium imminutum. Atque ex his scopis accipienda est nutrimenti quantitas. Qualitas verò ex morbi affectu, vnà cum solidorum corporum, quod tunc temporis est, naturali temperamento; ab affectu, si is obstructio sit, quæ extenuet; à naturali ipsorum temperamento, vna cum consuetudine, prout etiam priùs est definitum. Tempus verò nutriendi, quod quidem ad reliquas spectat febres, quæ ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicetur. Quæ verò vnicam tantùm à principio ad finem accessionem habent (de his nanque præsens est sermo) in his facilis toleratio, & consuetudo spectari debebunt; nam cibus illis eo tempore est offerendus, quo faciliùs quàm in cæteris, morbum tolerant; eóque potissimùm diei tempore, quo priùs in sanitate cibari erant assueti; etenim facillimè cibum ferent, si ex his scopis assument. Quòd autem frigida quoque ita laborantibus sit exhibenda, quum iam concoquuntur, & crassitudo eorum prætenuata est, id ex iis, quæ priùs sunt comprehensa, manifestum arbitror.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Τί κοινὸν ἔχουσιν οἱ σύνοχοι πυρετοὶ τοῖς ἐφημέροις τε καὶ λοιποῖς τοῖς ἐκ σήψεως οὖσιν.

Ἐπαμφοτερίζοντος γὰρ τοῦ τοιούτου πυρετοῦ, τοῖς τ' ἐπὶ σήψει χυμῶν, ἐν περιόδοις τισὶ παροξυνομένοις, καὶ τοῖς ἐφημέροις ὀνομαζομένοις, ἐν ἑκατέρῳ τῷ γένει προσηκόντως ἐμνημονεύσαμεν τούτων, ἕνα μὲν ἐχόντων παροξυσμὸν, ὡς ἐφημέρων· ἐπὶ σήψει δὲ γιγνομένων, καὶ ἤδη πολυημέρων πως ὄντων. ὥσθ' ἓν μὲν ἔχουσι κοινὸν πρὸς τοὺς ἐφημέρους· δύο δὲ, πρὸς τοὺς ἐπὶ σήψει πολυημέρους. τὸ δ' ἕτερον γένος τῶν συνόχων, δύο μὲν ἔχει κοινὰ πρὸς τοὺς ἐφημέρους, τό, τε χωρὶς σήψεως γίγνεσθαι, καὶ χωρὶς περιόδου· τὸ τρίτον δ' οὐ κοινόν, εἰς γὰρ τὴν πέμπτην ἡμέραν ἐκτείνεται πολλάκις. ἡ μὲν οὖν τῶνδε τῶν πυρετῶν θεραπεία, γέγραπται πρόσθεν. ἡ δὲ τῶν ἐπὶ σήψει συνόχων, ἑκατέρῳ τῷ γένει κοινωνοῦσα, καὶ ἡμᾶς ἠνάγκασεν ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις περὶ αὐτῆς διελθεῖν. ἀλλ' ἡ μὲν οὐσία καὶ ἡ σύμπασα φύσις αὐτῶν, ἐκ τοῦ γένους ἐστὶ τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου. καθ' ἓν δέ τι τῶν

CAPVT VI.

Quid commune habeant continentes febres cum diariis, & reliquis, quæ ex putredine oriuntur.

QVum enim eiusmodi febris communia quædam cum ambabus habeat, tum iis, quæ ex humorum ortæ putredine circuitibus quibusdam accessiones habent, tum, iis, quas diarias vocamus; meritò in vtroque genere de ipsa mentionem facimus, quum vnicam accessionem habeat, vt diariæ, cæterùm ex putredine orta multos duret dies. Itaque vnum cum diariis commune habebit; duo cum iis, quæ ex putredine ortæ multos durant dies. Reliquum continentium febrium genus duo habet cum diariis communia, & quod sine putredine sit, & quod absque circuitu; tertium verò commune non est, quum sæpè in quintum porrigatur diem. Atque harum quidem continentium febrium prodita priùs curatio est. Continentium verò putridatum curatio, quum vtrique generi communis sit, etiam nos in ambobus de ipsa differere coegit. Cæterum substantia earum totáque natura ex eo est genere, quod nunc nobis proponitur. In vno autem eorũ, quæ

quæ ipsis accidunt, cum diariis conueniebant; id fuit, quòd vna in totum totius morbi accessio erat. Ergo & curatio earum vnum hoc duntaxat commune cum diariis habeat, oportet; in reliquis autem omnibus bifariam diducatur. Atque alij quidem curationis scopi ex communi genere earum, quæ ex putredine sint ortæ, accipiantur; alij ex propria earum substantia. Ad eundem verò modum, & cæteras natarum ex putredine febrium differentias sanari conueniet; indicatione (sicut sæpè priùs dictum est) tum à communi ipsarum genere, tum verò à cuiúsque propria differentia desumpta.

A συμβεβηκότων αὐτοῖς, ἐκοινώνησαν τοῖς ἐφημέροις, ὅπερ ἦν εἷς ὁ σύμπας παροξυσμὸς ὅλης τῆς νόσου. χρὴ τοίνυν καὶ τὰ τῆς ἰάσεως, αὐτοῖς καθ᾽ ἓν μὲν τοῦτο μόνον εἰς κοινωνίαν ἥκειν τοῖς ἐφημέροις· κατὰ δὲ τἆλλα σύμπαντα, διχῆ τμηθῆναι. καὶ τοὺς μέν τινας σκοποὺς θεραπευτικούς, ἐκ τοῦ γένους τῶν ἐπὶ σήψει λαβεῖν· τοὺς δέ τινας, ἐκ τῆς οἰκείας αὐτῶν οὐσίας. οὕτω δὲ καὶ τὰς ἄλλας διαφορὰς τῶν ἐπὶ σήψει χυμῶν ἰᾶσθαι προσήκει, καθάπερ ἤδη πολλάκις ἔμπροσθεν εἴρηται, τὴν ἔνδειξιν, ἀπό τε τοῦ κοι- B νοῦ γένους αὐτῶν λαμβάνοντας, καὶ τῆς καθ᾽ ἕκαστον ἰδίας διαφορᾶς.

CAPVT VII.

Quot in totum sint primæ febrium putridarum differentiæ, ex quibus petenda est curandi ratio.

ERgo denuò repetentes, dicamus primùm, quot sint febrium, quas humorum putredo accendit, in vniuersum differentiæ; deinde quænam sit ipsius generis earum communis sanaturorum auxiliorum indicatio; mox quæ sit singulatim cuiúsque propria. Par est enim profectò, vt quod omnium earum commune est, communem habeat indicationem; & quod in singulis est proprium, quantum à reliquis eiusdem generis est diuersum, in tantum & diuersam ab illis sortiatur indicationem. Sunt igitur natarum ex humoris putredine eiusmodi differentiæ. Vna ex eo, quòd causæ ipsius putredinis adsunt, vel non adsunt. Secunda ex eo, quòd per totum animal, aut eius partem aliquam diffusa putredo sit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerandum nobis est, quidnam commune habeat indicatio, quæ à causa sumitur adhuc manente; quidnam ea, quam putredo ipsa præstat; ab his deinde, quid indicatio putredinis, quæ per totum diffunditur animal, aut certè maximè principalia in eo vasa; quid eius, quæ in vna consistit parte; mox deinde earum, quæ in vna quadam parte sunt, æstimabimus differentias. Quippe aliam esse indicationem eius, quæ cum phlegmone coniungitur, ratio est; aliam eius, quæ sine hac consistit. Rursus in his etiam ipsis aliam esse præsente adhuc effectrice causa; aliam verò hac submota. Postremò cuiúsque causæ adhuc manentis differentias, per omnia, quæ in specierum diuisione sunt inuenta; siquidem hîc iam desinant necessum est, indicationes, quæ ex curandis sumuntur affectibus. Post has verò eas nimirum, quæ ab ipsis curandis suggeruntur partibus, pro iam dicta methodo sumemus; quibus si eas, quæ à viribus præbentur, adiecerimus, absoluta nobis, de febrium omnium à putredine accensarũ curatione, methodus erit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Πόσαι καθόλου εἰσὶν αἱ πρῶται τῶν σαπρῶν πυρετῶν διαφοραὶ ἐξ ὧν ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος λαμβάνεται.

ΑΝαλαβόντες οὖν αὖ εἴπωμεν, ὁπόσαι μέν εἰσιν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ τῶν ἐπὶ σηπεδόνι χυμῶν ἀναπτομένων πυρετῶν· τίς δ᾽ ἡ κοινὴ τοῦ γένους αὐτῶν ἔνδειξις, C τῶν ἰασομένων βοηθημάτων· εἶθ᾽ ἑξῆς ὁποία τίς ἡ καθ᾽ ἕκαστον ἰδία. χρὴ γὰρ δήπου τό, τε κοινὸν αὐτοῖς ἅπασι, κοινὴν καὶ τὴν ἔνδειξιν ἔχειν· τό, τ᾽ ἐν ἑκάστῳ διάφορον εἰς ὅσον ἀποκεχώρηκε τῶν ὁμογενῶν, εἰς τοσοῦτον καὶ τὴν ἔνδειξιν ἀφωρισμένην ἐκείνων ἔχειν. εἰσὶ δὲ τῶν ἐπὶ σήψει χυμῶν αἱ διαφοραὶ αἵδε. μία μὲν ἐκ τοῦ παρεῖναι τὰς αἰτίας αὐτοῖς τῆς σηπεδόνος, ἢ μὴ παρεῖναι. δευτέρα δὲ, ἐκ τοῦ καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶον, ἢ κατὰ μέρος, ὑπάρχειν τὴν σηπεδόνα. καὶ τρίτη καθ᾽ ὅσον ἤτοι μετὰ φλεγμονῆς, ἢ χωρὶς D ταύτης εἴη. ἐπισκεπτέον οὖν ἡμῖν ἐστι, τί μὲν ἔχει κοινὸν ἡ ἀπὸ τῆς αἰτίας ἔνδειξις, ὑπαρχούσης ἔτι, τί δ᾽ ἡ τῆς σηπεδόνος αὐτῆς· κἄπειθ᾽ ἑξῆς, τί μὲν ἡ καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶον, ἢ τά γε κυριώτατα τῶν ἀγγείων αὐτοῦ· τί δὲ ἡ καθ᾽ ἕν τι μόριον· ἔπειθ᾽ ἑξῆς τῶν καθ᾽ ἕν τι μορίων τὰς διαφοράς. ἄλλην μὲν γὰρ εἰκὸς ἔνδειξιν εἶναι τὴν μετὰ φλεγμονῆς, ἑτέραν δὲ τὴν χωρὶς ταύτης. ἐν αὐταῖς δὲ ταύταις πάλιν ἑτέραν μὲν ἔτι παρούσης τῆς ποιούσης αἰτίας· ἑτέραν δ᾽ οἰχομένης αὐτῆς. εἶθ᾽ ἑξῆς τὰς καθ᾽ ἑκάστην αἰτίαν ἔτι παροῦσαν διαφοράς, ἐπὶ πάντων τῶν εἰρημένων κατὰ τὴν E τομὴν εἰδῶν· ἐνταῦθα γὰρ ἡμῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰς τὰς ἀπὸ τῶν θεραπευομένων διαθέσεων ἐνδείξεις τελευτῆσαι. μετὰ δὲ ταύτας, δηλονότι τὰς ἀπὸ τῶν θεραπευσομένων μορίων ἐνδείξεις ληψόμεθα, κατὰ τὴν προειρημένην μέθοδον· αἷς προστεθέντες τὰς ἀπὸ τῆς δυνάμεως, τελείαν ἕξομεν ἤδη τὴν μέθοδον τῆς ἁπάντων τῶν ἐπὶ σήψει πυρετῶν ἰάσεως.

CAPVT VIII.

De putredine, & eius causa curanda.

ERgo ordiamur à primo qui in diuisione fuit, scopo, is erat humorum putredo; ac consideremus, quibus maximè scopis, quibúsque indicationibus vsi, curationem eius inuenire possimus. Principium verò inuentionis, ipsa erit rei natura, de qua agitur; etenim id quoque in demonstrandi methodis didicimus.

F

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Περὶ σηπεδόνος, καὶ περὶ θεραπείας τῆς ἐκείνης αἰτίας.

ΑΡξώμεθα οὖν ἀπὸ τοῦ προτέρου σκοποῦ κατὰ τὴν διαίρεσιν, ὅσπερ ἦν ἡ σηπεδὼν τῶν χυμῶν, καὶ σκεψώμεθα τισὶν ἂν τις προσέχων σκοποῖς, καὶ τισὶν ἐνδείξεσι χρώμενος, ἐξεύροι τὴν θεραπείαν αὐτῆς. ἀρχὴ δ᾽ εἰς τὴν εὕρεσιν ἡ φύσις ἔσται τοῦ πράγματος ὑπὲρ οὗ σκοπούμεθα. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐμάθομεν ἐν ταῖς ἀποδεικτικαῖς μεθόδοις.

τίς οὖν ἡ φύσις τῆς σηπεδόνος ἐστίν; ἡ μεταβολὴ τῆς ὅλης τοῦ σώματος σηπομένης οὐσίας ἐπὶ φθοράν, ὑπὸ τῆς ἔξωθεν θερμασίας. οὐ γὰρ δὴ ὑπό γε τῆς οἰκείας τι φθείρεται, τοὐναντίον δ' ἅπαν αὐξάνεταί τε, καὶ ῥώννυται, καὶ ὑγιαίνει, καὶ ζῇ τῶν ὄντων ἕκαστον, ὑπὸ τῆς οἰκείας θερμασίας διοικούμενον· ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτὰ τὰ τῶν ζώων σώματα, καίτοι τὸ πλεῖστον τῆς ἑαυτῶν οὐσίας ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἔχοντα, διαρκεῖ πάμπολυν ἐτῶν ἀριθμὸν ἄσηπτά τε, καὶ ὑγιῆ, καὶ ζῶντα, φυλαττομένης αὐτῶν, ὡς ἐπιδέδεικται, τῆς οἰκείας θερμασίας, ἐν μὲν τῷ τῆς καρδίας σώματι, διὰ τῆς ἀναπνοῆς· ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἄλλοις μέρεσι, διά τε τῆς πρὸς τὴν καρδίαν κοινωνίας, καὶ δι' ἑτέρου τινὸς εἴδους ἀναπνοῆς, ὃ καθ' ὅλον τὸ δέρμα γιγνόμενον, ὠνόμασται διαπνοή. τῇ δὲ τούτων βλάβῃ, συγκακοῦται μὲν τὸ κατὰ φύσιν θερμόν· ὀθνεῖον δέ τι καὶ παρὰ φύσιν ἕτερον ἐγγινόμενον τοῖς σώμασι, τοὺς μὲν χυμοὺς πρώτους, δι' ὑγρότητα σήπει τε καὶ διαφθείρει, τῷ χρόνῳ δὲ, καὶ τῆς πιμελῆς ἅπτεται, καὶ τῆς σαρκός. ὥσπερ οὖν ὅσα τῶν μὴ ζώντων σωμάτων σήπεται, πρῶτον μὲν ἀποσφάττουσιν αὐτῶν ὅσα ἤδη σέσηπται, εἶθ' ἑξῆς τὸ λοιπὸν αἰωρήσαντες ἐν ἀέρι ψυχρῷ, διαπνοὰς εὐψύχεις μηχανῶνται· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἰασόμεθα τὴν ἐν τοῖς ζώοις σηπεδόνα, τὸ μὲν ἤδη διεφθαρμένον, ἐκκενοῦντες ἅπαντι τρόπῳ· τὸ δὲ ὑπόλοιπον, αἰωρήσεσι μετρίαις, καὶ διαπνοαῖς εὐψύχεσιν, εἰς τὴν ἀκριβῆ συμμετρίαν ἐπανάγοντες. ἡ μὲν δὴ κένωσις αὐτῶν, δι' οὔρων τε, καὶ διαχωρημάτων, ἐμέτων τε καὶ ἱδρώτων, ἔσται· μετὰ δὲ ταῦτα, κινήσεις μετρίας, ἅμα τῇ τοῦ περιέχοντος εὐκρασίᾳ πορισόμεθα. ὅπως δ' ἄν τις ἕκαστον τούτων ὀρθῶς μεταχειρίζοιτο, μικρὸν ὕστερον ἐπισκεψόμεθα. νυνὶ δ' ἐπὶ τὸ δεύτερον ἐκ τῆς διαιρέσεως ἤδη μεταβῶμεν, ὡς ἄν τις κάλλιστα τῆς ποιούσης αἰτίας τὴν σῆψιν ἔτι μενούσης, ἐξεύροι τὴν ἴασιν. ἔστι δ' οὐδ' ἐνταῦθα χαλεπὸν οὐδὲν ἐξευρεῖν, ὅτι διὰ τῶν ἐναντίων ἀναιρουμένης αὐτῆς. ἐπεὶ τοίνυν ἡ κώλυσις τῆς διαπνοῆς εἰργάζετο τὴν σῆψιν, ἀναιρετέον αὐτήν. ἀλλ' ἐπεὶ πολυειδῶς ἐγίγνετο, καὶ πυκνουμένων τῶν πόρων, καὶ πιλουμένων τῶν σωμάτων, καὶ διὰ πλῆθος, καὶ πάχος, καὶ γλισχρότητα τῶν χυμῶν ἐμφραττομένων, ἑκάστην τῶν εἰρημένων διαθέσεων ἰᾶσθαι χρὴ, διὰ τῶν ἐναντίων· τὴν μὲν πύκνωσιν, τοῖς ἀραιοῦσι· τὴν δὲ πίλησιν, τοῖς χέουσι· τὸ δὲ πλῆθος, τοῖς κενοῦσι· καὶ τὸ πάχος, τοῖς τέμνουσι· καὶ τὴν γλισχρότητα, τοῖς ῥύπτουσιν. καὶ εἰ μὲν καθ' ὅλον εἴη τὸ σῶμα τῶν εἰρημένων ἕκαστον, ὅλῳ τῷ σώματι διὰ τῶν ἐναντίων τιμωρῶντες· καθ' ἓν δέ τι τῶν μορίων ὑπαρχούσης τῆς σηπεδόνος, ἐν ἐκείνῳ τὰ εἰρημένα μηχανώμεθα. οὐ τῶν αὐτῶν δὲ δηλονότι δεήσεται πάντα κενώσεως φαρμάκων, ὡς ἂν καὶ ταῖς κράσεσι, καὶ ταῖς θέσεσι, καὶ ταῖς διαπλάσεσι, καὶ τῇ συμπάσῃ κατασκευῇ, καὶ φύσει διαφέροντα ἀλλήλων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ ἰάσεως τῶν ἐκ σηπεδόνος πυρετῶν διὰ καθαρτικῶν φαρμάκων, βαλανείων, χρισμάτων, καὶ πόσεως.

ΟΠως οὖν χρὴ βοηθεῖν ἑκάστῳ, μετὰ ταῦτα σκεψόμεθα κατὰ τὴν οἰκείαν τοῦ λόγου τάξιν· ἧς τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι σηπεδόνος ποιησόμεθα, γινώσκοντες αὐτῆς

Quænam igitur est putredinis natura? mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam, ab externo calore. Non enim profectò à proprio *calore* corrumpitur quicquam, imò verò contrà quodcunq; & augetur, & roboratur, & sanū est, & viuit eorum quæ sunt quodq; proprio calore regitur. Vt sanè & ipsa animantium corpora, tametsi plurimā substantiæ suæ portionem humidam, & calidam sunt sortita, magnum tamen annorum numerum sine putredine, ac sana, viuáque exigunt, si seruetur (vt monstratum est) eorum proprius calor, in cordis quidem corpore, per respirationem; in reliquis omnibus partibus, tum per communitatem, quam habent cum corde; tum per aliam quandam respirationis speciem, quæ per totam agitur cutem, & transpiratio nominatur. His verò læsis, vnà etiam naturalis calor læditur; alter verò quidam alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primùm quidem ipsos humores propter humiditatem, & putrefacit, & corrumpit, spatio verò temporis tum adipem inuadit, tum etiam carnem. Vt igitur in iis corporibus, quæ non viuunt, ac putrescunt, primùm quantum eorum iam computruit, abiiciant, dein ei quod reliquum est in frigidum aërem sublato, perspirationem refrigerantem moliuntur; ita putredinem in viuis ortam sanabimus, id quod iam corruptum est, omni ratione vacuantes; quod reliquum est moderatis gestationibus, & refrigerante perspiratu, ad exactam symmetriam reducentes. Ac vacuationem quidem illius per vrinas, deiectiones, vomitum, ac sudores, moliemur; post hanc motiones mediocres, vnà cum ambientis bona temperie, adhibebimus. Quemadmodum autem horum quódque rectè administrandum sit, paulo post æstimabimus. Nunc ad secundum in diuisione transeamus; quemadmodum quis causæ, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis remedium facillimè inueniat. Est autem neque in hoc difficultas vlla, quod per contraria ipsa tollatur. Itáque quoniam transpirationis prohibitio, putredinis causa fuit, hanc submonere oportet. At ea quum variis generibus sit orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus, tum abundantia, tum crassitudine, tum lentitia sua obstruentibus, singulæ dictarum affectionum curandæ per contraria sunt; densitas, per ea, quæ rarefaciunt; constrictio, per ea, quæ fundunt; abundantia, per ea, quæ vacuant; crassitudo, per ea, quæ incidunt; & lentor, iis, quæ detergent. Ac, si quidem totum corpus dictorum iam singula occuparint, etiam toti corpori per contraria est succurrendum; sin vnam partem quampiam putredo inuaserit, illi adhibenda iam dicta sunt remedia. Sanè non easdem omnes partes vacuationes, medicaméntave requirent, quum, & temperamētis, & posituris, & conformatione, & omni deniq; cōstitutione naturáque, inter se dissideant.

CAPVT IX.

De curandis putridis febribus per medicamenta purgantia, balnea, inunctiones, & potus.

ERgo, quemadmodum singulis opitulandum, id postea pro conueniente sermonis ordine disquiremus; cuius initium à putredine, quæ totum corpus occupet, quæ ipsa continentes quoque

quoque vocatas febres, excitet, faciemus. Ergo qui putruerunt ita laborantium corporum humores per vrinas, & aluum, & sudores purgandi sunt; quod si ad os ventriculi aliquando sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones; aliter autem non est, quod eos præter naturam irrites. Ac eorum quidem, quæ iam dictas excretiones promoueant, non parua materiæ copia est, sed quum maior eorum portio, calida siccáque facultate sit, febrem adauget. Itaque deligenda medico sunt ea, quæ citra calefactionem, siccationémque valentem, dictas vacuationes præstent; cuiusmodi sunt cremor ptisanæ, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autem ipsa ventri quoque sunt idonea; qui si nihil reddat, iniicienda per clysterem aqua mulsa, cum oleo est. Sanè totum corpus priusquàm id vacuaris, rarefacere non expedit; vbi vacuatum est, vtique licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus insit, rarefacias, cuiusmodi est, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoque aquosum bibatur, id omnes excretiones promouerit; *idem faciat* & temperatum dulcis aquæ lauacrum. Quòd si appositum aliquando in dictione vocabulum dulcis non sit, id subaudire debebis, certò sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui, non bituminoso, aut sulfureo, aut aluminoso, aut chalcanthode, aut salso, aut ex marina ipsa. Cæterùm, vbi magnitudo febris obstat, sicut in continentibus, nec vino est vtendum, nec lauacro, nec iis, quæ habitum rarefaciant, vnctionibus; sed aqua frigida, sicut priùs diximus, pota, in his febribus est aptissima, nisi tamen aliquid eorum, quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat. Nam ipsius febris frigida pota perpetuò est remedium, non tamen putrescentium humorum per aluum, vrinas, vel sudores vacuandorum. Quo magis exercitatum esse in iis, quas nunc tradimus, methodis oportet; ac in ægrotantibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia; & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis; quæ rursus efficientis hanc causæ; atque huius quoque, quum per se ipsam subsistit. Non enim semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerunque aduersantur. Hìc memores eorum, quæ didicimus, quod maximum omnium est, id aggredi oportebit, atque vel hoc primum, vel magis, quam cætera, sanare. Sanè scire licet difficile esse, acriq; iudicio indigens, febrem, putredinem, & effectricem causam, vbi etiamnum ipsa quoque adest, inter se conferre; difficilius tamen est, si vires, quoque cum illis conferre velis; quòd sicut antè demonstrauimus, propter vitæ scopum semper est necessarium; aliquando verò & ex accidenti, sicut ad morborum sanationem; quod me ostensurum promisi. Si nanque quod putrescit, vestis esset, aliúdve inanime corpus, ex prædictis duntaxat indicationem caperemus. Quum verò in viuente corpore fiat putredo, quod tum alterare potest, tum concoquere, tum vtile reddere, quicquid putrescentium, veluti semiputrescens semimalúmque est, hanc facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans roboránsque, quæ putrescentia sunt, sanabis. Itaque etiam tum maximè eos cum fiducia, vel in balneo lauamus; vel rarefacientibus medicamentis vtimur; vel aquam frigidam, vel vinum bibendum damus,

τοὺς συνόχους ὀνομαζομένους πυρετούς. ἐκκαθαίρειν οὖν χρὴ τὰ σεσηπότα τῶν οὕτω καμνόντων σωμάτων, δι' οὔρων τε, καὶ γαστρὸς, καὶ ἱδρώτων· εἰ δ' αὐτόματον ποτὲ τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ποιήσαιτο, καὶ δι' ἐμέτων· ἄλλως δὲ οὐ χρὴ παρὰ φύσιν ἐρεθίζειν αὐτά. ἔστι μὲν οὖν οὐκ ὀλίγη τις ὕλη, τῶν τὰς εἰρημένας ἐκκρίσεις προτρεπόντων, ἀλλ' αἱ πλείους αὐτῶν θερμαὶ καὶ ξηραὶ ταῖς δυνάμεσιν οὖσαι, τὸν πυρετὸν ἐπαύξονται. ἐκλεκτέον οὖν τῷ ἰατρῷ, ὅσα χωρὶς τοῦ θερμαίνειν καὶ ξηραίνειν ἱκανῶς τὰς εἰρημένας κενώσεις ἐργάζονται, καθάπερ ὅ,τε τῆς πτισάνης χυλὸς, καὶ τὸ μελίκρατον, ὀξύμελί τε, καὶ ἀπόμελι, καὶ ἡ τοῦ σελίνου ῥίζα κατὰ τὸ πινόμενον ὕδωρ ἑψομένη. αὐτὰ δὲ ταῦτα, καὶ κατὰ κοιλίαν ἀγαθά· μὴ διαχωρούσης δὲ τῆς κοιλίας, κλύζειν μελικράτῳ μετ' ἐλαίου. τὸ δ' ὅλον σῶμα, πρὶν μὲν κενῶσαι, μανοῦν οὐ χρή· κενώσαντα δὲ, ἐγχωρεῖ μανοῦν φαρμάκῳ χλιαρὰν ἔχοντι τὴν θερμασίαν, ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ τοῦ χαμαιμήλου. ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ καὶ οἶνος ὑδατώδης πινόμενος, ἁπάσας κινεῖ τὰς ἐκκρίσεις, καὶ λουτρὸν εὔκρατον, ἐκ γλυκέος ὕδατος. εἰ δὲ καὶ μὴ προσκέοιτό ποτε κατὰ τὴν λέξιν τὸ γλυκὺ, προσυπακούειν χρὴ, γινώσκοντας ὅτι περὶ τοῦ τοιούτου λουτροῦ διὰ παντὸς ὁ λόγος ἡμῖν ἐπὶ τῶν πυρεττόντων ἐστὶν, οὐκ ἀσφαλτώδους, ἢ θειώδους, ἢ στυπτηριώδους, ἢ χαλκανθώδους, ἢ ἁλμώδους, ἢ θαλάττης αὐτῆς. ἀλλ' ὅταν ἀνθίσταται τὸ μέγεθος τοῦ πυρετοῦ, καθάπερ ἐπὶ τῶν συνόχων, οὔτ' οἴνῳ χρηστέον, οὔτε λουτρῷ, οὔτε ἀλείμμασιν ἀραιωτικοῖς· ἀλλὰ τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἐν τούτοις τοῖς πυρετοῖς πινόμενον, ὡς ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἐπιτηδειότατον, εἰ μὴ καὶ τοῦτο κωλύει τι τῶν εἰρημένων. αὐτοῦ μὲν γὰρ τοῦ πυρετοῦ, διαπαντὸς ἴαμα τὸ ψυχρὸν ποτὸν, οὐ μὴν τοῦ γ' ἐκκενωθῆναι τὰ σηπόμενα διὰ γαστρὸς, οὔρων, ἢ ἱδρώτων. διὸ χρὴ γεγυμνασμένον ἐν ταῖς νῦν διδασκομέναις μεθόδοις, ἐπὶ τῶν καμνόντων σκοπεῖσθαι, τίνα μέν ἐστιν αὐτοῦ τοῦ πυρετοῦ τὰ ἰάματα, τίνα δὲ τῆς σήψεως αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν ἐγκειμένης μόνης· τίνα δὲ τῆς ποιούσης αὐτὴν αἰτίας· καὶ ταύτης αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν ἐγκειμένης. οὐ γὰρ ὁμολογεῖ πάντα ἀλλήλοις διὰ παντὸς, ἀλλ' ἐναντιοῦται πλειστάκις. ἔνθα χρὴ, μεμνημένον ὧν ἐμάθομεν, ἐπὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων ἔρχεσθαι, καὶ τοῦτ' ἤτοι πρῶτον, ἢ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἰᾶσθαι. χαλεπὸν μὲν οὖν εὖ ἴσθι, καὶ γνώμης ὀξείας δεόμενον ἀλλήλοις παραβάλλειν τὸν πυρετὸν, καὶ τὴν σηπεδόνα, καὶ τὴν ποιοῦσαν αἰτίαν, ὅταν ἔτι καὶ αὐτὴ παρῇ· χαλεπώτερον δὲ εἰ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῖς παραβάλλοις, ὅπερ ἀναγκαῖον μὲν ἀεὶ, διὰ τὸν τῆς ζωῆς σκοπὸν, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν, ἐνίοτε δὲ, καὶ κατὰ τὸ συμβεβηκὸς, ὡς πρὸς τὴν ἴασιν τῶν νοσημάτων ὅπερ ὑπεσχόμεθα δείξειν. εἰ μὲν γὰρ ἱμάτιον εἴη τὸ σηπόμενον, ἤ τι τῶν ἀψύχων ἄλλων σωμάτων, ἐκ τῶν εἰρημένων ἂν ὑπῆρχεν ἡμῖν μόνον ἡ ἔνδειξις. ἐπεὶ δ' ἐν ζῶντι σώματι γίνεται σῆψις, ἀλλοιοῦν δυναμένῳ, καὶ πέττειν, ἐπανάγειν τε πρὸς τὸ χρηστὸν, ὅσα τῶν σηπομένων, οἷον ἡμισαπῆ τ' ἐστὶ καὶ ἡμιμόχθηρα, τὴν δύναμιν αὐτοῦ ταύτην, ᾗ πέττειν πέφυκεν, ἐπεγείρων καὶ ῥωννύων, ἰάσῃ τὰ σηπόμενα. διὸ καὶ τότε μάλιστα τολμῶμεν, ἤτοι λούειν ἐν τοῖς βαλανείοις αὐτοὺς, ἢ τοῖς ἀραιωτικοῖς χρῆσθαι φαρμάκοις· ἢ ὕδωρ ψυχρὸν, ἢ οἶνον διδόναι πίνειν,

ὅταν ἴδωμεν τὰ γνωρίσματα τῶν πεττομένων χυμῶν. οὐ γὰρ δὴ τῆς γε σφυγμικῆς δυνάμεως ἐρρωμένης μόνης εἰς τὰ τοιαῦτα χρήζομεν, ὥσπερ οὐδὲ τῆς καθ' ὁρμὴν ἡμᾶς κινούσης, ἀλλ', ὡς εἴρηται, τῆς πεπτικῆς μᾶλλον. εἰ μὲν οὖν αἵ τε δυνάμεις ἰσχυραὶ πᾶσαι τυγχάνοιεν οὖσαι, καὶ ὁ πυρετὸς διακαέστατος, καὶ τὰ τῆς πέψεως ἐναργῆ σημεῖα, τὸ ψυχρὸν αὐτῷ διδόναι θαρρούντως· δῆλον γάρ, ὅτι μηδὲ πρεσβύτης ἐστὶν ὁ τοιοῦτος, ἐξ ὧν προειρήκαμεν ἁπάσας ἰσχυρὰς ὑπάρχειν αὐτῷ τὰς δυνάμεις. εἰ δὲ καὶ εὔσαρκος εἴη, καὶ ἡ κατάστασις θερμὴ καὶ ξηρά, κἂν εἰς κολυμβήθραν αὐτὸν ἐμβάλῃς ψυχράν, οὐ βλαβήσεται. κατὰ τὸν τοιοῦτον γοῦν καιρόν, οἱ ῥίψαντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς ὕδωρ ψυχρόν, ἵδρωσάν τε [157] πάντως αὐτίκα, καὶ ἡ γαστὴρ οἷς τισιν αὐτῶν κατέρρηξε χολώδη. μετρίου δ' ὑπάρχοντος τοῦ πυρετοῦ, καὶ τῶν δυνάμεων οὐσῶν [158] οὐκ ἰσχυρῶν, ἅμα τοῖς τῆς πέψεως σημείοις, ὠφελεῖ τοὺς τοιούτους, τά τε βαλανεῖα, καὶ ἡ τοῦ οἴνου πόσις· ὅσα τε τῶν ἀλειμμάτων ἐστὶ μανωτικά, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅταν ᾖ τὸ περιέχον ψυχρόν. οὐδὲ γὰρ ἐπιθυμοῦσιν ὡς τὰ πολλά, ψυχρῶν λουτρῶν, ἢ πόσεων ἐν ταῖς τοιαύταις καταστάσεσιν, ἀναψυχόμενοι διὰ παντὸς ταῖς εἰσπνοαῖς· ὡς εἴ γε συμβαίη ποτὲ ψυχροῦ τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὄντος, ἰσχυρῶς καυσοῦσθαι τὸν κάμνοντα, βραχείας ἐπ' αὐτοῦ σωτηρίας ἐλπίδας ἔχειν. εἰ δὲ μὴ δὲ τὰ τῆς πέψεως εἴη σημεῖα, μὴ δὲ τὰς δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχειν φαίνοιτο, σωθῆναι τοῦτον ἀδύνατον· ὥστε οὔτε [159] λούσῃς αὐτὸν οὔτ' ἀλείψῃς τοῖς μανωτικοῖς φαρμάκοις· οὔτ' οἶνον δώσεις, οὔτε ψυχρόν. ἐφ' οὗ γὰρ ἀνέλπιστος ἡ σωτηρία, μάταιον ἂν εἴη διαβάλλειν τοῖς ἰδιώταις, τὰ πολλοὺς σώζοντα βοηθήματα. ἐγὼ γοῦν οἶδά τινας ἰατροὺς ἀμεθόδους μιμησαμένους τὰ ὑφ' ἡμῶν πραττόμενα, καὶ τοῖς αὐτοῖς χρησαμένους βοηθήμασιν, ἐπὶ τῶν πάντως τεθνηξομένων, ἀλλ' οὔτ' ἀνύσαντάς τι, καὶ τὴν εὔκαιρον αὐτῶν χρῆσιν, ὕποπτόν τε καὶ φοβερὰν ἐργασαμένους. ἀλλ' ἡμεῖς γε καιροὺς δηλονότι καὶ βοηθήματα γράφομεν, ἐπὶ τῶν σωθῆναι δυναμένων, ὡς ὅσοι γε ἀνίατοι τῶν νοσούντων εἰσίν, οὔτε καιρὸς ἐπιτήδειος, οὔτε βοήθημα τούτοις ἐστί. καὶ χρὴ μεμνῆσθαι τοῦδε παρ' ὅλον τὸν λόγον, ὑπὲρ τοῦ μὴ δόξαι ποτὲ τὸν κυριώτατον, καὶ πρῶτον σκοπὸν ἁπάντων διαβάλλεσθαι. λέγοντος γοῦν Ἱπποκράτους, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα, τί κωλύει πᾶσιν ἑξῆς τοῖς πυρέττουσιν, ὕδωρ ψυχρὸν διδόναι; ἀλλ' οὔτε δοτέον, οὔτ' ἀνατρέπεται κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὁ καθόλου σκοπὸς ἁπάσης τῆς θεραπείας. ἓν μὲν γάρ τι τῶν ψυχόντων ἐνεργείᾳ, τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἐστί. πλείω δ' ἄλλα, τὰ μὲν κατὰ δύναμιν, ὡς εἴρηται, ψύχει, τὰ δὲ, κατὰ συμβεβηκός· οἷς ἄλλοτ' ἄλλοις χρώμεθα, διὰ τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν ἐναντιουμένων ἀλλήλοις σκοπῶν. εἴρηται δ' ἡ μέθοδος τοῦ τοῦ συμφέροντος ἑκάστοτε, παρὰ τῶν ἄλλων αἱρέσεως. ἐδείχθη δὲ καὶ ὡς, ὅσον μὲν ἐπ' αὐτῷ τῷ πυρετῷ, τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἀεὶ βοήθημα ἐστιν· ὅσον δ' ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, οὐκ ἀεί· καθάπερ οὐδ' ὅταν ἔμφραξις γλίσχρων καὶ παχέων χυμῶν ἐργάσηται τὴν σηπεδόνα τῶν χυμῶν. ὑποκείσθω δὲ σὺν αὐτοῖς εἶναι καὶ πλῆθος ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ ἡ δύναμις οὐκ ἀσθενής. ἐν γὰρ ταῖς τοιαύταις ἐπιπλοκαῖς, πολλῶν ἐν τῷ σώματι παρὰ φύσιν ὑπαρχόντων, ἔνια μὲν αἴτια προηγούμενα γενήσεται, καθάπερ τὸ πλῆθος, ἅμα τοῖς γλίσχροις καὶ παχέσι χυμοῖς· ὑπὸ τούτων γὰρ ἡ ἔμφραξις ἀπειργάσθη, νόσημα οὖσα τῶν ἐμπεφραγμένων σωμάτων ὀργανικόν. ἐπὶ ταύτῃ δὲ, σύμπτωμα ἐγένετο τῆς διαπνοῆς ἡ ἐπίσχεσις, ἐφ' ᾗ πάλιν ἡ σηπεδὼν τῶν χυμῶν, αἴτιόν τι προηγούμενον τοῦ πυρετοῦ.

quum notas humorũ concoctionis cernimus. Non enim pulsificam duntaxat facultatẽ ad eiusmodi agenda firmã requirimus, vt neque facultatẽ voluntario motu nos mouentẽ, sed, sicut est dictum, potius concoctricem. Ergo, si & facultates cunctę valentes sint, & febris ardentissima, & concoctionis notæ planè euidentes, frigidã homini dare audacter debebis; constat nanq; talẽ *hominem* senem non esse, ex quo omnes illi facultates valentes esse proposuimus. Quòd si etiã corpulentus fuerit, tum status cæli calidus ac siccus, etiamsi in frigidã natationem hunc dimittas, haudquaquam lædetur. Eiusmodi nanq; temporis opportunitate vsi, qui se se in frigidam coniecerunt, & protinus vniuersè sudarunt, & nõnullis eorũ aluus biliosa reddidit. At si mediocris sit febris, & vires nõ validę, cum notis concoctionis, iis balneum prodest, & vini potio: tum verò ex vnctionibus eæ, quæ rarefaciunt; idq; multo magis, quum ambiens est frigidus. Neque enim plerunq; aut frigida balnea, aut frigidam potionem in eiusmodi cœli statu expetunt, inspiratu ipso assiduè refrigerati: quòd, siquando in frigido ambiente vehementer vri ægrotum contingat, exigua salutis eius habenda spes sit. Si verò nec concoctionis sunt signa, nec vires validas habere appareat, seruari is planè non potest; hanc neque ipsum laueris in balneo neque medicamentis rarefacientibus vnxeris, neque vinum illi dederis, neque frigidam; in quo enim desperata salus est, imprudentis consilij fuerit, apud vulgum infamare præsidia, quæ multis fuere saluti. Ego siquidem aliquos noui ex amethodis istis medicis, qui quum ea, quæ nos gessimus, essent imitati; iisdémque præsidiis in iis, qui prorsus morituri erant, vsi; adeo nihil profecerunt, vt etiam tempestiuum eorum vsum suspectũ formidolosúmque reddiderint. Verùm nos tẽpora præsidiáq; iis, quos seruari spes est, scribimus, quòd ægris insanabilibus nec tempus vllum opportunum, nec præsidium sit. Atque hoc mihi per omnem sermonem teneri memoria velim, quò minus præcipua illa, primáque omnium curationis indicatio conuelli aliquando posse videatur. Quippe quum dicat Hippocrates *Contraria esse contrariorum remedia*; quid vetat omnibus febricitantibus frigidam vno ordine exhibere? Verùm nec exhibenda est, nec subuertitur eo tempore generalis omnis scopus. Vnum enim ex iis, quæ actu refrigerant, aqua frigida est. Sed & alia plura sunt, quæ partim potestate (ut dictum est) refrigerent, partim ex accidenti, quorum alijs propter concursum pugnantium inter se scoporum aliàs vtimur. Porrò tradita iam methodus est, eius, quod conducit, ante alia semper deligendi. Ostẽsum præterea est ipsius febris, prout febris est, aquam frigidam semper esse remedium; quod verò ad alia spectat, non semper; veluti, quum ex obstructione glutinosorum, & crassorum humorum putredo oritur. Supponatur verò, & cum his plenitudinem in toto esse corpore, tum vires non imbecillas. In eiusmodi nanque implexibus quũ multa præter naturam in corpore sint, quædam eorum antecedentes causæ erunt, veluti redundantia, cum glutinosis, & crassis humoribus; ex his enim obstructio est orta, quæ morbus organicus est eorum, quę obstructa sunt, corporũ. Hanc symptoma sequutum est, ipsa transpirationis retentio, quam rursus putredo humorum excepit, ipsa febris antecedens quædam causa.

CAP.

A

CAPVT X.

Quæ putredinis, & causæ ipsius indicationes sint, quæ remedia præscribant.

ERgo, qui febrem curare conatur, necesse est, putredinem inhibeat, ita vt duæ indicationes se exhibeant, altera à febre; altera à putredine. Atque à febre rursus duæ, indicationes erunt; vt portio febris, quæ iam facta est, percuretur; quæ verò in generatione est, inhibeatur. Aliæque duæ rursum à putredine erunt indicationes, vt & quod putredinis iam factum est, sanes; & quod in generatione adhuc est, sistas. Porrò, quod in generatione est, id perspiratio impedita, facit; nihil enim deterius fuerit clarioris doctrinæ gratia ita eam nominare. Ita ab hac quoque aliæ duæ indicationes nascentur, tum vt, quod retentum est, vacuetur; tum, vt quod retinendum est, prohibeatur. Sanè prohibebitur præsidiis, obstructioni medentibus. Cuius rursum ipsius, quod iam factum est, sanandum est; quod futurum est, inhibendum. At curabitur quidem, quod obstructionis iam factũ est, obstructione liberantibus; inhibebitur, quod futurum est, affluxum obstruentium humorum compescentibus. Ergo, quod vltimum in ipsa resolutiua methodo est inuentum, id primum omnium in curatione est peragendum. Ostensum enim in prioribus libris est, si iis auxilijs, quæ obstructionem eximant vti non vacuata priùs abundantia, velimus, fore, vt non modò nihil proficiamus, sed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus scilicet inter se indicationibus. At si vacuata priùs *multitudine* ad curandam obstructionem accedamus, medicamentis deobstruentibus, erit opus. Verùm, quoniam horum plurima calida sunt, periculum est, ne tum putredinem, tum febrem augeant. Itaque ijs, quæ citra calorem amouere obstructiones valeant, vtemur; vbi autem, quæ obstruunt, detersa, incisáque sunt, per aluum, vrinas, & sudorem, ea vacuare tentandũ. Quum verò materiæ, quæ hæc efficiant, etiam calidæ sint, necesse est interea, tum putredinem augeri, tum febrem. Quare, quoad licet, id agendum, vt, quæ minùs calefaciat, materia deligatur; aut siqua inueniri potest, quæ non calefaciat, quemadmodum in hoc casu balneum, vtique ea est petenda. Hoc verò tempore etiam vires roborare, quò putredinẽ superantes, humores concoquant, studebimus. Quòd verò febris ipsius iam factum est, id refrigerabimus; in auxiliorum enim inueniendorum ordine vltima est, quæ ab hac sumitur indicatio, quanuis alia ratione sit prima; quippe, quum à febre cœperit præsidiorum inuentrix methodus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι΄.

Τίνες τῆς σηπεδόνος καὶ αὐτῆς αἰτίας αἱ ἐνδείξεις, αἳ τὰ ἰάματα δείξουσι.

ΤΟῖς οὖν ἐπιχειροῦσιν ἰᾶσθαι τὸν πυρετὸν, ἀναγκαῖόν ἐστι παύειν τὴν σῆψιν, ὥστε δύο γίνεσθαι σκοποὺς· τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ· τὸν δὲ, ἀπὸ τῆς σήψεως. ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἔσονται δύο σκοποὶ· ἵνα τὸ μὲν γεγονὸς ἤδη τοῦ πυρετοῦ, θεραπεύηται· τὸ δὲ γιγνόμενον, κωλύηται. ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἔσονται, ἀπὸ τῆς σήψεως δύο σκοποί· τὸ μὲν γεγονὸς ἤδη τῆς σήψεως, ἰώμενοι, τὸ δὲ γινόμενον, κωλύοντες. ἔστι δὲ τὸ γιγνόμενον, ἐκ τῆς ἀδιαπνευστίας· οὐδὲν γὰρ χεῖρον οὕτως αὐτὴν ὀνομάσαι, σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας. ὥστε καὶ περὶ ταύτης, ἕτεραι δύο ἐνδείξεις ἔσονται· τὸ μὲν ἐπεχόμενον, ἐκκενούντων· τὸ δ' ἐπέχεσθαι μέλλον, κωλυόντων. κωλυθήσεται δὲ διὰ τῶν τὴν ἔμφραξιν ἰωμένων. ἧς πάλιν καὶ αὐτῆς, τὸ μὲν ἤδη γεγονὸς, ἰατέον ἐστί· τὸ δὲ ἐσόμενον, κωλυτέον. ἰαθήσεται μὲν οὖν τὸ γεγονὸς, ὑπὸ τῶν ἐκφραττόντων· κωλυθήσεται δὲ, τὴν ἐπίρροιαν τῶν ἐμφραττόντων χυμῶν ἀνειργόντων. ὅπερ οὖν ἔσχατον εὑρέθη κατὰ τὴν ἀναλυτικὴν μέθοδον, ἐν τῇ θεραπείᾳ πρῶτον ἁπάντων χρὴ πραχθῆναι· δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, ὡς ἐὰν ἐθελήσωμεν τοῖς ἐκφρακτικοῖς βοηθήμασι χρῆσθαι, πρὶν τοῦ προεκκενῶσαι τὸ πλῆθος, οὐ μόνον οὐδὲν ἀνύσομεν, ἀλλὰ μείζονα τὴν διάθεσιν ἐργασόμεθα, μαχομένων ἀλλήλαις τῶν ἐνδείξεων. ἀλλ' ἐὰν κενώσαντες πρότερον, ἐπὶ τὸ θεραπεύειν ἴωμεν τὴν ἔμφραξιν, ἐκφραττόντων ἡμῖν δεήσει φαρμάκων. ἀλλ' ἐπεὶ τούτων ἐστὶ τὰ πλεῖστα θερμὰ, κίνδυνος αὐξῆσαι καὶ τὴν σηπεδόνα, καὶ τὸν πυρετόν. ὅσα τοίνυν ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἐκφράττειν δύναται, τούτοις χρησόμεθα· μετὰ δὲ τὸ διαρρύψαι καὶ τεμεῖν τὰ ἐμφράττοντα, κενοῦν αὐτοὺς πειρασόμεθα, διά τε γαστρὸς, καὶ οὔρων, καὶ ἱδρώτων. οὐσῶν δὲ καὶ τῶν ταῦτα ἐργαζομένων ὑλῶν θερμῶν, ἀναγκαῖον μὲν ἐν τούτῳ, τήν τε σῆψιν αὐξάνειν, καὶ τοὺς πυρετούς. ὥστε, καθ' ὅσον ἐνδέχεται πειρατέον ἐκλέγεσθαι τὰς ἧττον θερμαινούσας ὕλας· ἢ εἴ τις εὑρίσκοιτο μὴ θερμαίνουσα, καθάπερ ἐν τῷ καιρῷ τῷδε τὸ βαλανεῖον, ἐπ' αὐτὴν ἔρχεσθαι. πειρᾶσθαι δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, καὶ τὴν δύναμιν ῥωννύειν, ὅπως πέττῃ τοὺς χυμοὺς, ἐκνικῶσα τὴν σῆψιν. αὐτοῦ δὲ τοῦ πυρετοῦ τὸ γεγονὸς ἤδη, ψυκτέον· ἔσχατος γὰρ ἐν τῇ τῶν βοηθημάτων τάξει σκοπὸς, ὁ ἀπὸ τοῦδε, καί τοι καθ' ἕτερον τρόπον ὑπάρχων πρῶτος· ἀπ' αὐτοῦ γοῦν ἤρξατο, καὶ ἡ τῶν βοηθημάτων εὑρετικὴ μέθοδος.

B

C

D

E

CAPVT XI.

Ex symptomatis superuenientibus nunc protrahi, nunc peruerti febrium curationem.

ITaque si nullum quidem interim vehemens incidat symptoma, quod prohibeat, auxilia ab initio morbi ad finem ita procedere, celerrima solutio subsequetur febris; sin tale quippiam incidat, quod causarum totam ad se curationem reuocet, necesse est, seriùs adueniat curationis finis. Siquidem quod ita interuenit, omninò vel contrarium est remediis antedictum affectuum, & symptomatum ordinem soluentibus; vel omninò nihil saltem confert.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια΄.

Ἐκ τῶν παρεμπιπτόντων συμπτωμάτων νῦν μὲν μηκύνεσθαι, νῦν δὲ διαστρέφεσθαι τὴν τῶν πυρετῶν θεραπείαν.

F

ΕΙ μὲν οὖν μηδὲν ἰσχυρὸν ἐν τῷ μεταξὺ σύμπτωμα προσερχόμενον, ἐάσει οὕτω προελθεῖν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ νοσήματος, ἄχρι τῆς τελευτῆς, τὰ βοηθήματα, ταχίστη λύσις ἐπακολουθήσει τοῦ πυρετοῦ· παρεμπεσόντος δὲ τοιούτου τινὸς ὡς ἐφ' ἑαυτὸ, τὴν ὅλην ἐπιστρέψαι θεραπείαν, ἀναγκαῖόν ἐστι βραδῦναι τὸ τέλος τῆς ἰάσεως. τὸ γὰρ παρεμπῖπτον οὕτω τοὐπίπαν, ἤτοι γ' ἐναντίον ἐστὶ τοῖς λύουσι βοηθήμασι τὴν προειρημένην τάξιν, τῶν τ' αἰτίων καὶ διαθέσεων, καὶ συμπτωμάτων, ἢ πάντως γ' οὐδὲν ὀνίνησιν.

εἰ μὲν οὖν ἡ τοῦ προεμπίπτοντος ἴασις ἐναντία ἢ τῇ προειρημένῃ τάξει τῶν βοηθημάτων, ἀναγκαῖον ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ πάντα χείρω γενέσθαι· εἰ δὲ μήτ' ὠφελοῖ τι πάντη, μήτε βλάπτοι τὴν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν, ἡ τοῦ μεταξὺ γινομένου παθήματος ἐπανόρθωσις, εἰς τὸ τάχος τῆς ὅλης θεραπείας ἐμποδισθησόμεθα· βλαπτούσης δ' ἀναγκαῖον ἤτοι γ' εἰς ἐπὶ πλέονα χρόνον ἐκταθῆναι τὴν σύμπασαν ἴασιν, ἢ κίνδυνον ἀκολουθῆσαί τινα, ἢ συναμφότερον γενέσθαι. φέρε γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ κακωθέντος στομάχου, συγκοπὴν ἐμπεσεῖν, ἣν ἀναγκαζόμενοι ἰᾶσθαι, τροφὰς ἀκαίρους δοθῆναι χρή, σὺν οἴνῳ καὶ ψυχρῷ. τῇ γὰρ τούτων χρήσει, τὰς ἐμφράξεις, καὶ τὴν στέγνωσιν, καὶ τὴν σῆψιν ἀναγκαῖον αὐξηθῆναι· ἐκ δὲ τῆς τούτων αὐξήσεως, καὶ αὐτὸν τὸν πυρετόν. ἀλλ' ὅταν μή τε δύναμις ἐξαρκῇ, καὶ μηδὲν, ὡς εἴρηται, προεμπέσῃ, καθάπερ ἄρτι μὲν ἐρρέθη συγκοπὴ κακωθέντος στομάχου, οὐ γένοιτο δ' ἄν ποτε καὶ αἱμορραγία, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ἄλγημα, καί τι τῶν ἁμαρτανομένων ὑπὸ τοῦ κάμνοντος, ἤ τινος τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ἡ εἰρημένη μικρὸν ἔμπροσθεν ἅπασα τῶν βοηθημάτων τάξις, ἰάσεται τὸν ἄνθρωπον. οὐτ' αὐτὴ καθ' ἕκαστον βοήθημα, τὰ παρὰ φύσιν ἐπανορθοῦσα πάντα. τὸ γοῦν μελίκρατον, ὅσον μὲν ἐπὶ τὸ τέμνειν τοὺς παχεῖς χυμοὺς, καὶ ῥύπτειν τοὺς γλίσχρους, καὶ τὰς ἐκκρίσεις προτρέπειν, ἄριστον ἂν εἴη βοήθημα, κατὰ τοὺς ἐπὶ στεγνώσει καὶ σήψει συνόχους· ὅσον δ' ἐπὶ τὴν θέρμην αὔξειν τοῦ πυρετοῦ, βλαβερόν· ὅθεν, εἴπερ ἄμετρος ἤδε εἴη, φείδεσθαι μὲν χρὴ τοῦ μελικράτου, χρῆσθαι δὲ τῷ χυλῷ τῆς πτισάνης· εἰ δὲ τὰς ἐμφράξεις δυσλύτους εἶναι λογιζόμεθα, καὶ ὀξυμέλιτι. καὶ τοῦτο δ' αὖ πάλιν, αὐτοῦ χρησαμένων ἀμέτρως, ἔντερόν τε ξύει, καὶ βῆχα κινεῖ, καὶ τὰ νευρώδη βλάπτει. ὥστ' εἶναι τῶν δυσευρετωτάτων, εὑρεῖν τι βοήθημα τοιοῦτον, ὃ μηδὲν βλάπτον, ὀνίνησι μεγάλως. καὶ τοῦθ' ὡς ἐδείχθη γὰρ, διὰ τὴν ἐπιπλοκὴν, τῶν παρὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι συνισταμένων διαθέσεων, ἅμα τοῖς προηγουμένοις αὐτῶν αἰτίοις, καὶ τοῖς ἑπομένοις συμπτώμασιν.

Enimuerò, si eius quod interuenit, sanatio prædicto auxiliorum ordini sit contraria, necesse est interim cuncta deteriora reddi; sin ab ortu affectui, interuenientis mali correctio, nec officiat, nec prosit, totius curationis celeritati in mora erit; si autem noceat, necesse est aut vniuersam medicationem in longius spatium trahi, aut aliquod subsequi periculum, aut etiam fore vtrunque. Finge nanque vitiato interim stomacho syncopen incidisse, cui succurrere coacti cibum intempestiuè dederimus, ac vinum cum frigida. Ex horum enim vsu tum obstructionem, tum *corporis* coarctationem, tum putredinem, auctas esse necessum est; atque ex harum auctu ipsam etiam febrem. Verùm, vbi tum virtus satis valens est; nec quicquam, vt dictum est, interuenit, cuiusmodi quam modò diximus ex vitio stomachi ortam syncopen; sed nec, quæ aliquando accidere possunt, sanguinis profluuium, vigilia, dolor, ac error aliquis, vel ipsius ægrotantis, vel eius familiarium; vbi inquam nihil tale accidit, totus qui paulo antè dictus est remediorum ordo hominem sanabit. Sed nec ipse tamen quocunque remedia omnia, quæ præter naturam sunt, sanat. Nam aqua mulsa, quæ ad crassos succos incidendos, & glutinosos detergendos, & excretionem promouendam attinet, optimum planè medicamentum fuerit in iis synochis, quos coarctatio, & putredo excitarunt; quatenus verò calorem febris adauget, est noxia; vnde si hic immodicus sit, parcendum aquæ mulsæ est, vtendúmque ptisanæ cremore; quòd si solutu difficiles esse obstructiones iudicaueris, etiam oxymelite. At hoc ipsum rursus, si immodicè vtare, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit. Adeo difficillimum est eiusmodi aliquid auxilium inuenisse, quod citra vllam noxam magnopere prosit. Id accidit (vt dictum est) ex implexu insidentium in corpore præter naturam affectuum, vnà cum antecedentibus eos causis, & sequentibus symptomatis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Τουτὶ τὸ δόγμα, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἶναι ἰάματα, οὐ μόνον ἐν ταῖς διαθέσεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς συμπτώμασιν ἀληθὲς εἶναι.

Οὐ μὴν διά γε τοῦτο, ποτὲ μὲν ἀληθὲς γίνεται, τὸ, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα, ποτὲ δὲ ψεῦδος· ἀλλὰ διὰ παντὸς μένει ἀληθές. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὰ παρὰ φύσιν ἰαθῆναι, δι' ἄλλης τινὸς ἰαμάτων ἰδέας. οὐ μὴν ἀεί γε βέλτιον ἰᾶσθαι πάντα τὰ παρὰ φύσιν, ἀλλ' ὅταν μόνα τύχῃ καθ' ἑαυτὰ συνιστάντα· μετ' ἄλλων δ' εἰ γένοιτο, πολλάκις ἕτερα χρὴ πρὸ ἐκείνων ἰᾶσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν κοίλων ἑλκῶν, ὅταν ἅμα φλεγμονὴ συστῇ. μένει γὰρ καὶ νῦν ἀληθές, τὸ, ὑπὸ τῶν σαρκούντων αὐτὰ θεραπεύεσθαι· χρῆσθαι δὲ οὐχ οἷόν τε τοιούτοις, πρὶν ἰάσασθαι τὴν φλεγμονήν. ἀλλ' ὁπότ' ἄν γε ταύτην ἰώμεθα, τὸ ἕλκος τὸ κοῖλον, οὐχ ὅπως ἑαυτοῦ κρεῖττον, ἀλλὰ καὶ κοιλότερον γίγνεται. κἂν εἰ βουληθείης δὲ χρήσασθαι τοῖς σαρκωτικοῖς φαρμάκοις, οὔτε σαρκώσεις αὐτὸ, καὶ τὴν φλεγμονὴν αὐξήσεις. τὰ γάρ τοι σαρκωτικὰ τῶν ἀφλεγμάντων σωμάτων, οὐ τῶν ἔτι φλεγμαινόντων ἐστὶ σαρκωτικά. τοῦτο οὖν τὸ οὕτω μικρὸν ἐν τῇ λέξει, τὸ,

CAPVT XII.

Præceptum hoc, contraria contrariorum esse remedia, non in affectibus modò, sed & in symptomatis verificari.

NVnquam tamen propterea præceptum illud, *contrariorum contraria esse remedia*, aliquando verum erit; aliquando falsum; imò id perpetuò verum est; nam fieri non potest, vt eorum, quæ præter naturam sint, quicquam per aliam vllam remediorum speciem curetur. Non tamen semper melius est omnibus, quæ præter naturam sint, mederi, sed quum sola per se consistunt; nam si cum aliis vnà incidant, aliis sæpè est ante illa medendum, sicut in cauis vlceribus, vbi ea simul cum phlegmone sunt coniuncta. Nam verum in his quoque manet, quòd per ea quæ carne implent, curantur; cæterùm his vti prius, quàm phlegmonen curaueris, non licet. Ac interim, dum hæc sanatur, vlcus cauum adeò non melius, quàm fuit, redditur, vt etiam fiat magis cauum. Quòd si sarcoticis medicamentis vti velis, neque carne ipsum impleueris, & phlegmonen auxeris. Quæ nanque carne implent, ea demum implere possunt, quæ phlegmone vacant, non quæ phlegmone adhuc sunt oppressa. Hoc itaque, quod in dictione, tam est breue, nempe, *Contraria*

Contraria contrariorum esse remedia, potestate deprehenditur maximum. Nam omnium medendi methodum confundet, quisquis hanc indicationem neglexerit; quum omnia, quæ præter naturam sunt ab iis, quæ ipsis sint contraria, curentur. Quum autem eorum, quæ præter naturam sunt, duplex prima differentia sit, aliis per se subsistentibus; aliis in ipso (vt sic dicam) fieri, essentiam suam habentibus, ac vmbræ ritu affectus comitantibus; sanatio quidem affectuum ipsorum est sublatio; hanc verò symptomatum amotio sequitur. Quibus quanquam ipsis nihil prima ratione adhibetur, attamen in iis quoque perpetuum illud præceptum manet, *Contraria contrariorum esse remedia*; quum enim affectus, quos symptomata sequuntur, sanamus, symptomata nimirum ipsa in contrarium statum perducimus. Quare, quæcunque symptomata exiguorum meatuum densitas inuexit, ea rarefactione tollentur. Quòd si ipsi quoque symptomati, quod ex densitate spiramentorum est natum, id est minori, quàm iustum sit, excrementi effluxui (quod sanè paulo superiùs adiapneustiam vocauimus) symptomatum genus aliud contrarium opponere velis, ne sic quidem desit, quod dixeris; sunt nanque plura iusto defluuia, iusto paucioribus contraria. Adeò, sicut in symptomatis ipsis libet *Contraria contrariorum remedia* dicere, in iis quoque stat immotus primus omnium, quæ præter naturam sunt, curationis scopus. Verùm satius est (vt prædiximus) eorum, quæ verè, & primùm curantur, id est affectuum in corpore, qui verè sunt subsistentes, contraria esse remedia existimes. Nam actiones eorum, atque etiam læsiones, vt eas in ipso, vt sic dicam, fieri esse dixeris, ita absolutè subsistere minimè dixeris. Nam manum extendere, aut flectere, ex iis, quæ absolutè sunt, dici non possunt, sed ex iis, quæ fiunt; multóque minus ipsius immobilitas, quæ ipsa quoque symptoma est eius, qui in musculis neruísve subest, affectus; sed affectum, qui ex subsistentium numero est vnus, contraria postulare remedia dixeris. Hunc verò solutum, contrarium sequi statum, quæ sanitas est; atque hanc rursus, quandam naturæ actionem, quæ symptomati iam finito sit contraria. Sed nec nominibus falli (quæ sæpè alia forma proferuntur, quàm vt contrariis conueniat, sæpè verò planè non sunt) sed ex ipsa rerum natura contrarium inuenire debés, habens quò pro illo discernendo spectes, confessum illud, *contraria esse, quæ sub vno genere plurimùm inter se distent*. Ergo si intellexeris in illo genere, quod commoderatum est (id verò est, vt sæpè monstrauimus, quod inter extrema est medium) infinitam quandam contrariarum rerum multitudinem, quæ maioris minorísque ratione inter se dissideant, ex eo inuenies. Siquidem in affectibus, verbi gratia, tenuium spiramentorum symmetriam intelligens, ex vtraque parte duas ametrias inter se contrarias, *inuenies*; in actionibus verò, symmettiam vacuatorum considerans, ipsi quoque ex vtraque parte ametria respondet. Verùm in paruis spiramentis nomina excessibus non desunt, nempe densitas, & raritas; in vacuatis posita non sunt. Eóque fit, vt cogamur pauciores plurésque effluxus dicere, vt si densitatis raritatísque nomina non essent, spiramentorũ alibi plura iusto esse, alibi pauciora, dicere cogeremur. Ergo (sicut diximus) hoc maximè cauere debemus,

τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα, μέγιστον εὑρίσκεται τῇ δυνάμει. συγχεῖται γὰρ ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ἅπασα τῷ παριδόντι τοῦτον τὸν σκοπὸν, ἁπάντων τῶν παρὰ φύσιν ὑπὸ τῶν ἑαυτοῖς ἐναντίων θεραπευομένων. διττῆς δὲ οὔσης αὐτῶν τῆς πρώτης διαφορᾶς, τὰ μὲν γὰρ ὑπάρχει καθ' ἑαυτά· τὰ δ' ἐν τῷ γίνεσθαι, τὸ εἶναι λαμβάνει, ταῖς διαθέσεσιν ἑπόμενα, δίκην σκιᾶς· ἡ μὲν ἴασις, ἀναίρεσίς ἐστι τῶν διαθέσεων· ἀκολουθεῖ δ' αὐτῇ ἡ τῶν συμπτωμάτων ἀναίρεσις. οἷς οὐδὲν αὖθις προσάγεται πρώτως, ἀλλὰ κἀπὶ τούτων γε μένει τὸ καθόλου, τὸ, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα· τὰς γὰρ διαθέσεις αἷς ἕπεται τὰ συμπτώματα θεραπεύοντες, εἰς ἐναντίαν κατάστασιν ἄγομεν· ὥσθ' ὅσα συμπτώματα διὰ πύκνωσιν ἐγένετο πόρων, ὑπὸ τῆς ἀραιώσεως ἀναιρεθήσεται. εἰ δὲ δὴ καὶ αὐτῷ τῷ συμπτώματι, τῷ διὰ τὴν πύκνωσιν τῶν πόρων γιγνομένῳ, τουτέστι ταῖς ἐλάττοσι τῶν συμμέτρων ἀπορροαῖς, ὅπερ ἐκαλέσαμεν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἀδιαπνευστίαν, ἕτερον ἐθέλοις φάναι συμπτώματος εἶδος ἀντεισάγειν ἐναντίον, οὐδ' οὕτως ἄπορος ὁ λόγος· εἰσὶ γὰρ αἱ πλείους τῶν συμμέτρων ἀπόρροιαι, ταῖς ἐλάττοσιν ἐναντίαι. ὥστε κἂν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αὖθις ἐθέλῃ τις λέγειν τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα, φυλάττεσθαι κἀπὶ τούτων τὸν πρῶτον ἁπάντων τῶν παρὰ φύσιν σκοπὸν τῆς ἰάσεως. ἄμεινον δ' ὡς ἐλέγετο, τῶν ὄντως τε καὶ πρώτως θεραπευομένων ὑπολαμβάνειν τὰ ἐναντία εἶναι βοηθήματα, τουτέστι τῶν ἐν τῷ σώματι διαθέσεων, αἵπερ ὄντως εἰσὶν ὄντα. τὰς γὰρ ἐνεργείας αὐτῶν, ὥσπερ οὖν καὶ τὰς βλάβας, γινόμενα μὲν εἶναι φατέον, ὄντα δὲ ἁπλῶς οὐ ῥητέον. οὔτε γὰρ τὸ ἐκτείνειν, οὔτε τὸ κάμπτειν τὴν χεῖρα τῶν ὄντων ἁπλῶς ἐστιν εἰπεῖν, ἀλλὰ τῶν γιγνομένων· οὔτε πολὺ μᾶλλον τὴν ἀκινησίαν αὐτῆς, ὅπερ καὶ αὐτὸ σύμπτωμά ἐστι τῆς ἐν τοῖς μυσὶν, ἢ τοῖς νεύροις διαθέσεως· ἀλλὰ τὴν μὲν διάθεσιν, ἕν τι τῶν ὄντων ὑπάρχουσαν, ἐναντίων δεῖσθαι βοηθημάτων. ἕπεσθαι δ' αὐτῇ λυομένῃ τὴν ἐναντίαν κατάστασιν, ἥπερ ἐστὶν ἡ ὑγεία· καὶ ταύτῃ πάλιν, ἐνέργειάν τινα φύσεως, ἐναντίαν τῷ παυσαμένῳ συμπτώματι. μὴ μέν τοι μηδ' ὑπὸ τῶν ὀνομάτων ἐξαπατᾶσθαι, πολλάκις μὲν ἐν ἑτέρῳ σχήματι λεγομένων, ἢ ὡς τοῖς ἐναντίοις προσήκει, πολλάκις δ' ὅλως οὐκ ὄντων ὀνομάτων, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως εὑρίσκειν τὸ ἐναντίον, ἔχοντά γε δὴ καὶ τούτου σκοπὸν ὁμολογούμενον, ὡς ἔστιν ἐναντία τὰ πλεῖστον ἀλλήλων διεστῶτα καθ' ἕν τι γένος. ἐννοήσας οὖν τὸ σύμμετρον ἐν ἐκείνῳ τῷ γένει, τοῦτο δ', ὡς πολλάκις ἐδείχθη, μέσον τῶν ἄκρων ἐστὶν, εὑρήσεις ἐντεῦθεν ἄπειρόν τι πλῆθος ἐναντίων πραγμάτων, ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφερόντων. ἐν μὲν γὰρ ταῖς διαθέσεσιν, εἰ οὕτως ἔτυχε, τὴν συμμετρίαν τῶν πόρων, ἧς ἐφ' ἑκάτερα διττὰς ἀμετρίας ἀλλήλαις ἐναντίας· ἐν δὲ ταῖς ἐνεργείαις, τὴν συμμετρίαν τῶν κενουμένων, ἧς καὶ αὐτῆς ἐστιν ἑκατέρωθεν ἀμετρία. ἀλλὰ κατὰ μὲν τοὺς πόρους, ὀνόματα κεῖται ταῖς ἀμετρίαις, πύκνωσίς τε καὶ μάνωσις· ἐν δὲ τοῖς κενουμένοις, οὐ κεῖται. διόπερ ἀναγκαζόμεθα λέγειν ἐλάττους τε καὶ πλείους ἀπορροίας, ὥσπερ εἰ καὶ τῶν πόρων ἀναγκαζοίμεθα, τοὺς μὲν ἐλάττους τῶν κατὰ φύσιν, τοὺς δὲ, μείζους λέγειν, οὐκ ἔχοντες, οὔτε τὸ τῆς πυκνώσεως, οὔτε τὸ τῆς μανώσεως ὄνομα. τοῦτο οὖν, ὡς ἔφην, ἐν τοῖς μάλιστα φυλακτέον ἡμῖν ἐστιν,

ἅμα δὲ καὶ γυμνάσιον ἀμφ' αὐτῷ, πρὸς τὸ ταχέως εὑρίσκειν δύνασθαι πάντως τοῦ λεχθέντος οὕτω, τὸ ἐναντίον. οὐ γὰρ ἐν τοῖς ποιοῖς σώμασιν μόνον, ἀλλὰ κἂν τοῖς ποσοῖς ἐστιν εὑρεῖν τὴν τοιαύτην ἐναντίωσιν, ἣν οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλη καλοῦσιν ἀντίθεσιν, οὐκ ἐναντίωσιν. οὔτε γὰρ τὸ μέγα, τῷ μικρῷ φασιν ὑπάρχειν ἐναντίον, ἀλλ' ἀντικείμενον ἐν τῷ πρός τι, οὔτε τὸ πολὺ τῷ ὀλίγῳ· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδὲ τὸ ἀραιὸν τῷ πυκνῷ, οὐδὲ τῷ συντεταμένῳ τὸ κεχαλασμένον, οὐδὲ τῷ κατὰ φύσιν αὖ τὸ παρὰ φύσιν. ἀλλὰ κατά γε τὸν Ἱπποκράτη, πάντα τὰ τοιαῦτα, τὴν τῶν ἐναντίων ἔχει προσηγορίαν· ὥσπερ γε καὶ κατὰ Πλάτωνα, τὰς γενέσεις ἐκ τῶν ἐναντίων εἶναι φάσκοντα. δέδεικται δέ μοι καὶ δι' ἑτέρων, ὅτι καὶ Ἀριστοτέλης αὐτὸς, οὐκ ἐφύλαξε τὴν ἑαυτοῦ νομοθεσίαν ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἡνίκα τὰς ἀρχὰς τῶν ὑπὸ φύσεως διοικουμένων, ὕλην ἔθετο, καὶ εἶδος, καὶ στέρησιν. ἀλλ' ὅπερ ἀεὶ λέγομεν ἑπόμενοι τῷ θείῳ Πλάτωνι, καταφρονεῖν μὲν χρὴ τῶν ὀνομάτων, μὴ καταφρονεῖν δὲ τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιστήμης. αὕτη μὲν γὰρ εἰς σωτηρίαν ἀνθρώπων διαφέρει, καὶ τὸ σφάλμα αὐτῆς, εἰς ὄλεθρον τελευτᾷ. τοῖς δ' ὀνόμασιν, ἄν τε κυρίως, ἄν τε ἀκύρως χρησώμεθα, τοῖς κάμνουσιν οὐδὲν οὔτε πλέον, οὔθ' ἧττον, ἐκ τοῦ τοιούτου. μάθοις δ' ἂν ἐναργέστερον, εἰ μὴ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ τὰ ἀντικείμενα λέγοις, ἥπερ ἐκείνοις φίλον, ἀλλήλων ὑπάρχειν ἰάματα. τὸ μὲν γὰρ πλῆθος, ἡ κένωσις ἰᾶται· τὴν δ' ἔνδειαν, αἱ τροφαί· καὶ ὅλως, τὸ μὲν ὑπερβάλλον, ἡ ἀφαίρεσις· τὸ δ' ἐλλεῖπον, ἡ πρόσθεσις. ὅθεν οἶμαι καὶ δι' ἑτέρου λέλεκται γράμματος ὀρθῶς τῷ παλαιῷ· ἰατρικὴ γάρ ἐστι πρόσθεσις, καὶ ἀφαίρεσις· πρόσθεσις μὲν τῶν ἐλλειπόντων· ἀφαίρεσις δὲ, τῶν πλεοναζόντων. ἐλλείπει δὲ, καὶ πλεονάζει, τὰ μὲν κατὰ τὸ ποσὸν δηλονότι, τὰ δὲ, κατὰ τὸ ποιόν· κατὰ μὲν τὸ ποσὸν, ὅταν αἷμα πλέον ἢ τοῦ δέοντος, ἢ πάλιν ἔλαττον γένηται· κατὰ δὲ τὸ ποιὸν, ὅταν ἤτοι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ παχύτερον, ἢ λεπτότερον. εἴτ' οὖν ἐναντίωσιν, εἴτ' ἀντίθεσιν ὀνομάζειν ἐθέλοις, τῆς ἐξ ἁπάντων τῶν παρὰ φύσιν, σκοποῦ τῆς ἰάσεως, ἀεὶ μέμνησο, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν αὐτῷ, μάλιστα μὲν, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἐν ταῖς διαθέσεσιν, ἤδη δὲ κἂν τοῖς συμπτώμασιν· ὧν οὔτε πρώτως ἐστὶν ἴασις, οὔτ' ἐναντίωσις κυρίως, ἀλλ' ἡ μὲν ἴασις ἅμα ταῖς διαθέσεσι, κατὰ συμβεβηκός· ἐναντίωσις δὲ, καταχρηστικῶς ὀνομαζόντων ἕνεκα σαφοῦς τε ἅμα καὶ συντόμου διδασκαλίας.

simul etiam in eo nos exercitare, quò celerius cuiusque sic dicti contrarium inueniamus. Non enim in corporum modò qualitate, verùm etiam in quantitate eiusmodi contrarietatem inuenias; quam vtique Aristoteles oppositionem vocat, non contrarietatem. Neque enim magnum paruo vult esse cōtrarium, sed in eo, quod ad aliquid dicitur, oppositum; neque multum pauco; sed eodem modo nec rarum denso; neque laxatum contracto; neque ipsi, quod secundum naturam est, id quod præter naturam est. Verùm Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellationem; sicuti etiam Platoni, qui generationes ex contrarijs esse dicit. Ostensum quoque à me in aliis est, nec Aristotelem ipsum suam ipsius legem in nominibus seruare, quo loco principia eorum, quæ natura reguntur, materiam, formam, & priuationem statuit. Verùm (quod diuinum Platonem sequuti semper testatur) *contemnere nomina oportet, minimè autem scientiam rerum. Ea nanque ad salutem hominum pertinet, errorisque in ea finis est pernicies.* Nominibus siue propriè, siue impropriè vtare, ægrotis nihil inde magis minúsve contingit. Intelligas id clariùs, si non contrariorum contraria, sed quemadmodum illis placet, opposita sibi inuicem esse remedia dicas. Siquidem copiam sanat vacuatio; inediam nutrimenta; in summa, quod exuperat, ablatio; quod deficiens est, adiectio. Itaque etiam in alio opere rectè arbitror à sene dictum; *Medicina nanque appositio est, & detractio; deficientium quidem appositio, redundantium detractio.* Porrò deficiunt, redundántque quædam in quantitate, quædam in qualitate; in quantitate, quum sanguis plus æquo est auctus, aut rursus minor redditus; in qualitate, quum vel calidus, vel frigidus, vel crassior, vel tenuior est *effectus.* Siue igitur contrarietatem, siue oppositionem, nominare volueris, eius indicationis medendi, quę ab omnibus, quæ pręter naturam sunt, præbetur, semper meminisse debebis, eíque esse intentus; potissimùm quidem, vt dictum priùs est, in affectibus; sed tamen, & in symptomatis; quanuis horum nec primùm curatio sit, nec propriè contrarietas, sed curatio quidem simul, cum affectibus, ex accidenti; contrarietas verò, lucidioris breuiorisque doctrinæ causa loquentibus, abusiuè.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Πάσας τὰς ἐνδείξεις ἐκδίδωσι τῶν τε τῶν παρὰ φύσιν, τῶν τε τῶν κατὰ φύσιν, ἐν αἷς ξύμπασα ἡ τῶν συνόχων σαπρῶν ἴασις περιέχεται.

ΑΝέλθωμεν οὖν αὖθις ἐπὶ τοὺς θεραπευτικοὺς σκοποὺς τοῦ προκειμένου γένους τῶν πυρετῶν· ἀναμνήσωμέν τε τὰ γένη τῶν παρὰ φύσιν ἐν ἡμῖν, τῶν τε αἰτίων, καὶ τῶν νοσημάτων, καὶ τῶν συμπτωμάτων. αἰτίων μὲν τοῦ πλήθους, καὶ τοῦ πάχους, καὶ τῆς γλισχρότητος τῶν χυμῶν. αἰτίου δ' ἅμα καὶ συμπτώματος, τῆς κατὰ τὴν διαπνοὴν ἐπισχέσεως. ὥσπερ αὖ πάλιν αἰτίου τε ἅμα καὶ διαθέσεως, τῆς σήψεως. νοσήματος δὲ, τῆς ἐμφράξεως καὶ τοῦ πυρετοῦ. συμπτώματος δὲ, τῆς ἐπισχέσεως τῆς διαπνοῆς. ἐνδείξεται τοιγαροῦν, ὡς ἐλέχθη, τῶν μὲν προηγουμένων αἰτίων ἕκαστον ἴδιόν τι· τὸ μὲν πλῆθος, ἐν τῷ πρός τι κατὰ τὴν τοῦ ποσοῦ προσηγορίαν, τὴν κένωσιν· ἡ δὲ γλισχρότης, καὶ τὸ πάχος,

CAPVT XIII.

Indicationes omnes tradit, tum rerum præter naturam, tum secundum naturam, quibus vniuersa continentium putridarum curatio continetur.

VErùm ad medendi indicationes propositi nobis febrium generis reuertamur; repetamúsque singula genera, quæ in nobis præter naturam sunt, non causarum modò, verùm etiam morborum, & symptomatum. Et causarum quidem *genera* sunt multitudo, & crassitudo, & lentor humoris. Causa simul, & symptoma est, transpirationis suppressio. Simili modo causa pariter, & affectus est ipsa putredo. Morbus verò, tum obstructio, tum febris ipsa. Symptoma verò est ipsa transpirationis suppressio. Ergo indicabit (vt dictum est) antecedentium causarum quælibet proprium aliquid; multitudo ipsa, quæ ex eorum est numero, quæ sunt ad aliquid in prædicamēto quātitatis, vacuationē; lentitia verò, & crassitudo,

quæ

quæ sunt in qualitatis affectu, sanationem, quæ per contraria perficiatur. Quum verò in plerisque oppositionibus consueta nomina non sint, accidit, vt, qui in rerum scientia minùs sunt exercitati, fallantur; quum enim vno nomine nequeunt, quod animo concipiunt, nominare, id ceu prorsus non sit, dimittunt; quemadmodum profectò in glutinosis, & crassis humoribus faciunt. Nam crassus humor ex aduerso oppositum habet tenuem; glutinosus verò (sicut ipse primus nominaui) rhypticon , *id est, detersiuum*; sicuti verò aliquis dixerit, qui à solidis corporibus nominandi occasionem acciperet, friabile. Siquidem hoc pacto semper videtur Aristoteles oppositionem facere; verùm non in humoribus (vt dixi) sed in solidis ipsis corporibus. Quòd si glutinosi humoris naturam sub ea ratione intelligas, quòd quicquid tetigerit, huic ægrè solubilis adhæret, non immeritò arbitror, eum, qui nec adhæret, & ea, quæ adhærent, deterget, contrarium ipsi statues. Et antecedentium quidem causarum contrarietates abundè sunt dictæ. In organico verò morbo, quod est obstructio, contrarium ei est deobstructio; symptomati verò, quod est transpirabilium retentio, excretio ipsorum contrarium est; at verò in humorum putredine, & excretio, & refrigeratio, & ventilatio, & semiputridorum concoctio, ex aduerso respondent; ipsius verò febris, refrigeratio, & oppositio est. Porrò, quibus methodis materiam, quæ singula modo memoratorum perficiat, inuenias, iam diximus. Pugnantibus igitur his (sicut diximus) aliàs aliæ, tum indicationes vincent, tum materię. Indéque factum est, vt quidam, quum ignorassent vnam semper dari ex re quaque indicationem, ac si præter naturam sit, quod indicet, contrarium id semper indicare; sin secundum naturam se habeat, non cõtrarium, sed simile; nec medendi hi, nec sanitatis tuendæ, methodum constituere potuerint. Siquidem, quum in primis ipsi indicationibus sunt lapsi, multo profectò magis in iis, quæ sequuturæ erant, decipi debebant. Debent enim (arbitror) ædificiis fundamenta iaci firma, & scaphis poni idonea carina, si quid ædificandorum, pangendorúmque in iis futurum est firmum; vbi enim prima ipsa basis statim ab initio debilis fuit, quî fieri potest, vt quod superstruxeris, futurum infirmum non sit? Itaque, quoniam in continentibus ex proposita stipatione febribus (neque enim grauari debemus iterùm atque iterùm sermonem repetere, quò nunc saltem medicorum vulgus veram methodum condiscat) quoniam, *inquam*, septem præter naturam posita sunt, à quibus indicationes sumuntur, humorum multitudo, crassitudo, lentor, obstructio, transpirationis suppressio, putredo, & febris carens intermissione; atque hæc contraria omninò esse adhibẽda docebãt. Præter hęc verò ab iis, quæ secundum naturam se habebant, positæ indicationes sunt ex tẽperamento, tum ipsius laborãtis partis, tum reliquarũ omnium principum, ex substãtiæ ipsarũ quãtitate, & ex spiritus ipsius substantiæ tum quantitate, tũ qualitate; horũ verò indicationes non contrariorũ erant, sed similiũ: ad ista verò (sicut diximus) dignoscenda, tum ætas, tum cõsuetudo, tũ omnes, quæ externæ morbi causę fuere, contulerunt; vtique ortis hinc quoque indicationibus non paucis, omnes profectò inspicere simul medicum decet, quò intelligat, quonam primum, ac magis, quonam minùs,

κατὰ τὴν τοῦ ποιοῦ διάθεσιν, ὑπάρχοντα, τὴν διὰ τῶν ἐναντίων ἴασιν. ἅτε δὲ οὐκ ὄντων ἐν ταῖς πλείσταις ἀντιθέσεσι συνήθων ὀνομάτων, ἀπατᾶσθαι συμβαίνει τοὺς ἀγυμνάστους τὴν περὶ τῶν πραγμάτων ἐπιστήμην· ὅ τι γὰρ ὀνομάσαι μιᾷ προσηγορίᾳ μὴ δυνηθῶσι τὸ νοούμενον, ὡς οὐδ᾽ ὅλως ὄντος ἀφιστάμενοι· ὅπερ ἀμέλει καὶ κατὰ τοὺς γλίσχρους, καὶ παχεῖς χυμοὺς πεπόνθασιν. ὁ μὲν γὰρ παχὺς χυμὸς, ἀντικείμενον ἔχει τὸν λεπτόν· ὁ δὲ γλίσχρος, ὡς μὲν ἐγὼ πρῶτον ὠνόμασα, τὸν ῥυπτικόν· ὡς δ᾽ ἄν τις ἴσως, ἀπὸ στερεῶν σωμάτων ὁρμώμενος, φαίη, τὸν κραῦρον. οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ἀεὶ ποιούμενος τὴν ἀντίθεσιν· ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τῶν χυμῶν, ὡς ἔφην, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν στερεῶν σωμάτων. εἰ δὲ νοήσαις τοῦ γλίσχρου χυμοῦ τὴν φύσιν, ὡς παντὸς τοῦ ψαύσαντος ἀντέχεται δυσλύτως, εἰκότως οἶμαι τὸν μὴ συμπλεκόμενον, ἀπορρύπτοντά τε τοὺς συμπλεκομένους, ἐναντίον εἶναι φήσεις αὐτῷ. κατὰ μὲν οὖν τὰ προηγούμενα τῶν αἰτιῶν, αἱ ἀντιθέσεις αὐτάρκως εἴρηνται. κατὰ δὲ τὴν ὀργανικὴν νόσον, ἥπερ ἐστὶν ἔμφραξις, τὸ ἐναντίον ταύτῃ ἡ ἔκφραξις ὑπάρχει· κατὰ δὲ τὸ σύμπτωμα τὸ τῆς ἐποχῆς τῶν διαπνεομένων, ἡ ἔκκρισις αὐτῶν ἐστι τὸ ἐναντίον· κατὰ δὲ τὴν σηπεδόνα τῶν χυμῶν, εἴτε ἔκκρισις, καὶ ἡ ἀνάψυξις, καὶ ἡ ῥίπισις, καὶ ἡ τῶν ἡμισαπῶν πέψις· αὐτῶν δὲ τῶν πυρετῶν ἡ ἀντίθεσις, ψύξις ἐστίν. ἐξ ὧν δ᾽ ἄν τις μεθόδων εὕροι τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον τῶν εἰρημένων ὕλην, ἤδη εἴρηται. μαχομένων οὖν αὐτῶν, ὥσπερ ἐλέγομεν, ἄλλοτ᾽ ἄλλη κρατεῖ τῶν ἐνδείξεών τε καὶ ὑλῶν. καὶ κατὰ τοῦτο, τινὲς ἀγνοήσαντες, ὡς ἀφ᾽ ἑκάστου τῶν ὄντων ἔνδειξίς ἐστιν ἀεὶ μία, καὶ ὡς εἰ μὲν εἴη τῶν παρὰ φύσιν τι τὸ ἐνδεικνύμενον, ἡ ἔνδειξις αὐτοῦ τὸ ἐναντίον ἐστὶν, εἰ δὲ τῶν κατὰ φύσιν, οὐ τὸ ἐναντίον, ἀλλὰ τὸ ὅμοιον, οὐκ ἠδυνήθησαν οὔτε θεραπευτικὴν, οὔτε ὑγιεινὴν συστήσασθαι μέθοδον. ὅπου γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις ἐσφάλησαν σκοποῖς, πολὺ δήπου μᾶλλον ἔμελλον ἐν τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς σφαλήσεσθαι. χρὴ γὰρ, οἶμαι, τὰ θεμέλια τοῖς οἰκοδομήμασιν, ἑδραῖα προκαταβεβλῆσθαι. καὶ τὴν τρόπιν τοῖς σκάφεσιν, εἰ μέλλει τι τῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς οἰκοδομουμένων τε καὶ πηγνυμένων, ἀσφαλὲς ἔσεσθαι· ὅπου δ᾽ ἂν ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἡ πρώτη κρηπὶς σαθρὰ συμπαγῇ, τίς μηχανὴ τῶν ἐπ᾽ αὐτῇ τι γενήσεσθαι μὴ σαθρόν; ἐπεὶ τοίνυν, τῶν κατὰ τὴν προκειμένην στέγνωσιν συνόχων, οὐ γὰρ ὀκνητέον αὖθις καὶ αὖθις ἀναλαμβάνειν τὸν λόγον, ὅπως τοὺς μαθεῖν τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν, κἂν νῦν γοῦν, τὴν ἀληθῆ μέθοδον, ἑπτὰ μὲν ὑπέκειτο τὰ παρὰ φύσιν, ἀφ᾽ ὧν αἱ ἐνδείξεις, πλῆθος χυμῶν, καὶ πάχος, καὶ γλισχρότης, ἔμφραξίς τε καὶ τῶν διαπνεομένων ἐπίσχεσις, καὶ σῆψις, καὶ πυρετὸς οὐκ ἔχων διάλειμμα· καὶ ταῦτ᾽ ἐνεδείκνυτο πάντως τὸ ἐναντίον. ἔξωθεν δ᾽ αὐτῶν ἔνδειξις ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν, ἐκ τῆς κράσεως τοῦ τε νοσοῦντος μορίου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν κυρίων, ἐκ τοῦ ποσοῦ τῆς οὐσίας αὐτῶν, καὶ ἐκ τοῦ ποσοῦ τε, καὶ ποιοῦ τῆς τοῦ πνεύματος οὐσίας· αἱ δὲ ἀπὸ τούτων ἐνδείξεις, οὐ τῶν ἐναντίων ἦσαν, ἀλλὰ τῶν οἰκείων. εἰς δὲ τὴν διάγνωσιν αὐτῶν, ὡς ἐλέγομεν, ἥ θ᾽ ἡλικία, καὶ τὸ ἔθος, ἅπαντά τε τὰ προκατάρξαντα τῆς νόσου συντελεῖ· προσερχομένων δὲ κἀντεῦθεν ἐνδείξεων οὐκ ὀλίγων, εἰς ἁπάσας χρὴ βλέπειν ἅμα τὸν ἰατρὸν, ἵν᾽ ἐξεύρῃ τίνι μὲν πρῶτον ἢ μᾶλλον, τίνι δ᾽ ἧττόν τε

καὶ δεύτερον, τίνι αὖθις τε καὶ τρίτον, καὶ οὕτως ἐφεξῆς ἄλλῳ μετ᾽ ἄλλο χρήσεται βοηθήματι.

& secundo, quonam adhuc, & tertio, atque ita deinceps, quo alio post aliud præsidio, sit vtendũ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Περὶ τῆς φλεβοτομίας μεθόδου ἐν τῷ προειρημένῳ πυρετῷ.

Τῶν μὲν γὰρ δυνάμεων ἰσχυρῶν ὑπαρχουσῶν, τοῦ τὸν ἐπὶ σηπεδόνι πυρετὸν πυρέττοντος, ὡς ὑπόκειται, φλεβοτομητέον αὐτίκα, [164] χωρὶς ἀπεψίας τῆς κατὰ γαστέρα τοῦ νοσήματος ὑπαρξαμένου. τῆς δυνάμεως δὲ ἀσθενεστέρας οὔσης, ἢ τῆς ἡλικίας κωλυούσης, οὐ χρὴ τέμνειν φλέβα. λέλεκται δ᾽ ἔμπροσθεν, ὡς οὐδὲ συμβάλλει τῷ τοιούτῳ πυρετῷ δύναμις ἄρρωστος· εὐεκτικῶν τε γάρ ἐστι σωμάτων, καὶ ἡλικίας θερμῆς, ὁ συνόχος πυρετὸς οἰκεῖος. ἀλλ᾽ ἐὰν ἐν παιδίῳ γίνηται μήπω τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος ἄγοντι, φλεβοτομεῖν οὐ προσήκει· διότι τοῖς τηλικούτοις γε, θερμοῖς καὶ ὑγροῖς οὖσι, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀπορρεῖ καὶ διαφορεῖται πάμπολυ τῆς τοῦ σώματος οὐσίας. ὥσθ᾽ ὅπερ ἂν ἐκ τῆς φλεβοτομίας ἐμηχανησάμεθα, τοῦτ᾽ αὐτόματον ἐκ τῆς τοῦ θεραπευομένου σώματος ὑπάρχει φύσεως. εἰ δ᾽ ὑπὲρ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος εἴη τὸ σῶμα, σκεπτέον αὐτοῦ τὴν [165] ἕξιν ὁποία τίς ἐστιν, ἆρ᾽ ἰσχνὴ, καὶ πυκνὴ, καὶ σκληρὰ, καὶ πολύαιμος, ἢ τἀναντία· καὶ οὕτως ἐπὶ μὲν τῇ προτέρᾳ, παραλήψῃ τὴν φλεβοτομίαν· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας, οὐκέτι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ μέτρον σοι τῆς κενώσεως ἐκ τῶν αὐτῶν σκοπῶν λαμβανέσθω. καὶ γὰρ εἰ τριακονταετὴς μὲν ὁ φλεβοτομούμενος εἴη, πλαδαρός τε, καὶ μαλακὸς, καὶ πιμελώδης, καὶ λευκὸς, καὶ μικρὰς ἔχων τὰς φλέβας, ἤτοι γ᾽ οὐδόλως φλεβοτομήσεις αὐτὸν, ἢ ὀλίγον ἀφαιρήσεις. οὐδ᾽ ὅλως μὲν ἐν ὥρᾳ θερινῇ, καὶ πνιγώδει χωρίῳ, θερμῆς, καὶ ξηρᾶς οὔσης τῆς καταστάσεως· ὀλίγον δ᾽ ἐν ταῖς ἄλλαις ὥραις, καὶ χώραις, καὶ καταστάσεσιν. εἰ μὲν γὰρ μήτ᾽ ἔμφραξις ὑπέκειτο, μήτε σηπεδὼν, ἀλλὰ μόνον τὸ πλῆθος τῶν χυμῶν, εὐθὺς ἂν ἐπὶ τῇ φλεβοτομίᾳ κατὰ φύσιν ἔχειν. ὥστε ἀφαιρεῖν τὸ περιττὸν ἐν ἁπάσῃ κράσει σώματος, καὶ πάσῃ χώρᾳ, καὶ ὥρᾳ, καὶ καταστάσει τοσοῦτον τῶν χυμῶν, ὅσον ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν ηὔξηται. ἐπεὶ δ᾽ οὔτε τὴν ἔμφραξιν, οὔτε τὴν σηπεδόνα δυνατόν ἐστι θεραπεῦσαι διὰ τῆς φλεβοτομίας, ἑτέρων δεομένας βοηθημάτων, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν, ἀποθέσθαι χρή τι τοῦ αἵματος εἰς τὸν τῆς θεραπείας χρόνον, ὅπως μήποτ᾽ ἀνάγκη καταλάβῃ τις ἡμᾶς ἀκαίρως τρέφειν. ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ τοιούτῳ πυρετῷ, θρεπτέον οὐδ᾽ ὅλως ἐστίν. ἐδείχθη γάρ σοι καὶ πρόσθεν ὁ ἀπὸ τῆς δυνάμεως σκοπὸς μόνος, ἐνδεικνύμενος τὴν τροφήν. ὅσον δ᾽ ἐπὶ τῷ κεκενῶσθαι τὸ σῶμα, δεήσει τρέφειν. ὥστ᾽ ἀναγκαῖον ἔσται δυοῖν θάτερον, ἢ τρέφοντα, τὸν πυρετὸν αὐξάνειν, ἢ μὴ τρέφοντα, καταλύειν τὴν δύναμιν. ἄμεινον οὖν ὡς εἴρηται, καταλιπεῖν τι τοῦ αἵματος, οἰκείαν τροφὴν τοῖς τοῦ ζώου μορίοις· αὐτὸν δ᾽ ἀρκεσθῆναι προσφοραῖς ὀλιγίσταις ῥοφημάτων καὶ ποτῶν, ὧν ὡς φαρμάκων μᾶλλον, ἢ τροφῶν χρῄζομεν. ἐδείχθη γάρ σοι καὶ περὶ τοῦδε πρόσθεν, ὅθεν οὐ χρὴ μηκύνειν ἔτι περὶ αὐτῶν.

CAPVT XIV.

De sanguinis mittendi ratione in proposita febre.

Enimuerò, si vires febricitantis ex putredine (vt positum est) accensa febre, valentes sint, vena statim secanda est, citra cruditatem ventris, statim morbo incipiente. Sin vires infirmæ sint, aut ætas prohibeat, incidenda vena non est. Porrò dictum suprà est, eiusmodi febrem in vires imbecillas non incidere; quippe synochos bene habiti corporis, ac calentis ætatis, propria est. At, si in puerum incidat, qui quartumdecimum annum hactenus non attigit, illi venæ sectio non conuenit, propterea quòd tantillis, quum calidi, ac humidi sint, plurimum corporis substantiæ quotidie defluat, ac discutiatur. Ita quod ex incisione venæ moliendum nobis fuerat, id vltrò nobis ex curati corporis natura præstatur. Quod si corpus quartumdecimum annum excesserit, æstimandũ est, qualis nam eius habitudo sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contraria; atque ita in priori missionem sanguinis adhibebis; in secunda nequaquam. Quinetiam modus vacuandi sanguinis ex iisdem scopis sumetur. Si enim cui sanguis mittitur, triginta annos natus sit, sed laxus, & mollis, pinguis, & albus, ac gracilibus venis, huic aut planè sanguinem non mittes, aut parum detrahes. Et omninò quidem non mittes in tempore æstatis, & regione æstuosa, & cœli statu calido, ac sicco; parum detrahes in reliquis, tum anni temporibus, tum regione, tum cæli statu. Etenim, si neque obstructio subesset, nec putredo, sed sola humorum redundantia, protinus à missione sanguinis, pro naturæ suæ ratione se haberet. Itaque tantum humorum in omni tum corporis temperamento, tum regione, tum anni tempore, tum statu cœli detrahi par erat, quantum supra naturalem statum fuerat inauctum. Verùm, quoniam nec obstructio, nec putredo curari per sanguinis missionem potest, vt quæ alia remedia (ceu priùs est monstratum) desiderent, reponi sanguinis aliquid ad curationis spatium debebit, que minus intempestiuè nutrire necessitate vlla cogamur. Quantum nanque ad eiusmodi pertinet febrem, prorsus nutriendum non est; siquidem ostensum tibi priùs est solum, qui à viribus sumitur, scopum, nutrimentum indicare. At verò, quantum ad id, quod inanitum corpus est, nutrire oportet. Ita necessum est duorum alterum, aut febrem, si nutrias, augere; aut vires, si non nutrias, deiicere. Satius itaque fuerit (vt dictum est) aliquod sanguinis, quod proprium partibus animalis nutrimentum sit, relinquas; ac ipse paucissimas sorbitiones potionésque exhibere sis contentus; quibus vtique ceu medicamentis potiùs, quam nutrimentis, egemus. Nam id quoque supra (quo minus multa de iisdem adhuc loquamur) est ostensum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Κατὰ Μεθοδικῶν τῶν τῆς φλεβοτομίας ἀπολειφθείσης τὰ ὑποχόνδρια καταπλάσμασι, καὶ ἐπιβροχαῖς χαλώντων.

Ἀλλὰ καὶ περὶ καταπλασμάτων τε, καὶ περὶ τῆς τῶν ὑποχονδρίων αἰονήσεως λεκτέον. ὁ μὲν γὰρ πολὺς ὅμιλος

CAPVT XV.

Aduersus methodicos, qui omissa venæ sectione, præcordia cataplasmatis, & perfusionibus laxabant.

Imò de cataplasmatis, ac præcordiis perfundendis est loquendũ. Quippe multa medicorũ turba

turba vnum quiddam, dque ex curationis à methodo abhorrentis sanctionibus statuit. Omnésque, vt post tertium diem nutriunt, ita etiam oleo priùs perfundunt. Inde vno die interposito rursum nutriunt, cataplasma priùs imponentes; quod sicui aluus est adstricta, etiam hanc clystere ducentes. Itaque his saltem authoribus ordinandi victus artem, vna hora quis didicerit. Verùm non ita se vera res habet; sed quum ars ipsa tota sit magna, non leuissima eius pars est scientia ordinandi victus. Quę ex his maximè remediis constituitur, cibo, potione, perfusione, cataplasmatis, & clysteribus. Quippe iidem medici, qui sanguinis missionem in principio etiam solam adhibuerint, reliquam omnem ægri curationem victui mandant. Itaque (vt dixi) vnius horæ est victus eorum disciplina; quod si, qui discit, ingenio valeat, ne huius quidem integræ, sed minimæ eius partis, in qua quæ nunc dicam, audisse licuerit. Qui febricitant, si valentes viribus sint, omnibus sanguinem ab initio mittes; perfusósque oleo post tertiæ accessionem, vel mulsa cum alica nutries, vel sorbitione. Deinceps verò alternis cibabis diebus, sed cataplasma ex artomelite prius imponens. Sicubi verò aluus adstricta fuerit, clystere hanc duces. Atque illorum quidem vniuersam ordinandi victus artem, in his verbis iam audisti, non vtique in sex mensibus, sed sex versiculis. Veram autem diæteticen, nunc audies. Calefacere præcordia cataplasmatis, aut perfusionibus non est perpetuò tutum, sed in iis tantùm ægris, quibus in toto corpore nullum errat excrementum; cæteris omnibus extrema est pernicies. Nam siue redundantia vtrauis sit, vel quæ ad vires, vel quæ ad vasorum continentiam comparatur; siue etiam in vna parte pluribúsve vitiosa excrementa sint, omnia ad partem calefactam trahuntur. Quoties enim vidisti præcordia, quum planè phlegmone carerent, intra quatuor dies, quam ea gregales isti medici perfundere cœpissent, phlegmonen contraxisse, quum ego etiam id ipsum tibi prædixissem, iussissémque diligenter ad phlegmonen futuram attentus esses. In quibus id maximè intellexisti, quantum malum sit, vsui, qui alienus à ratione sit, insuescere. Quippe hi, quum ex iis, quæ ipsimet faciunt, phlegmonas semper excitent, id non animaduertunt, sed iisdem semper erroribus implicantur; veluti Hippocrates, iis accidere dixit, qui hinc, & inde ossium fracturas cum vlcere deligabant. Etenim illi, quum phlegmonas in vlcere crearent, non tamen destiterunt, rati id adeò non ex deligatura, sed alio quopiam errore incidisse. Et quomodo, quæso, ad aliam curationis rationem se transtulissent, qui vsum sine ratione profitebantur ex iis, quæ tum ipsi semper facere essent assueti, tum præceptores suos ante se facere contemplati? siquidem huius generis *homines* ne tentandum quidem censent, vt ex indicatione quicquam sumant; sed sola experientia sunt contenti. At Hippocrates ab ipsa rei natura idoneum curationis modum inuenit. Quo postea in vsum veniente cognitum est, quantus esset, in priori error. Quin siquis in eiusmodi affectibus, cataplasmatis & perfusione ex oleo relictis, velit ad curationem quam ratio docet accedere, ipse quantopere aberrent, qui plethorica, & impura corpora, sic curant, haud magno negocio experiētia ipsa indicabit. At accidit, vt in

τῶν ἰατρῶν, ἕν τι καὶ τοῦτο τῶν ἐκ τοῦ νόμου τῆς ἀμεθόδου θεραπείας ἔθετο. καὶ πάντας ὥσπερ τρέφουσι μετὰ τὴν διάτριτον, οὕτω καὶ προκαταντλοῦσιν ἐλαίῳ. κἄπειτα μίαν διαβαλόντες, αὖθις τρέφουσι, προκαταπλάττοντες. εἰ δέ που γαστὴρ ἐπισχεθείη, καὶ κλύζοντες. ὥστε, τό γε κατὰ τούτους, ὥρᾳ μιᾷ δύνασθαι μαθεῖν τινα τέχνην διαιτητικήν. οὐ μὴν ὧδ' ἔχει τἀληθές. ἀλλ' ὅλης οὔσης μεγάλης τῆς τέχνης, ἕν τι τῶν μερῶν αὐτῆς, οὐ τὸ φαυλότατόν ἐστιν ἐπιστήμη διαίτης. ἥτις ἐκ τούτων μάλιστα συμπληροῦται τῶν βοηθημάτων, ἐδεσμάτων, καὶ πομάτων, ἐπιβροχῶν τε, καὶ καταπλασμάτων, καὶ κλυστήρων. ἡ γάρ τοι φλεβοτομία, κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ αὐτὴ μόνη πρὸς τῶν αὐτῶν ἰατρῶν παραληφθεῖσα, τὴν ἐφεξῆς ἅπασαν ἴασιν τοῦ νοσοῦντος ἐπιτρέπει τῇ διαίτῃ. μιᾶς οὖν ὥρας, ὡς ἔφην, ἐστὶν ἡ μάθησις τῆς διαίτης αὐτῶν. εἰ δ' ὁ μανθάνων εἴη συνετὸς, οὐδὲ ταύτης ὅλης, ἀλλ' ὀλίγου τοῦ μέρους αὐτῆς, ἐν ᾧ τούτων τῶν νῦν λεχθησομένων ἀκοῦσαι δυνατόν ἐστιν. ἅπαντας τοὺς πυρέττοντας, ἐν ἀρχῇ μὲν φλεβοτομήσεις, ἐὰν ἰσχυροὶ τὴν δύναμιν ὦσι· καταντλήσας δ' ἐλαίῳ μετὰ τὴν διάτριτον, ἤτοι μελικράτῳ μετὰ χόνδρου θρέψεις, ἢ ῥοφήματι. κἄπειθ' ἑξῆς τρέφε παρὰ μίαν, ἀρτομέλιτι προκαταπλάττων. εἰ δ' ἐπισχεθείη ποτὲ ἡ γαστὴρ, ὑπάγειν αὐτὴν κλυστῆρι. τὴν μὲν οὖν ἐκείνων διαιτητικὴν τέχνην, ἤδη σύμπασαν ἀκήκοας ἐν τοῖσδε τοῖς ῥήμασιν, οὐκ ἐν ἓξ μησὶν, ἀλλ' ἐν ἓξ στίχοις. τὴν δ' ὄντως διαιτητικὴν, ἑξῆς ἄκουσον. θερμαίνειν ὑποχόνδρια καταπλάσμασιν, ἢ αἰονήσεσιν, οὐ διὰ παντὸς ἀσφαλὲς, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μόνων τῶν ἀρρώστων, ἐφ' ὧν οὐκ ἔστ' ἀλᾶται περιττὸν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι. τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασι, κακὸν ἔσχατον. ἐάν τε γὰρ ᾖ πλῆθος ὁποτερονοῦν, εἴτε τὸ πρὸς τὴν δύναμιν, εἴτε πρὸς τὴν εὐρυχωρίαν τῶν ἀγγείων, ἐάν τε περιττώματα μοχθηρὰ κατά τι μόριον ἓν, ἢ καὶ πλείω, ταῦθ' ἕλκεται πάντα πρὸς τὸ θερμαινόμενον. ἐθεάσω γοῦν οὐκ ὀλιγάκις ἀφλέγμαντα τελέως ὑποχόνδρια, κατὰ τέτταρας ἡμέρας, ἀρξαμένων αἰονᾶν αὐτὰ τῶν ἀγελαίων ἰατρῶν, φλεγμήναντα, αὐτὸ τοῦτό σοι δείξαντος ἐμοῦ, καὶ κελεύσαντος ἀκριβῶς προσέχειν τὸν νοῦν τῇ μελλούσῃ γενήσεσθαι φλεγμονῇ. ἐφ' ὧν καὶ μάλιστα ἔγνως πηλίκον ἐστὶ κακὸν ἄλογος τριβή. διὰ παντὸς γὰρ αὐτοὶ γεννῶντες τὰς φλεγμονὰς, ἐξ ὧν πράττουσιν, οὐ γινώσκουσιν. ἀλλ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτουσιν ὥσπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε, τοὺς ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἐπιδοῦντας τὰ μεθ' ἕλκους κατάγματα. καὶ γὰρ κἀκεῖνοι φλεγμονὰς ἐργαζόμενοι κατὰ τὸ ἕλκος, ὅμως οὐκ ἐπαύοντο, νομίζοντες οὐ τὴν ἐπίδεσιν αἰτίαν ὑπάρχειν, ἀλλ' ἄλλην τινὰ ἀποτυχίαν. πῶς δ' ἂν καὶ μετέβησαν ἐφ' ἕτερον ἰάσεως τρόπον, οἱ τὴν ἄλογον πρεσβεύοντες τριβὴν, ἀφ' ὧν αὐτοί τε διὰ παντὸς εἰθίσθησαν οὕτω πράττειν, τούς τε διδασκάλους ἐθεάσαντο πρὸ αὐτῶν; οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐπιχειρεῖν ἀξιοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, δι' ἐνδείξεως λαμβάνειν, ἀρκούμενοι μόνῃ τῇ πείρᾳ. ἀλλ' Ἱπποκράτης, ἀπὸ τῆς τοῦ πράγματος ὁρμηθεὶς φύσεως, ἐξεῦρε τρόπον ἰάσεως ἐπιτήδειον. οὗ λοιπὸν εἰς πεῖραν ἐλθόντος, ἐγνώσθη πόσον ὁ πρότερος ἐσφάλλετο. καὶ τοίνυν εἴ τις ἐθελήσειεν, ἐπὶ τῶν τοιούτων διαθέσεων, ἀποστὰς καταπλασμάτων τε, καὶ τῆς δι' ἐλαίου καταντλήσεως, ἐπὶ τὴν ἐκ τοῦ λόγου διδασκομένην ἀφικέσθαι θεραπείαν, οὐ χαλεπῶς ἂν οὗτος αὐτὸς τῇ πείρᾳ κρίνειε, πηλίκον ἁμαρτάνουσιν οἱ οὕτω θεραπεύοντες τά τε πληθωρικὰ, καὶ τὰ μὴ καθαρὰ σώματα. συμβαίνει δ' ἐν τοῖς τοιούτοις νοσή-

μασι, τοὺς πλουσίους μᾶλλον τῶν πενήτων κακῶς θεραπεύεσθαι. ἀμφότερα γὰρ ἐπ' αὐτῶν ἁμαρτάνεται διὰ τὴν τρυφὴν οὐκ ὀλιγάκις, ἥ τε τῆς φλεβοτομίας ἔνδεια, καὶ ἡ περιττοτέρα δῆθεν ἐπιμέλεια τῶν ἰατρῶν, ὡς καθ' ἑκάστην τι προστιθέναι ἡμέραν ἐπὶ τῷ τοῦ κάμνοντος σώματι. καὶ ἀρχὰς μὲν οὖν, ὑπὸ τρυφῆς, οὐκ ἀνέχονται τῆς φλεβοτομίας οἱ πλείους αὐτῶν, καίτοι μᾶλλον τῶν πενήτων ἁλισκόμενοι ταῖς πληθωρικαῖς διαθέσεσιν, ὡς ἂν καὶ μᾶλλον ἐμπιπλάμενοι, καὶ βιοῦντες ἀργότερον. οἱ θεραπεύοντες δ' αὐτοὺς ἰατροί, διότι παραλέλειπται μέγιστον βοήθημα, τῇ διὰ τῶν ἄλλων χρήσει, νομίζουσιν ἀναπληρώσειν ὁπόσον ἐνδεῖ. καὶ μέντοι καὶ οἱ κάμνοντες, οἰόμενοι τὴν μὲν ἐφ' ἡσυχίας δίαιταν ἀμέλειαν εἶναι, τὸ δ' ὁποιοῦν πράττειν, ἐπιμέλειαν, ἐπαναγκάζουσιν αὐτοὺς ἑκάστης ἡμέρας προσφέρειν τι τοῖς ὑποχονδρίοις· βουλομένοις δὲ δήπου καὶ τοῖς ἰατροῖς ἐπὶ τοῦτο, πρὸς τὸ δοκεῖν ἐνεργεῖν τι διαπαντός, ἐντεῦθεν γὰρ ἐλπίζουσι καὶ τὸν μισθὸν πλείω λήψεσθαι. συμβαίνει τοιγαροῦν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ τὰς φλεγμονὰς ἄρχεσθαι τοῖς πλουσίοις, ἐν ᾧ πλησίον ἤδη τῆς λύσεώς ἐστιν ἐπὶ τῶν πενήτων τὸ νόσημα. φλεβοτομηθέντες γὰρ ἐν ἀρχῇ, κατὰ τοὺς προκειμένους ἐν τῷ λόγῳ πυρετούς, οὐ μόνον οἱ πένητες, ἀλλὰ καὶ οἱ δοῦλοι τῶν πλουσίων, οἱ πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἡμερῶν ἐκρίθησαν, ἔνιοι δὲ ἐς τὴν ἑβδόμην ἀφίκοντο, πορρωτέρω δ' οὐδείς. ἀλλ' οἵ γε πλούσιοι, τό τε πλῆθος καὶ τὰ περιττώματα πλείω τῶν πενήτων, καὶ δούλων ἔχοντες, παραλιπόντες δὲ τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα, κἄπειτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, αἰονώμενοί τε δι' ἐλαίου θερμοῦ, καὶ καταπλαττόμενοι τοῖς χαλαστικοῖς καταπλάσμασι, φλεγμονήν τινα συνισταμένην ἴσχουσιν, ἤτοι περὶ τὸ ἧπαρ, ἢ τὴν κοιλίαν, ἤ τι τῶν ἄλλων τῶν τῇδε σπλάγχνων, ἔνιοι μὲν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν, ἔνιοι δ' ἐν τῇ πέμπτῃ, πάντες δ' οὖν ἐν τῇ ἕκτῃ. οἶσθα δὲ δήπου καὶ τὸν ἐν αὐτῷ τῷ καταιονᾶσθαι δυσπνοήσαντα, τοῦ περιττοῦ παντὸς ἐπὶ τὰς φρένας ἑλχθέντος ὑπὸ τῆς θερμασίας. οὗτός τε οὖν ἀπέθανε, καὶ ἄλλοι μυρίοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκουσιν, ὥσπερ σικύας, τοῦ καταπλάσματος ἕλκοντος ἐπὶ τὰ σπλάγχνα, τὰ καθ' ὅλον τὸ σῶμα περιττά. τινὲς δ' ἀμέλει καὶ αὐτῇ τῇ σικύᾳ καὶ αὐτὴν ἐχρήσαντο, τοῦθ' ἓν μόνον ἐννοοῦντες κἀκεῖνοι, τὸ φαίνεσθαί τι πράττοντες ἀεὶ περὶ τὸν κάμνοντα. κάλλιστον μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, φλέβα τέμνειν οὐ μόνον ἐν τοῖς συνόχοις πυρετοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἐπὶ σήψει χυμῶν, ὅταν γε ἤτοι τὰ τῆς ἡλικίας, ἢ τὰ τῆς δυνάμεως μὴ κωλύῃ. κουφισθεῖσα γὰρ ἡ διοικοῦσα τὰ σώματα ἡμῶν φύσις, ἀποθεμένη τε τὸ βαροῦν αὐτὴν οἷόν περ τι φορτίον, ἐπικρατήσει τοῦ λοιποῦ ῥᾳδίως. ὥστε καὶ πέψει τὸ πεφθῆναι δυνάμενον, ἐκκρινεῖ τε τὸ δυνάμενον ἐκκριθῆναι, ἀναμνησθεῖσα τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν. ἡ γὰρ τῶν μέσων τοῦ σώματος, ὡς οὗτοι καλοῦσι, πρόνοια, μέγιστον μὲν κακὸν ἐπὶ τῶν μὴ φλεβοτομηθέντων ἐστίν· οὐ μέγιστον δὲ ἐπὶ τῶν φλεβοτομηθέντων. ἀλλ' ὅμως κἀπὶ τούτων τι βλάπτειν πέφυκεν ἐν τοῖς συνόχοις πυρετοῖς· διακαιόμενα γὰρ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς θέρμης τὰ σπλάγχνα, προσέτι διακαίεται καὶ ἐξοπτᾶται. μόνοι τοιγαροῦν ἐκεῖνοι δεήσονται προνοίας τοιαύτης, οἷς ἡ σῆψις ἐν ἑνὶ συνέστη μορίῳ, προφλεβοτομηθέντες δηλονότι καὶ οὗτοι. ποιησόμεθα δ' αὐτῶν τὴν πρόνοιαν, οὐχ ὁμοίως τοῖς ἐκ τῆς τριόδου τούτοις ἰατροῖς, εὐθέως ἐξ ἀρχῆς χαλῶντες, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἐπὶ τῶν πλείστων ἐργαζόμενοι. τὰ μὲν γὰρ χαλαστικὰ τῶν βοηθημάτων, ὥσπερ γε διαφορεῖ τὸ περιεχόμενον ἐν τοῖς μέλεσιν, οὕτως ἐπισπᾶται πλέον αὐτ' αὐτῷ, κατ' ἀρχὰς προσαγόμενα. φερομένων γὰρ ἔτι τῶν ῥευμάτων ἐπὶ τὸ πεπονθός, ἀποκρούεσθαι βέλτιόν ἐστι, καὶ

A vt in eiusmodi morbis diuites potiùs, quàm pauperes perperam curentur. In his enim propter ipsorum delicias duplex peccatum non raró committitur, & quòd sanguis non mittatur, & quòd à medicis impensior adhibeatur diligentia, vt quotidie aliquid circa ægrotantis corpus fiat. Ac inter initia quidem sanguinis missionem maior eorum pars propter mollitiem non admittit, tametsi magis, quàm pauperes, redundantiæ sanguinis affectibus sunt obiecti, vt qui magis, tum cibis se impleant, tum in ocio viuant. Medici verò qui B eos curant, vbi summum remedium est omissum, aliorum vsu sarturos se, quod deficit, putant. Huc accedit, quod ipsi quoque ægri, victus rationem in tranquillitate, negligentiam esse rati, & quiduis agere, diligentiam; cogunt eos præcordiis aliquid quotidie admouere; sed nec inuitis profectò ipsis medicis, vt qui facere semper aliquid videri velint, quod sic se maiorem mercedem accepturos sperant. Itaque accidit, vt illo ipso tempore phlegmonæ diuitibus incipiant, quo iam pauperibus morbus propemodum perductus est ad finem. Quippe misso in propositis hoc in libro febribus inter initia sanguine, non pauperibus C modò, verùm etiam diuitum seruis, plurimis quidem quinto; aliquibus septimo, crisis contigit, nemini serius. At diuites, qui & sanguinis copiam, & excrementorum plus, quàm pauperes, & serui habent, quum sanguinis mittendi prætermisere remedium, ac quotidie, tum calido oleo perfundantur, tum laxantibus cataplasmatis vtantur, phlegmonen aliquam, vel in iecinore, vel ventriculo, vel reliquorum istic viscerum aliquo contrahunt, alij in quarto, alij in quinto, omnes planè in sexto. Nec oblitus arbitror es eius, qui dum D perfunderetur, difficultate spirandi laborauit, omni superuacuo ad septum transuersum caloris vi tracto. Ergo & hic periit, alij quoque infiniti quotidie pereunt, cataplasmate ipso cucurbitulæ ritu corporis superuacua in viscera trahente. Non defuerunt profectò, & qui cucurbitula quoque ipsa sunt vsi, eo tantùm consilio, vt circa ægrotantem aliquid semper moliri viderentur. Saluberrimum igitur (vt prædiximus) est in febribus venam incidere, non continentibus modò, verùm etiam alijs omnibus, quas putrescens humor concitat, vbi præsertim nec ætas, nec vires E prohibent. Leuata nanque quæ corpus nostrum regit, natura, exonerataque eo, quo, velut sarcina, premitur, haud ægrè, quod reliquum est, vincet. Itaque propriarum functionum haud oblita, & coquet, quod concoqui est habile; & excernet, quod potest excerni. Eorum enim, quæ in medio sunt corpore (vt isti vocant) prouidentia, vbi detractus sanguis non est, maximum planè est malum; vbi detractus est, non maximum. Quanquam sic quoque noxia esse in synochis febribus potest; quippe deusta immodico calore viscera etiam ampliùs deuruntur, ac torrentur. F Ergo eiusmodi prouidentiam illi duntaxat requirent, quibus in vna parte putredo consistit, si tamen hi quoque sanguinem priùs miserint. Prouidebimus autem his, non sicut triuiales isti medici prouident, qui statim inter initia laxant, sed in plurimis prorsus contra moliuntur. Relaxantia nanque remedia, sicuti quod in membris continetur, euocant; ita, si in principio sint admota, pro eo plus attrahunt Quum enim adhuc ad affectum locum fertur fluxio, reprimere, remittereq;

hanc expedit, non ad ipsum attrahere. Quæ verò repellentia dicuntur, quæ adstringendi certè vim obtinent, in principiis idonea sunt *duplici ratione*; & quòd robur affectis partibus inferant, vnde minùs promptè affluxum excrementorum in se recipiunt; & quòd eorum, quæ in iis iam contenta sunt, tenuissimum extrorsùm exprimant. Quòd si tum fluxio humorum per ea remedia compescatur, tum densitas, quæ adstringendo in affecta parte relicta est, crassiora detinet; iam tempestiua relaxatio est, quò ea, quæ retenta sunt vacues. Præcipuè autem adstringentibus est vtendum, vbi in iecur, aut ventriculum superuacuum profluit; etenim & hæ partes admodum sunt principes, & munus suum obeant, vel in ipsis morbis, est necessum. Porrò est non exiguum eorum munus, qualéque reliquarum *partium*, quibus illud modò negocium est, vt id, quo nutriantur, conficiant; verùm quod tantopere animalis intersit, vt si neque in ventriculo probè alimentum fuerit concoctum, neque in sanguinem in iecinore mutatum, vtique quod in fame nobis accidit, vt cibi penuria degere in abstinentia cogamur, idem tum omnibus animalis partibus accidat: non enim ex iis quæ deuorarit quis, sed ex iis, quæ in iam dictis visceribus confecerit, alimentum toti corpori suppeditatur. Atque ob hęc nimirum impensius, quàm cæteræ partes, ventriculus, & iecur adstringentia desiderant. Ergo quum ea, quæ iam infixa sunt, discutiendi tempus est, tum quoque modicè adstringi postulát; quod enim adstrictionis in principio largius iis, quàm cæteris partibus, adhibetur, id seruandum assiduè est manente, qui id indicet, vsu; vsus verò est (vt paulo ante testati simus) nutrimenti confectio. Si igitur per imbecillitatem parum rectè concoxerint, non modo assumpti cibi nulla est vtilitas, sed etiam ventriculo non rarò ex eius corruptela lacessito, expellitur quoque aliquid prioris. Ita fit, vt duplex iam noxa toti corpori accedat, quum nec ex cibo sumpto nutriatur, & aliquid ex eo, quod sibi reposuerat, amittat. Huc accedit, & quod ciborum concoctio, siue ea in iecinore, siue in ventriculo fit improspera, febres intendit, ac humorum vitio exacerbat. Quo magis in omni febre, ciborum concoctioni prospicere magnopere oportet; atque eius rei causa roboris quoque instrumentorum, quibus perficitur non leuis habenda est cura. Sanè aliqui sunt (vt Hippocrates ait) qui ex eo, quod ignorant, non parum lucri faciunt. Arbitrantur enim iecinoris se phlegmonen relaxantibus præsidiis curare, ex eo scilicet famam sibi comparantes, quòd in dignotione fallantur; siquidem videntur nonnunquam lineamenta musculi, qui à costis thoracis ad *hypochondria* peruenit, persimilia iecinori. Mirum autem minimè arbitror, eos, qui nec aliud quicquam arte probè didicerunt, nec in dignoscendis affectis partibus se exercuerunt, sic laudem aliquando consequi.

CAPVT XVI.

Qua ratione cataplasmata parare oporteat, quæ ventriculo, iecinori, lieni, & reliquis inferioris ventris partibus conducant.

VErùm istos mittamus. Nos, verò etsi minima suspicio sit iecur ventriculúmve laborare, absinthium protinus oleo incoquemus,

ἀναστέλλειν, οὐχ ἕλκειν εἰς αὐτά. τὰ δ' ἀποκρουστικὰ καλούμενα, μετέχοντα δηλονότι τῆς στυπτικῆς δυνάμεως, ἐπιτήδεια κατὰ τὰς ἀρχάς ἐστιν· ἅμα μὲν ἐντιθέντα τόνον τοῖς πάσχουσι μορίοις, ὡς μὴ ῥᾳδίως ὑποδέχοιντο τὰ ἐπιρρέοντα τῶν περιττωμάτων· ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἤδη περιεχομένων ἀντεκθλίβοντα τὸ λεπτότατον. εἰ δ' ἥτε φορὰ παύσαιτο διὰ τῶν τοιούτων βοηθημάτων, ἥ τ' ἐκ τῆς στύψεως ἐγγινομένη πύκνωσις τοῖς πεπονθόσι, κατέχοι τὰ παχύτερα, καιρὸς ἤδη χαλᾶν ὑπὲρ τοῦ κενῶσαι τὰ περιεχόμενα. μάλιστα δ' ὅταν εἰς ἧπαρ ἢ γαστέρα κατασκήψῃ τὰ περιττά, τοῖς στύφουσι χρῆσθαι· κύρια τε γὰρ ἱκανῶς τὰ μόρια, καὶ πάντως ἐργάζεσθαι τὸ σφέτερον ἔργον ἀναγκαῖα κἂν ταῖς νόσοις. ἔστι δὲ οὐ σμικρὸν αὐτῶν τὸ ἔργον, ἐπεὶ γὰρ ἑκάστου τῶν ἄλλων, ἃ μόνον ἐκεῖνο κατεργάζεσθαι πέφυκεν ὑφ' οὗ θρέψεται· ἀλλ' οὕτως εἰς μέγα τῷ ζώῳ διαφέρειν, ὡς εἰ μήτε κατὰ γαστέρα πεφθείη καλῶς ἡ τροφὴ, μήτ' αἱματωθείη κατὰ τὸ ἧπαρ, ἐπεὶ γὰρ ἐν λιμῷ πάσχομεν, ἀπορίᾳ βρωμάτων ἀσιτεῖν ἀναγκαζόμενοι, τοιοῦτόν τι καὶ νῦν συμβήσεται πᾶσι τοῖς τοῦ ζώου μορίοις· οὐ γὰρ ἐκ τῶν καταποθέντων, ἀλλ' ἐκ τῶν κατεργασθέντων ἐν τοῖς εἰρημένοις σπλάγχνοις, ἡ χορηγία τῆς τροφῆς ἐστιν ὅλῳ τῷ σώματι. διὰ ταῦτα μὲν δὴ περιττότερον, ἢ τὰ ἄλλα μόρια, γαστήρ τε, καὶ ἧπαρ τῶν στυφόντων χρήζουσιν. ἀμέλει κἀπειδὰν καιρὸς ᾖ διαφορεῖν τὰ στηριχθέντα, καὶ τότε δεῖται στύφεσθαι τὰ μέτρια. τὸ γὰρ ἐξ ἐπιμέτρου παρὰ τὰ ἄλλα μόρια κατ' ἀρχὰς αὐτοῖς προστιθέμενον τῆς στύψεως, ἀεὶ φυλάττεσθαι χρὴ, μενούσης γε τῆς ἐνδειξαμένης αὐτὸ χρείας· ἡ χρεία δ' ἐστὶν, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἡ κατεργασία τῆς τροφῆς. ἐὰν οὖν ἀτονήσαντα μὴ πέψῃ καλῶς, οὐ μόνον οὐδὲν ὄφελος ἔσται τῶν καταποθέντων σιτίων, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν πολλάκις ἐρεθισθείσης τῆς γαστρὸς, συναπέρχεταί τι καὶ τῶν προϋπαρχόντων. ὥστε διχόθεν ἤδη τὴν βλάβην γίνεσθαι τῷ παντὶ σώματι, μήθ' ὑπὸ τῶν σιτίων τραφέντι καὶ τῆς οἰκείας παρασκευῆς τι προσαπολλύντι. καὶ χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, αἱ πέψεις τῶν σιτίων ἄν τε καθ' ἧπαρ ἀτυχήσωσιν, ἄν τε κατὰ γαστέρα, τοὺς πυρετοὺς αὐξάνουσι, καὶ δριμυτέρους ἐργάζονται τῇ κακοχυμίᾳ. διὰ τοῦτο τοίνυν, πολλὴν χρὴ πεποιῆσθαι πρόνοιαν ἐν ἅπασι πυρετοῖς, πέψεως σιτίων· καὶ διὰ ταύτην τοῦ τόνου τῶν πεπτικῶν ὀργάνων οὐ σμικρὰ φροντιστέον. ἔνιοι δ' ὡς φησὶν Ἱπποκράτης, οὐ σμικρὰ κερδαίνουσιν ὅτι ἀγνοοῦσιν. οἴονται γοῦν ἥπατος φλεγμονὴν ἰᾶσθαι χαλαστικοῖς βοηθήμασιν, ἐξ ὧν ἐν τῇ διαγνώσει σφάλλονται, δόξαν ἑαυτοῖς πορίζόμενοι· φαίνεται γὰρ ἐνίοτε, τοῦ καθήκοντος εἰς ὑποχόνδρια μυὸς ἐκ τῶν πλευρῶν τοῦ θώρακος, ἡ περιγραφὴ, παραπλησία τῷ ἥπατι. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν, οἶμαι, τοὺς μήτ' ἄλλο μηδὲν ἐν τῇ τέχνῃ καλῶς ἐκμαθόντας, μήτ' ἀσκηθέντας ἐν διαγνώσεσι πεπονθότων μορίων, τὰ τοιαῦτα κερδαίνειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Πῶς δεῖ σκευάσαι τὰ καταπλάσματα, τὰ τῇ γαστρὶ, ἥπατι, σπληνὶ, καὶ τοῖς λοιποῖς μέρεσι τῆς κάτω κοιλίας συμφέροντα.

ΕΚείνους μὲν οὖν ἐατέον. ἡμεῖς δὲ, κἂν ἐλαχίστην ποθ' ὑπόνοιαν ἔχωμεν ἥπατος ἢ γαστρὸς κακοπραγούντων, εὐθέως ἀψίνθιον ἐλαίῳ προσαφεψήσαντες, αἰονήσο-

μὲν τὰ μόρια. διττὴν δὲ ἅπαντος ἀψινθίου ποιότητα καὶ δύναμιν ἔχοντος, ὡς κἀν τοῖς περὶ φαρμάκων εἴρηται, κατὰ μὲν τὸ Ποντικὸν, ἡ στύφουσα ποιότης ἐστὶν οὐκ ὀλίγη· τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν, ἡ μὲν πικρὰ ποιότης ὑπάρχει σφοδροτάτη· στύψεως δ' ἤτοι παντάπασιν ἀμυδρᾶς[167] ἢ καὶ οὐδ' ὅλως ἂν αἴσθοιο γευόμενος αὐτῶν. ταῦτά τοι τὸ Ποντικὸν ἀψίνθιον αἱρεῖσθαι βέλτιόν ἐστιν εἰς τὰς ἥπατος καὶ γαστρὸς φλεγμονάς· ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ τὸ φύλλον, καὶ τὸ ἄνθος πολὺ σμικρότερον, ἢ τῶν ἄλλων ἀψινθίων· καὶ ἡ ὀσμὴ τούτῳ μὲν οὐχ ὅπως ἀηδὴς, ἀλλά τι καὶ τῶν ἀρωμάτων ἐμφαίνουσα· τοῖς δ' ἄλλοις δυσώδης ἅπασι· φεύγειν μὲν οὖν ἐκεῖνα προσήκει, χρῆσθαι δ' ἀεὶ τῷ Ποντικῷ. καὶ τῶν ἄλλων δέ τι φαρμάκων ἐμβαλὼν εἰς τοὔλαιον, οἷς ἐπιμέμικται τῇ πικρᾷ ποιότητι δύναμις στυπτικὴ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον χρήσῃ. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων, ἡ πικρὰ ποιότης ποδηγοῦσα τὴν στύφουσαν. διὸ καὶ κρεῖττόν ἐστι τὸ τοιοῦτον φάρμακον ἁπλῶς τοῦ στύφοντος μόνον. εἰ μὲν οὖν ἰσχυροτέραν ἐθέλοις ἐργάσασθαι τὴν στύψιν, ἔστω σοι καὶ τὸ ἔλαιον στύφον, ὁποῖόν ἐστι τό, τε Ἰσπανὸν ὀνομαζόμενον, ὅσα τ' ἄλλα σκευάζουσι μετὰ θαλλῶν ἐλαίας· ἢ ὅτι περ ἐστὶ τὸ καλούμενον ὀμφάκινον. εἰ δ' ἀσθενεστέρᾳ βούλοιο χρήσασθαι τῇ στύψει, τῶν ἄλλων ἐλαίων τι παρασκεύαζε, καὶ μάλιστα τῶν λεπτομερῶν, οἷόν περ ἐστὶ τὸ Σαβῖνον. ἄριστον δὲ, ἐν οἷς στύψεως ἰσχυροτέρας ἐστὶ χρεία, τὸ Ἰστρικὸν ἔλαιον, ὡς ἂν ἑκατέρας ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὰς ποιότητας, στύφουσαν καὶ πικράν. ἀπορουμένῳ δ' ἀψινθίου, μήλινον, ἢ μαστίχινον, ἢ σχίνινον ἀρκέσει τὴν πρώτην· εἰ δὲ μικρὸς ὁ πυρετὸς εἴη, καὶ τὸ διὰ τῆς νάρδου μύρον. ἔστω δὲ καὶ τοῦτ' ἄριστον· οὐ σμικρὰ γάρ ἡ διαφορὰ τοῦ τοιούτου πρὸς τὸ φαῦλον· ὃ γοῦν ἐν Νεαπόλει τῆς Ἰταλίας σκευάζουσιν, ὄνομα μόνον ἐστὶ μύρου ναρδίνου, παραβαλλόμενον τῷ κατὰ τὴν Ἀσίαν. ἔμπροσθεν μὲν ἐν Λαοδικείᾳ μόνῃ σκευαζόμενον, νυνὶ δὲ ἐν πολλαῖς ἤδη πόλεσιν. εἰ δ' ἡ παρακμὴ τοῦ πυρετοῦ, καθ' ἣν δηλονότι πράττεις τὰ τοιαῦτα, μὴ πάνυ τι σαφὴς γίγνοιτο, φυλάττεσθαι μὲν τὴν νάρδον· ἄμεινον δὲ χρῆσθαι τηνικαῦτα τῷ μηλίνῳ· μὴ παρόντος δὲ τούτου, τῷ σχινίνῳ· καὶ μετ' αὐτὸ, τῷ μαστιχίνῳ. πάντων γὰρ τούτων τὸ νάρδινον μύρον μᾶλλον θερμαίνει· διὸ καὶ μικτέον αὐτῷ, τῶν ἄλλων ἀποροῦντι, ῥοδίνου. ἡ δὲ τοῦ μυρσίνου στύψις, οὐκ ἐπιτήδειος· ἔστι γὰρ τοῦτο παχυμερέστερον, ἢ ὥστε διὰ βάθους ἰέναι. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, παραδείγματος ἕνεκα λέλεκται· πολὺ γὰρ αὐτῶν ἐκλέξῃ πλῆθος ἐκ τῶν περὶ φαρμάκων ὑπομνημάτων. ὡσαύτως δὲ, καὶ τὸ κατάπλασμα σύνθετον ἐχέτω τὴν δύναμιν, ἔκ τε τῆς χαλαστικῆς λεπτομεροῦς, καὶ πικρᾶς, καὶ στυφούσης. ἐπικρατείτω δ' ἐν αὐταῖς εἰ μὲν ἀποκρούεσθαί τε, καὶ τόνον ἐντιθέναι βουλοίμεθα, τὸ στύφον· εἰ δὲ τέμνειν, καὶ διαρρύπτειν, τὸ πικρόν. εἰ δὲ διαφορεῖν, τὰ λεπτομερῆ τῶν χαλώντων· τὰ γὰρ παχυμερῆ, τοῖς ἐκπυΐσκουσιν ἐδείχθη χρηστά. διωρισμένων δ' ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασι, τῶν τε μόνην ἐχόντων, ἤτοι τὴν στύφουσαν, ἢ τὴν πικρὰν ποιότητα, τῶν τε συναμφοτέρας, ἄριστον μὲν οὖν ἀεὶ αἱρεῖσθαι τὰ συναμφοτέρας ἔχοντα· μὴ παρόντων δὲ τούτων, αὐτὸν, μιγνύναι τὰ πικρὰ τοῖς στύφουσιν, ὥσπερ ἐθεάσω πρὸς ἡμᾶς κατάπλασμα συντεθέντα, ἥπατος φλεγμαίνοντος, ἐκ τῶν παρόντων.

ac eas partes perfundemus. Quum autem duplex in omni absinthio facultas, & qualitas sit, veluti in libris De medicamentis est traditum, certè in Pontico adstringendi facultas non parua est; in reliquis omnibus amara quidem qualitas est vehementissima, adstrictio verò (quam saltem gustu agnoscas) aut planè obscura, aut prorsus nulla sentitur. Proinde Ponticum absinthium ad iecinoris, & ventris phlegmonas eligi præstat: sed id est, tum folio, tum flore longè, quàm cætera absinthia, minore; odor quoque huic non modo non insuauis, verùm etiam aromatum quid præferens; reliquis autem omnibus est fœdus: quare hæc fugere conueniet, vti autem semper Pontico. Etiam reliquorum medicamentorum, in quibus mixta cum amaritudine adstringendi facultas est, aliquid in oleum conijcere, atque ad eundem modū vti licet. Ostendimus nanque opere, quod De medicamentis inscribitur, amaram qualitatem viam adstringenti facere. Quo fit, vt medicamentum id genus, omnibus, quæ tantùm adstringant, sit præstantius. Itaque si vehementiorem efficere velis adstrictionem, etiam oleum ipsum adstringendi vim habeat, cuiusmodi est, & quod Hispanum vocant; & quæcunque cum germinibus oleæ præparare solent; vel quale est crudum, quod omphacinum vocant. Sin leuiore vti adstrictione placet, aliud olei genus præparabis, præcipuè quod tenuium sit partium; quod genus Sabinum est. Optimum tamen, vbi adstringere vehemētius est opus, Histricū oleum est, vt quod ambas in se qualitates habeat, & amaram, & adstringentem. In penuria verò absinthij inter initia, vel melinum, vel mastichinum, vel lentiscinum satisfecerit; quòd si exigua febris sit, etiam vnguentum ex nardo compositum. Esto autem optimum id quoque; neque enim parum interest inter id, & quod vitiosum est; quū id, quod Neapoli in Italia conficiunt, nomine tantùm nardinum vnguentum sit, si cum eo, quod in Asia fit, conferatur. Id antea Laodiceæ tantùm componebatur; nunc etiam in multis fit oppidis. Quòd si declinatio febris, in qua ista moliris, non admodum sit facilis, abstinebis à nardino; vteris autem hoc tempore rectiùs melino; aut si id non est, lentiscino; ab hoc verò, mastichino. Omnibus nanque his nardinum vnguentum valentiùs calefacit: quare, si reliquorum copia non est, rosaceum illi admiscebis. Sanè myrtini adstrictio idonea non est, quum crassiorum sit partium, quàm vt altè descendere possit. Atque hæc quidem exempli gratia protulimus; nam magnam eorum copiam deligere ex medicamentorum libris licet. Ad eundem verò modum, & cataplasma compositam vim habeat ex ea, quæ tenuium sit partium, ac laxet, tum verò ex amara, & adstringente. Superet autem in iis, vbi tum repellere, tum robur addere studemus, quod adstringat; vbi tenuare, ac detergere, amarū; vbi euocare, quæ ex laxantibus tenuium maximè sint partium: siquidem, quæ crassæ substantiæ sunt, ea pus mouentibus monstrauimus esse accōmoda. Quum autem definitū in opere De medicamentis sit, & quæ vel solam obtineant adstringendi qualitatem, vel amaritudinem, & quæ ambas possideant qualitates; maximè deligenda sunt, quæ ambas habent; vbi ea non adsunt, ipse amara iis, quæ adstringāt, miscebis, vt nos, aliquando in iecinoris phlegmone, ex *copiis* præsentibus componere cataplasma vidisti.

Erat

Erat enim is, qui ægrotabat, medicus; quem iam lucernis accensis inuisimus, quo tempore ab iis, qui talia venditant, nihil emi potuit. Ergo, quum declinatam notabiliter febrem inuenissem, vtendum occasione quamprimùm censui, eò certè magis, quòd suspectam horam, quæ gallicinio futura erat, alterius accessionis initium allaturam verebamur. Incoxi in oleo quidem absinthium, in aqua verò malum cotoneum. Dum autem hæc coquebantur, myrobalani retrimenta, & ireos radicem, quæ intus inueneram, contudi cribrauique; dein olei & aquæ, quæ paraueram, portionē in lebetem immisi; ac vbi modicè coxeram, myrobalanum & irim vnà cum exigua cera inieci. Coquimus autem, vt nosti, cotoneum nō in aqua modò, verùm etiam persæpè in austero vino, ac omnibus eiusmodi cataplasmatis de ipsa quoque cotonei carne interdum admiscemus. Nam vbi & quod confluit, copiosum est, & pars ipsa infirmior, adstringentem vim (sicut scis) inaugemus; vbi verò tum corpus totum vacuum est, nec pars imbecilla, nec vltra quid confluit, ibi in iis, quæ miscentur, materiis minimum quidem sit, quod adstringat, copiosius verò non solùm, quod relaxet, sed etiam & quod amarum sit, & quod acre. Quòd si exigua febris sit, ac phlegmone nō adeò calens, tum æger ipse inediam tolerare valeat, hoc casu discussoriam quidem curandi speciem intendes, adstringentem autem remittes. Neque enim ampliùs ipsi saltem phlegmonæ conducere possunt, quæ adstringunt, vbi nec affluit quicquam, & crassus humor affecto loco tenaciter est infixus, sed (sicut dictum est) trahendæ potiùs curationis, ac quæ adstringant miscendi consilium probamus, quò robur partium tueamur. Vnde nec colo laborante, nec reliquorum intestinorum quouis, nec musculis hypochondriorum, aut peritonæo, miscenda adstringentia sunt; sed nec quum vesica malè habet, vterúsve, modò (vt dictum est) nihil vltra ad locum fluat, nec *sanguinis* redundantia, nec excrementorum copia in toto sint corpore. Porrò renes & pectus in media prædictorum conditione sunt, quantum enim à ventriculi, iecinorísque solicitudine absunt, tantum reliquorum supergressa; siquidem in ventriculo, ac iecinore exolui robur est perniciosissimum, illis minimè est periculosum. In his verò est quidem periculosum, non tamen perinde, vt in illis; nisi si pus educere ex pectore, aut pulmone, aliquando sit opus. De liene pronunciare absolutè non est, nec nisi priùs definita, tum corporis totius natura, tum verò affectu, qui curationis tempore occupauit. Nam, si vel æger ex iis sit, qui melancholicum excrementum naturaliter congerant, vel etiam eo tempore humoris in eo abundet, necesse est in liene curando adstringentia reliquis admisceas, vt visceris robur custodias. Ita enim & excrementa ad se trahet; & quum corpus expurgarit, ipse rursus per ventriculum excernet; veluti in naturalibus commentariis de his est proditum. Sin nullum omninò sit melancholicum excrementum, aut omninò adstringendum non est, aut parcissimè. Obseruandum verò diligenter est, non in liene modò, verùm etiam in omnibus aliis partibus, in quibus humor putrescit, quod symptoma sit vehementissimum, quod secundo loco, aut tertio; quò videlicet affectu ex ipsis planè inuento, idoneam ei curationem adhibeas.

ἦν μὲν γὰρ ἰατρὸς ὁ κάμνων· ἐθεασάμεθα δ' αὐτὸν ἤδη λύχνων ἡμμένων, ὡς μηδὲν ἔτι δύνασθαι πρίασθαι παρὰ τῶν καπηλευόντων τὰ τοιαῦτα. παρακμὴν οὖν εὑρόντες ἀξιόλογον, ἐσπουδάσαμεν ὅτι τάχιστα χρήσασθαι τῷ καιρῷ, καὶ μάλισθ' ὅτι τὴν ὕποπτον ὥραν προσεδοκῶμεν ἀρχὴν εἶναι ἑτέρου παροξυσμοῦ, περὶ τὰς τῶν ἀλεκτρυόνων ᾠδάς. ἀφεψήσαντες οὖν ἐλαίῳ μὲν ἀψίνθιον, ἐν ὕδατι δὲ κυδώνιον μῆλον. ἐν ᾧ ταῦθ' ἥψετο, μυροβαλάνου πίεσμα, καὶ ἴρεως τὴν ῥίζαν εὑρόντες ἔνδον, καὶ κόψαντες, καὶ διαττήσαντες, εἶτ' ἐμβαλόντες [168] λέβητι, τοῦτ' ἐλαίου καὶ τοῦ ὕδατος, ὧνπερ ἐσκευάκειμεν, ἀφεψήσαντές τε μετρίως ἐπενεβάλλομεν ἅμα κηρῷ βραχεῖ, τὴν μυροβάλανον καὶ τὴν ἶριν. ἕψομεν δ', ὡς οἶσθα, τὸ μῆλον, οὐ δι' ὕδατος μόνου, ἀλλὰ καὶ δι' οἴνου πολλάκις αὐστηροῦ· καὶ μιγνύομεν ἐνίοτε καὶ αὐτῆς τι τοῦ μήλου τῆς σαρκὸς, ἅπασι τοῖς τοιούτοις καταπλάσμασιν. ὅταν μὲν γὰρ τό, τε ἐπιῤῥέον εἴη πλέον, ἀτονώτερόν τε τὸ μόριον, αὐξάνομεν, ὡς οἶσθα, τὴν στύψιν· ὅταν δὲ τό, θ' ὅλον σῶμα κενὸν, ἐν ἀῤῥώστῳ τε τὸ μόριον, ἐπιῤῥέῃ τε μηδὲν ἔτι, βραχύτατον ἔστω τὸ στῦφον, ἀξιολογώτερον δὲ αὐτοῦ τὸ χαλαστικὸν, καὶ πρὸς τούτοις, τό, τε πικρὸν, καὶ τὸ δριμὺ, κατὰ τὴν τῶν ἐπεμβαλλομένων ὕλην. εἰ δὲ καὶ μικρὸς ὁ πυρετὸς εἴη, καὶ ἡ φλεγμονὴ μὴ πάνυ θερμὴ, καὶ ἀσιτίαν ὁ κάμνων ἐνεγκεῖν δυνάμενος, αὐξανέσθω σοι τὸ διαφορητικὸν εἶδος τῆς θεραπείας, ἐκλυομένου τοῦ στυπτικοῦ. οὐ γὰρ δὴ τὴν φλεγμονὴν δυνατὸν ὠφελῆσαι τοῖς στύφουσιν, ἡνίκα μήτ' ἐπιῤῥέῃ μηδὲν, ἐστήρικταί τε δυσλύτως ἐν τῷ πάσχοντι παχυμερὴς χυμὸς, ἀλλ', ὡς εἴρηται, βραδύνειν αἱρούμεθα μᾶλλον ἐν τῇ θεραπείᾳ μιγνύντες τι τῶν στυφόντων, ὑπὲρ τοῦ φυλάξαι τῶν μορίων τὸν τόνον. ὅθεν οὔτ' ἐπὶ κώλου πάσχοντος, ἢ τῶν ἄλλων ἐντέρων τινὸς, οὔτε τῶν καθ' ὑποχόνδρια μυῶν, ἢ περιτοναίου, μικτέον τὰ στύφοντα· καθάπερ οὐδὲ κύστεως, ἢ μήτρας ὅταν γ', ὡς εἴρηται, μήτ' ἐπιῤῥέῃ μηδὲν ἔτι, μήτε πλῆθος, ἢ περιττώματα πολλὰ, καθ' ὅλον ὑπάρχῃ τὸ σῶμα. νεφροὶ δὲ καὶ θώραξ, ἐν μέσῳ τῶν εἰρημένων εἰσίν· ὅσον γὰρ ἀπολείπονται γαστρὸς καὶ ἥπατος, τοσοῦτον τῶν ἄλλων πλεονεκτοῦνται· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἥπατος, ἢ τῆς γαστρὸς ἐκλυθῆναι τὸν τόνον, ὀλεθριώτατον, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, ἀκινδυνότατον. ἐπὶ τούτων δὲ κινδυνῶδες μὲν, οὐ μὴν ἐκείνοις γ' ὁμοίως· πλὴν εἴ ποτε πῦον ἐκκαθαίρειν δέοι, περιεχόμενον ἐν θώρακι καὶ πνεύμονι. περὶ δὲ τοῦ σπληνὸς, οὐχ ἁπλῶς ἀποφήνασθαι δυνατὸν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ διορίσασθαι τήν τε φύσιν ὅλου τοῦ σώματος, καὶ τὴν ἐν τῷ τῆς θεραπείας χρόνῳ διάθεσιν. εἰ μὲν γὰρ, ἤτοι φύσει, τῶν ἀθροιζόντων εἴη περίττωμα μελαγχολικὸν ὁ κάμνων, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὁ τοιοῦτος ἐν αὐτῷ πλεονάζοι χυμὸς, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐν τῇ θεραπείᾳ τοῦ σπληνὸς, ἐπιπλέκεσθαι τοῖς ἄλλοις τὰ στύφοντα, χάριν τοῦ φυλάττεσθαι τοῦ σπλάγχνου τὸν τόνον. οὕτω γὰρ ἕλξει τε πρὸς ἑαυτὸν τὰ περιττώματα· καὶ καθάρας τὸ σῶμα, πάλιν αὐτὰ ἐκκρινεῖ διὰ τῆς γαστρὸς, ὡς ἐν τοῖς φυσικοῖς περὶ τούτων ἐπιδέδεικται λόγοις. εἰ δὲ μηδὲν οὐδ' ὅλως ἢ περίττωμα μελαγχολικὸν, ἢ οὐδ' ὅλως στυπτέον, ἢ ὡς ἥκιστα. προσέχειν δ' ἀκριβῶς τὸν νοῦν οὐ κατὰ τὸν σπλῆνα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ σύμπαντα τἄλλα μόρια, καθ' ἃ σήπεται χυμὸς, ὁποῖον μέν τοι τῶν συμπτωμάτων ἐστὶ τὸ ἰσχυρότατον, ὁποῖον τὸ δεύτερον, ἢ τὸ τρίτον, ἵν' ἐξ αὐτῶν τὴν διάθεσιν ἀκριβῶς ἐξευρὼν, οἰκείαν αὐτῇ καὶ τὴν θεραπείαν ἁρμόσῃς.

ἐνίοτε μὲν γὰρ ἡ θέρμη κρατεῖ κατὰ τὸ πεπονθός· ἐνίοτε δὲ ὄγκος, ἤτοι διὰ τὸ πλῆθος τοῦ χυμοῦ σκληρὸς, ἢ διὰ τὸ πάχος. εἰ μὲν οὖν ἡ θέρμη κρατοίη, πειρᾶσθαι διαφορεῖν ἀτρέμα, διὰ τῶν χλιαρὰν ἐχόντων θερμασίαν, οἷόν ἐστι τό,τε λινόσπερμον, καὶ τὸ χαμαίμηλον· ἐπιμιγνύσθαι δὲ αὐτοῖς, ἄλευρον ἐκ κριθῶν, ἢ κυάμων· οὐδέτερον γὰρ αὐτῶν θερμαίνει. πολλάκις δὲ, ὡς οἶσθα, τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀρτόμελι παρασκευάζοντες, εἰς κατάπλασμα τοιαύτης φλεγμονῆς, ὕδατος ἐπεμίξαμεν· ἐπὶ δὲ σπληνὸς, ἔστιν ὅτε, καὶ ὄξους. εἰ δὲ ἡ θέρμη τοῦ φλεγμαίνοντος μορίου μὴ πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξεστήκοι, μέγεθος δὲ ἀξιόλογον εἴη, διαφορεῖν θαρρούντως, χωρὶς ὕδατος ἐπιμιγνύντα τοῖς εἰρημένοις, καὶ τῆλιν. εἰ δὲ οἷον σκιρρώδης τις φλεγμονὴ τύχοι, διὰ τὸ πάχος, ἢ τὴν γλισχρότητα τῶν ἐν αὐτῇ χυμῶν, ὄξους τε ἅμα καὶ τῶν πικρῶν μικτέον φαρμάκων, καὶ μάλιστ' ἐπὶ σπληνός. τὸ γάρ τοι σπλάγχνον τοῦτο, διὰ τὸ παχὺν ἐπισπᾶσθαι χυμὸν ἐξ ἥπατος, ὑπὸ τοῦ τοιούτου καὶ νοσεῖ τὰ πολλά. διὰ τοῦτ' οὖν αὐτῷ, τά τε δι' ὀξυμέλιτος καὶ ἀψινθίου, καὶ καππάρεως, ἐπιτήδεια καταπλάσματα. ταῦτ' οὖν ἀγνοοῦντες οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ἅπαντας αἰονῶσιν ἐλαίῳ, καὶ καταπλάττουσι τοῖς χαλαστικοῖς καταπλάσμασι, πρὶν κενῶσαι τὸ σῶμα, πάντων δὲ, ὡς εἴρηται, μάλιστα τοὺς πλουσίους, οἷς οὐ μόνον εἰς τὰ τοιαῦτα ὑπηρετοῦσιν, ἀλλὰ καὶ λούεσθαι συγχωροῦσιν. ἐγὼ δ' οὔτε λούσαιμ' ἂν οὐδένα τῶν ἐπὶ σηπεδόνι χυμῶν πυρεττόντων, οὔτε χαλαστικοῖς χρήσαιμι καταπλάσμασι, πρὶν κενῶσαι τὰ περιττά. κενώσας δὲ, καὶ λούοιμ' ἂν ἤδη θαρρῶν, καὶ καταπλάττοιμι· τὰ μὲν ἄλλα μόρια τοῖς χαλαστικοῖς, ἧπαρ δὲ καὶ γαστέρα, μετὰ τοῦ τὰ μέτρια στύφειν.

A Aliàs nanque in parte affecta calor ſuperat; aliàs tumor, qui vel propter abundantiam humoris, vel propter craſſitudinem ſit durus. Si igitur calor præponderat, id agendum, vt ſenſim per ea, quæ tepentem calorem obtinent, diſcutiatur; quod genus eſt, tum lini ſemen, tum chamæmelum; quibus adiici, vel hordei, vel fabarum farina debet, quippe quorum neutrum calefacit. Sæpè autem (vti non ignoras) quod medici artomeli vocant, pro cataplaſmate eiuſmodi phlegmones præparamus, atque aquæ aliquid miſcemus; ad B lienem verò etiam aceti aliquando aliquid. Si verò laborantis phlegmone partis calor non multũ à natura exceſſerit, ſed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud timidè ſine aqua debebis, etiam fœnigræci aliquid ſupradictis immiſcens. Si verò veluti ſcirrhoſa phlegmone ſit propter humorum, quos continet, vel craſſitudinem, vel lentorem, tum aceti aliquid, tum amara medicamẽta ſimul immiſcenda curabis, ac potiſſimùm in liene. Etenim viſcus hoc propterea quòd à iecinore craſſum humorem trahit, eiuſmodi humoris occaſione plerunque laborat. Quare magis cataplaſmata, quæ ex oxymelite, & abſinthio, & C cappari fiunt, illi ſunt idonea. Hæc igitur cum medicorum vulgus ignoret, omnes oleo perfundunt; & cataplaſmatis laxantibus curant priùs quàm corpus vacuetur, omniúmq; maximè, vt dixi, diuites; quibus nõ ſolùm in talibus obſequuntur, ſed etiã eos lauari in balneo permittunt. Ego verò, nec eorum, qui ex putredine humorum febricitent, lauem quenquam, nec laxantibus cataplaſmatis priùs quàm excrementa purgarim, vtar. His vacuatis non ſolùm audacter lauem, ſed etiam cataplaſmatis vtar; in aliis quidem parti-D bus, laxantibus; in iecinore verò, ac ventriculo, additis etiam, quæ mediocriter adſtringant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ'.

Ποῖα καταπλάσματα τῇ καρδίᾳ τε, καὶ τῷ πνεύμονι, καὶ ὅλως τῷ θώρακι ἁρμόζοντα· καὶ περὶ σικυῶν.

Ἧττον δὲ ἐπὶ θώρακος, τοῖς στύφουσι χρηστέον, ἀποκρούεται γὰρ εἰς πνεύμονα καὶ καρδίαν ἐνίοτε τὰ τοιαῦτα, τοὺς τὴν φλεγμονὴν ἐργαζομένους χυμούς. ἀλλὰ διὰ τῶν ἐδεσμάτων αὐτοῖς φυλακτέον τὸν τόνον· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ γαστρὸς καὶ ἥπατος, οὕτω καὶ ἐνθάδε λεπτοτάτη διαιτᾶν ἀναγκαῖον. ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ ἡ τροφὴ πέττεται, καὶ κίνδυνος ἐστὶ φλεγμαινόντων αὐτῶν, μήτε πεφθῆναι καλῶς, αὐξηθῆναί τε τὰς φλεγμονάς· εἰς θώρακα δὲ, τοσοῦτον ἀφικνεῖται τῶν πεφθέντων, ὅσον ἱκανὸν αὐτῷ μόνῳ τῷ τρεφομένῳ μορίῳ. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ἐπὶ πνεύμονος φλεγμαίνοντος, ἀφεκτέον ἐστὶ τῶν στυφόντων, ὅπου γε καὶ τοῖς χαλαστικοῖς μικτέον, ἐπ' αὐτῶν τῶν δριμυτέρων τι, καὶ σαφῶς θερμαινόντων· ἕλκειν γὰρ ἔξω μᾶλλον ἢ ἀποκρούεσθαι προσήκει. διὸ καὶ αἱ σικύαι, προκενωθέντων, χρήσιμοι· πληθωρικῶν δὲ ὑπαρχόντων, οὐ μᾶλλον ἐκ πνεύμονος εἰς θώρακα μεθιστᾶσί τι τῶν περιττωμάτων, ἢ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἕλκουσιν εἰς ἀμφότερα.

CAPVT XVII.

Quæ cataplaſmata cordi, & pulmoni, & omninò pectori conueniant; ac de cucurbitulis.

Parciùs verò ad pectus, quã ad ea, eſt adſtringentibus vtendũ; talia nanque humores, qui phlegmonẽ excitant, in pulmones, & cor nonnunquam repellunt. Ac cibis potiùs horum robori eſt conſulendum: neque enim vt in iecinore, & ven-E triculo, ita hîc quoque tenuiſſimo victu eſt vtendum. In illis nanq; alimentum concoquitur, metúſque eſt, ne ipſis phlegmone laborantibus, nec nutrimentum ritè concoquatur, & phlegmone augeatur; in pectus verò tantum alimenti iam cõcocti peruenit, quantum vni ipſi parti nutriendæ ſatisfaciat. Ac longè quidem magis in pulmonis phlegmone abſtinendum ab adſtringentibus eſt, quandoquidẽ ipſis quoq; laxantibus admiſcendũ aliquid acrium quodãmodo & euidenter calefacientiũ eſt; quippe foras trahere potiùs, quàm repellere, in eo debemus. Itaq; etiã cucurbitulæ iis F priùs vacuatis vtiles; at ſi plethorici ſint, nõ magis eæ ex pulmone in pectus aliquid excremẽti transferent, quàm ex toto corpore attrahẽt in vtrũque.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

Καταπλάσματα τῷ νοσοῦντι ἐγκεφάλῳ, καὶ τοῖς τῆς κεφαλῆς μορίοις ἐπιτήδεια.

Τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ, κἀπὶ τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, καὶ τὰς μήνιγγας φλεγμονῶν, οὐ χρησόμεθα σικύαις ἐν ἀρχῇ

CAPVT XVIII.

Cataplaſmata laboranti cerebro, & capitis partibus accommodata.

Eadẽ ratione, nec in cerebri, & eius mẽbranarum phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio vtemur;

vtemur; verùm vbi nec influit adhuc quicquam, & totum corpus priùs est vacuatum, at repellentibus appellatis in his quoque inter initia vtendũ. Sed, quum ossibus cranij medium occupantibus in altum descendere repellentium vim cupimus, eorum, quę deducere eam possunt, aliquid reprimentibus admiscebimus: ea sunt, quorum substantia ex tenuibus partibus constat. Sanè acetum non modò tenuium partium est, sed etiam non mediocrem reprimendi vim obtinet. Quo profectò rationabilius in principiis affectuum ipso vtuntur, rosaceo admiscentes. Procedente verò tempore etiam spondylij, & serpylli (quibus iam non modò partium tenuitas, sed etiam calor inest) aliquid admiscent; quo tempore transire ad ea, quæ concoquant, ac digerant, conuenit, atque hæc vtraque valentiora, quàm postulet ipsa pars phlegmone affecta, deligere, ceu viribus eorum per ea, quæ intersunt, ossa remittendis. Sanè ad eum modum, & castoreo vtimur, quum tamen eo in aliis phlegmonis minimè vtamur, quanuis etiam in summa declinatione sint; est enim calidius id, quàm vt phlegmonis sit idoneum. At verò locis circa cerebrum, phlegmonis ipsis iam declinantibus, est vtilissimum, quoniam non statim his, sed ossibus interuenientibus occurrit. Inest autem eiusmodi pharmaco, & substantiæ tenuitas, quod ipsum iis, quorum per densum obicem transmitti vim oportet, est accommodum.

CAPVT XIX.

Quæ partes per quas vias, & per quæ remedia vacuentur.

ILlud te profectò non fugit, proprios singularum partium meatus, ad excrementorum excretionem nos meabiles reddere; intestino, quidem ventriculo, & mesaræo, & concauis iecoris intestinum rectum; renibus verò, vesicæ, iecoris gibbis, venæ cauæ, & arteriæ magnæ, & omnibus quæ in lumbis habentur, eum, qui vrinis est delegatus; pulmonibus, & pectori, ipsam asperam arteriam & fauces; cerebro & meningibus, eum qui per palatum, & nares *descendit.* At meandi fluendíque facilitas fit, iis quidem, quæ per sedem excerni habent, mulsa, & cibis iis, qui ventrem molliunt, & pharmacis, quæ modicè proritare possunt; quæ enim acriora sunt, vitare oportet, quoniam phlegmonas exacerbant. Ad ventriculum verò iecur, & lienem, siquando phlegmone sunt vexata, nec mulsa ipsa est vtilis, quòd ilicò in bilem transeat, ac viscerum phlegmonas augeat. Excrementa verò, vt cum vrinis excernantur, medicamentis vrinas mouentibus diureticis vocatis promouebis; vt & quæ in pectore & pulmone continentur, bechicis per tusses vacuabis. Porrò in opere de medicamentis cuiusque materiam didicisti, non eorum modò, quæ iam enarrata sunt, sed etiam, quæ cerebri meningúmque superflua per nares emittunt.

CAPVT XX.

Quo tempore, & qua ratione cataplasmata laxantia, & balneum ægrotos iuuent.

ETenim horum quoque omnium vberem materiam in illis commentariis habes.

τῶν παθῶν· ἀλλ' ὅταν μήτ' ἐπιῤῥέῃ μηδὲν ἔτι, καὶ προκεκενωσμένον ὅλον τὸ σῶμα, κατὰ τὴν ἀρχὴν δὲ κἀνταῦθα τοῖς ἀποκρουστικοῖς ὀνομαζομένοις χρηστέον. ἐπεὶ δὲ τῶν ὀστῶν τοῦ κρανίου μέσων κειμένων, τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐξικνεῖσθαι βουλόμεθα πρὸς τὸ βάθος, ἐπιμίξομεν τοῖς ἀποκρουστικοῖς ὀνομαζομένοις, τῶν ποδηγεῖν τι δυναμένων, τουτέστι τῶν λεπτομερῶν κατὰ τὴν οὐσίαν. ὄξος μὲν οὖν, οὐ μόνον ἐστὶ λεπτομερὲς, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ἀποκρουστικῆς δυνάμεως οὐ μετρίως μετείληφεν. ὅθεν εἰκότως ἐν ἀρχῇ τῶν παθῶν αὐτῷ χρῶνται, τῷ ῥοδίνῳ μιγνύντες. ἐπὶ προήκοντι δὲ τῷ χρόνῳ, καὶ σπονδυλίου, καὶ ἑρπύλλου μιγνύουσιν, ἤδη τι καὶ θερμαῖνον ἐχόντων, οὐ μόνον λεπτομερές· ἐν ᾧ καιρῷ χρὴ μεταβαίνειν ἐπὶ τὰ διαπέττοντά τε, καὶ διαφορήσοντα πλέον, ἢ κατὰ τὴν χρείαν τῶν φλεγμαινόντων αἱρούμενον ἑκάτερον, ὡς ἂν ἐκλυομένης αὐτῶν τῆς δυνάμεως ἐν τοῖς μεταξὺ τεταγμένων ὀστῶν. οὕτως οὖν καὶ τῷ καστορείῳ χρώμεθα; καί τοι γ' ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐ χρώμενοι φλεγμονῶν, οὐδ' ἣν ἐν ἐσχάτῳ τῆς παρακμῆς ὦσι· θερμότερον γάρ ἐστιν, ἢ ὡς ἐν ταῖς φλεγμοναῖς ἐπιτήδειον εἶναι. τοῖς μέντοι κατὰ τὸν ἐγκέφαλον χωρίοις, ἄριστον ἐν ταῖς παρακμαῖς τῶν φλεγμονῶν, ὡς ἂν οὐκ εὐθέως αὐτοῖς προσπίπτον, ἀλλὰ διὰ μέσων τῶν ὀστῶν. ὑπάρχει δὲ τῷ τοιούτῳ φαρμάκῳ καὶ τὸ λεπτομερὲς τῆς οὐσίας, ὃ καὶ αὐτὸ, τοῖς διὰ προβλημάτων στεγνῶν διαπέμψειν μέλλουσι τὴν ἑαυτῶν δύναμιν, ἐπιτήδειόν ἐστιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Τίνα μέρη διὰ ποίας ὁδοὺς, καὶ διὰ ποῖα φάρμακα ἐκκενοῦνται.

ΟἾσθα δὲ δήπου καὶ τοὺς ἑκάστου τῶν μορίων οἰκείους πόρους, εἰς τὴν τῶν περιττωμάτων ἔκκρισιν εὐρόους ἡμᾶς παρασκευάζοντας· ἐντέρῳ μὲν, καὶ γαστρὶ, καὶ μεσαραίῳ, καὶ τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος, τὸν δι' ἀπευθυσμένου· νεφροῖς δὲ, καὶ κύστει, καὶ τοῖς κυρτοῖς τοῦ ἥπατος, καὶ κοίλῃ φλεβὶ, καὶ ἀρτηρίᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ πᾶσι τοῖς κατ' ὀσφὺν, τὸν τοῖς οὔροις ἀνακείμενον· πνεύμονι δὲ καὶ θώρακι, τὸν διὰ τραχείας ἀρτηρίας καὶ φάρυγγος· ἐγκεφάλῳ δὲ καὶ μήνιγξι, τὸν δι' ὑπερῴας καὶ ῥινός. ἡ δ' εὔροια, τοῖς μὲν δι' ἕδρας ἐκκριθήσεσθαι μέλλουσιν, ὑπό τε μελικράτου γενήσεται, καὶ τῶν ἐδεσμάτων, ὅσα λαπάττει τὴν γαστέρα, καὶ φαρμάκων, ὅσα μετρίως ἐρεθίζειν πέφυκε· φυλάττεσθαι γὰρ χρὴ τὰ δριμύτερα, παροξύνοντα τὰς φλεγμονάς. ἐπὶ δὲ γαστρὸς, καὶ ἥπατος, καὶ σπληνὸς φλεγμαινόντων, οὐδὲ τὸ μελίκρατον ἀγαθόν· ἐκχολοῦται γὰρ αὐτίκα, καὶ τὰς φλεγμονὰς αὐξάνει τῶν σπλάγχνων. τοῖς δὲ διουρητικοῖς ὀνομαζομένοις φαρμάκοις, ἐπὶ τὰ οὖρα προτρέψεις τὴν περιουσίαν· ὥσπερ γε καὶ τοῖς βηχικοῖς, τὰ κατὰ θώρακα, καὶ πνεύμονα, διὰ βηχῶν ἐκκενώσεις· ἔμαθες δ' ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων τὰς ὕλας ἑκάστων, οὐ μόνον τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ ὅσα διὰ ῥινῶν ἐκκενοῖ τὰ κατ' ἐγκέφαλόν τε καὶ μήνιγγας περιττά.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Πότε καὶ πῶς τὰ χαλαστικὰ καταπλάσματα, καὶ τὸ βαλανεῖον τοῖς νοσοῦσι συμφέρουσι.

ΚΑὶ γὰρ καὶ τούτων ἁπάντων ἐν ἐκείνοις τοῖν ὑπομνήμασι τὴν ὕλην ἄφθονον ἔχεις. ὥστ' ἀρκεῖ πρός γε τὰ

προὔργου ὄντα περὶ τῆς τῶν φλεγμαινόντων μορίων διαφορᾶς ὅσα λέλεκταί μοι. μελλήσω γὰρ ἐπὶ πλέον ἐρεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, ἐν τῇ μεθόδῳ τῆς θεραπείας ἁπάντων τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ νῦν, ὡς ἔργον τι καὶ σπούδασμα μεταχειρισάμενος τόνδε τὸν λόγον, ἀλλ' ἐν παρέργῳ διῆλθον, ὡς ἐξ ἀκολουθίας τινὸς ἐμπεσὼν αὐτῷ. προὔκειτο γὰρ, οὐχ ὡς ἄν τις ἄριστα θεραπεύσειεν ἕκαστον τῶν μορίων φλεγμαῖνον, ὑποθέσθαι σοι κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον, ἀλλ' ἐνδείξασθαι τὴν βλάβην τῶν καταπλαττομένων ἐν πυρετοῖς πρὶν τοῦ κενωθῆναι τὸ σύμπαν σῶμα, καὶ μάλισθ' ὅταν [169] μὴ φλεγμαίνῃ τι τῶν ἔνδον. εἰ γὰρ εἴη τὸ περιέχον θερμὸν ὡς κεχύσθαι τὰς ὕλας ἱκανῶς, μείζων ἡ βλάβη τοῖς τοιούτοις ἕπεται καταπλάσμασιν ἤπερ τοῖς λουτροῖς. καί τοι δοκοῦσί γε οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν αἰονῶντές τε καὶ καταπλάττοντες τὰ ὑποχόνδρια, ἐκ τούτων μὲν οὐχ ὅπως βλάβην, ἀλλὰ καὶ μεγάλην ὠφέλειαν γίγνεσθαι τοῖς νοσοῦσιν· ἐκ λουτρῶν δ' οὐκ ὠφέλειαν γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ μεγίστην βλάβην, ἀγνοοῦντες, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὧν περὶ τὸν κάμνοντα πράττουσιν, οὕτω καὶ τῶν βαλανείων τὴν φύσιν. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τῆς ὅλης αὐτῶν τῆς δυνάμεως, ἔμπροσθεν εἴρηκα τελεώτατα. νυνὶ δ' ἀρκεῖ μοι τό γε τοσοῦτον εἰπεῖν, ὡς ἐπὶ τινῶν μὲν, οὐ τι βλάψει τὸ βαλανεῖον ὅλως, ἐπὶ τινῶν δὲ, τοῦ καταπλάσματος ἧττον. ὃ γὰρ ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις ἐργάζεται τὰ χαλαστικὰ πρὸς αὐτῶν ὀνομαζόμενα βοηθήματα, τοῦτ' ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τὸ βαλανεῖον. ὥσθ' ὅταν ἐν τῇ παρακμῇ παραλαμβάνηται, διαπνεομένου τοῦ σώματος ἤδη μετρίως, οὐ σμικρὸν ὄφελος ἐργάζεται, κενοῦσαν ἅπαντ' ἐξ αὐτοῦ τὰ λιγνυώδη καὶ καπνώδη περιττώματα. καὶ εἴ γε μηδὲν εἴη τῶν σπλάγχνων ἀσθενὲς, ὀνήσει τὸν κάμνοντα, χωρὶς τοῦ φρῖξαι τότε γιγνόμενον. τρεῖς γὰρ ἔχειν δεῖ τούτους σκοποὺς ἐπὶ τῶν ἐν ἅπασι πυρετοῖς λουτρῶν· ἕνα μὲν, εἰ χωρὶς τοῦ φρῖξαι γίγνοιτο· δεύτερον δ', εἰ μηδὲν τῶν κυρίων μορίων ἀσθενὲς ὑπάρχοι· καὶ τρίτον, εἰ μὴ πλῆθος ὠμῶν εἴη χυμῶν κατὰ τὰς πρώτας φλέβας. ἡ μὲν γὰρ φρίκη λέλεκται πρόσθεν ὅπως οὐ μόνον αὐξάνειν τοὺς ὄντας ἤδη πυρετοὺς, ἀλλὰ καὶ γεννᾶν ἐνίοτε πέφυκε τοὺς οὐκ ὄντας· ἡ δ' ἀσθένεια τῶν μορίων, χυθέντας τοὺς χυμοὺς ὑποδέχεται μᾶλλον, ἢ πρὶν χυθῆναι· τὸ δὲ τῶν ὠμῶν χυμῶν πλῆθος, εἰς ὅλον ἀναδίδοται τὸ σῶμα. μηδενὸς δὲ τούτων ἐμποδίζοντος, ἐπὶ τῶν βαλανείων, δύο ἂν ταῦτα κερδαίνοιτο τῷ κάμνοντι; κενωθῆναί τι τῆς περιουσίας τῶν χυμῶν, καὶ διαπνευσθῆναι τὸ πολὺ τῆς τοῦ πυρετοῦ θερμότητος. εἰ δὲ πρὸς τῷ μηδὲν ἀσθενὲς εἶναι τῶν κυρίων μορίων, ἔτι καὶ τῶν ἀκύρων ἀσθενὲς ὑπάρχει τι, καθάπερ ἐπὶ μὲν τῶν ποδαγρικῶν, οἱ πόδες, ἐπὶ δὲ τῶν ἀρθριτικῶν, ἅπαντα τὰ τοῦ σώματος ἄρθρα, μεγίστη τις ἂν ἐκ τοῦ βαλανείου, τῷ κάμνοντι πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀπεργασθείη μοῖρα, δεξαμένων τὰ περιττὰ τῶν ἀσθενῶν. εἴωθε μὲν γὰρ ἐνίοτε, καὶ χωρὶς τῶν βαλανείων, ἐπιρρεῖν τοῖς ἀσθενέσι τὸ περιττόν· ἐπὶ βαλανείοις δὲ μᾶλλον, ὡς ἂν καὶ τῶν ὑγρῶν χεομένων, καὶ τῶν ὁδῶν αὐτοῖς παρασκευαζομένων εἰς εὐρύτητα· ἄμφω γὰρ ταῦτα, θερμαινομένοις μετρίως ἀναγκαῖον ἐπακολουθεῖν. λέγω δὲ, τήν τε χύσιν τῶν ὑγρῶν, καὶ τὴν εὐρυχωρίαν τῶν ὁδῶν. ὅθεν, ὅταν ἧπαρ, ἢ γαστὴρ, ἢ πνεύμων, ἢ θώραξ, ἢ τι τῶν οὕτω κυρίων, ἀσθενὲς τύχῃ, μέγιστα βλάπτονται λουσάμενοι πάντες, οἷς ἂν ᾖ τι περιττὸν ἐν τῷ σώματι· τοῖς δ' αὖθις τούτοις καταπλασθεῖσιν, ἡ βλάβη γίγνεται διπλασία, μετὰ τοῦ μηδὲν ὀνίνασθαι.

Quare abundè sunt ad rem præsentem, quæ hactenus de phlegmone laborantium partium differentia disputauimus. Dicturus enim plura de iis sum in ea methodo, quæ omnium tumorum, qui præter naturam sunt, curationem comprehendet; neque enim in præsentia dedita opera & studio hunc sermonem sum ingressus, sed præter pensum in eum, sequela quadam rerum inuitante, diuerti. Siquidem propositum nobis in hoc libro non fuit, vt te partis cuiusque phlegmone obsessæ optimam curationem docerem, imò vt noxam eorum ostenderem, quibus cataplasmata in febribus non vacuato priùs toto corpore imponuntur, ac potissimùm vbi pars aliqua interior nō inflammatur; quippe, si ambiens ita calet, vt materias valenter liquet, maior noxa eiusmodi cataplasmatis succedit, quàm lotioni in balneo. Quanquā autumant, qui quotidie precordia perfundunt, & cataplasmatis inducunt, non modò nullam ex iis noxam, sed etiam magnam vtilitatem ægris comparari: contrà ex lauando non modò nullam vtilitatem, sed etiam maximum incommodum, ignorantes, sicut reliquorum omnium, quæ circa ægrū administrant, ita & balneorum naturam. Ego verò de vniuersis eorum facultatibus in superioribus disputaui plenissimè. Nunc tantùm dixisse est satis quibusdam prorsus nihil nociturum balneum; quibusdam minùs, quàm cataplasmata. Quod enim in præcordiis laxantia (quæ isti vocant) præsidia faciunt, id balneum in toto efficit corpore. Eóque, quum in declinatione febris adhibetur, corpore iam mediocriter transpirante, non exiguum affert commodum, omnia ex eo tum fuliginosa excrementa, tum fumida educens. Et, siquidem nullius visceris imbecillitas subsit, proficiet ægrotanti; si tamen horror inter exhibendum non incidit. Tres enim oportet habere hos scopos in balneis omnibus febribus concedendis; vnum, si citra horrorem administrentur; secundum, si nulla pars princeps sit imbecilla; tertium, si multitudo crudorum humorum in primis venis non contineatur. Horror nanque qua ratione non solùm intendere iam præsentem febrem possit, sed etiam, cum non fuit, eam interdum excitare priùs dictum est; partes verò imbecillæ liquatos iam humores magis recipiūt, quàm antequàm liquarentur; crudorum verò humorum copia in totum corpus distribuitur. Horum si nihil obstet, ex balneis duo hæc ægro compendia accedant, & quòd redundantiæ humorum aliquid vacuabitur, & quòd multum febrilis caloris transpirabit. Quòd si, præterquam quod nulla princeps pars imbecilla sit, etiam ignobilium *partium* aliqua sit imbecilla, veluti podagricis, pedes, & arthriticis, vniuersi corporis articuli; maxima salutis pars ægro ex balneo comparabitur, ipsis infirmis partibus, quæ superuacua sunt excipientibus. Assolent enim nonnunquam, & citra balneum superuacanea in partes infirmas confluere; à balneo verò magis, vtpotè, tum succis ipsis per id liquatis, tum viis, per quas meent, patefactis; ambo enim hæc ex moderato calore proueniant, necesse est. Dico autem tum humorum liquationem, tum viarū dilatationem. Proinde fit vt, quū iecur, ventriculus, pulmones, pectus, vel principum id genus partium aliquod imbecillū sit, maximè lædātur, quicunque se lauerint, si illis superuacua in corpore sint; idémque ipsi cataplasmate vsi, duplex incommodū sentiant, nullo cōmodo.

Quippe

Quippe balneum, tum corpus totum vacuat, tum, quod fumidum est, ac fuliginosum, discutit; laxãtia dicta cataplasmata, ac similis facultatis perfusiones, vt nihil horum bonorum afferunt, sic superuacuum omne ad imbecillius, quodcunque id circa medium corpus sit, attrahunt, siue iecur id; siue ventriculus, siue septum transuersum, siue mesenterium, siue ieiunum, siue colon, renésve sint. Quòd si diligentiam ostentare volentes, etiã pectus vnà calefaciant, vel in ipsum, vel etiam in cor, vel in pulmonem, superflua rapient. Voco imbecillam partem, vel quæ natura est intemperatior (alij nanque alia sic se habet) vel quæ ex præcedente aliquo morbo intemperiem contraxit; vel quæ in præsenti tempore in hanc sit perducta. Non enim partium omniũ, quæ aut phlegmone laborant, aut putrescentes humores, aut obstructiones continent, facultas statim infirma est; promptius tamen in iis quoque superuacuum, qualecunque id sit, in ægram partem propter calorem, quem affectus excitat, fertur; quippe pars, quam obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsius veluti focus est. Ergo, quũ huic propter calorem sua sponte trahenti, alia quæpiam occasio extrinsecus ex iis, quæ potestate calefaciant, accessit, necesse est affectum intendi. At verò, si quis, vt dictum est, toto corpore priùs vacuato, laxantibus curet, vbi maxima febris non adest, vtique prodesse aliquando potest. Tum verò, ceu dictum etiam est, lauare citra noxam licet. Cauendum tamen à frigido solio his est; nã & crudi, & putrescentes morantium in eo humores, minus apti ad exhalandum redduntur. Sanè officit iis etiam, si aqua admodum sit frigida; quandoquidem sic affectorum, tum corpus, tum vel maximè affecta pars, difflari euaporaríque postulat. Quo fit, vt vel perfundere illos aqua idonea soleamus; vel, si moderatè, quæ in natatione est, frigeat, ingredi permissos celeriter exire iubere. In progressu tamen morbi, quo tempore, & absumpta iam superuacua sunt, & tum cruda, tum putrescentia concocta, & cataplasmatis laxantibus, & balneis sine periculo vtare.

τὰ μὲν γὰρ βαλανεῖα, καὶ κενοῖ τὸ σύμπαν σῶμα, καὶ τὸ καπνῶδες ἅμα τῷ λιγνυώδει διαφορεῖ· τὰ δὴ εἰρημένα καταπλάσματα τὰ χαλαστικὰ, μετὰ τῶν ὁμοίων αἰονήσεων, οὔτε τι τῶν ἀγαθῶν ἔχει, καὶ πᾶν δ᾽ ἕλκει τὰ περιττὰ πρὸς τὸ τῶν μορίων ἀσθενέστερον, ὅ,τι περ ἂν ᾖ τοῦτο, τῶν κατὰ τὰ μέσα τοῦ σώματος, εἴτ᾽ οὖν ἧπαρ, εἴτε γαστὴρ, εἴτε φρένες, εἴτε μεσάραιον, ἢ νῆστις, ἢ κῶλον, ἢ νεφροί. εἰ δ᾽ ἐπιμελέστεροι βουλόμενοι φαίνεσθαι, καὶ τὸν θώρακα συνθερμαίνοιεν· ἤτοι γ᾽ εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον ἕλξουσι τὸ περιττὸν, ἢ εἰς τὴν καρδίαν, ἢ εἰς τὸν πνεύμονα. λέγω δὲ ἀσθενὲς μόριον, ἤτοι τὸ φύσει δυσκρατώτατον, ἄλλο γὰρ ἄλλο τοιοῦτον, ἢ τὸ κατά τινα προηγησαμένην νόσον ἐν δυσκρασίᾳ γενόμενον, ἢ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον εἰς αὐτὴν ἠγμένον. οὐ γὰρ ἁπάντων εὐθέως τῶν φλεγμαινόντων μορίων, ἢ σηπομένους χυμοὺς περιεχόντων, ἢ ἐμπεφραγμένων, ἡ δύναμις ἀρρωστεῖ· θᾶττον μὲν τι κἀπὶ τούτων εἰς τὸ πεπονθὸς φέρεται τὸ περιττὸν, ὁπόσον ἂν ᾖ διὰ τὴν ἐκ τοῦ παθήματος θέρμην· ἡ γὰρ δὴ ἑστία τοῦ πυρετοῦ, τὸ τὴν ἔμφραξιν, ἢ τὴν σῆψιν, ἢ τὴν φλεγμονὴν ἐνδεξάμενόν ἐστι μόριον. ὅταν οὖν ἕλκοντι διὰ θέρμην αὐτῷ, προσέλθοι τις ἔξωθεν ἑτέρα πρόφασις, ἔκ τινος τῶν δυνάμει θερμαινόντων, ἀναγκαῖον αὐξάνεσθαι τὴν διάθεσιν. εἰ δ᾽, ὡς εἴρηται, προκεκενωμένον ὅλον τὸ σῶμα, διὰ τῶν χαλαστικῶν θεραπεύοιτο, χωρὶς τοῦ μέγιστον εἶναι τὸν πυρετὸν, ὀνίναιτ᾽ ἄν τι. τηνικαῦτα δ᾽, ὡς ἐλέχθη, καὶ λούοιτ᾽ ἂν ἀβλαβῶς. χρὴ δὲ φυλάττεσθαι τὴν ψυχρὰν δεξαμενὴν τοῖς τοιούτοις· εἰώθασι γὰρ οἵ τ᾽ ὠμοὶ χυμοὶ, καὶ οἱ σηπόμενοι, [170] δυσδιάπνευστοι γίγνεσθαι χρονιζόντων ἐν αὐτῇ. βλάπτει δ᾽ αὐτοὺς, κἂν ἰσχυρῶς εἴη τὸ ὕδωρ ψυχρὸν, ἐπεὶ διαπνεῖσθαι, τῶν οὕτω διακειμένων, καὶ ὅλον μὲν τὸ σῶμα δεῖται, μάλιστα δὲ τὸ πεπονθός. ὥστε, ἤτοι περιχεῖν αὐτοῖς, ὡς εἰώθαμεν, ἐπιτήδειον ὕδωρ, ἢ εἰ μετρίως εἴη τὸ κατὰ τὴν κολυμβήθραν ψυχρὸν, ἐπιτρέψαντας ἐμβῆναι, διὰ ταχέων ἐξιέναι κελεύειν. ἐπὶ δὲ προήκοντι τῷ νοσήματι, καθ᾽ ὃν ἤδη χρόνον ἐκδεδαπάνηται μὲν τὰ περιττὰ, πέπεπται δὲ τὰ ὠμὰ, καὶ τὰ σηπόμενα, καὶ καταπλάσμασι χαλῶσι, καὶ βαλανείοις ἀκινδύνως χρῆσθαι.

CAPVT XXI.

Quo pacto ratio victus, æstimato initio, ac febris vigore, statuenda sit.

Porrò aptissimũ in febribus intermittentibus tempus est, quum, vt dictũ est, exhalare iã cœperit febrilis calor. Statim enim corpus ad nutrimentum præparat, duobus his scopis, huius quoque opportuno tempore, summo præcedentis accessionis vigore, & futuræ principio. Adhæc nanque spectantes operam dabimus, vt quàm longissimè ab vtroque nutriamus. Ergo, si spatium, quod inter summum prioris accessionis vigorem, & sequentis principium interuenit, satis sit amplum, facile est idoneum tempus inuenire; sin exiguum id fuerit, alterum facias, necesse est, vt aut ægrum admodũ adhuc calentem nutrias, aut sequentis accessionis inuasione iam jam affutura. Quò magis præsagi medici eiusmodi febris indiget, qui primis statim diebus, quanto spatio duratura febris sit, coniiciat; quippe, si continens fuerit, constat breui finiendam. Si itaque vltra septimum diem progressura non videbitur, prorsus continendus à cibo æger est, si vires non defecturas coniiciamus. Sin ad nonum, aut vndecimum,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα´.

Πῶς θετέον τὴν δίαιταν, τῆς ἀρχῆς σκεφθείσης, καὶ τῆς πυρετοῦ τῆς ἀκμῆς.

Καιρὸς δ᾽ ἐπιτηδειότατος ἐν τοῖς διαλείπουσι πυρετοῖς, ἔστιν, ὡς εἴρηται, διαπνεῖν ἄρξηται τὸ πυρετῶδες θερμόν. εὐθὺς γὰρ καὶ τῇ τροφῇ παρασκευάζει τὸ σῶμα, δυοῖν τούτοιν σκοποῖν, καὶ τοῦ ταύτης καιροῦ δεομένου, τῆς τ᾽ ἀκμῆς τοῦ προγεγονότος παροξυσμοῦ, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ γενησομένου. πρὸς τούτους γὰρ ἀποβλέποντας, χρὴ πειρᾶσθαι πορρωτάτω τρέφειν ἑκατέρου. εἰ μὲν οὖν ἱκανὸν εἴη, τὸ ἐν μέσῳ τῆς τ᾽ ἀκμῆς τοῦ προτέρου παροξυσμοῦ, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου, ῥᾷστον ἐξευρεῖν τὸν καιρόν· εἰ δὴ ὀλίγον, ἀναγκαῖόν ἐστι δυοῖν θάτερον, ἢ θερμὸν ἱκανῶς ἔτι τὸν κάμνοντα τρέφειν, ἢ μελλούσης ὅσον οὔπω, τῆς εἰσβολῆς γίγνεσθαι τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ. προγνωστικοῦ τοιγαροῦν ὁ τοιοῦτος πυρετὸς δεῖται ἰατροῦ, δυναμένου στοχάζεσθαι κατὰ τὰς πρώτας εὐθέως ἡμέρας, εἰς πόσον ἐκταθήσεται χρόνον ὁ πυρετός· δῆλον γὰρ ὅτι [171] συνόχους ὑπάρχων, ὀξεῖαν ἕξει τὴν λύσιν. εἰ μὲν οὖν μὴ πόρρω τῆς ἑβδόμης ἡμέρας μέλλοι προέρχεσθαι, παντάπασιν ἀσιτητέον ἐστὶ τῷ νοσοῦντι, στοχασαμένων ἡμῶν εἰ ἡ δύναμις ἐξαρκέσει. εἰ δὴ ἤτοι μέχρι τῆς ἐννάτης, ἢ ἑνδεκάτης,

ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐκτείνεσθαι μέλλοι, ἢ καὶ περὶ μὲν τὴν ἑβδόμην λύεσθαι, τὴν δύναμιν δ' ἀσθενεστέραν, ἢ ὥστ' ἐξαρκέσαι μέχρι τοσούτου χρόνου, ἔδοξεν ἔχειν ὁ κάμνων, ἀναγκαῖον μὲν ἔσται τρέφειν, αἱρεῖσθαι δ', ὡς ἐν ἀπόροις, προσήκει τὰ ἧττον βλαβερὰ, διορίζομένον τε, καὶ ἧττον ἀφορίζοντα τῶν μᾶλλον βλαπτόντων αὐτὰ, τῷ τε τόπῳ τῷ πεπονθότι σὺν τῇ διαθέσει δηλονότι, καὶ τῷ τοῦ παροξυσμοῦ, καὶ τῷ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῷ τῆς ἀκμῆς ἤθει. φλεγμαίνοντος μὲν γὰρ ἥπατος, ἢ γαστρὸς, ὀλεθριώτατον θρέψαι πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· χωρὶς δὲ φλεγμονῆς ἀρρωστούντων τὴν δύναμιν, ὠφελιμώτατον. εἰώθασι γὰρ τῶν οὕτως ἐχόντων ἐπὶ μὲν τῷ ἥπατι κακοπραγοῦντι, διαχωρήσεις τοῖς παροξυσμοῖς συνεισβάλλειν· ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, συγκοπή. τοῖς δ' εἰρημένοις ὀργάνοις τοῦ ζώου τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων σκοπεῖν, κατά γε τὴν θέσιν, καὶ τὴν ἀξίαν τοῦ μορίου· λεχθήσεται δὲ καὶ αὖθις περὶ αὐτῶν. ἦθος δ' ἀκμῆς καὶ παροξυσμοῦ ἀρχῆς, ἀξιῶ σε σκοπεῖσθαι προσέχοντα τὸν νοῦν. ἐπὶ μὲν τῆς ἀκμῆς, εἰ ξηρὰ καὶ αὐχμώδης ἄνευ μεγέθους τῆς θέρμης τῆς πυρεκτικῆς, ἢ διακαὴς χωρὶς αὐχμοῦ. τὴν μὲν γὰρ προτέραν, ὅτι τάχιστα χρὴ τέγγειν ὑγραινούσαις τροφαῖς· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας, ἀναμένειν λωφῆσαι τὸ πλεῖστον τῆς θερμότητος. οὕτω δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ παροξυσμοῦ τὸ ἦθος, ἐν τῷ καταψύχειν τὰ τοῦ σώματος ἀκρωτήρια, καὶ πολλὴν εἴσω ποιεῖσθαι μετάστασιν τοῦ αἵματος, ἢ χωρὶς ἁπάσης γίγνεσθαι θλίψεως, ἐπισκέψῃ. τῆς μὲν γὰρ δευτέρας εἰρημένης τῆς ἀθλίπτου, καταφρονεῖν ὡς ἐπιεικοῦς· ἐπὶ δὲ τῆς προτέρας, διορίσασθαι. χωρὶς μὲν γὰρ φλεγμονῆς σπλάγχνου, ἢ πλεονεξίας χυμῶν, ἐπικρατούσης τῆς εἰς τὸ βάθος κινήσεως, ἐν τοῖς παροξυσμοῖς οὐδὲν βλάψεις ὀλίγῳ θᾶττον τρέφων· εἰ δ' ἤτοι φλεγμονή τις, ἢ πλῆθος εἴη, φυλακτέον τὴν πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ τροφὴν, ὡς βλαβερώτατον.

aut quartumdecimum vsque progressura videtur, aut etiam in septimo finienda, cæterùm æger vires infirmiores habere, quàm vt in tantum tempus sufficiat, necessum erit nutrire, ac deligere, sicut in re ancipiti conuenit, quod minus sit noxium, distinguendo id, discernendóque ab eo, quod magis sit nociturum, ídque tum ex loco affecto vnà cum affectu, tum accessionis, & principij, & summi etiam vigoris consuetudine. Siquidem, vbi vel iecur, vel ventriculum phlegmone prehendit, perniciosissimum est ante accessionem cibare; vbi abest phlegmone, quibus infirmæ sunt vires, vtilissimum. Assolent enim eos, qui ita se habent, iecinore quidem affecto, alui deiectiones vnà cum accessionibus inuadere; ore autem ventriculi vexato, syncope. In aliis verò animalis organis, quod iam dictis proportione respondeat, tum ex situs eorum *ratione*, tum partis dignitate, æstimabis, agetúrque de ipsis postmodum. Ad summi vigoris, & accessionis principij morem sic consideres, censeo. In summo vigore notabis, an citra magnitudinem febrilis caloris siccus sit, & squallens, an citra squallorem vrens. Priorem nanque humectante victu madefacere quàm primùm oportet; in secundo, dum plurimum caloris se remittat, expectare. In principij verò accessionis more sic æstimabis, an corporis extrema perfrigeret, & magnam sanguinis reuocationem ad interiora corporis faciat; an omninò corpus non premat. Quippe secundum hoc, ceu facile mansuetúmve, contemnes; in priore distinguas, *oportet*. Nam si absque visceris phlegmone, aut humorum redundantia, motus ad interiora in accessionibus pollet, nihil offendes paulo antè cibans; sin vel phlegmone, vel redundantia subsit, cauenda est ante accessionem cibatio; ceu res maximè noxia.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI LIBER DVODECIMVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τῶν συμπτωμάτων ὅσα μείζω ἐστὶ πρὸς τὴν ἀνατροπὴν τῶν δυνάμεων, καὶ ἅμα τοῖς πυρετοῖς ἐπέρχεται, τὴν θεραπείαν διδάσκει.

ARGVMENTVM LIBRI.

Symptomata, quæcunque insigniora sunt ad euertendas vires, ac cum febribus inuadunt, curare docet.

A

CAPVT I.

Quo pacto aduersus symptomata pugnandum pro ratione noxæ, quam viribus inferunt.

NEQVE genus, neque species, neque differentia vlla est febrium, vt nonnulli eas cum symptomatis constituentes autumant; sed veluti, tum alius quidam morbus alij morbo, tum symptoma symptomati, vno tempore, eodem in corpore implicatur, eodem modo & cum febre incidunt quædam grauiora symptomata, quibus prospici maiore *medentis* solicitudine debet. Nam leuiorum, quæ febrium generationi necessariò succedunt, ortum omninò non meminerunt, sed ceu prorsus non sint, innominata reliquerunt; at quæ, vel rarò febricitantibus incidunt, vel consuetam magnitudinem excedunt, seorsum ab aliis tradenda censent. Sunt itaque eorum primæ differentiæ tres. Aut enim in actionum læsionibus consistunt; aut in retentorum vacuatorúmve ametria; aut corporum ipsorum affectibus. Quartum enim genus statuendum inter symptomata non est, etiamsi inter symptomata, quàm maximè non pauci id posuere, sicut erysipelata, ophthalmias, vlcera, parotidas, reliquáque id genus. Ex dictis verò tribus, actionum quidem læsiones si molestæ fiant, medicum ad se cõuertunt, affectúmque deserere cogunt; quemadmodum & eorum, quæ retinentur, vel excernuntur, ametriæ. At genus symptomatum quod in affectibus consistit, alterius quidem, quem curare oportet, affectus est signum; ipsum tamen nullam seorsum curationem exigit, vtpotè cum affectu, vnde nascitur, vnà cessans. Vt enim in summa dicam, nullum symptoma, quà symptoma est, nec curationem indicat, nec primùm immutat. Monstratum enim est, ex morbis curationis indicationem præstari, veluti ex caussis ipsis, prouidentiam. Dictum præterea est, &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Πῶς κατὰ συμπτωμάτων μαχητέον κατὰ τὸν λόγον τῆς βλάβης, ἣν ταῖς δυνάμεσιν ἐπιφέρουσιν.

Οὔτε γένος, οὔτε εἶδος, οὔτε διαφορά τίς ἐστι πυρετῶν, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν, οἱ μετὰ συμπτωμάτων συνιστάμενοι· ἀλλ' ὥσπερ ἄλλο τι ἄλλῳ νόσημά τε νοσήματι, καὶ σύμπτωμα συμπτώματι, καθ' ἕνα χρόνον ἐπιπλέκεται περὶ ἓν σῶμα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἅμα
B
πυρετῷ γίγνεταί τινα μείζω συμπτώματα, περιττοτέρας προνοίας δεόμενα. τῶν μὲν γὰρ μικροτέρων ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων ταῖς γενέσεσι τῶν πυρετῶν, οὐδὲ μέμνηνται τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ὡς οὐδ' ὅλως ὄντα, παραλείπουσιν ἀνώνυμα· τὰ δ', ἤτοι κατὰ τὸ σπάνιον ἐπιγινόμενα τοῖς πυρέττουσιν, ἢ τὸ συνήθες ὑπερβάλλοντα μέγεθος, ἐξαιρέτου παρὰ τἆλλα διδασκαλίας ἀξιοῦσιν. Εἰσὶ μὲν οὖν αὐτῶν αἱ πρῶται διαφοραὶ, τρεῖς. ἤτοι γὰρ ἐν ταῖς τῶν ἐνεργειῶν βλάβαις εἰσὶν, ἢ ἐν ταῖς τῶν ἐπεχομένων, ἢ κενουμένων ἀμετρίαις, ἢ διαθέσεσι σωμάτων
C
ὑπάρχουσι. οὐ γὰρ τὸ τέταρτον γένος ἐν συμπτώμασι θετέον, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα πάμπολλοι καὶ τοῦτο τοῖς συμπτώμασιν ἔμιξαν, οἷον ἐρυσιπέλατα, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ ἕλκη, καὶ παρωτίδας, ὅσα τἆλλα τοιαῦτα. τῶν δ' εἰρημένων τριῶν, αἱ μὲν τῶν ἐνεργειῶν βλάβαι λυπηραὶ γενηθεῖσαι, πρὸς ἑαυτὰς ἐπιστρέφουσι τὸν ἰατρὸν, ἀφίστασθαι τῶν διαθέσεων ἀναγκάζουσαι· καθάπερ γε καὶ αἱ τῶν ἐκκρινομένων, ἢ ἐπεχομένων ἀμετρίαι. τὸ δὲ ἐν ταῖς διαθέσεσι γένος τῶν
D
συμπτωμάτων, σημεῖον μὲν ἐστιν ἑτέρας διαθέσεως, ἣν χρὴ θεραπεύειν· αὐτὸ δὲ οὐδεμίαν ἐξαίρετον ἴασιν ἔχει, παυόμενον ἅμα τῇ ποιούσῃ διαθέσει. καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν συμπτωμάτων, ᾗ σύμπτωμά ἐστιν, οὔτ' ἐνδείκνυται θεραπείαν, οὔθ' ὑπαλλάττει πρώτως. ἐδείχθη γὰρ, ἐκ τῶν νοσημάτων, ἡ ἔνδειξις τῆς θεραπείας γινομένη, καθάπερ ἐκ τῶν αἰτίων, ἡ προφυλακή. λέλεκται δὲ καὶ

ὅπως ἡ προφυλακὴ τῷ τῶν ἰαμάτων μίγνυται γένει. κατὰ συμβεβηκὸς δέ ποτε καὶ τὰ συμπτώματα τὴν θεραπείαν ἐξαλλάττει, λόγον αἰτίας ἔχοντα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. ἓν δ' αὐτῶν ἐστιν ἁπάντων κεφάλαιον, ὅταν γ' ὡς αἴτια τὴν θεραπείαν ὑπαλλάττῃ· λέγω δὲ τὸ ἓν τοῦτο, τὴν βλάβην, εἴτ' οὖν τῆς δυνάμεως, εἴτε τῆς διαθέσεως· ὡς ὅταν γε βλάπτῃ μηδὲν, οὐ διακόπτει τὴν ἴασιν. βλάπτει δὲ τὴν μὲν δύναμιν, ἀγρυπνία, καὶ ὀδύνη, καὶ κένωσις ἄμετρος. τὴν διάθεσιν δ' οὐκ ἀεὶ μὲν, ὡς τὰ πολλὰ δέ, καὶ μάλιστα ὅταν ἄμετρα γίνηται. ἐπὶ τούτοις οὖν μόνοις ἀναγκαζόμεθα τὴν ἀγωγὴν τῆς θεραπείας, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐνεστησάμεθα, μεταβαλόντες ἐν τῷ παρόντι, πρῶτον ἐκκόψαι τὸ σύμπτωμα. καταλυομένης οὖν τῆς δυνάμεως, οὐ μὴν ἤδη γε ἰσχυρῶς καταλελυμένης, ἀλλ' ἀντεχούσης ἔτι, πρὸς τὸ σύμπτωμα μόνον ἀποβλέπομεν, ὅτι τάχιστα σπεύδοντες ἀνελεῖν αὐτό· καταλελυμένης δ' ἰσχυρῶς, οὐ μόνον τὸ σύμπτωμα παύειν, ἀλλὰ κἀκείνην ῥωννύειν σπεύδομεν. εἰ δ' ἑνὶ βοηθήματι, καὶ τὸ σύμπτωμα παύεσθαι δύναιτο, καὶ τὸ νόσημα θεραπεύεσθαι, τοῦτο οὐκ ἂν εἴη πρὸς σύμπτωμα βλέπειν, ἢ συμπτώματος ἕνεκα βοήθημα παραλαμβάνειν. ἀλλ' ἄντικρυς, ἡ τοιαύτη πᾶσα τῶν βοηθημάτων ἰδέα, νοσημάτων ἴασίς ἐστιν. οὔτε γὰρ, ὅταν ἄλγημα πλευρᾶς ἐν πλευρίτιδι φλεβοτομήσαντες, ἢ καθάραντες, ἰασώμεθα, συμπτώματός ἐστιν ἡ τοιαύτη θεραπεία, οὔθ' ὅταν ἀπόστημα διατεινόμενον, καὶ σφύζον ὀδυνηρῶς διελόντες, ἐκκρίνωμεν τὸ πύον· ἀλλ' ὅταν, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐπὶ δυσεντερικαῖς ἐκκρίσεσι δακνούσαις σφοδρῶς, ἤτοι τράγου χυλὸν ἐνίεμεν, ἢ στέαρ αἴγειον, ἢ ῥοδίνην κηρωτήν. ἐφ' ὧν αὐτὴ μὲν ἡ τῶν ἐντέρων ἕλκωσις, οὐ θεραπεύεται· καὶ μάλιστα ὅταν ἔχῃ τι σηπεδονῶδες· ἀναπαύεται δ' ἡ δύναμις ἐν τῷ μεταξύ. καὶ τοῦτ' ἐστὶ, τὸ πρὸς τὸ σύμπτωμα ἐνστῆναι, τοῦ νοσήματος ἀμελήσαντας παρ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν. ὡς ὅταν γε θαρρῶμεν τῷ τόνῳ τῆς δυνάμεως, οὐδέποτε πρὸς τὸ σύμπτωμα ἐνιστάμεθα· τοὐναντίον δ' ἅπαν, ἐνίοτε διὰ τῶν ὀδυνηρῶν βοηθημάτων, τὰ νοσήματα θεραπεύομεν· ὥσπερ ἀμέλει τὴν δυσεντερίαν αὐτὴν δηκτικωτάτοις φαρμάκοις τότε μάλιστα θεραπεύομεν, ὅταν ᾖ σφοδροτάτη. πεντηκοντούτης γοῦν ἰατρός τις νοσῶν, ἑβδόμην ἄγων ἐκείνην τὴν νύκτα, μὴ πάνυ τι τὴν δύναμιν ἰσχυρός, ἀλγήματος αὐτῷ κεφαλῆς ἰσχυροῦ γινομένου, κατὰ τὸν δεξιὸν μάλιστα κρόταφον, οὐκ ἀναμείνας ἀφικέσθαι τινὰ τῶν ἑταίρων, ἑαυτὸν ἐφλεβοτόμησεν ἐν τῇ νυκτί. καὶ τὸ μὲν ἄλγημα, διὰ ταχέων ἐπαύσατο, μέχρι μέντοι χρόνου πολλοῦ, κακόχρους, καὶ ἄρρωστος τὴν δύναμιν, ἰσχνός τε, καὶ ἄτροφος ἦν, ὡς μόλις ἀναλαβεῖν τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν. ἔστι δὲ κἀνταῦθα πρόφασις διττὴ τῶν πρὸς ὀδύνην ἱσταμένων ἰατρῶν· ἐνίοτε μὲν ὑπὲρ τοῦ χαρίσασθαι τῇ μαλακίᾳ τῶν καμνόντων· ἐνίοτε δὲ κατὰ τὸν τῆς τέχνης λόγον. εἰ μὲν γὰρ, ἐνὸν ἀντισχόντα ταῖς ὀδύναις διὰ τῶν ἰσχυρῶν βοηθημάτων ἡμέρᾳ μιᾷ θεραπευθῆναι, πρὸς τὴν ὀδύνην ἵσταταί τις, τῆς ὅλης θεραπείας ἀμελῶν, οὐ κατὰ τὸν λόγον τῆς τέχνης, ἀλλὰ τῷ κάμνοντι χαριζόμενος οὕτω πράττει. εἰ δὲ ὑπὸ τῆς ὀδύνης ἡ δύναμις καταλύοιτο, καὶ κίνδυνος ἐφεδρεύοι διὰ τοῦτο, πραΰνειν μὲν χρὴ τὸ ἄλγημα, ῥωννύναι δὲ τὴν δύναμιν, ὅπως ἀντισχεῖν μὲν τῷ νοσήματι δυνηθῇ, πρός τε τὸν χρόνον ἐξαρκέσαι τῆς ἰάσεως. οἶδα γὰρ ἐνίους τῶν γενναίων εἶναι προσποιουμένων, ἰατρῶν τε καὶ καμνόντων, ἀπολλυμένους δι' αὐτὸ τοῦτο, τὸ καρτερῶς τε καὶ ἀνδρείως ὁμόσε χωρεῖν ἀεὶ ταῖς ὀδύναις, οὐδὲν τῶν παρηγορικῶν ἑλομένους, ἀλλ' ἐν τοῖς τραχέσι, καὶ

quomodo præcautio ipsa cum curationum genere sit mixta. Ex accidenti tamen symptomata quoque curandi rationem aliquando mutant, causæ rationem eo tempore habentia. Eorum omnium, quum, veluti causæ, curationem immutant, vnum caput est; dico id vnum læsionem, siue ea ipsius facilitatis sit, siue affectionis; quòd quum nihil iis officiant, curationem non interpellant. Lædunt autem vires vigiliæ, dolor, & immoderata vacuatio. Affectui verò eadem non vtique semper, cæterùm magna ex parte nocent, ac potissimùm quum fuerint immoderata. Ob hæc igitur sola curandi ratione, quam ab initio institueramus, ad præsens mutata, symptoma submouere primùm cogimur. Ergo, si resoluantur vires, non tamen vehementer sint iam resolutæ, sed adhuc resistant, ad symptoma tantùm sumus attenti, atque id quamprimùm submouere maturamus; sin iam resolutæ vehementer vires sint, non modò symptoma sedare, sed etiam illas firmare, properamus. Quòd si vno remedio, tum symptoma sedari, tum morbus curari queat, id non fuerit symptoma respicere, aut symptomatis causa remedia sumere; sed omnis eiusmodi auxiliorum species planè morbi curatio est. Neque enim quum lateris dolorem in pleuritide, misso sanguine, vel corpore purgato, sanamus; nec, quum abscessum distentum, & cum dolore pulsantem diuidimus, ac pus emittimus, eiusmodi curatio symptomatis est; sed quum, exempli gratia, in dysentericorum deiectionibus, vbi vehementer rodunt, vel tragi succum, vel hircinum seuum, vel rosaceum ceratum, per inferius indimus. Quibus vtique præsidiis ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maximè si putredinosum aliquid habeant; sed vires interim conquiescunt; atque id est contra symptoma instare, morbo ad id tempus neglecto. Quippe, vbi virium roboris fiducia est, nunquam contra symptoma pugnamus; vt contra prorsus per ea nonnunquam præsidia, quæ dolorem afferunt, morbos ipsos curemus; veluti profectò dysenteriæ ipsi mordentibus maximè medicamentis tum potissimùm medemur, quum est grauissima. Itaque medicus quidam quinquagenarius, quum iam septimam noctem ægrotaret, nec viribus admodum valentibus esset, dolore illi capitis vehementi in dextro potissimùm tempore oborto, non expectans, dum amicorum quispiam ad se veniret, sibi ipsi nocte venam incidit. Itaque dolor illi protinus conquieuit, cæterùm longo tempore, tum decolor, tum viribus imbecillis, tum macilentus, tum marcescens fuit sic, vt vix pristinum habitũ receperit. Est porrò hîc quoque duplex medicorum contra dolorem instantium ratio, altera, qua deliciis laborantium subscribunt; altera ex artis ratione. Nam, si licet ægrum doloribus obnitentem valentibus remediis vno die persanari, qui tota neglecta curatione dolori tantum est intentus, non id ex artis ratione, sed in ægrotantis gratiam facit. At si ex dolore vires resoluuntur, atque ex eo periculum impendet, & mitigari dolor, & roborari vires debebunt; quò & morbo resistere, & curationis spatio sufficere valeant. Equidem noui quosdam, tum medicos, tum ægros, qui quum generosos se esse contenderent, ob id ipsum perierunt; quòd fortiter, ac viriliter contra dolorem semper sint renixi, nec quod eum leniret, quicquam ceperint, sed in asperis, &

(vt ipsi

(vt ipsi interpretabantur) affectum destruentibus auxiliis perseuerarunt; quos sanè spatio longiore curatos esse satius fuisset, quàm breui viriliter mori. Quidam autem (vt sibi est visus) generosè dysentericos vehementissimo medicamento curans, multos vno sanauit die, quosdam verò iugulauit. Erat nanque eius medicandi ratio eiusmodi. Cepas quas cartas vocant, vno die comedendas cum pane dabat, tum potum parcum; postridie manè muriam acerrimam per inferiora infundebat; secundum hanc etiam pharmacum validum. His igitur tolerandis quicunque sufficere potuerunt, prorsus sunt sanati; aliqui verò conuulsione, aut syncope ex dolore vnà cum madore cutis oborto, interiere. Esto igitur terminus in ægrotantibus, quem non transibit is, qui ex arte generosè contra morbum pugnat, vt tutò sanetur; ei verò, qui dolorem mitigat, vt vires custodiat. Vbi vltra pergitur, crudelis hominis officium facit, qui vnà cum morbo vitam quoque homini aufert; qui verò ægrotantis deliciis subscribit, eiúsque voluptatem non sanitatem pro scopo gerendorum habet, adulatoris. Incidunt medici in eiusmodi excessus, cùm in aliis quoque remediorum generibus non paucis, tum vel maximè in iis vocatis anodynis medicamentis, quæ ex papaueris succo, vel alterci semine, vel mandragoræ radice, vel styrace, vel tali quopiam fiunt. Nam & qui ægris gratificantur, in eorum medicamentorum vsu modum excedunt, & qui intempestiuè immodicéque sunt generosi, dum prorsus horum vsum refugiunt, doloribus ægros iugulant. Quemadmodum igitur in omni totius vitæ tum habitudine, tum actione, ita hîc quoque illud, NEQVID NIMIS, complectendum; habenti pro fine cubantis vtilitatem. Nam, si fas est iis remediis quæ morbum sanent vtendo, quod optamus efficere, abstinendum ab sopientibus medicamentis est, quæ vocant anodyna. Sin ex vigiliis, & viribus resoluendis, ad mortis discrimen æger tendat, tum profectò tempestiuè eiusmodi medicamentis vtare, non ignarus, corporis habitum nonnihil ex his lædendum, læsionem tamen, quàm mortem, potiùs eligendã. Nam, si hæc admodum magna non sit, saltem postea spatio longiore eam sarcire licebit; sin ita est immodica, vt nec prolixo spatio persanari queat, ac certè hanc ipsam eligendam potiùs reamur, quàm vt homo pereat; hac nimirum persuasione ego quoque, tametsi omnium maximè ab vsu grauiter sopientium medicamentorum abhorrens, aliquando tamen ea & colicis exhibeo, & iis, qui vel oculorum, vel aurium, vel aliarum partium vehementissimo dolore cruciantur. Interdum verò, & quum æger ex tenui destillatione, vigiliis, & vehementi tussi vrgetur, pauxillulum eiusmodi medicamenti offero, facilè noxam eius, si quis semel soporifero medicamento est vsus, spatio emendatum iri ratus. Porrò dissident inter se ipsa medicamenta. Nam quæ plurimum sopientium in se habent, ea ad præsens quidem magis sunt efficacia, cæterùm valentem, & remediis rebellem ægrotantis corpori frigiditatem relinquunt; quæ horum in se habent minus, calefacientium verò sibi admixtorum plurimum, ea, quanto sunt ad præsens minùs efficacia, tãto in futurum minùs sunt noxia. Omnia tamen id genus magis sunt salubria, si post annũ à cõpositione sumãtur, veluti quod ad Philonẽ referunt authorẽ,

ὡς ἔλεγον αὐτοί, τὴν διάθεσιν ἀνασκευάζουσι διαγιγνομένοις βοηθήμασιν, οὓς ἐν χρόνῳ πλείονι θεραπεῦσαι βέλτιον ἦν, ἢ τοὺς σπεύδοντας, ἀνδρείως ἀποθανεῖν. ἰώμενος δέ τις, ὡς αὐτὸς ἐνόμιζε, γενναίως δυσεντερικούς, ἰσχυροτάτῳ φαρμάκῳ, πολλοὺς μὲν ἐθεράπευσεν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, τινὰς δὲ ἀπέκτεινεν. ἦν δὲ ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς θεραπείας τοιόσδε. κρόμμυα τὰ κάρτα καλούμενα, μετ' ἄρτου ἐδίδου ἐσθίειν καὶ πίνειν ὀλίγον ἡμέρᾳ μιᾷ· κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἕωθεν, ἔκλυζεν ἅλμῃ δριμυτάτῃ· καὶ μετ' αὐτὴν ἐνίει φάρμακον ἰσχυρόν. ὅσοι μὲν οὖν ἀντισχεῖν ἠδυνήθησαν αὐτῷ, τελέως ὑγιάσθησαν· ἔνιοι δὲ σπασθέντες, ἢ μετὰ νοτίδος ὑπὸ τῆς ὀδύνης συγκοπέντες, ἀπέθανον. ὅρος οὖν, ἐπὶ καμνόντων τῷ κατὰ τὸν λόγον τῆς τέχνης ἀγωνιζομένῳ γενναίως πρὸς τὸ νόσημα, τὸ τῆς ἰάσεως ἀσφαλές· ὥσπερ γε καὶ τῷ πραΰνοντι τὰς ὀδύνας, ἡ τῆς δυνάμεως φυλακή. τὸ δ' ἐπέκεινα τῶνδε, σκαιοῦ μὲν ἀνδρὸς ἔργον ἐστὶν, ἅμα τῷ νοσήματι καὶ τὴν ζωὴν ἀφελέσθαι τὸν ἄνθρωπον· κόλακος δὲ, τὸ χαρίζεσθαι τῷ νοσοῦντι, σκοπὸν ὧν πράττει θέμενον ἡδονὴν, οὐχ ὑγείαν. ἐμπίπτουσι δ' εἰς τὰς τοιαύτας ὑπερβολὰς, ἐν πολλαῖς μὲν καὶ ἄλλαις ὕλαις βοηθημάτων οἱ ἰατροὶ, μάλιστα δ' ἐν τοῖς καλουμένοις ἀνωδύνοις φαρμάκοις, ὅσα δι' ὀποῦ μήκωνος, ἢ ὑοσκυάμου σπέρματος, ἢ μανδραγόρου ῥίζης, ἢ στύρακος, ἢ τινος τοιούτου συντιθέασιν. οἵ τε γὰρ χαριζόμενοι τοῖς νοσοῦσι, πλεονάζουσιν ἐν τῇ χρήσει τῶν τοιούτων φαρμάκων, οἵ τ' ἀκαίρως καὶ ἀμέτρως γενναῖοι, μηδ' ὅλως χρώμενοι, διαφθείρουσιν ὀδύναις τοὺς κάμνοντας. ὥσπερ οὖν ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ' ὅλον τὸν βίον ἕξεσί τε καὶ πράξεσιν, οὕτω κἀνταῦθα, τὸ μηδὲν ἄγαν, αἱρετέον, ὅρον ἔχοντα τὴν ὠφέλειαν τοῦ κάμνοντος. εἰ μὲν γὰρ οἷόν τε εἴη, τοῖς ἰωμένοις τὸ νόσημα βοηθήμασι χρώμενον, ἀνύσαι τὸ δέον, ἀφίστασθαι χρὴ τῶν καρωτικῶν φαρμάκων, ἃ καλοῦσιν ἀνώδυνα. εἰ δὲ ὑπό τε τῶν ἀγρυπνιῶν, καὶ τοῦ καταλύεσθαι τὴν δύναμιν, εἰς κίνδυνον ὁ κάμνων ἥκει θανάτου, τότ' ἂν ἐν καιρῷ χρήσαιο, καὶ τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις, ἐπιστάμενος μὲν ὅτι βλάψεις τι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, αἱρετώτερον δὲ εἶναι νομίζων τοῦ θανάτου, τὴν βλάβην. εἰ μὲν γὰρ μὴ πάνυ τις αὕτη μεγάλη γένοιτο, κἂν ἐκκόψαιμεν αὖθις αὐτὴν ἐπὶ μακροτέρας σχολῆς· εἰ δ' οὕτως ἄμετρος, ὡς μηδ' ἐν χρόνῳ πολλῷ τελέως ἰαθῆναι, τοῦτο γοῦν αὐτὸ βέλτιον εἶναι νομιζόμενον, ἢ ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον· κατὰ τοῦτον τὸν λογισμὸν, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, καίτοι μάλιστα πάντων ἐξιστάμενοι χρῆσθαι καρωτικοῖς φαρμάκοις, ἔσθ' ὅτε καὶ κωλικοῖς ἐδώκαμεν αὐτὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ὀδυνωμένοις σφοδρότατα, καὶ οὖς, ἕτερά τε μόρια κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἔσθ' ὅτε καὶ διὰ κατάρρουν λεπτὸν, ἀγρυπνοῦντός τε καὶ βήττοντος ἰσχυρῶς τοῦ κάμνοντος, ἐδώκαμεν ὀλίγον τι τοῦ τοιούτου φαρμάκου, ῥᾷον εἶναι νομίζοντες ἐπανορθώσασθαι τὴν βλάβην τῷ χρόνῳ, εἴ τις ἅπαξ χρήσαιτο καρωτικῷ φαρμάκῳ. διαφέρει δὲ δήπου καὶ αὐτὰ τὰ φάρμακα σφῶν αὐτῶν. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστον ἔχοντα τῶν καρούντων, εὐδοκιμεῖ μὲν ἐν τῷ παραυτίκα μᾶλλον, ἰσχυρὰν δὲ καὶ δύσλυτον ἐναποτίθεται τὴν ψύξιν τῷ τοῦ κάμνοντος σώματι· τὰ δ' ἔλαττον μὲν τούτων ἔχοντα, τῶν μιγνυμένων δὲ αὐτοῖς θερμαντικῶν πλεῖστον, ὅσον ἀπρακτότερα πρὸς τὸ παρὸν ὑπάρχει, τοσοῦτον ἀβλαβέστερα πρὸς τὸ μέλλον. ἅπαντα δ' ἀμείνω τὰ τοιαῦτα, μετ' ἐνιαυτὸν τῆς συνθέσεως λαμβανόμενα, καθάπερ καὶ τὸ τοῦ Φίλωνος,

οὐδενὸς ἧττον ἔνδοξον ὀδύνας πραῧναι ναρκῶσαν τὴν αἴσθησιν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ φάρμακα, διὰ τῶν σπερμάτων, ὀνομαζόμενα καὶ τρίγωνα, μετριώτερα μὲν εἰς τὴν ἐν τῷ παραχρῆμα νάρκην, ἀκινδυνότερα δὲ, εἰς τὸ μέλλον· ἅπαντα δ' ἀμείνω καὶ ταῦτα, μετ' ἐνιαυτὸν τοῦ συντίθεσθαι λαμβανόμενα. τό γε μὴν τοῦ Φίλωνος, εἰ καὶ δυοῖν, ἢ καὶ τριῶν, ἢ καὶ τεττάρων ἐτῶν εἴη, πολὺ δήπου βέλτιον· οὐκ ἄχρηστον δ' οὐδ' ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἔτεσιν, ἄχρι που ἐτῶν δέκα. τὸ γὰρ ἐπὶ πλέον κεχρονισμένον, ἀβλαβέστερον μὲν εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον χρονιώτερον· ἤδη δ' ἐξίτηλόν ἐστι τὴν δύναμιν, ὥστε ἀσθενῶς ἀνύειν, οὗ χάριν ἐσκευάσθη. ὥσπερ οὖν χρὴ φυλάττεσθαι καθ' ὅσον οἷόν τε τὴν τῶν τοιούτων φαρμάκων χρῆσιν, οὕτως ἀναγκασθέντας χρήσασθαι, μήτε νέα ἱκανῶς προσφέρειν, ἰσχυρὰν ἔτι δύναμιν ἐχόντων τὴν ἐν αὐτοῖς ψυκτικὴν, μήθ' οὕτως παλαιὰ, ὡς ἁμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ· ἀλλ' ὡς εἴρηται τοσοῦτον ἀναμένειν χρόνον, ἐν ὅσῳ κολασθήσεται τὸ βίαιον τῆς ψυκτικῆς, ὑπὸ τῆς τῶν θερμαινόντων δυνάμεως. ἡ μὲν δὴ τῶν τοιούτων φαρμάκων χρῆσις, ὡς πρὸς σύμπτωμά ἐστιν ἱσταμένων, καὶ μάλιστα ὅταν ὑπὸ[174] ψυχρᾶς αἰτίας ἡ ὀδύνη συνίστηται· βλάπτει γὰρ ἰσχυρῶς τὴν διάθεσιν ὅλην ταῦτα, καὶ δύσλυτον ἀπεργάζεται.

quod ad dolores sedandos sensum stupefaciendo nullo minus est celebre. Sunt sanè & alia multa medicamenta ex seminibus confecta, *diaspermaton*, & *trigona* nominata, quæ sicut ad torporem in præsens inducendum mitiora, ita in futurum sunt tutiora: atque hæc quoque omnia vtilius annotina sumuntur. Philonis verò medicamentum, etiamsi duorum, trium ve, aut quatuor annorum sit, multo sanè est melius; sed nec inutile tamen sequentibus annis ad decimum vsque. Quod enim vltra inueterauit, tanto quidem est minus noxium, quanto est vetustius; cæterùm iam languidis est viribus, eóque parum nauiter, cuius gratia paratum est, perficit. Ergo sicut cauendus est, quoad fieri potest, eiusmodi medicamentorum vsus, ita si necessitas vrgeat, nec admodum noua sunt offerenda, quòd frigida, quæ in his sunt, præualentes vires adhuc habeant, nec ita antiqua, vt spem nostram frustrentur; sed, vti dictum est, tandiu dimittenda sunt, quoad violentia refrigerantium, ab eorum, quæ calefaciunt vi mitigetur. Et talium quidem medicamentorum vsus, vt aduersus symptoma pugnantium est, potissimùm vbi ex frigida causa dolor est excitatus; obsunt enim talia plurimùm toti affectui, quem curationi contumacem reddunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ἐν τοῖς ἰάμασι τὰ μὲν ἅμα τῇ διαθέσει, ἤπερ δίδοται, τὰ δὲ κατὰ μόνας θεραπεύειν τὰ συμπτώματα.

Φλεβοτομία δέ γε ἡ μὴ καταλύουσα τὴν δύναμιν, οὐ πρὸς τὸ σύμπτωμα βλεπόντων ἐστὶ, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν ὅλην ἐκκοπτόντων. οὕτω δὲ καὶ λουτρὸν, καὶ κάθαρσις, καὶ πυρία, καὶ οἴνου πόσις. ὧν ἁπάντων Ἱπποκράτης, ἐπὶ ὀφθαλμῶν ὀδυνωμένων ἐμνημόνευσεν, ἐν ἀφορισμοῖς λέγων ὧδε. Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρατοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακίη λύει. ἅπαντα γὰρ ταῦτα τὰς διαθέσεις ἰώμενα, συνεξιᾶται τὰς ὀδύνας αὐτῶν. οὕτω δὲ καὶ τροφὴ, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἶπον, ξηρῷ καὶ αὐχμηρῷ[175] σώματι, κάμνοντος στομάχου διδομένη, τὴν διάθεσιν ἰωμένη, κωλύει συγκόπτεσθαι. οὐ μὴν ἥ γε διὰ πλῆθος ψυχρῶν, ἤτοι γ' ἔκλυσις, ἢ στομαχικὴ συγκοπὴ, τῆς τροφῆς, ὡς ἰάματος, δεῖται· καί τοι πολλάκις ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν οὐ τροφὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ οἴνου τι διδόναι τοῖς κάμνουσιν ἀναγκαζόμεθα, τὸν ἐν τῷ παραχρῆμα κίνδυνον ἀποτρέποντες, οὐ τὴν διάθεσιν ἰώμενοι. κένωσις γὰρ μᾶλλον ἢ πρόσθεσις, ἡ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἴασις· καὶ πλείστους ἰδεῖν ἐστι τῶν οὕτως ἐχόντων, ὁσημέραι διαφθειρομένους ἀμαθίᾳ τῶν ἰατρῶν. ὑπὲρ ὧν μοι δοκεῖ καιρὸς εἶναι, τὸν λόγον ἐπιστήσαντα διελθεῖν.

CAPVT II.

Inter remedia, quædam vnà cum affectu, cui adhibentur, quædam seorsum symptomata curare.

At sectio venæ, quæ vires non dissoluit non ad symptoma spectantium est, sed totum affectum excindentium. Sic & balneum, & purgatio, & fomenta, & vini potio. Quorum omnium Hippocrates in aphorismis, vbi de oculis dolentibus loquitur, his verbis meminit; *Oculorum dolores meri potio, aut lauatio, aut fomentum, aut venæ sectio, vel purgatio soluit.* Hæc nanque omnia, dum affectus sanant, vnà etiam cum ipsis dolores sedant. Eodem modo nutrimentum, (vt in superioribus est dictum) vbi in sicco & squallente corpore, stomacho laborante exhibetur, dum affectum ipsum sanat, etiam syncope prehendi prohibet. At non ea, quæ ex redundantia frigidorum *humorum* incidit, siue exolutio, siue stomachi syncope est, alimentum ceu medicamen desiderat; quanquam multoties in eiusmodi affectibus non solùm nutrimentum, sed etiam vini aliquid, non rarò ægrotanti dare cogimur, non quò affectum curemus, sed quò periculum in præsens depellamus. Nam vacuatio potiùs quàm adiectio, talium est curatio; licétque quotidie videre sic se habentium plurimos, medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nunc mihi tempestiuum videtur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Περὶ θεραπείας τῶν ἐκ πολλοῦ πλήθους ὠμῶν χυμῶν πυρεττόντων, οἳ καὶ συγκοπῇ ῥᾷστα κατέχονται.

Ἄρχονται τοίνυν πυρέττειν ἔνιοι, πάμπολυ πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἠθροικότες, ἅμα τῷ κεκακῶσθαι τὸ στόμα τῆς γαστρός (ὃ δὴ καὶ στόμαχον ὀνομάζουσιν) ἤτοι γ' ἐξ ἀπεψιῶν, ἢ καὶ ἄλλως πως ἐμπεφύσηται τούτοις τὸ ὑποχόνδριον, ἐν ὄγκῳ τε μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν, ὅλον τὸ σῶμά ἐστι·

CAPVT III.

De curandis iis, qui ex summa crudorum humorum copia febricitantes, syncope facillimè corripiuntur.

Ergo febricitare incipiunt nonnulli, vbi maximam crudorum humorum copiam vnà cũ oris ventriculi (quod sanè stomachum vocant) vitio, vel ex cruditatibus, vel alia quapiã occasione cõgesserũt. His & hypocondria inflata, & totũ corpus ampliore mole, quàm pro naturæ modo, cernitur;

cernitur; tum color aliis quidem ad albidius, quàm pro naturali habitu, & aquosius, est mutatus: nonnullis etiam ad nigrius, aut liuidius, quos quidam medici plumbei coloris appellant. Omnibus pulsus minores sunt, quàm pro caloris ratione; præterea obscuri, omninóque inæquales, sæpè inæqualitate systematice vocata; semper verò ea, quæ in vno est ictu. Nulli talium sanguis mitti sine maxima læsione solet, quum tamen vacuationem desiderent: verùm nec sanguinis missionem, nec purgationem ferunt, vt quos sine his syncope subitò adoritur. Quomodo igitur tales curandi sunt, qui quum vacuari postulent, vacuantia præsidia non ferunt? Sanè nullam aliam his idoneam vacuationem inueni, præter eam, quæ ex frictione paratur. Incipere verò in principio statim morbi oportet, ac primùm à cruribus, supernè deorsum, linteis non admodũ mollibus, sed aspredinis mediocre quid habentibus: debet enim radi ab his cutis, quum simul & calefieri per eam, & discuti ægrotus postulet. Dehinc totæ manus, ab humeris vsque, supernè deorsum simili modo sunt fricandæ. Vbi verò artus omnes abundè calere videbuntur; & metus fuerit, ne quis ex multitudine frictionis, contusa iam carne, lassitudinis sensus ipsis superueniat, oleo laxante vteris, quod genus est Sabinũ. Ab adstringente verò abstinebis, *cuiusmodi* Hispanum est, Histricúmque, & quod vnà cum germinibus, vel ex oliua adhuc immatura conficitur. Hyems verò si fuerit, nihilo deterius fit, si ad discutientium aliquod transieris, cuiusmodi sicyonium est oleũ, chamæmelinum, aut quod apud Ægyptios est in pretio. Quòd si horum copia non sit, oportebit accepto laxantium oleorum aliquo, & in quo nulla sit adstrictio, potissimúmque quod est antiquius, immittere ipsi anethi, quod videbitur satis. Mox (vt ipsi solemus) vbi in vase duplici tantisper calefeceris, dum mediocriter qualitatem herbæ imbiberit, vngere hoc artus, & fricare tunc quoque quamplurimùm debebis; postea oleum, quòd tædium afferat, detergere, atque ad spinam dorsi transire, háncque totam pariter fricare, primùm sicca frictione, post oleo. Ab hac rursus ad crura te conferes; & ab his ad manus, exin denuò ad spinam, ita totum agens diem in domo puræ lucis, nec madente; esto eius domus in caloris symmetria. Sed mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima. Ipsisque, neque cibum, neque sorbitionem, neque aquam exhibere oportet, neque omninò liberaliter potum concedere, sed mulsa tribus primis diebus duntaxat vti, ipse, quas dixi, partes ordine fricans, eóque solùm tempore intermittens, quo somnus hominem occupauerit; ad quem etiam alliciendum, & frictio vberior facit: itaque vel hoc nomine vtile præsidium fuerit, nõ solùm quòd vacuet, sed, & quòd somnum conciliet. Non tamen vberior somnus his est salutaris; neque enim crudos humores digeri finit, & viscera grauiora reddit; sed si quis alius affectus est, qui somnum & vigilias modicas desideret, hic profectò in iis est. Quippe somnus concoquit, vigiliæ discutiunt; vtroque est opus iis, qui ex multitudine crudorũ humorum ægrotant. Ergo parti mediocriter contingentia, iuuare mutuò vtiliter poterunt. Atque, si pulsus his paruus admodum infirmúsque sit, aut etiam supra hæc vehementer inæqualis, extremum periculum est; facienda tamen, quæ retuli,

καὶ ἡ χροιὰ, τοῖς μὲν ἐπὶ τὸ λευκότερόν τε καὶ ὑδαλεώτερον ἐκτετραμμένη τῆς κατὰ φύσιν ἐστὶ, δὲ τοῖς ἐπὶ τὸ μελάντερον, ἢ πελιδνότερον, οὓς ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσι μολιβδοχρόας. οἱ σφυγμοὶ δὲ ἁπάντων, μικρότεροί τε εἰσὶν ἢ κατὰ λόγον τῆς θέρμης, ἀμυδροί τε, καὶ πάντως ἀνώμαλοι, πολλάκις μὲν κατὰ τὴν συστηματικὴν ὀνομαζομένην ἀνωμαλίαν, ἀεὶ δὲ τὴν κατὰ μίαν πληγήν. ἐπ' οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἀκίνδυνος ἀφαίρεσις αἵματος μεγίστης εἴωθε γίγνεσθαι βλάβης, καίτοι δέονταί γε κενώσεως· ἀλλ' οὔτε φλεβοτομίαν, οὔτε κάθαρσιν φέρουσιν· εἴγε καὶ χωρὶς τούτων ἐξαίφνης συγκόπτονται. πῶς οὖν χρὴ τοὺς τοιούτους ἰᾶσθαι, δεομένους μὲν κενώσεως, μὴ φέροντας δὲ τὰ κενωτικὰ βοηθήματα; οὐδεμίαν ἄλλην εὗρον ἐπ' αὐτῶν κένωσιν, πλὴν τῆς διὰ τρίψεως. ἄρχεσθαι δὲ εὐθέως ἐν ἀρχῇ τῆς νόσου προσήκει, τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τῶν σκελῶν ἄνωθεν κάτω, διὰ σινδόνων μὴ πάνυ μαλακῶν, ἀλλά τι μέτριον ἐχουσῶν τραχύ· χρὴ γὰρ ἀμύττεσθαι πρὸς αὐτῶν τὸ δέρμα, θερμαίνεσθαί τε ὁμοῦ αὐτὸ, καὶ διαφορεῖσθαι, δεομένου τοῦ κάμνοντος. ἐφεξῆς δὲ καὶ ὅλας τὰς χεῖρας ἀπὸ τῶν ὤμων ἄνωθεν κάτω, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τρίβειν. ἐπειδὰν δὲ ἱκανῶς ἅπαντα τὰ κῶλα φαίνηται θερμὰ, καὶ φόβος ᾖ κοπώδη τινὰ αἴσθησιν αὐτοῖς γενέσθαι, τεθλασμένης τῆς σαρκὸς ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς τρίψεως, ἐλαίῳ χαλαστικῷ χρηστέον, οἷόν ἐστι τὸ Σαβῖνον. ἀπέχεσθαι δὲ τῶν στυφόντων Ἰσπανοῦ, καὶ Ἰστρικοῦ, καὶ τοῦ μετὰ θαλλῶν, ἢ ἐξ ὠμῆς ἔτι τῆς ἐλαίας ἐσκευασμένου. χειμῶνος δὲ ὄντος, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ἐπί τι τῶν διαφορητικῶν ἰέναι, οἷόν πέρ ἐστι τὸ σικυώνιον ἔλαιον, ἢ τὸ διὰ τοῦ χαμαιμήλου, ἢ τὸ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις εὐδοκιμοῦν. εἰ δὲ μὴ εὑρεῖν ταῦτα, τῶν ἐλαίων τι τῶν χαλαστικῶν, οἷς οὐδεμία σύνεστι στύψις, καὶ μάλιστα εἰ παλαιότερον εἴη, λαβόντας, ἐμβαλεῖν αὐτῷ σύμμετρον ἀνήθου. κἄπειτα, ὡς εἰώθαμεν, ἐν ἀγγείῳ διπλῷ θερμήναντάς τε, ὥστε δέξασθαι μετρίως αὐτὸ τὴν ποιότητα τῆς βοτάνης, ἀλείφειν τε τούτῳ, τρίβοντας καὶ νῦν ἐπὶ πλεῖστον τὰ κῶλα. μετὰ δὲ ταῦτα, τὸ μὲν ἔλαιον ἀπομάττειν, ἀσηρὸν γὰρ, ἰέναι δὲ ἐπὶ τὴν ῥάχιν ὅλην, καὶ ταύτην ἀνατρίβειν ὁμοίως, τὰ μὲν πρῶτα, ξηρᾷ τρίψει, τὰ λοιπὰ δ' ὕστερον. εἶτ' αὖθις ἐπὶ τὰ σκέλη μετιέναι, κἀκ τούτων αὖθις ἐπὶ τὰς χεῖρας, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ὅλης τῆς ἡμέρας οὕτω πράττοντας ἐν οἴκῳ φῶς ἔχοντι καθαρὸν, οὐ δίυγρον· ἔστω δὲ δηλονότι καὶ τῇ θερμότητι σύμμετρος ὁ οἶκος. ἐπιτηδειότατον δὲ τούτοις ἔστω τὸ μελίκρατον, ἐναφεψηθέντος ὑσσώπου. καὶ χρὴ μήτε σιτίον αὐτοῖς, μήτε ῥόφημα, μήθ' ὕδωρ διδόναι, μήτ' ἐπιτρέπειν ὅλως πίνειν δαψιλῶς, ἀλλὰ τῷ μελικράτῳ μόνῳ χρῆσθαι, κατὰ τὰς πρώτας τρεῖς ἡμέρας, ἐκ διαδοχῆς τρίβοντα, καὶ μόνον ἐκεῖνον ἀνιέντα τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ περ ἂν ὕπνος αὐτοὺς καταλάβῃ· συνεργεῖ δὲ εἰς τοῦτο μάλιστα, καὶ ἡ πλείων τρῖψις· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτ' ἂν εἴη βοήθημα χρηστὸν, οὐ μόνον τὸ κενοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὕπνον ἐμποιοῦν. οὐ μὴν οὐδ' ὁ πλείων ὕπνος ἀγαθὸς τοῖς τοιούτοις· οὔτε γὰρ ἐπιτρέπει διαφορῆσαι τοὺς ὠμοὺς χυμοὺς, καὶ βαρύνει τὰ σπλάγχνα. ἀλλ' εἴ πέρ τις ἄλλη διάθεσις ἑκατέρων δεῖται μετρίων, ὕπνου τε καὶ ἐγρηγόρσεως, οὕτω καὶ ἥδε. πέττει μὲν γὰρ ὁ ὕπνος, διαφορεῖ δὲ ἡ ἐγρήγορσις· ἀμφοτέρων δ' ἐστὶ χρεία τοῖς ἐκ πλήθους ὠμῶν χυμῶν νοσοῦσιν· ἐν μέρει τοίνυν μετρίως γινόμενα, τιμωρεῖν ἀλλήλοις δυνήσονται χρηστῶς. εἰ μὲν γὰρ ὁ σφυγμὸς αὐτοῖς μικρὸς ἱκανῶς εἴη, καὶ ἄρρωστος, ἢ καὶ πρὸς τούτοις ἀνώμαλος ἰσχυρῶς, ἔσχατος ὁ κίνδυνος· καὶ χρὴ πράττειν τὰ λελεγμένα,

μηδὲν ἄλλο περιεργαζόμενον. εἰ δὲ καὶ τόνου μετρίως ἔχοι, καὶ μεγέθους, ἄθλιπτός τε εἴη καὶ ὁμαλὸς, ἐπισκέπτου τὰ κατὰ γαστέρα, καὶ κλύζε θαῤῥῶν, εἰ μὴ καλῶς αὐτομάτως διεξέρχοιτο. συμβαίνει γὰρ ἐπὶ τῷ μελικράτῳ, κενοῦσθαι ταύτῃ χρησίμως ἅπασαν τὴν περιουσίαν, τὴν ἐν ταῖς πρώταις τῶν φλεβῶν εἰωθυῖαν ἀθροίζεσθαι, ταῖς καθ' ἧπάρ τε καὶ μεσεντέριον. εἰ δὲ πλείων τοῦ δέοντος, ἡ ὁρμὴ τῶν περιττῶν ἐπὶ τὴν γαστέρα γίνοιτο, τὴν μὲν πρώτην, ἐπὶ πλέον ἐᾷν τὸ μελίκρατον· ἧττον γὰρ ὑπάγον τὸ τοιοῦτον, τρέφει μᾶλλον· ὥσπερ γε τὸ ὠμὸν, ἧττον μὲν τρέφει, μᾶλλον δὲ ὑπάγει. μετὰ δὲ ταῦτα, φερομένης ἐπὶ πλέον κάτω τῆς περιουσίας, μὴ δὴ οὕτως μὲν ἵστασθαι, διδόναι δὴ ἀντὶ τοῦ μελικράτου, πτισάνης χυλόν. εἰ δ' ἐπιμένοι φερόμενα, τῷ ἐκ τοῦ χόνδρου ῥοφήματι τρέφειν, παρακολουθοῦντα δηλονότι τοῖς σφυγμοῖς· ἐνίοτε γὰρ ἐξαίφνης μεταβάλλουσιν εἰς ἀῤῥωστίαν, ἢ ἀνωμαλίαν, ἢ μικρότητα. καθ' ὃν χρόνον ἄρτον ἐξ οἴνου κεκραμένου διδόναι προσήκει, μήτε γαστρὸς δηλονότι, μήθ' ἥπατος φλεγμαινόντων· ὡς εἴ γε φλεγμαίνοιεν, ὠμῶν χυμῶν πεπληρωμένου τοῦ σώματος, ἀνέλπιστος ὁ κάμνων ἐστὶ, τῶν σφυγμῶν οὕτω πεσόντων. ἐπὶ μὲν δὴ τῶν τοιούτων ἀῤῥώστων προλέγων τὸν θάνατον, ἀνέγκλητον φυλάξαις σεαυτὸν, μηδενὶ βοηθήματι γενναίῳ χρώμενος. ἐφ' ὧν δὴ ἐλπὶς σωτηρίας, ἐπὶ πάντων δ' ἐστὶ, τῶν χωρὶς φλεγμονῆς οὕτω νοσούντων, ὅταν ἐξ ἀρχῆς παραλαμβάνωμεν αὐτοὺς, αἴσχιστον εἶναι μοι δοκεῖ συγκεκόφθαι τὸν κάμνοντα· καὶ τοι γ' ὁσημέραι γίγνεται τοῦτο, διὰ τὴν ἀμαθίαν τῶν ἰατρῶν. ἀλλ' οὐ πρὸς τούτους χρὴ βλέπειν, οὐδὲ τούτοις παραβάλλειν ἑαυτόν· ἀλλ' ὅστις αὐτὸς ὄντως ἢ τέχνης ἰατρικῆς ἐπιστήμων, αἰσχρὸν εἶναι νομίσει ἐξαίφνης ἄῤῥωστον συγκόπτεσθαι, μήτε προειπόντος αὐτοῦ τὸ σύμπτωμα, μήτε παρεσκευασμένου πρὸς αὐτὸ, μήτε κωλύσαντος. εἴρηται δέ μοι καὶ πρόσθεν ὡς ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν, αὐτοὶ κατασκευάζουσι τὰς φλεγμονὰς, οἱ διαπαντὸς τοῖς ὑποχονδρίοις λωβούμενοι, διά καταπλασμάτων τε, καὶ καταντλήσεων. οὔκουν χρηστέον αὐτοῖς, πρὶν ἢ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους, τὸ μὲν ἐκκενῶσαι, τὸ δὲ, πέψαι· τηνικαῦτα δὲ ἤδη χρηστέον αὐτοῖς, οὐχ ἁπλῶς χαλῶντας, ἀλλ' ἀιονῶντας δι' ἀψινθίου μετρίως, ἢν ὁ πυρετὸς ὑπάρχῃ μὴ πάνυ μέγας. εἰ δὴ ὡς εἴρηται, θεραπεύοντί σοι, τὰς τρεῖς τὰς πρώτας ἡμέρας, μηδὲν ἀπαντήσειε χεῖρον, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀγεῖν ἄχρι τῆς ἑβδόμης, μελικράτῳ μόνῳ χρωμένοις ὑσσωπον ἔχοντι· μακροτάτην γὰρ οἱ οὕτω διακείμενοι φέρουσιν ἀσιτίαν, ἐξ αὐτῶν ὧν ἔχουσιν ὠμῶν χυμῶν πεττομένων, τρεφομένου τοῦ σώματος. εἰ δὲ μὴ μόνον ὠμοὶ τύχοιεν ὄντες, ἀλλὰ καὶ διαφθορᾶς εἰς τοσοῦτον ἥκοντες, ὡς μὴ δύνασθαι πεφθῆναι τελέως, ἀδύνατον σωθῆναι τοὺς οὕτω νοσοῦντας. ἀλλὰ τούς γε σωθῆναι δυναμένους, εἰ μηδὲν ἁμαρτάνοιτο, μέχρι τῆς ἑβδόμης, ἐπὶ μελικράτῳ μόνῳ διαιτᾷν· ἢ εἴ ποτ' ἄρα δεήσειεν ἤτοι τῆς γαστρὸς ἐκκρινούσης, ἢ ἀποστραφέντων αὐτῶν τὸ μελίκρατον, ἐπὶ τὸν τῆς πτισάνης ἰέναι χυλόν. εἰ δὲ καὶ τοῦτον ἀποστρέφοιντο, χόνδρον ὁμοίως ἀρτύειν πτισάνῃ· καὶ γὰρ οὐδὲ βλάπτει τοὺς οὕτω διακειμένους ὄξος· ἀλλ' ἤν αἴσθῃ ποτε, παχεῖς ἱκανῶς εἶναι τοὺς ὠμοὺς χυμοὺς ὀξύμελι διδόναι διὰ παντὸς, ἀντὶ τοῦ μελικράτου. εἰ δ' ἄχθοιντο τῷ συνεχεῖ τῆς δόσεως, ἐξαλλάττειν μὲν ἐπὶ μελίκρατον καὶ πτισάνην· ἐπανέρχεσθαι δ' αὖθις ἐπ' αὐτό· μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν μικρὸν ἐχόντων, καὶ ἀραιὸν,

A nec aliud quicquam moliendum. Sin *pulsus* robore mediocri sit, ac magnitudine, præterea minimè intercisus, & æqualis, considera, quæ ad aluũ spectant; ac, si sua sponte commodè non deiiciat, audacter per inferius aliquid infundes. Accidit nanque post aquam mulsam, vt quæ in primis venis, quæ circa iecur, & mesenterium sunt, colligi superuacua solent hac commodè deiiciantur. Quòd si maior quàm par sit superfluorum impetus ad aluum citetur, principio quidem percoquere mulsam ampliùs oportebit, ea nanque, minùs aluum subducens magis nutrit; vt & cruda B minus nutrit, sic magis subducit. Post hæc, si superuacua largiùs descendant, ne sic quidem sistenda, sed exhibendus pro aqua mulsa ptisanæ cremor est. Si verò fluere pergant, alicæ sorbitione nutries, pulsuum interim ratione obseruata; aliquando enim subitò ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vel paruitatem mutantur. Quo tempore panem ex vino diluto exhibere conueniet, vtique si nec ventriculus, nec iecur phlegmone laboret: quoniam si hac infestentur, iam corpore crudis succis referto, planè desperata sa-C lus ægro est, pulsibus sic mutatis. Ergo in eiusmodi ægri infirmitate te ipsum à culpa immunem præstabis, si mortem prædixeris, nullo generosiore medicamento vsus. Quibus verò spes est salutis (est autem omnibus, qui ita citra phlegmonen ægrotant) maximum medico, qui vtique ipsos in principio susceperit, videtur mihi dedecus esse, si in syncopen ægri inciderint; quanquam per inscitiam medicorum quotidie id fieri cernitur. Verùm non est, quòd hos spectemus, aut cum his nosmet conferamus, sed cum eo, qui cum reverà peritus in arte medica sit, fœdum pu-D tet, ægrum syncope extemplò corripi, ipso nec symptoma prædicente, nec ad id præparato, aut idem prohibente. Sanè dictum à me etiam in superioribus est, qui cataplasmatis, & perfusionibus assiduè præcordia vexant, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minimè igitur est his vtendum priùs quàm superuacua magna ex parte partim vacuata sint, partim concocta; tum verò etiam his vtaris licet, non tamen duntaxat laxans, sed ex absinthio mediocriter perfundens, si febris non planè sit magna. Si verò medicanti E tibi tres primos dies, vt dictum est, nihil deterius occurrat, iisdem ipsis vteris vsque ad septimum aqua duntaxat mulsa, in qua incoctum hyssopum sit, contentus; siquidem longissimam, qui ita sunt affecti, cibi abstinentiam ferunt, corpore scilicet ex crudis ipsis, quos continet, succis concoquendis alto. Quòd si non modò crudi humores sint, sed etiam eò corruptionis peruenerint, vt concoqui perfectè nequeant, qui sic ægrotant, eorum desperata est salus. Sed qui, si nullus præsertim committatur error, seruari possunt, ij aqua sola mulsa ad septimum vsque sunt nutriendi; aut si-F cubi id res exigat, vel aluo fluente, vel ægro mulsam fastidiente, ad ptisanæ cremorem est transeũdum. Sin hunc quoque auersetur, alica ad eundem, quô ptisana modum ei præparabitur: neque enim iis, qui ita sunt affecti, acetum incommodum est; imò, sicubi crudos affatim humores esse animaduerteris, oxymel pro mulsa exihbere assiduè debebis. Quòd si huius assiduus vsus tædio esse cœperit, transire inuicem ad mulsam & ptisanam conueniet; dein rursus ad ipsum *oxymeli* reuerti; maximè verò, quibus tũ paruus, tum rarus, ac tardus

ac tardus pulsus est, iis frigidos subesse humores putandum. Iisdem protinus & decoloratio totius corporis manifestè cernitur, qualis priùs tradita est. Sed id esse fortasse quod dictum est, non posse quibusdam videatur, quũ nulli febricitantium, aut tardior, aut rarior pulsus fiat. Cæterùm duplici ratione verum esse, quod dictum est, *comperietur*; vna, quòd euidenter in accessionibus, & tardiores, & rariores, quàm pro naturali *ipsorum habitu*, pulsus fiant; altera, quòd reliquis præter accessionem temporibus, horum arteriæ, tum rariùs, tum tardiùs, quàm aliorum quorumuis qualitercunque febricitantium, pulsant. Ergo si æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis; sin hyems sit, omnibus calidum, tum iis, qui calidæ, tum iis, qui frigidæ insueuerunt, offeres; æquè vt, si immodicus æstatis tempore æstus sit, etiam iis, qui calidæ assueti sunt, frigidum, si nullum sit iis viscus ad iniuriam opportunum. At his *propositis* aduersissima sunt, tum balneum, tum aër ambiens, si vel nimium calidus sit, vel frigidus. Itaque, vt lauandi non sunt, sic & reclinandi in domo sunt, æstate quidem, quæ frigeat, hyeme, quæ caleat. Læduntur nanque admodum ab vtraque ametria, videlicet in balneo, vt & æstate, & omni caloris incremento, crudis humoribus liquatis, ac per omnes corporis partes fluentibus ita, vt metuendum sit, ne ad pulmones, & cor ferantur: aliquando etiam ne ad cerebrum subeant; quum longè præstet, vt circa iecur, & primas venas adhuc ipsis subsistant. In domo verò immodicè frigida, & hyeme, & denique ambiente frigido, humores crudi, & inepti ad concoquendum manent; & iecinoris obstructiones, si leues sint, augent; si nullæ sint, eas crassitudine sua hærentes impactique creant. Atque hæc quidem sic agenda sunt, vbi à primo die ipse curationem susceperis. Si autem ad eos, quos syncope iam premit, sis accitus, si ea, quæ retuli, loca phlegmones vacent, panis exhibebis non multum, húncque ex vino aliquo, quod celerem in corpus distributionem adiuuet; statímque ad frictiones venies, quas etiam pro tradito iam ante modo administrabis. Si itaque æstas sit, & regio natura calens, & æstuans, aut status cæli vehementer calidus, cum aqua frigida vinum dabis; si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quæ tamen secundò & tertiò dabitur potio, omninò calidam exhibendam curabis. Nam ad vniuersam eam curationem, cuius gratia frictiones adhibuimus, calidum præstat, crudorum succorum concoctionem adiuuans.

CAPVT IV.

De curanda syncope, quæ oritur ex flaua bile: ac de natura vinorum, quæ curandis syncopis conueniunt.

At, quibus ex flaua bile os ventriculi infestante, syncope incidit, iis frigida exhibenda potio est. Vinum tamen quod & calidum natura sit, & distributionem in corpus promoueat, omnibus syncope affectis offerre conueniet; distribui nanque per corpus sumptum nutrimentum, non in ventre manere volumus. Constat autem vina deligenda esse, quæ & colore flaua sint, & consistentia tenuia, & ætate vetera, & si talia boni odoris continuò fuerint. Quinetiam ipse, si paululum vbi mixta sint gustes, senties calorē

A καὶ βραδὺν τὸν σφυγμὸν, ἡγεῖσθαι ψυχροὺς εἶναι τοὺς χυμούς. εὐθὺς δὲ τούτοις συνέσεσι καὶ ἡ τοῦ παντὸς σώματος ἄχροια σαφὴς, οἵα τις ἔμπροσθεν εἴρηται. δόξει δὲ τισιν ἴσως, ἀδύνατον εἶναι τὸ λεγόμενον, οὐδενὶ τῶν πυρεσσόντων, οὔτε βραδυτέρων, οὔτε ἀραιοτέρων γινομένων τῶν σφυγμῶν. ἀλλὰ κατὰ διττόν γε τρόπον ἀληθὲς ὑπάρχει τὸ εἰρημένον· ἕνα μὲν, ὅτι σαφῶς ἐν τοῖς παροξυσμοῖς καὶ βραδύτεροι, καὶ ἀραιότεροι γίνονται τῶν κατὰ φύσιν· ἕτερον δὲ, ὅτι καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους καιροὺς τοῦ παροξυσμοῦ, πάντων τῶν ὁπωσοῦν πυ-
B ρεττόντων, ἀραιότεροί τε καὶ βραδύτεροι αἱ τούτων ἀρτηρίαι σφύζουσιν. εἰ μὲν γὰρ δὴ θέρος εἴη, καὶ ψυχροπότης ὁ νοσῶν, ψυχρὸν τούτῳ διδόναι τὸ ὀξύμελι, χειμῶνος δ' ὄντος, ἅπασι θερμὸν, ὡσαύτως ψυχροπόταις τε καὶ θερμοπόταις· ὥσπερ εἰ καὶ ἄμετρον καῦμα, θέρους ὥρᾳ, ψυχρὸν καὶ τοῖς θερμοπόταις, εἰ μηδὲν εὐπαθὲς ἔχοιεν σπλάγχνον. ἐναντιώτατα δὲ τούτοις ἐστὶ βαλανεῖα, καὶ ὁ περιέχων ἀὴρ, εἰ θερμὸς ἱκανῶς, ἢ ψυχρός. ὅθεν οὔτε λούειν προσήκει, καὶ κατακλίνειν ἐν οἴκῳ, ὥρᾳ μὲν θέρους ψυχεινῷ, χειμῶνος δ', ἀλεεινῷ. βλάπτονται γὰρ ἱκανῶς ὑφ' ἑκατέρας τῆς
C ἀμετρίας, ἐν μὲν τοῖς βαλανείοις, ὡς κἂν τῷ θέρει, καὶ πάσῃ τῇ κατὰ τὸ θερμὸν αὐξήσει, χεομένων τῶν ὠμῶν χυμῶν, καὶ πάντῃ τοῦ σώματος ῥεόντων, ὡς κίνδυνον εἶναι καὶ πρὸς τὸν πνεύμονα, καὶ τὴν καρδίαν ἀφικέσθαι, καί ποτε καὶ εἰς τὸν ἐγκέφαλον ἀναδραμεῖν, ἄμεινον ὑπάρχον μακρῷ, περί τε τὸ ἧπαρ αὐτοῖς ἔτι μένειν, καὶ τὰς πρώτας φλέβας. ἐν δὲ τοῖς ἀμέτρως ψυχροῖς οἴκοις, καὶ χειμῶνι, καὶ ὅλως ψυχρῷ τῷ περιέχοντι, δυσπεπτοί τε μένουσιν οἱ ὠμοὶ χυμοὶ, καὶ τὰς κατὰ τὸ ἧπαρ ἐμφράξεις, εἰ μὲν εἶεν μι-
D κραὶ, παραυξουσιν· εἰ δ' οὐκ εἶεν, γεννῶσι διὰ πάχος ἰσχόμενοι καὶ σφηνούμενοι. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω πρακτέον, ὅταν ἀπὸ πρώτης ἡμέρας αὐτὸς ἄρχῃ τῆς θεραπείας αὐτῶν. εἰ δὲ συγκοπτομένων ἤδη κληθείης, ἀφλεγμάντων ὄντων ὧν εἶπον χωρίων, διδόναι μὲν αὐτοῖς ἄρτου μὴ πολὺ, δι' οἴνου δὲ, τὴν ἀνάδοσιν ἐργαζομένου ταχεῖαν· εὐθέως δὲ ἐπὶ τὴν τρῖψιν ἰέναι, καὶ χρῆσθαι κατὰ τὸν εἰρημένον ὀλίγον ἔμπροσθεν τρόπον. εἰ μὲν οὖν εἴη θέρος, καὶ τὸ χωρίον φύσει θερμὸν, καὶ πνιγῶδες, ἢ ἡ κατάστασις ἱκανῶς θερμὴ, μεθ' ὕδατος ψυχροῦ δοτέον τὸν οἶνον· εἰ δὲ μηδὲν τῶν τοιού-
E των εἴη, μετὰ θερμοῦ. τὸ μέντοι δεύτερον, καὶ τρίτον, ἐκ παντὸς τρόπου πειρᾶσθαι θερμὸν διδόναι ποτόν. εἰς γὰρ τὴν ὅλην θεραπείαν, ἧς ἕνεκα καὶ τὰς τρίψεις παραλαμβάνομεν, ἄμεινον τὸ θερμὸν ταῖς πέψεσι τῶν ὠμῶν χυμῶν συνεργοῦν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Περὶ θεραπείας τῆς διὰ ξανθὴν χολὴν γενομένης συγκοπῆς· καὶ περὶ φύσεως οἴνων, τῶν τῇ θεραπείᾳ τῶν συγκοπῶν ἁρμοζόντων.

F Ἐφ' ὧν δὲ διὰ χολὴν ξανθὴν ἀδικησάσαν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ἡ συγκοπὴ γένοιτο, ψυχρὸν τούτοις χρὴ προσφέρειν τὸ ποτόν. οἶνον μέντοι τῇ φύσει θερμὸν εἰς ἀνάδοσιν ὁρμῶντα, τοῖς συγκοπτομένοις ἅπασι δοτέον· ἀναδοθῆναι γὰρ βουλόμεθα τὴν ληφθεῖσαν τροφὴν, οὐκ ἐν τῇ γαστρὶ μεῖναι. δῆλον δὲ ὅτι τοὺς οἴνους, κιῤῥοὺς μὲν τῇ χροιᾷ, λεπτοὺς δὲ, τῇ συστάσει, παλαιοὺς δὲ, τὴν ἡλικίαν ἐκλεκτέον, εὐθὺς δ' ἂν εἶεν εὐώδεις οἱ τοιοίδε. καὶ μέντοι καὶ αὐτῷ σοι πάρεστι, καταπιόντι βραχὺ κραθέντων αὐτῶν, αἰσθάνεσθαι θερμασίας

εἰς ὅλον ἰούσης τὸ σῶμα. μὴ μέν τι πικροί γε ἔστωσαν ὑπὸ παλαιότητος οἱ οἶνοι, καὶ μάλιστα ἐφ' ὧν ὁ τοῦ κάμνοντος στόμαχος ὑπὸ τῆς ξανθῆς ἀδικεῖται χολῆς. οὔτε γὰρ ἔτι τὸ τῶν οἴνων εὔχυμον καὶ τρόφιμον ἔχουσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ ἀηδεῖς ὄντες, αὐτῷ τούτῳ τὸν στόμαχον ἀνιῶσιν. ἄριστοι τοίνυν εἰσὶν, ὅσοι τῶν οἴνων αὐστηροὶ τὴν φύσιν ὄντες, αἰσθητὴν μὲν οὐκέτι τὴν στύψιν ἔχουσι διὰ τὴν παλαιότητα, σαφῆ δὲ ἱκανῶς τὴν θερμασίαν. ἅπαντα γὰρ ὧν δεόμεθα ποιήσουσιν, ἐφ' ὧν ὁ στόμαχος ἐστὶ πικρόχολος, ἡδέως τε λαμβανόμενοι, καὶ πέψει, καὶ ἀναδόσει συνεργοῦντες, καὶ τὴν κακίαν τοῦ χυμοῦ πραΰνοντες, καὶ θερμὴν τὴν ἕξιν ἐργαζόμενοι, καὶ ῥωννύντες τὸν στόμαχον. ἄριστοι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων οἴνων, Σουρρεντῖνος, Σιγνῖνος, Σαβῖνος, Τιβουρτῖνος, Μάρσος, Ἰταλιῶται πάντες οὗτοι, στύφοντες μὲν ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἅπαντες. ὁ μὲν γὰρ Σουρρεντῖνος, μετρίως τε στύφει καὶ θερμότερος τῶν ἄλλων, καὶ ἡδίων ἐστίν. ἐφεξῆς δὲ ὁ Τιβουρτῖνος ὁ εὐγενής· ἔστι γάρ τις καὶ ἄλλος Τιβουρτῖνος ἄτονος ὁμοίως Σαβίνῳ, βραχείας μετέχων στύψεως. ὁ δὲ Σιγνῖνος, αὐστηρότερος· καὶ τούτου πολὺ μᾶλλον ὁ Μάρσος. πάντες οὖν χρηστοὶ πικροχόλῳ στομάχῳ. καὶ διὰ τοῦτ' αὐτοῖς χρηστέον, ὅταν γ' ἤτοι ὑπὸ καυσωδῶν πυρετῶν ἀδικηθεὶς ἐπιφέρῃ συγκοπήν· ἢ καὶ ἄλλως, πολλῆς εἰς αὐτὸν, ἤτοι ῥυείσης, ἢ ἀναποθείσης χολῆς. οἷς μέν τοι δι' ὠμοὺς χυμοὺς ὁ κίνδυνος τῆς συγκοπῆς, ὁ Φαλερῖνος ἀμείνων τῶν εἰρημένων, εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον εὐχυμότερός τε ἐστὶ καὶ θερμότερος· ἀναδοθήσεται γὰρ αὐτοῖς θᾶττον, καὶ τῇ πέψει τῶν ὠμῶν χυμῶν συνεργήσει. τῶν δ' εἰρημένων ἕκαστος, ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττον, ἅπαντες δ' οὖν Φαλερῖνοι τονοῦσι μᾶλλον τὸν στόμαχον. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτῶν τῶν Φαλερίνων, ὁ μέν τις ἱκανῶς ἐστὶ γλυκὺς, ὃν ὀνομάζουσι Φαυστῖνον, ὁ δὲ, ὡς μὲν πρὸς ἐκεῖνον, αὐστηρὸς, ὡς δὲ πρὸς τὸν Σιγνῖνόν τε καὶ Μάρσον, γλυκὺς, ἐκλεκτέον εἰς τὰ τοιαῦτα τὸν δεύτερον. εἰ δὲ ὁ κάμνων εἴθιστο χρῆσθαι παρὰ τὸν τῆς ὑγείας χρόνον οἴνοις γλυκέσιν, οὐδὲν κωλύει τούτῳ δοῦναι τὸν γλυκύτερον Φαλερῖνον. ἐπὶ μέν τοι τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς Ἑλλάδος, ὅσα τε τούτοις ἔθνη γειτνιᾷ, μὴ παρόντων τῶν εἰρημένων οἴνων, ἔσθ' ὅτε κάλλιστος πρὸς ἀνάδοσιν τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χωρίοις εὑρισκομένων οἴνων, ὁ Ἀριούσιός τε καὶ ὁ Λέσβιος· ὁ μὲν οὖν Λέσβιος εὔδηλός ἐστι κατὰ τὴν προσηγορίαν ἐν Λέσβῳ γινόμενος. ὁ δ' Ἀριούσιος, ἐν χωρίοις τισὶ τῆς Χίου γεωργεῖται. τριῶν δὲ οὐσῶν ἐν Λέσβῳ πόλεων, ἧττον μὲν εὐώδης, καὶ γλυκὺς, ἐν Μιτυλήνῃ γίνεται· μᾶλλον δ' εὐώδης καὶ γλυκὺς, ἐν Ἐρεσσῷ, κἄπειτα ἐν Μηθύμνῃ. λαμβανέσθω δ' ἀπαραχύτοις, οὕτω δ' ὀνομάζουσιν οἷς οὐ μέμικται θάλασσα, μεγίστην βλάβην ἡγούμενοι, ἐφ' ὧν μέμικται, γενήσεσθαι. οὐ μὴν οὐδὲ εἰώθασι τοῖς εὐγενέσιν οἴνοις, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἐστὶ, μιγνύναι τῆς θαλάσσης ἐν Λέσβῳ, καθάπερ οὐδ' ἐν Χίῳ, τῷ Ἀριουσίῳ. γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἑλλησποντιακὴν Μυσίαν, οἶνος ὅμοιος τῷ Συρρεντίνῳ, Μύσιος ὀνομαζόμενος κατ' ἐξοχήν. οὗτοι πάντες οἱ οἶνοι, κιρροὶ, καὶ θερμοὶ, καὶ εὐώδεις εἰσὶ, καὶ τῇ συστάσει μέσοι τῶν θ' ὑδατωδῶν καὶ τῶν παχέων. ὑδατώδεις μὲν οὖν εἰσὶ τὴν σύστασιν, ὅ, τε Ἀδριανὸς, καὶ Σαβῖνος, καὶ Ἀλβαῖος, καὶ Γαυριανὸς, καὶ Θοῦσκος, ὅ, τε Νεαπολίτης ὁ Ἀμιναῖος, ἐν τοῖς περὶ Νεάπολιν χωρίοις γινόμενος· ὥστε καὶ ὀνομάζουσιν οὕτως αὐτόν. ἐπὶ δὲ τῆς Ἀσίας, ὅ, τε Τιβηνῖνος, καὶ ὁ Τιτακαζηνὸς, καὶ τρίτος μετ' αὐτοὺς, ὁ Ἀρσυῖνος. ἔμπαλιν δὲ παχεῖς οἶνοι καθάπερ τὸ σίραιον, ὃ παρ' ἡμῖν ὀνομάζουσιν ἕψημα, ὁ Σκυβελλίτης, καὶ ὁ Θηραῖος, καὶ

A per totum corpus transmitti. Cæterùm amara præ vetustate vina ne sunto, præsertim quæ iis exhibebis, quorum stomachus flaua bile vrgetur. Talia nanque simul laudabilem, ac nutrientem vini succum iam amiserunt; simul iniucunda quum sint, hoc ipso stomachum offendunt. Commodissima igitur his vina sunt, quæ quum naturaliter austera sint, sensilem iam adstrictionem propter vetustatem non ampliùs exhibent, calorem tamen admodum euidentem habent. Omnia enim, quæ requirimus, in iis quorum stomachus amara B bile vexatur, efficient, quum & iucundè sumantur, & tum ad concoctionem, tum ad distributionem in corpus, etiam faciant; & succi vitium mitigent; & corporis habitum calefaciant; & stomachum ipsum firment. Huiusce generis vinorum optima sunt Surrentinum, Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marsum, omnia hæc Italica, & adstringentia, non tamen pari modo omnia. Nam Surrentinum, & mediocriter adstringit, & calidius cæteris, & iucundius est. Ab hoc nobile Tiburtinum; est enim & aliud quoddam imbecillũ Tiburtinũ, quod etiam, sicut Sabinum, leuis astri- C ctionis particeps. Signinũ verò austerius est; sicut etiam Signino multo magis Marsum. Hęc omnia vina stomacho, qui amara vexatur bile, salubria sunt. Ideóque illis vtendũ, quoties is, vel ex ardẽti febre offensus syncopen attulerit, vel aliàs multa in eum bilis fluxerit, vel multã imbiberit. Quibus tamẽ ex crudis humoribus syncopes periculũ imminet, sanè Falernũ tanto iam memoratis pręstat, quãto tũ melioris est succi, tum etiam calidius; nam & velociùs illis per corpus distribuetur, & crudis humoribus cõcoquendis auxilio erit. Quę D quũ dictorũ singula, aliud magis, aliud minùs faciant, omnia tamen Falerna magis stomachũ roborãt. At quoniã ipsorũ Falernorum, aliud dulce admodũ est, quod Faustinũ vocant; aliud, si cum hoc cõferas, austerũ; si cũ Signino & Marso, dulce; deligendũ ad talia secundũ est. Si verò cubans per sanitatem dulcibus vinis insueuit, huic nihil prohibet dulcius Falernũ exhibere. Verũ in Asia, & Græcia, & nationibus, quæ his sunt vicinæ, vbi copia iam dictorũ vinorũ aliquando nõ est, ex ijs, quæ illæ regiones suppeditant, aptissima ad distributionẽ in corpus sunt Aruisiũ, & Lesbiũ; hoc quidem, veluti ex ipso nomine patet, in Lesbo natũ. E Aruisiũ locis quibusdã in Chio prouenit. Quũ verò tria sint in Lesbo oppida, minus certè, tũ odorum, tũ dulce in Mitylene gignitur; magis & odoratum, & dulce in Eresso, dein in Methymna. At sumenda ex his, quæ aparachyta sunt, ita enim nominant ea, quibus marina aqua admixta nõ est, rati maximum futurum incommodum ex ijs, quibus est admixta. Alioqui nec assolẽt in Lesbo nobilibus vinis, de quibus nunc agitur, marinam aquam immiscere: veluti nec Aruisio in Chio. Generatur & in Hellesponti Mysia vinum Sur- F rentino non absimile, Mysinum per eminentiam vocant. Hæc omnia vina flaua & calida, & odora sunt, & consistentia, quæ inter aquosa crassáque, sit media. Aquosæ verò consistentiæ sunt Adrianum, & Sabinum, & Albanum, & Gaurianum, & Thuscum, & Neapolitanum Aminæum, quod in locis Neapoli vicinis gignitur, vnde etiam ita id nominant. In Asia verò, & Tibecinum, & Titacazenum, & tertium ab ijs Arsyinum. Contra verò crassa sunt, vt Siræon, *id est sapa*, quod apud nos hepsema nominant, & Scybellites, & Theræum, & Albates;

& Albates; in Asia verò Ægeates, & Perperinum. Ergo, quibus ex abundantia crudorum humorũ syncope incidit, iis crassa vina ceu noxia, aquosa ceu parum efficacia, sunt fugienda; deligenda verò sunt eorum media, quæque, vt dictum est, flaua sint, & calida. Neque enim inuenias ex albis vinis calidum vllum: quum etiam austera, & mediocriter alba, tum inueterata, fuluiora quodammodo reddantur; quòd si aliter nominare fuluum colorem velis, licet, voces fuluum, vel pallens. Quotquot autem in ipsis calidissima sunt, omnia certè flaua sunt; cuiusmodi in Italia est Cæcubũ. Quod etiam vnum quoddam genus eiusmodi vinorum ab initio, vt aliqui putant, non est, verùm ex vetustate eò peruenit, vt colorem obtineat, vnde ipsi quoque nomen est; non tamen eò omnia perueniunt, quum priùs crassentur, quàm in pellucido flauum colorem accipiant. Reliquorum vinorum austerorum, quæ mediocriter alba crassáque sunt, nullum ad distributionem in corpus est idoneum; si tamen abundè inueterauerint, nec aliorum copia sit, vti illis licebit; sunt verò eiusmodi omnia, quum inueterauerint, stomacho vtilia. Quo verò habeas horum quoque exemplum, tum eius, quod ex Nicomedia affertur, memineris, velim, quod omnibus hominibus est notum; tum Siculi Aminæi, quod in magnis reponitur fictilibus: quod enim in paruis seruatur lagunculis, maximè huic est contrarium, quum & malum stomacho sit, & capitis dolorem excitet. Ac semper quidem est id agendum, vt optimum eligas; si id non sit, quod illi pro iam comprehensis notis est, quàm simillimum. Aptissima nanq; ad distributionem in corpus sunt Aruisiũ, & Lesbium; sed, si ea desint, simúsque in Asia, aut Aphrodisiense petemus, aut austerum Tmolites, aut aliquod his similiũ, quod & colore sit fuluũ, & ilicò quum bibitur, manifestè calefaciat. Considerandum verò ante omnia est, qualísnam ęgrotantis natura sit; nam, si imbecillum illi caput sit, & quod facilè calidis vinis impleatur, minùs calida potiùs sunt offerenda; sin firmo admodum capite sit, & talibus vinis delectetur, aut etiam citra noxam ea ferre sit solitus, haud timidè his vtetur. At vina & odora, & fulua, quantum ex ipsorum est natura, omnia capitis dolorem excitant; eóque tum Falernum, tum Tmolites, tum Lesbium, infirmo capiti noxia sunt. Qualis autem in Falernis tradita nobis differentia est, talis, & in Tmolitis habetur; alterum enim admodum est dulce, alterum austerum, si cum illo conferatur; calida tamen admodum ambo sunt, eóque capiti dolorem inferentia. Austera vina ventriculum roborant, capútque inter omnia vina minimè tẽtant; cæterùm distributionem non promouent; quo magis fugiẽda tibi in syncope prehensis sunt nõ minùs, quàm aqua. Habile verò ad distributionẽ, & Hippodamantiũ, quum inueterauit, est ipsum quoque ex ea specie, cuius tũ dulce Falernum est, tum verò Tmolites; inest huic & adstrictio manifesta, quæ tamen in neutro illorum est, itaque etiam salubrius stomacho est. In penuria verò vini, quod accommodum vtrique syncopæ sit, ei, inquã, quæ ex multitudine crudorũ *humorum* oritur, & ei quæ ex bile incidit, coactus prorsus vino vti, fugienda sunt (vt diximus) omnia, tum austera, tum noua; fugienda quoque crassa: deligenda verò aquosa, magísq; si sint antiqua; talia nanque, tametsi nõ valenter calefaciũt,

A Ἀλβάτης· ἐπὶ δὲ τῆς Ἀσίας, Αἰγεάτης τε καὶ Περπερῖνος. ἐφ' ὧν οὖν διὰ πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἡ συγκοπὴ γίνεται, τοὺς μὲν παχεῖς, φευκτέον ὡς βλάπτοντας, τοὺς δὲ ὑδατώδεις, ὡς ἀπράκτους· αἱρετέον δὲ τοὺς μέσους αὐτῶν, κιῤῥοὺς, ὡς εἴρηται, καὶ θερμοὺς ὄντας. οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροις οὐδένα τῶν λευκῶν οἴνων, θερμόν· ὅπου γε καὶ οἱ αὐστηροὶ καὶ μετρίως λευκοὶ παλαιούμενοι, κιῤῥότεροί πως γίνονται. εἰ δὴ ἄλλως ἐθέλεις ὀνομάζειν τὸ κιῤῥὸν χρῶμα, δύναιο ἂν λέγειν πυῤῥὸν ἢ ὠχρόν. ὅσοι δ' ἐν αὐτοῖς εἰσι θερμότατοι, ξανθοὶ πάντες εἰσίν· ὁποῖος καὶ ὁ Καικοῦβος ἐπὶ τῆς Ἰταλίας. B ὃς οὐχ ἕν τι γένος ἐστὶν οἴνου τοιούτου ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν, ἀλλ' ὑπὸ παλαιότητος εἰς τοῦθ' ἥκων, ὡς πυῤῥὰν ἔχειν χρόαν, ὅθεν περ καὶ τοὔνομα αὐτῷ· ἥκουσι δὴ οὐ πάντες εἰς τοῦτο φθάνοντες παχύνεσθαι, πρὶν ἐν τῷ διαυγεῖ τὸ ξανθὸν λαβεῖν χρῶμα. τῶν δ' ἄλλων οἴνων τῶν αὐστηρῶν, ὅσοι μετρίως λευκοὶ καὶ παχεῖς, οὐδεὶς ἐπιτήδειος εἰς ἀνάδοσιν· εἰ μέν τοι παλαιωθεῖεν ἱκανῶς, χρήσαιτ' ἄν τις αὐτοῖς ἑτέρων μὴ παρόντων· εὐστόμαχοι δή εἰσιν οἱ τοιοῦτοι πάντες παλαιούμενοι. ὅπως δὲ καὶ τούτων ἔχοις τι παράδειγμα, C τοῦ τ' ἀπὸ τῆς Νικομηδίας ἀναμιμνήσκω σε πᾶσιν ἀνθρώποις γνωρίμου, καὶ τοῦ Σικελοῦ τοῦ Ἀμιναίου τοῦ ἐν τοῖς μεγάλοις κεραμείοις· ὁ γὰρ ἐν τοῖς μικροῖς λαγυνίοις, ἐναντιώτατος τῷδε, κακοστόμαχος ἅμα, καὶ κεφαλαλγὴς ὑπάρχων. πειρᾶσθαι μὲν οὖν ἀεὶ τὸν ἄριστον αἱρεῖσθαι· μὴ παρόντος δὲ, τὸν ὁμοιότατον ἐκείνῳ, κατὰ τὰ λελεγμένα γνωρίσματα. κάλλιστοι γοῦν εἰς ἀνάδοσιν, ὅ, τε Ἀρούσιός ἐστι, καὶ ὁ Λέσβιος· ἀλλ' εἰ μὴ παρεῖεν, ἐν Ἀσίᾳ δὲ εἴημεν, ἤτοι τὸν Ἀφροδισιαῖον ληπτέον, ἢ τὸν D αὐστηρὸν Τμωλίτην, ἤ τινα τῶν ὁμοίων αὐτοῖς, κιῤῥὸν τῇ χρόᾳ καὶ θερμαίνοντα σαφῶς, εἰ ποθεῖν παραχρῆμα. ἐπισκέπτεσθαι δὲ χρὴ πρὸ πάντων ὁποία τις ἡ τοῦ κάμνοντός ἐστι φύσις, εἰ μὲν γὰρ ἀσθενὴς τὴν κεφαλὴν εἴη, καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θερμῶν οἴνων πληρούμενος, ἐπὶ τοὺς ἧττον θερμοὺς ἔρχεσθαι μᾶλλον χρή· εἰ δὴ ἰσχυρὸς τὴν κεφαλὴν ᾖ, καὶ χαίρων οἴνοις τοῖς τοιούτοις, ἢ εἰθισμένος ἀλύπως φέρειν, χρηστέον αὐτοῖς θαῤῥούντως. κεφαλαλγεῖς δὲ εἰσιν ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, οἶνοι πάντες οἱ εὐώδεις, καὶ κιῤῥοί· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Φαλερῖνος, καὶ ὁ Τμωλίτης, καὶ ὁ Λέσβιος, E ἀσθενεῖ κεφαλῇ βλαβεροί. ὁποία δὲ ἐν τοῖς Φαλερίνοις οἴνοις εἴρηται διαφορὰ, τοιαύτη κἀν τοῖς Τμωλίταις· ὁ μὲν γὰρ ἕτερος, ἱκανῶς γλυκὺς, ὁ δὲ ἕτερος, αὐστηρὸς, ὡς ἐκείνῳ παραβάλλειν· θερμοὶ δὴ ἱκανῶς ἀμφότεροι, καὶ διὰ τοῦτο κεφαλαλγεῖς. οἱ δὲ αὐστηροὶ, τήν τε γαστέρα ῥωννύουσι, καὶ ἄλυποι τῇ κεφαλῇ πάντων οἴνων μάλιστ' εἰσίν· εἰς ἀνάδοσιν δὲ οὐχ ὁρμῶσιν· ὥστε σοι φευκτέον αὐτοὺς ἐπὶ τῶν συγκοπτομένων, οὐδὲν ἧττον ὕδατος. ἐπιτήδειος δὲ εἰς ἀνάδοσιν, καὶ ὁ Ἱπποδαμάντειος παλαιωθεὶς, ἐκ τῆς ἰδέας ὢν τοῦ τε Φαλερίνου γλυκέος, καὶ τοῦ F Τμωλίτου· πρόσεστι δὲ αὐτῷ στύψις σαφὴς, ἥπερ ἐκείνων οὐδετέρῳ, καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν εὐστομαχώτερος. ἀποροῦντι δὲ σοι τῶν οἰκείων οἴνων, ἐν ἑκατέρᾳ τῇ συγκοπῇ, λέγω δὲ τῇ τε διὰ πλῆθος ὠμῶν, καὶ τῇ διὰ χολὴν, ἀναγκαζομένῳ τε πάντως οἴνῳ χρήσασθαι, φευκτέοι μὲν, ὡς εἴρηται, πάντες οἱ αὐστηροὶ, καὶ νέοι· φευκτέοι δὲ καὶ οἱ παχεῖς· αἱρετέοι δὲ οἱ ὑδατώδεις, καὶ μᾶλλον εἰ παλαιοὶ τύχοιεν ὄντες· οὐ θερμαίνουσι μὲν γὰρ ἱκανῶς οἱ τοιοῦτοι,

ῥᾳδίως δὲ ἀναδίδονται· ὥστε τοῦ τάχους τῆς ἀναδόσεως, κοινοῦ τοῖς τοιούτοις οἴνοις πρὸς τοὺς κιῤῥοὺς ὄντος, ἡ διαφορὰ γίγνεται ἂν ἐν τοῖσδε· πέψει μὲν, τῇ κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ φλέβας, οἱ κιῤῥοὶ συναίρονται μᾶλλον, ὅτι καὶ μᾶλλον θερμαίνουσιν, ἔτι τε εὐκρατικοὶ δ' εἰσὶ, καὶ θρεπτικοὶ· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ταῖς εὐχυμίαις συντελοῦσιν. ὧν οὐδὲν ὑπάρχει τοῖς ὑδατώδεσιν, ἥκιστα γὰρ ἐκ τῆς τούτων οὐσίας ὁμοιοῦταί τι τῷ αἵματι. πληττόντων δὲ τῶν κιῤῥῶν τὴν κεφαλὴν, ἀλυπότατοι πεφύκασιν οἱ ὑδατώδεις· οὐρητικοὶ δὲ εἰσὶν ἁπάντων οἴνων μάλιστα. δεύτεροι δ' ἐπ' αὐτοῖς, ὅσοι λεπτότατοι τῶν κιῤῥῶν· οὓς μάλιστ' ἄν τις εἰς συγκοπὰς αἱροῖτο. βραδυπορώτεροι δὲ τούτων, οἱ κιῤῥοὶ καὶ παχεῖς· ἀλλ' ὅμως τῶν αὐστηρῶν ἁπάντων περατώτεροι. τρέφουσι δὲ μᾶλλον τῶν λεπτῶν, καὶ κακοχυμίαν τε, τάχιστα πάντων τῶν οἴνων, ἐπανορθοῦνται, χρηστὸν αἷμα γεννῶντες. ἐπὶ τὴν ἀρχὴν οὖν αὖθις ἐπαναγάγωμεν τὸν λόγον.

tamen facilè distribuuntur. Proinde, quum celeritas distributionis sit his cum fuluis communis, differentia rursus in his erit, quòd concoctioni, quæ in ventriculo, & venis agitur, fulua magis conducant, propterea quòd magis calefaciunt; præterea contemperantia sunt, & nutrientia, eóque ad humorum bonitatem conferunt. Quorum omnium nihil in aquosis vinis est, minimum enim ex horum substantia sanguini assimilatur. Sed quum fulua caput feriant, aquosa minimè molesta sint, vrinas autem maximè præter cætera vina mouent. A quibus secundum locum obtinent, quæcunque fuluorum maximè sunt tenuia; quæ etiam ad syncopas potissimũ sunt deligenda. Tardius his meatus permeant quæ fulua, & crassa, quanquam ea quoque austeris omnibus magis sunt penetrabilia. At verò nutriunt hæc magis, quàm tenuia, ac vitiosos humores omnium vinorũ celerrimè bono sanguine generando, corrigunt. Ergo institutum sermonem denuò repetamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Περὶ τοῦ κωλύειν τὰς διαθέσεις ἔν τε τῷ πνεύματι, ἔν τε τοῖς μέρεσι τοῦ σώματος, ὑφ' ὧν δυνάμεις βλάπτονται, καὶ γίνεται ἡ συγκοπή.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ συγκοπὴ κατάπτωσίς ἐστιν ὀξεῖα δυνάμεως, εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ ἡ οὐσία τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων ἔν τε τῷ πνεύματι, καὶ τῇ τῶν στερεῶν σωμάτων ἐστὶ κράσει, ταῦθ' ἡμῖν φυλακτέον ἐστὶ παρόντα, καὶ ἀνασωστέον διαφθειρόμενα. πῶς μὲν οὖν χρὴ φυλάττειν αὐτὰ κατὰ τὸν τῆς ὑγείας χρόνον, ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς δεδήλωται. πῶς δὲ ἐν ταῖς νόσοις, εἴρηται μὲν ἤδη καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ὑπομνημάτων, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν. οὐ μὴν ἤδη γέ πω τὸ σύμπαν εἰς πρέπουσαν ἥκει θεωρίαν, οὐδὲ τοιαύτην ἔχει μέθοδον, οἵαν τἄλλα τὰ πρόσθεν. ὅπερ οὖν ἐνδεῖ, προσθεῖναι καιρός. τὴν τοῦ πνεύματος οὐσίαν, ἅμα τοῖς στερεοῖς σώμασι, φυλακτέον ἡμῖν ἐστιν ἐν ταῖς νόσοις, ὥστε καὶ τῇ ποιότητι, καὶ τῇ ποσότητι, καθ' ὅσον ἐνδέχεται κατὰ φύσιν ἔχειν αὐτά. εἰ μὲν οὖν ἐνεχώρει τοῦ τε μὴ κενοῦσθαί τι τῆς οὐσίας αὐτῶν, καὶ τοῦ μηδ' ὅλως ἀλλοιοῦσθαι προνοήσασθαι, τοῦτ' ἂν ἦν ἄριστον. ἐπεὶ δ' ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ὑπομνήμασιν, ἀδύνατον ἐδείχθη τὸ τοιοῦτον ὑπάρξαι ποτὲ τῷ γεννητῷ σώματι, πειρᾶσθαι χρὴ τὸ μὲν ἐκρέον τῆς οὐσίας, ἐπανορθοῦσθαι προσθέσει· τὸ δὲ ἀλλοιούμενον, εἰς τὴν ἔμπροσθεν ἐπανάγειν δι' ἐναντίας ἀλλοιώσεως. εἰ μὲν οὖν, ἥ τε κένωσις, ἥ τε ἀλλοίωσις γίγνοιτο κατὰ βραχὺ, καὶ ἡ ἐπανόρθωσις ἀμφοῖν ἔσται κατὰ βραχύ· καὶ τοῦτ' ἔστιν ἔργον, ὡς ἐδείχθη, τῆς ὑγιεινῆς τέχνης. εἰ δὲ καὶ ἀθρόως, καὶ κατὰ μεγάλα μὴ μόνον αἱ κενώσεις, ἀλλὰ καὶ αἱ προσθέσεις ποτὲ γίγνοιντο, νόσος ἂν οὕτω γε συσταίη, θεραπευτικῆς δὲ ἂν εἰς τὴν ἴασιν αὐτῆς δεοίμεθα μεθόδου. ὥσπερ οὖν τῆς ὑγιεινῆς ἦν ἔργον, τὸ κατὰ μικρὰ τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴν ἐπανορθοῦσθαι, οὕτω τῆς θεραπευτικῆς ἐστι, τὸ κατὰ μεγάλα. τοῦ μὲν δὴ ψυχικοῦ πνεύματος ἐναργῶς ἐδείξαμεν οἷον πηγήν τινα οὖσαν τὸν ἐγκέφαλον, ἀρδόμενον καὶ τρεφόμενον ἔκ τε τῆς εἰσπνοῆς, καὶ τῆς ἐκ τοῦ δικτυοειδοῦς πλέγματος χορηγίας. τοῦ δὲ ζωτικοῦ πνεύματος, οὐχ ὁμοίως μὲν ἐναργὴς ἡ ἀπόδειξις ἦν· οὐ μὴν ἀπίθανόν γε, κατά τε τὴν καρδίαν αὐτὸ, καὶ τὰς ἀρτηρίας δοκεῖν περιέχεσθαι, τρεφόμενον καὶ τοῦτο, μάλιστα μὲν ἐκ τῆς ἀναπνοῆς, ἤδη δὲ καὶ τοῦ αἵματος. εἰ δὲ ἔστι τι καὶ φυσικὸν πνεῦμα,

CAPVT V.

De affectibus tum in spiritu, tum in partibus corporis, quibus vires læduntur, & syncope exoritur, remouendis.

Quòd syncope præceps virium lapsus sit, id ab aliis ante me dictum est. Sed quũ essentia viriũ nos gubernantium, tum in spiritu, tũ in solidorũ corporũ temperamento consistat, hæc nobis, & integra seruari, & vbi corrũpuntur, ad integrũ reuocari debent. Itaq; quemadmodũ tueri ea per sanitatem conueniat, in opere De tuenda sanitate est præceptũ. Quemadmodum verò & in morbis, traditũ iam aliquatenus & in præcedentibus cõmentariis est, nunc verò adhuc dicetur. Nõ tamẽ adhuc res tota ad decentem venit contemplationem, neque talem methodum habuit, qualẽ alia priora. Quod igitur deest, id adiiciendi tempus. Spiritus substãtia vnà cũ solidis corporibus sic nobis custodienda in morbis sunt, vt tũ qualitate, tũ quantitate, quoad fieri licet, secundũ naturam se habeant. Ac, si quidẽ sic prospici his posset, vt nec substãtiæ eorũ quicquã aut vacuaretur, aut prorsus immutaretur, id esset optimũ. Sed, quoniã in cõmentariis de sanitate tuenda ostẽdimus fieri nõ posse, vt id generabili corpori vnquã contingat, id agendum est, vt quæ substantiæ portio defluit, hanc apponẽdo sarciamus; quod alterascit, in debitã temperiẽ per contrariã alterationẽ vindicemus. Si igitur tũ vacuatio, tũ alteratio sensim paulatimq; fiant, etiã correctio vtriusq; sensim administrabitur, quod munus ad artẽ sanitatis tuendæ spectare est monstratũ. Sin cõfertim, & simul magna aliquando vacuatio, vel etiã adiectio incidat, & morbus ita efficiatur, tunc medendi methodũ ad eorũ sanationẽ requiremus. Vt igitur mutationem in statum contra naturã, quæ sensim paulatimq; irrepit, corrigere, sanitatis tuendæ artis sunt partes, ita eam, quæ multa simul irruit, sarcire, ad medendi peritiam spectat. Ergo animalis spiritus cerebrum veluti fontẽ esse, clarè ostendimus, qui partim ex inspirando, partim ex eo, quod reticularis plexus suppeditat, irrigatur, atq; alitur. Vitalis spiritus non æquè euidens demonstratio erat, sed tamen in corde eũ & arteriis cõtineri existimare, alienũ à ratione non est; eundémq; nutritum, maximè quidẽ ex respiratione, sed tamen & ex sanguine. Quod si naturalis quoq; aliquis spiritus est,

vtique

vtique is quoque in iecinore & venis continebitur. Sanè dictum fusissimè de virium essentia est in libris, quos de Hippocratis & Platonis placitis scripsimus. Solidorum verò corporum substantia certa esse quātitate proculdubio desiderat; ideóque nutrimenta mortale genus tuentur. Sed nihilo secius & elementa, ex quibus cōponitur, *mediocri* esse temperie requirit, dictúmque iam sæpè est, quemadmodum temperies ea sit tuenda. Cæterùm, virium lapsus, de quo nunc agere institui, solidorum corporum substantiæ exhaustæ succedens, in longissimis morbis sępè incidit, animante ex frequenti atrophia, extenuato; præterea in iis febribus acutis syntecticis, *id est colliquantibus*. Qui verò ex substantiæ temperie mutata prouenit, quum vel immodicè ipsa fuerint calefacta, vel refrigerata, vel madefacta, vel siccata, aut horum aliquibus copulatis affecta. Alteratio verò spiritus, tum ex vitiosis prouenit humoribus, tum ex ambientis aeris malitia, qui aliàs alia de causa in hanc est mutatus; præterea venenatis facultatibus, aut animalium, quæ virus eiectant, venenis. Verùm hæc à præsenti instituto seponantur. Ipsius verò essentiæ spiritus corruptio, & quæ futura timetur, & quæ iam adest, quæ tum ex affectu animi incidit, tum ingenti dolore, tum pluribus motibus; cuius generis & vigiliæ sunt, tum ex immodica eius tenuitate, & continentium eum corporum raritudine; tum verò ante hæc omnia ex ipso respiratu prohibito, & nutrimenti defectu, diligentiùs corrigi profectò postulat. Sunt igitur affectus animi, timor subitus & vehemens, quem ecplexin vocant; præterea, quæ contraria huic timori est, voluptas maxima, pericharian vocant. Scimus enim amborum occasione periisse quosdam. Iam reliqui quoque magni timores omnes, & cum his maximæ voluptates, etsi non perimant, at certe facilè resolubilem infirmúmque spiritum reddunt. Tristitia verò, & anxietates, & ira, & cura, eo genere sunt noxiæ, quo frequentes vigiliæ, quòd vires resoluant. Ac in iis quidem omnibus ipsa per se ipsam mouetur anima, in practicis autem actionibus ipsa corpus mouet; resoluitur autem eius robur vtroque motuum suorum genere, si modum excedant. De laboribus verò quid attinet dicere, quo pacto & vehementius aucti quosdam iugularint, & omnes certè læserint, tametsi non sustulerunt? In omnibus eiusmodi casibus manifestè videntur ægrotantes, tum animo linqui, tum viribus resolui; nonnulli verò (vt dictum est) etiam mori, scilicet aliàs spiritu ipso deperdito, aliàs alterato, aliquando ex parte discusso, non rarò hæc vtraque perpesso. Tractatum autem fusiùs de his est, cùm in aliis libris, tum verò in iis, quos de Hippocratis & Platonis dogmatis prodidimus. Ad rem verò propositam, modum, quo singula lædere sunt nata, disquirere necesse non est, imò, quòd lædant, ab ipsa euidentia accipere, ac eo ad vires tuendas in morbis salubriter vti. Pari modo, & si spirituum nos gubernantium substantia aliquando plus iusto extenuata fuerit, vtroque profectò modo imbecilla fuerit, & tanquam temperie alterata, & tanquam dissipabilis, vel exhalabilis, vel, quocunque modo libet appellasse, reddita. Eadem nimirum ratione, & si totū corpus transmutatum in immoderatam raritudinem sit, facilè spirituum substantia discutitur; quòd & ipsa tenuium partium sit, & corpus eam non contineat. Ergo nec rarefaciendum

A περιέχοιτ' ἂν καὶ τοῦτο κατά τε τὸ ἧπαρ, καὶ τὰς φλέβας. εἴρηται δὲ ἐπὶ πλεῖστον, ὑπὲρ οὐσίας δυνάμεων, ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων. ἡ δὲ τῶν στερεῶν σωμάτων οὐσία, δεῖται μὲν δήπου ποσή τις ὑπάρχειν· καὶ διὰ τοῦτο αἱ τροφαὶ διασώζουσι τὸ θνητὸν γένος. οὐ μὴν ἧττον εὐκρασίας χρήζει τῶν συνθετικῶν αὐτῶν στοιχείων· καὶ λέλεκται πολλάκις ἤδη, δι' ὧν χρὴ φυλάττειν αὐτὴν εὔκρατον. ἀλλ' ἥ γε καταπτῶσις τῆς δυνάμεως, ὑπὲρ ἧς νῦν πρόκειται λέγειν, ἐπὶ μὲν τῇ στερεᾷ οὐσίᾳ διαφθειρομένῃ, κατά γε τὰ χρονιώτατα B νοσήματα, γίγνεται πολλάκις, ἀτροφίᾳ λεπτυνθέντος τοῦ ζώου, καὶ τῶν ὀξέων ἐν τοῖς συντηκτικοῖς πυρετοῖς. ἐπὶ δὲ τῇ κράσει μεταβαλλούσῃ θερμανθέντων αὐτῶν ἀμέτρως, ἢ ψυχθέντων, ἢ ὑγρανθέντων, ἢ ξηρανθέντων, ἢ κατὰ συζυγίαν τι τούτων παθόντων. ἡ δὲ τοῦ πνεύματος ἀλλοίωσις, διά τε μοχθηροὺς γίγνεται χυμούς, καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος κακίαν, ἄλλοτε ἐξ ἄλλης αἰτίας εἰς τοῦτ' ἀχθέντος· ἔτι τε τὰς δηλητηρίους δυνάμεις, ἢ τοὺς τῶν ἰοβόλων ζώων ἰούς. ἀλλ' ἐξῃρήσθω γε ταῦτα τῆς ἐνεστώσης ὑποθέσεως. ἡ δὲ τῆς οὐσίας τοῦ πνεύματος φθορά, γενήσεσθαί τε κινδυνεύουσα, καὶ ἡ ἤδη γινομένη C διά τε πάθος ψυχικόν, καὶ ὀδύνην ἰσχυράν, καὶ κινήσεις πλείους· ἐξ οὗ γένους ἐστὶ καὶ ἀγρυπνία, καὶ προσέτι δι' ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ λεπτότητα, καὶ τῶν περιεχόντων αὐτὸ σωμάτων ἀραίωσιν· καὶ δὴ καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων, δι' ἐπίσχεσιν τῆς ἀναπνοῆς, καὶ τροφῆς ἀπορίαν, ἐπανορθώσεως ἀκριβεστέρας δεῖται. τὰ μὲν οὖν πάθη τὰ ψυχικά, φόβοι τε εἰσὶν ἐξαιφνίδιοι, καὶ σφοδροί, οὓς ἐκπλήξεις καλοῦσιν· αἵ τ' ἐναντίαι τοῖς φόβοις ἡδοναὶ μέγισται, καλοῦσι δὲ καὶ ταύτας περιχαρείας. ἴσμεν γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ἀποθανόντας τινάς. ἤδη δὲ D καὶ οἱ ἄλλοι φόβοι πάντες οἱ μεγάλοι, σὺν ταῖς μεγίσταις ἡδοναῖς, εἰ καὶ μὴ ἀπέκτειναν, ἀλλ' ἔκλυτον ἐργάζονται καὶ ἄτονον τὸ πνεῦμα. καὶ λῦπαι δέ, καὶ ἀγωνίαι, καὶ θυμοί, καὶ φροντίδες, ἐν οἵῳ τρόπῳ καὶ αἱ πλείους ἀγρυπνίαι, βλάπτουσι καταλύουσαι τὴν δύναμιν. ἐν μὲν δὴ τούτοις ἅπασιν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ κινεῖται, κατὰ δὲ τὰς [178] πρακτικὰς ἐνεργείας, τὸ σῶμα κινεῖ· καταλύει δὲ αὐτῆς τὸν τόνον ἑκάτερα τὰ γένη τῶν οἰκείων κινήσεων, εἰς ἀμετρίαν ἐκταθέντα. περὶ δὲ πόνων, τί δεῖ λέγειν; ὅπως αὐτίκα μέν τινας, αὐξηθέντες ἐπὶ τὸ σφοδρότερον, ἔβλαψαν δὲ πάντας, εἰ καὶ μὴ τύχοιεν E ἀποκτείναντες. ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ἐναργῶς φαίνονται λειποθυμοῦντές τε, καὶ καταλυόμενοι τὴν δύναμιν, οἱ κάμνοντες· ἔνιοι δέ, ὡς εἴρηται, καὶ ἀποθνήσκοντες· ἔσθ' ὅτε μὲν ἀπολλυμένου τοῦ πνεύματος, ἔσθ' ὅτε δὲ ἀλλοιουμένου· ποτὲ δὲ ἐκ μέρους διαφθειρομένου, πολλάκις δ' ἀμφότερα ταῦτα πάσχοντος. εἴρηται γὰρ ἐπὶ πλέον ὑπὲρ αὐτῶν, ἔν ἄλλοις τέ τισι, κἀν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων. εἰς δέ γε τὰ παρόντα, τὸν μὲν τρόπον ᾧ βλάπτειν ἕκαστον πέφυκεν, οὐκ ἀναγκαῖον ζητεῖν· τὸ δὲ ὅτι βλάπτει, λαβόντα F παρὰ τῆς ἐναργείας, χρῆσθαι συμφερόντως εἰς φυλακὴν δυνάμεως ἐν νόσοις. οὕτω δ' εἰ καὶ λεπτυνθείη ποτὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος, ἡ τῶν διοικούντων ἡμᾶς πνευμάτων οὐσία, γίγνοιτ' ἂν ἀσθενὴς κατ' ἀμφότερα, καὶ ὡς ἠλλοιωμένη τὴν κρᾶσιν, καὶ ὡς εὐσκέδαστος, ἢ εὐδιαφόρητος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλῃ γεγενημένη. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἰ καὶ τὸ σῶμα σύμπαν εἰς ἄμετρον ἐκτραπείη μανότητα, διαφθείροιτ' ἂν ἡ τῶν πνευμάτων οὐσία ῥᾳδίως, αὐτή τε λεπτομερὴς ὑπάρχουσα, καὶ τῶν σωμάτων μὴ στεγόντων αὐτήν. οὔκουν οὐδ' ἀραιοῦν

ἀμέτρως χρὴ τοῦ νοσοῦντος τὸ σῶμα, συνέχειν ἐν ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα προαιρούμενον· οὔτε λεπτύνειν ἰσχυρῶς τὰ κατ' αὐτό, διὰ τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων. ὅτι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν τροφῶν, ἅμα τοῖς ποτοῖς, οὐ σμικρὸν ἐστὶ φροντιστέον εἰς ῥώμην δυνάμεως, ὅπως τῇ τε ποσότητι σύμμετροι, καὶ ταῖς ποιότησιν ἠκριβωμένοι εἶεν, πρόδηλον εἶναι νομίζω. πρόδηλον δὲ οὐδὲν ἧττον, ὡς καὶ τῆς εἰσπνεομένης οὐσίας φροντιστέον, ὅπως εὐκρατοτάτη τ' εἴη, καὶ παντὸς τοῦ μιαίνοντος αὐτὴν καθαρωτάτη, μήτ' ἐκ μετάλλων, ἢ καμίνων, ἢ βαράθρων ἐπιμιξίαν τινὰ λαμβάνουσα· μήτε ἐκ σηπεδόνος ὀσπρίων, ἢ λαχάνων, ἢ ζώων, ἢ ὁτουδήποτε· μήτ' ἀτμοὺς ἐκ λιμνῶν, ἢ ἑλῶν, ἢ ποταμῶν δεχομένη. ταῦτ' οὖν ἅπαντα προνοεῖσθαι χρή, διασώζειν βουλόμενον τὴν δύναμιν ἀβλαβῆ. ἔτι τε πρὸς τούτοις, αὐτῶν τῶν στερεῶν σωμάτων, ἐν οἷς δὴ καὶ μάλιστα ἔοικεν ἡ οὐσία τῶν δυνάμεων ὑπάρχειν, οὐ σμικρῶς προνοητέον, ὅπως ὑγιεινὰ ταῖς κράσεσιν εἴη· τοῦτο μὲν οὖν ἁπάντων μορίων κοινὸν ἀγαθόν. ἐξαίρετον δὲ εἰς ῥώμην δυνάμεως, καὶ προφυλακήν, τοῦ μή ποτ' ἐξαίφνης ἐπιπεσεῖν παροξυσμὸν συγκοπτικόν, ἡ φυλακὴ τῆς εὐκρασίας ἐστί· πρῶτον μὲν τῶν τριῶν ἀρχῶν, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων μορίων, ὅσα ταῖς ἀρχαῖς εἰς συμπάθειαν ἐπισπᾶται ῥᾳδίως, οἷόν περ ἐστὶ καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα, τοῦ περιττοῦ τῆς αἰσθήσεως, ἄλλα τε πολλὰ συμπτώματα, καὶ συγκοπὰς ἐπιφέρον. ἡ μὲν οὖν προειρημένη διάθεσις τῶν ὠμῶν χυμῶν, εἰ μὴ καὶ τῷ πλήθει βαρύνοιεν οὕτω τὴν δύναμιν, ἐμφράττοιέν τε διὰ πλῆθος, καὶ πάχος, τοῦ ζώου τοὺς πόρους, κατὰ πολλὰς προφάσεις, ὀλέθριός τε ἐστὶ καὶ συγκοπτική· καὶ τῷ μὴ τρέφεσθαι τὸ ζῶον, καὶ τῷ καταπνίγεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ διαφθείρεσθαι τῆς κράσεως τὴν συμμετρίαν. οἱ μὲν γὰρ ὠμοί, τρέφειν οὐ δύνανται, πρὶν πεφθῆναι· οἱ δὲ πολλοί, βαρύνουσιν· εἰ δ' ἐμφράττουσι τὰς διαπνοάς, σβεννύουσι τὸ θερμόν· εἰ δὲ μήτ' ἐμφράττοιεν, μήτε βαρύνοιεν, οὐ συγκοπὰς οὔτι γε φέρουσιν, ἀλλὰ τὰς καλουμένας λειποψυχίας· ἐκλύονται γὰρ εἰ μὴ τρέφοιντο συνεχέστερον οἱ τοιοῦτοι. διδόναι δὲ οὐ χρὴ πλῆθος εἰς ἅπαξ αὐτοῖς, οὐ μὴν οὐδὲ παχείας, ἢ ψυχρὰς τὴν δύναμιν τροφάς, ἀλλ' ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἐκ τοῦ γένους τῶν λεπτυνουσῶν τε καὶ θερμαινουσῶν. οὕτω δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ φάρμακα δοτέον, ὅσα γε λαβεῖν δύναται πυρέττων ἄνθρωπος, φάρμακα λεπτύνοντα καὶ θερμαίνοντα. τούτοις ὁ ὑδατώδης οἶνος εὐθέως ἐξ ἀρχῆς ἐπιτήδειος, εἰ μὴ σφοδρῶς πυρέττοιεν, ὅπερ οὐ πάνυ τι συμβαίνει κατὰ τὴν εἰρημένην διάθεσιν· ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ πρεσβῦται τύχοιεν ὄντες, οἶνος αὐτοῖς δοτέον ἐφ' ἑκάστῃ τροφῇ, καὶ μᾶλλον εἰ τὰ διαλείμματα εἴη μέτρια. παροξύνονται δὲ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις χυμοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ μᾶλλον εἰς ἑσπέραν τε καὶ νύκτωρ, οὐχ ἕωθεν δέ, οὐδ' ἄχρι μεσημβρίας. περὶ μὲν δὴ τούτων, καὶ ταῦθ' ἱκανὰ ἐστί.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ θεραπείας συγκοπῆς ἐν τοῖς ἔχουσι λεπτοτάτους χυμούς, καὶ τάχιστα διαφορουμένους.

Μεταβῶμεν δὲ ἐπὶ τοὺς ἐναντίαν μὲν ἔχοντας αὐτοῖς τὴν διάθεσιν, ὁμοίως δὲ τούτοις συγκοπτομένους, ἂν μὴ προσέχῃ τις ἀκριβῶς αὐτοῖς. εἰσὶ δ' οὗτοι λε-

A immoderatè ægrotantis corpus est, si spiritũ retineri in ipso studeas; sed nec, quæ in eo sunt, per ea quæ comeduntur & bibuntur, valenter extenuanda. Quòd verò ipsorum quoq; ciborũ, ac potionũ non leuis habenda sit cura ad robur virium tuendum, vt tũ quantitate modici, tũ qualitate exacti exquisitique sint, id neminem latere arbitror. Nihil verò minùs perspicuum, quod etiam substantiæ quam inspiramus, habenda sit cura, vt tũ optima temperie sit, tum ab omni inquinamento purissima, nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut B barathris sibi admisceat; aut aliquid ex putredine leguminum, vel olerum, vel animaliũ, vel cuiuscunq; rei contrahat; aut halitus ex stagnis, paludibus, vel fluuio recipiat. His itaq; omnibus prospiciat, oportet, qui vires illæsas tueri volet. Ad hæc etiam ipsorum corporum solidorum, in quibus vtique, vel maximè cõsistere virium substãtia videtur, non parua habenda prouidentia est, vt sano temperamento sint: atque hoc quidem omnium partium commune cõmodum est. Ad robur autem facultatis cõseruandum, & ad syncopalem accessionem, quò minùs de repente incidat, ca- C uendam, singulare præsidium est temperamenti custodia; ante omnia quidem trium principiorũ; mox verò reliquarum partium, quęcunque in cõsortium affectus, principia secum ex facili trahũt; eiusmodi est ventriculi os, quod propter exquisitum sensum, tum alia symptomata multa, tum verò syncopas accersit. Porrò memoratus iam crudorum humorum affectus, si & copia sua hi vires premant, & propter tum multitudinem, tum crassitudinẽ exiguos animalis meatus obstruant, iam multis de causis exitialis est, ac syncopæ opportunos reddit; nempe & quod animal sub eo non nu- D triatur, & suffocetur, & quòd symmetria tẽperamenti eius & alteretur, & corrumpatur. Quippe crudi *fucci* nutrire priùs quàm sint concocti, nequeunt, iidémque, cũ multi sunt, grauant: si verò spiramenta, quibus perspiratio agitur, obstruant, calorem extinguunt: quòd si nec obstruant, nec onerent, syncopen ij certè non inferunt, sed vocata animi deliquia; siquidem resoluũtur eiusmodi ægrotantes, nisi frequentiùs nutriantur. Porrò exhiberi his oportebit nõ copiosè semel, nec quæ crassa frigidáve potestate nutrimenta sint, sed, vt E dictum priùs est, quæ ex genere extenuantiũ calefacientiúmque sint. Ad eundem modũ & medicamenta, quæcunq; saltẽ medicamenta sumere febricitans homo potest, extenuantia calefacientiáque sunt offerenda. His & aquosum vinũ idoneum ab initio statim est, si tamen vehementer nõ febricitẽt; quod haud sanè frequenter in hoc affectu fieri assolet; magis etiã, si qui laborant, senes sint, præbendũ ijs post quãque cibationẽ vinũ est, magisque etiam, si interposita quietis spatia mediocria sint. Qui ex eiusmodi humoribus laborãt, hos quotidie accessiones exercent, præcipuéque ad vesperã, & noctu, non manè, nec vsque ad me- F ridiem. Atque de his quidem hactenus abundè.

CAPVT VI.

De curanda syncope in ijs, qui tenuissimos succos, & qui facillimè exhalant, obtinent.

TRanseamus autem ad eos, qui contrario quidem huic laborant affectu, sed tamen syncope similiter opprimuntur, nisi quis sedulò sit attentus. Hi sunt, qui prætenues

prætenues succos habent sic, vt ocyssimè exhalent. Itaq; etiam diuersa à iam dictis ratione sunt curandi. Illos nanque paulatim & assiduè vacuauimus, propterea quòd multam simul vacuationē ferre non poterant: at, qui sic se habent, hos paulatim & assiduè nutriemus. Quòd si à principio hos, viribus adhuc valentibus, *curandos* susceperimus, nec paulatim *eos cibabimus*; possunt nanque ij, vel quod liberius semel datum est, nutrimentum superare. Tanquam autem eos, qui ex crudi humoris multitudine syncope periclitantur, perniciosè affici diximus, quum iecur his, vel ventriculum phlegmone obsedit, itidē de quibus nunc agere instituimus, insanabiles sunt existimandi, si viribus iam languentibus aliquod eorum viscus phlegmone infestetur: neque enim assiduè hos nutrire fas est, sed tantùm in remissionibus, nec seruare eos, si non nutriantur, licet. In eiusmodi affectibus mortifera illa constitutio in facie celeriter, apparet; *Nasus acutus*, *oculi caui*, & reliqua, quæ deinceps sunt adscripta. Nam, siue multum excernant, siue vigilent, siue tristentur, siue non citò nutriantur, protinus eiusmodi faciē habent. Porrò, si alicuius horum, aut etiam plurium occasione tales esse videbuntur, minus esse malum putabis, quàm si absque his essent emaciati; sin absq; his tales appareant, perniciosum iudicabis; atque hoc ampliùs, si à principio morbi eam habeant speciem, neque enim, dum concoquatur, sufficient. Atque ob id Hippocrates dixit, si quid eiusmodi consenserit, minùs subesse periculi putandum. In morbi nanq; principio (vt prædixi) etiā si cum liquo prædictorum in eo sint statu, haud quaquam id bonum est: cæterùm minus id periculi minatur, quàm si cum horum nullo; imò ex *spiritu ipso* promptè discusso periculosum. Non solùm autem extenuato ita spiritu, & sanguine, his discussio sæpe incidere assueuit, sed etiam excretrice facultate per vniuersam *corporis* molem immoderatiùs concitata. Id quod incidere maximè ex ametria retetricis solet. Sanè nutrire, quicquid horum inciderit, est necesse; oportet etiam corporis summa densare, non secus quàm priorū rarefacere. Quum enim è diametro ij affectus inter se dissideant, etiam præsidiorum speciem diuersissimam requirunt. Ergo frigidum ijs aërem astringentémque comparabimus; qui, quemadmodum fiat, priùs est dictum. Vngendi similiter sunt adstrictorijs vnguentis. Tum cibi ijs dandi, qui non admodum promptè diffluant, non aqua mulsa, non ptisanæ cremor, sed panis, & sorbitio ex alica, & fructus austeri, & qui non facilè corrumpantur, tum ipsi per se, tum verò & cum pane, & alica, quæ in aqua sit cocta. Dabis verò aliquando ijs & oua, præcipuéque eorum vitellos, album enim eorum ægrè concoquitur; præterea gallinaceorum, qui lacte sint alti, testiculos; dabísque suillum cerebrum, sed vel diligenter assum, (quando, si cruentum detur, summopere lædit) vel in albo iure legitimè elixum, porrò & anetho iniectis. Denique omni ratione agendum, vt & humorum materiam crassiorem reddas, & cutim denses, & perflatus exhalationē inhibeas. Vinum verò ijs aquosum necessarium inter initia est, sumptum statim post cibum. Quod si ex sententia nobis omnia responderint, etiam carnei ijs aliquid nutrimenti post alia dabimus, potissimùm post quartum diem, humoribus, qui febrem excitauerunt, iam ad concoctionem venientibus.

A λεπτοὺς ἰκμῶδας ἔχοντες τοὺς χυμοὺς, ὡς διαφορεῖσθαι τάχιστα. καὶ δὴ καὶ θεραπευτέον αὐθις, ἐναντίως τοῖς προειρημένοις. ἐκείνους μὲν γὰρ ἐκενοῦμεν κατὰ βραχὺ συνεχῶς, διὰ τὸ μὴ φέρειν ἀθρόαν τὴν κένωσιν· τοὺς δ' οὕτως ἔχοντας, θρέψομεν κατὰ βραχὺ συνεχῶς. εἰ δ' ἐξ ἀρχῆς παραλάβωμεν ἔτι τῆς δυνάμεως ἐῤῥωμένης, οὐδὲ κατὰ βραχύ· δύνανται γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ πλείονος εἰς ἅπαξ δοθείσης περιγίγνεσθαι τροφῆς. ὥσπερ δὲ τοὺς ἐκ πλήθους ὠμῶν χυμῶν κινδυνεύοντας συγκοπῆναι, παντάπασιν ἐλέγομεν ὀλεθρίως ἔχειν, ὅταν τὸ ἧπαρ
B αὐτῶν, ἢ ἡ κοιλία φλεγμαίνῃ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς νῦν ὑποκειμένους ἐν τῷ λόγῳ, νομιστέον ἀνιάτως ἔχειν, ἐὰν φλεγμήνῃ τι τούτων σπλάγχνον, καμνούσης ἤδη τῆς δυνάμεως· οὔτε γὰρ οἷόν τε τρέφειν αὐθις συνεχῶς, ἀλλ' ἐν ταῖς παρακμαῖς μόνον, οὔτε μὴ τρέφοντας, οἷόν τε διασώζειν αὐθις ἐστιν. ἐπὶ μὲν τῶν τοιούτων διαθέσεων, ἡ νεκρώδης ἐν τῷ προσώπῳ κατάστασις ἐν τάχει γίνεται· ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἐφεξῆς λέλεκται. ἐάν τε γὰρ ἐκκρίνωσι πλέον, ἐάν τε ἀγρυπνήσωσιν, ἢ λυπηθῶσιν, ἢ μὴ θᾶττον τραφῶσιν, αὐτίκα τοιοῦτον ἴσχουσι τὸ πρόσωπον. εἰ μὲν οὖν
C σύν τινι τούτων, ἢ τισιν, ὀφθεῖεν οἱ τοιοῦτοι, μικρότερον εἶναι νόμιζε τὸ κακὸν, ἢ εἰ χωρὶς τούτων ἐλεπτύνθησαν· εἰ δ' ἄνευ τούτων, ὀλέθριον· ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος οὕτως ἔχοιεν, οὐδὲ γὰρ ἐξαρκέσουσιν εἰς τὴν πέψιν αὐτοῦ. ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἔφη· καὶ ἐὰν μέν τι τουτέων ὁμολογῇ, ἧττον νομίζειν δεινὸν εἶναι. κατ' ἀρχὴν μὲν γὰρ τοῦ νοσήματος, ὡς προεῖπον, εἰ καὶ μετά τινος τῶν προειρημένων οὕτως ἔχοιεν, οὐκ ἀγαθόν· ἧττον μὲν τοῦτο δεινὸν, ἢ εἰ καὶ μηδὲ μετὰ τούτων τινός· ἀλλὰ τῷ διαφορεῖσθαι ῥᾳδίως χαλεπόν. οὐ μόνον δὲ
D ἀπολεπτυνθέντος οὕτω τοῦ τε πνεύματος αὐθις καὶ τοῦ αἵματος, ἡ διαφόρησις εἴωθε γίνεσθαι πολλάκις, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως τῆς καθ' ὅλον τὸν ὄγκον ἀμετρότερον κινηθείσης. ὅπερ εἴωθε μάλιστα γίνεσθαι διὰ τὴν ἀμετρίαν τῆς καθεκτικῆς. τὸ μὲν δὴ τρέφειν ἀναγκαῖον, ὅτι περ ἂν ἦ τούτων· ἀναγκαῖον δὲ καὶ τὸ πυκνοῦν τὴν ἐπιφάνειαν, ὥσπερ τῶν προτέρων ἀραιοῦν. ἐκ διαμέτρου γὰρ ἀλλήλαις αἱ διαθέσεις ὑπάρχουσαι, καὶ τῆς τῶν βοηθημάτων ἰδέας ἐναντιωτάτης δεήσονται. ψυχρὸν οὖν ἐπὶ τούτων τὸν ἀέρα, καὶ στύφοντα ποιητέον· εἴρηται δὲ ἔμπροσθεν, ὅπως χρὴ ταῦτα πράττειν. ἀλειπτέον δὲ
E αὐθις ὁμοίως τοῖς στύφουσιν ἀλείμμασι. καὶ τροφὰς δοτέον οὐ πάνυ τι διαῤῥεούσας ἑτοίμως, οὔτε μελίκρατον, οὔτε χυλὸν πτισάνης, ἀλλ' ἄρτους, καὶ τὰ διὰ τοῦ χόνδρου ῥοφήματα, καὶ ὀπώρας αὐστηρὰς, καὶ δυσφθάρτους, αὐτάς τε καθ' ἑαυτὰς, καὶ μετ' ἄρτου, καὶ χόνδρου δι' ὕδατος ἑψημένου. δοτέον δὲ ποτὲ τοῖς ἐστιν ὅτε καὶ ὠὰ, καὶ μᾶλλον τὰς λεκίθους αὐτῶν, δύσπεπτον γὰρ τὸ λευκόν. ἀλεκτρυόνων τε τῶν γάλακτι τεθραμμένων τοὺς ὄρχεις· δοτέον δὲ καὶ τοὺς ἐγκεφάλους τοὺς ὑείους, ἤτοι γ' ὀπτηθέντας ἀκριβῶς· ἔναιμοι γὰρ δοθέντες, ἐσχά-
F τως βλάπτουσιν· ἢ διὰ τοῦ λευκοῦ ζωμοῦ καλῶς ἑψημένους, ἐμβεβλημένου πράσου καὶ ἀνήθου. καὶ ὅλως ἅπαντα πρακτέον, ὑπὲρ τοῦ παχυτέραν μὲν ἐργάσασθαι τὴν ὕλην τῶν χυμῶν, πυκνῶσαι δὲ τὸ δέρμα, καὶ διακωλῦσαι τὰς διαπνοάς. ἀναγκαῖος δὲ τούτοις ὁ ὑδατώδης οἶνός ἐστιν, εὐθὺς ἐπὶ τοῖς σιτίοις ἐξ ἀρχῆς λαμβανόμενος. εἰ δ' ὡς ἐλπίζομεν ἅπαντα γίγνοιτο, καὶ κρεώδους τροφῆς ἐπιδώσομεν αὐτοῖς τι, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, ἤδη τῶν τοὺς πυρετοὺς ἀναπτόντων χυμῶν, εἰς πέψιν ἡκόντων.

ἐν τοιαύτῃ διαθέσει γενομένου νεανίσκου κατὰ τὸν δέκατον ἐμνημόνευσα λόγον, ὃν ἔτρεφον μὲν, ὡς εἶπον, ἑκάστης ἡμέρας, καὶ μάλιστά γε πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. καὶ ὡς ἐξεπίτηδες ἅπαξ μου μὴ διδόντος αὐτῷ τροφὴν, ἡ εἰσβολὴ τοῦ παροξυσμοῦ μετὰ συγκοπῆς ἐγένετο. κατὰ τὰς τοιαύτας οὖν θεραπείας ἁπάσας, ἤδη μὲν συγκοπτομένου τοῦ κάμνοντος, ὁ πρὸς τὸ σύμπτωμα κρατεῖ σκοπός· οὐδέπω δ᾽ εἰς τοῦτ᾽ ἥκοντος, ἀμφοτέρων στοχαζόμεθα, τοῦ τε μὴ γενέσθαι τὸ σύμπτωμα, καὶ τοῦ κατὰ βραχὺ λυθῆναι τὸ νόσημα. θᾶττον δ᾽ ἂν ἐλύσαμεν αὐτὸ, μὴ δεδιότες τὸ σύμπτωμα. τὸν μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὠμῶν χυμῶν βαρυνόμενον, ἅπαξ ἂν οἶμαι κενώσαντες, ἀπηλλάξαμεν τῆς διαθέσεως, εἴπερ οἷός τε ἦν ἐνεγκεῖν ἀξίαν κένωσιν, καὶ μηδεὶς φόβος ἐφήδρευε συγκοπῆς· τὸν δ᾽ εὐδιαφόρητον, οὐκ ἂν, πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ τρέφειν ἀναγκαζόμενοι, μακρότερον εἰργαζόμεθα τὸ νόσημα. περὶ μὲν δὴ τούτων, ἀρκείτω τὰ λελεγμένα.

Tali affectu laborantis iuuenis, in decimo libro meminimus, quem (vti dixi) quotidie nutriui, idque ante accessionẽ potissimùm; tum, quemadmodum, semel dedita opera non exhibito illi cibo, accessio cũ syncope inuaserit, memorauimus. Ergo in omnibus eiusmodi curationibus, si iam deprehensus syncope cubans sit, ad symptoma scopus dirigitur; sin nondum in id veniat, vtriusque curam habebit, & vt symptoma non oboriatur, & vt morbus paulatim soluatur. Celeriùs autem hunc discuteremus, si nullus symptomatis subesset metus. Quippe, qui multitudine crudi humoris grauatur, hunc si modò iustam semel vacuationem ferre posset, nec metus aliquis syncopes impenderet, semel, arbitror, vacuatum à morbo explicaremus; eum verò, qui facilè exhauritur, si ante accessionem cibare cogeremur, longiorem illi morbum certè non redderemus. Ac de ijs quidem hæc mihi dixisse sit satis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ τῶν λοιπῶν τῆς συγκοπῆς αἰτιῶν, καὶ πρῶτον περὶ διαθέσεων, αἷς τὰ ἀλγήματα ἐπακολουθεῖται.

Τῶν δ᾽ ἄλλων προφάσεων ἐφ᾽ αἷς συγκόπτονται, μνημονεύσομεν ἐφεξῆς. εἰσὶ δὲ τέτταρες, ἄλγημά τε σφοδρὸν, καὶ ἀγρυπνία, καὶ κένωσις ἄμετρος γαστρός· ἐπὶ δὲ τῶν παραπαιόντων, καὶ ἡ κίνησις ἔστιν ὅτε. καὶ εἰ βούλει καὶ πέμπτην προσθῇ τὴν δυσκρασίαν τῶν ἀρχῶν, ὑπὲρ ἧς ἐπὶ τελευτῇ τοῦ λόγου διαλεξόμεθα, καὶ μάλισθ᾽ ὅτι διττῶς γίγνεται· ἤτοι κατὰ ψιλὰς τὰς ποιότητας ἀλλοιουμένων τῶν μορίων, ἢ κακοχυμίας τινὸς ἐν αὐτοῖς παραλαμβανομένης. ἐξῆς οὖν ὑπὲρ ἁπάντων ῥητέον τῶν εἰρημένων, ἀρξαμένοις ἀπὸ τῶν ἀλγημάτων. εἰ μὲν οὖν δυνάμεθα τὴν αἰτίαν αὐτὴν ἐκκόψαι δι᾽ ἣν ἀλγοῦσιν, οὕτως ἂν οὐ πρὸς σύμπτωμα εἴημεν ἐνεργοῦντες, ἀλλ᾽ ἰώμενοι τὸν κάμνοντα· κωλυόμενοι δὲ διά τινα πρόφασιν, ἐπὶ τὴν διάθεσιν ἰέναι, πραΰνομεν τὸ τῶν ἀλγημάτων σφοδρόν. ἐπεὶ δ᾽ οὔτε ἀναιρεῖν οἷόν τε ἐστὶ τὰς τῶν ἀλγημάτων αἰτίας, οὔτ᾽ ἀμβλύνειν τὰς σφοδρότητας, ἄνευ τοῦ γνῶναι τουτὶ τὸ ἄλγημα, ὃ περὶ τὸν κάμνοντα συνέστηκεν, ὑπὸ τίνος αἰτίας γίνεται, προεσκέφθαι χρὴ δηλονότι τὰς αἰτίας, καὶ τὰ σημεῖα δι᾽ ὧν ἄν τις αὐτὰς γνωρίσειεν· ὡς τὰ πολλὰ γὰρ ἄδηλοι ταῖς αἰσθήσεσιν ὑπάρχουσαι, γεγυμνασμένου δέονται περὶ τὴν τοιαύτην θεωρίαν ἀνδρός. εἴρηται μὲν οὖν ἡμῖν οὐκ ὀλίγα δι᾽ ἑτέρων πραγματειῶν, ὑπὲρ ἀλγημάτων γενέσεως, ἁπάντων δ᾽ αὐτῶν τοῦ καιροῦ νῦν ἥκοντος, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω διελθεῖν ἐπὶ κεφαλαίων, ὅλον τὸν λόγον. ἐπεὶ τοίνυν ἐν τῷ τοῦ ζώου σώματι, κατὰ πάσας τὰς αἱρέσεις, οὐ πάντα ἐστὶν αἰσθητικὰ τὰ μόρια, δῆλον ὡς οὐκ ὀδυνήσεται τὰ τελέως ἀναίσθητα. μόνοις οὖν τοῖς αἰσθητοῖς τῆς ὀδύνης ὑπαρχούσης, ἐφεξῆς σκεπτέον, ἆρά γε διὰ παντὸς ὀδυνηθήσεται τὰ τοιαῦτα τῶν σωμάτων, ἢ καθ᾽ ἕνα τινὰ χρόνον ἐγγινομένης αὐτοῖς διαθέσεως ὀδυνηρᾶς. ἀλλ᾽ εἴπερ αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἐναργῶς ἡμᾶς διδάσκει, πολὺν εἶναι χρόνον, ἐν ᾧ μηδόλως ὀδυνώμεθα, δῆλον ὡς κατά τινα χρόνον ἐγγινομένης ἑκάστῳ τῶν ὀδυνωμένων ὀδυνηρᾶς διαθέσεως, ἀναγκαῖον ἀλγεῖν ἐστιν. ἐὰν οὖν εὑρεθῇ ἥτις ποτ᾽ ἐστὶν ἡ τοῖς αἰσθητοῖς σώμασιν ἐγγινομένη διάθεσις, καθ᾽ ἣν ἀλγεῖ τὸ ζῶον, ἑαλωκὸς ἂν εἴη ἡμῖν τὸ ζητούμενον. ἐντεῦθεν οὖν ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἐννοιῶν, αἳ δὴ καὶ κοινὰ πᾶσιν ἡμῖν

CAPVT VII.

De reliquis syncopes causis, ac primùm de affectibus, quibus dolores succedunt.

NVnc reliquas causas, quibus syncopæ succedunt, deinceps referemus. Hæ sunt numero quatuor, dolor vehemens, vigiliæ, immoderata ventris vacuatio, ac in iis, qui aliena loquũtur, aliquando motus. Sed & quintam, si non displicet, addas, nempe principiorum intemperiem, de qua in calce libri agemus, idcirco maximè, quòd dupliciter prouenit, vel quia in nudis qualitatibus partium alterantur; vel quia vitiosus aliquis succus in has recipitur. Deinceps igitur de omnibus, quæ memorauimus, est agendum, initio à doloribus sumpto. Ergo si causam ipsam, vnde dolor excitatur, adimere possis, ita contra symptoma non pugnaueris, sed ægrum curaueris; sed, si qua occasione prohibitũ, affectui submouendo intentum esse non licet, vehementiã doloris mitigabis. Verùm, quando nec dolorum causas submouere, nec vehementiam eorum remittere fas est, nisi intellexeris, cuius vitio is dolor in cubantis corpore excitetur, perpendendæ priùs tum causæ dolorum sunt, tum verò signa, quibus hæ dignosci queant; nam quum sensui plerunque parum pateant, hominem, qui in tali speculatione sit exercitatus, nimirum postulant. Itaque quũ nobis in aliis operibus non pauca de dolorum generatione sint præcepta, ipsorúmque omniũ opportunum tempus iam venerit, necessum arbitror totã eorum rationẽ summatim percurrere. Quoniam igitur in animalis corpore omnibus consentientibus sectis, non omnes partes sensiles sunt, manifestum est, quæ prorsus sunt insensiles, eas non dolituras. Igitur, quum sensilibus duntaxat dolor accidat, sequens est, vt æstimemus, eiusmodi ne corpora perpetuò an dolitura, an vno aliquo tempore, quum ortus in his crucians affectus sit. At si ipsa euidentia nos docet multũ esse temporis, quo nihil omninò doleamus, non obscurũ est, certo aliquo tempore, quo scilicet excitatur in singulis, quæ dolent, crucians affectus, necesse esse ea dolere. Ergo, si inuentũ nobis fuerit, quænã affectio ea sit, quæ in sensilibus corporibus orta, facit vt animal doleat, vtriq; & quod quærimus, iam fuerit inuentum. Hîc igitur ab ijs naturalibus notionibus, quæ omnibus nobis sunt communes, procedere

procedere methodo ad id quod considerandum proponitur, conueniet. Porrò naturalis notio nos docet vitium id corporis, ex quo sit doliturum, aut continuitatis solutionem oportere esse, aut alterationem aliquam. Proinde etiam rectè dictum ijs est, qui ex insectilibus, vel insensilibus, vel incompactibilibus elementis corpus componunt, affectum, vnde dolor nascatur, prorsus inueniri non posse. Quippe, quæ tantummodo tangunt, eorum nihil videtur dolorificum; aut talia corpora tantum se inuicem tangunt. Quòd si non contingant modò, sed etiam se inuicem in concursu frangant, ad dolorem creandum nihilo plus conferunt, si quæ franguntur, insensilia statuantur; nisi etiam lapides, quum diuiduntur, dolore affici dicamus. Verùm de his latiùs tum alibi, tum in quinto de Asclepiadis placitis disseruimus. Nunc autem concessum hoc principium sumentes, necesse esse, vt affectus, qui dolorem excitet, vel diuisio sit, vel alteratio, illud etiam memoria repetamus, ne alterationem ipsam sensim irrepentem, dolorem afferre animali posse; sed quæ dolore animal afficiet, eam mutationem, tum confertim factam, tum verò violentam esse debere. Videntur enim corpora non solùm, quum in habitum contra naturam confertim aguntur, tristem mutationem sentire, sed etiam in ipso ad naturalem statum suum reditu, nisi eum paulatim accipiant, cruciari. Scimus enim qui in vehementi frigore iter fecerunt, eos quum se se non sensim, sed semel calefacere properent, dolore circa vnguiũ radices adeò vehementi affectos, vt ferre non possint. Illud verò inquirere, an ipsum, quod vehementer calefacit, aut refrigerat, diuisionem aliquam continui efficiat, longiore fortassis disputatione eget; & hoc ostensum à nobis est in commentariis de simplicium medicamentorum facultatibus. Verùm quid agendo, quæ vehementer, vel calefaciunt, vel refrigerant, dolorem inferant, quærere ad rem propositam minimè est necesse; siue enim, vt substantiæ sensibiliũ continuitatem diuidentia, siue, vt eam semel & confertim alterantia, id ad eorum inuentionem, quæ dolorem leuabunt, nihil refert, modò sciamus, quod violenter, vel calefacit, vel refrigerat, id sentientia corpora dolore afficere. Ergo si cœpisse ab euidentibus conueniet; euidẽter autem videntur, eorum, quæ corporibus nostris propinquant, hæc sola esse dolorifica, & quæ vehementer, vel calefaciant, vel refrigerent, & quæ substantiæ continuitatem diuidant, hæc autem sunt, quæ vel contundunt, vel incidunt, vel distendũt; curationis eorum inuentionem quæremus via aliqua insistentes, quæ à quærendorũ natura sit accepta, quæ methodus appellatur. Rursus igitur supra repetẽtes dicemus. Quoniam id quærimus, quemadmodum in morbis dolore affligamur, vbi nihil nobis extrinsecus triste appropinquat, necessum est, aliquam talẽ causam in corpore quæramus, quæ vehementer calefaciens, vel refrigerans, vel diuidens substãtiam sensilis alicuius corporis, nos excruciet. Ac primùm illud speculabimus, cuius esse naturæ debeat, quod continuitatem diuidet. Necesse igitur est, vel ruptionem, vel contusionem, vel erosionem esse affectum eũ, qui diuisionem continui faciat. At verò ruptio ex distentione quadam; cõtusio ex grauante; erosio ex mordente prouenit qualitate. Ergo quum nihil extrinsecus sit, quod vel distẽdat, vel grauet,

A εἴσιν, ἰέναι χρὴ μεθόδῳ πρὸς τὸ σκέμμα. διδάσκει δὲ ἡ κατὰ φύσιν ἔννοια, τὸ πάθος χρῆναι τοῦ σώματος, ᾧ μέλλει πονήσειν, ἤτοι συνεχείας λύσιν, ἢ ἀλλοίωσιν εἶναί τινα. διὸ καὶ καλῶς ἐλέγετο τοῖς ἐξ ἀτόμων, ἢ ἀναισθήτων, ἢ ἀνάρμων στοιχείων, συντιθεῖσι τὸ σῶμα, παντάπασιν ἄπορον εἶναι διάθεσιν εὑρεῖν, ὑφ᾽ ἧς ὀδύνη γίγνεται. φαίνεται γὰρ οὐδὲν τῶν ἁπλῶς ψαυόντων, ὀδυνηρόν· ἁπλῶς δ᾽ ἀλλήλων ψαύει τὰ τοιαῦτα σώματα. κἂν εἰ μὴ ψαύοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ θραύοι κατὰ

B τὴν προσέμπτωσιν ἄλληλα, πλέον οὐδὲν εἰς ἀλγήματος γένεσιν, ἀναισθήτων ὑποκειμένων τῶν θραυομένων· εἰ μή τι καὶ τοὺς λίθους ὀδυνᾶσθαι φήσομεν διαιρουμένους. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐπὶ πλέον ἐν ἄλλοις τέ τισι, κἂν τῷ πέμπτῳ περὶ τῶν Ἀσκληπιάδου δογμάτων ἐσκεψάμεθα. νυνὶ δὲ ἀρχὴν ὁμολογουμένην λαμβάνοντες, ὡς ἀναγκαῖον, ἤτοι διαίρεσιν εἶναι τὴν διάθεσιν τῆς ὀδύνης, ἢ ἀλλοίωσιν, ἀναμνησθῶμεν αὖθις ὡς οὐδ᾽ ἡ ἀλλοίωσις, ἡ κατὰ βραχὺ γινομένη, δύναιτ᾽ ἄν ποτε ὀδυνῆσαι τὸ ζῶον, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον, ἀθρόαν τε ἅμα καὶ

C βιαίαν γίνεσθαι τὴν μεταβολήν, εἰ μέλλει τις ὀδύνη γενήσεσθαι. φαίνεται γὰρ, οὐ μόνον εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἀθρόως ἀγόμενα τὰ σώματα, λυπηρὰν ἴσχειν τὴν μεταβολήν, ἀλλὰ καὶ τὴν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδον αὐτῶν, εἰ μὴ κατὰ βραχὺ λαμβάνοι, κἂν τούτῳ πονοῦντα. τοὺς γοῦν ὁδοιπορήσαντας ἐν σφοδρῷ κρύει, θερμαινομένους ἀθρόως, ἴσμεν ἀλγοῦντας οὕτως ἰσχυρῶς τὰ περὶ τὰς ῥίζας τῶν ὀνύχων, ὡς μὴ δύνασθαι φέρειν. εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτὸ τὸ σφοδρῶς θερμαίνεσθαι, ἢ ψύχεσθαι,

D διαίρεσίν τινα τῆς συνεχείας ἐργάζεται, πλείονος ἴσως δεῖται λόγου· καὶ δέδεικται καὶ τοῦτο, ἐν τοῖς περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ὑπομνήμασιν. ἀλλ᾽ εἴς γε τὰ παρόντα τί ποιοῦν τὸ θερμαῖνον ἰσχυρῶς, ἢ ψῦχον σφοδρῶς, ὀδύνην ἐργάζεται, ζητεῖν οὐκ ἀναγκαῖον· εἴτε γὰρ ὡς τέμνον τὸ συνεχὲς τῆς οὐσίας τῶν αἰσθητῶν, εἴθ᾽ ὡς ἀλλοιοῦν αὐτὴν ἀθρόως, οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν ἰασομένων τὰς ὀδύνας, ἐάν γε μόνον εἰδῶμεν, ὡς τὸ θερμαῖνον, ἢ ψῦχον βιαίως, ὀδυνηρὸν γίνεται τοῖς αἰσθανομένοις σώμασιν. εἴπερ γοῦν ἄρχεσθαι

E μὲν ἀπὸ τῶν ἐναργῶν δεῖ, φαίνεται δὲ ἐναργῶς ταῦτα μόνα τῶν πλησιαζόντων ἡμῖν ὀδυνηρά, τά τε ἰσχυρῶς θερμαίνοντά τε καὶ ψύχοντα, καὶ τὰ διαιροῦντα τὸ συνεχὲς τῆς οὐσίας, ἅπερ ἐν τοῖς θλῶσί τε, καὶ τέμνουσι, καὶ τείνουσι περιέχεται, ζητήσωμεν εὑρεῖν τὴν ἴασιν αὐτῶν ὁδῷ τινι προϊόντες, ἀπὸ τῆς τῶν ζητουμένων φύσεως, ὅπερ ὀνομάζεται μέθοδος. ἄνωθεν οὖν αὖθις ἀρξάμενοι, λέγωμεν. ἐπειδὴ ζητοῦμεν ὅπως ἐν νόσοις ὀδυνώμεθα μηδενὸς ἡμῖν ἔξωθεν ὀδυνηροῦ πλησιάζοντος, ἀναγκαῖον ἐν τῷ σώματι ζητῆσαι τί τῶν τοιούτων αἴτιον,

F ὃ θερμαῖνον σφοδρῶς, ἢ ψῦχον, ἢ διαιροῦν τὴν οὐσίαν ἑνός γέ τινος αἰσθητοῦ σώματος, ἀνιαρὸν ἡμῖν γίνεται. καὶ πρῶτόν γε θεασώμεθα τίνος εἶναι χρὴ φύσεως ὃ διαιρήσει τὴν συνέχειαν. ἀναγκαῖον οὖν, ἤτοι ῥῆξιν, ἢ θλάσιν, ἢ διάβρωσιν εἶναι τὴν διάθεσιν, ἐν τῷ διαιρεῖσθαι τὸ συνεχές. ἀλλ᾽ ἡ μὲν ῥῆξις, ἐκ τάσεώς τινος· ἡ δὲ θλάσις, ἐκ βάρους· ἡ δὲ διάβρωσις, ἐκ δακνώδους γίνεται ποιότητος. ὅταν οὖν ἔξωθεν μὲν μηδὲν ᾖ τὸ τεῖνον, ἢ βαρῦνον,

ἢ δάκνον, ἐξ ἑαυτοῦ δέ τι πάθῃ τούτων τὸ σῶμα, παντί που
δῆλον ὡς ἡ μὲν τάσις, ὑπό τινος ἔνδον οὐσίας πολλῆς, δια-
τεινούσης τὸ περιέχον αὐτὴν σῶμα γίνοιτ' ἄν, ἢ ἀμέτρου
ξηρότητος· ἡ δὲ θλάσις, ἔξωθεν ἐπιπεπτωκυίας οὐσίας
σκληρᾶς, ἢ μεγάλης, ἢ βαρείας, ἢ συναμφοτέρων· ἡ
δὲ δῆξις, ὑπὸ χυμοῦ δακνώδη φύσιν ἔχοντος. ἐπισκε-
πτέον οὖν ἡμῖν ἐν ταῖς σφοδραῖς ὀδύναις, ἤτοι χυμὸν πο-
λὺν, ἢ πνεῦμα διέξοδον οὐκ ἔχον, ἢ βαρὺν ὄγκον, ἢ δα-
κνῶδες ὑγρὸν, ἢ διάθεσιν ξηράν· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ὡς ἐν
ἀρχῇ διήρηται, τὸ θερμαῖνον ἰσχυρῶς, ἢ ψῦχον. ὧν πάλιν αὐ-
τῶν τὰς αἰτίας ἢ ἐν τῷ πνεύματι θετέον, ἢ ἐν τοῖς ὑγροῖς,
ἢ ἐν τοῖς στερεοῖς· ὅ, τι γὰρ ἂν αὐτῶν, ἰσχυρῶς ψυχθὲν ἢ ὑπο-
θερμανθὲν ψαύῃ τῶν πλησιαζόντων, ὀδυνηρὸν αὐτοῖς γίνε-
ται. πῶς μὲν οὖν χρὴ διαγινώσκειν ἕκαστον τῶν εἰρημένων,
καὶ ὡς οὐχ ἁπάντων ἔχομεν ἐναργῆ σημεῖα, καὶ ὡς εἴ-
περ τι ἄλλο, καὶ ἡ διάγνωσις τῶν ἀδήλων πρὸς αἴσθησιν,
αἰτιῶν τε καὶ διαθέσεων, ἐκ πολλῆς μὲν γυμνασίας, ἐπι-
μελοῦς δ' ἁπάντων περισκέψεως ἡμῖν περιγίνεται, δι' ἑτέ-
ρων δεδήλωται. νυνὶ δὲ, οὐ τοῦτο πρόκειται σκοπεῖν, ἀλλ'
αὐτὴν μόνην διέρχεσθαι τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον. ἐξ ἧς
ἐπιστημονικῶς διαγνωσθείσης, ἡλίκη βοήθεια καὶ ὠφέλεια
γίνεται τοῖς ἰατροῖς, οὐ μόνον εἰς βοηθημάτων τε καὶ ἰαμά-
των εὐπορίαν, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ εἰς τὴν τῆς διαθέσεως
γνῶσιν, ἐναργῶς ὑμῖν ἔδειξα πολλάκις ἐπ' αὐτῶν τῶν κα-
μνόντων, ὧν ἤδη μνημονεύσω, δυοῖν ἢ τριῶν, οὐ πρὸ πολ-
λοῦ θεραπευθέντων. ὁ μὲν γε τεσσαρακοντούτης ὢν, ὡς οἶ-
σθα, κωλικὸς εἶναι νομιζόμενος, οὐ μόνον οὐδὲν ὀνινάμενος
ὑπὸ καταντλήσεων, καὶ πυρίας, καὶ καταπλασμάτων,
καὶ κλυσμάτων, οἷς συνήθως εἰώθασιν ἐπὶ τῶν τοιούτων
χρῆσθαι διαθέσεων, ἀλλὰ καὶ παροξυνόμενος ὑπὸ τῶν
πλείστων· ἐπὶ γοῦν ἐλαίῳ πηγανίνῳ, διὰ τῆς ἕδρας ἐνεθέν-
τι, χείρων ἐγένετο, καὶ αὖθις ἐπὶ καστορίῳ· καὶ μέντοι καὶ
μέλι ποτὲ προσενεγκάμενος ἑφθὸν ἔχον πέπερι, ἐσχάτως
ὠδυνήθη· καὶ τὸν χυλὸν δὲ τῆς ἑφθῆς τήλεως, ἅμα μέλιτι
λαβὼν, ἱκανῶς παρωξύνθη. στοχασάμενος οὖν ἐγὼ, χυ-
μοὺς δακνώδεις, ἐν αὐτοῖς τοῖς χιτῶσι τῶν ἐντέρων ἀναπε-
πῶσθαι, συνδιαφθείροντας ἑαυτοῖς τά τε κάτωθεν ἐνιέμενα,
καὶ τὰ διὰ τοῦ στόματος λαμβανόμενα, δύσφθαρτον αὐτῷ
τροφὴν ἐδίδουν. εἶτ' ἰδὼν ὀδυνώμενον, ἔγνων χρῆναι τὴν κα-
κοχυμίαν ἐκκαθαίρειν. ὄντος δ' ἀρίστου πρὸς τὰς τοιαύτας
κακοχυμίας φαρμάκου τοῦ διὰ τῆς ἀλόης, ὃ καλοῦσιν ἤδη
συνήθως πικράν, ἀθρόως μὲν οὐκ ἐτόλμησα καθαίρειν
αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον, ὑπό τε τῆς ὀδύνης, καὶ τῆς ἐνδείας
καθῃρημένον ἤδη που δυοῖν μηνοῖν. ἐκ διαστημάτων δέ τινων
συμμέτρων τοῦτ' ἐργαζόμενος, ἡμέραις, ὡς οἶσθα, που πεν-
τεκαίδεκα, τελέως ἰασάμην αὐτὸν, οὐδὲν οὐκέτι αὐτῷ
προσαγαγὼν ἄλλο βοήθημα. οὗτος μὲν οὖν, ἐν ἐκείνῳ τῷ
χρόνῳ, πρῶτον οὕτως ἠνωχλεῖτο, μηδέπω πρότερον ἀλ-
γήσας ἔντερα. νεανίσκος δέ τις, ἴσος ἐκείνῳ τὴν ἡλικίαν,
οὐκ ὀλιγάκις ἔμπροσθεν ἠνωχλημένος ὑπὸ κωλικῶν ἀλ-
γημάτων, ἐκαθάρθη λαβὼν σκαμμωνίας ὀπόν. ἀξιολόγου δὲ
τῆς καθάρσεως γενομένης, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν,
λουσάμενος εἰς ἑσπέραν, καὶ λαβὼν πτισάνης χυλὸν πρῶ-
τον, εἶτ' ἐπιφαγὼν ἰχθύας, ἤμεσε τὰ ληφθέντα διὰ νυκ-
τός. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ λουσάμενος, ἔφαγε· πρῶτον μὲν θρι-
δακίνης, εἶτα κρεῶν ὀρνιθείων ἑψομένων ἐν λευκῷ ζωμῷ·

A vel erodat, sed ex se ipso horum aliquid corpus sentiat, neminem latere potest, distentionem ab aliqua intrinsecus substantia, quæ multitudine sua corpus se continens distendat, aut immodica siccitate, prouenire: contusionẽ à procidente externa substantia dura, vel magna, vel graui, vel simul ambobus; erosionẽ verò ex humore aliquo, cui mordens natura sit. Igitur vbi vehemens dolor vrget, scrutandum nobis est, an humor plurimus, an spiritus cui non sit exitus, an grauis moles, an mordens humor, an siccus affectus subsit; B ad hæc, veluti inter initia est definitũ, an aliquid, quod valenter calefaciat, vel refrigeret. Quorum ipsorum quoq; rursum causæ, vel in spiritu, vel in humoribus, vel in solidis ipsis sunt statuẽdæ: quicquid enim eorũ vehemẽter calefactum, refrigeratúmve sit, quando quod vicinũ est, tangit, dolorificũ illi redditur. Igitur, quemadmodũ singula, quæ cõprehendimus, dignosci possint; tum verò quod non omnium habeamus manifestas notas; quódque, si aliud quicquam, etiam causarum, & affectuum, quæ sensum fugiunt, dignotio ex multa exercitatione, & curiosa omnium perpensione C nobis tandem pariatur, alibi monstratũ est. Nunc verò id considerare propositum nobis non est, imò solam ipsam medendi methodum persequi. Ex qua scienter perspecta quantum auxilium cõpendiúmque medicis non ad præsidiorum modò, curationúmque facultatem, sed etiã ad affectus aliquando dignotionem comparetur, sæpè vobis in ipsis ægrotantibus manifestè ostendi; quorum iam duos trésve, qui haud pridem sunt sanati, referam. Vnus enim, vt scis, quadragenarius erat, qui cum colo laborare putaretur, non modò nihil est à fomentis, tum humidis, tum siccis le- D uatus, sed nec cataplasmatis, nec clysteribus, quibus publicè vti in eiusmodi affectibus solent, verùm etiam à plurimis eorum exacerbatus. Nam à rutaceo oleo per sedem infuso deteriùs habuit, itémque à castoreo; quinetiam, vbi mel coctum cum pipere assumpsit, extremis doloribus est afflictus; iam quum cremorem cocti fœnigræci vnà cum melle accepisset, vehementer est irritatus. Ipse igitur, vbi mordentes humores in tunicis intestinorum immersos conieci, qui secum vnà corrumperent, tum ea, quæ per inferiora essent infusa, tum ea quæ per os sumebat, exhibui homini E nutrimentum, quod non facilè corrumperetur. Deinde quum minùs eum cruciatum intellexi, vitiosos humores purgandos iudicaui. Quum verò aptissimum ad eiusmodi vitiosos humores esset medicamentum, quod ex aloe componitur, quódque iam vulgò picran appellant, vtique semel hominem iustè purgare non sum ausus, quòd doloribus & inedia duobus mensibus confectus esset. Verùm ex quibusdam interuallis, moderatè id faciens, quindecim circiter diebus, hominẽ (vt scis) prorsus sanaui, ídque nullo præterea adhibi- F to præsidio. Atque hic quidem illo primùm tempore sic est vexatus, nunquam priùs intestini dolorem expertus. At alius iuuenis huic quidẽ ætate propè par, sed qui sæpè antè colicis cruciatibus fuerat affectus, accepto scammoniæ succo fuit purgatus. Quum autem benè largiter fuisset vacuatus, primo quidem die vesperi in balneo lotus, mox ptisanę cremorem sumens, post piscem quoque comedens, nocte ea, quæ ceperat, euomuit. Secundo die itidem lauatus, comedit, primùm lactucã, mox auiũ carnis aliquid in albo iure elixæ; ab hac

ab hac alicam ex aqua sumpsit vino austero iniecto. Vbi verò ab iis mediocriter se habere est visus, etiam tertio die nutritus similiter est. Reddidit tamen per aluum plura, quàm pro ciborum portione, eáque cum morsu. Deinde quarto die etiam magis dolere sibi ventrem sensit; & quum se in balneo alicubi frigus accepisse imprudẽtem putasset, rutaceum sibi oleum per sedem infundens, non solùm vehementissimè est vexatus, sed etiam liquidam deiectionem copiosissimam excreuit; quod facilè declarauit aliquid à toto corpore ad loca ventris deferri. Post deinde per circuitus similis redibat cruciatus. Audientes autem nos eius symptomata, intelleximus noxam ex scãmonio in illis maximè intestinis procubuisse, quæ priùs etiam fuerant imbecilla sic, vt quasi fluxionis, quidam exortus esset affectus. Ergo, quemadmodum hunc quoque sanauerim, scis. Abijcere enim iussi præsidia colica, alicáque calente, quæ cocta in aqua esset, nutriri, immissis ei mali punici granis. Quum autem tota nocte citra dolorem dormiuisset, miratus profectò est remedij nouitatem, rogauítque quid esset bibendum. Dedimus itaque bibẽdum dilutum rhois cremorem; quò, siue aliqua esset in summo intestino facta vlcerosa affectio, eam adstringeret; siue etiam ex consuetudine aliquid ex superioribus locis in partem affectam conflueret, id reprimeret; prandíoque eodem vti iussimus: deinde ad vesperam cœnare pane puro madefacto in vino aliquo naturaliter quidem austero, sed veteri. Concessimus præterea, vt austerum quemcunq; vellet, fructũ sumeret, siue malũ, siue pyrum, siue punicũ. Simili ratione etiã tertio die cibatus, in quarto theriacen bibit, sanúsque omninò est redditus; ac de cætero ad consueta reuersus, nullum sensit incommodum. Simili genere, & alteri cuidam in æstate affecto, quum sitibundus admodũ esset, supra alia, quæ memoraui, etiam frigida potione vti permisi. Ergo ne requiras in omni affectu eiusmodi notas, quales in pleuritide, vel dysenteria apparent. Scientifica nanq; talium est morborum dignotio, certis videlicet, definitísque notis comparata; quum eorum, qui proximè sunt dicti, coniecturalis dignotio sit, ac solis iis inueniri potis, qui exactè cuiusque morbi propriam curationem norint. Quare, quoniam de hac proposita nunc disputatio est, ipsam per se absoluamus, nec affectuum dignotiones attingamus; maximè quæ ex coniecturalibus notis incipientes, cum eorũ, quæ prosunt, obsúntque, dignotione sunt coniunctæ. Methodum enim in iis, atq; etiã exercitationẽ, in morborũ dignotionibus seorsum per se fecimus; quò scilicet arte quis instructus, in omni ægro tũ partes, affectas, tũ ipsius affectũ, sicuti nos, inueniat.

CAPVT VIII.

Methodus curandi dolores.

ERgo reuertamur ad affectus qui dolores excitant. Si nanq; sanguinis abundãtia sit, quæ distẽdat, vt profectò in phlegmone fieri solet, protinus vbi vires ægri valẽtes sunt, sanguis mittẽdus est. Sed si is homo vel sanguinis missionem timeat, vel imbecillis viribus sit, tum reuellendus sanguis est, tum deriuandus; dictúmque nobis priùs est, quemadmodum hæc fieri conueniat. Quod si his peractis dolor etiam perstat, patet profectò in ægrotante parte impactum esse, quod contristat.

κἄπειτα προσενέγκατο χόνδρον, ἐξ ὕδατος ἐπιβαλὼν οἴνου αὐστηρόν. μετρίως δὲ διάγειν δόξας ἐπ' αὖθις, διῃτήθη μὲν καὶ τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν παραπλησίως. ἐξέδωκε δὲ ἡ γαστὴρ αὐτοῦ μετὰ τοῦ δήξεως πλείω τῆς τῶν ἐδεσμάτων ἀναλογίας. Εἶτα κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, ἔτι καὶ μᾶλλον ὠδυνήθη τὰ κατὰ τὴν γαστέρα· καὶ δόξας ἐν τῷ βαλανείῳ που λεληθότως ἐψῦχθαι, πηγάνινον ἔλαιον ἐνθεὶς, ὠδυνήθη τε σφοδρότερον, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξέκρινεν ὑγρὸν διαχώρημα πάμπολυ, σαφῶς ἐνδεικνύμενον ὡς κἀκ τοῦ σώματος ὅλου τι φέρεται πρὸς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα χωρία. κἄπειθ' ἑξῆς, ἐκ περιόδων ὁμοίως ἠνωχλεῖτο. πυθόμενοι δ' ἡμεῖς αὐτοῦ τὰ συμπτώματα, τὴν βλάβην ἐκ τῆς σκαμμωνίας, ἔγνωμεν ἐν ἐκείνοις μάλιστα γεγονέναι τοῖς ἐντέροις, ἃ καὶ πρότερον ἦν ἀσθενῆ, ὥσθ' οἷον ῥευματικήν τινα συνίστασθαι διάθεσιν. οἶσθ' οὖν ὅπως ἰασάμην καὶ τοῦτον ἀπορρῖψαι μὲν κελεύσας τὰ κωλικὰ βοηθήματα, τραφῆναι δὲ χόνδρῳ θερμῷ, δι' ὕδατος ἡψημένῳ, κόκκους ῥοιᾶς ἐμβαλὼν αὐτῷ. κοιμηθεὶς δ' ὅλῃ τῇ νυκτὶ χωρὶς ὀδύνης, ἐθαύμασε δήπου τὸ παράδοξον τῆς βοηθείας, ἠρώτα δ' ὅ,τι χρὴ πίνειν. ἐδώκαμεν οὖν αὐτῷ πίνειν ὑδαρῆ ῥοῦ χυλὸν· ὅπως εἴτε τις ἐπιπολῆς εἴη γεγενημένη περὶ τὸ ἔντερον ἑλκώδης διάθεσις, ἀποσμήξειεν· εἴτε καὶ ῥέῃ τι κατὰ τὸ σύνηθες ἐκ τῶν ἄνω χωρίων εἰς τὸ πεπονθὸς, ἀναστείλειεν· ἀρίστῳ τε αὐτῷ χρήσασθαι προσετάξαμεν οὕτως· εἶτ' εἰς ἑσπέραν δειπνεῖν, οἴνων τινὰ τῶν αὐστηρῶν μὲν φύσει, παλαιῶν δὲ, διαβραχέντος ἄρτου καθαροῦ. συνεχωρήσαμεν δὲ καὶ τῶν αὐστηρῶν ὀπωρῶν λαβεῖν, ἧς ἂν αὐτὸς ἐθέλῃ, μήλων, ἢ ἀπίων, ἢ ῥοιᾶς. ὁμοίως δὲ καὶ τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν διαιτηθεὶς, ἐν τῇ τετάρτῃ πιὼν τῆς θηριακῆς, ὑγιὴς τελέως ἐγένετο· καὶ τοῦ λοιποῦ, τοῖς συνήθεσι χρώμενος, οὐδὲν ἐβλάπτετο. παραπλησίως δὲ ἕτερόν τινα διακείμενον ὥρᾳ θέρους, ἐπεὶ διψώδης ἱκανῶς ὑπῆρχε πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰρημένοις, καὶ ψυχρῷ ποτῷ συνεχώρησα χρῆσθαι. μὴ τοίνυν ζήτει σημεῖα τοιαῦτα καθ' ἑκάστην διάθεσιν, οἷα πλευρίτιδός ἐστιν, ἢ δυσεντερίας. ἐπιστημονικὴ μὲν γὰρ ἡ τῶν τοιούτων νοσημάτων διάγνωσις, ὡρισμένοις σημείοις γνωριζομένη· στοχαστικὴ δὲ, ἡ τῶν ἀρτίως εἰρημένων, καὶ μόνοις τοῖς ἀκριβῶς ἐπισταμένοις ἑκάστου νοσήματος τὴν οἰκείαν θεραπείαν, εὑρίσκεσθαι δυναμένη. ὥστ' ἐπεὶ περὶ ταύτης πρόκειται νῦν λέγειν, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν περαινέσθω, μὴ προσαπτομένων ἡμῶν τῆς διαγνώσεως τῶν διαθέσεων· καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκ στοχαστικῶν ἀρχομένη σημείων, συνάπτηται τῇ τῶν ὠφελούντων, ἢ βλαπτόντων διαγνώσει. τὴν γὰρ ἐν τούτοις μέθοδόν τε γυμνασίαν ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων διαγνώσεσιν ἰδίᾳ ποιούμεθα καθ' ἑαυτήν· ἵνα τεχνωθείς τις, εὑρίσκῃ καθ' ἕκαστον ἄρρωστον, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς, τά τε πεπονθότα μόρια, καὶ τὰς διαθέσεις αὐτῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Μέθοδος θεραπευτικὴ τῶν ἀλγημάτων.

ἘΠανέλθωμεν οὖν αὖθις ἐπὶ τὰς τὴν ὀδύνην ἐργαζομένας διαθέσεις. εἰ μὲν γὰρ αἵματος πλῆθος εἴη τὸ διατεῖνον, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι γίγνεται, φλεβοτομητέον αὐτίκα τῆς δυνάμεως ἰσχυρᾶς οὔσης. εἰ δ' ἤτοι φοβοῖτο τὴν φλεβοτομίαν ὁ ἄνθρωπος, ἢ ἀρρωστότερος εἴη τὴν δύναμιν, ἀντισπαστέον τε, καὶ παροχετευτέον· εἴρηται δὲ ἔμπροσθεν ὅπως χρὴ ταῦτα ποιεῖν. εἰ δὲ καὶ τούτων γενομένων, ἔτι μένοι τὸ ἄλγημα, δῆλον μὲν δήπου κατὰ τὸ πεπονθὸς μόριον ἐσφηνῶσθαι τὸ λυποῦν.

εὔδηλος δὲ ἡ θεραπεία τοῖς διαφορητικοῖς γινομένη φαρμάκοις. ὡσαύτως δὲ, καὶ τὰς διὰ φυσῶδες πνεῦμα γινομένας ὀδύνας ἰασόμεθα, προσβοηθοῦντες ἐπ' αὐτῶν μᾶλλον τοῖς λεπτύνουσιν, ἐδέσμασί τε καὶ πόμασιν, ἐνέμασί τε καὶ καταπλάσμασιν, αἰονήσεσί τε καὶ πυριάμασιν. εἰ δ' ὄγκος βαρύνων, ἢ θλῶν, ὀδύνην ἐργάζοιτο, τὸν ὄγκον ἰατέον. εἰ δὲ δακνῶδες ὑγρὸν, ἐναντιώτατα φύσεις ἐστὶ τὰ λεπτύνοντα καὶ θερμαίνοντα. χρήζει γὰρ ἡ τοιαύτη διάθεσις, εἰ μὲν ἰαθήσεσθαι μέλλει, τῆς κενώσεως τῶν λυπούντων· εἰ δὴ εἴη τοῦτο ποιεῖν ἀδύνατον, τῆς ἐπικεράσεως· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἀδύνατον, διὰ τῆς τῶν ναρκωτικῶν φαρμάκων προσφορᾶς· ἥτις ἐστὶ μὲν κοινὴ, βλάπτει δ' ἥκιστα τῶν ἄλλων, τὰς τοιαύτας διαθέσεις. λεπτὰ γὰρ ὑπάρχει ταῖς συστάσεσι, καὶ θερμὰ ταῖς δυνάμεσι τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων ὑγρῶν· ὅσα δὲ δι' ὀπίου καὶ ὑοσκυάμου καὶ τῶν οὕτως ψυχόντων σκευάζεται φάρμακα, ψύχει τε ἅμα καὶ ξηραίνει πάντως· κατὰ τοῦτο γοῦν, οὐ μόνον ὡς αἰσθήσεως ναρκωτικὰ, χρήσιμα καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ὡς συνιστάντα καὶ παχύνοντα τὴν τῶν ὑγρῶν λεπτότητα, καὶ προσέτι καὶ τὴν θερμότητα σφοδρὰν ὑπάρχουσαν, ἐμψύχοντα. παχέων δὲ ὑγρῶν ἢ γλίσχρων ἐπικρατούντων, ἐναντιώτατα ὑπάρχει τὰ ναρκωτικὰ φάρμακα, καὶ πάνυ χρὴ φυλάττεσθαι τὴν χρῆσιν αὐτῶν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν. οὐ μὴν οὐδ' ὀδύνη τις ἕπεται σφοδρὰ τοῖς τοιούτοις χυμοῖς μόνοις οὖσιν. εἰ δέ ποτε συμπλακείη κατά τι συμβεβηκὸς, ἀτμῶδες πνεῦμα, τῶν περιεχόντων ἑαυτὸ σωμάτων ἀδυνατοῦν διεξιέναι, σφοδρότατα πάντως, οἱ οὕτως ἔχοντες, ὀδυνῶνται. ἕπεται δὴ αὖθις τοῦτο κατὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι γ' ἔμφραξιν, ἢ θερμασίαν· ἥ τε γὰρ ἔμφραξις ἴσχει τὸ πνεῦμα, καὶ κωλύει διεξιέναι· θερμαινόμενά τε τὰ παχέα, καὶ γλίσχρα, φυσῶδες πνεῦμα γεννᾶν πέφυκε. τοιαῦται μάλιστα γίνονται διαθέσεις τοῖς ἐμπεπλησμένοις ἐδεσμάτων, ψυχρῶν μὲν ταῖς κράσεσι, παχέων δὲ καὶ γλίσχρων ταῖς συστάσεσιν, ὅταν ἐν αὐτοῖς περιέχηται τοῖς χιτῶσι τῶν ἐντέρων τὸ φυσῶδες πνεῦμα. δυοῖν γὰρ ὄντοιν αὐτῶν, ἐπειδὰν ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ τοιοῦτός τις ἀθροισθῇ χυμὸς, εἰς φυσῶδες μεταβάλλει πνεῦμα. παχὺ δὲ δή που τοῦτ' ἐστι, καὶ ψυχρὸν, καὶ βραδύπορον. ὅταν οὖν ἴσχηταί τε καὶ διατείνῃ τοὺς χιτῶνας, ὅ, τε χυμὸς ἐξ οὗ τὴν γένεσιν ἔχει, ψύχει σφοδρῶς τὰ ψαύοντα μόρια τῶν ἐντέρων, κατὰ δύο προφάσεις οἱ οὕτω κάμνοντες ὀδυνῶνται. τὸ μὲν οὖν παραυτίκα, τελέως ἀνώδυνοι γίνονται, πιόντες τι τῶν ναρκωτικῶν φαρμάκων, αὐξάνεται δὲ ἡ διάθεσις αὖθις παντοίως· οἵ τε γὰρ χιτῶνες τῶν ἐντέρων, πυκνότεροι, καὶ δυσδιαπνευστότεροι γίνονται τῇ ψυχρότητι τῶν φαρμάκων, ὅ, τε χυμὸς παχύτερος, καὶ δυσκινητότερος. ὥστε καὶ χρόνου πλέονος ἀναγκαῖον ἔσται δεηθῆναι τὸν κάμνοντα, καὶ τοῦ θεραπεύοντος, εἰς ἄκρον γεγυμνασμένου κατὰ τὴν τέχνην. εἰ γὰρ, ὡς ἔτυχεν, αὖθις ἐγχειρήσειε τῇ θεραπείᾳ, κίνδυνος, ἐκ δευτέρου πνευματωθέντας τοὺς χυμοὺς, τὴν αὐτὴν ὀδύνην ἐργάσασθαι· εἶτ' ἐκ δευτέρου δηλονότι, δοθῆναί τι τῶν ναρκωτικῶν φαρμάκων δεῖ, τῆς αὐτῆς ἀνάγκης καταλαβούσης· ὡσαύτως δὲ κἀκ τρίτου, καὶ τετάρτου, καὶ πολλάκις ἐφεξῆς, ἄχρις ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀνίατος γενόμενος, εἰς καχεξίαν τε τοῦ παντὸς σώματος ἀφίκηται, καὶ πολλῷ χρόνῳ κακοπαθήσας, ἀποθάνῃ. πῶς οὖν χρὴ τὰς διὰ τοὺς ψυχροὺς χυμοὺς, ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἐντέρων ἠθροισμένας ὀδύνας ἰᾶσθαι;

A Patet verò & quòd curatio ipsa per discutientia medicamēta sit molienda. Pari ratione, & qui ex flatuoso spiritu dolores fiūt, curabimus, sed simul in ijs potiùs, tū extenuantibus cibis, tū potione, tū per sedē iniectionibus, tū cataplasmatis, tum humidis siccísque fomentis, auxiliantes. Sin moles aliqua grauando contundendóve dolorem excitet, moli ipsi est medendum. Sin mordens humor est, aduersissima huic sunt, quę extenuant, & calefaciunt. Postulat nanque huius generis affectus, si modò curandus est, eorum quæ labores excitant, vacuationem; si id omninò fieri nequeat, B epicrasin; sin id quoque fieri non possit, stupefacientium medicamentorum exhibitionem; quæ quanquam sit communis, minùs tamen hos affectus, quàm alios, lædit. Quippe tenuis consistentiæ, & calidarum facultatum, plurimi talium humorum sunt; quæ autem ex papaueris succo, & altercο, & eo modo frigidis parantur medicamenta, simul omninò & refrigerant, & siccant; qua ratione non solùm, vt sensui torporem inducentia, salutaria sunt, sed etiam, vt humorum tenuitatem cogentia, atque crassantia, præterea C vehementem calorem refrigerantia. Vbi verò crassi glutinosíque humores exuperant, alienissima sunt, quæ torporem inducunt; cauendúsque magnopere in eiusmodi affectibus eorum vsus est. Sed nec alioqui comitatur eiusmodi humores, modò soli sint, dolor vehemens. Si verò ex accidenti aliquo coniunctus his halituosus spiritus est, qui ex ijs, quibus continetur corporibus erumpere prorsus non potest, grauissimis omninò doloribus, qui ita se habent, cruciantur. Porrò accidit id illis duplici ex causa, vel obstructione, vel calore; nam & obstructio spiri- D tum cohibet, nec exire permittit; & crassa glutinosáque, quum calefiunt, flatuosum spiritum gignere solent. Eiusmodi sanè affectus ijs, qui se cibis natura frigidis, & consistentia crassis, ac glutinosis referserunt, quando in ipsis intestinorum tunicis flatuosus spiritus continetur, potissimùm incidit. Nam, quum hæ duplices sint, vbi medio earum spatio eiusmodi collectus humor est, in flatulentum mutatur spiritum. Sanè is & crassus, & frigidus, & tardi motus est. Vbi igitur tum retinetur, tum tunicas distendit; tum humor, vnde oritur, intestini partes, quas E contingit, vehementer refrigerat, duplici occasione ita laborantes dolent. Ac ad tempus quidem, vbi torporem faciens medicamentū biberunt, prorsus indolentes redduntur, cæterùm affectus his omninò fit maior; nam & intestinorum tunicæ medicamentorum frigiditate densiores, minúsque flatui transmittendo habiles redduntur, & humor ipse tum crassior, tum ad motum ineptior euadit. Itaque, & spatio longiore ad ægri curationem, & medico, qui egregiè in arte sit exercitatus, est opus. Nisi enim certa ra- F tione postmodum curationem aggrediuntur, verendum erit, ne humores secundò in flatuosum spiritum versi, eundem dolorem renouent; vnde rursus stupefacientium aliquid medicamentorum exhiberi sit opus, eadem necessitate vrgente; ac pari modo tertio, & quarto, & sæpè deinceps, quoad homo insanabilis effectus, in malum totius corporis habitum perueniat, & post longa tandem tædia pereat. Quo pacto igitur dolores eos, quos frigidus humor in medio intestinorum interclusus excitauit, sanare conueniet? Sanè

Sanè non perfusionibus, aut cataplasmatis valenter calefaciẽtibus; quippe lenti omnes, crassique, & frigidi humores ab iis, quæ calefaciunt, nisi etiam valenter discutiant, liquantur, ac in flatum mutantur. Conuenit igitur eos incidere simul, & concoquere, quas res tenuantia medicamenta præstabunt; potissimùm tamen, si calida vehementer non sint. Quod autem horum quoque ipsorum ea maximè deligenda sint, quæ magis flatum discutiant, magísque siccent, nemini potest dubium esse. Sæpéque ex plebe non paucos audias, minùs sibi dolere colon affirmantes, quũ nec ipsis cataplasma imponitur, nec oleo aliquo perfunduntur, nec per clysterem aliquid infunditur. Et sanè, qui generosi animi, fortésque sunt, si mediocri vtantur victu, tutiùs breuiori tempore percurantur, quàm qui violenter (vt dictum est) calefacientibus vtuntur. A nullo enim in eiusmodi humoribus tam est metuendũ, quàm à calore, qui eos liquet, atque in flatum vertat, sed discutere non valeat. Vidimus nanq; ex agrestibus Operis quempiã, qui vbi coli dolorem sensit, protinus se cinxit, cum cingi antè non soleret; comedit autem cum pane allium, nullum dimittens consuetum opus: nec toto die quicquam bibit, sed vesperi meracius; ab his & tota nocte dormiuit, & manè ab omni dolore planè liber surrexit. Est enim profectò allium in eorum ciborum genere, qui & flatum discutiant, & minimè sitim inferant. Sunt qui parum id experti existiment maiorem, quàm cæpas, sitim excitare, sed planè errant; quum non modò non maiorem, quã cæpæ, sed nec omninò sitim initio faciat; idẽ omniũ planè eduliorum maximè flatũ discutit. Itaq; ego agrestium theriacen id edulium appello. Ac, siquis, vel Thracas, vel Gallos, vel denique qui frigidam regionem incolunt, vesci alliis vetuerit, non leuiter ijs hominibus nocuerit. Ac quos ex supradicta causa vehemens intestinorum dolor citra febrem exercet, ijs & allium esse licet, & theriacen bibere, quippe quæ eiusmodi affectibus magnopere subuenit. At, si cum febre vnà talis dolor aliquando incidat, principio quidem, si id ferunt, fomẽtum siccum ex milio est adhibendũ. Si ab hoc non quiescant, semen aliquod, quod flatum dissipet, in oleo, quod tenuium sit partium, coquere; mox per linteum, quò purum sit, oleum colare; deinde anseris seuum in oleum liquare, & per sedem infundere oportebit. Si anseris seuum non sit, gallinaceo est vtendum; in primísque curandum, vt sit expers salis, esto autem nec admodum vetus; licet verò & recenti vti, præsertim anserino. At, si neque ex hoc remittuntur *dolores*, secundo rursus iniiciendum idem est, adiecta etiamnum castorei, & papaueris succi, vtriusque fabæ non amplius magnitudine; olei verò hemina modus esto. Excipitur & lanula ex hoc medicamento aliquid: debebitque appensa forti filo, quàm penitissimè in rectum intestinum dimitti, quò & quum libet, id facilè recipiatur, & euidentem conferat vtilitatem. Ad eundem modũ, & oculorum, & aurium dolores, qui ex huiusmodi humore, aut spiritu flatulento in febre excitantur, sedare conueniet; tum fomento ex milio, vti, quoniam id omnium, & leuissimum est, & maximè siccans, quódq; ab eo defluit, innoxium, expérsque morsus est; tum auribus medicamentum id quod ex castoreo & papaueris succo conficitur, infundentibus, quo ad talia vti solemus.

A οὐ θερμαίνοντες σφοδρῶς αἰονήσεσιν, ἢ καταπλάσμασιν· ὑπὸ γὰρ τῶν θερμαινόντων, εἰ μὴ καὶ διαφορηθείησαν ἱκανῶς, χέονται, καὶ πνευματοῦνται πάντες οἱ γλίσχροι καὶ παχεῖς, καὶ ψυχροὶ χυμοί. προσήκει τοίνυν αὐτοὺς τέμνειν τε ἅμα καὶ πέττειν, ὅπερ ἐκ τῶν λεπτυνόντων γίνεται φαρμάκων· καὶ μάλισθ' ὅταν μὴ θερμαίνωσι σφοδρῶς. ὅτι δὲ καὶ τούτων αὐτῶν ὅσα ταῖς δυνάμεσίν ἐστιν ἀφυσότερα καὶ ξηραντικώτερα, ταῦθ' αἱρεῖσθαι χρὴ μᾶλλον, εὔδηλον παντί. καὶ πολλῶν ἰδιωτῶν ἐστιν ἀκοῦσαι πολλάκις, ἧττον ἀλ- B γεῖν φασκόντων τὸ κῶλον, ὅταν μήτε καταπλάττωνταί τινι, μήτε καταντλῶνται δι' ἐλαίου, μήτε κλύζωνται. καὶ ὅσοι γενναῖοί εἰσι, καὶ ἰσχυροί, μετρίως διαιτηθέντες, ἐν χρόνῳ πλέονι συντομώτερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐκθεραπεύονται τῶν βιαιοτέρως ὡς εἴρηται θερμαινόντων. οὐδὲν γὰρ οὕτω χρὴ δεδιέναι κατὰ τοὺς τοιούτους χυμοὺς, ὡς θερμότητα, χέουσαν μὲν, καὶ πνευματοῦσαν αὐτοὺς, διαφορεῖν δ' ἀδυνατοῦσαν. ἐθεασάμην γοῦν τινα τῶν κατ' ἀγρὸν ἐργατῶν, ὃς ἐπειδὰν ᾔσθετο κωλικῆς ὀδύνης, ἐζώννυτο μὲν αὐτίκα, πρότερον οὐ ζωννύμενος· ἤσθιε δὲ μετ' ἄρτου σκόροδα, μη- C δεμίαν ἐκλείπων συνήθη πρᾶξιν, ἔπινε δὲ δι' ὅλης μὲν ἡμέρας, οὐδὲν, εἰς ἑσπέραν δὲ, ἀκρατέστερον· εἶτα κοιμώμενος δι' ὅλης νυκτὸς, ἕωθεν ἀνίστατο παντάπασιν ἀνώδυνος. ἔστι γὰρ ἀμέλει καὶ τὰ σκόροδα, τῶν ἀφύσων καὶ ἀδίψων βρωμάτων. ἔνιοι δὲ ἀπείρως ἔχοντες αὐτῶν, ὑπολαμβάνουσι κρομμύων εἶναι διψωδέστερα, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνοντες· οὐ μόνον γὰρ οὐκ ἔστι διψωδέστερα κρομμύων, ἀλλ' οὐδὲ διψώδη τὴν ἀρχήν· ἀφυσότατά τε πάντων βρωμάτων. ὥστ' ἔγωγε τὴν ἀγροίκων θηριακὴν ὀνομάζω τὸ βρῶμα. καὶ εἴ τις ἢ D Θρᾷκας, ἢ Κελτοὺς, ἢ ὅλως τοὺς ψυχρὰν γῆν οἰκοῦντας, εἴρξειεν ἐσθίειν σκορόδων, οὐ σμικρὰ βλάψει τοὺς ἀνθρώπους. ὅσοι μὲν οὖν ἄνευ πυρετῶν, ἀλγοῦσι σφοδρῶς ἔντερα, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, καὶ σκορόδων ἐγχωρεῖ τούτους ἐσθίειν, καὶ τῆς διὰ τῶν ἐχιδνῶν πίνειν, ὠφελούσης ἄκρως τὰς τοιαύτας διαθέσεις. ἐν πυρετοῖς δὲ, εἴποτε γένοιτο, πειρατέον μὲν πρῶτον εἰ προσίενται τὴν διὰ τῶν κέγχρων πυρίαν ξηράν. εἰ δὲ ἐπὶ τῇδε μὴ παύσαιντο, τῶν ἀφύσων τι σπερμάτων ἑψήσαντας ἐν ἐλαίῳ λεπτομερεῖ, κἄπειτα δι' ὀθονίου διηθήσαντας, ὡς καθαρὸν γενέσθαι τοὔλαιον, εἶτ' ἐν E αὐτῷ τήξαντας στέαρ χηνὸς, ἐνιέναι. μὴ παρόντος δὲ τοῦ χηνείου στέατος, ὀρνιθείῳ χρῆσθαι· πρὸ παντὸς δὲ ἔστω τὸ καλούμενον ἄναλον· ἔστω δὲ μὴ πάνυ παλαιόν· ἐγχωρεῖ δὲ, καὶ προσφάτῳ χρῆσθαι, καὶ μάλιστα τῷ χηνείῳ. εἰ δὲ μηδ' ἐπὶ τούτῳ καθίσταιντο, δεύτερον αὖθις ἐνιέναι ταὐτὸ, βραχὺ προσεπεμβάλλοντας καστορίου καὶ ὀπίου, μέγεθος δὲ ἑκατέρου, μὴ μεῖζον ἢ κυάμου· τὸ δὲ τοῦ ἐλαίου πλῆθος, ἔστω κοτύλη. ἀναλαμβανέσθω δὲ ἐκ τούτου τοῦ φαρμάκου, καὶ κροκίδιόν τι· χρὴ δὲ ἐξάψαντας αὐτὴν, ἰσχυροῦ νήματος, ἐπὶ πλεῖ- F στον εἴσω κατὰ τὸ ἀπευθυσμένον ἔντερον ἐντιθέναι, πρὸς τῷ καὶ ῥᾳδίως ὅτε βούλει κομίζεσθαι, καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐναργῆ παρέχεσθαι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τὰ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τὰ τῶν ὤτων ἀλγήματα διὰ τοιοῦτον χυμὸν, ἢ πνεῦμα φυσῶδες, ἐν πυρετοῖς γινόμενα, πραΰνειν προσήκει· τῇ τε διὰ τῶν κέγχρων πυρίᾳ χρωμένους, ἐπειδὴ καὶ κουφότατόν ἐστιν ἁπάντων τοῦτο, καὶ ξηραντικώτατον, ἀλύπους τε τὰς ἀποῤῥοίας ἔχει καὶ ἀδήκτους· ἐγχέοντάς τε τοῖς ὠσὶ, τὸ διὰ καστορίου, καὶ ὀπίου φάρμακον, ᾧ συνήθως χρώμεθα πρὸς τὰ τοιαῦτα.

ὃ δὲ ὑγρόν, ᾧ ἀναδεύεται ταῦτα, ὃ παρ' ἡμῖν καλούμενον ἕψημά ἐστιν· οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσιν αὐτὸ σίραιον. εἰ δὲ καὶ καταπλάττειν ποτὲ δεήσῃ, κωδύας ἐν ὕδατι καθέψοντες, δι' ἀλεύρου τήλεως, ἢ κριθῶν, ἢ λινοσπέρμου, ἐμβαλλομένων τῷ ὕδατι, ὃ κατάπλασμα συνθετέον. εἰδέναι δὲ χρὴ τὸ διὰ καστορίου φάρμακον, οὐ μόνον ὤτων ἄλγημα πραΰνειν, ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ὀδόντων, ἐνσταζόμενον τοῖς ὠσίν. ἴσασι δὲ δήπου πάντες ἤδη, καὶ τὰ δι' ὀπίου κολλύρια, σφοδροτάτας ὀδύνας ὀφθαλμῶν πραΰνοντα. χρηστέον δ' αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, μεγίστης ἀνάγκης καταλαβούσης, εἰδότα μὲν ὅτι βλαβήσεταί τι τὰ μόρια, καὶ ἀσθενέστερα πρὸς τὸν λοιπὸν τοῦ βίου γενήσεται ψυχθέντα· τὸ δὲ σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ παραχρῆμα, τῆς εἰς ὕστερον ἀκολουθούσης βλάβης προαιρουμένων. ἐπεί τοι γ' ὅτι πολλοὶ τῶν χρησαμένων αὐτοῖς, ἐγγὺς ἧκον, οἱ μὲν τοῦ μὴ δι' ὅλως ὁρᾶν, οἱ δὲ, τοῦ κωφωθῆναι, γινώσκεται πᾶσιν. ὅθεν ἡμεῖς εἴ ποτε ἀναγκασθείημεν αὐτοῖς χρήσασθαι, μετὰ ταῦτα κατὰ τὸν τῆς ὑγείας καιρὸν ἐκθερμαίνομεν τὰ μόρια· τοῖς μὲν ὠσὶν, ἐγχέοντες τὸ διὰ μόνου τοῦ καστορίου· τοῖς δ' ὀφθαλμοῖς, τὰ θερμαίνοντα κολλύρια μόνα· μάλιστα δὲ ἐπαινοῦμεν εἰς ταῦτα, τὸ διὰ κινναμώμου. περὶ μὲν οὖν ὀδύνης τῆς ἐπὶ παχέσιν, ἢ γλίσχροις, ἢ ψυχροῖς χυμοῖς, ἢ φυσώδει πνεύματι, καὶ ταῦθ' ἱκανά. παραπλήσια γὰρ ἁπάντων αὐτῶν ἐστιν ἡ θεραπεία διὰ τῶν εἰρημένων ὑλῶν περαινομένη, πλὴν ἥ γε διὰ πνεῦμα φυσῶδες, ἐξαίρετον ἴαμα κέκτηται, τὴν σικύαν πολλάκις προστιθεμένην, ἅμα δαψιλεῖ φλογί. καὶ δόξει σοι τὸ βοήθημα τοῦτο μαγείᾳ τινὶ παραπλήσιον ἐργάζεσθαι κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις, εἴτε κατά τι τῶν ἐντέρων, εἴτε κατ' ἄλλο τι τοῦ σώματος γένοιτο μόριον. αὐτίκα γὰρ ἀνώδυνοί τε ἅμα, καὶ εἰς τέλος ὑγιεῖς, οἱ διὰ πνεῦμα φυσῶδες ὀδυνώμενοι γίγνονται, προσβληθείσης σικύας. εἰ δὲ μὴ μόνον εἴη πνεῦμα φυσῶδες, ἀλλὰ καὶ χυμὸς, ἐξ οὗ τοῦτο γεννᾶται, παραχρῆμα μὲν ἀνώδυνοι γίνονται, πάλιν δ' αὖθις, ἤτοι διὰ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς, ἢ κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἡμέραν, ἢ καὶ διὰ τρίτης, ὅμοιαι συμβαίνουσιν ὀδύναι· καὶ μάλισθ' ὅταν ἐξαμαρτάνωσί τι περὶ τὴν δίαιταν, ἢ φιλοτιμότερον ἐκθερμαίνουσι τὰ μόρια. σοὶ δὲ καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸ μέγιστον ἔστω γνώρισμα τῆς διαθέσεως· ἐπέσθω δὲ καὶ ἡ θεραπεία προσήκουσα, μὴ θερμαίνοντι μὲν ἐπιφανῶς τὸ μόριον, ἀγωγῇ δὲ ἐπιμελείας χρωμένῳ λεπτυνούσῃ. εἰ δὲ καὶ κατὰ γαστέρα τῶν τοιούτων τι συμβαίνῃ, θαυμαστῶς ὑπὸ κλυσμάτων ὀνίνανται δριμέων. χρὴ δὲ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἰᾶσθαι τὸν παροξυσμὸν τῆς ὀδύνης, προσβάλλοντα σικύαν ὑπὲρ τοῦ διαπνεῦσαι τὸ φυσῶδες πνεῦμα· μετὰ ταῦτα δὲ, ἐκκενοῦν τὸν χυμὸν, ἐνιέντα τῶν τοιούτων τι φαρμάκων. ἐγὼ δὲ εἴωθα χρῆσθαι τῶν λεπτομερῶν ἐλαίων τινὶ, πήγανον ἐναφεψῶν. ἔνιοι δὲ ὑπὸ τὴν τοιαύτην θεραπείαν ἀχθέντων, ὅταν παραδέξωνται τοὔλαιον, ὀδυνῶνται σφοδρότατα· κἄπειτ' ὀλίγον ὕστερον ἐκκρίνουσιν ὑαλώδη χυμόν· ἐφ' ᾧ παραχρῆμα, τήν τ' ὀδύνην ἅμα, καὶ τὴν διάθεσιν ἐκθεραπεύονται· κενωθέντος γὰρ τοῦ τὸ φυσῶδες πνεῦμα γεννῶντος αἰτίου, πάντα παύεται. τοῖς τοιούτοις χυμοῖς ἐναντιωτάτην μὲν ἔχουσι φύσιν, οἱ λεπτοὶ καὶ δριμεῖς, ὁμοίαν δὲ τὴν ὀδύνην· ἐνίοτε δὲ καὶ σπασμοὺς συντόνους ἐπιφέρουσιν, ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς ἀθροισθέντες· ὥσπερ καὶ πρῴην ᾧ μικρὸν ὕστερον ἐμέσαντι τὸν ἰώδη χυμόν.

A Liquor, quo hæc liquantur, sapa esto, quod apud nos vocant hepsema; plerique medicorum siræon appellant. Quod si imponi cataplasma aliquando oportebit, papauerum capitibus in aqua coctis, ac fœnigræci, vel hordei, vel lini seminis farina aquæ immissa, cataplasma conficies. Scire autem licet medicamentum, quod castoreum recipit, non solùm aurium sedare dolorē, sed etiam oculorum & dentium, si auribus instilletur. Iam verò collyria, quæ ex opio fiunt, vehementissimos oculorum dolores remittere omnes norunt. Vtendúmque (vt diximus) his est, quum maxima B necessitas vrget, illud minimè ignorantibus, partes ipsas nonnihil lædendas, imbecilliorésque in reliquam vitam ex refrigeratione futuras; cæterùm saluti hominis in præsens, ipsam futuram postea noxam posthabentibus. Siquidem non paucos eorum, qui his sunt vsi, eò infirmitatis venisse, vt alij ferè nihil omninò viderent, alij propemodum surdi forent, id omnibus iam notum est. Itaque nos, si quando cogimur his vti, postmodum in sanitatis tempore partes ipsas ex calefacimus, nempe auribus oleum id, quod solum castoreum ha- C bet, infundētes; oculis verò collyria, quæ tantùm calefaciant; ad quod scilicet munus maximè id probamus, quod ex cinnamomo conficitur. Ac de doloribus quidem, qui ex crassis glutinosísve, aut frigidis humoribus, vel etiam flatuoso spiritu excitantur, hactenus abundè. Similis nanque est eorum omnium curatio, vt quæ per enarratas iam materias perficiatur, nisi quòd is, qui spiritum flatuosum comitatur, propriam quandam curationem est sortitus ex cucurbita cum flamma copiosa subinde admota. Videbitúrque tibi præsidium hoc in huiusmodi affectibus incantamen- D ti cuiusquam simile quid efficere, siue hi in intestinis, siue in quauis corporis parte sunt excitati. Ilicò enim cucurbita admota, qui spiritu flatuoso cruciantur, tum à dolore liberi, tum omninò sani redduntur. Quos verò non spiritus modò flatuosus, sed etiam humor vnde is oritur, malè habet, iis ilicò ad tempus dolor sedatur, redit tamen, vel in sequente nocte, vel postridie, vel etiam tertio die similis dolor; ac potissimùm, vbi in victu aliquid deliquerint, aut importuniùs partes excalefecerint. Tibi verò hoc quoque maxi- E mum indicium affectus erit; ac curationem pro ratione prosequeris, nec impensè partem excalefaciens, & tenuatoria curationis ratione vtens. Quod si in ventre quoque talium quippiam incidat, mirificè hi ex acribus clysteribus leuantur. Sed percuranda in his primùm doloris accessio est, admota scilicet cucurbita, quo ventosus digeratur spiritus; post id vacuandus humor est, infuso per sedem eiusmodi medicamentorum aliquo. Ego verò oleo quopiam tenuis substantiæ vti assueui, rutam incoquens. Porrò aliqui in tali curandi ratione, vbi oleum acceperunt, maximo dolore cruciantur; postea exi- F guo interposito spatio excernunt humorem vitreum; atque ex hoc protinus simul, & à dolore, & ab affectu liberantur; nam sublata causa, quæ spiritum flatuosum gignit, omnia conquiescunt. His humoribus contrariam maximè naturam habent, qui tenues sunt atque acres, sed similem dolorem inferunt; nonnunquam autem, & conuulsiones vehementes accersunt, quum in ore ventriculi sunt collecti: veluti dudum illi contigit, qui paulo post æruginosum humorem euomuit.

A Satius verò sit non æruginosum ipsum dicere, sed exactam planè æruginem; talis nanque erat, qualis pulcherrima est ærugo. Verùm huic adolescenti cum conuulsione, & syncope, etiam madores quidam frigidi, & pulsus in summo gradu parui erant. Ex quibus quum coniicerem in ore ventriculi, quem vulgò stomachum vocant, mordentem aliquem contineri humorem, dedi illi aquam tepidam bibendam; post quam protinus tale quid euomuit, quale si ipse facere velles, floridissimam æruginem aquæ misceres. Quum igitur talis humor in ventriculo consistit, vomitu est expellendus; quum in intestinis, iniicere per sedem B conueniet, quod eluere eiusmodi humorem sit aptum. At id detersiuum sit omninò, oportebit. Quum autem talium plurima mordeant, commodissimè ex iis aliquod detergens deligitur, cui morsus absit; eius generis maximè est ptisanæ cremor. Cibi verò exhibendi his sunt, & qui boni sint succi, nec facilè corrumpantur, quorum etiam exempla in priore libro iam tradita habes. Quoniam verò etiam eorũ; qui ex siccitate vehementi tenduntur cruciantúrque, mentionem feci, satius fuerit de his etiam aliquid apponere. Scire nanque licet eiusmodi affectum, si modò curabitur, humectationem poscere, cæterùm curatu C perdifficilem esse, vel potiùs, qui curari omninò non possit, si febris occasione sit contractus. Succedit maximè exitiali phrenitidi, nec sanatum quempiam ita conuulsorum, aut ipse vidi, aut alium narrantem audiui. Nam sæpè conuulsio, vel ex repletione neruosarum partium incidit, qua ratione eos, quos magna phlegmone premit, adoritur; vel ex mordente, & tenui humore, qui neruosa corpora rodat; vel ex ingenti frigore, quod tale quippiam, quale gelu, efficit. Atque hæ tres conuulsiones sæpè percurantur; sed, quæ ex neruosarum partium siccitate prouenit, insanabilis est. Quippe etiam in libro de marasmo D docuimus solidorum corporum siccitatem omninò esse insanabilem. Quo minus adiiciendum quicquam de eiusmodi symptomatis præterea puto; sed nec de iis, quæ vitio immodicæ vacuationis, vel per aluum, vel per vomitum, vel sanguinis profusionem incidunt; quòd & antea de his mediocriter sit dictum, & post hac dicere sit necessum, potissimùm quum mihi de tumoribus, qui præter naturam incidunt, erit agendum. Itaque librum iam claudam, quandoquidem de symptomatis iis, quæ maximè erant necessaria, & præcipuè quæ cum febrium affectibus ipsis sunt connexa, abundè disserui.

A ἄμεινον δὲ οὐκ ἰώδη λέγειν αὐτὸν, ἀλλ' ἀκριβέστατον ἰόν. ἦν γὰρ δὴ τοιοῦτος, οἷος ὁ κάλλιστος ἰός. ἀλλὰ τούτῳ γε τῷ νεανίσκῳ, μετὰ τοῦ σπᾶσθαι, καὶ συγκόπτεσθαι, καί τινες ἐγίνοντο νοτίδες ψυχραὶ, καὶ ὁ σφυγμὸς ἐσχάτως μικρὸς ἦν. ἐξ ὧν περ καὶ τεκμηράμενος ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, ὃ συνήθως ὀνομάζομεν στόμαχον, εἶναί τινα δακνώδη χυμὸν, ἔδωκα πιεῖν αὐτῷ ὕδατος χλιαροῦ· μεθ' ὃ παραχρῆμα τοιοῦτον ἤμεσεν, οἷον περ εἰ καὶ σὺ βουληθείης ἐργάσασθαι, μίξας ὕδατι τὸν εὐανθέστατον ἰόν. ὅταν μὲν οὖν ἐν τῇ γαστρὶ συνίστατα τοιοῦτος χυμὸς, ἐμέτοις ἐκκαθαίρειν B αὐτόν· ὅταν δὲ ἐν τοῖς ἐντέροις, ἐνιέναι διὰ τῆς ἕδρας ἐπιτήδειόν τι, τῶν τοιούτους χυμοὺς κατακλύζειν δυναμένων. εἶναι δὲ χρὴ τοῦτο, ῥυπτικὸν μὲν πάντως. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων δάκνει, κάλλιστα ἂν εἴη τῶν ἀδήκτων τι ῥυπτικὸν ἐκλέγεσθαι· τοιοῦτον δέ ἐστιν ἐν τοῖς μάλιστα, ὁ πτισάνης χυλός. ἐδέσματα δὲ αὖθις εὔχυμά τε καὶ δύσφθαρτα δοτέον, ὧν εἴρηται καὶ παραδείγματα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον. ἐπεὶ δὲ, καὶ τῶν διὰ ξηρότητα σφοδρὰν τεινομένων τε ἅμα καὶ ὀδυνωμένων ἐμνημόνευσα, προσθεῖναί τι καὶ περὶ τούτων ἄμεινον. εἰδέναι γὰρ χρὴ τὴν τοιαύτην διάθεσιν, ἐνδεχομένην μὲν εἰ μέλλει θεραπεύειν C τις αὐτὴν, ὑγρότητα, χαλεπὴν δ' οὖσαν, ἢ καὶ παντάπασιν ἀδύνατον ἐκθεραπεύεσθαι, λέγω πυρετοῦ γενομένην. ἕπεται δὲ μάλιστα ταῖς ὀλεθρίαις φρενίτισι, καὶ σωθέντα τινὰ τῶν οὕτω σπασθέντων, οὔτ' αὐτὸς εἶδον, οὔτ' ἄλλου λέγοντος ἤκουσα. τὰ πολλὰ γὰρ, οἱ σπασμοὶ γίγνονται, διά τε πλήρωσιν τῶν νευρωδῶν μορίων, ᾧ λόγῳ καὶ τοῖς φλεγμαίνουσιν ἰσχυρῶς ἕπονται· καὶ προσέτι καὶ διὰ δακνώδη χυμὸν λεπτὸν, ἀναβιβρώσκοντα τὰ νευρώδη μόρια· καὶ ψύξιν ἰσχυρὰν, ὁποῖόν τι πῆξις δρώσαν. οὗτοι μὲν οἱ εἰρημένοι τρεῖς σπασμοὶ θεραπεύονται πολλάκις· ἀνίατος δὲ D ὁ διὰ ξηρότητα τῶν νευρωδῶν μορίων γιγνόμενος. ἐδείχθη γάρ μοι κἀν τῷ περὶ μαρασμοῦ λόγῳ, παντάπασιν ἀθεράπευτος ἡ τῶν στερεῶν σωμάτων ξηρότης. ὥστ' οὐδὲν ἔτι χρὴ περί γε τῶν τοιούτων λέγειν συμπτωμάτων· οὐ μὴν οὐδὲ περὶ τῶν διὰ κένωσιν ἀμέτρων, ἤτοι διὰ γαστρὸς, ἢ δι' ἐμέτου, ἢ δι' αἱμορραγίας· εἴρηται γὰρ περὶ αὐτῶν ἤδη μετρίως, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, αὖθίς τε διελθεῖν ἀναγκαῖον ἔσται, καὶ μάλιστα ὅταν ὁ λόγος μοι γίγνηται περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων. καταπαύσω τοιγαροῦν ἤδη τὸν ἐνεστῶτα λόγον, ἐπεὶ περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων συμπτωμάτων, καὶ μάλιστα τῶν συνεζευγμένων αὐταῖς ταῖς διαθέσεσι τῶν πυρετῶν, αὐτάρκως διῆλθον.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΣ ΜΕΘΟΔΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

GALENI METHODI MEDENDI LIBER TERTIVSDECIMVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τὰς μὲν φλεγμονὰς, καὶ τοὺς λοιποὺς παρὰ φύσιν ὄγκους θεραπεύειν διδάσκει· τουτὶ δὲ ταῖς προσγεγραμμέναις ἐνδείξεσιν ἐπιμελῶς, καὶ μάλιστα ταῖς ὑπὸ τοῦ πεπονθότος μορίου ληφθείσαις.

ARGVMENTVM LIBRI.

QVum enim phlegmone duplici ratione à naturali affectu recessit, & quòd pars ipsa multo sanguine sit repleta; & quòd sit calidior; vacuationis scopus refrigerationis indicationem præcellit, non vt in erysipelate; in illo nanque refrigerationis indicatio magis vrget, quàm vacuationis. Quanquam vtriusque affectus curandi commune caput est infestantis humoris vacuatio. Ideóque postquam refrigeratum erysipelas est, ad ea, quæ discutiunt, medicamenta conuertimur. In phlegmone igitur feruente tantisper est refrigerandum, quatenus & ad incrementũ eius sistendum, inhibendúmque est commodum. Etenim, quum immoderatus calor dolorem excitet, atque etiam aliquid ad ægram partem attrahat, vtroque nomine augescere phlegmonen accidit. Ergo quantum refrigerationis phlegmonæ, ceu calido morbo congruit, tantum certè, & incrementum eius inhibere est aptum. Idem parem gratiam præstat, & quum repercutit id, quod affluit. Quod verò ex eo, quod in laborante membro continetur, quidpiam in proximas partes repellit, hoc phlegmones iam genitæ medela est. Simili modo, & quę modicè calefaciunt,

vtraque

vtraque interdum ratione prosunt, quum & dolorem sedent, & quod contentum in laborante parte est, discutiant; quippe dolorem mitigando, augeri phlegmonas vetant; discutiendo, quod earum iam conceptum est, sanant.

ἐνίοτε κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους ὀνίνησι, ὅταν τὴν ὀδύνην παύῃ, καὶ διαφορῇ τὸ περιεχόμενον ἐν τοῖς πεπονθόσι μορίοις· ἐν μὲν γὰρ τῷ παύειν τὴν ὀδύνην, κωλύει τὴν αὔξησιν· ἐν δὲ τῷ διαφορεῖν, ἰᾶται τὸ γεγονὸς ἤδη τῆς φλεγμονῆς.

CAPVT IX.

Quatuor esse in totum vacuationum genera, quæ ex partium natura oriuntur.

QVoniam igitur præcipuus omnis scopus curationis laborantis phlegmone partis, in exuperantis sanguinis vacuatione consistit; vacuatio autem ita affectorum excogitata, est duplex, aut translato ad alias partes, qui in ægra continebatur, sanguine, aut foris à corpore expulso; satius est vtraque vti, obseruantibus diligenter, nequa ex accidenti læsio sequatur. Ergo quum gemina sit dictarum vacuationum vtraque, quadruplex in vniuersum nascitur vacuantium auxiliorum genus. Translationis enim sanguinis ad alias partes alterum genus est, vbi ipsa pars, quæ phlegmone laborat, sanguinem abigit; alterum quum eæ, quæ integræ sunt, ad se trahunt. Eius autem, quæ extra corpus educit, alterum sensibilibus effluxibus; alterum ratione tantum contemplabilibus perficitur. Atque id quod sensibilibus effluxibus peragitur, aliàs per ipsam fit partem phlegmone laborantem; aliàs per ea, quæ vnà cum hac aperiuntur. Proinde etiam dissectionum vsu ad eiusmodi consortium intelligendum est opus. Ergo tum hæ indicationes phlegmonarum curationem immutantes à partium natura præstantur; tum supra has, quæ tum ex situ, tum conformatione sumuntur; quas nimirum laborans locus, quà instrumentalis, non quà similaris est, indicat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Τέτταρα εἶναι τὰ τῆς κενώσεως γένη, τὰ ἐκ τῆς φύσεως τῶν μερῶν γιγνόμενα.

Ἐπεὶ τοίνυν ὁ σκοπὸς ἁπάσης ἐστὶ τῆς τῶν φλεγμαινόντων θεραπείας, ἐν τῷ κενῶσαι τὸ περιττὸν αἷμα τοῦ φλεγμαίνοντος μορίου· κένωσις δὲ ἐπινοεῖται διττὴ τῶν οὕτως ἐχόντων, ἢ μεθισταμένου πρὸς ἕτερα χωρία τοῦ περιεχομένου κατὰ τὸ φλεγμαῖνον αἵματος, ἢ ἔξωθεν τοῦ σώματος ἐκκρινομένου· βέλτιόν ἐστιν ἀμφοτέροις χρῆσθαι προσέχοντα τὸν νοῦν, μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ἕπηταί τις βλάβη. διττῆς τοίνυν ἑκατέρας τῶν εἰρημένων κενώσεως οὔσης, εἰς τέτταρας τὰς πάσας ἡ τομὴ γίνεται τῶν κενωτικῶν ἁπάντων βοηθημάτων. τῆς μὲν εἰς τὰ ἄλλα μόρια μεταρρύσεως τοῦ αἵματος, ἡ μὲν ἑτέρα, διωθουμένων αὐτὸ τῶν φλεγμαινόντων μορίων· ἡ δ' ἑτέρα, τῶν ἀπαθῶν ἑλκόντων γίνεται. τῆς δὲ ἔξω τοῦ σώματος κενώσεως, ἡ μία μὲν αἰσθηταῖς ἐκροαῖς· ἡ δὲ ἑτέρα, λόγῳ θεωρηταῖς ἐπιτελεῖται. καὶ τῆς αἰσθηταῖς ἐκροαῖς γινομένης, ἡ μὲν ἑτέρα, δι' αὐτοῦ τοῦ φλεγμαίνοντος· ἡ δ' ἑτέρα, διὰ τῶν συναναστομουμένων αὐτῷ. διὸ καὶ χρεία τῆς ἀνατομῆς ἐστιν εἰς διάγνωσιν τῆς τοιαύτης κοινωνίας. αὗται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν μορίων ἐνδείξεις προέρχονται, τὴν θεραπείαν ὑπαλλάττουσαι τῶν φλεγμαινόντων· ἔτι τε πρὸς ταύταις, ἡ ἐκ τῆς θέσεώς τε καὶ διαπλάσεως, ἃς ὡς ὀργανικὸν ἐνδείκνυται τὸ πεπονθός, οὐχ ὡς ὁμοιομερές.

CAPVT X.

De reliquis indicationibus similarium, & organicarum partium communibus.

SVnt etiam aliæ, quæ tum organicarum, tum similarium cōmunes sunt, quū actionē earum inspicimus; præterea an rara pars sit, an densa; an acuti sensus, an hebetis; an sensu careat. Ad quæ omnia intētū esse oportet, qui rectè curare studet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Περὶ λοιπῶν κοινῶν ἐνδείξεων τῶν ὁμοιομερῶν, καὶ ὀργανικῶν μερῶν.

Ἔτι δ' ἄλλαι κοιναὶ τῶν τ' ὀργανικῶν εἰσι, καὶ τῶν ὁμοιομερῶν, ὅταν ἐπισκεπτώμεθα τήν τ' ἐνέργειαν αὐτῶν, καὶ εἰ ἀραιόν, ἢ πυκνόν, ἢ εὐαίσθητον, ἢ δυσαίσθητόν ἐστιν, ἢ ἀναίσθητον. εἰς ἃς ἁπάσας ἀποβλέπειν χρὴ τὸν ἐπιχειροῦντα θεραπεύειν ὀρθῶς.

CAPVT XI.

Ratio reuellendi, deriuandi, ac omninò vacuandi inflammatas partes, iecoris exemplo.

QVoniam verò (vt semper testati sumus) non satis est ipsa tantùm vniuersalia nouisse, nisi quis etiam in particularibus se exerceat, ita & nos nunc faciamus, non tamen omnia particularia percurrentes, sed ea tantùm, quæ nobis satis esse lectori videbuntur. Proponatur itaque iecur iam phlegmonen contrahere incipere; tum quænam affectionis eius commodissima sit curatio, quæratur. Omnium ergo primum ab iis quæ retuli incipiens, an totum corpus vacuatione indigeat, considerabis. Quòd si indigere inueneris, mox ægri robur æstimabis, possítne vberem ac citā vacuationem tolerare. Primum ergo virium robur esto, deinde æstimabis ętatem. Nam si puer sit, quę per dissectam venā fit (vt suprà est monstratum) vacuationem non feret; verùm quum pubertatem attigerint, iam pueri missionē sanguinis tolerant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Μέθοδος τοῦ ἀντισπάσαι, παραγαγεῖν, καὶ ὅλως τοῦ κενῶσαι τὰ φλεγμαίνοντα μέρη, τῷ τοῦ ἥπατος παραδείγματι.

Ἐπεὶ δέ, ὡς ἀεὶ λέγομεν, οὐχ ἱκανόν ἐστιν αὐτὰ μόνον γνῶναι τὰ καθόλου χωρὶς τοῦ γεγυμνάσθαι περὶ τὰ κατὰ μέρος, οὕτω καὶ νῦν πράξομεν, οὐ διὰ πάντων τῶν κατὰ μέρος ἰόντες, ἀλλ' ὅσα περ ἂν ἡμῖν ἱκανὰ δόξῃ τοῖς ἀναγνωσομένοις αὐτὰ γενήσεσθαι. ὑποκείσθω τοίνυν ἧπαρ ἀρχόμενον φλεγμαίνειν, καὶ ζητείσθω, τίς ἀρίστη θεραπεία γενήσεται τοῦ πάθους. ἐπισκέπτου δή, πρῶτον μὲν ἁπάντων, ἀφ' ὧν εἶπον ὁρμώμενος, εἰ δεῖται κενώσεως τὸ πᾶν σῶμα. κἂν εὕρῃς δεόμενον, ἐφεξῆς σκέπτου τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος, εἰ δύναται κένωσιν ἀθρόαν ἐνεγκεῖν. ἔστω δὴ πρότερον ἐρρῶσθαι τὴν δύναμιν· ἐφεξῆς σκέπτου τὴν ἡλικίαν. εἰ γὰρ παιδίον εἴη, τὴν διὰ φλεβοτομίας οὐκ οἴσει κένωσιν, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείχθη· κατὰ μὲν τὸν τῆς ἥβης χρόνον, οἱ παῖδες ἤδη φέρουσι τὴν διὰ τῆς φλεβοτομίας κένωσιν.

ἀντισπαστέον οὖν ἅμα καὶ κενωτέον τὸ φερόμενον ἐπὶ τὸ ἧπαρ αἷμα, τῇ φλεβοτομίᾳ, κατὰ τὸν δεξιὸν ἀγκῶνα, τὴν ἔνδον φλέβα τέμνοντες, ἐπεὶ κατ' εὐθὺ, καὶ δι' εὐρείας ὁδοῦ, τῇ κοίλῃ καλουμένῃ κοινωνεῖ· μὴ φαινομένης δὲ ταύτης, τὴν μέσην τέμνειν· εἰ δὲ μήτ' αὐτὴ φαίνοιτο, τὴν λοιπὴν καὶ τρίτην. τὸ δὲ ποσὸν τῆς κενώσεως, ἔκ τε τῆς κατὰ τὸ πλῆθος εὑρήσεις ποσότητος, ὅσα τ' ἄλλα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἴρηται λόγον, ἡλικία τε, καὶ φύσις, ὥρα τε, καὶ χώρα, καὶ ἔθος· ἔτι τε πρὸ τούτων, καὶ ἡ δύναμις τοῦ κάμνοντος. ἐφ' ἁπάντων γὰρ ταῦτα κοινά. τὸ δ' ἤτοι τὴν ἔνδον, ἢ τὴν μέσην, ἢ τὴν ὠμιαίαν φλέβα τέμνειν, ἢ τὴν παρὰ τὸ σφυρὸν, ἢ τὴν ἐν ἰγνύϊ, παρὰ τοῦ πεπονθότος μορίου τὴν ἔνδειξιν ἔχει. καὶ διώρισται μὲν ἤδη κἀν τοῖς περὶ φλεβοτομίας, ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἁπασῶν κενώσεων· εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν, ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον, αὐτό τε τοῦτο πρῶτον, ὡς οὐκ ἀρκεῖ μόνον ὅτι κενωτέον ἐστὶν ἐξευρεῖν, ὡς ἂν φαῖεν οἱ τὴν ἀμέθοδον αἵρεσιν μετιόντες, οὐδὲν φροντίζοντες τῆς διαφορᾶς τῶν πεπονθότων μορίων. οὐ γὰρ ὁ λόγος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ πεῖρα δείκνυσιν ἄλλην ἄλλῳ μορίῳ κένωσιν ἁρμόττουσαν. ἐθεάσω γοῦν ἐνίους τῶν ἀρξαμένων φλεγμαίνειν ὀφθαλμοὺς, αὐτῷ μόνῳ τῷ καθαρθῆναι διὰ τῆς κάτω γαστρὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ θεραπευθέντας. ὅπερ ἐὰν ἐφ' ἥπατος ἀρχομένου φλεγμαίνειν ἐπιχειρήσῃ τις πρᾶξαι, μεγίστην ἐργάσεται τὴν φλεγμονὴν, ὥσπερ γε καὶ εἰ τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστεως φλεγμαίνειν ἀρξαμένων, οὐρητικὰ ποτίζοι φάρμακα, καταμήνιά τε κινοῖ, μήτρας φλεγμαινούσης· ἀντισπᾶν γὰρ χρὴ, τῶν ἀρχομένων ῥευματίζεσθαι πορρωτάτω, τὸ περιττὸν, οὐχ ἕλκειν ἐπ' αὐτά. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον οὐδὲ γαστρὸς, οὐδ' ἐντέρων ἀρξαμένων φλεγμαίνειν, ὑπηλάτῳ χρῆσθαι προσήκει. τὴν δ' αὐτὴν ἔνδειξιν ἔχει, τούτοις μὲν μήτρα, τοῖς δ' οὐρητικοῖς ὀργάνοις, αἰδοῖα. τό γε μὴν ἐμέτοις χρῆσθαι τῶν αἰδοίων πεπονθότων, ἀντισπαστικόν ἐστι βοήθημα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ἐπὶ μὲν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἅπασιν, ὑπήλατον φάρμακον. ὅσα δὲ κατὰ τὸν φάρυγγα, καὶ οὐρανίσκον, ἢ τὴν ὑπερῴαν, ἢ τὴν γλῶτταν, ἢ ὅλως κατὰ τὸ στόμα φλεγμαίνειν ἄρχεται, φυλακτέον ἐπὶ τούτων ἁπάντων τοὺς καλουμένους ἀποφλεγματισμούς. ὅμοιον γὰρ τοῦτο, τῷ καθαίρειν κάτω, τῶν ἐντέρων πεπονθότων· καὶ τῷ οὖρα κινεῖν, τῶν κατὰ τοὺς νεφροὺς, ἢ κύστιν ἐχόντων κακῶς· ἢ ἐμέτοις, τῶν κατὰ τὸν στόμαχον. ἄμεινον οὖν ἐπὶ τὴν ῥῖνα προχετεύειν, ἀρχομένων τῶν κατὰ τὸ στόμα μορίων φλεγμαίνειν. οὕτω δὲ καὶ φλέβα τέμνειν, εἰ μὲν ταῦτα πεπόνθοι, τὴν ὠμιαίαν ἐν χειρί· καὶ ταύτης μὴ φαινομένης, τὴν μέσην. εἰ δ' ἧπαρ, ἢ θώραξ, ἢ πνεύμων, ἢ καρδία, τὴν ἔνδον. ἐπὶ δὲ συνάγχης, πρώτας μὲν τὰς ἐν χερσὶ, δευτέρας δὲ, τὰς ὑπὸ τὴν γλῶτταν. τῶν δὲ κατ' ἰνίον πασχόντων, καὶ τὴν ἐν ἀγκῶνι μὲν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ μετώπῳ. ἐπὶ δὲ νεφρῶν, καὶ κύστεως, αἰδοίου τε, καὶ μήτρας, τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι, μάλιστα μὲν τὰς κατὰ τὴν ἰγνύαν· εἰ δὲ μὴ τὰς παρὰ σφυρόν. ἀεὶ δ' ἐπὶ πάντων, τὰς κατ' εὐθύ. τοῦ μὲν ἥπατος ἀρχομένου φλεγμαίνειν, τὰς ἐν τῇ δεξιᾷ χειρί. τοῦ δὲ σπληνὸς, ἔμπαλιν. ὥστ' εὐθὺς ἡ διαφορὰ τῶν κενώσεων, πρῶτον κατὰ τὴν τῶν μορίων διαφορὰν ὑπαλλάττεται· καὶ δῆλον ὅτι τὸ κοινὸν τῆς ἐνδείξεως, οὐ μᾶλλον ὠφελείας ἢ βλάβης αἴτιον.

Ergo pariter tum reuellendus, tum educendus, qui ad iecur fluit sanguis est, interna in dextro cubito secta vena, propterea quòd hæc & è directa regione, & ampla via, cum vena, quæ caua dicitur, societatem habet; hac non apparente, media secanda est; quod si nec ea se ostenderit, reliqua, ac tertia est incidenda. Quantitatem verò vacuationis tum ex plenitudinis quantitate, tum ex reliquis, quæ in superioribus diximus, inuenies, ætate, natura, tempore anni, regione, & consuetudine; tum ante hæc, ipsis laborantis viribus. Hæc enim in omnibus sunt communia. Illud verò, internáne, an media, an humeralis vena, secanda sit, an ea quæ iuxta malleolum est, an quæ in poplite; id verò ex laborante parte indicatur. Ac definitum iam est in iis, quæ de incidenda vena scripsimus, de vacuationibus eiusmodi omnibus; dicetúrque nunc, quantum sit ad rem propositam opportunum; primúmque hoc ipsum, non esse solùm illud satis, quod vacuandum sit, inuenisse; veluti sentiunt, qui amethodon sectam colunt; quibus nulla de laborantium partium differentia habetur ratio. Non enim ratio solùm, verùm etiã experientia indicat aliam alij parti vacuationem congruere. Siquidem ex iis, quibus oculi tentari phlegmone cœperant, nonnullos sola purgatione per aluum, vno die sanatos vidisti. Quã rem si quis facere in iecore, quum phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit phlegmonen, æquè ac, si quum renes, aut vesica phlegmone corripi cœperint, quæ vrinas cient medicamenta exhibeat: aut, si quum vterus phlegmone laborat, menses deuocet: siquidem longissimè à parte, quæ fluxione teneri incipiat, quod redũdat reuellere, nequaquam ad eam trahere oportet. Hac itaque ratione, nec si ventriculũ, aut intestina phlegmone occupare iam cœperit, medicamento aluum deijciente, vti conueniat. Eandem cum his indicationem, & vterus sortitur, sicuti cum vrinæ organis, pudenda. At vomitu vti pudibundis laborantibus, reuellens auxilium est. Eadem ratione in omnibus, quæ circa caput accidunt, medicamentum aluum deiiciens reuellit. Si qua verò circa fauces, & palatum, aut linguam, aut denique in ore, phlegmone laborare incipiant, in his omnibus cauenda sunt, quæ pituitam per os euocant. Nam id simile est, ac si per inferiora purgare, intestinis ægrotantibus velis; aut vrinas mouere, renibus, aut vesica malè affectis; aut vomitum lacessere, partibus stomachi *laborantibus*. Satius igitur sit, vbi partes quæ in ore sunt, phlegmonen accersere incipiunt, deriuare ad nares. Sic venam quoque, si hæ partes laborant, incidere humeralem in manu; si ea non cernitur, mediam. Vbi iecur, vel pectus, vel pulmo, aut cor sic afficiuntur, internam. In angina, primas, in manibus; secundas, quæ sub lingua habentur. At partibus occipitis affectis, etiam eam, quæ in cubito est, nec non eam, quæ habetur in fronte. Renibus verò, & vesica, & pudendo, & vtero malè habentibus, eas, quæ in cruribus sunt sitæ, ac potissimùm, quæ circa poplitem sunt; sin minus, eas, quæ iuxta malleolos. Ac perpetuò quidem in omnibus eam, quæ è directo est; vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dextra sunt manu; vbi lienem, contrà. Itaque statim prima vacuationis diuersitas pro partium diuersitate variatur; constátque communem indicationem non magis esse vtilitatis, quàm noxæ causam. Siquidem,

Siquidem, quod vacuandum sit, id communis indicatio est; vnde autem, aut quomodo, vacuatio sit facienda, id æger ipse docet locus. Ita nanque, vbi pectus, aut ventriculus, aut partes circa collū capútve, phlegmone laborant, excogitatum est artus vincire. Non enim ipsum, quod phlegmone infestatur, vinciendum est; sed si in manibus phlegmone est orta, crura; sin in cruribus, manus.

CAPVT XII.

Ratio refrigerandi, ac adstringendi inter initia inflammatas partes.

EQuidem refrigerare inter initia, & adstringere, citra laborantis partis indicationem non vtilitatis magis, quàm noxæ causa est. Nam in partibus quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiam, vel ex frigida aqua, cui paululum aceti sit immixtum, vel ex aqua sola madentem imponere; sicut etiam ex vino aliquo austero. In iecore verò, si phlegmone laborare cœpit, nemo cõpos rationis his vtatur; imò nec si melino perfundas, aut myrteo, aut masstichino, aut nardino, aut lentiscino, aut aliquo oleo, quod adstringat, aut etiam alio quopiam, cui absinthium sit incoctum, ne horum quidem vllum conueniet frigidum, sicut nec vllum cataplasma frigidum. Sed, si mala præcipuè cotonea vino incoquens, cataplasma ex eo præparaueris, si iecur phlegmone laborare adhuc incipiat, ne id quidem admouebis frigidum; vt nec oleum, vt dictum est, præparatum, vel oculis, vel oris partibus, sicubi hæc tētari phlegmone incipiant. Auri verò etiam si acetum cum rosaceo infundas, nihil offendes. At non est hoc oculis phlegmone laborantibus vtile, vt nec medicamentum, quod ex moris conficitur, aut aliud quippiam eorum, quæ stomatica dicuntur; sunt enim eiusmodi omnia oculis molesta, quanquam genere sunt ex iis, quæ indicentur. Glandulis verò phlegmone tentari incipientibus, sæpè solum oleum calens sat fuit.

CAPVT XIII.

Quid differat victus ratio, Iecore, aut ventriculo, & glandulis, ac artuum partibus inflammatis.

SEd, & reliquus victus *ordinandus* is, quibus, glandulæ, aut etiam pars aliqua circa artus phlegmone corripitur, vnum tantùm scopum habet, tot, ac talia exhibendi, quot & qualia facillimè concoquentur. Nec quicquam refert, alicam, an ptisanā, an mulsam, an punicum, an malum, an tale quippiā exhibeas. At, si iecur phlegmone infestetur, exquisitissimo victu est opus; æquè ac si ventriculus *inflammetur*. Quippe munus eorū toti animali est cõmune; acciditque omnibus animalis partibus maximum incommodum, siue non probè concoctum alimentum sit, siue non ritè in sanguinem conuersum. Artuum verò partes tantum alimenti capiunt, quanto sunt nutriendæ. Quo fit, vt siue ex malo, quod probè in ventriculo sit concoctum, alimentum ad eas perueniat, siue ex alica, siue ex ptisana, non multum intersit. In iecore verò quantum referat nutrimentorum differentia, tum quòd maximam in vtranque partem vim habeat, hinc discas, licet.

ὅτι μὲν γὰρ κενωτέον, ἔνδειξις κοινή· τὸ δ' ὅθεν, ἢ ὅπως, οἱ πεπονθότες τόποι διδάσκουσιν. οὕτω γοῦν καὶ οἱ τῶν κώλων ἐπενοήθησαν δεσμοὶ, θώρακος, ἢ γαστρὸς, ἢ τῶν κατὰ τὸν τράχηλον, ἢ τὴν κεφαλὴν μορίων φλεγμαινόντων. οὐ γὰρ δὴ τὸ φλεγμαῖνόν γε αὐτὸ δήσεις κῶλον· ἀλλ' ἐπὶ μὲν σκελῶν, τὰς χεῖρας, ἐπὶ χειρῶν δὲ, τὰ σκέλη.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Μέθοδος τοῦ ψύχειν, καὶ στύφειν ἐν ἀρχῇ τὰ φλεγμαίνοντα τῶν μορίων.

ΚΑὶ μὴν καὶ τὸ ψύχειν, καὶ στύφειν ἐν ἀρχῇ τὰ φλεγμαίνοντα, χωρὶς τῆς παρὰ τῶν πεπονθότων ἐνδείξεως, οὐ μᾶλλον ὠφελείας, ἢ βλάβης αἴτιον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν κατὰ τὰ κῶλα μορίων, ἀρκεῖ καὶ σπόγγον ἐπιθεῖναι, βρέξαντας ἤτοι γε ὕδατι ψυχρῷ μικρὸν ὄξους μιγνύντας, ἢ ὕδατι μόνῳ· καθάπερ γε καὶ οἴνῳ τινὶ τῶν αὐστηρῶν. ἥπατος δ' ἀρξαμένου φλεγμαίνειν, οὐδεὶς ἂν χρήσαιτο τούτοις οὐδεὶς νοῦν ἔχων ἄνθρωπος· ἀλλ' οὐδ' εἰ μήλινον ἐπιβρέξαις, ἢ μύρσινον, ἢ μαστίχινον, ἢ νάρδινον, ἢ σχίνινον, ἤ τι τῶν στυφόντων ἐλαίων, ἢ καὶ τῶν ἄλλων, ἐναφεψήσας ἀψίνθιον, οὐδὲ τούτων οὐδὲν ἁρμόττει ψυχρὸν, ὥσπερ οὐδὲ κατάπλασμα ψυχρὸν οὐδέν. ἀλλὰ μῆλα μὲν ἐναφεψῶν οἴνῳ, καὶ μάλιστα κυδώνια, κατάπλασμα σκευάσεις δι' αὐτοῦ, φλεγμονῆς ἥπατος ἐπὶ ἀρχομένης, ψυχρὸν δ' οὐδὲ τοῦτο προσοίσεις· ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἔλαιον ἐσκευασμένον, ὡς εἴρηται, τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἢ τοῖς ἐν τῷ στόματι μορίοις ἀρχομένοις φλεγμαίνειν. ὠτὶ δὲ, κἂν ὄξος ἐγχέῃς μετὰ ῥοδίνου, βλάψεις οὐδέν. ἀλλ' οὐκ ὀφθαλμοῖς γε φλεγμαίνουσιν, ἀγαθὸν τοῦτο, καθάπερ οὐδὲ τὸ διὰ μόρων φάρμακον, ἤ τι τῶν στοματικῶν ὀνομαζομένων ἄλλο· πάντα γὰρ ἀνιαρὰ τὰ τοιαῦτα τοῖς ὀφθαλμοῖς, καίτοι κατὰ τὸ γένος ὄντα τῆς ἐνδείξεως. ἀδένων δὲ φλεγμαίνειν ἀρχομένων, ἤρκεσε πολλάκις ἔλαιον μόνον θερμόν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Τί διαφέρει ἡ δίαιτα, τοῦ ἥπατος, ἢ γαστρὸς, ἀδένος τε, καὶ τῶν μορίων φλεγμαινομένων τῶν κώλων.

ΑΛλὰ καὶ ἡ ἄλλη δίαιτα, τοῖς μὲν ἀδένας, ἤ τι τῶν κατὰ τὰ κῶλα μορίων ἔχουσι φλεγμαῖνον, ἕνα μόνον λαμβάνει σκοπὸν, ὡς τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα προσφέρεσθαι δεῖν, ὅσα δὴ καὶ οἷα πεφθήσεται ῥᾷστα. διαφέρει δ' οὐδὲν, ἢ χόνδρον, ἢ πτισάνην, ἢ μελίκρατον, ἢ ῥοιὰν, ἢ μῆλον, ἤ τι τοιοῦτον προσενέγκασθαι. φλεγμαίνοντος δ' ἥπατος, ἀκριβεστάτης διαίτης ἐστὶ χρεία, καθάπερ γε καὶ γαστρός. τὸ γὰρ ἔργον αὐτῶν, ἅπαντι τῷ ζῴῳ κοινόν ἐστι· καὶ μὴ πεφθείσης καλῶς τῆς τροφῆς, ἢ μὴ προσηκόντως αἱματωθείσης, ἅπασι τοῖς τοῦ ζῴου μέλεσι, μεγίστη βλάβη προσγίνεται. τὰ δὲ τῶν κώλων μόρια, τοσοῦτον λαμβάνει τῆς τροφῆς, ὅσον τρέφεσθαι πέφυκε. διὸ κἂν ἐκ μήλου καλῶς ἐν τῇ γαστρὶ πεφθέντος, ἀφίκηται πρὸς αὐτὰ τροφὴ, κἂν ἐκ χόνδρου, κἂν ἐκ πτισάνης, οὐ μέγα διαφέρει. κατὰ δὲ τὸ ἧπαρ, ὁπόσον ἡ διαφορὰ τῶν τροφῶν δύναται, καὶ ὡς μέγιστον ἐφ' ἑκάτερα, πάρεστί σοι μανθάνειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Ποίαι τροφαὶ, καὶ φάρμακα εἰλημμένα τῇ τοῦ ἥπατος φλεγμονῇ ἐφαρμόζουσι.

Ἐκκενοῦσθαι μὲν δήπου χρὴ τοῦ ἥπατος ὅσον ἀθροίζεται κατ' αὐτὸ, τόν τε πικροχόλου χυμοῦ, καὶ τὸν ἐκ τῆς φλεγμονῆς ἰχώρων. τοῦτο δ' οὐκ ἂν γένοιτο, χωρὶς τοῦ διαρρύπτεσθαι μὲν τὰ κατὰ τὸ σπλάγχνον ἀγγεῖα, τὸν δ' εἰς τὴν νῆστιν καθήκοντα πόρον ἀναστομοῦσθαι. χόνδρος οὖν ἐμπλάττων μὲν τοῦτον, ἐμπλάττων δὲ τὰ κατὰ τὸ ἧπαρ ἀγγεῖα, καὶ μάλιστα τὰ στόματ' αὐτῶν, κωλύει τήν τε χολὴν εἰς τὸ ἔντερον ὑπιέναι, καὶ τὴν τροφὴν εἰς ὅλον ἀναδίδοσθαι τὸ σῶμα. χρεία τοίνυν ἐστὶ τῶν ἐκφραττόντων ἐδεσμάτων τε καὶ φαρμάκων, αὐτό τε τὸ ἧπαρ, καὶ τὸ τοῦ χοληδόχου πόρου στόμα. τὰ δὲ τοιαῦτα πάντα γλίσχρα μὲν ἥκιστ' ἐστὶ, λεπτὰ δὲ ταῖς συστάσεσι, καὶ δακνώδη ταῖς ποιότησιν. ἀλλὰ πάλιν ὑπὸ τούτων δακνόμενα τὰ φλεγμαίνοντα, παροξύνεται, καὶ διὰ τοῦτο δεόμεθα τῶν ἄνευ τοῦ δάκνειν αὐτὰ ῥυπτόντων, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ μελίκρατον. ἀλλ' ἴσμεν ὅτι τὰ γλυκέα πάντα, καὶ σπλῆνα, καὶ ἧπαρ ἐπὶ πλεῖστον ἐξαίρει. λοιπὸν τοίνυν ἄμεμπτος, ὡς ἐν ἐδέσμασι μὲν, ἡ πτισάνη. χωρὶς γὰρ τοῦ δάκνειν ῥύπτει, ὡς ἐν φαρμάκοις δὲ, ὀξύμελι μεθ' ὕδατος κεκραμένον. καὶ γὰρ ἡ ῥόα, καὶ τὸ μῆλον, ὅσα τ' ἄλλα στύφει, στενοχωροῦντα τοῦ χοληδόχου πόρου τὸ στόμα, κωλύει τὴν χολὴν ἐκκρίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο βλάπτει φλεγμαίνοντος ἥπατος, καὶ μάλιστα ὅταν ἐν τοῖς σιμοῖς ᾖ μέρεσι τοῦ σπλάγχνου. πρὸς γὰρ τῇ διὰ φλεγμονὴν στενοχωρίᾳ, καὶ ἡ ἐκ τῶν στυφόντων τε καὶ γλίσχρων ἐδεσμάτων προσέρχεται. καὶ τὰ δάκνοντα δὲ μᾶλλον βλάπτει τὰς ἐν τοῖς σιμοῖς φλεγμονάς. ὅσαι γὰρ ἐν τοῖς κυρτοῖς αὐτοῦ μέρεσι γίγνονται, ἤδη μεταβεβλημένα πρὸς αὐτὰς ἀφικνεῖσθαι τὰ ληφθέντα, καὶ μήτε τὸ στῦφον ἔτι στύφειν ὁμοίως, μήτε τὸ δάκνον δάκνειν, μήτε τὸ διὰ γλισχρότητα τοῖς στενοῖς ἀγγείοις ἐμπλαττόμενον, ἔτι μένειν ὁμοίως γλίσχρον. ἡ μεταβολὴ δ' αὐτοῖς διττὴ, τῷ τε πεπέφθαι, καὶ διότι τῷ προϋπάρχοντι κατὰ τὸ σπλάγχνον αἵματι μίγνυται. τοῦ δέ γε σιμοῦ μέρους ἐν ἥπατι φλεγμαίνοντος, εὐθὺς μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰς ἐν τῷ μεσεντερίῳ συμφλεγμαίνειν φλέβας. ἀπὸ γὰρ τῆς ἐπὶ πύλας, ἅπασαι πεφύκασιν. εὐθὺς δὲ καὶ τὰ προσπίπτοντα τοῖς στόμασιν αὐτῶν, ἐπιδείκνυται τὴν ἑαυτῶν δύναμιν.

CAPVT XIV.

Quæ nutrimenta medicamentáve assumpta iecoris inflammationi conueniant.

NAm expelli è iecore oportet, quicquid in eo tum amaræ bilis, tum saniei, quæ ex phlegmone prouenit, est collectum. Id verò fieri nequit, nisi & vasa, quæ sunt in viscere, detergeantur, & meatus, qui ad ieiunum pertinet, sit apertus. Ergo alica, quum & huic inhæreat, & vasa hepatis obstruat, præcipuéque eorum ora, & bilem in intestinum descendere, & alimentum in totum corpus distribui prohibet. Poscit ergo tum iecur ipsum, tum os meatus qui bilem transmittit, cibos, & medicamenta quæ obstructa recludant. Talia verò omnia sunt, lenta quidem minimè, sed tenui consistentia, & qualitate mordēte. At verò ab his mordentibus, phlegmonæ irritantur; quare quæ citra morsum ea detergeant, indigemus, cuiusmodi mulsa est. At nouimus dulcibus omnibus tum iecur, tum lienem maximè intumescere. Supersunt igitur, quæ culpa vacant, vt in cibis ptisana; quippe quæ sine morsu deterget, vt in medicamentis oxymel aqua mixtum. Nam, & punicum, & malum, & cætera, quæ adstringunt, dum bilis meatus os arctant, bilem ipsam excerni prohibent; atque inde iecoris phlegmonis sunt incommoda, præsertim quum in cauo visceris consistunt; quibus ad angustias, quas facit ipsa phlegmone, etiam ea, quæ ex adstringentibus, & lentis fit cibis, accedit. Ac quæ mordent, ea phlegmonas ipsas, quæ in cauo sunt visceris, magis irritant; quippe iis, quæ in gibbis eius consistunt, mutata iam veniunt ea, quæ assumpta sunt, ita, vt nec, quæ adstrictoria sunt, similiter adhuc adstringant, nec quod mordens est, similiter mordeat, nec quod propter lentorem in angustis vasis hærebat, similiter etiamnum maneat lentum. Est autem his occasio mutationis duplex, & quòd priùs sint concocta, & quòd sanguini, qui in iecore priùs erat, sunt admixta. Cauo autem iecoris phlegmone obsesso, protinus etiam venas, quæ in mesenterio sunt, vnà phlegmone laborare est necesse; nam à vena porta omnes sunt ortæ; protinus etiam, quæcunque osculis earum incidunt, vim suam ostendunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Κατ' Ἀττάλου Μεθοδικοῦ, τοῦ Θεαγένην τὸν Κυνικὸν κατὰ τὸ ἧπαρ φλεγμαίνοντα ἀναχαλαστικοῖς καταπλάσμασιν ἀναιροῦντος.

Ἆρά σοι δοκεῖ σμικρὰ διαφορὰ προσέρχεσθαι τῇ κοινῇ τῆς φλεγμονῆς θεραπείᾳ παρὰ τῶν μορίων; ἐμοὶ μὲν γὰρ μεγίστη φαίνεται, κἂν εἰ τὴν Θεσσαλοῦ ἀναισθησίαν ζηλοῦντες, οἴονται τὴν κοινὴν ἔνδειξιν ἀρκεῖν μόνην. ἀναμνῆσαι δέ σε βούλομαι καὶ τῆς καλῆς αὐτῶν θεραπείας, ἣν ἐπὶ Θεαγένους ἐποιήσαντο τοῦ Κυνικοῦ φιλοσόφου. τοῦτον γὰρ ἔγνωσαν οὐκ ὀλίγοι διὰ δόξαν τἀνθρώπου, δημοσίᾳ διαλεγομένου κατὰ τὸ Τραϊανοῦ γυμνάσιον ἑκάστης ἡμέρας. ὁ μὲν οὖν θεραπεύων αὐτὸν, ἦν εἷς τῶν Σωρανοῦ μαθητῶν, Ἄτταλος τοὔνομα. κατέπλαττε δὲ ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἧπαρ ἀρτομέλιτι,

CAPVT XV.

Aduersus Attalum Methodicum, qui Theagenem Cynicum inflammatione iecoris laborantem laxantibus cataplasmatis enecauit.

AN tibi ad communem phlegmones curationem parua ex partibus ipsis accedere differentia videtur? Mihi sanè maxima videtur; quanuis ij qui Thessali stupiditatem æmulantur, communem indicationem solam satisfacere putent. Placet autem nunc ad memoriam reuocare tibi egregiam eorū curationem, quam Theageni philosopho Cynico adhibuerunt; siquidem hanc norunt plurimi propter viri famā, vt qui publicè disputare in Traiani circo quotidie sit solitus. Erat, qui hominem curabat, vnus ex Sorani discipulis, nomine Attalus. Is imposuit quotidie iecori cataplasma ex pane, & melle, haud

haud intelligens viscus hoc mediocriter adstringi debere, propterea quòd animalibus altricis facultatis principiũ sit, & venosum ab hoc oriatur genus. Ita igitur viscus curauit, sicut bubonas, meris & solis laxantibus vtens, cataplasma ex pane & melle imponens; ac priùs oleo calente perfundens; tum sorbitione ex alica cibans. Hæc nanque tria fermè omnibus nunc amethodis istis Thessaliis ad acutorum curationem sufficiunt. Visum autem est mihi seorsum Attalum monere, vt adstringens aliquid admisceret, nec nudis vteretur laxantibus. Ac de visceris quidem natura nihil eram homini dicturus (id enim fuisset planè asino fabulam narrare) sed, quod me persuasurum homini arbitrabar, & cui omnes homines facillimè assentire video, id tantùm exposui, nempe longam experientiam medicos docuisse, vt iecur mixta medicamentorum materia curarent; eam autem scriptam inuenturum in iis medicorum libris, qui sint de medendi ratione conscripti. Si ergo, inquam, tibi videtur, misce aliquid de absinthij coma diligenter tunsa, cataplasmati; oleo verò, totius herbæ aliquid, modicè id, quemadmodum alios cernis in illo incoquentes. Cataplasmati verò myrobalani expressum, & irim, & iunci florem, aut narditidos herbæ radicem, aut cyperi miscebis; non inutile fit, & ex vino ea aliquando præparare, ac miscere interdum etiam de fæce ipsa; quinetiam aliquid adstringentium incoquere malorum, cuiusmodi cotonea sunt, & quæ vocantur struthia, præterea, quæ Romæ abundant, vocata cestiana. Oleum verò (nam id quoque video miscere te) non quodlibet esto, sed vel Hispanum, vel Histricum, vel crudum, vel lentiscinum, vel myrteum, vel melinum, vel nardinum vnguentum. Porrò aliam materiam plurimã esse dixi eorũ, quæ incoquere liceret: nã & lentisci tenera germina, & myrti, & rubi, & vitis præsertim syluestris, à qua œnanthen vocatam decerpimus. Non alienum etiam fit, & Atticum hyssopum tum cataplasmati, tum etiam ceratis miscere; nam & cerata quæpiam illi ex eiusmodi materia imponere post cataplasma suasi. Et apponere illi tentabam vniuersam deinceps curationem, quò etiam, quæ à medicis epithemata vocantur, ex mixta materia componeret. Nam melius, inquam, est sublato cataplasmate aliquid super viscus esse. Attalus verò sermonem meum interpellans, Nisi multum (inquit) tibi tribuerem, nihil horum tolerassem; nam, in quibus superiores medici passi naufragia sunt priùs quàm vera medicina inuenta à nostris esset, ea mihi veluti ignaro suades. Cæterùm tres (inquit) aut quatuor dies sine me Theageni ex mea sententia prospicere, & sanum eum penitus conspicies. Sed quid, inquam, si quum subito pauci, & hi lenti apparuerint sudores, moriatur, recordaberis ne, quæ promiseris, ac de cætero sententiam mutabis? Atque Attalus post hæc abiit irridens, nec quicquam præterea respondens, sic vt neque de alica quicquam me consulere permitteret; sed nec quod ex iis, quæ vrinas cient, miscere aquæ paulo post oporteret, quòd iecoris gibba essent affecta. Nam sicut iecoris cauum per aluum purgatur, ceu paulo supra diximus, sic gibba eius per ea quæ modicè vrinas mouent, cuius generis est apium. Procedente autem tempore, vbi phlegmone iam concoquitur, etiam valentioribus vti licet, asaro,

A μὴ γινώσκων ὅτι στύφεσθαι μετρίως δεῖται τὸ σπλάγχνον τοῦτο, διότι τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀρχὴ τοῖς ζώοις ἐστὶ, καὶ τὸ φλεβῶδες γένος ἀπ' αὐτοῦ πέφυκεν. οὕτως οὖν ἐθεράπευσε τὸ σπλάγχνον, ὡς τοὺς βουβῶνας, ἀμίκτῳ τε μόνῃ τῇ διὰ τῶν χαλώντων ἀγωγῇ, καταπλάττων μὲν ἀρτομέλιτι, προκαταιονῶν δὲ ἐλαίῳ θερμῷ, καὶ τρέφων ἐκ χόνδρου ῥοφήματι. ταῦτα γὰρ ἀρκεῖ τὰ τρία σχεδὸν ἅπασι τοῖς νῦν ἀμεθόδοις Θετταλείοις, εἰς τὴν τῶν ὀξέων ἴασιν. ἔδοξε δέ μοι κατὰ μόνας εἰπεῖν τῷ Ἀττάλῳ, προσμιγνύναι τι τῶν στυφόντων, καὶ μὴ ψιλῇ χρῆσθαι τῇ διὰ τῶν χαλα-
B στικῶν ἀγωγῇ. περὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ σπλάγχνου φύσεως, οὐκ ἔμελλον ἐρεῖν αὐτῷ· τοῦτο γὰρ ἦν ὄντως ὄνῳ μῦθον λέγειν· ὃ δ' ἔμελλον εἰπὼν πείσειν αὐτὸν, ᾧ καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁρῶ τάχιστα πειθομένους, τοῦτο δὴ λέγων μόνον· ὡς ἡ μακρὰ πεῖρα ἐδίδαξε τοὺς ἰατροὺς, θεραπεύειν ἧπαρ ὕλῃ φαρμάκων μικτῇ· γεγραμμένην δ' αὐτὴν εὑρήσεις ἐν τοῖς θεραπευτικοῖς γράμμασι τῶν ἰατρῶν. ἐὰν οὖν σοι δοκῇ, μῖξον ἔφην, ἀψινθίου τι, τῆς κόμης μὲν, ἀκριβῶς κεκομμένης τῷ καταπλάσματι· τῆς πόας δὲ ὅλης, τῷ ἐλαίῳ, καθάπερ ὁρᾷς ἄλλους ἐναφέψοντας αὐτῷ μετρίως. τῷ καταπλάσματι δὲ μυροβαλάνου πίεσμα, καὶ ἶριν,
C καὶ σχοίνου τὸ ἄνθος, ἢ τῆς ναρδίτιδος βοτάνης τὴν ῥίζαν, ἢ κυπέρου μῖξον. οὐ χεῖρον δὲ καὶ δι' οἴνου ποτ' αὐτὰ κατασκευάσαι, καὶ μῖξαι ποτε τῆς ἰλύος αὐτοῦ, καί τι τῶν στυφόντων ἐναφεψῆσαι μήλων, ὁποῖα τὰ κυδώνιά τε, καὶ στρούθια καλούμενα, καὶ ταῦτα δὴ τὰ πλεονάζοντα κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν, ἃ προσαγορεύουσι κεστιανά. τὸ δ' ἔλαιον, ὁρῶ γάρ σε καὶ τοῦτο μιγνύντα, μὴ τὸ τυχὸν ἔστω, ἀλλ' ἤτοι τὸ ἀπὸ τῆς Ἱσπανίας, ἢ τὸ Ἰστρικὸν, ἢ τὸ ὀμφάκινον, ἢ σχίνινον, ἢ μύρτινον, ἢ μήλινον, ἢ νάρδινον μύρον. πολλὴν δὲ καὶ ἄλλην ἔφην ὕλην ἄφθονον εἶναι τῶν ἐναφε-
D ψεῖσθαι δυναμένων. καὶ γὰρ σχίνου τοὺς ἁπαλοὺς κλῶνας, καὶ μυρσίνης, καὶ βάτου, καὶ ἀμπέλου, καὶ μᾶλλον τῆς ἀγρίας, ἀφ' ἧς καὶ τὴν οἰνάνθην καλουμένην λαμβάνομεν. οὐ χεῖρον δ' ἂν εἴη καὶ τὸ Ἀττικὸν [186] ὕσσωπον τῷ τε καταπλάσματι καὶ ταῖς κηρωταῖς μιγνύναι· καὶ γὰρ καὶ κηρωτάς τινας ἐξ ὕλης τοιαύτης αὐτῷ συνεβούλευον ἐπιτιθέναι, μετὰ τὸ κατάπλασμα. καὶ συνάπτειν γ' ἐπειρώμην ἐφεξῆς αὐτῷ τὴν ὅλην ἀγωγὴν, ἵνα καὶ τὰ καλούμενα πρὸς τῶν ἰατρῶν ἐπιθέματα, διὰ μικτῆς ὕλης σκευάζῃ. βέλτιον γὰρ, ἔφην, ἐστὶν ἀρθέντος τοῦ καταπλάσματος, ἐπικεῖσθαί τι τῷ σπλάγχνῳ. καὶ ὁ Ἄτταλος
E ὑποτεμνόμενός μου τὸν λόγον, Εἰ μὴ σφόδρα σ' ἐτίμων, ἔφη, τούτων οὐδενὸς ἂν ἠνεσχόμην· ἐν οἷς γὰρ ἐναυάγησαν οἱ πρόσθεν ἰατροὶ, πρὶν τὴν ὄντως ἰατρικὴν ὑπὸ τῶν ἡμετέρων εὑρεθῆναι, ταῦτά μοι συμβουλεύεις, ὥσπερ οὐκ εἰδότι. τρεῖς οὖν ἡμέρας, ἢ τέτταρας ἔφη, συγχώρησόν μοι προνοήσασθαι τοῦ Θεαγένους, ὡς ἐγὼ βούλομαι, καὶ θεάσῃ τελείως αὐτὸν ὑγιαίνοντα. τί οὖν, ἔφην, ἐὰν ἐξαίφνης ἱδρώτων ὀλίγων, καὶ τούτων γλίσχρων, ἐπιφανέντων ἀποθάνῃ, μνημονεύσεις ὧν ὑπέσχου, καὶ μεταθῇ τοῦ λοιποῦ; καταγελάσας ἐπὶ τούτοις ὁ Ἄτταλος, ἐχωρίσθη, μηκέτ' ἀποκρινάμενος
F μηδὲν, ὥστ' οὐδὲ περὶ τοῦ χόνδρου τι συμβουλεῦσαί μοι συνεχώρησεν· οὐδ' ὅτι δεήσει τῶν οὐρητικῶν φαρμάκων μιγνύναι τῷ ὕδατι μικρὸν ὕστερον, ἐπεὶ τὰ κυρτὰ τοῦ ἥπατος ἐπεπόνθει. καθάπερ γὰρ τὰ σιμὰ διὰ τῆς γαστρὸς ἐκκενωτέον ἐστὶν, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, οὕτω τὰ κυρτὰ διὰ τῶν μετρίως οὐρητικῶν φαρμάκων, οἷόν ἐστι τὸ σέλινον. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ προϊόντι, πεττομένης ἤδη τῆς φλεγμονῆς, καὶ τοῖς ἰσχυροτέροις ἐγχωρεῖ χρήσασθαι, τῷ ἀσάρῳ,

καὶ τῇ Κελτικῇ νάρδῳ, καὶ τῷ καλουμένῳ φοῦ, καὶ πετροσελίνῳ, καὶ σμυρνίῳ, καὶ μήῳ· καθάπερ γε καὶ διὰ τῆς γαστρὸς κενοῦν, εἰ τὰ σιμὰ πεπόνθασι, κνῆκον μιγνύντα τοῖς ἐδέσμασι, καὶ ἀκαλήφῃ, καὶ λινοζώστει, ἐπιθύμῳ τε, καὶ πολυποδίῳ, καὶ πᾶσιν ὅσα μετρίως ὑπάγει. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς παρακμαῖς, αὐτοῖς τε τούτοις χρῆσθαι θαρσαλεώτερον, ἢ πρόσθεν, ὅσα τε τούτων ἐστὶ σφοδρότερα· τὰ μὲν ἐναφέψοντας τῇ πτισάνῃ, τὰ δὲ, κόψαντας, ὡς χνοώδη γενέσθαι· διδόναι δὲ καὶ ταῦτα διὰ πτισάνης, ἢ μεθ' ὕδατος. ἐγὼ γοῦν καὶ πολυποδίου τι ποτὲ συνέψησα τῇ πτισάνῃ, καὶ μέλανος ἐλλεβόρου φλοιόν. καὶ διὰ τῶν κλυσμάτων δὲ κενοῦν αὐτοὺς προσήκει, ἐν ἀρχῇ μὲν ἀρχομένους ἁλσίν, ἢ νίτρῳ, ἢ ἀφρονίτρῳ μεμιγμένοις τῷ μελικράτῳ· κατὰ δὲ τὰς παρακμάς, καὶ μάλιστα ἐὰν σκιρρῶδές τι καταλείπηται τῆς φλεγμονῆς, ἰσχυρότερα μιγνύντας φάρμακα· τὸ γοῦν ὕσσωπον ἐναφεψόμενον τῷ ὕδατι τηνικαῦτα, καὶ τὴν ὀρίγανον, καὶ τὴν κολοκυνθίδα, καὶ τὸ λεπτὸν κενταύριον. ἐπιτηδειότατα γάρ ἐστι σκιρροῦσθαι τὰ δύο σπλάγχνα, τό, θ' ἧπαρ, καὶ ὁ σπλήν, ἐὰν ἀμελήσῃ τις αὐτῶν, ἢ τοῖς γλίσχροις ἐδέσμασι χρήσηται, καθάπερ καὶ ὁ Ἄτταλος ἐπὶ τοῦ Θεαγένους, ἑκάστης ἡμέρας χόνδρον προσφέρων, καὶ μηδὲν διδοὺς τῶν ἐκφραττόντων τε καὶ ῥυπτόντων. ἀλλὰ τό γε συμβὰν τῷ Θεαγένει, μᾶλλον δὲ τῷ Ἀττάλῳ, καιρὸς εἰπεῖν. ὡς γὰρ ὑπέσχετό μοι, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐπιδείξειν τὸν ἄνδρα, τῆς φλεγμονῆς τοῦ ἥπατος ἀπηλλαγμένον, ὁ μὲν ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐπὶ πλεῖστόν τε κατήντλει τὸ σπλάγχνον ἐλαίῳ θερμῷ· κατέπλαττέ τε συνεχέστερον, ἐκ τῆς ἐπιμελείας ἐλπίζων αὐτῷ προχωρήσειν τὰ τῆς θεραπείας ἄμεινον, ἀπεκρίνατό τε πυνθανομένοις, γαυριῶν, ὑπὲρ τοῦ Θεαγένους τὰ βελτίω. ἀλλὰ συνέβη γε καθ' ὃν ἐγὼ προὔπον εἶπον, ἐξαίφνης ἀποθανεῖν αὐτόν. καὶ τὸ πάντων γελοιότατον, ὁ μὲν Ἄτταλος ἦγέ τινας τῶν ἠρωτηκότων φίλων, ὅπως θεάσαιντο, δεῖξαι βουλόμενος αὐτὸν οὕτως ἔχοντα καλῶς, ὡς λούεσθαι μέλλειν· ἀγαλλόμενός τε μετὰ πολλῶν, εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον ἐν ᾧ κατέκειτο· τὸν Θεαγένη δὲ τεθνεῶτα, λούειν ἐνεχείρουν ἔνιοι τῶν φίλων· ταῦτα δὴ τὰ νενομισμένα, Κυνικοί τέ τινες ὄντες, καὶ ἄλλως φιλόσοφοι. διὸ καὶ μέχρι τοῦ νεκροῦ προελθεῖν συνέβη τῷ Ἀττάλῳ, μετὰ τοῦ χοροῦ τῶν θεατῶν, ἅτε μηδενὸς ἔνδον οἰμώζοντος. οὔτε γὰρ οἰκέτης, οὔτε παιδίον, οὔτε γυνὴ τῷ Θεαγένει ἦν, ἀλλ' οἱ φιλοσοφοῦντες μόνοι περὶ ἦσαν αὐτῷ φίλοι· τὰ μὲν ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι νομιζόμενα πράττοντες, οὐ μὴν οἰμώζειν γε μέλλοντες. οὕτω μὲν ὁ Θεσσάλειος ὄνος εὐδοκίμησεν, ἐπὶ πολλῶν θεατῶν, ἐπιδείξας ἀπηλλαγμένον τῆς φλεγμονῆς, ἐντὸς τῶν τεττάρων ἡμερῶν, ὡς ὑπέσχετο, τὸν ἄνθρωπον. οἱ δ' ἄλλοι μεθοδικοὶ μυρίους ἀποκτείνοντες, ὁσημέραι τὴν ἀγωγὴν τῆς θεραπείας οὐδέπω καὶ νῦν ὑπαλλάξαι τολμῶσιν· οὐδὲ πειραθῆναί ποτε κἂν ἅπαξ, τῶν τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς, οἷς ὄντως ἐσπουδάσθη τὰ τῆς τέχνης ἔργα, γεγραμμένων· οὕτω δυσαπόνιπτόν τι πρᾶγμά ἐστιν ἀμαθία σφοδρά, καὶ μᾶλλον ὅταν ἀλαζονείᾳ μιχθῇ. τοιοῦτοι μὲν οὖν ἅπασιν οἱ Θεσσάλειοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Πῶς τινα τὰ σπλάγχνα ῥᾷστα σκίρροις ἁλίσκεσθαι πέφυκε· καὶ περὶ τῆς ἐκ τῶν μορίων λαμβανομένης ἐνδείξεως.

Χρὴ δ' ἡμᾶς φυλάττοντας τὰ τοιαῦτα ἁμαρτήματα, κἂν εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλ' οὖν τῇ ἐμπειρίᾳ πιστεύειν. ὅπερ ἀεὶ παραινῶ τοῖς ἀγυμνάστοις περὶ τὸν λόγον. ἄμεινον γὰρ αὐτοῖς ἐστι μηδόλως ἐξ ἀναλογισμοῦ τι

A & Celtica nardo, & phu, quod vocant, & petroselino, & smyrnio, & meo; sicut etiam per ventrem vacuare, si cauum afficiatur, cnico cibis admixto, & vrtica, & mercuriali, & epithymo, & polypodio, & omnibus quæ modicè aluum deiiciunt. Magísque in remissionibus tũ his ipsis audaciùs, quàm antè vtendũ, tum verò quæ his sunt valẽtiora; partim in ptisana incoctis, partim tunsis, ac in mollissimũ puluerẽ redactis: exhibenda verò & hæc sunt, vel ex ptisana, vel ex aqua. Ego nanque etiam polypodij aliquid in ptisana aliquando incoxi, & nigri veratri corticem. Etiam B clystere vacuare eos conueniet, inter initia, vel sale, vel nitro, vel aphronitro aquæ mulsæ admixto, contentis: in remissione verò, potissimúmque siquid scirrhosum relictum è phlegmone est, etiã valentiora medicamenta miscentibus; quippe hyssopum eo casu aquæ incoquimus, & origanũ, & colocynthida, & minus centaurium. Opportunissima nanque ad scirrhum sunt iecur, & lien, si quis ipsa neglexerit, vel glutinoso cibo vsus fuerit, sicut Attalus, qui Theageni quotidie alicam exhibebat, ac nihil offerebat, quod tum obstru- C ctiones eximat, tum detergeat. Verùm quod contigit Theageni, vel potiùs Attalo, dici est tempus. Vt enim promiserat mihi post tres dies daturum se hominem à iecoris phlegmone liberatum, tum magis, quàm priùs, calente oleo viscus plurimùm perfudit; tum cataplasmate frequentiùs est vsus, hac diligentia feliciùs sibi curationem cessuram sperans; respondítque percunctantibus de Theagene gloriabundus, meliora. Cæterùm contigit, prout ipse prædixeram, subitò hominem mori. Et quod omnium maximè dignũm risu fuit, ducebat Attalus secum ex iis, qui de hominis sta- D tu rogassent quosdam, quibus ostenderet adeò rectè eum se habere, vt iam esset lauandus; lætúsque cum multis ingressus est domum, in qua iacebat; quum Theagenẽ mortuum quidam ex amicis, qui & Cynici quidam erant, & alioqui philosophi, lauare ex more pararent. Itaque etiam vsque ad mortuum accedere, ídque vnà cum spectatorum cætu Attalo contigit; vtpotè quum nemo intus lugeret. Nam Theageni nec seruus erat, nec puer, nec mulier, sed cum eo soli amici philosophantes versabantur; qui iusta quidem mortuorum, citra tamen omnem luctum obibant. At- E que hanc laudem Thessalius asinus inter multos spectatores est consequutus, ostendens explicatum à phlegmone hominem intra quatuor (vt pollicitus est) dies. Reliqui verò methodici, quum innumeros quotidie iugulent, adeò rationem curandi mutare adhuc nolunt, vt quæ à medicis sunt scripta, qui artis operibus verè insudarunt, ne vel semel experiri velint; adeò indelebile vitium vehemens ignorantia est, præsertim si cum superbia sit coniuncta. Eiusmodi igitur in omnibus sunt Thessali sectatores.

F

CAPVT XVI.

Qua ratione viscera quædam facilè scirrhosis affectibus corripiantur; ac de ea, quæ à partibus præbetur, indicatione.

Nobis autem vitandi eiusmodi errores sunt; ac si nihil aliud suppetat, saltem ipsi experientiæ credendum. Id quod ipse perpetuò suadere non desino iis qui circa rationem parum sunt exercitati. Nam melius profectò iis est, quando

quando & rudes sunt, & simul in rationali methodo, quam nos nunc prodimus, minimè exercitati, vt nihil penitus ex ratiocinando accipiant. Nam iecoris substantia scirrhis maximè opportuna est, vt quæ naturaliter lutosum quippiam continet, vti medicus quidam nostri temporis per iocum dixit. Lienis verò rarior substantia, quàm iecoris est, cæterùm crebriùs scirrhosis vitijs affligitur, propter nutrimenti, quo vtitur, speciem. Monstratum nanque est, quòd crasso nutritur sanguine, qui veluti limus purioris est, facilliméque atra bilis efficitur; ideóque etiam ipsum melancholicum siue atrum appellamus excrementum. Atque hæc duo viscera scirrhosis tumoribus tentari, vel experientia ipsa clarè indicat. Renes verò, quòd occulti sint, tactum effugiunt; cæterùm hos quoque facilè scirrhis deprehendi ratio docet; atque idcirco nephritidas alias omnino insolubiles, alias ægrè solubiles esse; quum renes, ambo habeant, quæ in viscerum vtroque prædicta sunt inesse, tum substantiæ qualitatem, tum excrementorum quæ per eos dilabuntur, vitium. Quo fit, vt qui crassi succi cibis vescuntur, calculi vitio corripiantur. Ergo quanto trium horũ viscerum scirrhosi affectus difficiliùs curantur, tanto magis esse solicitos oportet, ne quis in hos incidat. Maximè autem (vt dictum est) incidunt, qui ipsi phlegmone vexati, iis cibis vtuntur, qui crassos lentósque humores efficiant. Quinetiã eiusmodi affectuum medicamenta inter omnes conuenit ea esse, quæ incidant, & dissoluant, & frangant; quæ vtique ex eorum sunt genere, quæ obstructiones eruunt, & detergent, cæterùm viribus valentiora. Horum non solùm materiam, sed etiam facultatem in opere de simplicibus medicamentis exposuimus. Itaque etiam breuior nũc ero, contentus generali facultate, & sola methodo, cum paucis exemplis. Nam quum & facultatum materiam iam habeas præparatam, & quæ curationem vnà coindicent, sint prædicta; nihil nunc aliud superest, nisi vt proprias cuiusq; morbi indicationes commemorem. Coindicantia igitur voco vires, naturam, ætatem, anni tempus, regionem, & consuetudinem, & siqua sunt id genus alia. Proinde de ea, quæ à partibus sumitur, indicatione deinceps dicam, initio ab ea, quæ à iecore sumitur, sumpto. Nam id indicant quæ extrinsecus applicantur, quum ipsum obsidet phlegmonæ, ea mixtæ esse facultatis oportere, non in generatione phlegmones modò (est enim id omnium phlegmonarum commune; quando etiam, siquis repellentibus auxiliis tantùm illo tempore vtatur, non peccet) sed etiam quum nec affluat ampliùs quicquam, nec repelli, quod in laborante parte continetur, possit. Accidit enim hoc quoque multis de causis. Sanè in principio tum parũ est, quod affluit; tũ magna ex parte tenuius; tum partis ipsius, quæ recipit, vires nonnunquam valentiores, vtpotè nondum lassatæ; tum quod in inflammata continetur parte, nondum violenter impactum. At quum phlegmone in vigore suo iam consistit, tum multus in ea sanguis continetur, ísque crassior sæpè, ac vehementer impactus; tum vires partis iam sunt debiliores; quas alioqui valentes requirimus, quò à se superuacua amoliãtur; quandoquidem haud satis potens est adstringentiũ præsidiorum vis, quæ sola totum efficiat. Quippe potest hæc cogendis, ac constringendis, & veluti densandis, & exprimendis corporibus,

A λαμβάνειν, ὅταν ἀμαθεῖς τε ἅμα καὶ ἀγύμναστοι τῶν λογικῶν ὦσι μεθόδων, ἃς νῦν ἡμεῖς γράφομεν. ἡ γάρ τοι τοῦ ἥπατος οὐσία, ῥᾷστα σκίρροις ἁλίσκεσθαι πέφυκεν, ἔχουσά τι καὶ φύσει πηλῶδες, ὡς παίζων τις ἔλεγεν ἰατρὸς τῶν καθ' ἡμᾶς. ἡ δὲ τοῦ σπληνὸς, ἀραιοτέρα μὲν ἐστὶ τοῦ ἥπατος, ἁλίσκεται δὲ συνεχέστερον ἐκείνου, τοῖς σκιρρώδεσι παθήμασι, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἰδέαν ᾗ χρῆται. δέδεικται γὰρ ὑπὸ τοῦ παχέος αἵματος τρεφόμενος, ὃ καθάπερ τις ἰλύς ἐστι τοῦ καθαρωτέρου, καὶ ῥᾷστα γίγνεται μέλαινα χολή· διὸ καὶ μελαγχολικὸν αὐτὸ ἢ μέλαν καλοῦμεν περίττωμα. B ταῦτα μὲν οὖν τὰ δύο σπλάγχνα, καὶ ἡ ἐμπειρία δείκνυσιν ἐναργῶς ἁλισκόμενα τοῖς σκιρρώδεσιν ὄγκοις. οἱ νεφροὶ δὲ, τῷ κατακεκρύφθαι, λανθάνουσι τὴν ἁφήν· ὅ γε μὴν λόγος ἡμᾶς διδάσκει καὶ τούτους ἑτοίμως ἁλίσκεσθαι σκίρροις· καὶ διὰ τοῦτο, τὰς μὲν ἀλύτους τὸ πάμπαν εἶναι νεφρίτιδας, τὰς δὲ, δυσλύτους· ἄμφω γὰρ ἔχουσιν οἱ νεφροὶ, τὰ λελεγμένα τῶν προειρημένων σπλάγχνων ὑπάρχειν ἑκατέρῳ, τήν τε τῆς οὐσίας ποιότητα, καὶ τὴν τῶν διερχομένων ἐν αὐτοῖς περιττωμάτων φαυλότητα. διὸ καὶ οἱ τὰ παχύχυμα τῶν ἐδεσμάτων ἐσθίοντες, ἁλίσκονται τοῖς τῆς λιθιάσεως πάθεσι. προορᾶσθαι τοιγαροῦν C χρὴ τοσοῦτον μᾶλλον, ὅσον δυσιατότεραι, τῶν τριῶν τούτων εἰσὶ σπλάγχνων αἱ σκιρρώδεις διαθέσεις, ὅπως μήτις αὐταῖς περιπέσῃ. μάλιστα δ', ὡς εἴρηται περιπίπτουσιν, οἱ φλεγμηνάντων αὐτῶν, ἐδέσμασι χρώμενοι, παχεῖς ἢ γλίσχρους χυμοὺς γεννῶσι. καὶ μέν τοι, καὶ τὰ ἰάματα τῶν τοιούτων παθῶν, ὡμολόγηται πᾶσιν, εἶναι τὰ τέμνοντα, καὶ διαλύοντα, καὶ θρύπτοντα, τοῦ γένους μὲν ὄντα δηλονότι τοῦ τῶν ἐκφραττόντων καὶ ῥυπτόντων, ἰσχυρότερά γε μὴν ταῖς δυνάμεσι. μεμάθηκας δ' ἐν τῇ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείᾳ, τήν τε δύ- D ναμιν αὐτῶν, καὶ τὴν ὕλην. διὸ καὶ νῦν ὁ λόγος μοι γενήσεται σύντομος ἀρκουμένῳ ταῖς καθόλου δυνάμεσι, καὶ μόνῃ τῇ μεθόδῳ μετὰ παραδειγμάτων ὀλίγων. ὅπου γὰρ ἥ θ' ὕλη τῶν δυνάμεων ἤδη προπαρεσκεύασταί σοι, καὶ τὰ συνενδεικνύμενα τὴν θεραπείαν ἔμπροσθεν εἴρηται, καταλείπεται νῦν οὐδὲν ἄλλο, πλὴν τῶν οἰκείων ἑκάστου νοσήματος ἐνδείξεων ἐπιμνησθῆναι. τὰ συνενδεικνύμενα δὴ λέγω, δηλονότι δύναμιν, καὶ φύσιν, καὶ ἡλικίαν, καὶ ὥραν, καὶ χώραν, καὶ ἔθος, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. καὶ τοίνυν περὶ τῆς ἀπὸ τῶν μορίων ἐνδείξεως ἐφεξῆς ἐρῶ, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ποιησάμενος. E ἐνδείκνυται γὰρ τοῦτο τὰ μὲν ἔξωθεν ἐπιτιθέμενα κατὰ τὰς φλεγμονὰς αὐτοῦ, μικτῆς εἶναι χρῆναι δυνάμεως, οὐ μόνον ἐν γενέσει τῆς φλεγμονῆς οὔσης (τοῦτο μὲν γὰρ κοινὸν ἁπασῶν φλεγμονῶν, ὁπότε γε καὶ μόνοις τοῖς ἀποκρουστικοῖς βοηθήμασι, κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι χρώμενος) ἀλλὰ κἀπειδὰν μήτ' ἐπιρρέῃ μηδὲν ἔτι, μήτε ἀπώσασθαι δυνατὸν ᾖ τὸ ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ περιεχόμενον. γίγνεται γὰρ καὶ τοῦτο διὰ πλείους αἰτίας. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν, ὀλίγον τε τὸ ἐπιρρέον ἐστὶ, καὶ λεπτότερον ὡς τὸ πολύ· ἐνίοτε δὲ καὶ ἡ κατ' αὐτὸ τὸ δεχόμενον μόριον ἰσχυροτέρα δύναμις, ὡς ἂν μηδέπω κεκμηκυῖα, καὶ τὸ περιεχόμενον αὐτῷ κατὰ τὸ φλεγμαῖνον, οὐδέπω βιαίως F ἐσφηνωμένον. ἀκμαζούσης δὲ τῆς φλεγμονῆς, τό, τε περιεχόμενον αἷμα πολὺ, καὶ πολλάκις παχύτερον, ἐσφηνωμένον τε σφοδρῶς, ἥ τε τοῦ μορίου δύναμις ἀσθενεστέρα· δεόμεθα δὲ καὶ ταύτης ἰσχυούσης, ὡς ὠθεῖν δύνασθαι τὸ περιττὸν ἀφ' ἑαυτῆς· ἐπεὶ τῶν στυφόντων φαρμάκων ἡ δύναμις, οὐχ ἱκανὴ τηνικαῦτα τὸ πᾶν ἐργάσασθαι μόνη. συνάγουσα μὲν γὰρ, καὶ σφίγγουσα, καὶ οἱονεὶ πιλοῦσα, καὶ θλίβουσα τὰ σώματα,

δύναται τὰ λεπτότερα ταῖς συστάσεσιν ὑγρὰ πρὸς τοὺς παρακειμένους ἀποπέμπειν τόπους, οὐ μὴν αὐτό γε τοῦ συνεπισχεῖν τι καὶ τὴν ἐν τῷ πάσχοντι μορίῳ δύναμιν, ἀξιόλογον αὖθις γίνεται τὸ ἔργον. τηνικαῦτα γοῦν, ἡ μὲν ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς ἔνδειξις, τῶν ποιητέων ἐστὶ μία· καλοῦσι δὴ αὐτὴν διαφόρησιν, ἐκκενοῦσαν λόγῳ θεωρητοῖς πόροις, τὸν ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ χυμόν. ἡ δ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μορίου, πρὸς τοὐναντίον ἀντισπᾷ, κελεύουσα φυλάττειν αὐτοῦ τὸν τόνον. ἐπιπλεκομένων οὖν ἀλλήλαις ἐναντίων ἐνδείξεων, ἐπιπεπλέχθαι χρὴ καὶ τὸ φάρμακον. μηροῦ δὲ φλεγμαίνοντος, ἢ κνήμης, ἢ πήχεος, ἢ βραχίονος, ἢ καὶ ἐν αὐτοῖς ἀδένων, οὐ δεόμεθα φυλάττειν τὸν τόνον. ἀλλ' ὁ σκοπὸς ἔστω σοι κοινὸς ἐπὶ πάντων τῶν μορίων, ὧν ἔργον τι τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ὅλῳ τῷ σώματι χρήσιμον ὑπάρχειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ.

Πόθεν τὰ ὅμοια ἢ ἀνόμοια φάρμακα, ὅ,τε λόγος τοῦ μᾶλλον καὶ τοῦ ἧττον, καὶ ὁ τόπος τῇ κενώσει ἐπιτήδειος ἐνδείκνυται.

Οὔκουν οὐδὲ τὸν σπλῆνα παντάπασι χαλᾶν χρή, καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἐκκαθαίρει τοῦ ἥπατος ὅσον ἰλυῶδές τέ ἐστι, καὶ μελαγχολικόν, ἐπειδὴ ὑπὸ τοιούτου τρέφεται. καὶ διὰ τοῦθ' ὅταν ἔμφραξίς τις, ἢ φλεγμονὴ κατ' αὐτὸν γίνηται, καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ ἐσκιρρωμένος, τῶν ἐκφραττόντων, καὶ τεμνόντων ἰσχυροτέρων δεῖται. οἷον γάρ ἐστι φάρμακον ἥπατι τὸ ἀψίνθιον, τοιοῦτον τῷ σπληνὶ καππάρεως φλοιός· ὁποῖον δ' ἥπατι τὸ καλούμενον εὐπατόριον, τοιοῦτον τῷ σπληνὶ τὸ σκολοπένδριον. ὁμοίων μὲν γὰρ δεῖται φαρμάκων κατὰ τὸ γένος ἀμφότερα τὰ σπλάγχνα· τοσούτῳ δ' ἰσχυροτέρων ὁ σπλήν, ὅσῳ παχυτέρᾳ χρῆται τροφῇ. σκιρρουμένοις οὖν αὐτοῖς, αἱ προσήκουσαι τροφαί, κοιναὶ μὲν τῷ γένει, διαφέρουσαι δὲ τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττόν εἰσιν. ὅθεν εἰ καὶ δι' ὀξυμέλιτος ἡ κάππαρις ἐσθίοιτο, χρησίμη μὲν ἀμφοτέροις ἐστὶ τοῖς σπλάγχνοις· ἀλλ' οὔτ' ἴσον τὸ πλῆθος, οὔθ' ὁμοίως κεκραμένον ἔχουσα τὸ ὀξύμελι· πλείων τε γὰρ αὕτη, καὶ δι' ἀκρατεστέρου τοῦ ὀξυμέλιτος, ἐπὶ τοῦ σπληνὸς ὠφελιμωτέρα γίγνοιτ' ἄν. αὕτη μὲν οὖν ἡ διαφορὰ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον. τῶν δὲ ὁμοίων κατὰ γένος, ἢ εἶδος, ἢ ὡς ἄν τις ἐθέλοι ὀνομάζειν βοηθημάτων, ἔκ τε τῆς ἐνεργείας αὐτῶν εἴληπται, καὶ διαπλάσεως. ἀπὸ δὲ τῆς εἰς τὰ παρακείμενα κοινωνίας, ὅπερ ἐστὶ ταὐτὸν τῇ θέσει, τὸ τὰ μὲν κυρτὰ τοῦ ἥπατος ἐκκαθαίρεσθαι διὰ νεφρῶν· τὰ δὲ σιμὰ, διὰ τῆς κάτω γαστρός. ἐπὶ δὲ σπληνός, τὴν ἑτέραν μόνην εἶναι κένωσιν τῶν περιττῶν, ἡ γὰρ ἐπὶ τοὺς νεφρούς, οὐκ ἔστι τούτῳ τῷ σπλάγχνῳ. διὰ τοῦτ' οὖν ὅταν φλεγμαίνῃ τοῖς κατωτερικοῖς ὀνομαζομένοις φαρμάκοις ἐρεθίζομέν τε, καὶ διαρρύπτομεν αὐτόν, ὅπως μεθῇ, καὶ χαλάσῃ τὰ περιττά. διττὸς δὴ ὁ τρόπος ἐστὶ τῆς τῶν τοιούτων φαρμάκων χρήσεως. ἐπὶ μὲν τῶν ἀνωτέρω κειμένων, διὰ τῶν μὲν ἐσθιομένων καὶ πινομένων· ἐπὶ δὲ τῶν κατωτέρω, διὰ κλυστῆρος ἐνιεμένου. ἐπειδὴ τῶν μὲν ἐσθιομένων καὶ πινομένων, ἡ δύναμις ἐκλύεται πρὶν ἐπὶ τὰ κάτω μέρη προχωρῆσαι· τὰ δ' ἐνιέμενα, τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐπαναβῆναι δύναται πρὸς τὴν νῆστιν· ἀλλ' εἰ καὶ πάνυ σφόδρα βιάζοιο, τάχ' ἂν ἅψαιο τῶν λεπτῶν ἐντέρων μόνων. καὶ τοῦτ' οὖν αὐτὸ παρὰ τῆς τῶν μορίων θέσεως ἐδιδάχθημεν, ἐνιέναι μὲν

quæ tenuiora consistentia sunt, ad circumpositas partes expellere; cæterùm, nisi etiam laborantis partis virtus aliquid auxilietur, nihil adeò magnum efficiat. Tunc igitur, quæ à phlegmone sumatur, vna duntaxat agendorum est indicatio; hanc diaphoresin vocant, *i. discussionem*, hæc humorem, qui in phlegmone obsessa parte continetur, per meatus rationi aspectabiles educit. Quæ verò ab ipsa sumitur parte, ea in diuersam nos partem trahit, robur eius seruari iubens. Coeuntibus igitur vnà contrariis indicationibus, compositum quoque esse medicamentum oportet. At femur si phlegmone laboret, aut tibia, aut cubitus, aut brachium, aut qui in his sunt, adenes, causa non est, cur horum robori consulas. Hic tibi communis scopus sit in omnibus iis partibus, quarum munus eiusmodi est, vt toti corpori sit ex vsu.

CAPVT XVII.

Vnde similia dissimiliáve medicamenta, maioris quoque, ac minoris ratio, & locus vacuationi aptus, indicentur.

Ergo nec lienem omninò laxantibus curare oportet, quum hic quoque ex iecore quicquid limosum, & melancholicum est, expurget, propterea quòd ex eo *humore* nutritur. Idcirco quoties obstructio quædam in eum incidit, aut phlegmone, potissimùm cum scirrhosa sit, tum ea, quæ obstructiones eximant, tum quæ incidant, vehementiora exigit. Nam, quale medicamentum iecori est absinthium, tale est lieni capparis cortex; quale rursus iecori, quod vocant eupatorium, tale est lieni scolopendrium. Siquidem similia genere medicamenta, ambo viscera postulant; cæterùm tanto valentiora lien, quanto crassiore vtitur alimento. Scirrho igitur laborantibus ipsis conuenientia nutrimenta sunt genere quidem communia, sed maioris minorísque ratione differentia. Itaque, & capparis ex oxymelite edatur, vtilis sanè est vtrique visceri, cæterùm nec ipsa pari modo, nec similiter mixtum habens oxymel; nam & ipsa copiosior, & ex minus diluto oxymelite lieni erit vtilior. Atque hæc differentia est, quæ ex maioris minorísque ratione accepta est. At similium genere, vel specie, aut quomodocunque dixisse libet, præsidiorum, ex actione, & conformatione indicatio sumpta est. A societate verò cum vicinis partibus, quod idem cum situ est, illa capiuntur, quòd gibba iecoris per renes expurgari oporteat; caua verò per inferiorem ventrem. In liene verò alteram duntaxat esse superflui vacuationem, quum, quæ per renes agatur, nulla huic visceri vacuando via pateat. Proinde, vbi phlegmone premitur, id deiectoriis nominatis medicamentis, tum lacessimus, tum detergemus, quò dimittat laxétque superuacua. Sanè duplex ratio est eiusmodi medicamentorum vsus. Quum partes superiùs positæ laborant, per ea, quæ eduntur, ac bibuntur; quum inferiores, per id, quod fit per clysterem infusum. Quandoquidem, quæ eduntur, ac bibuntur, corũ vis ante, quàm ad inferiores partes perueniat, resoluitur; quæ infusa sunt, ea omninò ad ieiunũ vsque ascendere non possunt; imò, etiãsi admodũ nitaris, fortasse tenue tantũ intestinũ contingant. Ergo illud quoq; ex partiũ positura didicimus, inferioribus

ferioribus intestinorum aliquid esse per clysterem infundendum; superioribus verò, atque etiã ipsi ventriculo, lieni, & stomacho, supernè aliquid exhibendũ. Voco nunc stomachum, *siue gulam*, quam propriè appellant; nonnunquam enim ita etiam vocant os ventriculi; vt quũ stomachicè syncope corripi aliquos dicunt. Verùm gulæ, quæ propriè vocatur stomachus, cataplasmata super spinam dorsi imponimus; non autem ad pectus idem facimus, quum os ventriculi phlegmone vrgetur; siquidem spinæ gula superiacet, per collum, & pectus deorsum vsque ad ventriculum porrecta.

CAPVT XVIII.

Quo pacto differentia remedia indicet laborans locus.

ΓΛῶτταν γε μὴν οὕτως ἐξαρθεῖσαν εἴδομεν, ὡς μὴ χωρεῖσθαι πρὸς τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρώπου, μήτε πεφλεβοτομημένου ποτὲ, καὶ τὴν ἡλικίαν ἑξηκοντούτου· δεκάτη δέ που σχεδὸν ὥρα τῆς ἡμέρας ἦν, ἡνίκα τὸ πρῶτον εἶδον αὐτόν. καί μοι καθαρτέος ἔδοξεν εἶναι τοῖς συνήθεσι καταποτίοις, ἃ διὰ τῆς ἀλόης, καὶ σκαμμωνίας καὶ κολοκυνθίδος συντίθεμεν, εἰς ἑσπέραν δοθέντος τοῦ φαρμάκου· ἐπ' αὐτὸ μέντοι τὸ πεπονθὸς μέρος, ἐπιθεῖναί τι συνεβούλευσα τῶν ψυχόντων, τήν γε πρώτην· ὕστερον γὰρ, ἔφην, ἁρμοσόμεθα πρὸς τὸ ἀποβαῖνον. ἀλλ' ἐνί γέ τινι τῶν ἰατρῶν οὐκ ἐδόκει· καὶ διὰ τοῦτο, τὰ μὲν καταπότια ἔλαβεν· ἀνεβλήθη δ' ἡ περὶ τοῦ τοπικοῦ φαρμάκου σκέψις εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἀνύσειν τι τὸ δοκιμασθὲν ἠλπίζετο, προκεκενωμένου μὲν τοῦ παντὸς σώματος, ἀντισπάσεώς τε πρὸς τὰ κάτω γεγενημένης. ἀλλὰ διά γε τῆς νυκτὸς ἐναργέστατον ὄναρ αὐτῷ γενόμενον ἐπῄνεσέ τε τὴν ἐμὴν συμβουλὴν, ὥρισέ τε τοῦ φαρμάκου τὴν ὕλην, θριδακίνης χυλῷ διακλύζεσθαι κελεῦσαν· ᾧ δὴ καὶ μόνῳ χρησάμενος ὁ ἄνθρωπος, ὤνητο τελέως, ὡς μηκέτ' ἄλλου δεηθῆναι. τό γε μὴν ἐπὶ τοῦ πριαπισμοῦ, μᾶλλον ἐμετικοῖς φαρμάκοις χρῆσθαι, τῶν ὑπηλάτων, ἐπὶ δὲ τῆς γλώττης, ἔμπαλιν, εὔδηλον ὡς ἐκ τῆς τῶν μορίων θέσεως ἔχει τὴν ἔνδειξιν. ἡ γὰρ ὑφ' Ἱπποκράτους ἀντίσπασις ὀνομαζομένη, τὴν εὕρεσιν, οὐκ ἀπὸ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θέσεως τοῦ θεραπευομένου λαμβάνει μορίου.

CAPVT IX.

De cancri ortu, & curatione.

IAm verò tempus monet, vt ad aliud tumorum genus transeamus, atq; à re potiùs, quàm nomine, initium faciamus; ea nanque haud dubiè veréque scientifica doctrina. Quòd igitur omnibus eiusmodi tumoribus humor aliquis influit, id in libro, quem de tumoribus præter naturam scripsimus, indicatum est. Quòd autem non idem in omnibus sit, ipse sensus euidenter docet, differentibus nimirum ipsis tumoribus non colore modò, verùm etiam iis, quæ ex calore, frigore, mollitie, duritiéque spectantur, differentijs.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ καρκίνου γενέσεώς τε, καὶ θεραπείας.

ΚΑιρὸς οὖν ἤδη μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον ὄγκου γένος, ἀπὸ τοῦ πράγματος ἀρξαμένοις μᾶλλον, ἢ τῆς προσηγορίας· αὕτη γὰρ ἀναμφισβήτητός τ' ἐστὶ, καὶ ὄντως ἐπιστημονικὴ διδασκαλία. τὸ μὲν οὖν ἐπιῤῥεῖν τινα χυμὸν ἅπασι τοῖς τοιούτοις ὄγκοις, ἐν τῷ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἐπιδέδεικται γράμματι. τὸ δὲ μὴ τὸν αὐτὸν ἐν ἅπασιν εἶναι, διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐναργῶς φαίνεται, διαφερόντων γε τῶν ὄγκων, οὐ τῇ χροιᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κατὰ θερμότητα, καὶ ψυχρότητα, καὶ σκληρότητα, καὶ μαλακότητα διαφοραῖς.

A ὁ μὲν οὖν ἐρυθρὸς ὄγκος, ἐναργῶς ἐνδείκνυται, τὸν χυμὸν ὑπάρχειν αἷμα· καθάπερ γε καὶ ὁ ξανθὸς, καὶ ὠχρὸς, τὴν τοιαύτην χολήν· ὁ δ' ὑπόλευκός τε καὶ χαῦνος, τὸ φλέγμα. γίνονται δέ τινες ὄγκοι παρὰ τούσδε, τῇ μὲν χροιᾷ, μεταξὺ τῶν ἐρυθρῶν τε καὶ μελάνων, οἷόν περ τὸ φαιόν ἐστι χρῶμα. καλοῦσι δ' αὐτὸ πολλάκις ἐν τοῖς τοῦ σώματος μέρεσι γενόμενον οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν, πελιδνόν. ἡ δ' ἀντιτυπία, καὶ τούτοις τοῖς ὄγκοις ἱκανή· καὶ εἰ φλέβας ἀξιολόγους ἔχοι τὸ μόριον, ἐξαιρομένας ἰδεῖν ἐστιν αὐτὰς ὑπὸ παχέος τε καὶ μελαντέρου πως αἵματος, οἷόν περ ἐνίοτε καὶ κατὰ γαστέρα πολ- B λοῖς τῶν ἡπατικῶν ἐκκρίνεται. καί τινες τῶν ἰατρῶν, οὐ κακῶς μοι δοκοῦσιν εἰκάζειν αὐτὸ τῇ τοῖς οἴνοις ὑφιζανούσῃ τρυγί. ἐπὶ πλέον δ' οὖν ὁ χυμὸς οὗτος ἐκθερμανθεὶς, ἤτοι διὰ σῆψιν, ἢ πυρετὸν φλεγμονώδη, τὴν μέλαιναν ἐργάζεται χολὴν, ἧς οὔτε ζῶόν τι γεύεται, μέχρι καὶ τῶν μυῶν, ἥ τε γῆ ξύεται πρὸς αὐτῆς, ἕκαστόν τε τῶν ἀποξυσθέντων μερῶν, εἰς ὕψος αἴρεται· καὶ καλεῖται τὸ γιγνόμενον ὥς που καὶ Πλάτων ἔφη, ζέσις τε, καὶ ζύμωσις. ἔστι γὰρ ὁ τοιοῦτος χυμὸς, οἷόν περ τὸ ὄξος ἐδείξαμεν ὑπάρχειν, ὑφ' οὗ καὶ αὐτοῦ κατὰ γῆς ἐκχυθέντος, ταὐτὸ γίνεται σύμπτωμα. διὸ καὶ καλοῦσιν οἱ C παλαιοὶ τὸν χυμὸν τὸν τοιοῦτον ὀξὺν, καθάπερ τὸν τῆς ὠχρᾶς χολῆς, πικρόν. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ κατὰ τοὺς ἐμέτους φαίνεται τοιοῦτος. ὥσπερ δ' ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔλεγον, ἓν μέν τι πάθος, ἀκριβῆ σκίρρον ὑπάρχειν, ᾧ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀναισθησία σύνεστι. τοὺς δ' ἄλλους ὄγκους, ὅσοι μηδέπω παντάπασιν εἰσὶν ἀναίσθητοι, διχῶς ὀνομάζεσθαι πρὸς τῶν ἰατρῶν, ἤτοι σκίρρους, ἐπειδὴ τοῦ γένους εἰσὶ τῶν σκίρρων, ἢ σκιρρώδεις ὄγκους· οὕτω κἀπὶ τῶν χυμῶν, ἡ μὲν ἀναμφισβητήτως μέλαινα χολὴ, τοιαύτη τίς ἐστιν, οἵαν ἄρτι διῆλθον, ὀξεῖα, καὶ D ζυμοῦσα τὴν γῆν, ἀηδής τε πᾶσι τοῖς ζώοις. ἡ δ' ἐπιτηδεία γενέσθαι τοιαύτη, καλεῖται διχῶς, ἤτοι μελαγχολικὸς χυμὸς, ἢ μέλαινα χολή· τῶν οὕτως ὀνομαζόντων αὐτὴν, ἐρούντων ἂν ἑτέραν μὲν εἶναι μέλαιναν, ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν τῷ ζώῳ ἑκάστης ἡμέρας γινομένην· ἑτέραν δὲ τὴν ἐκ συγκαύσεως, καὶ οἷον κατοπτήσεως ἀποτελουμένην. ὅπερ δ' ἀεὶ παρακελεύομαι, καταφρονεῖν μὲν ὀνομάτων, ἐπιστήμην δ' ἀσκεῖν ἀκριβῆ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, οὕτω καὶ νῦν ποιητέον, ὀνομάζοντας μὲν ὡς ἂν ἐπέλθῃ, λόγῳ δ' ἑρμηνεύοντας, ὡς γίνονταί τινες ὄγκοι παρὰ φύσιν, ὑπὸ τοῦ τοιούτου E χυμοῦ τὴν φύσιν, οἷα πέρ ἐστιν, ἐν οἴνῳ μὲν ἡ τρὺξ, ἐν ἐλαίῳ δ' ἀμόργη· καὶ ὡς οὗτοι, τῷ χρόνῳ προϊόντι σηπομένου τοῦ χυμοῦ, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἀγγείοις σφήνωσιν ἑλκοῦνται. ὥσπερ οὖν τἄλλα πάθη πάντα παμπόλλην ἔχει διαφορὰν κατὰ τὸ μέγεθος, ἐν τῷ μᾶλλόν τε, καὶ ἧττον, οὕτω καὶ τοῦτο. τῆς γάρ τοι φλεγμονῆς, ἡ μὲν, ἐξέρυθρός ἐστιν, ἡ δ' ὀλίγῳ τινὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐρυθροτέρα. τὸ δ' οὖν εἶδος, ἢ γένος, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃς ὀνομάζειν, ἀμφοτέραις ταὐτόν· ἐρυθρότεραί τε γάρ εἰσι τοῦ κατὰ φύσιν· ὀδύνη τε πάντως αὐταῖς σύνεστι, παμ- F πόλλην ἔχουσα καὶ ἥδε διαφορὰν ἐν τῷ μᾶλλόν τε, καὶ ἧττον· οὕτω δὲ, καὶ ἡ ἀντιτυπία, καὶ ἡ τάσις τοῦ δέρματος, οὐκ ἴση πάσαις· ἀλλὰ κοινόν γε ἐπ' αὐτῶν, ἀντιτυπώτερον εἶναι τὸ μέρος, ἢ πρόσθεν ἦν, ὅτ' εἶχε κατὰ φύσιν, ἐξῆρθαί τε εἰς ὄγκον τινὰ, συνεκτεινομένου τε καὶ παρατεινομένου τοῦ δέρματος, εἰς ὅσον ἂν ὁ ὄγκος αἴρηται. οὕτως οὖν καὶ τὸ νῦν ἡμῖν ἑρμηνευόμενον πάθος, ἐνίοτε μὲν ἀμυδρὰ, καὶ σμικρὰ τὰ συμπτώματα, καὶ λαθεῖν πως δυνάμενα τοὺς πολλοὺς, ἐπιφέρει·

Ac ruber quidem tumor euidenter subesse sanguinem indicat humorem; sicuti flauus & pallidus, persimilem ipsis bilem; subalbidus verò & laxus, pituitã. Sunt autẽ, & præter hos tumores quidã, qui colore sint inter rubrum, & nigrũ medio; cuiusmodi color fuscus est. Hunc, quũ in corporis partibus sæpè incidat, plurimi medicorum liuidum vocant. Renixus autem his quoque tumoribus valens est; ac si venas euidentiores pars haberet, exaltatas eas à crasso, & nigriore quodammodo sanguine, cuiusmodi per aluum aliquando nõ paucis hepaticorũ excernitur, videre licebit. Súntque medici, qui mihi eum non absurdè videntur fæci vinis subsidenti, assimilare. Ergo hic humor, vbi amplius incaluerit, aut propter putredinem, aut febrem phlegmonodem, atram efficit bilem, quam nullum animal, ne ipsi quidem mures gustauerint; terra quoq; raditur ab ea, ac partes, quæ raduntur, omnes in altum attolluntur; vocatúrque is affectus (vt Plato quodam loco inquit) tum feruor, tum fermentatio. Est nanque is humor talis, quale esse acetum docuimus; ex quo ipso quoque, si in terram effuderis, idem affectus visitur. Quo minùs alienum est, si veteres eiusmodi humorem acidum nominarunt æquè, vt pallidæ bilis amarũ. Sanè non rarò etiam in vomitionibus talis apparet. Verùm, sicuti paulò ante dixi, vnum quoddam affectum esse proprium verúmq; scirrhum, qui præter alia etiam insensilis sit; reliquos tumores, qui nondum sunt omninò insensiles, dupliciter esse à medicis vocatos, vel scirrhos, propterea quod generis scirrhorum sunt, vel scirrhosos tumores, sic & in humoribus, quæ quidem haud dubiè nigra est bilis, ea talis est, qualem modò pinximus, certè acida, & terram fermenti ritu eleuans, tum omni animanti iniucunda. Quæ verò fieri talis est idonea, hæc bifariam nuncupatur, vel melancholicus humor, vel atra bilis, qui sic eam nominant, affirmantibus aliam esse nigram, quæ dum animal naturaliter se habet, quotidie gignitur; aliam quæ ex vstione, ac velut assatione conflatur. Quod autem semper præcipio, vt nominibus contemptis ipsam naturæ rerum scientiam exerceas, id nunc est faciendum, ac nominandum quidem, prout succurret; cæterùm oratione sic interpretandum, quod quidam præter naturam tumores ex eiusmodi naturæ humore proueniunt, cuiusmodi est fæx in vino, & amurca in oleo; & quòd hi spatio tẽporis putrescente humore, propterea quòd in vasis sit impactus, exulcerantur. Ergo, vt reliqua omnia vitia plurimam habent particularem in maioris, minorisque ratione differentiam, sic etiam hoc *vitium habet*. Quippe phlegmones alia quidem admodum rubra est; alia paulò magis, quàm pro naturali habitu, rubra. At species, siue genus, siue quomodolibet appelles, ambobus est idem: nam & rubriores, quàm pro naturæ modo sunt; & dolor omninò cũ ipsis est, qui ipse quoque magnam habet in excessu defectúque differentiam; ad eundem modum, nec renixus, nec cutis tensio omnibus est æqualis; commune tamen eorum est, tum quod pars magis renititur, quàm antè, quum naturaliter se haberet; tum quòd in tumorem quendam attollitur, extenta scilicet attentáque eatenus cute, quatenus tumor assurrexit. Sic igitur, & affectus quem modò describimus, aliàs confusa exiguáque, & quæ vulgum fortasse latere possint, affert symptomata;

sæpè

sæpè ita vehementia, & magna, & cunctis euidentia, vt ne clam puero sint. Verùm commune illud in omnibus particularibus; quod intelligentiam ad se trahit, vnus id morbus esse ostenditur, & vnam sibi appellationem imponi cogit. At vbi magna quidem omnia sunt, nemo de appellatione ambigit, sed nominant vno assensu omnes eiusmodi affectum cancrum. Quum autem adhuc incipit, nihil miri est, si vulgus lateat, non secus profectò, quàm stirpes, quæ è terra iam exeunt; nam hæ quoque peritis tantum agricolis agnoscuntur. Ergo, quænam in cancro, tum communis, tum propria curationis indicatio sit, opportunè nunc dicetur. Communis igitur est, vt humorem, vnde affectus est natus, ilicò vacues simili vacuationis genere ei, quæ in aliis tumoribus supra est comprehensa; mox prohibere, potissimùm si fieri potest, ne de cætero eiusmodi humor in venis colligatur; sin id fieri nequit, saltem eum omninò ex interuallis vacuare, & simul partem roborare, nequid humorum redundantiæ ad eam confluat. Vt ergo amaræ bilis humorem medicamento, quod eum humorem trahere sit aptum educimus, sic & melancholicum educemus, vel simplicium aliquo, cuiusmodi est epithymum pondo drachmarum quatuor in sero lactis, mulsáve exhibitum: vel compositorum aliquo, cuiusmodi nostrum est, quod ex duobus & triginta simplicibus medicamentis est compositum. Sed horum materiam in aliis scriptam habes. Hîc autem, quæ ad *propositam* methodum *propriè* pertinent, dicamus. Post nanque purgationem illud de omnibus eiusmodi affectibus priùs est præceptum, quòd vel retrò propellere humorem, qui in parte procubuit, oportet, vel ipsum discutere; præterea, quòd in principio quidem tam in ipso purgationis tempore, quàm ante id, repellere; vbi iam totum corpus exquisitè purgaueris, discutere. Vbi tamen mediocris tantum purgatio præcessit, mixtum esse, quod applicabitur medicamentum, ex repellente discutientéque facultate conueniet. Sanè ad crassum humorem inutiles sunt, tum imbecillæ, eo, quòd nullum operæpretium efficiant; tum valentes, quòd vehementer tenuiores, quæ in venis sunt, sanguinis partes, vel discutiant, vel retrudant; crassas verò, & melancholicas, quas fæci assimilauimus, nec euacuent, nec repellant. Ergo, si his inter initia vtare, minutus apertè tumor erit, cæterùm, quod reliquum eius est, contumax ad soluendum reddetur. Quare mediocrium virium medicamentis est opus; quæ nec propter imbecillitatem vincentur, nec propter affectus vehementiam valenter sanguinem crassabunt; ad hæc item, quæ omninò haud mordeant; quandoquidem affectus malignitas ab iis, quæ mordent, irritatur, ac, vt dici solet, efferatur. Propter hæc igitur, quæ viribus quidem sunt mediocria, qualitate verò minimè mordentia, eiusmodi affectibus sunt idonea. Materiæ verò copia, sicuti in libris de medicamentis est traditum, ex vstis elotísque metallicis habebitur. Quippe, quæ medicamenta ex his componuntur, vnà cum purgationibus, ad sanandos incipientes cancros magnam vim habent; maiores verò, sat fuerit, si his prohibeantur augeri. Prospicere verò, vt qui iam sunt sanati, ampliùs non regenerentur, id artis de tuenda sanitate est opus; cuius sanè portio est ea, quæ de cibis præcipit.

A πολλάκις δ' οὕτως ἰσχυρά, καὶ μεγάλα, καὶ σαφῆ πᾶσιν, ὡς μηδὲ παῖδα λαθεῖν. ἀλλά τά γε κοινὸν ἐν ἅπασι τοῖς κατὰ μέρος, ἐφ' ἑαυτὸ καλοῦν τὴν νόησιν, ἕν γε νόσημα τὸ τοιοῦτον ἐνδείκνυται, καὶ προσηγορίαν μίαν ἐπ' αὐτῷ ἀναγκάζει τίθεσθαι. μεγάλων μὲν οὖν ἁπάντων ὄντων, οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ τῆς προσηγορίας, ἀλλ' ὀνομάζουσι συμφώνως τὸ τοιοῦτον πάθημα, καρκίνον. ἀρχόμενον δ' ἔτι λανθάνειν, εἰκός ἐστι τοὺς πολλούς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ τῆς γῆς ἀνίσχοντα φυτά· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα μόνοις τοῖς ἀγαθοῖς γεωργοῖς διαγινώσκεται. B τίς οὖν ἥ τε κοινὴ καὶ ἰδία τῆς θεραπείας ἔνδειξις ἐπὶ καρκίνου, καιρὸς ἤδη λέγειν. ἡ μὲν κοινή, κενῶσαι μὲν ἐν τῷ παραχρῆμα τὸν γεννῶντα τὸ πάθος χυμόν, ὁμοίῳ γένει κενώσεως τῷ τῶν ἄλλων ὄγκων ἔμπροσθεν εἰρημένῳ· κωλῦσαι δὲ τοῦ λοιποῦ, μάλιστα μὲν εἰ οἷόν τε, μηδ' ἀθροίζεσθαι κατὰ τὰς φλέβας τοιοῦτον χυμόν· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ κενοῦν γε πάντως αὐτὸν ἐκ διαλειμμάτων, ἅμα καὶ τῷ ῥωννύειν τὸ μόριον, ἵνα μηδὲν φέρηται πρὸς αὐτὸ τῆς τῶν χυμῶν περιουσίας. ὥσπερ οὖν τὸν πικρόχολον χυμὸν ἐκκενοῦμεν, καθαίροντες φαρμάκῳ τοιοῦτον ἕλκειν ἐπιτηδείῳ χυμόν, οὕτω καὶ τὸν C μελαγχολικὸν ἐκκενώσομεν, ἢ διὰ τῶν ἁπλῶν τινος, οἷόν ἐστι τὸ ἐπίθυμον, οὗ πλῆθος δραχμῶν τεττάρων, ἐν ὀρρῷ γάλακτος, ἢ μελικράτῳ δίδομεν· ἤ τινος τῶν συνθέντων, οἷόν περ ἐστὶ καὶ τὸ ἡμέτερον συγκείμενον ἐκ δυοῖν καὶ τριάκοντα ἁπλῶν φαρμάκων. ἀλλὰ τὴν μὲν τούτων ὕλην, ἐν ἑτέροις ἔχεις γεγραμμένην. ἐνταῦθα δέ, τὰ τῆς μεθόδου λεγέσθω. μετὰ γάρ τοι τὴν κάθαρσιν ἐπὶ πάντων τούτων ἐρρέθη πρόσθεν, ὡς ἤτοι γ' ὀπίσω χρὴ διώσασθαι τὸν κατασκήψαντα χυμὸν εἴς τι μόριον, ἢ διαφορῆσαι· καὶ ὡς D κατ' ἀρχὰς μὲν ἔν τε τῷ τῆς καθάρσεως καιρῷ, καὶ πρὸ αὐτῆς ἀπωθῆσαι, διαφορεῖν δὲ προκαθάραντα ἀκριβῶς ὅλον τὸ σῶμα. μετρίας μέν τοί γε τῆς καθάρσεως γενομένης, μικτὸν εἶναι χρὴ τὸ προσφερόμενον φάρμακον, ἐκ διαφορούσης τε καὶ ἀποκρουομένης δυνάμεως. ἑκάτεραι δ' εἰσὶν ἄπρακτοι, περὶ τὸν παχὺν χυμόν· αἱ μὲν γὰρ ἀσθενεῖς αὐτῶν, τῷ μηδὲν ἐργάζεσθαι μέγα· αἱ δ' ἰσχυραί, τῷ σφοδρῶς μέν, ἤτοι διαφορεῖν, ἢ ἀπωθεῖσθαι τὸ λεπτότερον ἐν τῷ κατὰ τὰς φλέβας αἵματι· τὸ δὲ παχὺ καὶ μελαγχολικόν, ὃ τῇ τρυγὶ προσεικάζομεν, οὔτ' ἐκκενοῦν, οὔτ' E ἀποκρούεσθαι. τούτοις οὖν χρωμένῳ κατ' ἀρχὰς μὲν ἧττον ὁ ὄγκος ἐπίδηλος ἔσται, τὸ λειπόμενον δ' αὐτοῦ δύσλυτον ἀπεργασθήσεται. διὸ τῶν συμμέτρων ταῖς δυνάμεσι φαρμάκων ἐστὶ χρεία, μήτε νικωμένων διὰ τὴν ἀσθένειαν, μήτε παχυνόντων ἰσχυρῶς τὸ αἷμα. διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς ἐνεργείας, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ἀδήκτων παντάπασιν· ἡ γὰρ κακοήθεια τοῦ πάθους, ὑπὸ τῶν δακνόντων παροξύνεται, καὶ ὥσπερ εἰώθασι λέγειν, ἀγριοῦται. διὰ τοῦτ' οὖν ὅσα σύμμετρα μέν ἐστι, ταῖς δυνάμεσιν, ἄδηκτα δέ, ταῖς F ποιότησιν, ἁρμόττει τοῖς τοιούτοις πάθεσιν. εὐπορία δὲ τῆς ὕλης αὐτῶν, ὡς ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασι ἐδείχθη, διὰ τῶν κεκαυμένων καὶ πεπλυμένων μεταλλικῶν ἐστι. τὰ μὲν γὰρ διὰ τούτων συγκείμενα φάρμακα, μεγάλως τοὺς ἀρχομένους καρκίνους ἅμα ταῖς καθάρσεσιν ἰᾶσθαι δύναται· τοὺς μείζονας δ' ἱκανὸν αὐτοῖς ἐστι κωλύειν αὐξηθῆναι. τούς γε μὴν ἰαθέντας, ὅπως μηκέτι γεννηθῶσι προφυλάξασθαι, τῆς ὑγιεινῆς ἐστι πραγματείας ἔργον, ἧς μόριόν ἐστι καὶ ἡ περὶ τῶν ἐδεσμάτων.

Εἴγε μὴν ἐγχειρήσαις ποτὲ διὰ χειρουργίας ἰᾶσθαι καρκίνον, ἄρξαι μὲν κενοῦν ἀπὸ καθάρσεως τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. περικόψας δὲ πᾶν ἀκριβῶς τὸ πεπονθὸς, ὡς μηδεμίαν ἀπολείπεσθαι ῥίζαν, ἔασον ἐκχυθῆναι τὸ αἷμα, καὶ μὴ ταχέως ἐπίσχῃς, ἀλλὰ καὶ θλῖβε τὰς πέριξ φλέβας, ἐκπιέζων αὐτῶν τὸ παχὺ τοῦ αἵματος· εἶτα θεράπευε τοῖς ἄλλοις ἕλκεσι παραπλησίως.

Cæterùm, siquando cancrum per chirurgiam curare audebis, cœpisse quidem à vacuando per purgationem melancholico humore oportebit. Vbi verò totum, quod vitiatum est, prorsus excideris, sic, vt nulla supersit radix, sines effluere sanguinem, nec properè eum retinebis; imò premendo potiùs, quæ circum sunt venas, exprimes ex iis crassiorem sanguinem; mox aliis vlceribus similiter curabis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι΄.

Περὶ θεραπείας ἀνθράκων καὶ τῶν λοιπῶν διαθέσεων, τῶν ἐσχαρῶδες ἕλκος ἐχουσῶν.

Ἔστι γε μὴν καὶ ἄλλο πάθος, ἀπὸ χυμοῦ παχέος τε καὶ ζέοντος γινόμενον. ἄρχεται δὲ τὰ πολλὰ μὲν ἀπὸ φλυκταίνης, ἐνίοτε δὲ, καὶ χωρὶς ταύτης. ἀλλὰ κνᾶταί γε πάντως ἐν ἀρχῇ τὸ μόριον· εἶτ' ἀνίσταται φλύκταινά τις, ἧς ῥηγνυμένης, ἕλκος ἐσχαρῶδες γίγνεται. πολλάκις δὲ οὐ μία φλύκταινα γίνεται κνησαμένων, ἀλλὰ πολλαὶ μικραὶ, καθάπερ τινὲς κέγχροι, [102] καταπυκνοῦσαι τὸ μέρος· ὧν ἐκρηγνυμένων ὁμοίως ἐσχαρῶδες ἕλκος γίνεται. κατὰ δὲ τοὺς ἐπιδημήσαντας ἄνθρακας ἐν Ἀσίᾳ, καὶ χωρὶς φλυκταινῶν ἐνίοις εὐθέως ἀπεδάρη τὸ δέρμα. ἅπασι δ' οὖν, ὡς ἔφην, ἕλκος ἐσχαρῶδες γίγνεται, ποτὲ μὲν τεφρώδεις ἐσχάρας, ποτὲ δὲ, μελαίνης. ἡ πέριξ ἅπασα αὖθις σὰρξ, εἰς ἐσχάτην ἀφικνεῖται φλόγωσιν· οὐ μὴν τῇ χρόᾳ γ' ἔοικεν ἐρυσιπέλατι, ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς φλεγμονῆς ἐπ' αὐτῇ γίγνεται τὸ χρῶμα μελάντερον, ὡς εἰ καὶ μίξαις ἐρυθρῷ πλέον τοῦ μέλανος ἔλαττον. ὅτι δὲ πυρέττουσιν οἱ οὕτως ἔχοντες ἐξ ἀνάγκης, οὐδὲν ἧττον, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐκείνων οἷς [103] ἐρυσιπελατώδης ἐστὶν ἡ φλεγμονὴ, πρόδηλον παντί. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀπὸ φλεβοτομίας ἀρκτέον ἐστὶ τῆς ἰάσεως, εὔδηλον εἶναι νομίζω τοῖς μεμνημένοις, ὅσα περὶ φλεβοτομίας εἴρηται κατὰ τὴν τῶν πυρετῶν θεραπείαν. οὐκ ἄδηλον δ' οὐδ' ὅτι μέχρι λειποθυμίας ἐπ' αὐτῶν ἡ κένωσις γινομένη, μειζόνως ὠφελήσειε, πλὴν εἰ μὴ τῶν ἄλλων τι παρείη τῶν κωλυόντων φλεβοτομεῖν. ἐπὶ δὲ τοῦ πεπονθότος μέρους, ὅσον μὲν ἐπὶ τῇ φλογώσει τῶν χυμῶν, τῶν ψυχόντων ἐστὶ χρεία. διὰ δὲ τὸ πάχος τοῦ χυμοῦ, καὶ μήν τοι καὶ τὴν κακοήθειαν, οὔτ' ἀποτρέψεις ποτὲ τὸ ῥεῦμα· καὶ εἰ τούτου ποτὲ τύχοις, ἕτερόν τι ἐν τῷ βάθει βλάψεις. οὐ μὴν οὐδ' ἐπιρρεῖν αὐτῷ συγχωρητέον ἐστὶν, ἀλλ' εὑρίσκειν φάρμακα, μετὰ τοῦ μετρίως ἀποκρούεσθαι, καὶ διαφορεῖν δυνάμενα. τοιοῦτον δ' ἐστὶ τό, τε δι' ἀρνογλώσσου κατάπλασμα, καὶ τὸ δι' ἑφθῆς φακῆς, ἄρτου κλιβανίτου, μιγνυμένων ἡμῶν αὐτῇ ὅσον ἁπαλόν. ἔστω δὲ μὴ πάνυ τι καθαρὸς, ὥσπερ οὐ δὲ ῥυπαρός γε ἄγαν. ὁ μὲν γὰρ ἀκριβῶς καθαρὸς, ἐμπλαστικωτέρας οὐσίας ἐστίν· ὁ δὲ πιτυρίας, ἁδρομερεστέρας. κατ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ἕλκους ἐπιτιθεμένου τινὸς τῶν ἰσχυρῶν φαρμάκων, οἷόν ἐστι τὸ Ἀνδρωνος, ἢ Πασίωνος, ἢ Πολυείδου, λύοντα μετά τινος τῶν γλυκέων οἴνων αὐτά, μέχρι γλοιώδους συστάσεως. κάλλιστοι δὲ οἶνοι εἰς τοῦτο, Θηραῖός τε, καὶ Σκυβελίτης ἐστίν· ὧν μὴ παρόντων, σιραίῳ χρηστέον, ὃ καλεῖται παρ' ἡμῖν, ἕψημα. τὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἕλκεσι προσφερόμενα φάρμακα, πέττοντά τε καὶ διαπυΐσκοντα, ταῦτα οὐ χρὴ νῦν προσφέρειν· αὐξήσεις γὰρ τὴν σηπεδόνα τοῦ μορίου.

CAPVT X.

De carbunculis, & reliquis affectibus curandis, qui vlcere crustoso constant.

Est tamen & alius affectus qui ex humore crasso, feruentéque nascitur. Incipit hoc plerunque à pustula, aliquando verò & sine hac. Cæterum inter initia, quibus hoc instat, scabunt partem omninò; mox oritur pustula quædam; qua rupta, vlcus cum crusta gignitur. Sæpè verò non vna oritur scabentibus pustula, sed multæ exiles, veluti milij semina, crebræ in parte residentes; quibus perruptis, similiter crustosum vlcus prouenit. In carbunculis verò, qui per Asiam populatim sunt grassati, etiam citra pustulas nonnullis excoriata statim cutis est. Omnibus igitur, vt dixi, crustosum vlcus fit, modò crusta ipsa cineris colorem præferente, modò nigrorem. Omnibus præterea his circumposita caro in summam peruenit inflammationem; non tamen colore aspicitur erysipelatis, imò qui adhuc phlegmones colore sit nigrior, veluti si plusculo rubro minùs misceas nigri. Quòd autem necessariò febricitent, qui ita sunt affecti, idque non minus, imò magis, quàm illi, quibus erysipelatosa est phlegmone, id vtique latere neminem potest. Sed & incipiendam ab incisa vena curationem esse, id quoque neminem latere arbitror, qui meminerit, quæ in curatione febriũ de sanguinis missione diximus. Nec illud obscurum, sanguinis vacuationem, quę ad animi defectũ vsque sit adhibita, magis his etiã collaturã; nisi tamen aliud quippiã obstet ex iis, quæ venã incidi vetent. Imponi verò sibi laborãs pars, quod ad humorum inflammationẽ spectat, refrigerãtia desiderat. Cæterùm propter humoris crassitudinẽ, atque etiam malignitatẽ, nec fluxionẽ auertere vnquã poteris; & siquando id feceris, aliud quippiã, quod in alto sit corpore, offendes. Atqui nec affluere is permittẽdus est; quin potius inquirenda medicamẽta sunt, quæ cũ modicè reprimendo, etiã discutere possint. Tale est, tũ cataplasma, quod ex plantagine cõficitur; tũ quod ex cocta lente, miscentibus his nobis micã panis tenerã, qui clibano sit coctus. Esto autẽ panis, nec omninò à furfure purus, nec nimiũ eius habẽs. Siquidẽ, qui omninò purus est, eius substãtia in cutis meatibus hærere est apta; furfuraceus autem crassiorum est partiũ. Super ipsum verò vlcus, valens aliquod imponendum est medicamentum, cuiusmodi est Andronis, vel Pasionis, vel Polyidæ; liquarique id cum vino aliquo dulci ad sordium crassitudinem debebit. Porrò commodissima ad hunc vsum vina sunt, tum Theræum, tũ Scybelites; quorum inopia sapa vtendum, quæ apud nos Hepsema dicitur. Quæ autẽ medicamenta reliquis adhiberi vlceribus solent, nempe quæ concoquant, & pus moueant, ea nunc adhibenda non sunt; quando ita putredinem partis auxeris.

Quin-

Quinetiam scarificare eiusmodi tumores post sanguinis missionem alienum non sit: sunto autẽ incisiones mediocribus altiores, propter infestantis humoris crassitudinem. Cessante verò iam inflammatione, vlcus ad cicatricem similiter reliquis vlceribus perduces. Atque hactenus de carbunculis dixisse sat arbitror.

καὶ μὴν καὶ ἀποσχάζειν τοὺς τοιούτους ὄγκους, ὅταν γε προφλεβοτομήσῃς οὐκ ἀνεπιτήδειον· ἔστωσαν δὲ βαθύτεραι τῶν συμμέτρων αἱ ἀμυχαί, διὰ τὸ πάχος τοῦ λυποῦντος χυμοῦ. παυσαμένης δὲ τῆς φλογώσεως, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἕλκεσιν, εἰς οὐλὴν ἄξεις τὸ ἕλκος. ἀρκεῖν ἡγοῦμαι καὶ περὶ τῶν ἀνθράκων εἰρῆσθαι τοσαῦτα.

CAPVT XI.

De strumis, quas chœradas dicunt.

DEinceps de reliquis agam tumoribus, orsus à strumis, quas chœradas vocant. Existunt hæ glandulis in scirrhos mutatis. Estóque curatio earum, quod ad ipsum attinet affectum, iis scirrhis, qui in aliis partibus nascuntur, communis. Cæterùm, quod ad ipsius partis naturam spectat, in quibusdam glandulis alias geminas curationis indicationes adiiciunt. Præstiterit fortassis hoc loco de nominibus aliquid clarioris doctrinæ gratia distinxisse. Quippe glãdulæ, quæ, quod in medio vasorum in diuersas partes diductorum habetur, implent, eiúsque diductionis pro firmamento sunt, earum haud magnus vsus animantibus est; sed ex abundantiore prouidentia, sicut alia quædam, sic has quoque glandulas natura fabricauit. Earũ verò, quæ vel saliuam, vel lac, vel genitale semen; ad hæc quæ pituitosum quendam humorẽ in mesenterio, vel faucibus, vel larynge, generant; earũ maior est vsus. Atq; aliqui has non glandulas, sed glandulosa vocant corpora, vt quę non paulò, quàm reliquæ glandulæ, & rariore sint, & magis spongiosa substantia; quinetiam in has tum arteriæ, tum venæ sensibiles perueniunt. Atque hæ quidẽ, quum in scirrhoso sunt affectu, non aliter, quàm cæteræ omnes partes, sunt sanandæ. At, quæ in medio vasorum spatio consistunt, in iis alia curationis indicatio præstatur; qua simul cum affectu etiam pars ipsa tollitur. Est verò duplex ea quoque, vel totum, quod affectum est, scalpello excidentibus nobis, veluti in cancro; vel putrescere id medicamento cogentibus. Porrò quæ eiusmodi medicamentorum materia sit, id in opere de medicamentis est proditum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιά.

Περὶ τῶν καλουμένων χοιράδων.

ΤΩν δὴ ἄλλων ὄγκων ἐφεξῆς μνημονεύσω, καὶ πρῶτόν γε τῶν καλουμένων χοιράδων. γίνονται δ' αὗται, σκιρρουμένων ἀδένων. καὶ ἡ θεραπεία γ' αὐτῶν, ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ πάθει, κοινὴ τοῖς ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει γινομένοις σκίρροις. ὅσον δ' ἐπὶ τῇ φύσει τοῦ μορίου, κατά τινας ἀδένας, ἑτέρους προσλαμβάνει σκοποὺς διττούς. ἄμεινον δὴ ἴσως κἀνταῦθα διαστείλασθαί τι περὶ τῶν ὀνομάτων, ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας. ὅσοι μὲν γὰρ ἀδένες, ἀγγείων σχιζομένων, ἀναπληροῦσι τὸ ἐν μέσῳ, στήριγμα γινόμενοι τῆς σχίσεως αὐτῶν, οὐ μεγάλη τούτων ἡ χρεία τοῖς ζώοις ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ περιττῆς μὲν προνοίας, ὥσπερ ἄλλ' ἄττα, τοὺς τοιούτους ἀδένας ἡ φύσις ἐδημιούργησε. τῶν δὴ ἤτοι σίελον, ἢ γάλα παρασκευαζόντων, ἢ σπέρμα, καὶ μέντοι καὶ ὅσοι φλεγματώδη τινὰ γεννῶσιν ὑγρότητα, κατὰ μεσεντέριον, ἢ φάρυγγα, καὶ λάρυγγα, μείζων ἡ χρεία. καί τινες οὐδὲ ἀδένας ὀνομάζουσι τοὺς τοιούτους, ἀλλ' ἀδενώδη σώματα, πολὺ τῶν ἄλλων ἀδένων ἀραιότερά τε καὶ σπογγωδέστερα τὴν οὐσίαν ὄντα· καὶ μέντοι καὶ καθήκουσιν εἰς τοὺς τοιούτους ἀδένας, ἀρτηρίαι τε καὶ φλέβες αἰσθηταί. σκιρρωθέντας τε θεραπευτέον αὐτοὺς ὡσαύτως τοῖς ἄλλοις ἅπασι μορίοις [204]. ὅσοι δὴ ἐν ταῖς μεταξὺ χώραις τῶν ἀγγείων εἰσὶν, ἕτερος ἐν τούτοις προσέρχεται σκοπὸς τῆς ἰάσεως· ἐν ᾧ συναιρεῖται τῷ πάθει τὸ μέρος. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος διττός· ἤτοι γ' ἐκκοπτόντων ἡμῶν σμίλῃ τὸ πεπονθὸς ὅλον, ὡς ἐπὶ τῶν καρκίνων· ἢ σηπόντων φαρμάκοις. ἥτις δή ἐστιν ἡ τῶν τοιούτων φαρμάκων ὕλη, κατὰ τὴν περὶ τῶν φαρμάκων πραγματείαν ἔχεις.

CAPVT XII.

De abscessibus, quæ apostemata dicuntur.

MIhi verò tempestiuum est de aliis tumoribus docere, quorum se primùm abscessus vocatus offert. Huius duplex item genus est, vnum, quum phlegmone in pus versa, pus ipsum tanquam in sinu aliquo est collectum; alterum, quum nulla præcedente phlegmone, humor aliquis statim ab initio, ísque aliàs specie alius, cæterùm omninò acris, in parte aliqua colligitur. Porrò excoriat hic circumposita corpora; spatiũ videlicet sibi moliens, vel inter duas tunicas, vel sub certis membranis. Excoriat autem omninò ipsa copia distendens; interdum verò acrimoniã quandam putredinosam tempore contrahens. Sanè inueniuntur in huiusmodi abscessibus, cum scalpello sunt diuisi, proprietates quædam non paucę, nec humorum modò, sed etiam solidorum quorundam corporum. Siquidem vnguium, pilorum, ossium, testarum, lapidum, & pori fragmentorũ similia, inuenta in his corpora quædam sunt. Ac humorum ipsorum alius, veluti lutum,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Περὶ τῶν καλουμένων ἀποστημάτων.

ΕΜοὶ δ' ἤδη καιρὸς ὑπὲρ τῶν ἄλλων ὄγκων εἰπεῖν, ὧν πρῶτός ἐστι τὸ καλούμενον ἀπόστημα. διττὸν δὲ καὶ τούτου τὸ γένος, ἓν μὲν, ὅταν ἐκπυησάσης φλεγμονῆς, ἀθροισθῇ τὸ πύον, οἷον ἐν κόλπῳ τινί· τὸ δ' ἕτερον, οὐδεμιᾶς φλεγμονῆς προηγησαμένης, ὑγροῦ τινος εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἄλλοτε μὲν ἄλλου κατ' εἶδος, ἀλλὰ πάντως γε μὴν δριμέος, ἀθροιζομένου κατά τι μόριον. ἀποδέρει δὲ τοῦτο τὰ περικείμενα σώματα· χώραν δὲ αὑτῷ παρασκευάζων, ἤτοι μεταξὺ δυοῖν χιτώνων, ἢ ὑπό τισιν ὑμέσιν. ἀποδέρει δὲ πάντως μὲν τῷ πλήθει διατείνων· ἔστι δ' ὅτε, ἐν τῷ χρόνῳ, δριμύτητά τινα σηπεδονώδη προσλαμβάνων. εὑρίσκονται δὲ διαιρουμένων σμίλῃ τῶν τοιούτων ἀποστημάτων ἰδιότητες, οὐχ ὑγρῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ στερεῶν τινων σωμάτων οὐκ ὀλίγαι. καὶ γὰρ ὀνύχων, καὶ τριχῶν, καὶ ὀστῶν, καὶ ὀστράκων, καὶ λίθων, καὶ πώρων θραύσμασιν εὑρέθη τινὰ σώματα παραπλήσια. καὶ μέντοι καὶ τῶν ὑγρῶν αὐτῶν, τὸ μὲν οἷον βόρβορος,

ἢ πηλὸς, ἢ ἐλαίου τις ἰλὺς, ἢ οἴνου τρύξ· τὸ δ' οὕτω δυσῶδες, ὡς δυσχεραίνειν ἅπαντας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐστι σπανιώτερα. συνηθέστατα δὲ γιγνόμενα, τῆς φύσεως τῆσδε τῶν νοσημάτων, εἴδη ἐστὶ τρία, προσηγορίας ἕκαστον αὐτῶν ἰδίας τετυχηκὸς, ἀθέρωμα, καὶ μελικηρὶς, καὶ στεάτωμα ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος τῶν περιεχομένων οὐσιῶν κατὰ τοὺς ὄγκους. ἔστι γὰρ αὐτῶν ἡ μέν τις, οἷον περ τὸ στέαρ· ἡ δὲ, οἷον μέλι· καὶ τις ἀθήρᾳ παραπλήσιος. οἱ σκοποὶ δὲ τῆς θεραπείας κοινοὶ, διαφορῆσαι τὸ περιεχόμενον, ἢ σῆψαι πᾶν, ἢ ἐκτεμεῖν. ἔνιοι μὲν οὖν ὄγκοι, τοῖς τρισὶν ὑποπίπτουσι σκοποῖς, ὅσοι λεπτότερον ὑγρὸν ἔχουσιν ὡς ἡ μελικηρίς· ἔνιοι δὲ τοῖς δύο μόνοις, ὥσπερ τὸ ἀθέρωμα· καὶ γὰρ ἐκτεμεῖν, καὶ σῆψαι οἷόν τε τοῦτο· τὸ δὲ στεάτωμα, διὰ χειρουργίας μόνης θεραπεύεται, μήτε σαπῆναι, μήτε διαφορηθῆναι δυνάμενον. ἐπὶ δὲ τῶν ἐν βάθει συνισταμένων ἀποστημάτων, καὶ μάλιστα κατὰ τὰ σπλάγχνα, τὰ διὰ τῶν ἀρωμάτων φάρμακα λυσιτελέστατά εἰσιν, ὧν ἡ δύναμις, εἰς ἀτμούς τε λῦσαι καὶ διαφορῆσαι τὸ συνιστάμενον ὑγρόν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ μὲν τοιαῦτα· μάλιστα δὲ αὐτῶν εὐδόκιμα, τό, τε διὰ τῶν ἐχιδνῶν, ὅπερ ὀνομάζουσι θηριακὴν ἀντίδοτον, ἥ τ' ἀθανασία καλουμένη, καὶ ἀμβροσία. ταῦτα μὲν οὖν πολυτελῆ· τῶν δ' εὐτελῶν, ἄριστόν ἐστιν τὸ ἡμέτερον, ὃ διὰ τῆς Κρητικῆς καλαμίνθης σκευάζομεν. ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα, κατὰ τὴν περὶ τῶν φαρμάκων πραγματείαν ἀθροιζόμενα, ἣν ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφην, ἐπὶ τοῖς τρισὶ τοῖς ἔμπροσθεν, ἄμεινον εἶναι νομίζω προσθεῖναι, χάριν τοῦ λείπεσθαι μηδέν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Περὶ ὄγκων τῶν κατὰ πᾶν γένος παρὰ φύσιν ὄντων, καὶ περὶ ἀρίστης μεθόδου τῆς θεραπείας.

Ἐπεὶ δὲ τῶν κατὰ τὴν χειρουργίαν περαινομένων οἱ σκοποὶ, τὸ μέν τι κοινὸν ἔχουσι, τὸ δ' ἴδιον, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ, μὴ διασπᾶν αὐτοὺς, ἀλλ' ἀθρόως ἅπαντας ἐν τοῖς τελευταίοις τῆσδε τῆς πραγματείας εἰπεῖν. νυνὶ δὲ τοσοῦτον ἔτι περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ῥητέον ἐστὶν, ὡς ὅσοι μὲν αὐτῶν ὅλῃ τῇ φύσει παρὰ φύσιν εἰσὶ, ἐνδείκνυνται τὴν ἄρσιν, ὑπαγόμενοι κοινοτέρῳ σκοπῷ, τῷ κατὰ πάντων ἐκτεταμένῳ τῶν τοιούτων, ὅσα ταῖς οὐσίαις ὅλαις ἐξέστηκε τοῦ κατὰ φύσιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν στεατωμάτων, καὶ ἀθερωμάτων ἔχει. τούτου δὲ τῆς φύσεώς ἐστι, καὶ ἡ καλουμένη μυρμηκία, καὶ ἡ ἀκροχορδὼν, ὅ, τ' ἐν τῇ κύστει λίθος, ὑπόχυμά τε, καὶ ἡ τῆς μύλης κύησις, ἐπὶ γυναικῶν (ὀνομάζουσι δ' οὕτω τὴν ἀδιάπλαστον σάρκα) πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τελέως ἐκκόψαι σπεύδομεν. ὧν δὲ καὶ ὁ πεπονθὼς τόπος, ἕν τι τῶν κατὰ φύσιν ἐστὶ μορίων, ὁ μὲν πρῶτος σκοπὸς, ἰᾶσθαι τὸ πάθος. ὁ δ' ἐπ' αὐτῷ δεύτερος, ἐπειδὰν ἀνίατον ᾖ, συνεκκόψαι τῷ πάθει τὸ μέρος, ὡς ἐπὶ καρκίνου τε καὶ τῶν ἀθεραπεύτων ἁπάντων ἑλκῶν. ἔμπαλιν δ' ὡς ἐπὶ τῶν ὑποχυμάτων, ἀποπίπτοντες τοῦ πρώτου σκοποῦ, πρὸς ἕτερον ἄγομεν αὐτὰ τόπον ἀκυρώτερον. ἔνιοι δὲ καὶ ταῦτα κενοῦν ἐπεχείρησαν, ὡς ἐν τοῖς χειρουργουμένοις ἐρῶ. νυνὶ δ' ἀρκέσει τοσοῦτον εἰπεῖν, ὡς τὸ κατὰ τὰς ὑδροκήλας ὑγρὸν, ἀλλότριόν ἐστι τῆς τοῦ σώματος οὐσίας ὅλῃ τῇ φύσει· καὶ τὸ κατὰ τοὺς ἀσκίτας ὕδερους ὕδωρ. ὧν ἡ κένωσις,

vel cænum, vel olei quidam limus, vel vini fæx: alius adeò grauiter olens, vt omnes auersentur. Verùm hæc rariùs incidunt. Frequentissima verò huius morbi sunt tria genera; quorũ singula propriam appellationem sunt sortita. *Ea sunt*, atheroma, meliceris, & steatoma, à similitudine contentarum in tumoribus substantiarum dicta; Est enim aliud eorum veluti seuum; aliud veluti mel; aliud pulticulæ simile. Curationis verò eorum scopi sunt communes, id, quod continetur, vel discutere, vel totum putre reddere, vel excidere. Aliqui igitur eiusmodi tumorum triplicem curationis scopum admittunt, quotquot ex tenuiore humore constant, vt meliceris; aliqui duplicem tantùm, veluti atheroma; etenim quod tum excidere, tum putrefacere licet; steatoma verò sola manuum opera curatur, cum nec putrefieri possit, nec discuti. In iis verò abscessibus, qui in alto corporis consistunt, ac potissimùm in visceribus, medicamenta, quæ ex aromatis componuntur, maximè sunt vtilia, quorũ facultas collectum humorem, tum in halitum resoluit, tum discutit. Sunt profectò & alia eius generis non pauca, quorum laudatissima sunt, tum antidotus, quæ ex viperis componitur, theriacen vocant; tum, quæ athanasia vocatur, tum ambrosia; atque hæc quidem sumptuosa; viliorum sanè optimum est nostrum, quod ex cretica calamintha est compositum. Omnia verò id genus in opere de medicamentis colligemus; quod, vti paulò ante diximus, satius arbitror iis tribus, quæ supra memoraui, quò nihil desit, subiicere.

CAPVT XIII.

De tumoribus, qui toto genere præter naturam sunt, ac de optima curandi via.

QVoniam verò eorum, quæ per chirurgiam fiunt, *curationis* scopi aliquid commune habent, aliquid proprium, satius nobis visum est ea non distrahere, sed vniuersa in calce huius operis apponere. Nunc porrò tantulum etiam de tumoribus, qui præter naturam consistunt, est adiiciendum, quod quicunque ex his toto genere præter naturam sunt, ij sui ablationem indicent, communiori scopo, qui per omnia, quæ totis substantiis à naturæ habitu recesserunt, extenditur, subiecti; veluti in steatomatis, & atheromatis habet. Huius certè generis est, & quæ myrmecia vocatur, & quæ acrochordon, præterea in vesica calculus, & hypochyma, & in mulieribus molæ in vtero gestatio (ita verò appellant informem carnem) omnia nanque talia summouere in totum properamus. Quorum verò etiam locus ipse affectus vna quæpiam earum quæ secundum naturam sunt partium est, prima indicatio, vt affectus sanetur. Secunda ab hac, si insanabilis is sit, vt vnà cum affectu pars quoque ipsa excidatur; sicut in cancro, & omnibus vlceribus, quæ curationem respuunt. E contrario verò in suffusione, decidentes prima indicatione, ad alium eam locum, qui minoris sit momenti, transferimus. Nonnulli quoque hæc vacuare sunt aggressi; sicut in iis, quæ chirurgia tractantur, dicam. Nunc illud dixisse sufficiet, quod humor, qui in hydrocelis visitur, alienus à corporis substantia tota natura sit, sicut etiã, quæ in ascitis hydropibus continetur aqua. Quarum certè vacuationẽ, vel

vel medicamentis, quæ discutiant, molimur, vel chirurgia; in hydrocele quidem, immisso siphone; in hydropibus verò, adhibita punctione. Porrò exciditur vnà cum affectu ipso, veluti in iis, quæ antè comprehensa sunt, etiam pars affecta; ita & in herniosis aliquid peritonæi. Pari modo & columella aliquando vnà cum affectu ipso exciditur. Itidémque in cruribus, & testiculis, vnà cum varicibus, ipsæ venæ. Ad hæc, tunica in naso, cum polypo, & foratus dens, cum foramine; verùm ex his nullum est, quod ad statum naturalem possit reduci. In columella verò id omninò est conandum, nec properandum ad eam excidendam; sed quando gracilis est, & ad lori tenuitatem redacta, tum est auferenda. Porrò talem eam reddet longius tempus; at qualem Hippocrates in præsagijs descripsit, paucorum dierum numerus; æquè verò , & cætera, quæ in magnitudine naturalem habitum excesserunt, in quibus annumeranda sunt omnia, quibus supercreuit caro, & encanthides, & qui in sede thymi dicuntur. Sunt ex istiusmodi vlceribus, & quæ ambigua sint specie, veluti cicatrices, quæ supra circumpositam cutim multum extant; item, quæ in oculis sunt, pterygia. Curationis tamen eorum indicatio manifesta est. Siquidem talia omnia amouere oportebit; atque id semper agere, vt rationibus, quibus id fiat, pensitatis, optimam semper earum deligas. Sanè optimæ rationes tripliciter iudicantur, tum ex temporis curandi breuitate; tum ex curando citra dolorem; tum ex maximè tutò curando. Rursus, vt tutò cures, tres proprij sunt scopi, vnus primúsque, vt omninò absolutionem operis consequaris; alter, vt sicubi hunc non consequaris, saltem cubantem non lædas; tertius, vt morbus non facilè reuertatur. His considerationibus, si optimam curationis viam iudicaueris, inuenietur in omnibus, quæ nunc proposuimus, quando potiùs chirurgiæ, & potiùs medicamentorum ope, sit curandum. At chirurgiæ quidem studium in iis præsertim, quæ nunc sunt proposita, ad interemptionem eorum festinat; vt quæ, quod in animalis corpore toto genere præter naturam habetur, id prorsus tollendum sibi proponat; quod si perficere nequeat, proximum illud consiliu.n habet, vt vitium transferat, veluti in hypochymatis. Quod verò ex medicamentis petitur, primùm huc tendit, vt quod præter naturam est, tum vacuet, tum discutiat; quod si per partis naturam, aut etiam affectus rebellionem fieri non licet, vt id, tum in pus vertat, tum putrefaciat; hoc verò secundo loco destinat. Quippe ita in columella facimus, primùm ad naturalem affectum eam reuocantes; id si consequi non est, prorsus amputantes, ídque vel chirurgiæ opera, vel per caustica medicamenta. Verùm medicamenta, melius est in tractationem de iis differamus (quandoquidem tribus iam proditis, aliam quoque quartam adiiciendam statuimus) ac chirurgiam in calce huius operis apponamus.

CAPVT XIV.

Quæ secundum naturam, & quæ præter naturam propriè in nobis dicantur.

NOn est igitur, quod in his ampliùs immoremur; sed transeundum ad ea, quæ similem iis, quæ conprehensa sunt, curationem desiderant. Ea sunt, tum quæ in numero,

A ἤτοι διὰ φαρμάκων γίγνεται διαφορητικῶν, ἢ διὰ χειρουργίας· ἐπὶ μὲν τῆς ὑδροκήλης, διὰ καθέσεως σίφωνος· ἐπὶ δὲ τῶν ὑδέρων, διὰ παρακεντήσεως. συνεκτέμνεται δὲ τῷ πάθει τὸ πεπονθὸς μόριον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, οὕτω κἀπὶ τῶν κηλητῶν, τοῦ περιτοναίου τι μέρος. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ γαργαρεὼν, ἐνίοτε τῷ πάθει συνεκτέμνεται. κατά τε τὰ σκέλη, καὶ τοὺς ὄρχεις, αἱ φλέβες, τοῖς κιρσοῖς. ὅ, τ' ἐν τῇ ῥινὶ χιτὼν, τῷ πολύπῳ, καὶ ὁ τετρημένος ὀδοὺς, τῷ τρήματι· ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν, δυνατόν ἐστιν

B ἐς τὸ κατὰ φύσιν ἀναγαγεῖν. ἐπὶ δὲ τοῦ γαργαρεῶνος ἐργάζεσθαι χρὴ τοῦτο πάντῃ τρόπῳ, καὶ μὴ σπεύδειν ἐκτεμεῖν· ὅταν δὲ ἰσχνὸς καὶ ἱμαντώδης γένηταί ποτε, τηνικαῦτα ἀφαιρεῖν. τοιοῦτον μὲν οὖν αὐτὸν ἐργάσεται χρόνος μακρότερος· οἷον δὲ Ἱπποκράτης ἔγραψε κατὰ τὸ προγνωστικὸν, ὀλίγων ἡμερῶν ἀριθμός· οὕτω δὲ καὶ τἆλλα, τὰ κατὰ μέγεθος ἐξιστάμενα τοῦ κατὰ φύσιν, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὰ ὑπερσαρκοῦντα πάντα, καὶ ἐγκανθίδες, οἵ τε κατὰ τὴν ἕδραν ὀνομαζόμενοι θύμοι. τινὰ δὲ τῶν τοιούτων ἑλκῶν, ἐπαμφοτερίζει ταῖς ἰδέαις, ὥσπερ αἵ τε πολὺ τοῦ πέριξ δέρματος ἐξέχουσαι τῶν οὐλῶν, καὶ τὰ κατὰ

C τοὺς ὀφθαλμοὺς πτερύγια. τῆς γε μὴν ἰάσεως, ἐπ' αὐτῶν, ὁ σκοπὸς πρόδηλος. ἐκκόπτεσθαι γὰρ δεῖ τὰ τοιαῦτα πάντα καὶ χρὴ, σκοπούμενον ἀεὶ τοὺς τρόπους τῆς ἀναιρέσεως, ἐπὶ τὸν ἄριστον ἐξ αὐτῶν ἰέναι. σκοποὶ δ' εἰσὶ τῆς κρίσεως τῶν ἀρίστων τρεῖς, ἥ τε τοῦ χρόνου τῆς θεραπείας βραχύτης, τό, τ' ἀνωδύνως αὐτὴν ἐργάζεσθαι, καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις, ἡ ἀσφάλεια. καὶ αὐτῆς τῆς ἀσφαλείας, ἴδιοι σκοποὶ τρεῖς· εἷς μὲν καὶ πρῶτος, ὡς τυχεῖν τοῦ τέλους πάντως· ἕτερος δὲ, τὸ κἂν ἀποτυγχάνωμέν ποτε τοῦ τέλους, ἀλλὰ μηδέν γε βλάψαι τὸν

D κάμνοντα· καὶ τρίτος, ὡς μὴ ῥᾳδίως ὑποτροπιάσαι τὸ νόσημα. κατὰ ταῦτα, σοὶ κρίνοντι τὴν ἀρίστην ὁδὸν τῆς ἰάσεως ἐπὶ πάντων τῶν νῦν ἡμῖν προκειμένων, εὑρεθήσεται, ποτὲ μὲν ἡ διὰ τῆς χειρουργίας αἱρετωτέρα, ποτὲ δὲ, ἡ διὰ τῶν φαρμάκων. ἡ μὲν οὖν διὰ τῆς χειρουργίας, ἔν γε τοῖς νῦν ἡμῖν προκειμένοις, ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν σπεύδει, τελείως ἐκκόψαι τοῦ ζώου τὸ παρὰ φύσιν, ὅλῳ τῷ γένει προαιρουμένη· τούτου δ' ἀποτυγχάνουσα τοῦ σκοποῦ, δεύτερον ἔχει τὸν τῆς μεταθέσεως, ἐπὶ τῶν ὑποχυμάτων. ἡ δὲ διὰ τῶν φαρμάκων, πρώτῳ μὲν χρῆται σκοπῷ, κενῶσαί τε, καὶ διαφορῆ-

E σαι τὸ παρὰ φύσιν· εἰ δ' ἔστ' ἀδύνατος εἴη, διὰ τὴν τοῦ μορίου φύσιν, ἢ καὶ τὸ τοῦ πάθους δυσίατον, ἐκπυῆσαί τε, καὶ διασήψαι· δεύτερος δ' ἐστ' αὐτῶν σκοπὸς οὗτος. οὕτω γοῦν κἀπὶ τοῦ γαργαρεῶνος ποιοῦμεν, εἰς τὸ κατὰ φύσιν μὲν πρῶτον ἐπανάγοντες αὐτόν· εἰ δ' ἀποτυγχάνοιμεν τούτου, τελέως ἐκκόπτοντες, ἤτοι διὰ χειρουργίας, ἢ διὰ φαρμάκων καυστικῶν. ἀλλὰ τὰ μὲν φάρμακα, κάλλιον εἰς τὴν περὶ τῶν φαρμάκων ἀναβάλλεσθαι πραγματείαν, ἐπειδὴ τετάρτην ἄλλην ἄμεινον ἔδοξεν ἐπὶ τρισὶ πραγματεύεσθαι· τὴν δὲ χειρουργίαν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τάξαι τῆσδε τῆς πραγμα-

F τείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Ποῖα τὰ κατὰ φύσιν, ποῖα δὲ τὰ παρὰ φύσιν ἐν ἡμῖν λεγόμενα.

ΟΥκουν ἔτι χρὴ διατρίβειν ἐν τοῖσδε· μεταβῆναι δὲ πρὸς τὰ παραπλήσια ἰάσεως δεόμενα, τοῖς εἰρημένοις. ἔστι δὲ ταῦτα, τά θ' ὑπερβάλλοντα τοῦ προσήκοντος, ἐν ἀριθ-

μῷ τε, καὶ πηλικότητι, καὶ τὰ κατ' ἄμφω ταῦτα ἐνδέοντα. νυνὶ μὲν οὖν ὠνόμασα, τοῦ προσήκοντος· εἰ δὲ καὶ, τοῦ συμφέροντος, ἢ κατὰ φύσιν, ἢ χρησίμου, ποτ' εἴποιμι, τὴν αὐτὴν ἕξει δύναμιν ὁ λόγος. εἴρηται μὲν ἑτέρωθι περὶ τῶνδε μακρότερον· ἀναμνῆσαι δὲ καὶ νῦν ἐπὶ κεφαλαίων ἅπαντα, ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ. πρῶτον τῶν κατὰ τὸ σῶμα πάντων ἐστὶν, οὗ μάλιστα χρῄζομεν, ἡ τῶν μορίων ἀόχλητος ἐνέργεια. ταύτην τε ἔχοντες φύσει, διὰ τοῦτο συνήθως λέγομεν, ὀρέγεσθαι τοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργεῖν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο αὐτὸ συνῆφθαι τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, εἰκότως οὐδὲν ἡγούμεθα διαφέρειν, ἢ κατὰ φύσιν ἔχειν εἰπεῖν, ἢ κατὰ φύσιν ἐνεργεῖν. ἀλλὰ καὶ χωρὶς προσθήκης ἐνίοτε λέγομεν, ἐφίεσθαι τοῦ κατὰ φύσιν, ὑπακουομένου τῇ λέξει, τοῦ ἔχειν, ἢ ἐνεργεῖν, ἢ ἀμφοτέρων. αὕτη μὲν ἡ αἰτία, τοῦ καλῶς εἰθίσθαι τοῖς ἰατροῖς, τῇ τοῦ κατὰ φύσιν χρῆσθαι φωνῇ, περὶ πάντων ὧν αἱρούμεθα κατὰ τὸ σῶμα. μαθεῖν δ' ἐστὶν, ὅτι μὴ πρῶτον, μηδὲ δι' αὐτὸ, τὸ κατὰ φύσιν ἡμῖν ἐστιν αἱρετὸν, ἀλλὰ δευτέρως τε, καὶ κατὰ συμβεβηκὸς, ἐν οἷς ἡ φύσις ἀποτυγχάνει. καὶ γὰρ ἕκτος δάκτυλος, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς συνεγεννήθη τισὶ, καὶ λείπων πέμπτος ἐγένετο, καί τινα τοιαῦτα ἕτερα, τὰ μὲν ἀριθμῷ, τὰ δὲ, μεγέθει τοῦ προσήκοντος ἐσφαλμένα. καὶ εἰ τὰ συνεχῶς μὲν ταῦτα, σπάνια δὲ ἐγίνετο τὰ κατορθώματα, τοὐναντίον ἂν ἐπὶ τῶν τῆς φύσεως ἔργων ἐσπεύδομεν, οὐ φυλάττοντες ὥσπερ νῦν, ἀλλ' ἀναιροῦντες αὐτά. οὗτος ὁ λόγος ἀεί σοι μνημονευέσθω, διαφέρων εἰς τὴν τῶν ὀνομάτων χρῆσιν, ἐξαπατῆσαι δυναμένων τοὺς ἀσκέπτους, ἐμποιῆσαί τε διαφωνίας φαντασίαν, ἐὰν ὁ μὲν τις λέγῃ, τὸ παρὰ φύσιν ἅπαν ἐκκόπτειν δεῖν· ὁ δὲ, τὸ βλάπτον, ἢ ἀσύμφορον, ἢ λυμαινόμενον ταῖς ἐνεργείαις.

& magnitudine conuenientem modum excedunt; tum quæ in ambobus his deficiunt. Dixi hoc loco, conuenientem; quod si, conferentem, vel, conducentem, vel, secundum naturam, vel, vtilem alibi vsurpauero, eadem sermonis vis erit. Ac dictum quidem de his est alibi latiùs; cæterùm redigere in memoriam summatim omnia, etiam hoc loco melius fuerit. Omnium ergo, quæ in corpore habentur, primum, cuius maximè indigemus, est ipsa partium minimè impedita functio. Hanc verò, quia possidemus natura, idcirco publicè dicimus expetere nos secundum naturam agere. Et quia hoc ipsum cum eo, quod secundum naturam se habet, est coniunctum, meritò nihil interesse arbitramur an secundũ naturam habere, an secundum naturam agere dicamus. Quin & sine additione interdum dicimus, expetere nos, secundum naturam, vtique subaudito in dictione, vel agere, vel ambobus. Atque hæc quidem causa est, cur medicis rectè vsurpata vox hæc, SECVNDVM NATVRAM, sit de omnibus, quæ in corpore ex sententia nostra esse cupimus. Scire autem licet in iis, quibus natura deficit, nec primùm, nec propter se ipsum, quod secundum naturam est, à nobis expeti, sed secundariò, & ex accidente. Siquidem sextus digitus nonnullis ab ipso statim ortu est congenitus, & quintus defecit, & alia quædam similia, aliqua in numero, aliqua in legitima quantitate, vitiosa. Ac si quidem hæc plurimùm, recta verò rara fierent, contra, quàm nunc, de naturæ operibus statueremus, non tuentes, vt nunc, sed auferentes ea. Hæc ratio memoria tua nunquam excidat, quum sit ad nominum vsum vtilis, quæ tum fallere inconsideratos possunt, tum discordiæ phantasiam excitare, si quis dicat, totũ, quod præter naturam est, esse tollendum; alter, quod nocet, aut inutile est, aut incommodat actioni.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Περὶ τῶν κατ' ἀριθμὸν, καὶ μέγεθος ὑπεραυξανόντων, ἢ ἐλλειπόντων· καὶ πρῶτον περὶ θεραπείας τῶν παχύτητι, καὶ πολυσαρκίᾳ φορτιζομένων.

Αὖθις οὖν ἀναλαβόντες ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λέγωμεν, ἐπειδὴ τὰ τῶν ὀνομάτων ἡμῖν διώρισται, τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου τήνδε ποιησάμενοι. συνάπτει τοῖς εἰρημένοις νοσήμασι, τὰ κατ' ἀριθμὸν, ἢ μέγεθος ἐξεστῶτα τοῦ προσήκοντος· ἐφ' ὧν ἐκκόπτειν μὲν χρὴ, τὸ περιττὸν, ἤτοι κατὰ μέγεθος, ἢ κατ' ἀριθμὸν ἀναπληροῦν τε, καὶ κατασκευάζειν τὸ λεῖπον, ὅταν γε δυνατὸν ᾖ τοῦτο πρᾶξαι. τὸν γάρ τοι πέμπτον δάκτυλον, ἢ τοιοῦτόν τι μόριον ἕτερον, οὐχ οἷόν τε γεννῆσαι τοῖς ἰατροῖς, ἀλλ' ἔστι μόνης τῆς φύσεως ἔργα τὰ τοιαῦτα πάντα. τὸ μὲν τοι τελέως ἀφαιρεῖν τὸ κατ' ἀριθμὸν ὑπερβάλλον, ἢ ἀποκόψαι τι τοῦ κατὰ τὸ μέγεθος ὑπεραυξηθέντος, οὐδ' ἡμῖν ἀδύνατον. ἓν γοῦν ἐστι τῶν ἰατρῶν ἔργων, οὐ τὸ φαυλότατον, ὅταν εἰς πολυσαρκίαν ἐκτραπῇ τὸ σῶμα τοσαύτην, ὥστε μηδὲ βαδίζειν ἀλύπως δύνασθαι, μηδ' ἅπτεσθαι τῆς ἕδρας, διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς, ἀλλὰ μηδ' ἀναπνεῖν ἀκωλύτως, ἐκτήκειν αὐτὸ, καὶ καθαίρειν ὥσπερ γε κἀπειδὰν ἐν ἀτροφίᾳ ᾖ μὲν, παραπλησίᾳ τοῖς ἐχομένοις φθόη, τῆς ἀναθρέψεως αὐτοῦ προνοῆσαι. πολλάκις δ' οὐχ ὅλον, ἀλλ' ἕν τι μέρος ἐν ἀτροφίᾳ γίνεται, προηγησαμένης ἤτοι παραλύσεως, ἢ δυσκρασίας μορίου. καὶ σοι καιρὸς ἤδη περὶ τῆς τούτων θεραπείας ἐπισκέπτε-

CAPVT XV.

De iis, quæ in magnitudine, & numero excedunt, vel deficiunt; ac primùm de curandis iis, qui obesitate, & corpulentia onerantur.

Ergo denuò repetentes, de rebus loquamur, quando de nominibus est nobis definitum, hinc orsi. Cõiuncta enarratis iam morbis sunt ea, quæ vel magnitudine, vel numero, à debito naturæ modo sunt aliena; in quibus amputare quidem conueniet, quod magnitudine, vel numero redundat, reficere autem, & fingere, quod desit, vbi videlicet fieri id licet. Quintum nanque digitum, aut talem aliam partem, medico certè gignere nõ licet, sed vnius naturæ opus sunt omnia talia. Verùm in totum tollere, quod numero redundat, aut præcidere aliquid eius, quod magnitudine modũ excessit, hæc nobis quoque licent. Siquidem ex medici officiis vnum est, nec id leuissimum, vbi in corpulentia eò deuenit corpus, vt nec ingredi sine molestia, nec sedem propter ventris molem contingere, sed nec respirare liberè possit, hanc liquare, ac tollere; quemadmodum, quũ corpus in eã tabescit atrophiã, qualẽ phthoe correpti patiuntur, huic quoque reficiendo prospicere. Sæpè autem euenit, vt non totum corpus, sed vna quædam pars ex atrophia tabescat; quam vel paralysis, vel partis intemperies præcessit. Oportunéque iam de curatione horũ considerabimus,

siderabimus, orsi ab iis, qui corpulentia nimium onerantur. Ostensum verò in libris est, de temperamentis, quòd calidior, sicciórque temperies exile corpus reddat. Ergo talis tibi concitanda est crassi corporis temperies, si ad symmetriam rediturum sit. Sanè docuimus, tum in illo opere, tum nihilo secius in opere de tuenda sanitate, quòd acuta exercitatio, & tenuans victus, & id genus medicamenta, & animi cogitatio, temperamentum totum & calidius, & siccius, ac propterea corpus exilius, reddunt. Igitur in exercitationibus celerrimus cursus est idoneus. Tenuantis verò victus materia seorsum singulari libro est prodita. Quod si medicamenta tenuantia quoque requirant, etiam hæc in operibus, quæ de medicamentis conscripsimus, sunt edita; quanquam referentur eorum nunc quoque, quæ sunt efficacissima, quibus, vbi demere immoderatam corpulentiam studes, vtaris suadeo. Ergo, quæ ad arthriticos affectus quidam exhibere solent, quæ valentem incidendi facultatem habent, ijs, tu quoque, quum obesitatem curabis, vtitor. Sunt porrò talia, rutæ semen, præsertímque syluestris, vnà cum ipsis corymbis, & aristolochia rotunda, & minus centaurium, & gentiana, & polium; præterea ex vrinā cientibus, ea quæ pollentes habent vires, veluti petroselinum. Vnumquodque enim talium, tum ipsum per se, tum verò alijs mixta, vniuersa & extenuare potenter humores, & vacuare sunt habilia, partim quidem sensibiliter per vrinas, partim per insensibilem transpiratum; sed & sal, quod ex combustis fit viperis, potenter extenuat. Multíque quum vel graciliores, vel mediocris habitudinis essent, ex eiusmodi medicamentorum potione perierunt, sanguine ipsorum excocto. Ruerant autem ad ea, propterea quòd liberatos aliquos articulariis affectibus viderant, minimè æstimantes, quòd temperies eorum, qui sanati fuerāt, humidior, pituitosiórque erat, qualis nimirum obesorum est; in quibus huiusmodi medicamentorum securus est vsus. Ego nanque iuuenem quendam quadraginta circiter annos natum, admodúmque obesum percuraui, vsum tum antidoto, quæ aduersus articularia vitia est composita, tum sale theriaco, ipsáque theriace, ac reliquo extenuanti victu, & pro exercitatione, cursu veloci. Porrò præparaui hominem ad cursum, perfricando primùm linteis asperis, quoad cutis ruberet; dein statim cum oleo, quod in se discutiens aliquod medicamentum habebat; quo etiam post cursum rursus vtebar. Talia *medicamenta* sunt, tum cucumeris syluestris radix, tum althæa, tum gentiana, tum aristolochia, tum panacis radix, tum polium, tum centaurium. Per hyemem verò etiam à balneo iam dicto oleo hominem reunxisse profuerit. Verùm cibum exhibere non statim à balneo, sed interposito somno, conueniet. Quòd si velit etiam rursus ante cibum lauari, permittes. Magis etiam ad rem pertinebit, si aquæ ipsi discutiendi facultas insit. Ac si quidem talem aliquam spontè natam habemus, ipsa vtemur, cuiusmodi in Lesbo visitur, à Mitylene stadiis quadraginta; sin minus, ipsi similem aliquam moliemur. Est porrò ea, quæ in Mitylene conspicitur, & facultatibus, & colore talis, qualis fiat, siquis florem salis aquæ marinæ misceat. Hæc ipsa aqua etiam hydropicis, & reliquis tumefactis idonea est, valenter desiccans; ita profectò, vt corpulentis, ac præcipuè siquis ip-

sunt aliena, ea tota tollere conueniet; quæcunq; verò familiaria, sed quodammodo corrupta sunt, ea restituere, quatenus licet, *oportebit*. Sanè dictum priùs à nobis est, aliqua ambiguę naturę esse. Dictum verò est, quòd eorum, quæ aliena sunt, quædã tota substãtia sunt aliena, logica inquisitione, nec ad curationes in quibusdã affectibus perinde vtili. Siquidẽ pterygium à salubri constitutione alienũ esse, patere cuiuis arbitror; non tamen idem substãtiæ ratione, quemadmodũ atheroma & meliceris, est alienũ. Sanatio verò huius quoq; dũ paruum adhuc est & molle, per medicamenta detergentia, perficitur, cuius generis sunt, quæ trachomatica vocãt *palpebrarũ scabritiem tollentia*; vbi magnũ durũmq; euasit, chirurgiã postulat. Simili ratione & aquularum quę magnę sunt, chirurgia curabis; quæ paruæ sunt, siccantibus medicamentis iuuantur. At chalazion (est enim id quoq; *ex vitiis*, quæ oculos infestant vnũ) quum toto genere alienum à natura sit, auferri postulat. Ad eundẽ modum, & pus ab oculis, quos Hypopyos vocant; verùm id plerunq; medicamentis discutitur. Hypochyma verò iam incipiens discutitur; vbi diu cõstitit, nõ potest. Ætate verò nostra ocularius quidã medicus, cui Iusto nomẽ erat, etiã concussione capitis multos hypopyos sanauit. Collocans enim eos in sella rectos, ac capita eorũ vtrinq; à lateribus apprehendens, mox quatiebat adeò, vt manifestè descendere pus ipsi videremus. Mansit autẽ horũ pus deorsum propter grauitatẽ substantiæ, tametsi hypochymatis nequaquã manentibus, nisi admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenim leuius est, ac vt ita quis assimilet, nebulæ similius hypochyma, quàm pús; quanquam horum quoque ipsorum quædã (hypochymatum dico) serosioris humoris sunt. Hæc autem punctione ad præsens discutiuntur; interposito tamẽ haud longo spatio, ceu limus quidã, deorsum feruntur. At quãdo pus, quod in oculis est, discutere placet, collyriis, quæ myrrham habent, maximè vtemur; quæ & diasmyrna propriè vocant: his certè minus, sed reliquis melius faciunt, quæ de libano vocant. Quæ verò impensè siccant, ad pręsens certè valenter vacuant, sed quod reliquũ est, ita cogunt, vt ægrè resolui possit, veluti de scirrhosis tumoribus priùs est comprehensum. Sæpè verò multũ simul puris vacuauimus diuisa tunica ea, quæ cornu est specie paulo supra locum, quo cõmittuntur inter se tunicæ vniuersæ. Nominant porrò locũ alij irin, alij coronã. Quo fit, vt hoc quoq; vitium tribus subiiciatur vacuãdi modis, & chirurgiæ, quæ simul multũ, aut totũ expellit, & per medicamenta, quæ paulatim, & ei, quæ ad alium ignobiliorem transfert locũ, veluti in cõcussione. Sunt profectò (vt dixi) ex genere eorum, quæ tota substantia, præter naturam sint, & ascarides, & helminthes, siue eæ teretes sint, siue etiam latæ. Quocirca & prorsus eas expelli è corpore conueniet. Expelles autẽ, si priùs enecaueris. Necabis autem amaris medicamentis; viuentes nanque obsistunt intestinis adhærentes, at mortuæ expelluntur vnà cum stercore. Expelluntur cum hoc etiam viuæ, sed stupefactæ, &, vt ita quis dixerit, semimortuæ factæ. At teretes quidem absinthium perimere potest. Latæ vehementiora medicamenta desiderant, cuiusmodi est filix; pari modo, quæ ascaris dicitur. Verùm de medicamentorum copia dicere non est præsentis propositi. Quare hîc iam huic quoque libro finem imponamus.

Finis methodi medendi.

A ἐξαιρεῖν ὅλα αὐτὰ προσήκει. ὅσα δ' οἰκεῖα μὲν, ἀλλὰ διέφθαρταί πως, ἀνασώζειν αὐτὰ, καθόσον ἐνδέχεται. λέλεκται δ' ἔμπροσθεν ὡς ἐπαμφοτερίζειν τινά. λέλεκται δὲ ὡς καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἔνια, ταῖς οὐσίαις ὅλαις ἐστὶν ἀλλότρια, λογικῆς ζητήσεως οὐκ ἐς τὴν θεραπείαν χρησίμης οὔσης κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, ἐπ' ἐνίων παθῶν. τὸ γάρ τοι πτερύγιον, ὅτι μὲν ἀλλότριόν ἐστι τῆς ὑγιεινῆς καταστάσεως, εὔδηλον εἶναι νομίζω πᾶσιν· οὐ μὴν ἀλλότριόν γε κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστὶν, ὥσπερ ἀθέρωμα καὶ μελικηρίς. ἴασις δὲ καὶ τούτου μικροῦ

B μὲν ὄντος ἔτι καὶ μαλακοῦ διὰ τῶν ῥυπτόντων φαρμάκων, οἷά περ ἐστὶ καὶ τὰ τραχωματικὰ καλούμενα· μεγάλου δὲ καὶ σκληροῦ γενομένου, διὰ χειρουργίας. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ὑδατίδων τὰς μεγάλας θεραπευτέον· τὰς μικρὰς δὲ, τὰ ξηραντικὰ τῶν φαρμάκων ὀνίνησι. τὸ δὲ χαλάζιον, ἔστι γὰρ ἕν τι καὶ τοῦτο τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς γινομένων, ὅλως περ γένει παρὰ φύσιν ὑπάρχον, ἐκκόπτεσθαι δεῖται. οὕτω δὲ καὶ τὸ πύον ὑπὸ τῶν ὑποπύων ὀνομαζομένων ὀφθαλμῶν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡς τὰ πολλὰ διαφορεῖται φαρμάκοις. ὑπόχυμα δὲ, ἀρχόμενον μὲν διαφορεῖται· σύστασιν δὲ ἰσχυρὰν λαβὸν, οὐκέτι. τῶν καθ' ἡμᾶς

C δέ τις ὀφθαλμικῶν, Ἰοῦστος ὄνομα, καὶ διὰ κατασείσεως τῆς κεφαλῆς, πολλοὺς τῶν ὑποπύων ἐθεράπευσε. καθίζων μὲν αὐτοὺς ὀρθίους ἐπὶ δίφρου, περιλαμβάνων δὲ τὴν κεφαλὴν ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν πλαγίων, εἶτα διασείων οὕτως ὥστε ὁρᾶν ἡμᾶς ἐναργῶς κάτω χωροῦν τὸ πύον. ἔμενε δὲ κάτω, καί τοι τῶν ὑποχυμάτων μὴ μενόντων, εἰ μὴ πάνυ τις ἀκριβῶς αὐτὰ σφηνώσειε, διὰ τὸ βαρὺ τῆς οὐσίας. κουφότερον γάρ ἐστιν, ὡς ἂν εἴποι τις εἰκάζων, ἢ νεφελωδέστερον τὸ ὑπόχυμα τοῦ πύου· πλὴν ὅσα καὶ τούτων αὐτῶν ἔνια, λέγω

D δὲ τῶν ὑποχυμάτων, ὀρρωδεστέρας ὑγρότητός ἐστιν. ἃ δὴ καὶ παρακεντούντων, διαλύεται μὲν ἐν τῷ παραυτίκα· χρόνῳ δὲ ὕστερον οὐ μακρῷ, καθάπερ τις ἰλὺς, ὑποχωρεῖ κάτω. τὸ δὲ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς πύον ὅταν διαφορῆσαι βουλώμεθα, τοῖς διὰ σμύρνης μάλιστα κολλυρίοις χρηστέον, ἃ δὴ καὶ καλοῦσιν ἰδίως διάσμυρνα· τούτων δ' ἧττον, ἄμεινον δὲ τῶν ἄλλων, ἐνεργεῖ τὰ διὰ λιβάνου. τὰ δὲ ἰσχυρῶς ξηραίνοντα, παραχρῆμα μὲν ἰσχυρῶς ἐκκενοῖ. τὸ δὲ ὑπόλοιπον πήγνυσι δυσλύτως, ὡς ἐπὶ τῶν σκιρρουμένων ἔμπροσθεν εἴρηται. πολλάκις δὲ πύον ἀθρόως ἐκενώσαμεν διελόντες τὸν κερατοειδῆ, μικρὸν ὑπεράνω τοῦ χωρίου, καθ' ὃ συμφύονται πρὸς ἀλλήλους ἅπαντες οἱ χιτῶνες. ὀνομάζουσι δὲ ἔνιοι μὲν ἶριν, ἔνιοι δὲ, στεφάνην, τὸ χωρίον. ὥστε καὶ τοῦτο τὸ πάθημα τοῖς τρισὶν ὑποπίπτει τρόποις τῆς κενώσεως, καὶ διὰ χειρουργίας ἀθρόως

E ἐκκενούσης, καὶ διὰ φαρμάκων κατὰ βραχὺ, καὶ πρὸς ἀκυρώτερον ἀπαγόμενον τόπον, ὡς ἐν ταῖς κατασείσεσι. τοῦ γένους δ' εἰσὶν, ὡς ἔφην, τῶν ὅλαις ταῖς οὐσίαις παρὰ φύσιν ὄντων, καὶ αἱ ἀσκαρίδες, αἵ τε ἕλμινθες, εἴτε δὴ στρογγύλαι τινές εἰσιν, εἴτε καὶ πλατεῖαι. διὸ καὶ τελέως αὐτὰς ἐξαιρεῖν χρὴ τοῦ σώματος. ἐξαιρήσεις δὲ, ἀποκτείνας. ἀποκτενεῖς δὲ, τοῖς πικροῖς

F φαρμάκοις· ζῶσαι μὲν γὰρ, ἀντέχουσι τῶν ἐντέρων· ἀποθανοῦσαι δὲ, συνεκκενοῦνται τῇ κόπρῳ. συνεκκενοῦνται δὲ ζῶσαι μὲν ἔτι, σκοτωθεῖσαι, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἡμιθνῆτες γινόμεναι. τὰς μὲν οὖν στρογγύλας ἕλμινθας, ἱκανὸν ἀποκτεῖναι ἀψίνθιον. ἡ πλατεῖα δὲ, ἰσχυροτέρων δεῖται φαρμάκων, ὁποῖόν ἐστι καὶ ἡ πτέρις· ἔτι δὲ καὶ ἡ καλουμένη ἀσκαρίς. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τῶν φαρμάκων εὐπορίας, οὐ νῦν πρόκειται λέγειν. ἐνταῦθα οὖν ἤδη τελευτάτω καὶ οὗτος ὁ λόγος.

Τέλος θεραπευτικῆς μεθόδου.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΓΛΑΥΚΩΝΑ ΘΕΡΑΓΕΥΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΔΥΩ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

GALENI AD GLAVCONEM DE MEDENDI METHODO LIBRI DVO.

LIBER PRIMVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι ΠΡΩΤΩι.

Γαληνὸς τὴν τῶν πυρετῶν ἁπάντων διαλειπόντων τε, καὶ συνεχῶν, σεσημμένων τε, καὶ ἀσήπτων, καὶ τῶν αὐτοῖς συνεπομένων συμπτωμάτων διάγνωσιν καὶ θεραπείαν διδάσκει.

ARGVMENTVM LIBRI I.

Febrium omnium intermittentium, & continuarum, putridarum, & imputrium, eásque concomitantium symptomatum dignotionem, & curationem docet Galenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ τοῦ ἐπίστασθαι τὴν κοινήν τε, καὶ ἰδίαν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀφ' ὧν τὸ θεραπευτικὸν συντίθηται.

ΟΤΙ μὲν οὐ τὴν κοινὴν μόνον ἁπάντων ἀνθρώπων φύσιν, ὦ Γλαύκων, ἐπίστασθαι χρὴ τὸν ἰατρόν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου, πάλαι τε πρὸς Ἱπποκράτους ὀρθῶς εἴρηται, καὶ ἡμῖν δέ, ἐπ' αὐτῶν, ὡς οἶσθα, τῶν ἔργων τῆς τέχνης, ἱκανῶς ἐσπούδασται. οὐ μὴν γράφειν γε δυνατόν, ὥσπερ τὴν κοινήν, οὕτω καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου, ἀλλ' ὑπεναντίως ἔχει τὰ γράμματα πρὸς τὰς πράξεις, ἄλλοθί τε πολλαχόθι, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν τοῖς νῦν ὑπ' ἐμοῦ προκειμένοις. ἠξίωσας μὲν γὰρ ἡμᾶς, ἰαμάτων τινά σοι καθόλου μέθοδον ὑποτυπώσασθαι· περαίνεται δὲ αὕτη, διά τε ποιότητος, καὶ ποσότητος ἑκάστου τῶν βοηθημάτων, καὶ τοῦ τρόπου τῆς χρήσεως αὐτῶν, καὶ τοῦ, πάντων τούτων χαλεπωτάτου διαγνωσθῆναι, καιροῦ. περὶ ὃν ὀξὺν ἱκανῶς ὄντα, καθάπερ που καὶ τοῦτό φησιν ὁ πάντων ἡμῖν τῶν καλῶν ἡγεμὼν Ἱπποκράτης, σφαλλομένους πολλάκις ὁρᾷς οὐ τοὺς τυχόντας μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ τοὺς ἀρίστους ἰατρούς. καὶ μὴν δὴ καὶ μέγα τὸ ποσὸν εὐστόχως συναρμοσθὲν εἰς δύναμιν, ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἔγραψεν. ὅταν δέῃ, εἰς μὲν τὸ καλῶς ἰᾶσθαι μέγα συντελεῖν φαίνοιτο ὅ,τε καιρὸς, καὶ ἡ ποσότης τῶν βοηθημάτων, ἴδια δὲ ταῦτα καθ' ἕκαστον τῶν νοσούντων εὑρήσεις, καὶ μηδὲν ἴδιον ἑρμηνευθῆναι δύναται τῷ λόγῳ, τὸ κοινὸν οὕτως ἀναγκαζόμεθα γράφειν, κἂν τῇ χρείᾳ δεύτερον ᾖ. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἐπισκοπούμεθα τινὰς ἀρρώστους πολλάκις, οἷς ἔμπροσθεν ὑγιαίνουσιν οὐκ ἐνετύχομεν·

CAPVT I.

De communi & propria hominum natura dignoscenda, quibus medendi methodus constituitur.

NON communem solùm omnium hominum naturam, ô Glauco, sed & cuiusque propriam, nosse medicũ oportere, & ab Hippocrate olim rectè enunciatum est, & à nobis in ipsis artis operibus, vt nosti, studiosè obseruatum. Fieri tamen non potest, vt propria cuiusque, perinde atque communis, scribatur; sed opposito se habent ordine scripta & opera; cùm in aliis plerisque, tum maximè in his, quæ nunc *docere* statuimus. Efflagitasti enim, vt tibi vniuersalem medendi methodum delinearemus; hæc autem qualitate, quantitatéque remedij cuiusque, & vtendi modo, ac occasione, quæ horum omnium cognitu difficillima est, perficitur. Citra quam admodum præcipitem, vt alicubi author nobis bonorum omnium Hippocrates docet, plerunq; medicos non vulgares modò, sed & certè optimos, falli vides. Quinetiam rectà assequi coniectura medicamenti quantitatem, pro virium ratione corpori accommodandam difficilem esse idem vir scripsit. Quum igitur ad rectè medendum magnopere conferre, tum occasionem, tum quantitatem remediorum constet, sint autem hæc singulis ægrotis propria, nihil verò quod proprium sit, verbis explicari possit; hac ratione quod commune est, scribere cogimur, tametsi id vsu sit secundum. Plerunque enim ægrotos quosdam inuisimus, quibuscum antea, dum sani essent, versati non fuimus; proinde

proinde quem colorem, quam corporis habitudinem, quem natiuũ calorem, arteriarúmque pulsum antè habuerint, ignoramus; quæ si antè perspecta nobis fuissent, morbi vtique magnitudinẽ probè iudicare potuissemus. Cuiusq; enim morbi magnitudo tanta est, quantum à naturali statu recedit. Quantum verò recedat solus is nouit, qui naturalem habitum ad amussim tenuerit. Quod quum in illis ipsis ignoremus, ne omninò hæsitemus, ad id quod commune est, confugimus. Nam in hoc artis peritus imperito plus nonnihil potest. Quid verò plus? Hippocrates quidem omnium quos nouimus, id primus literis mandauit. Qui autem post hunc fuerunt, eiúsque scripta intellectu consequuti sunt, fusiùs sunt interpretati; inter quos fuit Mnesitheus Atheniensis, vir cum in omnibus aliis, quæ ad artem pertinent non mediocriter eruditus, tum in exercenda arte, quantum via ac ratione licet, nulli peritia secundus. Hic Mnesitheus à primis summísque generibus auspicatus, ea in alia item genera, species, & differentias, secanda esse censuit. Hæc denuo in alia similiter, quæ rursus eodem modo distribuerentur, dum ad aliquam talem descenderemus speciem, quæ diuisa in vnum numero ac indiuiduum desineret. Mihi verò satis est tibi sententiam meam breuibus explicuisse. Nam ridiculus forem si te tua docerem, tanquam ea pridem ex Platone non didiceris. De hac re igitur meminimus, non vt te diuidendi rationem doceremus, sed quòd ad ea quæ pòst dicentur, omnia, non inutilem fore speraremus; quódque aliter tibi causas, ob quas medicorum plurimos passim errare contingit, efflagitanti non alia via meliùs indicare possemus. Etenim quicquid tum in aliis sectis, tum à multis medicis in morborum curationibus delinquitur, primam id maximámque causam habet, vitiosam diuisionem. Quidam enim in primis, summísque generibus statim consistunt, solis indicationibus, quæ ab illis desumuntur contenti; quidam quadantenus diuidendo processerunt, sed ad diuisionis metam non peruenerunt; multi autem perperam diuiserunt. At quisquis omnia, & quæ secundũ, & præter naturam sunt, ad hanc viam, ac rationem reuocarit, & ex omnibus iis quæ per diuisionem inuenta sunt, integras sumpserit indicationes; solus is, quantum per humanas vires licet, medendo non errauerit; notos quidem aliis meliùs, ignotos verò quàm fieri poterit maximè secundum illos curauerit. Si quis enim probè distinxerit primùm ætatum, deinde temperamentorum differentias, & vires, multáque id genus, quæ hominibus insunt, cuiusmodi est color, calor, corporis habitus, arteriarum motus, consuetudo, studia, & animi mores, quibus addiderit maris & fœminæ discrimen; & quæ ad regiones, anni tempora, & alias ambientis nos aëris constitutiones, ad propriam ægrotantis naturam propè accedet. Verùm alia quidem horũ omnium in libris de Pulsibus, alia verò in libris de Temperamentis disputata sunt; quemadmodum & quæ præter naturam sunt vniuersa, vt inter se formis ac generibus differant, in libris de Affectibus à nobis definita sunt. Nunc verò omnis nostra disputatio de iis ægrotis erit, quos exactè, antequam morbum contraherent, noueramus; cum quibus tamen & reliquos omnes, quorum nobis non erat perspecta natura, intelligemus. Siquidem difficilè non fuerit, ex eo quod

A οὐκ οἶμαι οὐδ᾽ ὅπως εἶχον χροιᾶς, ἢ ἕξεως, ἢ τῆς κατὰ φύσιν θερμασίας, ἢ τῆς τῶν ἀρτηριῶν γινώσκοντες· ἵν᾽ εἰδότες, ἱκανοὶ κριταὶ γενοίμεθ᾽ ἄν ποτε τῶν νοσημάτων τοῦ μεγέθους. εἰς ὅσον γὰρ ἐξίσταται τῆς φύσεως ἕκαστον, εἰς τοσοῦτον καὶ μεγέθους ἥκει. τὸ δ᾽ ὅσον ἐξίσταται, γνῶναι δυνατὸν, μόνῳ τῷ τὸ κατὰ φύσιν ἀκριβῶς ἐπισταμένῳ. τοῦτ᾽ οὖν ἀγνοοῦντες ἐπ᾽ αὐτῶν, ἵνα μὴ παντάπασιν ἀπορῶμεν, ἐπὶ τὸ κοινὸν ἀφικνούμεθα. πλέον δέ τι κἀν τούτῳ τῶν ἀτέχνων, ὁ τεχνίτης ἔχει. καὶ τί τὸ πλέον; Ἱπποκράτης μὲν καὶ τοῦτο

B πρῶτος ἁπάντων ὧν ἴσμεν, γέγραφεν· ὑπεμνήσαντο δ᾽ ἐπὶ πλέον τῶν μετ᾽ αὐτὸν, ὅσοι τῶν ἐκείνου συνῆκαν γραμμάτων, ὧν εἷς ἦν καὶ Μνησίθεος ὁ Ἀθηναῖος, ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἱκανὸς πάντα τὰ τῆς τέχνης, καὶ εἰς ὅσον χρὴ μεθόδῳ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἀσκεῖν, οὐδενὸς ἐπιγνῶναι δεύτερος. οὗτος ὁ Μνησίθεος, ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ ἀνωτάτω γενῶν ἀρξάμενος, ἀξιοῖ τέμνειν αὐτὰ κατ᾽ εἴδη τε, καὶ γένη, καὶ διαφοράς. εἶτ᾽ αὖθις, τὰ τεμνόμενα τέμνειν ὁμοίως, κἀκεῖνα πάλιν ὡσαύτως, ἔστ᾽ ἂν ἐπί τι τοιοῦτον εἶδος ἀφικώμεθα μεθ᾽ ὃ, τέμνοντες, ἄχρις οὗ τὸ τεμνόμενον, εἰς ἓν

C τῷ ἀριθμῷ, καὶ ἄτομον ἤδη τελευτήσειεν. ταῦτ᾽ ἀρκεῖ μοι πρός γε σὲ, διὰ βραχέων, ἃ βούλομαι δεδηλῶσθαι. καὶ γὰρ ἂν εἴην γελοῖος, εἴ σε διδάσκοιμι τὰ σὰ, ὥσπερ οὐχὶ παρὰ Πλάτωνος αὐτὰ πάλαι μεμαθηκότα. οὐδὲ γὰρ, ὥστε διδάξαι σέ τι πως περὶ τῆς κατὰ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν μεθόδου τὴν ὑπόμνησιν ἐποιησάμην, ἀλλ᾽ ὅτι μοι πρὸς τὸν ἐφεξῆς λόγον ἅπαντα, χρήσιμον αὐτὴν ἔσεσθαι νομίζω· καὶ τὴν αἰτίαν, ὧν ἑκάστοτε σφαλλομένους ὁρᾷς τοὺς πλείστους τῶν ἰατρῶν, ἀξιοῦντί σοι μαθεῖν, οὐκ ἐνῆν ἄλλως ἐνδείξασθαι. καὶ γὰρ, τὰ

D τὰ κατὰ τὰς ἄλλας αἱρέσεις σφάλματα, καὶ ὅσα νῦν ἐπὶ τῶν νοσούντων, οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἁμαρτάνουσι, πρώτην καὶ μεγίστην αἰτίαν ἔχει, τὸ μοχθηρὸν τῆς διαιρέσεως. οἱ μὲν γὰρ, ἐπὶ τῶν πρώτων καὶ ἀνωτάτω γενῶν μένουσιν, ἀρκούμενοι ταῖς ἀπὸ τούτων ἐνδείξεσιν· οἱ δὲ, μέχρι μέν πνος ἔτεμον, οὐ μὴν πρός γε τὸ τέλος ἐξίκοντο· πολλοὶ δὲ, καὶ μοχθηραῖς ἐχρήσαντο διαιρέσεσιν. ὅστις δὲ καὶ τὰ κατὰ φύσιν ἅπαντα, καὶ τὰ παρὰ φύσιν, εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγων μέθοδον, ἐξ ἁπάντων τούτων, τῶν κατὰ τὴν διαίρεσιν, ἀνενδεῆ λαμβάνοι τὴν ἔνδειξιν, μόνος ἂν οὗτος εἰς ἀνθρωπίνην δύναμιν ἀναμάρτητος εἴη περὶ τὰς

E ἰάσεις· καὶ τούς τε γινωσκομένους, ἄμεινον τῶν ἄλλων ἰῷτο, καὶ τοὺς ἀγνοουμένους, εἰς ὅσον οἷόν τε, καὶ τούτοις ἐγγυτάτω τῶν γινωσκομένων. εἰ γὰρ διορίσαιτό τις, πρῶτον μὲν τὴν κατὰ τὰς ἡλικίας διαφορὰν, ἐφεξῆς δὲ, τὴν κατὰ τὰς κράσεις, καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τἄλλα τὰ τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχοντα, χροιὰς λέγω, καὶ θερμασίας, καὶ ἕξεις, καὶ σφυγμῶν κινήσεις, καὶ ἔθη, καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη, προσθείη δὲ τούτοις, καὶ τὴν ὡς ἄρρενος πρὸς θῆλυ διαφορὰν, ὅσα τε κατὰ τὰς χώρας, καὶ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους, καὶ τὰς ἄλλας τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέ-

F ρος καταστάσεις, ὡς χρὴ διορίσασθαι, πλησίον ἂν ἥκοι τῆς ἰδίας τοῦ κάμνοντος φύσεως. ἀλλὰ πάντων τούτων, τὰ μὲν, ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν, τὰ δὲ, ἐν τοῖς περὶ κράσεων διώρισται· ὥσπερ γε καὶ τῶν παρὰ φύσιν ἁπάντων, ὅσαι κατ᾽ εἴδη τε καὶ γένη διαφοραὶ τυγχάνουσιν οὖσαι, πάσας ἐν τῷ περὶ παθῶν διορίζομεθα λόγῳ. νυνὶ δὲ, ὁ μὲν λόγος ἡμῖν ἅπας, ἔσται περὶ τῶν τοιούτων ἀρρώστων, ὧν τὴν φύσιν ἀκριβῶς ἐπιστάμεθα πρὸ τῆς νόσου· συνεπινοηθήσονται δὲ αὖθις, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ὧν ἠγνοοῦμεν. οὐδὲν γὰρ ἦν χαλεπὸν, ἀπὸ τοῦ

τελέως διωρισμένου, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον ἐξευρίσκειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν αἰτίων τε καὶ σημείων.

Ἀρξώμεθα οὖν ἀπὸ τῶν πυρετῶν, ἐπειδὴ καὶ σὺ, τῆς τούτων ἰάσεως μάλιστα ἠξίου σοι τὴν μέθοδον λεχθῆναι, καὶ πρῶτον εἴπωμεν περὶ τῶν ἁπλουστάτων, οὓς Ἱπποκράτης ἐφημέρους καλεῖ. οὗτοι δέ εἰσιν, οἵ τε διὰ κόπους γινόμενοι, καὶ μέθας, καὶ ὀργάς, καὶ λύπας, καὶ θυμούς, καὶ τὰς ἄλλας φροντίδας τῆς ψυχῆς, τὰς συντόνους. καὶ οἱ ἐπὶ βουβῶσι δὲ πυρετοί, τούτου τοῦ γένους εἰσί, πλὴν εἰ μὴ χωρὶς ἕλκους φανεροῦ γένοιντο. τηνικαῦτα γάρ, ὕποπτοί τε εἰσι, καὶ οὐδαμῶς ἐπιεικεῖς. καὶ ἀγρυπνία δὲ πολλάκις ἤνεγκεν ἁπλοῦν πυρετόν, ὥσπερ οὖν, καὶ ψύξις ποτέ, καὶ ἔγκαυσις. οὗτοι πάντες οἱ πυρετοὶ ῥᾷστα λυθῆναι δύνανται· χρὴ γὰρ ἐπί τε λουτρὰ ταχέως ἄγειν αὐτούς, καὶ τὴν ἄλλην τὴν συνήθη δίαιταν. ὡς ὅσοι γε τὴν πολυθρύλλητον διάτριτον, ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων ἐκδέχονται, δριμυτέρους πολλάκις εἰργάσαντο τοὺς πυρετούς, καίτοι καὶ ἄλλο προσεξαμαρτάνοντες. ὥσπερ οὖν ὁρᾷς τοὺς πολλοὺς αὐτῶν καθ' ἑκάστην εἴσοδον ἁμαρτάνοντας, ὡς καὶ χειροποίητα ὄντως ἐργάσασθαι νοσήματα. τὰ μὲν δὴ τῆς θεραπείας, τοῖς τοιούτοις πυρετοῖς πρόχειρα· τὰ δὲ τῆς διαγνώσεως, ἀκριβείας πλείονος δεῖται, καὶ οὐδεὶς πρό γε ἡμῶν, ἔγραψεν αὐτὰ εἰς ὅσον ἐχρῆν. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστόν, εἰς τοσοῦτον ἁμαρτάνειν τοὺς πολλούς, ἐν τῇ ἰάσει, εἰς ὅσον κἂν ταῖς διαγνώσεσι σφάλλονται. πολλάκις γὰρ ἤρξαντό τινες νοσήματος χαλεποῦ, κατά τινα συντυχίαν, οἷον οἰνωθέντες, ἢ ἐγκαυθέντες, ἢ ψυχθέντες, ἢ κοπωθέντες, ἢ ἀγρυπνήσαντες, ἢ θυμωθέντες, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως, αἰτίᾳ τινὶ συσχεθέντες, τῶν καθ' αὑτὰ βλάπτειν πεφυκότων· εἶτα οἰηθέντες τὸ πᾶν, διὰ τὸ προηγησάμενον αἴτιον, οὐ δι' ἄλλην τινὰ γεγονέναι διάθεσιν, ἀφυλακτότερον διαιτηθέντες, ἔλαθον ἑαυτούς, εἰς ἀνίατον, ἢ καὶ δυσχερῶς δυσίατον ἐμβάλλοντες νόσημα. ταῦτ' οὖν, χρὴ περὶ παντὸς πρόνοιαν πεποιῆσθαι, καθότι καὶ Ἱπποκράτης παραινεῖ προγινώσκειν, οὐ τὰ μέλλοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ παρόντα. καὶ γὰρ οὖν, καὶ τὸ νῦν προκείμενον, ἐκείνου τοῦ μέρους τῆς τέχνης ἐστί, καὶ ἡμεῖς αὐτό, καθόσον οἷόν τε σαφῶς γράφομεν. οὐ σμικρὰ γὰρ ἡ διαφορά, λούειν ἤδη τὸν κάμνοντα, καὶ θαρρεῖν κελεύειν, ἢ διὰ πάσης φυλακῆς τε, καὶ ἀσφαλείας ἄγειν. εἰσελθόντας οὖν, χρὴ πρὸς τὸν ἀσθενοῦντα, πρῶτον μὲν, ἀπὸ τῶν μεγίστων σκοπεῖσθαι τὰ κατ' αὐτόν· ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων, μηδὲν ὡς οἷόν τε, μηδὲ τῶν ἐλαχίστων παραλείποντας. τὸ γὰρ μᾶλλον, ἢ ἧττον, τῇ παρὰ τῶν μεγίστων ἐνδείξει πιστεύειν, ἐκ τῆς τῶν ἄλλων προσθήκης γίνεται. μέγιστα μὲν δὴ τοῖς πυρέσσουσιν ἅπασιν, ἔν τε τοῖς σφυγμοῖς ἐστὶ καὶ τοῖς οὔροις γνωρίσματα· προστιθέναι δὲ χρὴ τούτοις, καὶ τἆλλα σύμπαντα, τά τε περὶ τὸ πρόσωπον παρ' Ἱπποκράτους εἰρημένα, καὶ τὰ τῶν κατακλίσεών τε, καὶ τὰ τῆς ἀναπνοῆς, καὶ ὅσα κάτω τε, καὶ ἄνω κενοῦται· καὶ μὲν δὴ καὶ εἴ τι σύμπτωμα περὶ ὁτιοῦν μόριον τοῦ σώματος, ἢ ἐνέργειαν αὐτοῦ συνιστάμενον βλέποις, οἷα δὴ μυρία ἐπὶ μυρίοις, ἐκεῖνος ἔγραψε, μηδὲ τούτων ῥαθύμως μηδὲν παρέρχεσθαι. ταῦτα μὲν δή, ἐπὶ πάντων κοινὰ τῶν πυρετῶν. ὥστε καὶ τοῖς ἁπλουστάτοις, ὑπὲρ ὧν ὁ ἐνεστηκὼς λόγος, οὐδὲν οὐδὲ τούτων χρὴ παραλιπεῖν. ἀλλ' ἐπειδάν σοι

perfectè distinctum est, id etiam quod tale non sit inuenire.

CAPVT II.

Febrium ephemerarum per causas, & signa dignotio, & curatio.

IGitur à febribus, quoniam harum curandarum methodũ habere cupiebas, auspicemur; primúmque de simplicissimis, quas Hippocrates ephemeras, vocat, disseramus. Hæ autem ex lassitudine nascuntur, temulentia, ira, mœrore, excandescentia, furoréve, aliísque vehementibus animi curis. In hoc genere continentur, & quæ à bubone originem ducunt; exceptis iis, quæ sine manifesto fiunt vlcere. Hæ nanque suspicione non vacant, miniméque mites sunt. Sed & peruigilium simplicem febrem sæpè attulit; quemadmodum & algor, nonnunquam & ardor. Omnes hæ febres solui facillimè possunt; siquidem ad balneas, aliámque vsitatam viuendi rationem ægrotum statim ducere oportet. Itaque qui multorum sermone celebratam illam diatriton, *id est, triduanam inediam*, in omnibus iis admittunt, febres reddunt sæpè acriores, tametsi etiam alioqui delinquunt. Quemadmodum ex ipsis videre est non paucos, qui quoties ægrotos inuisunt ita aberrant, vt certè manu factos morbos inducant. Harum igitur febrium prompta est curatio, sed diligentiam exigit maiorem dignotio, de qua ante nos nemo, quantum res poscebat, conscripsit. Itaque mirum non est multos tantum curando hallucinari, quantum à dignotione aberrant. Nõnulli enim casu quodam in graues sæpè morbos inciderunt, velut temulenti, vel sole exusti, vel refrigerati, vel labore fatigati, vel vigilias passi, vel furore concitati, aut alia quauis causa, quæ per se lædere idonea sit, affecti; deinde omnia ob causam quæ antecessit, accidere, neque aliam subesse affectionem arbitrati, negligentiùs victus rationem instituentes, non intellexerunt sese in incurabilem, aut ægrè quidem sanabilem morbum, ruere. Ob id igitur adhibenda omninò diligentia est, quemadmodum Hippocrates admonet, vt non solùm futura prænoscamus, sed & præterita & præsentia cognoscamus. Etenim quod nunc proponimus, ad eam artis partem attinet; quod & nos, quàm dilucidè poterimus explicabimus. Neque parųi refert, an ægrotum iam lauare confideréque, an sibi cauere, ac se tueri iusseris. Accedentes igitur ad ægrotum, in primis quæ in ipso sunt præcipua, deinde verò alia contemplari oportet, ne minimum quiddam, si fieri omninò possit, omittentes. Siquidem, vt indicationi, quæ à maximis sumitur, magis aut minùs credamus, ex aliorum accessione efficitur. Maxima verò signa in febricitantibus omnibus, ex pulsibus & vrinis petuntur; quibus alia omnia quæ in facie esse docet Hippocrates, & quæ ab accubatione, & respiratione, quæque ab excrementis tum superiorum, tum inferiorum partium sumuntur; atque etiam, si quod appareat symptoma in quacũque corporis parte, aut eius actione (qualia ille sexcenta in sexcentis locis scripsit) addenda sunt; neque ex his vllum oscitãter prætereundum est. Hæc quidem febrium omniũ communia sunt. Itaque in his etiam simplicissimis, de quibus præsens est disputatio, nullum horum relinquendum est. Perspectis autem tum ex pul-

ex pulsibus, tum vrinis, febris moribus; pulsibus quidem nullam inflammationis notam, nullámque omninò in vno arteriæ percussu inæqualitatem habentibus, aut si habeant, prorsus obscurã; vrinis verò, vel eas quæ secundum naturam habent, omninò imitantibus, vel à naturali statu parum deflectentibus, ad alia, quæ antè commemorauimus omnia, veniendũ est. Quúmque omnia, velut concentu quodam consonent; iam fidendum est, quærendúmque, si lubet, ab ægroto, num qua causa euidens præcesserit; quod si fateatur æger, expectata prima febris solutione, protinùs lauandus est; quum fidelior tibi dignotio fiat ex ipsa solutionis forma. Nam tunc atteriarum motus huic omnino, qui in sanis est, assimilatur. Quum is in nulla alia febre, ad naturalem statum redeat, etiamsi temporis spatium inter prioris accessionis finem, & sequentis initium, longum sit, velut in tertianis, & quartanis, in quibus semper febris vestigium relinquitur. In diariis verò cessante accessione, omnia simul signa abolentur; harum tamen plurimæ in madores soluuntur; nonnullæ in suaues ac lenes sudores; aut omnino velut vapor aliquis copiosus ex imo corpore exhalat. Sed & vrinæ eo tempore, longè quàm per initia, meliores tibi apparebũt. Neque verò si quis cum febre caput, aut partem aliam dolor occuparit, is ampliùs manet. Si verò & æger facilè morbum ferat, certissimum est indicium, quod velut impressum quoddam sigillum, omnium maximè febris mansuetudinem exprimet. Quòd si, dum lauantur, insolitum frigoris horrorem, aliámque molestiam non sentiant, ac deinde post lauationem facilè tolerent, & benè ferant, cibus offerendus, vinúmque potui dandum est sine formidine, quantum res præsens efflagitat. Nos verò, vt nosti, ab ægroto sciscitari non sustinentes, causam quæ præcesserit, dicere conamur, quod maximum est argumentum eum non errare, qui talem sit adeptus facultatem. Si verò manentibus adhuc animi motibus, ægrotum contempleris, maximè ex pulsibus, vt in libris de Pulsibus declaratum est, deinde ex aliis dignotio petenda est. Quòd si hi sedati fuerint, affectum verò reliquerint, ex pulsibus quidem perturbationum, quę febrem attulerunt, indicium obscurum habebis; sed reliqua sine pulsibus tibi sufficient; in omnibus enim, vt plurimũ vrinæ rufæ apparent. His verò, qui ex mœrore laborant, acrimonia potiùs, quàm caloris abundantia inest; quemadmodum contrà iis qui ex iracundia. Sed & corporis macies in his quos mœror, quàm quos cura confecit, manifestior conspicitur; oculorúmque cauitas, & insueta quædam decoloratio, quæ quidem & aliorum, qui quomodocunque cogitationem exercuerint, cõmunia sunt. Verùm ex oculis maximè discernere licet, ex quibus & in sanis quoque animi mores coniicere possis. At in ægrotis perspicua magis tibi signa erunt, si accuratè conspicere queas. Sic illi quidem ab affectis mœrore distinguendi sunt, qui in disciplinis, & speculationibus mentẽ exercuerunt. Eos verò, qui ex peruigiliis febricitant, tum decolorationis differentia ab aliis discriminat (ipsis enim subtumida facies est) tũ manifestus oculorum motus. Vix enim palpebras attollunt; palpebrisque inest humiditas; nam mœrore & cura affectis, inarescunt. Cæterùm cauitas commune omniũ symptoma est, nempe tristitiæ,

A τά τε τῶν σφυγμῶν, καὶ τὰ τῶν οὔρων ἐνδείξηται τὸ [3] ἦθος τοῦ πυρετοῦ· τῶν μὲν σφυγμῶν, μήτε τὸ τῆς φλεγμονῆς σημεῖον ἐχόντων, μήθ' ὅλως, τὸ κατὰ μίαν προσβολὴν τῆς ἀρτηρίας ἀνώμαλον· εἰ δὲ καὶ ἔχοιεν, τοῦτο μὲν παντάπασιν ἀμυδρὸν ἐχόντων, τῶν οὔρων δὲ, ἢ πάντη τοῖς κατὰ φύσιν ἐοικότων, ἢ μὴ πολὺ τῆς φύσεως ἐξισταμένων, τόθ' ἥκειν χρὴ καὶ ἐπὶ τἄλλα σύμπαντα, τὰ πρόσθεν εἰρημένα. κἀπειδὰν ὥσπερ χορὸς, συμφώνως ἅπαντα φθέγγωνται, θαῤῥεῖν τε ἤδη χρὴ, καὶ εἰ βούλοιο προσδιερέσθαι, μή τι προηγήσατο φανερὸν αἴτιον· εἰ
B γάρ τι καὶ τοιοῦτον ὁμολογήσῃ ὁ νοσῶν, ἀναμείνας τὴν προτέραν λύσιν τοῦ πυρετοῦ, λούειν αὐτίκα· πιστοτέρας σοι τῆς διαγνώσεως, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ τῆς λύσεως εἶδος γινομένης· ἥ τε γὰρ τῶν ἀρτηριῶν κίνησις, ἐν τῷδε, κατὰ πᾶν ἐξομοιοῦται τῇ τῶν ὑγιαινόντων. οὐδενὸς τῶν ἄλλων πυρετῶν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανιόντος, οὐδ' εἰ πάμπολυς ὁ μεταξὺ χρόνος, τῆς τε προτέρας τελευτῆς, καὶ τῆς δευτέρας ἀρχῆς εἴη, καθάπερ ἐν τριταίοις τε, καὶ τεταρταίοις, ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ, ἀεὶ παραμένει τὸ τοῦ πυρετοῦ σημεῖον. ἐν δὲ τοῖς ἐφημέροις, συνεξαλείφεται πᾶν, τοῦ [4] παροξυσμοῦ παυομένου· τοῖς πλείστοις δὲ αὐτῶν, καὶ νο-
C τίδες ἐπὶ δ' οἷς καὶ ἱδρῶτες ἐπιφαίνονται χρηστοί. ἢ πάντως γε, οἷον ἀτμός τις πολὺς, ἐκ τοῦ βάθους ἀναφέρεται. ἀλλὰ καὶ τὰ οὖρα πολὺ βελτίονα, ἢ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ πυρετοῦ φαίνεταί σοι. καὶ εἰ κεφαλῆς, ἢ τινος ἄλλου μέρους ἄλγημα συνέβαλεν, οὐδὲ τοῦτ' αὖ ἔτι μένει. καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος εὐφορία, μέγιστόν τι καὶ αὐτὴ σημεῖον οὖσα, καθάπερ τις σφραγὶς; ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἐνδείξεταί σοι τὴν ἐπιείκειαν τοῦ πυρετοῦ. καὶ εἰ λουομένοις δὲ αὐτοῖς, μήτε φρίκη ἀήθης διοχλοίη, μήτ' ἄλλη τις ἀηδία, καὶ εἰ μετὰ τὸ λουτρὸν, ἐφεξῆς εὐφο-
D ρίᾳ μένοιεν, θαῤῥῶν ἤδη τρέφοις ἂν αὐτοὺς, καὶ οἴνου παρέχοις ἀδεῶς πίνειν, ὅσον τοῖς παροῦσι μέτριον. ἡμεῖς δὲ, ὡς οἶσθα, πειρώμεθα λέγειν αὐτοῖς τὸ προηγησάμενον αἴτιον, οὐ περιμείναντες ἔρεσθαι τὸν κάμνοντα, καὶ ἔστι μέγιστον σημεῖον, εἰς τὸ μηδὲν σφάλλεσθαι, τὸ τοιαύτην τινὰ πεποιῆσθαι διάγνωσιν. εἰ μέν τοι μενόντων ἔτι τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, ἡ ἐπίσκεψις γίγνοιτο, διὰ τῶν σφυγμῶν μάλιστα πειρᾶσθαι διαγινώσκειν, ὡς ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν γέγραπται· μετὰ τούτους δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀπάγειν διάγνωσιν. εἰ δ' αὐτὰ μὲν εἴη πεπαυμένα, μένοι δὲ ἡ διάθεσις, ἀμυδρὸν μέν τι, καὶ κα-
E τὰ τοὺς σφυγμοὺς, ἀθρήσεις γνώρισμα τῶν ποιησάντων τὸν πυρετὸν παθῶν, ἀποχρήσει δέ σοι, καὶ χωρὶς τῶν σφυγμῶν, τὰ λοιπά· κοινὰ μὲν γὰρ ἅπασι τὰ οὖρα πυῤῥά. πρόσεστι δὲ τοῖς μὲν διὰ λύπην, δριμύτης μᾶλλον, ἢ πλῆθος θερμασίας· ὥς τοῖς γε διὰ θυμὸν ἔμπαλιν. ἀλλὰ καὶ ἡ ἰσχνότης τοῦ σώματος, ἐπιδηλοτέρα τοῖς λυπηθεῖσιν, ἢ φροντίσασι· καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν κοιλότης, καί τις ἀήθης ἀχροια, ταῦτα μὲν δὴ καὶ τῶν ἄλλως ὁπωσοῦν φροντισάντων κοινά. μάλιστα δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς διορίζειν χρή· ἔνεστι γὰρ ἐκ τούτων τεκμαίρεσθαι, κἀν
F τοῖς ὑγιαίνουσι μὲν, τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. καὶ νοσούντων δὲ, σαφέστερα τὰ σημεῖα, τῷ γε δυναμένῳ συνορᾷν ἀκριβῶς. οὕτω μὲν οὖν, τοὺς διὰ μαθήματα, καὶ θεωρίαν τινὰ φροντίσαντας, τῶν λυπηθέντων διακρίνειν προσήκει. τοὺς δὲ ἐπ' ἀγρυπνίαις, διορίζει μὲν, καὶ τὸ τῆς ἀχροίας εἶδος, ὑποιδὸν γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς τὸ πρόσωπον, καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν δὲ κίνησις, [5] δήλη. μόλις γὰρ ἐπαίρουσι τὰ βλέφαρα· καὶ ἡ ὑγρότης δὲ ἐν τοῖς βλεφάροις· ξηρὰ γὰρ γίνονται τοῖς λυπηθεῖσιν, ἢ φροντίσασιν. ἡ κοιλότης δὲ, κοινὸν ἁπάντων σύμπτωμα, λύπης,

ἀγρυπνίας, φροντίδος, οὐ μὴν ἤδη γε καὶ θυμοῦ, τούτων γὰρ οὔτε τὰ κοιλότητος τῶν ὀφθαλμῶν, οὔτε τὰ τῆς ἀχροίας, ἐπίδηλα. καὶ ἡ θερμασία, πλείων τε, καὶ ὠκέως ἐκ τοῦ βάθους ἀναφερομένη, καὶ τὸ μέγεθος τῶν σφυγμῶν οὐ καθαιρεῖται, καθάπερ ἐπ' ἀγρυπνίας τε, καὶ λύπης, καὶ φροντίδος. ὥστε θυμοῦ μὲν, καὶ πάνυ σαφῶς, αὐτὰ διαφέρει· ἀλλήλων δ' ἐκεῖνα, καθότι προείρηται. τῶν δ' ἐπὶ κόποις πυρεξάντων, τὸ δέρμα ξηρότερον, ἤπερ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἅπασι τοῖς ἐπὶ κόποις πυρέξασι κοινόν, ἔν γε τῷ μέχρι τῆς ἀκμῆς τοῦ παροξυσμοῦ χρόνῳ. τὸ δ' ἀπὸ τοῦδε, τοῖς πλείστοις μὲν, ὅσοι γε μὴ ὑπερεπόνησαν, ἰκμάδες τινὲς, ἢ ἀτμὸς θερμὸς, ἐκ τοῦ βάθους ἀναφέρεται. τισὶ δὲ, κἀν τοῖς μετὰ τὴν ἀκμὴν χρόνοις, ἡ ξηρότης παραμένει· γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα τοῖς ὑπερπονήσασιν, ἢ ψυχθεῖσιν, ἢ ἐγκαυθεῖσιν, ἅμα τῷ κόπῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ τῶν σφυγμῶν, οὐχ ὡσαύτως ἐν ἀμφοτέροις ἔχει. μικροὶ μὲν γὰρ τοῖς ὑπερπονήσασι, μεγάλοι δ' εἰσὶ τοῖς ἄλλοις. οἱ δ' ἐπὶ πυκνώσει τοῦ δέρματος γινόμενοι πυρετοὶ, πυκνοῦται δὲ τοῦτο, ἢ ψυχόμενον, ἢ ποιότητος αὐτῷ στρυφνῆς ἀθρόως προσπεσούσης, οἷόν τι καὶ τῷ λουσαμένῳ ἐν ὕδατι τῷ στυπτηριώδει ἐγίνετο· οὗτοι μόνοι, πάντων τῶν πυρετῶν, στεγνόν εἰσι πάθος. ἔνεστι δὲ αὐτοὺς τῇ ἁφῇ διαγινώσκειν, ὥσπερ καὶ τοὺς αὐχμώδεις τῶν πυρετῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς κόποις, καὶ τοὺς ἐπ' ἐγκαύσεσιν. οὐδὲ γὰρ αὖ ἡ τούτων πύκνωσις, ἁφὴν γεγυμνασμένην διαλανθάνει. ἀτὰρ οὖν καὶ ἡ τῆς θερμασίας κίνησις, ἐπαναδιδοῦσά πώς ἐστι, πρᾳεῖα μὲν, κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν τῆς χειρὸς φαινομένη, δριμεῖα δὲ, εἰ χρονίσαις ἐπὶ πλεῖον γενομένη· οὐ μὴν οὐδὲ τὰ οὖρα πυρρὰ, τοῖς τοιούτοις, οὐδὲ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος συμπέπτωκεν· οὔκουν οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ ξηροὶ γίνονται, ἀλλ' ἔστιν οἷς ὑγρότεροί τε, καὶ προπετέστεροι δόξουσιν εἶναι τῶν κατὰ φύσιν. οὐδ' οἱ σφυγμοὶ μικρότεροι, καθάπερ ἐπὶ λύπης, ἢ φροντίδος, ἢ ἀγρυπνίας, καὶ τοῖς ἄγαν ἀμέτροις γυμνασίοις χρωμένοις. τοῖς δὲ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοῖς ἐφημέροις, οἱ σφυγμοὶ μέγιστοι γίνονται, καὶ πυκνοὶ, καὶ ὠκεῖς, καὶ ἡ θερμασία πολλὴ, καὶ μετὰ τὴν ἀκμὴν εὐθὺς ἐκ τοῦ βάθους ἀναφέρεταί τις ἰκμὰς, θερμὴ μὲν, ἀλλ' ἡδεῖα. τὸ γὰρ δριμὺ, καὶ τὸ δάκνον, ἥκιστα πυρετῶν πάντων τοῖς τοιούτοις ὑπάρχει· καὶ τὸ πρόσωπον ἐρυθρὸν αὐτοῖς γίνεται τοὐπίπαν, καὶ ἐν ὄγκῳ μείζονι, καὶ τὰ οὖρα ὑπόλευκα. κοινὸν δὲ τοῖς τοιούτοις ἅπασι πυρετοῖς τοῖς ἐφημέροις, ἡ ὁμαλότης τοῦ σφυγμοῦ. παντελῶς γὰρ ἐξ αὐτῶν ὀλίγοι, τὴν κατὰ μίαν πληγὴν ἀνωμαλίαν ἐμφαίνουσιν· ἀλλ' οὐδ' οὗτοι πάνυ σαφῶς, οὐδ' ἐναργῶς. τοιαῦτα μὲν αὐτῶν τὰ γνωρίσματα.

vigiliarum, & cogitationis, *& studij*, non tamen iracundiæ, in qua nec oculorum cauitas, nec decoloratio manifesta conspicitur. Calor quoque vberior est, ex altóque corpore celeriter erumpit; nec pulsus magnitudo perit, quemadmodum in vigiliis, mœstitia, & cogitationibus. Ab iracundia itaque euidentissimè hæc distinguuntur; illa verò inter se, quemadmodum antè diximus. Quibus autem lassitudo febrem intulit, aridior quàm in alia quacunque diaria, cutis redditur. Quod omnium quidem ex lassitudine febricitantium ad accessionis vsque vigorem, est commune, à quo tempore plurimis qui quidem immoderatè non laborarint, humor aut vapor calidus ex intimo corpore erumpit. Quibusdam verò post vigorem siccitas perseuerat; præcipuéque labore vexatis supra modum, aut refrigeratis, aut exustis, vnà cum defatigatione. Nec etiam modo eodem habent pulsus in vtrisque. Siquidem immodicè defatigati paruos, alij verò magnos obtinent. Febres verò, quæ ex cutis densitate nascuntur (hæc autem densatur, aut frigore, aut qualitate affatim astringente, velut in eo, qui se aluminosa lauerat aqua) omnium solæ astricta sunt affectio. Has verò tactu deprehendere licet; quemadmodum & squalidas, & quæ ex lassitudine, & solis ardore, contrahuntur. Neque enim earum densitas, excercitatum tactum latere potest. Cæterùm caloris motus expromitur, quem quidem primo occursu mitem, deinde acriorem, si diutiùs tangendo immoretur, manus sentiet; vrinæ tamen rufæ non apparent, neque corporis moles concidit; proinde neque oculi caui sunt, neque aridi, verùm in quibusdam humidiores, ac prominentiores, quàm pro naturali constitutione visuntur. Sed nec pulsus, vt in mœrore, cura, vigiliis, aut immoderatis excercitationibus minores sunt. In diariis verò, quæ ex bubone contrahuntur, pulsus sunt maximi, celeres, ac crebri, calórque multus, & à vigore statim humor quidam ex alto corpore ad cutem fertur calidus, sed tamen suauis. Eiusmodi enim febres omnium minimè acres, mordacésque sunt: in his facies omnino rubicunda, ac tumidiuscula, subalbidæque vrinæ apparet. Communis autē omnibus ephemeris est pulsus æqualitas. In harum enim paucis admodum inæqualitas in vno arteriæ percussu conspicitur; sed nec ipsa quidem omninò euidens, neque manifesta. Hactenus de diariarum notis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γʹ.

Περὶ θεραπείας ἐφημέρων πυρετῶν.

Θεραπεύειν δὲ χρὴ, λουτροῖς μὲν ἅπαντας. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ πυκνώσει τοῦ δέρματος, ἢ ἐπὶ βουβῶσιν, οὐδ' εἰ ἐν τῷ ἀέρι τοῦ βαλανείου χρονίσαι κελεύσαις, οὐδὲν βλάψεις. τοὺς δ' ἄλλους ἅπαντας, ὅτι τάχιστα τοῦ ἀέρος ἀπάγειν. ἐν δὲ τῷ ὕδατι, κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἐθέλοιεν διατρίβειν, ἐπιτρέπειν. ἐλαίῳ δὲ χλιαρῷ, καὶ πολλῷ, καὶ μαλακαῖς χερσὶν ἀνατρίβειν ἐπὶ πλέον, μάλιστα μὲν τοὺς κοπωθέντας· ἐφεξῆς δ' αὐτῶν, τοὺς στεγνωθέντας· καὶ τρίτους, τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας. καὶ λούειν δὲ πολλάκις, εἰς ὅσον ἐγχωρεῖ τοὺς τοιούτους· ἐσθίειν δὲ, τοὺς μὲν ἐπὶ τοῖς κόποις ἐνδέχεται πολλάκις· οὐ μὴν οὔτε τοὺς στεγνωθέντας, οὔτε τοὺς ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας· ἀλλὰ τούτοις ἀμφοτέροις, ἡ λεπτὴ δίαιτα χρηστή. τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς κόποις ὅσα καλῶς πέψαι δύνανται κελεύειν ἐσθίειν,

CAPVT III.

De febrium ephemerarum curatione.

OMnes quidem balneo curandæ sunt. Quòd si ex cutis densitate, aut bubonibus febricitantes in balnei aëre immorari iusseris, haudquaquam lædes. Reliqui verò omnes ab aëre abducendi quàm citissimè sunt. At in aqua diutissimè versari, si velint, permittendum. Cæterùm ampliùs fricandi cum oleo sunt tepente, ac largo, mollibus manibus, maximéque qui ex fatigatione; post hos qui ex astricta cute; deinde verò qui ex bubone febricitant. Hi autem quàm fieri possit creberrimè lauandi sunt; cibandi verò sæpè qui ex lassitudine laborant; sed non qui ex cutis astrictione, aut bubone; horum autem vtrique tenuem efflagitant victum. Fatigatis verò ea comesse, quæ probè conficiant, imperare oportet,

euitata sola cruditate. Quinetiam vini tantum bibere, quantum concoquere possint. Horum autem modum, vti & aliorum omnium, ex viribus, ætate, natura, temperie, & consuetudine ægrotantis, anni tempore, regione, & id genus aliis metiri conuenit. A vino verò, qui ex bubone febrem conceperunt, donec is solutus sit, arcendi sunt. At astricti, vel refrigerati, si quidem affectus lenis sit, ac humorum plenitudo minimè adsit, prohiberi à vino non debent. Quòd si vehementiùs refrigerati sint, aut humorum plenitudine laborent, vini abstinentia confert. Qui verò ex vigiliis, aut aliquo animi affectu, in febrem inciderunt, vbi se lauerint, humido & boni succi victu reficiendi sunt. Vinum autem maximè quidem omnibus iis, qui peruigilârint, intrepidè dandum est, præter quàm quibus caput dolore afficitur, aut tempora pulsant. Quod & in omnibus aliis obseruandum est. Sed & ira, tristitia, & cura affectis vinum exhibendum est; excandescentiâ verò febricitantibus nō antè quàm ab eo affectu omnino conquieuerint; nam priùs vino vti tutò non possunt. Perpetuò autem infestanti causæ contraria opponenda sunt remedia; labori quidem, quies; vigiliis, somnus; iræ, tristitiæ, & excandescentiæ, sermones, actiones, spectacula, & rerum narrationes, quæ animo voluptatem afferant. Sic & qui cogitatione laborat, ab hac omnino cesset. Et qui ex bubone febrem contraxit, hunc ipsum curet; atque in primis vlcus, ex quo ortum bubo habuit; hæc quidem de diariarum tum signis, tum remediis abundè dicta sint. Aliæ verò febres, aut ex inflammatione, aut humoribus accenduntur. Et quæ ex inflammatione ortum habent, inflammatarum partium velut symptomata quædam sunt, morbúsque ab affecta parte denominationem ferè accipit, vt phrenitis, peripneumonia, pleuritis, & alij id genus; de quibus posteà disseremus.

CAPVT IV.

De febribus putridis.

QVæ verò ex humoribus accenduntur, & eo ipso nomine febres vocantur, & sunt; non autem morborum symptomata, sed ipsæ morbi; quarum aliæ sine symptomatis, hæque sanè mitissimæ sunt; aliæ verò vnà cum symptomatis infestant. De prioribus quidem, quæ symptomatis carent, nostra erit disputatio; in quibus maximè, si fieri possit primo statim die febris qualísnam sit, dignoscenda est; diuturnáne, an acuta; intermittens, an continens. Quòd si die primo id assequi non possis, secundo saltem eius speciem inuenire tentabis. At si nec eo quidem die certi quicquam habueris, tertius certè omnino tibi manifestiùs quidpiam adferet. Nam paucæ admodum febres ad exactam sui dignotionem quartum diem desiderant. Quibus verò signis febris species deprehendi possit, quàm breuissimè fieri poterit tibi explicabo. Nam de his omnibus alibi fusiùs atque manifestiùs disputatum est.

CAPVT V.

Febris tertianæ significatio ac dignotio.

QVæ igitur cum rigore inuadunt, non abs re ex earum numero esse, quæ circuitu quodā repetunt, duxeris. Tertianæ enim atque quartanæ, omninò cum rigore accessionem faciunt.

ἀπεψίαν μόνον φυλαττομένους. ἀλλὰ καὶ οἴνου πίνειν, εἰς ὅσον ἂν καὶ τούτου κρατεῖν δύνωνται. σκοποὶ δ' ἂν εἶεν τοῦ μέτρου, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἥ τε δύναμις, καὶ ἡ ἡλικία τοῦ νοσοῦντος, καὶ ἡ φυσικὴ κρᾶσις, ἔθη τε, καὶ ὧραι, καὶ χῶραι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. τοὺς δ' ἐπὶ βουβῶσι πυρέξαντας, εἴργειν οἴνου, πρὶν τοὺς βουβῶνας λυθῆναι. τῶν δὲ στεγνωθέντων, ἢ ψυχθέντων, τοὺς μὲν ἐπ' ὀλίγον τοῦτο παθόντας, ἥκιστά τε πληθωρικοὺς, οὐ χρὴ κωλύειν οἴνου προσφέρεσθαι, τοὺς δὲ ἐπὶ πλέον ψυχθέντας, ἢ πληθωρικοὺς, κωλύειν συμφέρει. τοὺς δ' ἐπ' ἀγρυπνίαις, ἤ τινι πάθει ψυχῆς πυρέξαντας, ἐπειδὰν λούσῃς, ὑγραινούσῃ τε, καὶ εὐχύμῳ τροφῇ διαιτᾷν. οἴνου δὲ, μάλιστα μὲν τοῖς ἀγρυπνήσασιν, ἀδεῶς διδόναι πᾶσι, πλὴν εἰ μὴ κεφαλὴν ἀλγοῖεν, ἢ οἱ κρόταφοι σφύζοιεν. ὃ δηλονότι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις φυλακτέον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀργισθεῖσιν, ἢ λυπηθεῖσιν, ἢ φροντίσασιν, οἴνου διδόναι· τοῖς θυμωθεῖσι δὲ, ἡνίκα ἔξω παντελῶς τοῦ πάθους ὦσι, πρότερον δ' οὐκ ἀσφαλὲς οἴνῳ χρῆσθαι. πειρᾶσθαι δὲ καὶ τὸ ἐναντίον ἀντεισάγειν ἀεὶ τῷ λυπήσαντι· κόπῳ μὲν, ἀνάπαυσιν· ἀγρυπνίᾳ δὲ, ὕπνον· ὀργῇ δὲ, καὶ λύπῃ, καὶ θυμῷ, τὴν ἐν λόγοις τε, καὶ πράξεσι, καὶ θεάμασι, καὶ διηγήμασι θυμηδίαν. οὕτω δὲ καὶ ὁ φροντίσας ἐπ' αὐτῷ, τελέως ἀναπαυσάτω τὸν λογισμόν. καὶ ὁ διὰ βουβῶνα πυρέξας, αὐτόν τε τοῦτον ἐξιάσθω, καὶ πολὺ πρότερον αὐτοῦ, τὸ ἕλκος ἐφ' ᾧ συνέστη. ταῦτά σοι πυρετῶν ἐφημέρων ἔστω γνωρίσματά τε ἱκανὰ, καὶ ἰάματα. τῶν δ' ἄλλων πυρετῶν, οἱ μὲν, ἐπὶ φλεγμοναῖς, οἱ δ' ἐπὶ χυμοῖς ἀνάπτονται. καὶ εἰσὶν, οἱ μὲν ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς, οἷον συμπτώματά τινα τῶν φλεγμαινόντων μορίων, καὶ τοὔνομά γε τῷ νοσήματι παρωνύμως τὰ πολλὰ, ἀπὸ τοῦ πάσχοντος ὀργάνου, φρενῖτις, ἢ περιπνευμονία, ἢ πλευρῖτις, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο· περὶ μὲν δὴ τῶν τοιούτων, ὕστερον ἐροῦμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Περὶ πυρετῶν τῶν σηπομένων.

ΟΙ δ' ἐπὶ χυμοῖς ἀναπτόμενοι πυρετοὶ, καλοῦνταί τ' αὐτὸ τοῦτο πυρετοὶ, καί εἰσιν, οὐ συμπτώματα νοσημάτων, ἀλλ' αὐτοὶ νοσήματα. τούτων δὲ, τινὲς μὲν, ἄνευ συμπτωμάτων, οἵπερ δὴ καὶ ἐπιεικέστατοί εἰσι· τινὲς δ' ἅμα συμπτώμασιν ἐνοχλοῦσιν. εἰρήσεται δ' ἡμῖν περὶ προτέρων τῶν ἄνευ συμπτωμάτων πυρετῶν· ἐν οἷς μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν διαγνωστέον, οἷός τίς ἐστιν ὁ πυρετὸς, ἆρά γε χρόνιος, ἢ ὀξύς· καὶ πότερον, τῶν διαλειπόντων καλουμένων, ἢ τῶν συνεχῶν. εἰ δὲ μὴ οἷόν τε περὶ τὴν ἡμέραν τὴν πρώτην, ἀλλὰ τῇ δευτέρᾳ γε, πειρατέον ἐξευρεῖν τὴν ἰδέαν τοῦ πυρετοῦ. μηδενὸς δὲ μηδ' ἐν ταύτῃ, βεβαίως διαγνωσθέντος, ἐν γοῦν τῇ τρίτῃ, πάντως φανήσεταί σοι σαφέστερόν τι. παντελῶς γὰρ ὀλίγοι πυρετοὶ, τῆς τετάρτης ἡμέρας δέονται, πρὸς ἀκριβῆ διάγνωσιν. ἐρῶ δέ σοι καθόσον οἷόν τε διὰ βραχέων, σημεῖα, δι' ὧν ἐπιγνώσῃ τὸ εἶδος τοῦ πυρετοῦ. μακρότερον δὲ, καὶ σαφέστερον, ἑτέρωθι πάντα λέλεκται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Ἡ τοῦ πυρετοῦ τριταίου σημείωσίς τε καὶ διάγνωσις.

ΤΟὺς μὲν οὖν μετὰ ῥίγους εἰσβάλλοντας, οὐκ ἂν ἀπὸ τρόπου, τῶν κατὰ περίοδον ἐνοχλούντων ὑπολάβοις εἶναι. τριταῖοι γὰρ, καὶ τεταρταῖοι, μετὰ ῥίγους τοὐπίπαν παροξύνουσιν.

ἀλλ' οἱ μὲν τριταῖοι, εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ καταβολῇ πολλάκις μετὰ σφοδροῦ τοῦ ῥίγους ὑπήρξαντο. τεταρταῖον δ', οὐκ οἴδαμεν μετὰ σφοδροῦ ῥίγους ἀρξάμενον, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ, τὸ μέγεθος αὐτοῦ προσγίνεται, ὅτι ὃ μηδ' εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς, τὰ πολλὰ, τῶν πυρετῶν τοῦτον εἰσβάλλειν, ἀλλ' ἑτέρων προηγησαμένων συμπίπτειν. ὁ μὲν οὖν τεταρταῖος, τοῖς καλουμένοις πλανήσι τε, καὶ πλανήταις ἐπιγίνεται πυρετοῖς, οἱ διὰ φλέγμα. ὁ δ' ἀμφημερινὸς, οὐδὲ χωρὶς τοῦ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς πεπονθέναι, (τὰ πολλὰ συνίσταται)· καθάπερ ὁ τεταρταῖος περὶ σπλῆνα κακοπραγοῦντα· ὁ δὲ τριταῖος περὶ ἧπαρ. τὸν μὲν δὴ μετὰ σφοδροῦ τοῦ ῥίγους ἀρξάμενον, εἰκὸς μᾶλλον τριταῖον, ἢ τῶν ἄλλων τινὰ εἶναι πυρετῶν. εἰ δὲ καὶ τἄλλα τὰ ἐφεξῆς εἰρησόμενα μαρτυροίη, τοῦτον μὲν ἂν ἐναργῶς, εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν διαγινώσκοις εἶναι τριταῖον. εἰ δὲ μετὰ βραχέος ἄρξαιτο ῥίγους, τότε δεῖ καὶ μᾶλλον, τοῖς ἄλλοις γνωρίσμασι τὸν νοῦν προσέχειν, ὡς οὐκ ἀμφημερινοῦ, καὶ τεταρταίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμιτριταίου, καὶ ἄλλου τινὸς τῶν συνεχῶν, εἶναι δυναμένου. τὰ δ' ἄλλα γνωρίσματα τό, τε τῆς θερμασίας ἐστὶ ποιὸν, καὶ ποσὸν, καὶ ἡ τῶν ἀρτηριῶν κίνησις, αὐτό τε τοῦ ῥίγους τὸ εἶδος αἰσθανομένου, ὥρα τε καὶ χώρα, καὶ κατάστασις, καὶ ἡ φύσις τοῦ νοσοῦντος, καὶ ἡ ἡλικία, καὶ τὰ προηγησάμενα, καὶ τὰ παρακολουθοῦντα. τὴν μὲν γὰρ θερμασίαν, πολλὴν καὶ δριμεῖαν εἶναι χρή· τοὺς δὲ σφυγμοὺς, μεγάλους, καὶ θερμοὺς, καὶ σφοδροὺς, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοὺς, καὶ χωρὶς πάσης ἀνωμαλίας, πλὴν τῆς πυρεκτικῆς. τὸ δὲ ῥῖγος, οἷον νυττομένου τοῦ χρωτὸς, ὡς ὑπό τινος, ὀξέος μᾶλλον, ἢ ψυχροῦ, τῶν ἐν τεταρταίοις τε καὶ ἀμφημερινοῖς, ψυχροῦ τοῦ ῥίγους αἰσθανομένων. τὴν δ' ὥραν θερινὴν, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ χωρίον θερμὸν, καὶ τήν γε παροῦσαν κατάστασιν· ἔστω δὲ καὶ ἡ φύσις τοῦ κάμνοντος θερμοτέρα τε καὶ χολωδεστέρα· καὶ ἡ ἡλικία, νεανίσκου· καὶ γυμνασία μᾶλλον, ἢ ἀργία προηγείσθω, καὶ ἔγκαυσις μᾶλλον, ἢ ψύξις· καὶ ἔνδεια μᾶλλον, ἢ πλησμονή. καὶ ἀγρυπνίαι δὲ, καὶ λῦπαι, καὶ κόποι, καὶ σύντονοι φροντίδες εἰς τοῦτο συντελοῦσιν. εἰ δὲ καὶ πολλοῖς ἄλλοις τῶν νοσούντων, ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, τριταίοις ἁλῶναι συμβαίη, καὶ τοῦτ' ἂν εἴη, πρὸς τοῖς εἰρημένοις, μέγιστον γνώρισμα. εἰ δὲ τούτων ἁπάντων ὑπαρχόντων, ἢ τῶν μεγίστων τε, καὶ ἐπικαιροτάτων, δίψος τε αὐτοὺς ἔχει σφοδρὸν, ἔμετός τε χολῆς, ἢ ἱδρὼς ἐπιγένηται, ἢ ἀμφότερα· νῦν μὲν ἂν καὶ σαφῶς εἴη δῆλος. εἰ δὲ καὶ παύσαιτο μὲν πυρέττων ἐπὶ τοῖσδε ὁ ἄνθρωπος, τοῦτον δὴ τὸν φανερὸν ἅπασι, καὶ ἐν κινήσει πυρετόν· ὑπολείποιτο δ' αὐτῷ κατὰ τὴν ἀρτηριῶν κίνησιν, ἡ ἰδίως ἀνωμαλία τῶν πυρετῶν, βεβαίως ἂν οὕτως ἀποφαίνοις τριταῖον ὑπάρχειν αὐτὸν, ὡς εἰ καὶ διὰ τρίτης ἤδη παροξυνόμενον ἑώρας.

Sed tertianæ sæpè cum vehementi rigore, prima statim accessione incipiunt. Quartanā verò nunquam cum vehementi rigore incipere vidimus; sed temporis progressu rigori vehementiam accedere. Adde, quòd plerunque ab initio statim hæc febris *simul* non ingruit, sed aliis antegressis, contingit. Quartana igitur erraticis, quas vocant, febribus ob pituitam succedit. Vix autē citra oris ventriculi iniuriam, fit quotidiana, quemadmodū nec sine lienis vitio quartana; nec tertiana absque iecoris offensione. Quinetiam, si cum vehemēti rigore febris initium cœperit, tertianam magis, quàm aliquā aliam esse iure fateberis. Quòd si & alia, quæ deinceps dicentur, cōsentiāt, hanc quidē statim primo die tertianam esse dignosces. Sin cum leui rigore inceperit, tum aliæ notæ potiùs considerandæ sunt; quum non quotidiana solùm, aut quartana, sed & semitertiana, aut alia ex continuarum genere aliqua esse possit. Alia verò indicia ex caloris tum qualitate, tum quantitate, arteriarúmque motu, & ex rigoris sensus specie, anni tempore, regione, aëris conditione, ægrotantis natura, ac ætate, atque ex iis quæ præcesserunt, ac sequuntur, petenda sunt. Nam calor quidem multus, acrísque esse debet; pulsus verò magni, & calidi, vehementes, celeres, ac frequentes, omnis inæqualitatis præter quam febrilis, expertes. Rigor verò, velut quum corpus ab aliquo acuto magis quàm frigido pungitur; quum in quartanis & quotidianis, frigidus rigor sentiatur. Anni verò tempus æstiuum sit, quemadmodum & regio calida, & præsens aëris conditio; laborantis quoque natura calidior ac biliosior sit; ætas, adolescentia; præcesseritque exercitatio magis quàm otium, æstus quàm refrigeratio victus parcus, quàm largus. Vigiliæ quoque & mœrores, & lassitudines, pertinacésque curæ, ad id magnū habent momentum. Quòd si eo tempore multos tertianis corripi contigerit, maximum eius febris, vnà cum iam declaratis, argumentum erit. Hæc autem omnia si adfuerint, aut eorum maxima, & præcipua, veheménsque sitis, vomitus item biliosus, vel sudor, vel vtrumque superueniat, iam tum *febris* perspicuè apparebit. Quòd si post hæc à febre cōquieuerit æger, hac inquam febre, quæ ex suo motu omnibus est cognita; relinquatur verò propria febrium in arteriarum motu inæqualitas; æquè pro certo hanc esse tertianam pronuntiare possis, ac si tertio iam die accessionem videas rediisse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Τὰ τοῦ τεταρταίου πυρετοῦ σημεῖα.

Ὁ δὲ τεταρταῖος, χρὴ γὰρ καὶ τούτου τὰ γνωρίσματά σοι γράψαι, τὸ μὲν ἐναργέστατον ἑαυτοῦ τεκμήριον, ἐνδείκνυται κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν παροξυσμῶν, ἡνίκα ῥιγῶσιν ἔτι οἱ νοσοῦντες. ἱκανῶς γὰρ ἀραιοὶ, καὶ βραδεῖς αὐτῶν οἱ σφυγμοὶ γίγνονται· κατὰ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἢ καὶ αὐξανομένων ἔτι, ταχεῖς μὲν ἀνάγκη, καὶ πυκνοὺς εἶναι· σώζεται δ' ὅμως καὶ τότε, ἡ ἴδιος αὐτῶν βραδύτης τε, καὶ ἀραιότης, εἰ τὸ προσγενόμενον τάχους καὶ τῆς πυκνότητος τῷ παροξυσμῷ λογίσαιο. καὶ γὰρ οὖν, καὶ εἰ παραβάλλοις τὴν ἀκμὴν τοῦ τεταρταίου πυρετοῦ, τῇ τοῦ τριταίου ἀκμῇ, πολλῷ τινί σοι δόξουσι, θᾶττόν τε καὶ πυκνότερον ἐν τοῖς τριταίοις αἱ ἀρτηρίαι σφύζειν. καὶ αὐτὴ δὲ τῆς μιᾶς κινήσεως, ἐν τῷ τεταρταίῳ πυρετῷ τὸ ἀνώμαλον, ἐνδείκνυται τὴν ἰδέαν αὐτοῦ. τὴν γὰρ κοινὴν ἁπάντων τῶν πυρετῶν ἐν μιᾷ προσβολῇ τῆς ἀρτηρίας ἀνωμαλίαν, ἐναργεστάτην ἐστὶν εὑρεῖν ἐν τούτῳ.

CAPVT VI.

Quartanæ febris signa.

Qvartana verò (nam & huius notas tibi commemorare oportet) euidentissimum quidem sui indicium præbet, initio statim accessionis, quando ipsi adhuc ægroti rigent. Pulsus enim admodum raros, ac tardos obtinet; sed necessariò dum ad vigorem peruenit, vel adhuc etiā increscit, celeres, ac crebros; seruatur tamen & tunc natiua eorum tarditas, ac raritas, si celeritatem & frequētiam adiectam accessioni cōsideres. Etenim si quartanæ febris vigorem cum tertianæ vigore compares, multò celeriùs ac frequentiùs in tertiana arteriæ tibi micare videbuntur; atque vnius motus in quartana inæqualitas, eius speciem commonstrat. Nam communem omnium febrium in vno appulsu arteriæ inæqualitatem, euidentissimam in hac inuenire licet: multò

multò enim concitatius principium motus & finem, quàm medium inuenies; quod in tertianis non ita habet; in his enim celeritatis excessus, maximéque in vigore, breuis est. Quinetiam caliditatis notis hæ febres distinguuntur. Tertianarum enim calorem & ardorem, ac tanquam feruorem in quartanis hauquaquàm reperies. Hæc quidem maxima signa sunt; reliqua verò externa, neque hæc sunt omittenda. Quin ægrotantis natura cõsideranda est, num ad atram bilem magis declinet; & an tempus anni autumnus sit; præsénsque aëris constitutio inæqualis. Sic verò & loci, & morborum tum ingruentium natura inspicienda; & num lien intumuerit, febrésque inordinatæ præcesserint, & ætas vigorem excesserit, febrísque in sudores desierit; in hac enim vomitus bilis expectandus non est, quemadmodum neque in quotidianis, quum id tertianarum propriũ sit. Quòd si pacata febre febris signum adhuc permaneat, & pulsus, naturali sit rarior ac tardior, palam est ipsam quartanam esse.

CAPVT VII.

Quotidianæ febris signa.

aliis statim os ventris adeò malè afficiant, vt à cibis abhorreant; & si assumere cogantur, aut non contineant, aut improbè coquant. In hac dignotionis parte, expendenda est ægri temperies. Natura enim calidi & sicci omnes ab integra vacuatione promptè læduntur. Consuetudo quoque non parum habet momenti, cùm ad alia omnia, tùm maximè ad vacuationis indicationem. Alij enim nunquam sunt vacuationem antè experti, neque integram pertulerunt, largóque cibo vsi sunt. Alij contrà, amplo cibo nec vtuntur, & vacuationibus sunt assueti. Hos igitur intrepidè vacuare oportet, modò reliqua id faciendum dictent. Alios verò, nempe insolitos, non item; etiamsi reliqua omnia suadeant. Ad eundem verò modum & corporis habitus contemplandi sunt. Nam qui densa solidáque sunt carne, haud facilè iis iniuriis patent. Itaque verendum non est eos semel vacuare, si & alia hortentur. Qui verò mollem, & algæ modo teneram, promptéque diffluentem hanc habent, in grauem noxam facilè ruunt. Quare ab his etiamsi omnia alia suadeant, sanguinem ducere non audemus, verùm aliis vacuationibus, quàm moderatissimè promptissiméq; fieri potest, vtimur. Similiter autem & his, qui habitu sunt immodicè vel obeso, vel gracili, venam secare, & alio quouis modo affatim vacuare timendum est. His verò ætas tanquam symptoma quoddam, quod affatim vacuare prohibeat, annumerari potest; neque enim pueri, neque senes sine molestia hanc vacuationem sustinere possunt. Hos igitur commemoratos omnes, efflagitante vacuationem affectu, non semel, nec affatim, sed paulatim vacuare oportet; mediocribus inediis, frictionibus, mollibus clysteribus, fotibus, cataplasmatis, & balneis. Quorum omnium rursus indicationes ab iis, quæ antè memorata sunt, desumere oportet. Ad eundem verò modum, si quando duo symptomata contraria sequantur; vtrum eorum sit vehementius, considerandum est. Pari ratione, si duo morbi in eodem homine pugnantes habent indicationes; tunc enim vrgenti est insistendum, sed altero nequaquam neglecto. Quæ autem à symptomatis, & morbis sumuntur indicationes, non simpliciter, sed pro causa quæ vnumquodque attulit, considerandæ sunt, velut animi defectio, ac exolutio. Sunt enim pro vna eadémque re ambo hæc nomina à medicis vsitata; ipsa quidem res vna est, sed eius causæ multæ. Anima enim deficit ex cholera, diarrhœa, dysenteria, lienteria, fluxu muliebri, vulneribus, hæmorrhoidibus, sanguinis tum ex ore, tum è naribus profusione, immodicísque ex partu purgationibus. Nonnunquã verò animæ defectũ attulit magna cruditas; præsertim quum aluũ immodicè subduxit. Et ingens fames, quæ bulimos dicitur, nihil aliud est quàm animi deliquium. Omnẽ etiam vteri strangulatum antecedit lipothymia; quemadmodum eius tum ascensum, tum deflexum in latus, tum inflammationes sæpè sequitur. Sed & apoplexiam, comitialẽ morbum, si quidem malignus est, resolutionem, syncopen & marcorem anteit. Nonnunquam cum febrium accessionibus non paucis accedit: maximè, si corpus summè aridum sit, ac squalidum, aut immodicè plenũ. Cum febre quoque ardẽti, ac maligna; aliquando & quibus per febrium accessiones extrema vehementer refrigerata sunt,

A ἐπ' αὐτοῖς γίνονται ῥαδίως· οἱ δ' εὐθὺς τὸν στόμαχον φαύλως ἴσχουσιν, ὥστε ἀποστρέφεσθαι τὰ σιτία· καὶ εἰ βιασάμενοι λάβοιεν, ἢ μὴ κατέχειν, ἢ μὴ πέττειν καλῶς. ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς διαγνώσεως, καὶ τὴν κρᾶσιν τοῦ νοσοῦντος [27] θεωρητέον. ὅσοι γὰρ θερμοὶ καὶ ξηροὶ φύσει τυγχάνουσιν ὄντες, οὗτοι πάντες ὑπὸ τῶν ἀθρόων κενώσεων ῥαδίως βλάπτονται. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἔθος [28], οὐ μικρὰ μοῖρα πρός τε τἄλλα σύμπαντα, καὶ οὐχ ἥκιστα πρὸς τὴν τῆς κενώσεως ἔνδειξιν. οἱ μὲν γὰρ, οὔτ' ἐκενώθησαν ἔμπροσθεν, οὔτε ποτὲ κένωσιν ἀθρόαν ὑπή-
B νεγκαν, παμπόλλοις σιτίοις ἐχρῶντο. τινὲς δ' ἔμπαλιν, οὔτε πολλοῖς χρῶνται σιτίοις, καὶ κενώσεων ἐθάδες εἰσί. τούτους μὲν οὖν, ἀδεῶς κενωτέον, ὅταν γε καὶ τἄλλα ὑπαγορεύῃ. τοὺς δ' ἑτέρους, τοὺς ἀήθεις, οὐδ' εἰ τἄλλα σύμπαντα προτρέποιτο. κατὰ ταῦτα δὲ, καὶ τὰς ἕξεις τοῦ σώματος χρὴ σκοπεῖσθαι. τοῖς μὲν γὰρ, πυκνὴν καὶ στερεὰν ἔχουσι τὴν σάρκα, δυσπαθὴς ἡ ἕξις. ὥστ' οὐδὲν χρὴ δεδιέναι κενοῦν αὐτοὺς εἰσάπαξ, ἤν γε καὶ τἄλλα κελεύῃ. τοῖς δὲ μαλακήν τε, καὶ βρυώδη, καὶ διαρρέουσαν ἑτοίμως, εὐπαθὴς ἐστι δεινῶς. ὥστε τῶν γε τοιούτων, οὐδ' εἰ πάντα
C τἄλλα κελεύοι, τοῦ αἵματος ἀποχεῖν, οὐδὲ τότε τολμητέον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις κενώσεσι, καθ' ὅσον οἷόν τε, μετρίως τε, καὶ εὐλαβῶς χρηστέον. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ παχεῖς ὑπερβαλλόντως, ἢ ἰσχνοὶ, καὶ γὰρ καὶ τούτων, τάς τε φλέβας τέμνειν φυλακτέον, καὶ τὰς ἄλλας κενώσεις τὰς ἀθρόας εὐλαβητέον. εἴη δ' ἂν ἐν τούτοις καὶ ἡ ἡλικία, καθάπερ τι σύμπτωμα, κωλυτικὸν ἀθρόας κενώσεως· οὔτε γὰρ οἱ παῖδες, οὔθ' οἱ γέροντες, ἀλύπως αὐτὰς φέρουσι. πάντας οὖν τοὺς εἰρημένους, ὅταν αἱ διαθέσεις κένωσιν ὑπαγορεύωσιν, οὐχ ἅπαξ, οὐδ' ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ κενωτέον, ἀσιτίαις τε συμμέτροις, καὶ τρίψεσι, καὶ
D κλύσμασι μαλακοῖς, καταιονήσεσί τε, καὶ καταπλάσμασι, καὶ βαλανείοις· ἑκάστου πάλιν τούτων τὴν ἔνδειξιν ἀπὸ τῶν προειρημένων λαμβάνοντας. οὕτω δὲ καὶ εἰ δύο ποτὲ συμπτώματα ἐναντία παρακολουθοίη, σκέπτεσθαι χρὴ, ὁπότερον αὐτῶν ἰσχυρότερόν ἐστιν. ὡσαύτως δὲ, καὶ εἰ νοσήματα δύο, περὶ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον εἴη, μαχομένας τὰς ἐνδείξεις ποιούμενα· καὶ γὰρ καὶ τότε, πρὸς τὸ κατεπεῖγον [29] ἵστασθαι χρὴ, μηδὲ θατέρου παντάπασιν ἀμελοῦντας. τὰς δ' ἀπὸ τῶν συμπτωμάτων τε καὶ νοσημάτων ἐνδείξεις, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐργαζομένην ἑκάστου αἰτίαν χρὴ σκοπεῖν, οἷόν ἐστιν ἡ λειποθυμία, καὶ ἡ ἔκλυσις. εἰώ-
E θασι γὰρ οἱ ἰατροὶ καθ' ἑνὸς πράγματος ἄμφω ταῦτα τὰ ὀνόματα φέρειν· αὐτὸ μὲν οὖν τὸ πρᾶγμα, ἕν ἐστιν, αἰτίαι δ' αὐτοῦ πολλαί. λειποθυμοῦσι γὰρ, ἐπί τε χολέραις, καὶ διαρροίαις, καὶ δυσεντερίαις, καὶ λειεντερίαις, καὶ γυναικείῳ ῥῷ, καὶ τραύμασιν, αἱμορροΐσι τε, καὶ ἀναγωγαῖς αἵματος, καὶ ταῖς διὰ ῥινῶν αἱμορραγίαις, καὶ λοχείαις καθάρσεσιν ἀμέτροις. ἤνεγκε δέ ποτε καὶ ἀπεψία μεγάλη, λειποθυμίαν, καὶ μάλισθ' ὅταν ἀμετρότερον ὑπαγάγῃ τὴν γαστέρα. καὶ ὁ βούλιμος δὲ καλούμενος, οὐδὲν ἄλλο, ἢ λειποθυμία ἐστί. καὶ ὑστερικῆς πνίξεως ἁπάσης, λει-
F ποθυμία προηγεῖται· καὶ ταῖς ἀναδρομαῖς τῆς ὑστέρας ἐπεται, καὶ ταῖς παρεγκλίσεσι δὲ, καὶ ταῖς φλεγμοναῖς αὐτῶν, πολλάκις ἀκολουθεῖ. προηγεῖται δ' ἀποπληξίας τε, καὶ κακοήθους ἐπιληψίας, καὶ διαφορήσεων, καὶ τῶν συγκοπῶν, καὶ μαρασμῶν. ἀλλὰ καὶ συνεισβάλλει ποτὲ καταβολαῖς πυρετῶν οὐκ ὀλίγαις. καὶ μάλισθ' ὅταν ἄκρως ᾖ ξηρὸν, καὶ αὐχμῶδες, ἢ πληθωρικὸν ἀμέτρως τὸ σῶμα. καὶ καυσώδει δὲ, καὶ κακοήθει πυρετῷ συνεισέβαλέ ποτε· καὶ τοῖς μεγάλως καταψυχθεῖσι τὰ ἄκρα τοῦ σώματος, ἐν ταῖς εἰσβολαῖς τῶν πυρετῶν.

καὶ ὅσοι διὰ μέγεθος φλεγμονῆς, ἢ ἥπατος, ἢ κοιλίας, ἢ στομάχου πυρέττουσι, καὶ οὗτοι λειποθυμοῦσι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν· μάλιστα δ᾽ οἷς πλῆθος χυμῶν ὠμῶν, καὶ ἀπέπτων, καί τις ἔμφραξις ἐπικαίρου μορίου. λειποθυμοῦσι δὲ, καὶ ὅσοις τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἄῤῥωστον, ἢ ὑπὸ μοχθηρίας χυμῶν δάκνεται, ἢ ὑπὸ παχέων, ἢ γλίσχρων, ἢ ὑγρῶν, ἢ ψυχρῶν βαρύνεται. καὶ μὴν δὴ καὶ ψυχικῶν παθῶν ἰσχύϊ, λειποθυμοῦσί τινες· μάλιστα δὲ πρεσβῦται πάσχουσιν αὐτὸ, καὶ οἱ ἄλλως ἀσθενεῖς. καὶ γὰρ λυπηθέντες αὐτῶν πολλοὶ, καὶ χαρέντες, καὶ θυμωθέντες ἐλειποθύμησαν. ἀλλὰ καὶ ἰκμάδες, ἔσθ᾽ ὅτε μὴ κατὰ καιρὸν τοῖς οὕτως ἔχουσιν ἐπιφαινόμεναι, λειποθυμίας ἐπιφέρουσιν· ὥσπερ καὶ τοῖς ἰσχυροτέροις, ἱδρῶτες ἄμετροι. καὶ εἰ ἀπόστημά τι ῥαγείη, τοῦτο βλάπτει τὴν δύναμιν ἰσχυρῶς· καὶ μάλιστα εἰ ῥαγὲν ἀθρόως εἰς κοιλίαν, ἢ εἰς στόμαχον, ἢ εἰς θώρακα συῤῥέοι. καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τέμνοντες ἀποστήματα, εἰ τὸ πύον ἀθρόως ἐκκενώσομεν, ἀνάγκη λειποθυμῆσαι· καὶ εἰ καθαίροντες, ἢ κλύζοντες, ἢ ὁπωσοῦν κενοῦντες, ἀθροώτερον αὐτὸ δράσωμεν· οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ τὸ ἐν τοῖς ὑδέροις ὑγρὸν, καίτοι περιττὸν ὂν, καὶ παρὰ φύσιν, ἀλύπως ἀνέχεται τὴν ἀθρόαν κένωσιν, ἀλλὰ ἀνάγκη καὶ τότε λειποθυμῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ἀλλὰ καὶ διὰ μέγεθος ὀδύνης ἐκλύσεις γίνονται, δήξεών τινων, ἢ στρόφων, ἢ εἰλεῶν, ἢ κωλικῆς διαθέσεως, ἐξαίφνης ἐμπεσούσης. ἀλλὰ καὶ νεῦρον τρωθὲν, καὶ μυὸς κεφαλὴ, λειποθυμίαν ἤνεγκε, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄρθροις ἕλκη, τὰ κακοήθη, καὶ τὰ γαγγραινώδη, καὶ νομώδη σύμπαντα, καί τις ἄμετρος ψύξις, ἢ θερμασία, καὶ ἡ τοῦ ζωτικοῦ τόνου λύσις. αὗται μὲν αἱ τῆς λειποθυμίας αἰτίαι. καθ᾽ ἑκάστην δὲ αὐτῶν, ἡ θεραπεία ἰδία, καὶ γράψαι νῦν ὑπὲρ πασῶν οὐκ ἐγχωρεῖ. τὰς γὰρ ἐν τοῖς πάθεσι συνεδρευούσας, οὐχ οἷόν τε χωρὶς ἐκείνων ἰάσασθαι. τοσοῦτον οὖν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ ἐροῦμεν περὶ αὐτῶν, εἰς ὅσον ἄν τις μαθὼν, ἱκανὸς εἴη τοῖς ἐξαίφνης ἐμπίπτουσιν ἐνίστασθαι παροξυσμοῖς. οἷον ὅτι τοῖς μὲν χολέραις, καὶ διαῤῥοίαις, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς πολλαῖς καὶ ἀθρόαις κενώσεσιν ἐκλυομένοις, ὕδωρ τε ψυχρὸν προσραίνειν, καὶ τοὺς μυκτῆρας ἐπιλαμβάνειν, καὶ ἀνατρίβειν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, καὶ κελεύειν ἐμεῖν, ἢ ἀνερεθίζειν τὸν στόμαχον, ἤτοι δακτύλων, ἢ πτερῶν καθέσεσιν· ἀλλὰ καὶ χεῖρας, καὶ σκέλη, καὶ πόδας διαδεῖν· εἶναι δὲ χρὴ καὶ τοὺς δεσμοὺς πλείονας μὲν καὶ σφοδροτέρους ἐν ταῖς χερσὶν, ὅταν διὰ τῶν κάτω μερῶν αἱ κενώσεις γίγνωνται, καθάπερ ἐν ταῖς αἱμοῤῥοΐσι, καὶ διαῤῥοίαις, ὅσαις τε διὰ τῶν ὑστερῶν αἱ γυναῖκες κενοῦνται. τὸ γὰρ, τὰ σκέλη τηνικαῦτα σφοδρῶς διαδεῖν, ἐπισπᾶταί τι κάτω πολλάκις. ἔμπαλιν δ᾽ ἐν ταῖς διά τε ῥινῶν αἱμοῤῥαγίαις, καὶ τοῖς ἐμέτοις, οἱ δεσμοὶ πλείονές τε, καὶ σφοδρότεροι, κατὰ τὰ σκέλη γιγνέσθωσαν. καὶ μὴν δὴ καὶ ὅσοις ἐπὶ τρώμασιν αἱμοῤῥαγοῦσιν, ὡσαύτως, ἄνω μὲν ἐπὶ τοῖς κάτω· κάτω δ᾽, ἐπὶ τοῖς ἄνω, τὰ δεσμὰ περιβάλλειν. ἐξευρίσκειν δέ τι καὶ ἀνάῤῥοπον σχῆμα τῷ μέρει, μὴ μέντοι πάνυ σφόδρα· τεινόμενον γὰρ ἐκ τῶνδε, καὶ πονοῦν, οὐδὲν ἧττον, ἢ εἰ κατάῤῥοπον ἦν, παροξύνεται. τὸ δὲ σύμπαν, ἢ ἐπὶ τὰ κοινὰ ἀντισπᾶν τοῖς πεπονθόσιν, ἢ ἐπὶ τὰ τῆς κενώσεως κατάρξαντα· διὰ τοῦτο, τὰς μὲν ἐκ τῶν ὑστερῶν, ἀθρόας κενώσεις, αἱ παρὰ τοὺς τιτθοὺς προσβαλλόμεναι σικύαι, τάχιστα παύουσι· τὰς δ᾽

quique ob inflammationis vel iecoris, vel ſtomachi magnitudinem febricitant, iis per acceſſionum initia anima deficit; præſertim vbi crudorum, miniméque coctorum humorum multitudo, aut inſignis alicuius partis obſtructio infeſtat. Item & quibus os ventris, aut imbecillum eſt, aut à vitioſis humoribus mordetur, aut craſſis, vel glutinoſis, vel humidis, vel frigidis ingraueſcit. Quin & nonnulli affectuum animi vehementia deficiunt; præcipuè ſenes, quique ex aliis imbecillitate aliqua laborant. Etenim ipſorum non paucis mœror, lætitia, ac excandeſcentia, hunc animi defectum intulerunt. Nonnunquam verò & intempeſtiuè erumpentes vapores hoc modo affectis, animi deliquium induxerunt. Quemadmodum & robuſtioribus, immodici ſudores. Præterea abceſſus eruptio vires vehementer lædit; maximéque ſi in ventrem, ſtomachum aut thoracem affatim confluit. Et ſi nos aliquando ſecto abſceſſu pus affatim vacuemus, neceſſariò deficit anima; quemadmodum ſi vberiùs purgemus, vel inaniamus, ſeu elyſteribus, ſeu alio quouis modo, idem malum adferemus; neque verò in hydrope humor, etſi abundet, & præter naturam ſit, ſemel totus citra noxam vacuari poteſt; alioqui hominem deficere animo neceſſe eſt. Sed & doloris vehementia vires proſternit, nimirum ſi repentè vel morſus incidat, vel tormina, vel colicus affectus vel ileos, vel aliud malum oboriatur. Porrò vulneratus neruus, & muſculi caput, animæ deliquium induxerunt; & maligna articulorum vlcera, & gangrænoſa, & depaſcentia omnia, ac immoderata quædam frigiditas, aut caliditas, & vitalis roboris ſolutio. Hæ quidem ſunt animæ deficientis cauſæ. Singulæ verò earum propriam deſiderant, curationem, ſed nunc de omnibus ſcribendi locus non eſt. Nam quæ affectibus inſunt, ſine his curari non poſſunt. De his igitur in hac diſputatione eatenus diſſeram, quatenus diſcat aliquis, quomodo repentè incidentibus acceſſionibus occurrere poſſit. Frigida, exempli gratia, iis ſpargenda eſt, qui ex cholera, alui profluuio, ac aliis multis, ſubitíſque vacuationibus, exoluuntur. Nares quoque comprimendæ ſunt, & os ventris perfricandum, vomitúſque imperandus, aut ſtomachus inſertis in os vel digitis vel plumis laceſſendus; ſed brachia & crura vincienda ſunt; manus quidem pluribus, & vehementibus vinculis, quum infernæ partes vacuantur, vt in hæmorrhoidibus, alui fluxione, & vteri vacuatione. Nam tunc crura vehementer reuincta deorſum ſæpè aliquid attrahunt. Contrà verò; in ſanguinis è naribus eruptione, & in vomitionibus, crura & pluribus & valentioribus ligaturis ſtringenda ſunt. Quinetiam quibus ſanguinem vulnera profundunt, ſi quidem id in ſuperioribus partibus accidat, infernæ; ſin infernis, ſupernæ vinculis aſtringendæ ſunt. Inuenienda enim vulnerato loco figura eſt quæ ſurſum vergat, non tamen ſupra modum; nam ſi adeò tendatur vt dolorem ſentiat, non minùs quàm ſi deorſum vergeret, fluxio irritabitur. In ſumma autem ad ea reuellere oportet, vel quæ communitatem cum affectis partibus habent, vel à quibus humor decurrit; proinde vehementes vteri fluxiones, admotæ mammis cucurbitulæ celerrimè compeſcunt; ſanguinis verò è naribus

naribus eruptionem, eædem iecori, & lieni pro nare sanguinem fundente, aut ambobus visceribus si cruor ex vtraque nare affatim abundéque profluat, affixæ cohibent. Vinum quoque aqua gelida dilutum animi defectiones ex immodicis vacuationibus sanat; maximè si ad ventriculum fluxio repat. Considerandum autem est, num id adhiberi aliquid prohibeat; qualis est visceris alicuius inflammatio, aut vehemens capitis dolor, aut deliratio, aut ardens febris cum morbo crudo. Magnæ enim ac propemodum incurabiles ex vini potu noxæ sequuntur. Quòd si nihil prohibeat, deinceps ægrotantis natura, consuetudo, ætas, & ambientis aëris temperies consideranda est; quibus perspectis aut calidum, aut frigidum potum dabis. Nam qui frigidum bibere non consueuerunt, aut eo manifestè læduntur, quique natura frigidiores sunt ac extremè senes, aut in regione naturaliter frigida degunt, aut hyberno tempore, à frigido arcendi sunt. Qui verò aliter habent, potare intrepidè possunt. Quòd si ventriculus fluxione tentetur, vinum calidum ac tenue, quale Lesbium est, detur. Crassum verò ac nigrum, acerbúmque, in sanguinis eruptione. Locis autem ipsis ventri quidem, & vtero, & stomacho, & thoraci, quæ robur parti inserere idonea sint, admouere oportet. Capiti verò & fronti tum hæc, tum quæ refrigerent. Et si qua in summa cute aut naribus rupta vena est, aliquod ex iis, quæ sanguinem sistunt medicamentum imponendum est. Balneæ autem commodissimæ sunt, si defluxionis iniuriam venter patiatur; sed sanguinis eruptionem vehementer irritant. Atque iis etiam aduersissima sunt, quibus ex sudoris copia deficit anima, quando his cutis laxanda non est, sed astringenda ac refrigeranda. Vinum quoque frigidum maximè est adhibendum; nihil verò quod calidum sit omninò dandum est. Sed nec membra ligare, nec cogere ad vomitum, nec vllo modo mouere oportet. Domus porrò aditus refrigeranti auræ expositus sit, aérque in frigidam densantémque qualitatem mutetur, myrti frondibus, vitium capreolis, ac rosis humi sparsis; nihil horum fluxionibus, quæ in ventrem feruntur confert; has enim tantum augent, quantum cutem densant. His igitur qui ex vacuationibus exoluuntur, sic in præsens est succurrendum. Qui verò humorum multitudine animo deficiunt, haud ita curantur; verùm illorum artus plurimùm fricandi sunt, calefaciendi, ac ligandi. Cæterùm à vino & cibis temperare debent, atque etiam à balneis, si febris adsit; contenti mulsæ potu, in qua thymum, origanum, pulegium, vel hyssopum concoctum sit. Confert autem & acetum mulsum. Quæ porrò ex vteri affectibus mulieres animo destituuntur, eodem modo curantur, excepto aceto mulso. His etiam crura potiùs, quàm brachia deliganda sunt, atque perfricanda; & quemadmodũ in larga fluxione mammis cucurbitulas admouemus, sic quibus sursum reuulsus retractúsque in latus est vterus, inguinibus & femoribus. Naribus quoque obiiciendi sunt grauissimi odores, vtero verò suaues. Adhibenda item sunt laxantia ac calefacientia medicaméta. Si verò ex stomachi imbecillitate animi deliquium sequatur, imponere quæ roborandi vim obtineant emplastra, qualia sunt, quæ ex palmulis conficiũtur,

A διὰ τῶν ῥινῶν, ἥπατί τε, καὶ σπληνὶ, κατὰ τὴν αἱμορραγοῦσαν ῥῖνα· καὶ εἰ δι' ἀμφοτέρων, ἀθρόον καὶ πολὺ φέροιτο, τοῖς σπλάγχνοις ἀμφοτέροις προσβάλλειν. ἰᾶται δὲ καὶ οἶνος, ὕδατι ψυχρῷ κεκραμένος, τὰς ἐπὶ ταῖς ἀθρόαις κενώσεσιν ἐκλύσεις, καὶ μάλιστα τῶν εἰς τὴν γαστέρα ῥεπόντων ῥευμάτων. ἐπισκοπεῖσθαι δὲ, ἢν μή τι κωλύῃ τὴν τοιαύτην δόσιν· οἷον εἰ σπλάγχνον τι φλεγμαῖνον, ἢ κεφαλῆς ἄλγημα σφοδρότερον, ἢ παραφρονητικόν τι πάθος, ἢ πυρετὸς καυσώδης ἐν ἀπέπτῳ νοσήματι. B μεγάλαι γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ σχεδὸν ἀνίατοι, ταῖς τῶν οἴνων πόσεσιν ἕπονται βλάβαι. μηδενὸς δὲ κωλύοντος, ἐφεξῆς δεῖ διορίζεσθαι, τήν τε φύσιν τοῦ νοσοῦντος, καὶ τὸ ἔθος, καὶ τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος κρᾶσιν· εἰς ταῦτα γὰρ ἀποβλέπων, ἢ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν δώσεις τὸ πόμα. τοὺς μὲν γὰρ ἀήθεις ψυχροῦ πόματος, ἢ καὶ φανερῶς βλαπτομένους ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὅσοι φύσει ψυχρότεροι, καὶ τοὺς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ, ἢ καὶ χωρίῳ ψυχροτέρῳ φύσει, ἢ καὶ χειμῶνος εἴργειν τοῦ ψυχροῦ. τοῖς δ' ἐναντίως ἔχουσιν, ἀδεῶς διδόναι πίνειν. ἔστω δὲ καὶ οἶνος, C ἐπὶ μὲν τοῖς εἰς τὴν γαστέρα ῥεύμασι, θερμός τε καὶ λεπτὸς, οἷος ὁ Λέσβιος. ἐπὶ δὲ ταῖς αἱμορραγίαις, παχύς τε, καὶ μέλας, καὶ στρυφνός. ἐπὶ δὲ τοὺς τόπους αὐτοὺς ἐπιτιθέναι, γαστρὶ μὲν, καὶ μήτρᾳ, καὶ στομάχῳ, καὶ θώρακι τὰ τονοῦν πεφυκότα. κεφαλῇ δὲ, καὶ μετώπῳ, καὶ ταῦτα, καὶ τὰ ψύχοντα. καὶ ἐφ' ὧν ἐπιπολῆς, καὶ κατὰ τοὺς μυκτῆρας φλεβῶν, εἴη τις ἐῤῥωγυῖα, τῶν ἐπεχόντων φαρμάκων τὸ αἷμα, ἐπιτιθέναι. λουτρὰ δὲ, τοῖς μὲν εἰς τὴν γαστέρα ῥεύμασιν ἐπιτηδειότατα· τὰς δ' αἱμορραγίας, δει- D νῶς παροξύνει. καὶ ὅσοι διὰ πλῆθος ἱδρώτων λειποθυμοῦσι, καὶ τούτοις ἐναντιώτατα, χρὴ γὰρ αὐτῶν στύφειν τε, καὶ ψύχειν, οὐ χαλᾶν τὸ δέρμα. καὶ τὸν οἶνον ψυχρὸν μάλιστα διδόναι τούτοις, καὶ μηδὲν ὅλως προσφέρειν θερμόν. ἀλλὰ μηδὲ διαδεῖν τὰ κῶλα, μηδ' ἀναγκάζειν ἐμεῖν, μηδὲ κινεῖν ὅλως. καὶ πνευμάτων εἰσόδοις ψυχόντων ἐπιτεχνᾶσθαι, καὶ τὸν ἀέρα τοῦ οἴκου, τρέπειν εἰς ψύχουσάν τε, καὶ στρυφνὴν ποιότητα, μυρσίναις τε, καὶ ἀμπέλων ἕλιξι, καὶ ῥόδοις καταστρωννύντα τοὔδαφος· τούτων οὐδὲν χρήσιμον τοῖς εἰς τὴν γαστέρα ῥεύμασιν, E αὔξεται γὰρ εἰς ὅσον ἂν πυκνωθῇ τὸ δέρμα. τοῖς μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς κενώσεσιν ἐκλυομένοις, οὕτω βοηθεῖν, ἔν γε τῷ παραχρῆμα. τοῖς δ' ἐπὶ πλήθεσιν, οὐκ ἔθ' ὁμοίως, ἀλλὰ τρίβειν ἐπὶ πλεῖστον, ἐπ' ἐκείνων τὰ κῶλα, καὶ θερμαίνειν, καὶ διαδεῖν. οἴνου δὲ, καὶ τροφῆς ἀπέχειν, καὶ λουτρῶν, εἰ πυρέττοιεν· ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς μελικράτου τε διδόναι πόμα, ἢ θύμου, ἢ ὀριγάνου, ἢ γλήχωνος, ἢ ὑσσώπου, ἔχοντος ἐναφηψημένον. ἐπιτήδειον δὲ καὶ ὀξύμελι. καὶ τὰς ἐφ' ὑστέραις δὲ πεπονθυίαις ἐκλυομένας, ὡσαύ- F τως ἰᾶσθαι, πλὴν ὀξυμέλιτος, καὶ διαδεῖν, καὶ τρίβειν σκέλη μᾶλλον, ἢ χεῖρας. καὶ ὥσπερ ἐπ' ἐκκρίσει πολλῇ, παρὰ τοὺς τιτθοὺς σικύας ἐπιτίθεμεν, οὕτως αἷς ἀνέσπασται, καὶ περιέσπασται, βουβῶσί τε καὶ μηροῖς προσάξομεν. καὶ ταῖς μὲν ῥισὶν, ὀσφραντὰ δυσωδέστατα, ταῖς δὲ μήτραις, εὐώδη. καὶ τὰ χαλᾶν, καὶ θερμαίνειν δυνάμενα φάρμακα προσοίσομεν. εἰ δ' ἄῤῥωστος ὁ στόμαχος εἴη, καὶ ταύτῃ λειποθυμοῖεν, ἐπιπλάττειν μὲν τοῖς τονοῦν δυναμένοις, οἷα τά τε διὰ τῶν φοινίκων ἐστὶ,

καὶ οἴνου, καὶ ἀλφίτων, καὶ κρόκου, καὶ ἀλόης, καὶ μαστίχης· ἐπιβρέχειν δὲ τοῖς δι' ἀψινθίου, καὶ μηλίνου, καὶ μαστιχίνου, καὶ νάρδου, καὶ οἰνάνθης, καὶ οἴνου. καὶ εἰ ἐκκαίοιντο, μιγνύναι τι καὶ τῶν ψυχόντων, οἷον τῆς τε κολοκύνθης τὸν χυλόν, καὶ τῆς θριδακίνης, καὶ τῆς ἀνδράχνης, καὶ τοῦ στρύχνου, καὶ τῆς σέρεως, καὶ τοῦ ὄμφακος. ἔστι μὲν γε, οὐ ψύχει μόνον, ἀλλὰ καὶ στύφει. καὶ ψυχρὸν ὕδωρ τοῖς διακαιομένοις τὸν στόμαχον ὀνίνησι πολλάκις ἐν καιρῷ δοθέν, ἄλλως δέ, μεγάλως βλάπτει. καὶ χρὴ μᾶλλον οἴνου θερμοῦ διδόναι τοῖς ἀῤῥώστοις τὸν στόμαχον, εἰ μηδὲν ἄλλο κωλύει· ὀνίνησι δὲ μεγάλως τοὺς τοιούτους στομάχους, καὶ ἡ τῶν ἀκρωτηρίων τρῖψις. εἰ δ' ἐπὶ τούτοις βελτίους μὴ γίνοιντο, τοὺς μὲν ἐκκαιομένους, ἐπὶ λουτρὸν ἄγειν τὴν ταχίστην. ὅσοι δὲ ψύξεώς τινος αἴσθησιν ἔχουσι, τοῦ τε διὰ τριῶν πεπέρεων φαρμάκου, καὶ αὐτοῦ τοῦ πεπέρεως μόνου, καὶ ἀψινθίου πινόντων. ὅσοι δὲ, μοχθηρῶν χυμῶν δακνόντων τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, ἐκλύονται, διδοὺς ὕδωρ θερμὸν, ἢ ὑδρέλαιον, ἐμεῖν κελεύειν. εἰ δὲ δυσεμεῖς εἶεν, θάλπειν χρὴ πρότερον, αὐτά τε τὰ περὶ τὸν στόμαχον χωρία, καὶ πόδας, καὶ χεῖρας. εἰ δὲ μηδ' οὕτως δύναιντο, πτερά, ἢ δακτύλους καθιέντας, ἐρεθίζειν. εἰ δὲ μὴ δ' οὕτως, αὖθις αὖθις ἔλαιον θερμὸν ὅτι κάλλιστον δοτέον. εἴωθε δὲ πολλάκις τοὔλαιον, οὐκ εἰς ἔμετον μόνον ὁρμᾶν, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα λαπάττειν· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο, οὐ μικρὸν ἀγαθὸν τοῖς προοῦσιν. ὥστ' εἰ μὴ γίνοιτο αὐτόματον, ἐπιτεχνᾶσθαι χρή· μάλιστα δὲ τοῖς προσθετέοις, αὐτὸ πειρᾶσθαι δρᾶν. εἰ δὲ ῥᾷον ἐπὶ τοῖσδε γίνοιτο, καὶ ἀψινθίου κόμην ἐναφέψων, μελικράτῳ, διδόναι πίνειν, καὶ οἶνον ἐφεξῆς· καὶ παντοίως ῥωννύναι τὰ μόρια, διά τε τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων φαρμάκων, καὶ τοῦ ἀψινθίου ταῖς πόσεσιν. οὐ μὴν κατ' ἀρχὰς κελεύω σε τοῦτο ποιεῖν οὕτως, ἀλλ' ὕστερον, ἡνίκα μὲν ἤδη καθαρὰ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν ᾖ· περιεχομένων δέ τι τῶν χυμῶν ἐν αὐτῇ, μηδέπω στύφειν, ἀλλ' ἀρκεῖ θάλπειν μόνον, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. φλέγματος δὲ πολλοῦ, καὶ ψυχροῦ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἠθροισμένου, καταντλεῖν μὲν ἐπὶ πλεῖστον, ἐλαίῳ συνέψων ἀψίνθιον· ἐφεξῆς δέ, τοῦ μελικράτου διδόναι, ἢ ὑσσώπου, ἤ τι τῶν ὁμοίων ἀποβρέχων, ὀξυμέλιτός τε, καὶ πεπέρεως, καὶ τοῦ διὰ τριῶν πεπέρεων, καὶ τοῦ διοσπολιτικοῦ φαρμάκου. καὶ τὸ σύμπαν σοι τῆς διαίτης κεφάλαιον, τμητικὸν ἔστω. τὰς δ' ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς ψύξεσιν ἐκλύσεις, ὁμοίως τοῖς βουλίμοις ἰᾶσθαι, παντὶ τρόπῳ θερμαίνοντα. τόν τε οὖν οἶνον αὐτοῖς διδόναι, θερμῷ κεκραμένον, καὶ τροφὰς, τὰς θερμαίνειν πεφυκυίας. ἀνατρίβειν τε, καὶ θάλπειν παρὰ πυρί. τὰς δ' ἐπὶ θερμασίᾳ πλείονι γινομένας λειποθυμίας, τοῖς ἐμψύχειν τε, καὶ τονοῦν δυναμένοις. ἐμπίπτουσι γὰρ αὗται μάλιστα τοῖς ἐν ἀέρι πνιγώδει καὶ βαλανείῳ χρονίσασι. ῥώσεις οὖν αὐτοὺς, ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα, τότε ψυχρὸν ὕδωρ προσραίνων, καὶ ῥιπίζων. καὶ πρὸς ἄνεμον τρέπων, καὶ τρίβων τὸ στόμα τῆς κοιλίας, καὶ παρατίλλων· ἐφεξῆς δ' ἤδη, καὶ οἶνον διδοὺς καὶ τροφάς. τοὺς δὲ διὰ μέγεθος φλεγμονῆς, ἢ καὶ κακοήθειαν σφοδροῦ πυρετοῦ, λειποθυμοῦντας, ἐν ταῖς εἰσβολαῖς, καὶ καταψυχομένους, τὰ κῶλα τρίβων ἰσχυρῶς, καὶ θάλπων, καὶ διαδῶν σκέλη τε, καὶ χεῖρας, ἐγρηγορέναι τε κελεύων, καὶ σιτίου παντὸς ἀπέχεσθαι, καὶ πόματος. ἄριστον δ' ἐπὶ τούτων, προγνῶναι τὸ μέλλον ἔσεσθαι, καὶ φθάνειν αὐτὰ πράξαντα πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. καὶ τοὺς διὰ ξηρότητα δὲ συγκοπτομένους, ἐν ταῖς τῶν παροξυσμῶν ἀρχαῖς, ἄριστον προγινώσκειν.

vino, polentis, croco, aloë, & mastiche; perfundere verò oleo ab sinthino, melino, mastichino, nardino, œnanthino, & vino oportet. Aestuante autẽ stomacho, aliquid quòd refrigeret miscendũ est; qualis est cucurbitæ, lactucæ, portulacæ, solani, seris, & vuæ acerbæ succus. Hæc enim non solùm refrigerat, sed & astringit, & aqua frigida ardenti stomacho plerúnque confert, opportunè data, alióqui magnoperè lædit. Imbecillo autem stomacho vinum calidum potiùs dandum est, modò nihil aliud prohibeat; eiusmodi autem stomachi, frictionibus extremarum partium mirificè iuuantur. Quòd si ex his nihilo meliùs habeant, exæstuantes quidem celerrimè ad balneum ducendi sunt. His verò qui alicuius frigoris sensu afficiuntur, medicamentum quod triplici pipere constat, solúmque piper, & absinthium in potu dandum est. Qui verò ex vitiosis humoribus os ventris mordentibus exanimantur, epota vel aqua calida, vel hydrelæo vomere iubeantur. At si non facilè vomant, priùs partes stomacho adiacentes, & manus, & pedes, calefaciendi sunt. Quòd si ne sic quidem vomere possint, immissis in os vel pennis vel digitis, stomachus irritandus est. Sin neque sic vomant, rursus oleum calidum quàm optimum adhibendum est. Id autem oleum sæpè non solùm vomitum prouocare, sed & ventrem mollire solet; id quod non parum ad rem de qua agitur facit. Quocirca nisi sponte accidat, arte procurare oportet; maximè verò appositis remediis; ex quibus, si faciliùs vomat, absinthij coma aqua mulsa incocta, in potu danda est, deinde vinum; modísque omnibus roborandæ partes sunt, tum medicamentis forinsecus impositis, tum absinthij potu. At non per initia quidem, sed pòst, repurgato iam ventre, id faciendum esse suadeo; quando si succos contineat, astringendus non est, sed calefaciendus, vt priùs dictum est. Si verò multa frigida pituita in ore ventriculi collecta sit, plurimùm fouere oportet oleo, in quo absinthium decoctum sit; deinde mulsam dare, in qua vel hyssopum, vel id genus aliud maduerit, & acetum mulsum, & piper, quódque ex triplici pipere constat medicamentum, & diospoliticum. Victus autem ratio omninò incidendi facultate sit prædita. Ex vehementi autem refrigeratione defectiones non aliter, atque bulimum, curamus; nimirum calefacientes modis omnibus. Itaque vinum in potu dandum est calida temperatum; cibíque calefacere idonei. Fricare quoque eiusmodi ægrotos oportet, ad ignémque calefacere. Quæ verò ex superuacuo calore ortum habent lipothymiæ, refrigerantia ac roborantia desiderant. His enim maximè accidunt, qui diutiùs in aëre æstuoso, & balneis versati sunt. In præsens igitur robur his restitues, si frigidam inspergas, ac ventiles, & auræ exponas, ósque ventris frices, ac irrites; postea vino & cibo reficias. At quibus ob inflammationis magnitudinem, aut vehementis febris malignitatem, in accessionibus animus deficit, quíque refrigerantur, eorum artus fricare, ac calefacere, curáque, ac manus ligare; vigilias imperare, cibum potúmque in totum circuncidere oportet. Optimum porrò in his quid futurum sit prænosse, & ea ante febris accessionem efficere. Quíque ex siccitate per accessionum initia in syncopen labuntur prænosse optimum. Nam

Nam si duabus tribúsve horis ante accessionem cibum dederis, & pedes & manus contineri iusseris, seruari poterit. Cibus autem coctu facilis sit, & stomacho accommodatus. Quòd si vehemens fore periculum suspiceris, vinum maximè alicæ elixæ superfusum dare anticipabis. Loco autem alicæ panis eadem vtilitate adhiberi potest. Si verò mediocris syncope expectetur, vino opus non est: sed tunc abundè feceris, si mala punica, vel pyra, vel mala, vel pomum aliud quodpiam, astringendi facultate donatum, cum cibis miscueris. Post hæc verò, si moderatè accessionem ferant, quum iterum cibus datur, pomorum vsus necessarius non est. Hæc quidem agenda sunt, si quod futurum est præsenseris. Si qui verò inopinatò in hoc discrimen inciderint, vini calidi, panis, & alicæ cum eo calidæ momentum dare debebis. Nam si largiorem, aut coctu difficiliorem hoc modo affectis cibum dederis, non solùm in syncopen perducentur, sed omninò suffocabuntur. Quibus autem animus ex insignis partis obstructione deficit, acetum mulsum dandum est, potióque ex hyssopo, origano, pulegio, & melle; & cibi ex eorum qui valenter incidunt genere. Crassi enim ac glutinosi magnoperè in hoc affectu lædunt. Nihil verò obfuerit artus perfricare ac ligare. Sed & vtiliter potiones, quæ ciendæ vrinæ facultatem habent, adhibentur; quales ex anetho, fœniculo, apio, petroselino, ammi, dauco, & spica nardi sunt; quæ vbi iam manifestè iuuerint, vino albo ac tenui non admodum vetere vtendum est. Noscuntur autem huiusmodi obstructiones, cùm ex aliis pulsuum inæqualitatibus, tum maximè ex his quæ in magnitudine & paruitate, vehementia & debilitate inueniuntur, modò adiuncta syndrome, *id est concursu*, quam plethoricam vocant, non sit. Ea enim communes cum obstructione inæqualitates obtinet. In eiusmodi autem affectibus, si quidem magni sunt, pulsus intermittunt. Verùm hæc fusiùs in libris de Pulsibus sunt explicata. Nunc verò ad reliquarum animi defectionum disputationem transeamus; cuiusmodi est, quæ ex abscessus vel ruptione, vel sectione, & immodica in his, qui hydero laborant, vacuatione fit. Satis enim ad præsens fuerit rebus odoris hos reficere; paulò pòst autem sorbitiones coctu faciles adhibere. At si ob tristitiam, lætitiam, timorem, excandescentiam, aut pauorem animo consternantur, odoramentis & narium comprehensionibus refocillati ad vomitum cogendi sunt. Ad eundem modum, si qui ex vulneribus, purgationibus, doloribúsque articulorum, neruorum, & tendonum musculorum animo deficiant, in primis reficere; pòstea verò idoneum affectui remedium præstare oportet. Si verò colicos affectus, aut iliosos, aut eorum aliquem qui vehementer affligunt, animi deliquium sequatur; affectarum partium fomentis calidis, & extremarum frictionibus animus restituitur. Quæ verò ob propriam facultatum corpus nostrum moderantium imbecillitatem, animi defectiones fiunt, ab intemperie earum partium vnde vires proficiscuntur, contractam, contraria intemperie curari debent; nempè frigidam calefaciendo, calidam refrigerando, atque in aliis eadem ratione. Vitalis quidem vocata facultas, quam è corde prodire docuimus,

Εἰ γὰρ ὥραις που δύο, ἢ τρισὶν ἔμπροσθεν περὶ τοῦ παροξυσμοῦ, θρέψαις, διακρατεῖσθαί τε πόδας καὶ χεῖρας κελεύσας, οὐκ ἂν ἀπόλοιντο. εἶναι δὲ χρὴ τὰς τροφὰς εὐπέπτους τε, καὶ εὐστομάχους. Εἰ δὲ καὶ σφοδρὸν τὸν κίνδυνον ὑπονοήσης ἔσεσθαι, φθάνειν οἴνου διδόναι, καὶ μάλιστ' εἰς χόνδρον ἑφθὸν τὸν οἶνον ἐπιχέας, προσφέρειν. Εἰ δὲ καὶ ἄρτον ἀντὶ χόνδρου διδοίης, ἴσον δύναται. μετρίας δὲ τῆς συγκοπῆς [13] προσδοκωμένης, οὐδὲν οἴνου δεῖ, ἀλλ' ἀρκεῖ τηνικαῦτα, ῥοιῶν, ἢ ἀπίων, ἢ μήλων, ἢ τινος ἄλλης ὀπώρας στυφούσης, ταῖς τροφαῖς μιγνύναι. καὶ εἰ ἐπὶ τοῖσδε, μετρίως τὸν παροξυσμὸν ἐνεγκοῖεν, αὖθις τρέφοντας, οὐκ ἀναγκαῖον ὀπώραις χρῆσθαι. Ταῦτα μὲν πρακτέον, εἰ προγνοίης τὸ μέλλον ἔσεσθαι. τοῖς δ' ἐξαίφνης εἰς τὸν κίνδυνον ἐμπίπτουσιν, οἴνου τε διδόναι θερμοῦ, καὶ ἄρτου, καὶ χόνδρου σὺν αὐτῷ θερμοῦ παντελῶς ὀλίγον. Εἰ γὰρ τούτοις πλέον διδοίης, ἢ δυσπεπτότερα σιτία τοῖς οὕτως ἔχουσιν, οὐ συγκοπήσονται μόνον, ἀλλὰ καὶ πνιγήσονται τελέως. τοῖς δὲ δι' ἔμφραξιν ἐπικαίρου μορίου λειποθυμοῦσιν, ὀξύμελί τε διδόναι, καὶ τὸ δι' ὑσσώπου, καὶ ὀριγάνου, καὶ γλήχωνος, καὶ μέλιτος πόμα· καὶ τροφὰς τοῦ τμητικωτέρου τρόπου. τὰ γὰρ παχέα, καὶ γλίσχρα, μεγάλας ἐν τοῖς τοιούτοις ἐργάζεται βλάβας. ἀλλὰ καὶ τὰ κῶλα τρίβειν τε, καὶ διαδεῖν, οὐδὲν χεῖρον. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς οὖρα κενοῦσι χρῆσθαι πόμασιν, οἷα τά τε δι' ἀνήθου, καὶ μαράθρου, καὶ σελίνου, καὶ πετροσελίνου, καὶ ἄμμεως, καὶ δαύκου, καὶ νάρδου στάχυος· ἐφ' οἷς, φανερᾶς οὔσης ἤδη τῆς ὠφελείας, οἴνῳ χρῆσθαι, λευκῷ καὶ λεπτῷ, μὴ πάνυ παλαιῷ. γνωρίζεις δὲ τὰς τοιαύτας ἐμφράξεις, ταῖς τ' ἄλλαις ἀνωμαλίαις τῶν σφυγμῶν, καὶ μάλιστα ὅσαι κατὰ μέγεθός τε, καὶ μικρότητα, καὶ σφοδρότητα, καὶ ἀμυδρότητα γίνονται, μὴ παρούσης τῆς καλουμένης πληθωρικῆς συνδρομῆς. Εἰσὶ γὰρ κἀκείνης κοιναί. γίνονται δὲ καὶ διαλείποντες ἐπὶ ταῖς μεγάλαις τῶν τοιούτων διαθέσεων οἱ σφυγμοί. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλέον, ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν λέγεται. νυνὶ δὲ μεταβῶμεν ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ὑπολοίπων ἐκλύσεων λόγον· οἷαι ὅσαι τε διὰ ῥῆξιν ἀποστήματος, ἢ τομὴν γίγνονται, καὶ ὅσαι διὰ κένωσιν ἀθρόαν ἐν ὑδέροις. ἀπόχρη δὲ τούτοις ἐν μὲν τῷ παραυτίκα, τοῖς ὀσφραντικοῖς ἀνακτήσασθαι· μικρὸν δ' ὕστερον, ῥοφήμασιν εὐπέπτοις [14] χρῆσθαι. Εἰ δὲ καὶ λύπῃ, ἢ χαρᾷ, ἢ φόβον, ἢ θυμὸν, ἢ ἔκπληξιν ἐκλυθεῖεν, ὀσφραντικοῖς τε καὶ ταῖς τῶν ῥινῶν καταλήψεσιν ἀνακτησάμενον, ἐμεῖν ἀναγκάζειν. ὡσαύτως δὲ, καὶ τοὺς ἐπὶ τραύμασιν, ἢ καθάρσεσιν, ἢ ἀλγήμασι τοῖς κατὰ τὰ ἄρθρα, καὶ νεῦρα, καὶ τῶν μυῶν τοὺς τένοντας· ἔν γε τῷ παραχρῆμα, δεῖ ἀνακτᾶσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα, τὴν προσήκουσαν ποιεῖσθαι τοῦ παθήματος θεραπείαν: αἱ δ' ἐπὶ τοῖς κωλικοῖς πάθεσιν, ἢ τοῖς εἰλεοῖς, ἢ τινι τῶν οὕτω μεγάλας ἐπιφερόντων ὀδύνας, ἑπόμεναι λειποθυμίαι, ταῖς τε τῶν πεπονθότων μορίων ἀλέαις, μάλιστα καθίστανται, καὶ ταῖς τῶν ἄκρων τρίψεσιν. Τὰς δὲ δι' ἀρρωστίαν οἰκείαν τῶν διοικουσῶν τὸ σῶμα δυνάμεων ἐκλύσεις, ἐπὶ δυσκρασίᾳ τῶν μορίων ἐκείνων γιγνομένας, ὅθεν αἱ δυνάμεις ὁρμῶνται, ταῖς ἐναντίαις δυσκρασίαις ἰᾶσθαι προσήκει· θερμαίνοντας μὲν τὰς ψυχρὰς, ψύχοντας δὲ, τὰς θερμὰς, ἐπί τε τῶν ἄλλων, ἀνάλογον. ἡ μὲν οὖν ζωτικὴ καλουμένη δύναμις, ἣν ἐκ καρδίας ὁρμωμένην ἐδείξαμεν,

ἐκ τῶν ἀμυδρῶν σφυγμῶν γνωρίζεται. ἡ δὴ ἐξ ἥπατος μὲν ὁρμωμένη, θρεπτικὴ δ' ὀνομαζομένη, ταῖς αἱματώδεσι διαχωρήσεσι, κατ' ἀρχὰς μὲν ὑδατώδεσί τε, καὶ λεπταῖς γιγνομέναις, ὕστερον δὲ παχείαις, οἷάπερ ἡ ἀμόργη. τὴν δ' ἀπ' ἐγκεφάλου μὲν ὁρμωμένην δύναμιν, ἐξαιρέτως δ' ὑπό τινων ὀνομαζομένην ψυχικὴν, τῇ ἐπὶ τὰς προαιρετικὰς κινήσεις ἀῤῥωστίᾳ γνωρίζομεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων διαθέσεων, ἰδίᾳ σοι γράψομεν ἐν ἑτέρῳ γράμματι, πάμπολλα γάρ ἐστιν ἐν αὐταῖς παρορώμενα τοῖς ἰατροῖς.

A ex pulsuum debilitate deprehenditur. Quæ autem ex iecore oritur, hanc altricem vocant, ex cruentis alui deiectionibus initiò quidem aquosis & tenuibus, deinde verò amurcæ in modum crassis. Quæ verò ex cerebro originem ducit facultas, animalem nonnulli peculiari nomine vocant, arbitrarij motus imbecillitate cognoscitur. In alio autem opere de eiusmodi affectibus, ex quibus multa sunt à medicis prætermissa seorsum tibi conscribemus.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛʹ.

Θεραπεία τῶν τῆς κεφαλῆς ἀλγημάτων τῶν ἐν τοῖς πυρετοῖς.

ΕΠεὶ δὲ τὸν περὶ τῶν συμπτωμάτων λόγον πεποιήμεθα μέχρι δεῦρο, πάλιν ἐπανίωμεν πρὸς τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἕνα κοινὸν ἐπὶ πάντων ἔχοντες σκοπὸν, ἐπισκέπτεσθαι τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αὐτῶν αἰτίαν· αὕτη γὰρ ἐνδείξεταί σοι τὴν προσήκουσαν ἴασιν. οἷον εἴ τις ἀλγοίη τὴν κεφαλὴν, εἰ μὲν ἀσώδης εἴη, καὶ καρδιώττοι, κελεύειν ἐμεῖν, ἐμεῖται γὰρ, ἢ χολὴν, ἢ φλέγμα, ἢ ἄμφω. μηδενὸς δὲ ἐπισήμου κατὰ τὴν γαστέρα παθήματος ὑποφαινομένου, σκοπεῖσθαι, πότερον πλῆθός ἐστιν, ἢ ἔμφραξις, ἢ φλεγμονή τινος τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ μορίων· εὑρήσεις δὲ, πρῶτον μὲν, εἰ δι' ὅλης αὐτῆς ἐκτέταται τὸ ἄλγημα, πυνθανόμενος, ἢ κατά τινα τῶν μορίων ἐρείδει σφοδρότερον. ἔπειτα δὲ, πότερον μετὰ βάρους, ἢ τάσεως, ἢ δήξεως, ἢ σφυγμοῦ. τὰ γὰρ μετὰ βάρους ἀλγήματα, πλῆθος δηλοῖ· τὰ δὲ μετὰ δήξεως, ἢ ἀτμῶν, ἢ χυμῶν, δριμύτητα· τὰ δὲ μετὰ σφυγμοῦ, φλεγμονήν· τὰ δὲ μετὰ τάσεως, εἰ μὲν ἄνευ βάρους, καὶ σφυγμοῦ, καὶ πνεύματος ἀπέπτου, καὶ φυσώδους, πλῆθος· εἰ δὲ μετὰ σφυγμοῦ, καὶ φλεγμονὴν ὑμενώδους σώματος· εἰ δὲ μετὰ βάρους, πλῆθος ἐντὸς τῶν ὑμένων ἰσχόμενον. ὅταν οὖν παντάπασι ταῦτα διορισθείη, τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αὐτῶν αἰτίαν σκοπεῖν χρή. ἐκείνη γὰρ ἐνδείξεταί σοι τὴν θεραπείαν· οἷον εἰ πλῆθος εἴη περιεχόμενον ἀτμῶν, ἢ χυμῶν, ἐπισκοπεῖσθαι, πότερον διὰ μέγεθος πυρετῶν οἱ χυμοὶ χυθέντες τε, καὶ οἱονεὶ ζέσαντες ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὥρμησαν, ἢ διὰ τὴν τοῦ μέρους ἀῤῥωστίαν, ἢ διὰ τὴν ἐν παντὶ τῷ σώματι πλησμονήν· ταύτην μὲν γὰρ οὐκ ἂν χαλεπῶς ἰάσαιο, ταῖς τοῦ ὅλου κενώσεσι. τὴν δὲ ἐπ' ἀσθενείᾳ τοῦ μορίου, τὸ μέν τι, παντὶ τοῦ σώματος ἀντισπῶν, τὸ δέ τι, ταῖς τοῦ μέρους ἰάσεσιν. ἀντισπάσεις μὲν οὖν κλύσμασί τε δριμέσι, καὶ δεσμοῖς, καὶ τρίψεσι τῶν κάτω πολλαῖς, κἂν οὕτω δέῃ, καὶ τοῦ αἵματος ἀπάγων τι. τὸ δὲ μόριον ἐξιάσῃ, καθ' ὃν μὲν καιρὸν ἀντισπᾷς εἰς τὸ ὅλον σῶμα, ταῖς ἀπωθεῖσθαί τι τῆς κεφαλῆς δυναμέναις ἐπιβροχαῖς· μετὰ δὲ ταῦτα, ταῖς κενούσαις· εἰς ὕστερον δὲ, ταῖς τονούσαις. ἀπωθεῖται μὲν οὖν, ἔλαιον τὸ καλούμενον ὠμοτριβὲς, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων παραπλήσιον, οἷον ὀξυρόδινόν τε, καὶ ῥόδινον, αὐτὸ καθ' αὐτὸ, καὶ ὅσα διὰ τῶν τοῦ μήκωνος κωδιῶν, καὶ θαλλῶν ἐλαίας τῶν ἁπαλῶν, καὶ κιττοῦ τῶν κορύμβων, ἡδυόσμου τε τοῦ χλωροῦ, καὶ σισυμβρίου σκευάζεται· χρῆσθαι δὲ αὐτοῖς, ἐπὶ μὲν ὠμοτέρου τε, καὶ ψυχροτέρου πλήθους, χλιαροῖς· ἐπὶ δὲ θερμοτέρου, καὶ χολωδεστέρου, ψυχροῖς. κενοῖ δὲ καὶ διαφορεῖ τὸ θερμὸν ἔλαιον, αὐτό τε καθ' αὐτὸ, καὶ μᾶλλον, εἰ παλαιὸν, ἢ σικυώνιον εἴη, ἢ καὶ ἄνηθον ἐναφηψημένον ἔχοι· τὸ γὰρ μὴ πάνυ παχείων, μήτε γλίσχρων χυμῶν πλῆθος,

CAPVT XVI.

Dolorum capitis in febribus curatio.

QVoniam autem hactenus symptomata disputando prosequuti sumus, rursus ad ea, quæ initiò proposita sunt, redeamus; vnum omnium communem scopum habentes, nempè causæ à qua hæc omnia fiant, contemplationem; ipsa enim conueniens remedium tibi ostendet; velut in capitis dolore, si quis cibum fastidiat, & stomachi rosionem sentiat, vomere iussus, vel bilem, vel pituitam, vel vtrunque vomitione eiiciet. Nulla verò nota ventris affectum testante, considerandum, num repletio, vel obstructio, vel inflammatio, aliquam capitis partem obsideat; quod inueniemus, primùm quidem interrogantes, num dolor in vniuersum caput sparsus sit, an in parte quapiam vehementiùs insideat. Postea verò, an cum grauitate, distentione, morsu, vel pulsu affligat. Si enim cum grauitate vrget, multitudinem; cum morsu autem, actimoniam vel vaporis vel humoris; cum pulsu, inflammationem; cum distentione autem, citra grauitatem quidem, ac pulsum crudi ac flatulenti spiritus, copiam; cum pulsu verò, membranaceæ substantiæ inflammationem; cum grauitate verò, retentam in membranis multitudinem indicat. His igitur omnibus distinctis, causa, vnde singula proficiscuntur, est consideranda. Siquidem illa curandi rationem tibi commonstrabit; vt quum vel vaporis, vel humoris copia contineatur, considerandum est, an ob febris magnitudinem fusi, ac velut feruefacti humores caput subierint, an propter partis imbecillitatem, an totius corporis plenitudinem; hanc etenim facilè curaueris, nimirum corporis vniuersi vacuatione. Eam verò quæ ob partis fit imbecillitatem, partim quidem reuocando in totum corpus, partim verò affecto loco remedia adhibēdo. Reuocamus quidem acribus clysteribus, & vinculis, ac multis infernarum partium frictionibus, sanguinis etiam nonnihil, si ita necessitas vrget, detrahendo. Parti autem medemur, interim dum in corpus totū reuellimus, ea capiti inspergētes quæ repellendi vim obtinent; deinde vacuantes; postea verò roborantes. Repellit quidem oleum omphacinum dictum, aut aliquod aliud simile; quale est oxyrodinum, & ipsum rosaceum per se; & quæ ex papaueris calycibus, ac teneris oleæ termitibus, hederæ corymbis, viridi menta, & sisymbrio, comparantur; quibus in crudiore quidem, & frigidiore plenitudine tepidis vti licet; frigidis verò in calidiore, ac biliosiore. Vacuat autem ac digerit oleum calidū solum, præsertim si vel vetus, vel sicyoniū sit, aut si anethum in ipso fuerit concoctū; hæc enim abundè vacuant humorū plenitudinē, non qui-

non quidem omninò crassorum ac lentorum; sed & si vel spondylium, vel serpyllum, oleo incoxeris, vel pulegij comam, vel calaminthæ, aut menthæ, & sisymbrij, crassiorem etiam humorem vacuabis. Eadem quoque robur quoddam partibus inserunt, ac debiles confirmant. His itaque continenter vsque ad integram curationem est vtendum. Et si res postulat, etiam per nares & palatum purgabis, sternutamentáque ciebis. Quòd si ad balnea hominem deduxeris, caput siccis linteis perfricabis, salémque & nitrum ac sinapi sine oleo insperges. Hæc quidem sunt dolorum capitis ex eius partis imbecillitate remedia. Quum verò ex febris magnitudine dolor accidit, remediáque efflagitat, frigidæ tum qualitates tum facultates, & quæ ex hydrelæo, oxyrodino, & papaueris calicibus fiunt perfusiones, auxiliantur. Doloris autem capitis decretoriam, vel sanguinis eruptionem, vel vomitionem nunciantis curatio vestiganda non est; non enim symptoma, sed salubre signum potiùs sit, existimandus; quemadmodum & alia non pauca, quæ multos quidem ante crisin terrent, salutem verò promittunt. Optimum autem est posse cognoscere corpus à natura perturbari, tum alias, excretiones, tum maximè vomitum, ac sanguinis eruptionem moliente; quorum inseparabilis nota est capitis dolor. De omnibus autem in alio opere fusiùs tractatur. Quantum verò ad præsentem cognitionem attinet, primùm seruantes institutum, de ipsis aliquid breuiter dicemus. Primùm igitur consideranda febrium species est; an calidæ sint, ac ardentes. Solent enim hæ excretione iudicari; quemadmodum mitiores & velut languentes diutiùs durant, ac in abscessum plerunque finiuntur. Deinde verò an morbus salutaris sit; nam quis bonam crisin in pernitioso morbo sperauerit? Tertio ad hæc, vniuersi morbi tempus notare oportet. Nam si principij vel incrementi, nondum verò status, aut coctionis notæ apparuerint, per vrinas, aut sputum, aut alui deiectiones bona crisis fieri non potest. Hæc quidem sunt, ex quibus morbum per excretionem iudicatum iri sperare possis. Iam verò eius, quod adest, nec iam futurum est, hæ sunt notæ; in tolerando difficultas vniuersam crisin antecedit; noctu quidem, si interdiu morbus iudicari debet; interdiu verò, si noctu. Igitur si quid eiusmodi conspexeris, videndum est, quotum morbi diem ducat æger. Nam sunt qui vel paruo naturæ impulsu decernere idonei sunt. Sed multi, ne in vehementibus quidem commotionibus, cognoscere omninò possunt, an perturbationis magnitudo pro diei natura sit. Septimus enim vel exiguo naturæ instructu crisin per vacuationem mouet. Sextus verò magno naturæ conatu eget, atque rarò quidem decernit. Quòd si decernat, id cum periculo & sine fide fit. Ad eundem modum aliorum etiam dierum singulis propria quædam natura inest, quam in libris de diebus decretoriis explicauimus. Agedum perturbationis magnitudini dies respondeat; postea considerato, qualis futura crisis sit; de aliis quidem nunc disputare necesse non est. An verò vomitus futurus sit, vel sanguis per nares fluxurus (in eiusmodi enim crisibus signum vnum esse dicebamus, nempe capitis dolorem)

ἱκανῶς διὰ τῶν τοιούτων κενώσεις· ἀλλὰ καὶ τὴν σπονδύλιον ἢ ἕρπυλλον ἐναφέψοις, ἢ γλήχωνος κόμην, ἢ καλαμίνθης, ἢ ἡδυόσμου τε, καὶ σισυμβρίου, κενώσεις οὕτω καὶ τὸ παχύτερον. αὐτὰ δὲ ταῦτα, καὶ τόνον τινὰ δίδωσι τοῖς μορίοις, καὶ ῥώννυσι τὰ ἠσθενηκότα. χρηστέον οὖν αὐτοῖς ἐφεξῆς, μέχρι παντελοῦς ἰάσεως. καὶ εἰ δεήσειε, διά τε ῥινῶν καὶ ὑπερῴας καθαίρειν, καὶ πταρμοὺς κινεῖν. καὶ ἢν ἐπὶ λουτρὸν ἀγάγῃς τὸν ἄνθρωπον, ἀνατρίβειν τε ξηραῖς σινδόσι τὴν κεφαλὴν, καὶ χωρὶς ἐλαίου διαπάττειν, ἅλί τε, καὶ νίτρῳ, καὶ νάπυϊ. ταῦτα μὲν δὴ τῆς ἐπ' ἀρρωστίας τοῦ μορίου κεφαλαλγίας ἰάματα. τῆς δ' ἐπὶ μεγέθει πυρετῶν, τῆς μὲν ἰαμάτων δεομένης, αἱ ψυχραὶ ποιότητες, καὶ δυνάμεις, δι' ὑδρελαίου τε, καὶ ὀξυῤῥοδίνου, καὶ μήκωνος κωδειῶν ἐπιβροχαὶ συγκείμεναι, ἁρμόζουσι. τῆς δὲ κρίσιμον αἱμορραγίαν, ἢ ἔμετον δηλούσης, ἰάματα μὲν οὐ χρὴ ζητεῖν· οὐδὲ γὰρ σύμπτωμά τι τήν γε τοιαύτην νομιστέον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀγαθὸν σημεῖον, ὥσπερ καὶ τἄλλα, τὰ περὶ τῶν κρίσεων, ἃ τοὺς μὲν πολλοὺς ἐκφοβεῖ, χρηστὸν δέ τι δηλοῖ. κάλλιστον δὲ, δύνασθαι γνωρίζειν σῶμα ταραττόμενον, ὑπὸ φύσεως παρασκευαζομένης ἐπί τε τὰς ἄλλας ἐκκρίσεις, καὶ οὐχ ἥκιστα, τὰς δι' ἐμέτων τε καὶ αἱμορραγίας, ὧν ἀχώριστόν ἐστι σημεῖον ἡ κεφαλαλγία. λέγεται δ' ἐπὶ πλέον μὲν ἑτέρωθι πάντα. ὃ δὲ νῦν εἰδέναι, καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ, τὴν ἐξ ἀρχῆς φυλάττοντα προαίρεσιν, διὰ συντόμων εἰπεῖν, τι περὶ αὐτῶν εἰρήσεται. σκεπτέον οὖν πρῶτον μὲν τὸ τῶν πυρετῶν εἶδος, εἰ θερμοὶ, καὶ διακαεῖς. ἐκκρίσει γὰρ οἱ τοιοῦτοι φιλοῦσι κρίνεσθαι· καθάπερ οἱ μαλακώτεροί τε, καὶ οἷον σμυχόμενοι, χρονίζουσί τε, καὶ εἰς ἀποστάσεις ὁρμῶσι τὰ πολλά. δεύτερον δὲ, εἰ σωτήριόν ἐστι τὸ νόσημα, τίς γὰρ ἀγαθὴ κρίσις ἐν τῷ ὀλεθρίῳ νοσήματι ἐλπισθείη; τρίτον ἐπὶ τοῖσδε, τὸν καιρὸν τῆς ὅλης νόσου σκοπεῖν. εἰ γὰρ ἀρχῆς, ἢ ἐπιδόσεώς ἐστι σημεῖον, μηδέπω δ' ἀκμῆς, μηδὲ πέψεως γνωρίσματα δι' οὔρων, ἢ πτυσμάτων, ἢ ἀποπατημάτων, οὐκ ἐνδέχεται κρίσιν ἀγαθὴν γενέσθαι. ταῦτα μέν ἐστιν ἐξ ὧν ἄν τις ἐλπίσειε δι' ἐκκρίσεως κριθήσεσθαι τὸ νόσημα. τοῦ δὲ νῦν ἤδη, καὶ μηκέτι μέλλοντος, σημεῖα τάδε· δυσφορία προηγεῖται κρίσεως ἁπάσης· καὶ εἰ μὲν ἐν ἡμέρᾳ μέλλοι κριθήσεσθαι τὸ νόσημα, νύκτωρ· εἰ δ' ἐν νυκτὶ, δι' ἡμέρας. εἰ οὖν τοιοῦτόν τι βλέποις, ἐπισκέπτεσθαι δεῖ, πόστην ἄγει τὴν ἀπὸ τοῦ νοσεῖν ἡμέραν, ὁ ἄνθρωπος. εἰσὶ γὰρ καὶ αἳ κρίνειν πεφύκασι κἂν βραχείας ὁρμῆς τῆς φύσεως λάβωνται. πολλοὶ δ' ἐν μὲν ταῖς σφοδραῖς κινήσεσιν, ὅλως οὐ δύνανται τὸ μέγεθος συνορᾶν τῆς ταραχῆς, εἰ κατὰ τὴν φύσιν ἐστὶ τῆς ἡμέρας. ἡ μὲν γὰρ ἑβδόμη ἡμέρα, καὶ κατὰ τὰς βραχείας παρασκευὰς τῆς φύσεως, ἐξορμᾷ πρὸς τὴν διὰ κενώσεως κρίσιν. ἡ δ' ἕκτη, μεγάλης τε δεῖται τῆς παρασκευῆς, καὶ πολλάκις μὲν, οὐδ' ἔκρινεν. εἰ δέ γε ἔκρινεν, οὔτε χωρὶς κινδύνου, οὔτε πιστῶς. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡμερῶν ἑκάστης, ἐστί τις ἰδία φύσις, ἣν ἐν τοῖς περὶ κρισίμων, διωριζόμεθα. φέρε δὴ καὶ τὴν ἡμέραν εἶναι κατὰ τὸ τῆς ταραχῆς μέγεθος· εἶτ' ἐφεξῆς σκοπεῖν, ὁποία τις ἡ κρίσις ἔσται· περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων, οὐδὲν δεόμεθα λέγειν νῦν. εἰ δ' ἔμετος, ἢ αἵματος ἔκκρισις διὰ ῥινῶν ἔσεσθαι μέλλοι, ταύταις γὰρ ἐλέγομεν ταῖς ἐκκρίσεσιν ἕν τι τῶν σημείων εἶναι τὴν κεφαλαλγίαν,

ἐκ τῶνδε μάλιστα διορίζεσθαι· πρῶτον μὲν, εἰ μὴ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς εἰσέβαλεν, οἷον σύμπτωμά τι τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸ τῆς κρίσεως ταραχῇ. δεύτερον δὲ, εἰ καὶ ὁ τράχηλος συναλγοίη, καὶ τὸ ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον εἴη, καὶ εἰ δύσπνοιά τις αἰφνίδιος, οἱονεὶ στενοχωρουμένου τοῦ θώρακος. εἰ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἐξαίφνης ὀγκούμενοι οἱ σφυγμοὶ, μὴ καταπίπτοιεν εἰς μικρότητα, μηδ' ἀμυδροὶ γίγνοιντο, παραχρῆμα τὴν κρίσιν ἐλπίζειν. εἰ δὲ πρὸς τῷ μὴ καταπίπτειν, εἰς ὕψος ἀρθεῖεν, καὶ σφοδρότητα προσλάβοιεν, ἐπιβλέπειν ἤδη χρὴ τὸ πρόσωπον τοῦ νοσοῦντος. εἰ γὰρ ἢ πάλλοιτό τι τῶν ἐν αὐτῷ μορίων, ἢ σφύζοιεν αἱ ἐν τοῖς κροτάφοις φλέβες, ἢ μῆλον, ἢ ῥὶς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἐρυθρότερα γίγνοιντο, τὴν κρίσιν μᾶλλον ἐλπίζειν. εἰ δὲ καὶ δακρύοιεν ἄκοντες, ἢ μαρμαρυγὰς ὁρᾷν φαντάζοιντο, καὶ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς ῥῖνας φέροιεν, ὡς κνώμενοι, τηνικαῦτα μὲν, οὐκέτι μέλλον, ἀλλ' ἤδη ῥέον ὄψει τὸ αἷμα. κνησαμένων γὰρ αὐτῶν ἅπαξ που καὶ δὶς, εὐθὺς ἐκρήγνυται. μὴ καταπλαγῇς δ' ἐν τούτοις, ἐὰν παραφρονοῦντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀναπηδῶντα θεάσαιο. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα, τῆς ἄνω φορᾶς τῶν χυμῶν γνωρίσματα. καθάπερ ἥτε δύσπνοια, καὶ τὸ ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον, ὅ,τε τράχηλος ἅμα τῇ κεφαλῇ βαρυνόμενος· ἀλλά σοι σὺν τούτοις ἕν τι σημεῖον ἔστω, καὶ ἡ παραφροσύνη. καὶ ταῦτα μὲν ἱκανὰ γνωρίσματα. προσέρχεται δ' αὖθις πολλάκις, ἥτε τοῦ νοσοῦντος ἡλικία τε, καὶ φύσις, βεβαιοῦσα τὴν ἐλπίδα, καὶ προσέτι τοῦ ἔτους ὁ καιρὸς, ἥτε παροῦσα κατάστασις. εἰ γὰρ μειράκιον εἴη τὸ νοσοῦν, ἢ ἄλλως φύσει θερμὸν, ἢ πολύαιμον, ἔτι μᾶλλον ἐλπίσεις. εἰ δὲ καὶ πρόσθεν αὐτῷ πολλάκις αἷμα διὰ ῥινῶν ἐπεφλύη, νοσοῦντί τε, καὶ ὑγιαίνοντι, τοῦτο μὲν καὶ μόνον ἱκανὸν αἱμορραγίας ἐλπίδα παρασχεῖν. εἰ δὲ καὶ τὸν καιρὸν τοῦ ἔτους ὁρῴης θέρος, ἢ οὐ θέρος μὲν, ἄλλως δὲ θερμὴν τὴν παροῦσαν κατάστασιν, ἆρ' οὐκ ἄν τινα καὶ παρὰ τούτων ἔνδειξιν λάβοις; εἰ δὲ καὶ πολλοὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν αἱμορραγίαις εἶεν κεκριμένοι, καὶ τοῦτ' αὖ αὐξήσει σοι τὴν ἐλπίδα, καὶ εἰ πληθωρικὸν εἴη τὸ σῶμα, καὶ εἰ συνήθων ἐκκρίσεων ἐπίσχεσις. ἐμοὶ μὲν οὖν οὐδ' ὅλως χαλεπὸν εἶναι δοκεῖ, τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα γνωρίσματα μελλούσης αἱμορραγίας ἔχοντα, δύνασθαι προγινώσκειν, ἀλλ' ἄτοπόν τε, καὶ δεινῶς ἀμαθὲς, τὸ μὴ προεγνωκέναι. τῇ δ' ὀλιγωρίᾳ τῶν νῦν ἰατρῶν, θαυμάζεται τὰ μὴ θαυμαστά. καὶ γὰρ εἴτ' ἐξ ἀριστεροῦ μυκτῆρος, εἴτ' ἐκ δεξιοῦ ῥυήσεται τὸ αἷμα, χαλεπὸν μὲν οὐδὲν ἐκ τῶν εἰρημένων προγινώσκειν. τοῖς πολλοῖς δὲ τῶν ἰατρῶν, οὐ μόνον χαλεπὸν, ἀλλ' οὐδὲ δυνατὸν ὅλως εἶναι δοκεῖ· καίτοι καὶ ταύτας, καὶ τὰς ἄλλας ἐκκρίσεις ἁπάσας ἔνεστι προγνῶναι, δύο ταῦτα σκοπουμένῳ· τό,τε ὅθεν ἡ ὁρμὴ τῆς φύσεως, καὶ τὸ ποῖ. καὶ γὰρ συνεργήσομεν ταῖς ἐλλείψεσι, καὶ κωλύσομεν τὰς ἀμέτρους γινομένας φορὰς, εἰ ταῦτα γινώσκοιμεν· οἷον αὐτίκα, τὰς ἀπὸ σπληνὸς αἱμορραγίας, αἱ κατὰ τὸ ἀριστερὸν ὑποχόνδριον ὑποτιθέμεναι μεγάλαι σικύαι ῥᾳδίως ἀντισπῶσι, τὰς δ' ἀπὸ τοῦ ἥπατος, αἱ κατὰ τὸ δεξιόν. κἀπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς λόγος. ἐξ ἑνὸς γὰρ, περὶ πάντων δυνήσῃ συλλογίζεσθαι, τό γε καθόλου σκοπούμενος. ὥστε κἀγὼ τῇδε καταπαύσω τὸν παρόντα λόγον. ἐφεξῆς δὲ, περί τε τῶν ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς ἀναπτομένων πυρετῶν δίειμί σοι, καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, ὅσα καθ' ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος μορίων συνίσταται. φλεγμονὰς δ' οἱ μὲν παλαιοὶ, τὰς οἷον φλογώσεις ὠνόμαζον· οἱ δὲ νεώτεροι, οὐ πάσας·

ex iis maximè deprehendere licet: in primis quidem, ſi ab initio ſtatim non inuaſit dolor, tanquam morbi ſymptoma quoddam, ſed in perturbatione criſin præcedente. Deinde, ſi condoleſcat collum, & hypochondrium retrahatur, ſpirandíque difficultas quædam repentina velut preſſo thorace ſuboriatur. Si enim omnibus his incidentibus repentè pulſus turgeſcant, nec in paruitatem recidant, nec debiles fiant, iamiam criſis eſt expectanda. Si verò præterquam quòd non concidunt, etiam in altum attollantur, vehementioréſque reddantur; iam inſpicienda ægrotantis facies eſt; in qua ſi pars aliqua palpitet, aut temporum venæ micent, aut mala, aut naris, aut oculus, rubicundior appareat, criſis habendæ maior ſpes eſt. Quòd ſi inuiti illachryment, aut ſplendores ſe cernere ſibi videantur, ac manus velut ſcabentes naribus admoueant, tunc iam non adfore, ſed adeſſe ſanguinis fluxionem conſpicies. Statim enim ſemel ac iterum ſcabentibus ſanguis erumpit. In his verò ne perterrearis, etiamſi delirare ac ſubſilire hominem videas. Hæc enim ſunt humorum ſurſum tendentium indicia. Quemadmodum & ſpirandi difficultas, & hypochondria retracta, collúmque vnà cum capite degrauatum, ſed & cum his delirium ſignum quoddam ſit. Atque hæc quidem ſigna ſufficiant. Sæpè verò & cum his accedit ægrotantis ætas, & natura quæ ſpem confirmat, præterea anni tempus, & præſens aëris conſtitutio. Nam ſi æger adoleſcens eſt, aut alioqui calidæ naturæ, aut copioſi ſanguinis, maior ſpes fuerit. Quòd ſi priùs eidem aut ægrotanti, aut ſano ſæpè ſanguis per nares effluxerit, vel hoc ſolum ſatis fuerit ad ſanguinis profuſionis ſpem habendam. At ſi anni tempus æſtas eſt, aut ſi æſtas non eſt, ſed aëris præſens conſtitutio calida, nónne ex his indicium aliquod deſumes? Iam verò ſi & multi eo tempore per ſanguinis profuſionem criſin habuerint, præterea ſanguine corpus redundet, & ſolitæ excretiones ſupprimantur, hæc quoque ſpem tibi auxerint. Mihi quidem neque omninò difficile videtur futuram ſanguinis eruptionem poſſe præſciri, vbi tot ac talia ſigna habeas. Abſurda verò res eſt ac magna imperitia, id non prænoſſe. Sed ſunt qui medicorum huius tempeſtatis culpa ac incuria, ea demirentur, quæ admiratione digna non ſunt. Siue enim ex læua, ſiue dextra nare ſanguis fluxurus ſit, ex iam dictis haud difficulter præſenties. Verùm medicorum non pauci non ſolùm id difficile eſſe, ſed omninò ſciri non poſſe arbitrantur; tametſi tum hæ, tum aliæ omnes excretiones præuideri poſſint, ſi duo hæc conſideraueris; nempe vnde naturæ impetus fiat, & in quam partem vergat. Quæ ſi noris, defectum ſupplebis, & immoderatum motum inhibebis; velut exempli gratia, magna cucurbita ſiniſtro hypochondrio admota ex liene; dextro verò, ex iecore profluentem ſanguinem facilè retrahet. Eadem quoque in aliis partibus habenda eſt ratio. Nam ex vno de omnibus idem colligere licet, ſi vniuerſale contempleris. Quocirca hoc loco præſenti libro finem imponam. Deinceps verò de febribus, quas phlegmonæ accedunt, atq; de aliis affectibus, qui in ſingulis corporis partibus conſiſtunt, diſſeram. Phlegmonæ autem, quaſi phlogoſes à veteribus dicebantur: a recentioribus verò non omnes.

Nequo

Neque enim herpes, neque erysipelas, neque id genus aliud, inflammationibus annumerantur; sed ex calidis affectibus vni tantùm, cuius durus tumor, & dolor pulsatilis comes est, hoc nomen tribuunt; tametsi non talem solùm, sed simpliciter omnes calidos, ac velut feruidos affectus, febres, ac dolores sequi videmus. De his igitur atque aliis id genus morbis deinceps disseremus.

οὔτε γὰρ τὸν ἕρπητα, οὔτε τὸ ἐρυσίπελας, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων ταῖς φλεγμοναῖς συναριθμοῦσιν, ἀλλ' ἑνὶ μόνῳ τῶν θερμῶν παθημάτων ἐπιφέρουσι τοῦτο τὸ ὄνομα, τὸ μετ' οἰδήματος σκληροῦ, καὶ ὀδύνης σφυγματώδους. οὐ μὴν τούτῳ γε μόνῳ, πυρετοὺς καὶ πόνους ἑπομένους ὁρῶμεν, ἀλλ' ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς θερμοῖς, καὶ οἷον ζέουσι πάθεσι. περί τε οὖν τούτων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τοιαῦτα νοσήματα, τὸν ἑξῆς ποιησόμεθα λόγον.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΓΛΑΥΚΩΝΑ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

GALENI AD GLAVCONEM DE MEDENDI METHODO LIBER SECVNDVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Τὴν σύντομον ὄγκων παρὰ φύσιν ἁπάντων τῶν φλεγμονῶν πολλοῖς ὀνομαζομένων, διάγνωσίν τε, καὶ θεραπείαν διδάσκει.

ARGVMENTVM LIBRI.

Concisam tumorum præter naturam omnium, quos inflammationes vulgus appellitat, dignotionem, & curationem docet.

CAPVT I.

De inflammationum generibus, ac differentiis.

DE singulatum autem corporis partium affectibus, Glauco, deinceps disseremus, ab inflammatione exorsi. Hæc etenim & frequentissimè incidit, & plurimas habet differentias; hisque omnibus febres accedere solent. Itaque omnium communis est immoderatus calor, ac velut phlogosis, *i. inflammatio*; vnde & ipsis phlegmones nomen veteres indidere. Harum autem cuique suam inueneris differentiam, ex qua eius tum species cognoscitur, tum idoneum remedium suppeditatur. Aliam enim herpetes; aliam erysipelata, aliam phygethla, & aliam aliæ inflammationum species curationem efflagitant. Quocirca hîc quoque cognoscendorum rectè affectuum facultas rursus antecedit. Atque hoc primùm tibi scribere conabor, vbi omnium inflammationum differentias ab initio distinctè constituero. Prima itaque inflammationis differentia est, quæ in humidam & siccam distinguitur. Humidam quidem quæ in calida defluxione partem obsidente fit; siccam verò, in qua citra vllum defluuium natiuus calor accenditur. Hoc autē quadantenus velut febris partis ipsius est; quæ quum ad immo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ τῶν φλεγμονῶν γενῶν τε, καὶ διαφορῶν.

ΠΕΡΙ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ σώματος παθῶν, ὦ Γλαύκων, ἑξῆς ἐροῦμεν, ἀπὸ φλεγμονῆς ἀρξάμενοι. καὶ γὰρ πλειστάκις αὕτη γίνεται, καὶ πλείστας ἔχει διαφοράς· καὶ πάσαις αὐταῖς, πυρετοὶ πεφύκασιν ἕπεσθαι. κοινὸν μὲν οὖν ἁπάσαις, ἡ ἄμετρός ἐστι θερμασία, καὶ οἷον φλόγωσις, ὅθεν περ καὶ τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα, κατ' αὐτῶν ἐπιφέρειν ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς. ἰδίαν δὲ καθ' ἑκάστην εὑρήσεις ἄν τινα διαφοράν, ἐξ ἧς, τό, τε εἶδος αὐτῆς γνωριεῖς, καὶ τῆς προσηκούσης εὐπορήσεις ἰάσεως. ἑτέρως μὲν γὰρ ἕρπητας, ἑτέρως δ' ἐρυσιπέλατα, ἑτέρως δὲ φύγεθλα, καὶ τἄλλα τῶν φλεγμονῶν εἴδη θεραπεύσεις. ὥστε πάλιν ἡγεῖται κἀνταῦθα, διαγινώσκειν ὀρθῶς τὰ πάθη δύνασθαι. καί σοι πειράσομαι τοῦτο πρῶτον γράψαι, διελόμενος ἐξ ἀρχῆς περὶ τῶν κατὰ τὰς φλεγμονὰς πάσας διαφορῶν. πρώτη μὲν οὖν διαφορὰ φλεγμονῆς ἐστι, καθ' ἣν, τὴν μὲν αὐτῆς, ὑγρὰν, τὴν δὲ ξηρὰν εἶναι συμβέβηκεν. ὑγρὰν μὲν, ἥτις ἂν ἐκ ῥεύματος θερμοῦ τὸ μόριον καταλαμβάνοντος, γίνηται· ξηρὰν δὲ, ὅταν μηδενὸς ἐπιρρυέντος, τὴν σύμφυτον θερμασίαν ἐκπυρωθῆναι συμβῇ. τοῦτο δὲ, μέχρι μέν τινος οἷον πυρετός ἐστι τοῦ μορίου· ἐπειδὰν δὲ εἰς ἀμε-

ἤδη θερμότητα καὶ ξηρότητα προήκῃ, φθορὰ καὶ νέκρωσις παντελὴς γίγνεται. ὅθεν οὐδ' εἰς πλείω τέμνεσθαι πέφυκεν, ὥσπερ ἡ ἑτέρα διαφορά, καθ' ἣν ἐπιρρεῖν τινας χυμοὺς ἐλέγομεν τῷ μέρει. πολλὰ γὰρ τὰ ταύτης εἴδη· αἵματος μὲν γὰρ ἐπιρρυέντος, ἕτερον· χολῆς δὲ ξανθῆς, ἕτερον· ἀμφοῖν δ' ἅμα, τρίτον ἄλλο. καὶ μὲν δὴ καὶ καθ' ἕκαστον αὐτῶν, ἢ σεσηπὸς ἐστὶν ἤδη τὸ ἐπιρρέον, ἢ ἐν τῷ μορίῳ σφηνούμενον σήπεται· καὶ ἤτοι παχὺ τὴν σύστασιν, ἢ λεπτόν, ἢ χρηστόν, ἢ δριμύ. αἵματος μὲν οὖν χρηστοῦ καὶ συμμέτρου τῷ πάχει, ῥυέντος εἴς τι μόριον ἀθρόως, καὶ διὰ τὸ πλῆθος σφηνωθέντος, ὀδύνη σφοδρὰ καταλαμβάνει τὸν ἄνθρωπον, ἤν γε μὴ παντελῶς δυσαίσθητον ᾖ τὸ μόριον· καὶ σφυγμὸς αἰσθητὸς ἐν τῷ βάθει, καὶ τείνεσθαι πάντη νομίζει, καὶ θλᾶσθαι τὸ μόριον, καὶ θερμασίας αἰσθάνεται πλείονος, ὡς διακαίεσθαι δοκεῖν, καὶ ἀναψύχεσθαι ποθεῖν· καὶ ἔρευθος ἐπανθεῖ τοιοῦτον, οἷον τοῖς λελουμένοις, ἢ παρὰ τῷ πυρὶ θαλφθεῖσιν, ἤ πως ἄλλως θερμανθεῖσι. τοῦτο τὸ πάθος, τὴν τοῦ γένους ὅλου προσηγορίαν ἀπηνέγκατο, καὶ καλεῖται φλεγμονή, ἄλλοις παραπλησίως πολλοῖς εἴδεσι λαμβάνουσι τὸ τοῦ γένους ἐπιφερόμενον ὄνομα. καὶ γὰρ συνεχῶς ἐπὶ πάσῃ σχεδὸν προφάσει· καὶ γὰρ καὶ τρώσεσι, καὶ σπάσμασι, καὶ θλάσμασι, καὶ ῥήγμασι, καὶ τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων καμάτοις, ἐξαρθρήμασί τε, καὶ κατάγμασι, καὶ τοῖς αὐτομάτοις ἕλκεσιν ἐπιγίνεται· καὶ χωρὶς δὲ τούτων ἁπάντων, ὅταν εἰς ἄμετρον χυμῶν πλησμονὴν αἱ φλέβες ἀφίκωνται, τότε τὸ περιττὸν ἀπερεύγονται εἰς τι χωρίον, ὃ ἂν ἐπιτηδειότατον ᾖ τηνικαῦτα δέξασθαι. πάντως δέ, τῶν ἄλλων ἢ ἀρρωστότερον ἐστιν, ἢ μανότερον, ἢ ἕλκειν ἑτοιμότερον, ἢ ἀκινητότερον, ἐξ ἡστινοσοῦν αἰτίας· εἰς ταύτας ἀφικόμενον τὰς διαθέσεις. οὐ γὰρ τοῦτό γε νῦν πρόκειται λέγειν. χολὴ δὲ ξανθή, ἡνίκα μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν σώζουσα, σὺν τῷ αἵματι φέρεται πανταχόσε τοῦ σώματος, ἴκτερος τὸ πάθος καλεῖται. μόνης δ' ἀποκριθείσης, καὶ κατά τι μόριον ἱσταμένης, ἕρπης ὀνομάζεται. εἰ μὲν δὴ παχεῖα τὴν σύστασιν εἴη, πᾶν ἑλκοῖ μέχρι τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς τὸ δέρμα, καὶ καλεῖ τούτους Ἱπποκράτης ἕρπητας ἐσθιομένους. εἰ δὲ λεπτοτέρα εἴη, τὸ ἐπιπολῆς μόνον, ὥσπερ ἐπικαίει, καὶ τοῦτο τὸ εἶδος, ἀπηνέγκατο τὴν τοῦ γένους προσηγορίαν, ἁπλῶς τε καὶ χωρὶς προσθήκης ἕρπης ὀνομασθέν. τῶν γὰρ ἄλλων δυοῖν εἰδῶν, τὸ μὲν ἤδη προειρημένον, ἐσθιόμενος ἕρπης ὀνομάζεται, θάτερον δὲ τὸ λοιπόν, κεγχρίας, ὅτι καὶ τούτῳ συμβέβηκε, φλυκταίνας μικράς, καὶ πολλάς, ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἐπεγείρειν, κέγχροις ἐοικυίας. γίνεται δ' ὁ τοιοῦτος ἕρπης, ὑπὸ χολῆς μὲν καὶ αὐτός, ἀλλ' ἧττον δριμείας, καὶ θερμῆς, ἢ οἱ πρόσθεν. εἰ δ' ἐξ αἵματος, καὶ ξανθῆς χολῆς θερμοτέρων τοῦ δέοντος, μικτὸν εἴη τὸ ῥεῦμα, ἢ ἐξ αἵματος μέν, ζέοντος δέ, καὶ λεπτοτάτου τὴν σύστασιν, ἐρυσίπελας τὸ πάθος καλεῖται, θερμότερον πολλῷ τῆς φλεγμονῆς τοῦτο, καὶ ξανθότερον ἰδεῖν. καὶ εἰ ἀφαιρεῖ, ῥᾳδίως ὑπεξέρχεται τὸ αἷμα, καὶ αὖθις ἐπιρρεῖ, λεπτὸν ἀκριβῶς, καὶ ἐρυθρὸν φαινόμενον, οὐ μὴν οὐδ' ὀδυνᾶται ὁμοίως τῇ φλεγμονῇ τοῦτο. καὶ κατ' οὐδὲν δὲ τῶν τῆς φλεγμονῆς εἰδῶν, οὔτε σφυγμόν, οὔτε θλῖψιν, οὔτε τάσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει. ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ πάνυ μετρίως ἐνοχλεῖ, καὶ μάλισθ' ὅταν κατὰ μόνου τοῦ δέρματος ἐκχυθῇ, μηδὲν ἀδικοῦν τὴν ὑποκειμένην σάρκα. καὶ μὲν δὴ καὶ γίνεται τοιοῦτον ὡς τὰ πολλά, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀκριβὲς ἐρυσίπελας. ὡς τό γε καὶ τῆς ὑποκειμένης ἁπτόμενον σαρκός, οὔτ' ἐξ ἀκριβῶς λεπτοῦ γίνεται τοῦ ῥεύματος, οὔτ' ἐρυσίπελάς ἐστι μόνον, ἀλλ' ἤδη μικτὴ διάθεσις ἐξ ἐρυσιπέλατός τε,

deratam iam caliditatem & siccitatem peruenit, extinguitur omninò, ac emoritur. Quocirca neque in plura potest diuidi, quemadmodum altera differentia, quæ vti dicebamus ex humorum defluxu in partem aliquam fit. Eius enim multæ sunt species; vna, ex sanguinis; altera, ex bilis; tertia, ex vtriusque simul defluxione. Atque etiam in harum singulis, aut iam computruit quod defluit, aut putrescit in parte infartum: idque vel substantia crassum est, vel tenue, vel suaue, vel acre. Si igitur sanguis bonus, ac crassitudine mediocris, vniuersim in aliquam partem fluxerit, atque ob multitudinem constipetur, dolor vehemens, nisi pars omninò hebetem sensum habeat, hominem corripit; pulsúsque in profundo infestat, & distendi partem ipsam vsquequaque, ac contundi æger putat, tantúmque sentit calorem, vt deuri videatur, ac refrigerari cupiat; rubor quoque qualis ex balneis accedit, aut ad ignem efflorescit, vel alio quouis modo calefactis in cute apparet. Affectus hic totius generis appellationem accepit, vocatúrque inflammatio; quemadmodum & aliæ multæ species sui generis nomen adoptârunt. Oritúrque frequenter ex omni ferè causa; etenim & vulneribus, conuulsionibus, contusionibus, rupturis, lassitudini quam exercitatio attulit, luxationibus, fracturis, & spontè natis vlceribus superuenit; præter hæc omnia, quum venæ immodicè plenæ in eam partem, quæ tunc recipere maximè sit idonea, superuacuum humorem fundunt: ea autem pars cæteris est aut imbecillior, aut rarior, & solutior, aut ad attrahendum promptior, aut immobilior, quacunque de causa ad has affectiones perducta fuerit. De hoc enim disceptare nunc non statuimus. Flaua bilis, quando suam seruans naturam, per vniuersum corpus cum sanguine fertur, arquatum morbũ parit. Herpes verò vocatur, quum sola à sanguine secreta est, ac in parte aliqua consistit; quæ si crassa sit consistentia totam cutem, vsque ad subiectam carnem, exulcerat, atque eiusmodi herpetas, Hippocrates exedentes vocat. Sin tenuior bilis sit, solam superficiem quasi deurit; atque hæc species generis nomen accepit, simplicitérque & sine adiectione herpes nominatur. Harum enim duarum formarum altera modo commemorata herpes exedens, altera verò miliaris dicitur, quòd pustulæ paruæ ac multæ in summa cute excitentur milio similes. Fit autem eiusmodi herpes etiam ab ipsa bile, sed minùs quàm priores, acri & calida. Quòd si ex sanguine & flaua bile iusto calidioribus fluxio mista fuerit, aut ex sanguine quidem, sed feruido, ac substantia tenuissimo, affectus erysipelas vocatur, multò inflammatione calidior, aspectúque flauior. Et si tetigeris, sanguis facilè suffugit, rursúsque affluit, exquisitè tenuis, & visu ruber, non tamen æquè cruciat erysipelas, atque inflammatio. Neque secundum vllam inflammationis speciem, aut pulsat, aut premit, aut distendit. Verùm aliquando moderatè omninò infestat, & maximè quum in solam cutem sparsum est, miniméque subiectam carnem lædit; atque magna ex parte tale fit, exquisitúmque erysipelas est. Quemadmodum id quod subiectam carnem inuadit, miniméque ex planè tenui fluxione fit, solùm erysipelas non est, sed iam mistus ex erysipelate, & inflam-

& inflammatione affectus, in quo quum propria erysipelatis symptomata præualent, à recentioribus medicis erysipelas phlegmonodes; quum verò inflammationis, erysipelatodes inflammatio dicitur. Quòd si neutrius luculenter vincant, sed paria cernantur, inflammatio & erysipelas, mista esse dicuntur. Itaque exquisitum erysipelas solius cutis est affectus. At inflammatio non solùm subiectarum cuti partium quanquam maximè quidem harum, sed & cutis aliquando affectus est. Atque hæc quidem non minorem alióqui quàm illa dolorem inuehit, sed pulsatione caret. Quum verò sanguis admodum calidus ac crassus est, in quãcunque partem confertim fluxerit, hanc exurit, vlcúsq; cum crusta efficit. Quicquid verò circunstat, in inflammationem attollit feruentem, ac dolore graui conflictantem. Vocatur autem huiusmodi affectus, carbũculus. Quòd si influens sanguis niger sit, crassus, fæculentus, ac feruidus, qualis est prior, admixtámque saniem quandam tenuem habeat, pustulæ in cutis superficie oriuntur his, quæ ex igne fiunt, similes; sub quibus ruptis crustosum vlcus inuenitur. Est & hic affectus etiam carbunculus. Tot igitur sunt inflammationis species secundum affectus naturam diuisæ. Multas verò species quispiam fortè putauerit esse prætermissas, nominum multitudine hallucinatus; cuiusmodi sunt bubones phymata, phygethla, ophthalmiæ, peripneumoniæ, pleuritides, & alia multa similiter nuncupata. Omnia enim hæc inflammationes quædam sunt, in antedictis speciebus comprehensæ; quarum quæque diuersam sortita est appellationẽ. Quoniam qui primi hæc nomina indiderunt, compositam intelligentiam, tum ipsius affectus, tum partis hunc continentis, verbo vno explicare voluerunt. Sunt enim bubo, phyma, & phygethlon, glandularum affectus. Bubo quidem inflammatio; phyma verò affectus est, qui & celeriter augetur, & ad suppurationem festinat; phygethlon verò phlegmonodes, vt vocant, erysipelas est, aut inflammatio erysipelatodes. Ad eundem modum ophthalmia, inflammatio est eius membranæ, quę corneæ adhæret; pleuritis eius, quæ costas succingit; angina, faucium; peripneumonia verò, pulmonis; eadem quoque in reliquis est ratio. Quæ igitur in conspicuis corporis partibus inflammationes existunt, promptè cognosci possunt, quæ verò in abditis latent, atque omninò febres adferunt, non æquè; sed mihi quidem videtur eiusmodi cognitio acri iudicio egere, peritiáque naturæ partium; quam ex anatome, simul & exquisita scientia tum actionũ, tum vsuum, nobis comparamus; de quibus in aliis operibus disputatum est. Nunc verò de his quidem retexere sermonem non vacat, quando te derepente peregrè proficisci necessitas vrget. Qua ratione autem inflammationes, quæ in summa cute exoriuntur, optimè quis curare possit, tibi primùm explicabo, ab eo affectu auspicatus, qui quod plurimùm incidat, totius generis appellationem meretur. In quo id in primis, quod & in omnibus aliis maximam vim obtinet, considerare oportet; nempè vt morbi causa inueniatur.

καὶ φλεγμονῆς, ἐπικρατεῖ δ' ἐν αὐτῇ, ποτὲ μὲν, τὰ τοῦ ἐρυσιπέλατος ἴδια συμπτώματα, καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον πάθος ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες· ποτὲ δὲ, τὰ τῆς φλεγμονῆς, καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ τοὐναντίον, φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη. εἰ δὲ τὰ μηδετέρου ἐπικρατοίη σαφῶς, ἀλλ' ἴσα φαίνοιτο, φλεγμονὴ καὶ ἐρυσίπελας μεμίχθαι λέγεται. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς ἐρυσίπελας, αὐτοῦ τοῦ δέρματος μόνου, πάθος ἐστίν. οὐ μὴν ἥ γε φλεγμονὴ μόνων τῶν ὑποκειμένων τῷ δέρματι μορίων, ἀλλὰ μάλιστα μὲν τούτων, ἐνίοτε δὲ, καὶ τοῦ δέρματος. καὶ ἔστιν αὐτὴ, τἄλλα μὲν, ὀδυνηρὰ, τῆς ἑτέρας οὐδὲν ἧττον, ἄπεστι δ' αὐτῆς ὁ σφυγμός. ὅταν δὲ τὸ ἐπιρρέον αἷμα, θερμὸν ἱκανῶς ᾖ, καὶ παχὺ, καθότι ἂν μόριον ἀθρόον ἐπιρρυῇ, τοῦτο καῦσαν, ἕλκος ἐσχάραν ἔχον εἰργάσατο. τὸ πέριξ δ' αὐτοῦ πᾶν, εἰς φλεγμονὴν ἐξαίρει, ζέουσάν τε, καὶ δεινῶς ἐπώδυνον. ὀνομάζεται δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος, ἄνθραξ. ὅταν δὲ τὸ ἐπιρρέον αἷμα μέλαν ᾖ, καὶ παχὺ, καὶ ἰλυῶδες, καὶ ζέον, οἷον γὰρ τὸ προειρημένον, αἷμα δὲ, καὶ ἰχῶράς τινας λεπτοὺς μεμιγμένους ἔχῃ, φλυκταίνας ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἀνίστησιν, ὁμοίας ταῖς ἀπὸ πυρὸς, ὧν ἐκρηγνυμένων, τὸ ἐσχαρῶδες ὑπ' αὐταῖς ἕλκος εὑρίσκεται· καὶ ἔστιν ἄνθραξ ἤδη, καὶ τοῦτο. τὰ μὲν οὖν τῆς φλεγμονῆς εἴδη τοσαῦτα, κατά γε τὴν φύσιν αὐτὴν τοῦ πάθους διαιρούμενα. πολλὰ δ' ἂν ἴσως δόξειέ τις παραλελεῖφθαι, τῷ πλήθει τῶν ὀνομάτων ἐξαπατώμενος, οἷον βουβῶνάς τε, καὶ φύματα, καὶ φύγεθλα, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ περιπνευμονίας καὶ πλευρίτιδας, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὁμοίως ὀνομαζομένων. ἅπαντα γὰρ ταῦτα, φλεγμοναὶ μέν τινές εἰσιν, ἐν οἷς πρόσθεν εἶπον εἴδεσι περιεχόμεναι, διαφόρου δ' αὐτῶν ἕκαστον ἔτυχε προσηγορίας, τῶν πρώτως θεμένων αὐτὰς, σύνθετον νόησιν, αὐτοῦ τε τοῦ πάθους, καὶ τοῦ δεδεγμένου ἅμα μέρους αὐτὸ, δι' ἑνὸς ἑρμηνεῦσαι βουληθέντων ὀνόματος. ἔστι γὰρ, ὁ μὲν βουβὼν, καὶ τὸ φῦμα, καὶ τὸ φύγεθλον, ἀδένων παθήματα. βουβὼν μὲν, ἡ φλεγμονή· φῦμα δὲ, τὸ ταχέως αὐξόμενον, καὶ πρὸς ἐκπύησιν ἐπειγόμενον· φύγεθλον δὲ, τὸ λεγόμενον φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας, ἢ ἐρυσιπελατώδης φλεγμονή. οὕτω δὲ, καὶ ὀφθαλμία μὲν, ἡ τοῦ πεφυκότος ὑμένος τῷ κερατοειδεῖ, φλεγμονή· πλευρῖτις δ', ἡ τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος ὑμένος· συνάγχη δὲ, φάρυγγος· ἡ περιπνευμονία δὲ, τοῦ πνεύμονος· ἑκάστου τε τῶν ἄλλων ἀνάλογον. τὰς μὲν οὖν ἐν τοῖς φαινομένοις μέρεσι τοῦ σώματος φλεγμονὰς, ἕτοιμον γνωρίζειν· τὰς δ' ἐν τοῖς ἀφανέσιν, αἳ καὶ τοὺς πυρετοὺς ἐπιφέρουσι πάντως, οὐκέθ' ὁμοίως· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, γνώμης τε πάνυ λεπτῆς ἡ τοιαύτη δεῖσθαι διάγνωσις, ἐμπειρίας τε τῆς φύσεως τῶν μορίων, ἣν ἐξ ἀνατομῆς τε ἅμα, καὶ ἀκριβοῦς ἐπιστήμης ἐνεργειῶν τε, καὶ χρειῶν ποιούμεθα· περὶ μὲν δὴ τούτων, ἐν ἑτέραις εἴρηται πραγματείαις. νῦν δ' οὐκέτ' ἐγχωρεῖ, προστιθέναι τὸν περὶ τούτων λόγον, ἐξαίφνης σοι προσπεσούσης ἀναγκαίας ἀποδημίας. ὅπως δ' ἄν τις τὰς ἐν τοῖς φαινομένοις μορίοις συνισταμένας φλεγμονὰς κάλλιστα ἰῷτο, τοῦτό σοι πρῶτον δίειμι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ πολλάκις τε γιγνομένου πάθους, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅλου τοῦ γένους τὴν προσηγορίαν ἀπενεγκαμένου, ποιησάμενος. ἐφ' οὗ, τοῦτο πρῶτον ἁπάντων φημὶ χρῆναι σκοπεῖν, ὅπερ κἀν τοῖς ἄλλοις ἅπασι μεγίστην ἔχει δύναμιν, ἐξευρεῖν τὴν πρόφασιν τοῦ νοσήματος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ αἰτίων τῶν φλεγμονῶν καὶ τῆς τῶν ῥευματικῶν θεραπείας.

Ἔστι γοῦν μία τις πρόφασις τῶν φαινομένων φλεγμονῶν, οὐ πάνυ τι λανθάνουσα, τὸ καλούμενον ῥεῦμα, πλὴν εἴποτε συνδράμοι ταῖς δι' ἄλλην τινὰ πρόδηλον αἰτίαν δοκούσαις γεγονέναι. ἡνίκα μὲν γὰρ οὐδεμιᾶς ἐκείνων προηγησαμένης, ἐξαίφνης ἐφλέγμηνε τὸ μόριον, ἡ μὲν ἐργασαμένη τὸ πάθος αἰτία, ῥεῦμα καλεῖται, τὸ πάθος δ' αὐτὸ, ῥευματικὴ διάθεσις. καὶ χρὴ μάλιστ' ἐπὶ τῶν τοιούτων φλεγμονῶν, τὰς ἀρχὰς τῶν ἰάσεων χρηστὰς εἶναι. τὰ γὰρ ἐν αὐταῖς ἁμαρτήματα, δυσιάτους, ἢ καὶ παντάπασιν ἀνιάτους ἐργάζεται τὰς διαθέσεις. μέγιστα δ' ἁμαρτήματα δύο ταῦτα, τό, τε μηδεμίαν ὅλου τοῦ σώματος πρόνοιαν ποιεῖσθαι, καὶ τὸ θερμαίνειν μὲν καὶ ὑγραίνειν ἔτι τὸ μέρος. ἄμφω δ' οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἁμαρτάνουσι. τινὲς μὲν γάρ εἰσιν ἐκ τῆς μεθοδικῆς αἱρέσεως ἀναπεπεισμένοι, καὶ τὰς φλεγμονὰς ἁπάσας, στεγνὰ πάθη νομίζοντες, καὶ χαλᾶν αὐτὰς ἡγούμενοι δεῖν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ ἀλόγως τε καὶ ἀσκέπτως ἐκείνοις ἕπονται, μίαν ἀπολογίαν τοῦ κακῶς ποιεῖν ἔχοντες, τὸ σὺν πολλοῖς ἁμαρτάνειν. ἀλλ' οὔτε τῶν δογματικῶν ἰατρῶν τις, οὔτε τῶν ἐμπειρικῶν οὕτως ἐγίγνωσκεν. ἀλλ' ὅπερ ὅ, τε λόγος ὑπαγορεύει, καὶ ἡ πεῖρα, τὸ μὲν ὅλον σῶμα κενοῦν ταῖς ἐνδεχομέναις κενώσεσι συμβουλεύουσιν, αὐτὸ δὲ τὸ φλεγμαῖνον μέρος, ἐπιβρέχειν τε, καὶ καταπλάττειν τοῖς ἀπωθεῖσθαι μὲν τὸ ἐπιρρέον δυναμένοις, κενοῦν δὲ τὸ ἤδη περιεχόμενον ἐν τῷ πεπονθότι τόπῳ· τόνον δὲ καὶ ῥώμην ἐντιθέναι τοῖς ἤδη πεπονηκόσι μορίοις. εἰς ἃ δὲ χρὴ βλέποντας κενοῦν, εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ νῦν ἔτι δι' ὀλίγων ὑπομνήσομεν· ὥστε κἂν τοῖς ἑξῆς ἅπασι μεμνημένον σε, μηκέτι δεῖσθαι, καθ' ἕκαστον πάθος ἀκούειν τοὺς ἐνδεικνυμένους σκοποὺς τὰς κενώσεις. ἡλικίαν μὲν οὖν, καὶ ὥραν, καὶ χώραν, καὶ τὴν παροῦσαν κατάστασιν, καὶ τὴν ῥώμην τοῦ κάμνοντος, καὶ τὴν ἕξιν, καὶ τὸ ἔθος, καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ νοσήματος ὑπόθεσιν ἐπιβλέπειν ἐφάσκομεν δεῖν. ἐκ τούτων γὰρ, ὅτε χρὴ κενοῦν, ἢ μὴ κενοῦν, καὶ ὅθεν, καὶ ὅπως, εὑρεθήσεται), εἶτ' ἐπὶ τῆς προκειμένης διαθέσεως εἰς γόνυ φερέσθω τὸ ῥεῦμα, καὶ τοῦτ' ἐπὶ πλεῖστον ἀθρόως ἐξαιρέσθω. φαινέσθω δέ σοι καὶ τὸ σύμπαν σῶμα, μεστὸν αἵματος, καὶ ἡ δύναμις τοῦ νοσοῦντος ἰσχυρὰ, καὶ ὁ καιρὸς τοῦ ἔτους, ἔαρ ἔστω, καὶ τὸ χωρίον εὔκρατον· καὶ ὁ νοσῶν, μειράκιον, ἢ νεανίσκος, ὁ τοιοῦτος αἵματος κενώσεως, τῆς ἐκ τῶν ἄνω χωρίων, δεῖται, καὶ χρὴ τέμνειν αὐτοῦ τὴν ἐν ἀγκῶνι φλεβῶν, ἤτοι τὴν ἐντὸς, ἢ τὴν μέσην. εἰ δὲ τὸ ἄνωθεν πέπονθε, κάτωθεν ἀπάγειν τοῦ αἵματος. ἀεὶ γὰρ εἰς τοὐναντίον, τὴν τοῦ ῥεύματος ὁρμὴν ἀντισπᾶν ξυμφέρει. καταπλάττειν δὲ τῷ διὰ τοῦ ἀειζώου, καὶ λεπισμάτων ῥοιᾶς, ἑφθῶν ἐν οἴνῳ, καὶ ῥοῦ, καὶ ἀλφίτων συγκειμένῳ· κάλλιστον γὰρ τοῦτό γ', ἔν τε τοῖς τοιούτοις, καὶ πάνθ' ὅσων δεόμεθα δρᾶν δυνάμενον. ἀποκρούεται γὰρ τὸ ἐπιρρέον, καὶ ξηραίνει τὸ περιεχόμενον, καὶ ῥώννυσι τὰ πέριξ μόρια. καὶ ἄλλα δὲ μυρία φάρμακα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἔνεστί σοι συντιθέναι. ὧν τὴν μέθοδον τῆς συνθέσεως, ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων μεμάθηκας. ὅθεν κἀγὼ καθ' ἕκαστον ἕν τί σοι παραγράψω, καὶ ὑπόμνημά τε ἅμα, καὶ παράδειγμα τῆς τῶν ἄλλων δυνάμεως, ἐσόμενον. εἰ μὲν δὴ μὴ σφοδρῶς ὀδυνῷντο, τοῖς τοιούτοις χρῆσθαι· σὺν ὀδύνῃ δὲ μείζονι τοῦ ῥεύματος ἐμπεσόντος, οὐ χρὴ μὲν οὐδ' οὕτως, οὔθ' ὕδωρ θερμὸν, οὔτ' ἔλαιον,

CAPVT II.

De inflammationum causis, ac de earum, quæ à defluxu oriuntur, curatione.

IGitur inflammationum, quæ in conspicuo sunt, causa vna quædam est non admodum occulta, quæ fluxio appellatur, nisi aliquando cum his copuletur, quæ ab alia euidente causa fieri videntur. Quando enim nulla harum præcedente, pars repentè inflammatione est obsessa, causa quæ affectum attulit rheuma, i. *fluxio*, morbus verò, affectio rheumatica dicitur. Atque in his præcipuè inflammationibus, optima per initia curatio adhiberi debet. Nam qui in ipsis error committitur, aut curatu difficiles, aut omninò immedicabiles reddit affectiones. Hæc autem duo maxima sunt errata; nullam totius corporis rationem habere, & partem calefacere ac humectare. At in his duobus medici maximè delinquunt. Nonnulli enim ex Methodica secta persuasi, & inflammationes omnes, affectiones astrictas esse arbitrati, laxandas esse sibi putauerunt. Sunt verò, qui temerè & inconsideratè illos imitantur, vnum mali agendi habentes patrocinium, nimirum, se cum multis errare. Sed neque ex Dogmaticis medicis, neque Empiricis quispiam ita sensit. Verùm, quod & ratio, & experientia suadet, corporis vniuersi cōgruas vacuationes moliri iubent; partem verò inflammatam perfundere ac illinire his quæ influentis humoris repellēdi vim habeant; & qui in affecto loco continetur, vacuare; robúrque ac vires affectis iam partibus inserere. Quæ autem vacuando obseruari debeant, anteà diximus, ac nunc quoque paucis explicabimus; vt deinceps seruata memoria, iam te per singulos affectus vacuationis indicationes edoceri necesse non sit. Aetatem igitur, tempus, regionem, præsentem aëris constitutionem, robur ægrotantis, habitudinem, consuetudinem, atque ipsam morbi speciem, animaduertendam esse diximus. Hæc enim, quando vacuandum, aut minimè vacuandum sit, & vnde & quo modo, docent, velut in subiecto affectu: confluat in genu humor, atque repentè vehementer intumescat. Tibi verò vniuersum corpus sanguine plenum esse videatur, validéque ægrotantis vires sint, anni tempus ver, & regio modicè temperata; adolescénsque vel iuuenis sit æger, huic sanguinem ex supernis partibus mittere oportet, secta cubiti vena, vel interna, vel media. Quòd si superna pars affecta sit, ex inferna ducendus est sanguis. Nunquam enim incommodè fluxionis impetus in contrarium reuellitur. Cataplasma verò ex semperuiuo & malicorio in vino decoctis, rhu, polentáque imponendum est; vt quod in his optimum sit, omniáque quibus nobis opus est, præstare possit. Repellit enim quod influit, & quod iam continetur exiccat, & circunstantes partes confirmat. Alia autem sexcenta medicamenta eodem modo miscere potes; quorum componendorum rationem ex libris de medicamentis didicisti. Vnde in singulis vnum aliquod tibi subscribam, futurum monumentum simul & exemplum eius, quæ in aliis est facultatis. Eiusmodi verò remediis vtendum est, vbi dolor vehemens non est; vbi verò grauiore cum dolore defluxio inciderit, neq; aqua calida, neq; oleum,

neque

neque cataplasmata ex triticea farina adhibenda sunt. Hæc enim omnia affectibus ex humorum influxu contractis aduersantur, tametsi leuamentum quoddam statim adferre videantur. Satis enim fuerit doloris vehementiam mitigare aliquo ex his quæ ex passo; & rosaceo, ac paucula cera cum his ambobus liquata, conficiuntur. Hæc autem lana succida, quæ œsypi plurimum habeat, excipienda sunt; ac æstate quidem, frigida; hyeme verò, tepida admouenda. Ad hunc modum cataplasmata ex arnoglosso, lenticula, pane, & rosaceo adhibenda sunt. Paulò verò supra affectum locum admouenda est spongia vino acerbo imbuta, aut aqua frigida; momentum autem aceti satiùs fuerit huic immiscere. Quòd si ex his vtilitas aliqua memoratu digna accesserit, & nusquam pus appareat, mollibus quæ aduersus fluxiones parantur emplastris, vtendum est; ex quibus optima sunt, quæ exiccare simul, ac repellere fluentem sanguinē & citra dolorem, possint. Quocirca quæ cutē vehementer tendunt proindéque dolorem adferunt, hæc plus lædunt quàm exiccando prosint. Tale igitur esse debet medicamentum, qualē nobis in vsu crebro est, quod ex chalcite constat, rosaceo temperatum. Si verò lanam mundam vino acerbo madentem extrinsecus superposueris, maiorem vtilitatem attuleris. At vbi in parte ipsa pus apparuerit, semel aut bis cataplasma ex necessitate imponi debet. Ad præsens verò quod ex polenta constat, vtiliùs admouetur. Similiter autem his aceti quippiam, aut vini admiscendum est. Postmodum verò secta parte, ac pure vacuato, cauebis à cæteris, oleum verò, siue aquam exhibebis. Quòd si vulnus fortè abluere conueniat, mulsa, vel posca, vino, & vino mulso vtendum est. Si verò partem adhuc inflammatio occupet, cataplasma ex lenticula imponendum est. Sin ab hac sit libera, aliquod ex aliis medicamentis quæ emplasta dicuntur, & quibus in eiusmodi sectionibus vtimur; eóq; potissimùm quod ex chalcite constat. Quibus extrinsecus spongia, aut lana vino acerbo imbuta, superponenda est. At si acerbi vini copia non sit, aqua cui tantum aceti admistū sit, vt bibi possit perfundēda spongia est. Ad hoc autem faciunt etiam vina marina. Tu verò si occasio efflagitet, vinum arte conficere poteris, sale *vino*, quod in promptu habueris, admisto. Vulneri autem nullum pingue medicamentum admouendum est, quale est Macedonicum, & quod tetrapharmacum vocant; diligenter enim exiccandū est. Ad hunc quidem modum inflammatio quæ ex defluxione est curari debet.

CAPVT III.

Inflammationum, ab aliis causis ortum ducentium curatio.

QVæ verò ab aliis causis fiunt, humectare ac calefacere nihil vetat. Et si ad suppurationem has ducere velis, cataplasma ex triticea farina, in oleo & aqua decocta, inducendum est. Neque timenda scarificatio est, si quando ea opus sit. Quæ verò ex humorum defluxu fiunt inflammationes, non sine magno malo scarificantur, maximè per initia. Veterascentibus autem quæ post totius corporis vacuationem, aliámque idoneam curationem, duritiem quandam ac nigrorem in

οὔτε τὰ διὰ τῶν πυρίνων ἀλεύρων προσφέρειν καταπλάσματα. πολέμια γὰρ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, ταῖς ῥευματικαῖς διαθέσεσι, κἂν εἰ παραχρῆμα δόξῃ ῥᾳστώνην τινὰ φέρειν. ἀρκεῖ δὲ, τῶν τοιούτων τινὶ παραμυθήσασθαι τὸ σφοδρὸν τῆς ὀδύνης, ὅσα διὰ γλυκέος τε, καὶ ῥοδίνου, καὶ κηροῦ βραχέος, ἐν ἀμφοῖν τετηκότος, σύγκειται. χρὴ δὲ καὶ ταῦτ' ἀναλαμβάνειν ἐρίοις ῥυπαροῖς, οἴσυπον ὡς πλεῖστον ἔχουσι· καὶ θέρους μὲν, ψυχρά· χειμῶνος δὲ, χλιαρὰ προσφέρειν. οὕτω δὲ καὶ τὰ καταπλάσματα, δι' ἀρνογλώσσου, καὶ φακῆς, καὶ ἄρτου, καὶ ῥοδίνου. μικρὸν δ' ὑπεράνω τῶν πεπονθότων χωρίων, ἐπιτιθέναι σπόγγον, οἴνῳ στρυφνῷ βεβρεγμένον, ἢ ὕδατι ψυχρῷ· κάλλιον δ', εἰ καὶ ὄξους ὀλίγον ἔχοι. καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τούτοις ἀξιόλογός τις ὠφέλεια γένοιτο, καὶ μηδαμόθι πύον ὑποφαίνοιτο, τοῖς πρὸς τὰ ῥεύματα μαλακτικοῖς ἐμπλάστροις δεῖ χρῆσθαι· κάλλιστα δ' αὐτῶν, ὅσα ξηραίνειν τε ἅμα, καὶ ἀπωθεῖσθαι δύναται τὸ ἐπιρρέον αἷμα, χωρὶς ὀδύνης. ὥστε τά γε συντείνοντα σφοδρῶς, καὶ διὰ τοῦτο ὀδυνῶντα, πλέον ἀδικεῖ τοῖς ἀλγήμασιν, ἢ ὠφελεῖ ξηραίνοντα. τοιοῦτον οὖν εἶναι χρὴ τὸ φάρμακον, οἷόν ἐστι τὸ συνήθες ἡμῖν, τὸ διὰ τῆς χαλκίτεως, ἀνιέμενον ῥοδίνῳ. εἰ δὲ καὶ καθαρὸν ἔριον οἴνῳ στρυφνῷ βρέχων, ἔξωθεν ἐπιβάλλοις αὐτῷ, πλέον ὀνήσεις. ὑποφαινομένου δὲ κατὰ τὸ μέρος πύου, καταπλάττειν μὲν ἀναγκαῖον, ἅπαξ ἢ δίς που. καὶ ἄμεινον εἰς τὰ παρόντα, τὸ ἐκ τῶν κριθῶν ἀλεύρων. παραπλέκειν δ' ὁμοίως τι κἂν τούτοις, ἢ ὄξους, ἢ οἴνου. καὶ διελόντα, καὶ κενώσαντα τὸ πύον, φυλάττεσθαι μὲν τοῦ λοιποῦ, προσφέρειν ἔλαιον, ἢ ὕδωρ. καὶ εἰ ἀποπλύναι ποτὲ δέοι τὸ τραῦμα, μελικράτῳ τε, ἢ ὀξυκράτῳ καὶ οἴνῳ, καὶ οἰνομέλιτι χρηστέον. ἐπιτιθέναι δ', εἰ μὲν ἔτι φλεγμαίνοι, τὸ διὰ τῆς φακῆς κατάπλασμα. μὴ φλεγμαίνοντος δὲ, τῶν τε ἄλλων φαρμάκων τι, τῶν ἐμπλαστῶν, οἷς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις τομαῖς χρώμεθα, καὶ οὐχ ἥκιστά γε, τῷ διὰ τῆς χαλκίτεως. ἐπιτιθέναι δὲ κατ' αὐτῶν ἔξωθεν, σπόγγον, ἢ ἔριον οἴνῳ βρέχοντας στρυφνῷ. μὴ παρόντος δὲ τοῦ στρυφνοῦ, τῷ ὕδατι μίξαντας ὄξους τοσοῦτον, ὡς πίνειν δύνασθαι, τούτῳ βρέχειν. ἐπιτήδειοι δ' εἰς ταῦτα καὶ ὅσοι θαλάττης ἔχουσιν οἶνοι. καὶ αὐτὸς δ' ἂν ἐπὶ τοῦ καιροῦ τεχνήσαιο, μιγνὺς ἅλας τῷ παρόντι. τῷ δὲ τραύματι, μηδὲν τῶν λιπαινόντων φαρμάκων προσφέρειν, οἷόν τό, τε Μακεδονικόν ἐστι, καὶ τὸ τετραφάρμακον καλούμενον· ἀκριβῶς γὰρ δεῖται ξηραίνεσθαι. οὕτω μὲν ἰᾶσθαι δεῖ τὰς ἐπὶ ῥεύματι φλεγμονάς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Ἡ τῶν, ἐπί τινι τῶν ἄλλων αἰτίων, φλεγμονῶν ἴασις.

ΤΑς δ' ἐπί τινι τῶν ἄλλων αἰτίων, ὑγραίνειν τε καὶ θερμαίνειν οὐδὲν κωλύει. καὶ εἰ ἐκπυῆσαι βουληθείης αὐτὰς, καταπλάττειν ἀλεύρῳ πυρίνῳ, δι' ἐλαίου τε, καὶ ὕδατος ἡψημένῳ. καὶ εἴ ποτε καὶ ἀποσχάζειν δεήσειεν, οὐδὲ τοῦτο χρὴ δεδιέναι. τὰς δ' ἐπὶ τοῖς ῥεύμασιν, εἰ ἀποσχάσαις, μέγα τι κακὸν ἐργάσῃ, καὶ μάλιστ' εἰ κατ' ἀρχάς. ὅσαι γὰρ αὐτῶν, χρόνου πλείονος οὖσαι, μετά γε τὴν τοῦ παντὸς σώματος κένωσιν, καὶ τὴν ἄλλην τὴν προσήκουσαν ἴασιν, σκληρότητάς τινας, ἢ μελανότητας ἐν

τοῖς μέρεσιν ὑπολειπομένας ἔχουσι, τούτων ἀφαιρεῖν τοῦ αἵματος, οὐδὲν ἄτοπον· οὔτε γὰρ φλεγμονὰς τάς γε τοιαύτας ἔτι νομιστέον· ὥσπερ οὐδ' ἐρυσίπελας ἔτι, ὃ ἤδη πελιδνόν. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτο, κατὰ τὰς ἀρχὰς μὲν ψύχειν χρὴ, καὶ μάλισθ' ὅταν ἄνευ φανερᾶς γένηται προφάσεως. ἡνίκα δ' ἤδη τὸ ζέον ἀπέστιν αὐτοῦ, καὶ σχάσαι συμφέρει, καὶ καταπλάσαι θερμῷ τῷ κριθίνῳ, καὶ κηρωτῷ, καὶ ἄλλο τι φάρμακον ἐντιθέναι τῶν διαφορητικῶν. οὐ μὴν ἀπό γε φλεβὸς αἷμα, τῶν γε τοιούτων κενοῦν ἀναγκαῖον, ἀλλ' αἱ διὰ τῆς κοιλίας ὑποκαθάρσεις ἀρκοῦσι. διδόναι δὲ φάρμακον, ὃ χολὴν ξανθὴν ἄγει. μικροῦ δ' ὄντος τοῦ παθήματος, οὐδὲ τοῦτ' ἀναγκαῖον, ἀλλ' ἀρκεῖ κλύσαι δριμεῖ. τὰ δ' ἐφ' ἕλκεσιν ἐρυσιπέλατα, καὶ ὅσα οὕτω φανερὰς ἔχει τὰς αἰτίας, οὐδ' εἰ παραχρῆμα βούλοιο καταπλάττειν ἀλεύρῳ κριθίνῳ, καὶ μάλιστα καὶ προαποσχάσας, οὐδὲν βλάψεις. τὰς δὲ φλεγμονὰς τὰς ἐρυσιπελατώδεις, καὶ τὰ φλεγμονώδη τῶν ἐρυσιπελάτων ἰᾶσθαι, μικτὴν μὲν ὡς οἷόν τε ποιούμενον τὴν ἐπιμέλειαν, ἐνδυναμούμενον δ' ἀεὶ πρὸς μᾶλλον κρατοῦν. καὶ βουβῶνας δὲ, καὶ φύματα, καὶ φύγεθλον, παραπλησίαις ταῖς ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι γιγνομέναις ὁμοίαις διαθέσεσι τῆς ἐπιμελείας ποιεῖσθαι, πλὴν ὅσα δριμυτέρων φαρμάκων ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς παθήμασιν ἀνέχεσθαι πεφύκασιν, ὡς ἀδένες. τοὺς δ' ἕρπητας, τὰ μὲν περὶ τὴν τοῦ σώματος ὅλου κένωσιν ὁμοίως τοῖς ἐρυσιπέλασιν ἰᾶσθαι προσήκει· τὰ δὲ περὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος μέρους, οὐκ ἔθ' ὁμοίως. ἅπαντες γὰρ οἱ διαβιβρωσκόμενοι, ψύχεσθαι μὲν ἐθέλουσιν, ὡσαύτως τοῖς ἄλλοις ἕρπησί τε, καὶ ἐρυσιπέλασιν· οὐ μὴν ὅσα γε σὺν τῷ ψύχειν καὶ ὑγραίνειν φαρμάκα πέφυκε, ταῦτα γ' ἔτι φέρουσιν, ἀλλὰ μόνον, τῶν ψυχόντων προσίενται τὰ ξηραίνειν μάλιστα δυνάμενα. μὴ τοίνυν, μήτε θριδακίνην αὐτοῖς, μήτε πολύγονον, μήτε τὸν ἀπὸ τῶν τελμάτων φακὸν, ἢ τὸν ἕλειον λωτὸν, ἢ ἀνθύλλιον, ἢ ψύλλιον, ἢ ἀνδράχνην, ἢ σέριν, ἢ ἀείζωον, ἤ τι τῶν οὕτως ὑγραίνειν τε, καὶ ψύχειν δυναμένων, προσφέρειν, ἃ τοῖς ἐρυσιπέλασιν ἦν οἰκεῖα. ἀλλὰ μήτε σπόγγῳ ποτὲ θαρρήσῃς ὕδατι ψυχρῷ βεβρεγμένῳ, μήτε στρύχνῳ, καίτοι καὶ τοῦτο ξηραίνειν τε, καὶ ψύχειν πέφυκεν, ἀλλὰ μετρίως. οἱ δ' ἄρα, σφοδροτέρας ἢ κατὰ τὸν στρύχνον, δέονται ξηρότητος. ἐπιπλάττειν οὖν αὐτοῖς χρὴ, κατ' ἀρχὰς μὲν, ἕλικας ἀμπέλου, καὶ βάτου, καὶ κυνοσβάτου, καὶ ἀρνογλώσσου. μετὰ δὲ ταῦτα, τήν τε φακὴν μιγνύειν δεῖ, καὶ μέλιτός ποτε, καὶ ἀλφίτων, καὶ τὸ προγεγραμμένον πρὸς τὰς ἐκ ῥεύματος φλεγμονὰς, κατάπλασμα, περιελὼν αὐτοῦ τὸ ἀείζωον. αὐτὰ δὲ τὰ ἡλκωμένα, κατάχριε φαρμάκοις τοῖς πρὸς ἕρπητας ἐπιγεγραμμένοις, ἐν ταῖς φαρμακίτισι βίβλοις. πολλὰ δ' ἐστὶ ταῦτα παρὰ πᾶσι, καὶ εἰς κυκλίσκους ἀναπλάττεται τὰ πλεῖστα, καὶ δεῖται χρωμένοις ἀνίεσθαι γλυκεῖ. μὴ παρόντος δὲ γλυκέος, οἴνῳ λεπτῷ τε, καὶ λευκῷ, καὶ ὑποστύφοντι. οἷος ὅ τε Φαλερῖνος, καὶ ὁ Μασσαλιώτης, καὶ ὁ Σαβῖνος, καὶ Ἀδριανὸς, καὶ Ἀρσύϊνος, μηδέπω μηδὲν ἐν τῇ γεύσει δριμὺ, διὰ παλαιότητα κεκτημένοι. καὶ ὀξυκράτῳ δ' ὑδαρεῖ ποτε χρησάμενος ἀντὶ τούτων, οὐδὲν ἧττον περαίνεις. ἤδη δὲ καὶ χρονιζομένων τῶν ἑλκῶν, μήτε γλυκεῖ λύειν τοὺς κυκλίσκους, μήτε ὑδαρὲς ἔτι τὸ ὀξύκρατον ἔστω. καὶ τῶν οἴνων δ' ὅσοι στύφουσιν, ἱκανῶς ἀγαθοί· μάλιστα μὲν οἱ μέλανες, εἰ δ' ἀποροῖμεν αὐτῶν, λευκοί. φάρμακα δ' ἐν τῷδε τῷ καιρῷ, μάλιστα μὲν ἁρμόσει αὐτοῖς, τό τε τοῦ

A partibus reliquerunt, auferre sanguinem non est absurdum; nam inflammationes ampliùs existimandæ non sunt; quemadmodum neque erysipelas, si iam liuorem contraxit. Hoc enim per initia refrigerari desiderat; ac potissimùm quum sine manifesta sit causa. Quando verò iam feruor abest, confert scarificare; & cataplasma ex hordeacea farina calidum imponere, & ceratum, aliúdque medicamentum, quod discutiendi vim obtineat. Non tamen ex vena sanguis in hisce necessariò mittitur; sed ventrem per inferiora purgare sufficit, adhibito medicamento quod flauam bi- B lem ducat. Quòd si exigua sit affectio, ne hoc quidem necessarium est, sed abundè erit acri vti clystere. Quæ verò ex vlceribus fiunt erysipelata, quęque similiter manifestas habent causas, neque si statim cataplasma ex hordeacea farina, præsertim loco antea scarificato imposueris, lædes. Inflammationi verò erysipelatodi, & erysipelati phlegmonodi, mista, quoad fieri potest, curatio est adhibenda, atque ei quod magis vincit, semper reluctandum. Bubo verò, & phyma, & phygethlon eadem ratione, qua & aliarum partium C similes affectus, curari debent; præterquàm in partibus, quæ iisdem affectibus laborantes, acriora medicamenta ferre possunt, cuiusmodi sunt glandulæ. Herpetes autem, quatenus ad vniuersi corporis vacuationem attinet, vt erysipelata, curari debent; quatenus verò ad affectam partem, non eadem omnibus cura adhibenda est. Exedentes enim omnes refrigerari volunt, quemadmodum & alij herpetes, & erysipelata; non tamen medicamenta ferunt, quæ præterquã quòd refrigerant, etiam humectare idonea sunt; sed solùm refrigerantia admittunt, præsertim quæ D exiccare possint. Quocirca neque lactuca, neque polygonum, neque lenticula, quæ in paludibus nascitur, neque palustris lotus, aut anthyllium, aut psyllium, aut portulaca, aut seris, aut semperuiuum, aut aliud id genus quod refrigerare ac humectare possit, est adhibendum; quæ quidem erysipelatibus sunt familiaria. Sed nec spongiæ frigida imbutæ, aliquando, nec solano fidendum est, tametsi refrigerare ac exiccare possint, sed modicè. Herpetes verò vehementiorem quàm solani siccitatem expetunt. Igitur per initia imponendi vitium capreoli sunt, ac rubi, & E canini rubi germina, & arnoglossum. Deinde lenticula admiscenda est, nonnunquam & mel, & polenta, quod præscriptum est ad inflammationes ex defluxione cataplasma, si ab eo semperuiuum detraxeris. Exulcerata autem loca medicamentis, ad herpetas in libris pharmaceuticis, i. *de compositione medicamentorum* inscriptis, inungere oportet. Eiusmodi enim multa passim habentur in orbiculos digesta, qui, dum vsus efflagitat, passo diluuntur. Quòd si in promptu passum nõ sit, vino tenui, & albo, & leuiter astringente, vtendum est; quale Falernum est, Massi- F liense, Sabinum, Adriaticum, & Arsyinum; quæ nondum gustus acrimoniam vetustate contraxerint. Et si in horum vicem interdum posca aquosa vtaris, nihil minùs consequeris. Iam verò inueteratis vlceribus neque passo diluendi pastilli sunt, neque ampliùs aquosa posca esse debet. Ac vina quæ astringendi vim possident, plurimùm iuuant; maximè quidem nigra, aut si ea desideremus, alba. Ex medicamentis verò quæ hoc tempore accommoda sunt, optimum est, quod Polyidæ

Polyidæ ascribitur, Pasioni, Musæ, Androni, & alia his similia. Herpetes verò qui tantùm summam cutem exulcerant, nisi admodum veterauerint, nullo horum inungere oportet; vrunt enim vehementer, ac validè exiccant, sed eiusmodi herpetibus sufficiunt, quæ glaucij vim habent, maximè aqua resoluta. Quòd si hæc nihil profecerint, acetum miscendum est; vtilius autem succus solani, & arnoglossi additur. Hoc porrò in summa in omni vlcere cognoscendum est, siue id sponte, siue ex casu, siue ex vulnere acciderit, nimirum quòd semper exiccari desiderat, medicamento, vt inquit Hippocrates, non molesto, hoc est, neque mordente neque irritante vehementer, nisi malignum, ac putre sit. Nam id genus vlcera acerrima medicamenta efflagitant, & quæ igni vires proximas habeant; quale est misy, chalcitis, arsenicum, calx, & sandarache; ignis enim modo deurunt eiusmodi medicamenta; quæ si malo cedunt, sæpè ipso igne vtendum est. Quocirca & carbunculis, vt vocant, super ipsam crustam, vbi pars maximè putrescit, commodè hoc medicamentorum genus adhibebis, intactis tamen vicinis partibus, ne imprudens ea, sine vlla necessitate exulceres; sed pastillis antè commemoratis vtendum est; qualis est Andronius. Quòd si rubor aliquando locum occupet, aut ingens ardor, medicamentum passo diluendum est, vel arnoglossi succo. Sin tumor magnus sit, primùm vino acerbo, deinde adiecto aceto, dissoluitur. Cataplasma autem ex eruina farina, & mulso aceto imponendum est; atque in primis initiò statim tantum sanguinis, quantum satis esse videbitur (nisi quid vetet) detrahendum est.

Πολυείδου, καὶ Πασίωνος, καὶ τὸ Μούσα, καὶ τὸ Ἀνδρωνος, ὅσα τἆλλα τούτοις ἔοικε. τοῖς δὲ τὰ ἐπιπολῆς μόνον ἑλκοῦσι τῶν ἑρπήτων, εἰ μὴ πάνυ τι κεχρονικότες εἶεν, οὐδὲν χρὴ καταχρίειν τούτων, καίει γὰρ ἰσχυρῶς, καὶ ξηραίνει σφοδρῶς, ἀλλ' ἀρκεῖ τοῖς τοιούτοις ἕρπησιν, ὅσα κατὰ γλαυκίου δύναμίν ἐστι φάρμακα, λυέσθω δὲ μάλιστα μεθ' ὕδατι. μηδὲν δ' ἀνύοντος αὐτοῦ, καὶ ὄξους παραπλέκειν, εὖ δὲ καὶ στρύχνου δεύσας χυλῷ, ἢ ἀρνογλώσσου, μειζόνως ὠφελήσεις. ἐν δὲ τῷ καθόλου, τοῦτό σε γιγνώσκειν χρὴ, ἐπὶ παντὸς ἕλκους, εἴτ' αὐτομάτως, εἴτ' ἀπὸ συμπτώματος, εἴτε καὶ τρωθεῖσιν εἴη γεγενημένον, ὡς ξηραίνεσθαι μὲν ἀεὶ βούλεται, φαρμάκῳ δ' ὡς Ἱπποκράτης φησὶ, μὴ περισκελεῖ, τουτέστι μὴ δάκνοντι, μηδ' ἐρεθίζοντι σφοδρῶς, πλὴν εἰ μὴ κακόηθές τε, καὶ μετὰ σηπεδόνος εἴη. τὰ γὰρ τοιαῦτα, δριμυτάτων δεῖται φαρμάκων, καὶ πυρὶ τὴν δύναμιν ἐοικότων, οἷόν ἐστι τό, τε μίσυ, καὶ ἡ χαλκῖτις, καὶ ἀρσενικὸν, καὶ τίτανος, καὶ σανδαράχη· καὶ γὰρ οὖν καὶ καίει παραπλησίως τῷ πυρὶ τὰ τοιαῦτα φάρμακα· πολλάκις δὲ καὶ τούτων νικωμένων, αὐτῷ τῷ πυρὶ χρώμεθα. ταῦτ' ἄρα καὶ τοῖς καλουμένοις ἄνθραξι, κατ' αὐτῆς τῆς ἐσχάρας, ἔνθα μάλιστα σήπεται τὸ μόριον, ἡ τῶν τοιούτων φαρμάκων ἰδέα προσφέρεις, οὐ μὴν τῷ πέριξ χωρίῳ, λήσεις γὰρ αὐτὸς ἑλκώσας αὐτὰ, εἰς μηδὲν δέον, ἀλλὰ τοῖς προειρημένοις κυκλίσκοις χρηστέον, οἷος ὁ Ἀνδρώνιος. εἰ δέ ποτε ἔρευθος ἐπικρατοίη, καὶ πολλὴ φλόγωσις, ἀνιέναι χρὴ γλυκεῖ τὸ φάρμακον, ἢ ἀρνογλώσσου χυλῷ. εἰ δ' ὄγκου μέγεθος ὑπάρχει, οἴνῳ μὲν στρυφνῷ τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ ὄξει. καταπλάττειν δὲ τῷ τῶν ὀρόβων ἀλεύρῳ δι' ὀξυμέλιτος· καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων, εὐθὺς κατ' ἀρχὰς, ἀφαιρεῖν αἵματος ἱκανὸν, ἤν γε μηδὲν κωλύῃ.

CAPVT IV.

Quatuor indicationes esse curationis inflammationum.

HÆc quidem generatim sunt eiusmodi affectuum remedia; quæ pro affectorum instrumentorum natura mutantur. Quatuor autem ab his sumuntur indicationes, ex eorum temperamento, conformatione, situ, & facultate. Temperamento quidem, ex iis quædam sunt natura sicciora, quædam humidiora, alia autem frigidiora, alia verò calidiora; & ex copulatis simplicibus, aut humidiora & calidiora, aut humidiora & frigidiora, aut sicciora & calidiora, aut sicciora & frigidiora, aut omninò temperata. Sitque tibi in curando scopus, partis natura. Hæc enim docet, quatenus sit refrigerandum aut exiccandum. Carnosæ enim partes inflammatione obsessæ, leuiter sunt exiccandæ; & venosæ quidem, licet sint carnosis sicciores, non tamen multùm sunt exiccandæ. Arteriosæ verò natura partes sunt magis quàm venosæ, atque his magis neruosæ, multo verò amplius cartilaginosæ, & osseæ. Non enim antè, quàm ad propriam naturam pars reducta sit, finem curationi impositum esse existimãdum est. Ad sicciorem autem temperaturam reducunt medicamenta natura secciora; ad frigidiorem verò, frigidiora. Ad eundem quoque modum in reliquis duabus qualitatibus; ad mediocrem verò, quæ in singulis sunt mediocria. Sic equidem partium temperamenta affectuum variant curationes. Conformationes verò ad hunc modum; *partes* quædam intra se, quædam extra, quædã autem vtraque, quædã neutra parte habent spatia;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Τέτταρας ἐνδείξεις εἶναι, τὰς τῶν φλεγμονῶν θεραπευτικάς.

ΤΟιαῦται μὲν τινες αἱ τῶν τοιούτων παθῶν ἰάσεις κατὰ γένος. ἐξαλλάττονται δὲ παρὰ τὰς τῶν πεπονθότων ὀργάνων φύσεις. τέτταρες δὲ ἀπὸ τούτων ἐνδείξεις εἰσὶν, ἐκ τῆς κράσεως αὐτῶν, ἐκ τῆς διαπλάσεως, ἐκ τῆς θέσεως, ἐκ τῆς δυνάμεως. ἐκ μὲν τῆς κράσεως, εἰ τὰ μὲν αὐτῶν, ξηρότερα φύσει, τὰ δ' ὑγρότερα, τὰ δὲ, ψυχρότερα, τὰ δὲ θερμότερα γέγονε· καὶ κατὰ συζυγίαν, ἢ ὑγρότερα, καὶ θερμότερα, ἢ ὑγρότερα, καὶ ψυχρότερα, ἢ ξηρότερα καὶ θερμότερα, ἢ ξηρότερα καὶ ψυχρότερα, ἢ κατὰ πᾶν εὔκρατα. καὶ χρὴ σκοπὸν εἶναί σοι ἐν ταῖς θεραπείαις, τὴν φύσιν τοῦ μορίου. τὸ γὰρ μέχρι πόσου ψυκτέον, ἢ ξηραντέον, αὕτη διδάσκει. τὰ γὰρ σαρκώδη φλεγμαίνοντα, βραχέως δεῖται ξηραίνεσθαι· καὶ μὲν δὴ, καὶ ὅσα φλεβώδη, κἂν ᾖ μᾶλλον τῶν σαρκωδῶν ξηρότερα, ἀλλ' οὐδ' αὐτά γε ἱκανῶς. ὅσα δ' ἀρτηριώδη τὴν φύσιν ἐστὶ μόρια, μᾶλλον ἔτι τῶν φλεβωδῶν, καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον, τὰ νευρώδη, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τούτων, ὅσα χονδρώδη, καὶ ὀστώδη. πρὶν γὰρ εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανελθεῖν φύσιν τὸ μέρος, οὐδέπω τέλος ἡγητέον ἔχειν τὴν ἴασιν. ἐπανάγει δ' εἰς τὴν ξηροτέραν μὲν κρᾶσιν, ὅσα φύσει ξηρότατα· εἰς δὲ τὴν ψυχροτέραν, ὅσα ψυχρότατα. καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δὲ δύο ποιότητας, ὁμοίως· εἰς δὲ τὸ μέτριον, ἐν ἑκάστῃ τὰ μέτρια. οὕτω μὲν αἱ κράσεις τῶν μορίων ποικίλλουσι τὰς τῶν παθῶν θεραπείας. αἱ δὲ διαπλάσεις, ὡδί· τὰ μὲν γὰρ ἔνδον αὐτῶν, εὐρύτητας ἔχει, τὰ δ' ἔξωθεν, τὰ δ' ἑκατέρωθεν, τὰ δ' οὐδετέρωθεν·

διὰ τῶν μὲν ἁπλῶν, αἱ ἀρτηρίαι, καὶ αἱ φλέβες, καὶ νεῦρα· αἱ μὲν ἐν τοῖς κώλοις, ἔνδον αὐτῶν· αἱ δ' ἐντὸς περιτοναίου, καθ' ἑκάτερα· νεῦρα δὲ, τὰ μὲν, ἐν τοῖς κώλοις, κατ' οὐδέτερον· ὅσα δὲ ἐντὸς περιτοναίου, κατὰ θάτερον. τοῖς δὲ σπλάγχνοις σχεδὸν ἅπασιν, ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθέν εἰσιν εὐρυχωρίαι μεγάλαι. καὶ πρόσεστί γε ἡ σὰρξ αὐτὴ, ἡ μὲν τοῦ πνεύμονος, μανή· ἔμπαλιν δ' ἡ τῶν νεφρῶν, πυκνοτάτη· καὶ μετὰ ταύτην, ἡ τοῦ ἥπατος. ἡ δὲ τοῦ σπληνὸς, εἰς ὅσον πυκνοτέρα τῆς τοῦ πνεύμονος, εἰς τοσοῦτον μανοτέρα τῆς τοῦ ἥπατος. ἐν ἅπασιν οὖν τούτοις, ὅσα μὲν οὐδετέρωθεν ἔχει κοιλότητας ἐκδεχομένας τὸ περιττὸν τοῦ ῥεύματος, ἰσχυρῶς δεῖται ξηραίνεσθαι, κἂν μὴ πάνυ ξηρὰ τὴν φύσιν ᾖ, καθάπερ τὰ νεῦρα, καὶ μάλιστα τὰ ἐν τοῖς κώλοις. ὅσα δ' ἔξω τε, καὶ εἴσω δύναται χαλάσαι τι τῆς φλεγμονῆς, οὐδὲν δεῖται, τά γε τοιαῦτα, τῶν ἰσχυρῶς ξηραινόντων, καὶ μάλιστ' εἰ χαύνην ἔχοι τὴν σάρκα, καθάπερ ὁ πνεύμων. ἡ δ' ἀπὸ τῆς θέσεως ἔνδειξις, οὐδ' αὐτὴ παροπτέα· δι' ὧν τε γὰρ χρὴ κενοῦν, καὶ ὅπως, καὶ ὅθεν αὐτὴ μάλιστα διδάσκει. τῶν μὲν οὖν ἔτι ἐπιρρεόντων, ἡ ἀντίσπασις, οὕτω γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει, τῶν δ' ἤδη κατειληφότων τὸ μόριον ῥευμάτων, ἡ παροχέτευσις, ἴαμα. ἄμφω δὲ τὰ εἴδη τῆς κενώσεως, διὰ τῶν κοινῶν ποιεῖσθαι κελεύει φλεβῶν. οἷον τὰς ἐπὶ μητρῶν ἀντισπάσεις, εἰ τὴν ἐν ἀγκῶνι τέμνοις φλέβα, ἢ παρὰ τοὺς τιτθοὺς σικύας προσβάλλοις, ἢ εἰ τὰς χεῖρας θερμαίνοις τε καὶ ἀνατρίψαις, καὶ διαδήσαις. παροχετεύσεις δὲ, τὰς ἐν ἰγνύαις, ἢ σφυροῖς διαιρῶν, καὶ σικύας μηροῖς προσβάλλων, καὶ θερμαίνων, καὶ ἀνατρίβων, καὶ διαδῶν τὰ σκέλη. καὶ εἰ μὲν ἡ δεξιὰ μήτρα πεπόνθοι, ἐκ δεξιᾶς χειρὸς, καὶ σκέλους, ἀπάγων τὸ αἷμα. τῆς δ' ἀριστερᾶς πεπονθυίας, ἐκ τῶν ἐν ἐκείνῃ κατ' εὐθὺ κώλων. τὸ γὰρ καθ' ἴξιν ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον, αὐτὸ τοῦτ' ἔστι τὸ κατ' ἰσότητα. τέμνειν δὲ τὰς ἔνδον φλέβας τοῦ Ἱπποκράτους· αὗται γὰρ ἐγγυτέρω τε τῶν πεπονθότων μορίων, καὶ μᾶλλον κατ' εὐθύ. καὶ γὰρ εἰ σπληνὸς φλεγμαίνοντος, κενοῦν αἵματος ἐθέλοις, τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς τὰς ἔνδον φλέβας τέμνειν, καὶ εἰ ἥπατος, τῆς δεξιᾶς ὡσαύτως. εἰ δέ τι τῶν ἄνωθεν εἴη φλεγμαῖνον, ὡς ἐν συνάγχαις τε καὶ ὀφθαλμίαις, καὶ ὅσα περὶ κεφαλὴν, τὰς ἔξωθέν τε, καὶ κατ' εὐθύ· τῶν κώλων δι' αὐτῶν πεπονθότων, ἀπὸ τῶν ὁμοζύγων ἡ κένωσις, εἴτε ἀντισπᾶν, εἴτε παροχετεύειν ἐθέλοις, πλὴν εἰ μὴ χρόνιον εἴη τὸ πάθημα. τηνικαῦτα γὰρ, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος. οὕτως οὖν, κἀπὶ τῶν συναγχικῶν, τὰς ὑπὸ τὴν γλῶτταν φλέβας τέμνομεν, ὅταν ἡμῖν τὸ μὲν ὅλον ἤδη σῶμα κενὸν ᾖ, χρονίζῃ δὲ τὸ πάθος. οὕτω δὲ καὶ σπληνὶ, καὶ ἥπατι, σικύας προσβάλλομεν. οὕτω δὲ καὶ ἄλλο τι, καὶ ἄλλο μέρος πεπονθὸς ἀποσχάζομεν, οὐκ ἐπιρρεόντων ἔτι τῶν χυμῶν· ἐρεθίζεις γὰρ αὐτοὺς ἐν τῷδε μᾶλλον, καὶ διπλάσιον ἐργάσῃ τὸ κακόν. ἀλλ' ὅταν ἤδη τὸ μὲν ὅλον ἀπέριττον ᾖ σῶμα, μηδὲν δ' ἐπιρρέῃ νέον, ἴσχηται δέ τι τοῦ παλαιοῦ ῥεύματος ἐν τῷ μορίῳ. καὶ μὴν, καὶ ὅτι τὰ μὲν ἐν τοῖς κυρτοῖς τοῦ ἥπατος, ἐπ' οὖρα χρὴ προτρέπειν· τὰ δ' ἐν τοῖς σιμοῖς, ἐπὶ τὴν κάτω διαχώρησιν, ἡ θέσις ἐδίδαξε τοῦ σπλάγχνου. καὶ ὅτι θώρακα μὲν, καὶ πνεύμονα, διὰ βηχῶν ἐκκαθαίρειν· γαστέρα δὲ, καὶ στόμαχον, δι' ἐμέτων· ἔντερα δὲ, ταῖς κάτω διαχωρήσεσιν· ὥσπερ οὖν καὶ σπλῆνα, καὶ νεφροὺς μὲν, ταῖς δι' οὔρων· μήτρας δὲ, ταῖς διὰ τῶν καταμηνίων· ἐγκέφαλον δὲ, καὶ μήνιγγας, ταῖς δι' ὑπερῴας, καὶ γαργαρεῶνος, καὶ ῥινῶν, καὶ ὤτων. ἀλλὰ καὶ ὅτι τοῖς μὲν ἐπιπολῆς μορίοις, τοιοῦτον εἶδος χρὴ φαρμάκων προσφέρειν, οἵου δεῖται τὸ πάθος·

vt ex simplicibus arteriæ, venæ, & nerui; illæ in artubus quidem, intra se; in peritonæo verò, vtraque parte; nerui autem in artubus, neutra; in peritonæo verò, altera parte. Ferè autem viscera omnia, tam intra se, quàm extra, ampla spatia obtinent. Ad hæc caro ipsa, pulmonis quidem rara; contrà verò renum, densissima est; post hanc, iecoris. Lienis verò substantia tantò densior est, quàm pulmonis, quantò, quàm iecoris est rarior. Itaque in omnibus his quæcunque neutra ex parte cauitates habent, quæ fluxionem superuacuam excipiant, fortiter sunt siccandæ, tametsi natura admodum siccæ non sunt, cuiusmodi sunt nerui, & qui in artubus potissimùm. Quæ verò tã extra quàm intra, nonnihil inflammationis laxare possunt, vehementer exiccantibus non egent, præsertim si fungosa earum caro sit, qualis est pulmo. Neque verò prætermittenda est ea, quæ à partis situ sumitur indicatio; vtpote, quæ maximè doceat, per quæ, & quomodo, & vnde fieri debeat vacuatio. Confluentium igitur adhuc *humorum* reuulsio, quam antispasin Hippocrates vocat, obsidentium verò iam partem, deriuatio est remedium. Vtrunque enim vacuationis genus per communes venas fieri iubet. Ex vtero, verbi gratia, reuelles, si cubiti venam secueris, aut sub mammis cucurbitulas admoueris, aut manus calefeceris, fricueris, ac ligaueris. Deriuabis autem, si quæ in poplite sunt, aut malleolis venas diuiseris, cucurbitulas femori admoueris, crura calefeceris, fricueris, & ligaueris. Atque si dextra vteri pars laboret, sanguis ex dextra manu, & crure ducendus est. Sin læua affecta sit, ex membris illi è directo respondẽtibus. Quod enim καθ' ἴξιν Hippocrates vocat, hoc ipsum est secundum æqualitatem. Secare autem internas venas Hippocratis etiam est, quod hæ & viciniores sunt, & è directo magis respondent affectis partibus. Etenim si phlegmone affecto liene ducere sanguinem velis, manus sinistræ, si iecore, dextræ vena interna eodem modo secanda est. Si verò aliqua ex superioribus partibus inflammatione tentata sit, vt in angina, & ophthalmia, & alia, in quacunque capitis parte extiterit, externas, & quæ è directo respondent, *venas secabis*; membris verò ipsis affectis, à coniugibus venis vacuabis, siue reuellere, siue deriuare velis, nisi inueteratus affectus sit. Nam tunc ab affecta parte *sanguinem duces*. Itaque in angina venæ sub lingua incidendæ sunt, vbi corpus vniuersum vacuauerimus, & inueteratus fuerit affectus. Ad hunc modum & lieni & iecori cucurbitulas admouemus. Eadem ratione aliam quamcunque partem affectam scarificabis, quum humorum fluxio restiterit; alioquin enim hos magis irritaueris, & malum geminaueris. Sed quum iam vniuersum ab humore superuacuo corpus liberũ est, neq; iam aliquid affluit, sed ex vetere defluxione impacta loco affecto portio aliqua est. Quòd verò in gibbis iecoris, per vrinas; simis verò partibus, per alui excremẽta ducere oporteat, visceris ipsius situs indicat. Quódque thoracem ac pulmonẽ tussi repurgare cõueniat, ventrémque ac stomachum vomitu; interanea, alui deiectione; quemadmodum lienem, & renes per vrinas; vterum, per menses; cerebrum verò ac eius membranas, per palatũ, gurgulionẽ, nares, & aures, *ex eorum sedibus palàm est.* Sed & quòd partibus in superficie *constitutis* tale sit adhibẽdum medicamentum, quale affectus afflagitat;

quæ

quæ verò in alto corpore demersæ latent, quæque ex longo interuallo medicamenti virtutem experturæ sunt, his non quale nunc est, sed quale cum eò peruenerit, tum futurum est, ex situ partium dandum didicimus. Quocirca medicamēti, siue id foris adhiberi, siue deuorari, aut hauriri debeat, vires non præsentes, sed quales dum ad affectum locum peruenerint, futuræ sint, considerandæ sunt. Igitur quæ in pulmonis inflammationibus pectori forinsecus imponuntur medicamenta, longè vehementiora & acriora natura, quàm si ipsi visceri admouerentur, esse debent. Eius enim quod per multa corporis membra intermedia transiens ad locum affectum peruenturum est, vires si quidem per initia essent imbecillæ, omninò fatiscerent atque euanescerent. Tantum igitur aduentitij roboris adiiciendum est, quantum transeundo amittunt; vt quod superest, æquale existat ei quod tactu iuuat. Itaque externis pectoris inflammationibus abundè faciunt, quæ solùm laxare possunt; internæ verò, qualis est membrana costas succingens, acriora desiderant. Lienis verò & iecoris omniúmque peritonæi partium inflammationes eadem ratione curantur. Sæpè enim cutis ab admotis medicamētis vlceratur, etsi visceribus longè durior sit, potentiúsque resistat. Quòd si ipsis visceribus medicamenta, quibus assiduè egent, admoueri possent, eò mitiora essent imponenda, quo eorum natura faciliùs afficitur. Quæ verò & vorare & haurire medicamenta, iubent curandis viscerum affectibus idonea, longè acriora & vehementiora esse debent, quàm quæ affectæ partes efflagitant; exceptis his quæ ventri & stomacho conferunt; sola enim hæc talia adhibentur, qualia morbus poscit; reliqua verò omnia, acriora & valentiora viribus esse oportet, ac ea maximè quæ ad renum & pulmonum vitia adhibentur. Considerare itaque oportet, quot numero partes permeat medicamētū, quod ad pulmones fertur. Primùm quidem per os transit; deinde fauces, & stomachum; postea ventriculum ipsum, & quædam ex gracilioribus intestinis; deinde ad mesenterij venas; pòst ad iecoris partium simarum; ex quibus ad gibberarum venas peruenit; ex his verò ad cauam, post quam, ad cor; tandem ad pulmonem. Neq; negare possumus, quin in singulis hisce partibus humoribus quibusdā id misceatur, & mutationem quandam alterationémque naturæ visceris familiarem recipiat. Quapropter quod de eius facultate superest, minus omninò ac hebetius est, quàm vt læsam partem iuuare possit. Quæ igitur à situ partis sumitur indicatio, his modis curationem variat; quatenus autem quæ à facultate ducitur, nunc exponemus. Quoniam autem ex corporis partibus alias quidem influentes, alias verò congenitæ facultates moderantur; atque harum ipsarum aliæ sibi solis, aliæ aliis facultatum sunt origo; & ex his quidem aliæ proprium, aliæ publicum habent officium; necessariò curationis forma in vnaquaque harum differentiarum mutanda est. Siquidem multa ex commemoratis remediis affectum quidem curant, cæterū natiuas partium facultates offendunt, quarum noxa in vniuersum corpus transfertur, quod bifariam fit; nimirum quatenus viscus est facultatis origo, totius corporis partibus communis; aut eius munus vniuerso corpori vtile est. Iecur enim, cor, cerebrum, & testes, principia sunt facultatū vniuerso

A τοῖς δ' ἐν τῷ βάθει, καὶ διὰ πολλῶν τῶν μεταξὺ μέλλουσιν ὁμιλήσειν ταῖς δυνάμεσιν αὐτῶν, οὐχ οἵα νῦν ἐστιν, ἀλλ' οἵα ἔσεσθαι μέλλει παρὰ τῆς θέσεως τῶν μορίων ἐμάθομεν. ὥστ' εἴ τι τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων, εἴτε τῶν ἐσθιομένων, ἢ πινομένων εἴη τὸ φάρμακον, οὐ τὴν πρόσφατον αὐτοῦ δύναμιν ἐπισκεπτέον, ἀλλ' οἵαν ἕξει πλησιάζον τῷ πεπονθότι μορίῳ. ταῦτ' ἄρα τῆς τοῦ πνεύμονος φλεγμονῆς, ὅσα προσφέρουσιν ἔξωθεν ἐπιπλάσματα, τῷ θώρακι περιβάλλοντες, ἰσχυρότερα πολύ, καὶ δριμύτερα τὴν φύσιν ἐστὶν, ἢ εἰ αὐτῷ τῷ σπλάγχνῳ προσεφέρετο. B διὰ πολλῶν γὰρ τῶν μεταξὺ σωμάτων, τὸ ἐντυγχάνειν μέλλον τῷ πεπονθότι μορίῳ προϊὸν, πάντως ἂν ἐξελύθη τε, καὶ ἠμαυρώθη τὴν δύναμιν, εἰ ἐξ ἀρχῆς ἦν ἀσθενές. τοσοῦτον οὖν αὖθις ἐπικτήτου ἰσχύος διδόναι προσήκει, ὁπόσον ἡ ὁδὸς ἀφαιρεῖται· ὥστε ἴσον καθίστασθαι τὸ λειπόμενον, τῷ διὰ τῆς ψαύσεως ὠφελοῦντι. ταῦτ' ἄρα, καὶ αὐτοῦ τοῦ θώρακος, τοῖς μὲν ἐπιπολῆς φλεγμαίνουσιν ἱκανὰ, τὰ χαλᾶν μόνον δυνάμενα· τοῖς δ' ἔνδον, ὥσπερ καὶ τῷ ὑμένι τῷ ὑπεζωκότι, δριμυτέρων δεῖ. καὶ περὶ σπληνὸς δὲ, καὶ ἥπατος, καὶ πάντων τῶν ἔνδον τοῦ περιτοναίου μορίων, ὁ αὐτὸς λόγος. ἑλκοῦται γὰρ πολλάκις ὑπὸ τῶν C ἐπιτιθεμένων φαρμάκων τὸ δέρμα, καίτοι πολὺ σκληρότερόν τε, καὶ δυσπαθέστερον ὑπάρχον τῶν σπλάγχνων. καὶ εἰ δυνατὸν ἦν αὐτοῖς τοῖς σπλάγχνοις ἐπιβάλλειν, ὧν ἑκάστοτε δέονται, τοσούτῳ μαλακωτέρων φαρμάκων ἂν ἐδεήθησαν, ὅσῳ καὶ ἡ φύσις αὐτῶν ἐστιν εὐπαθεστέρα. καὶ μὴν δὴ καὶ ὅσα κελεύουσί τε ἐσθίειν, καὶ πίνειν φάρμακα, τοῖς τῶν σπλάγχνων παθήμασιν ἀρωγὰ, καὶ ταῦτα πολὺ δριμύτερά τε καὶ ἰσχυρότερά ἐστι ταῖς δυνάμεσιν, ἢ οἵων δεῖται τὰ πάσχοντα μόρια, πλὴν τῶν γαστρὶ, καὶ στομάχῳ συμφερόντων· ταῦτα γὰρ μόνα τοιαῦτα δίδοασιν, οἵων χρῄζει τὰ D πάθη· τὰ δ' ἄλλα πάντα, δριμύτερα καὶ ἰσχυρότερα ταῖς δυνάμεσίν ἐστι· καὶ μάλισθ' ὅσα νεφρῶν ἢ πνεύμονος ἕνεκα δίδονται. σκοπεῖν οὖν, ὅσον ἀριθμὸν μορίων διεξέρχεται, τὸ μέλλον εἰς πνεύμονα φέρεσθαι. πρῶτον μὲν στόμα, καὶ φάρυγγα, καὶ στόμαχον· ἔπειτα δ' αὐτὴν τὴν γαστέρα, καί τινα τῶν λεπτῶν ἐντέρων· εἶτα τὰς ἐν τῷ μεσεντερίῳ φλέβας· εἶτα τὰς ἐν τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος· ἐξ ὧν, εἰς τὰς ἐν τοῖς κυρτοῖς μεταληφθὲν, ἐντεῦθεν εἰς τὴν κοίλην φλέβα ἔρχεται, μεθ' ἣν, εἰς καρδίαν· ἔπειθ' οὕτως εἰς πνεύμονα. καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς οὐ καθ' ἕκαστον τούτων τῶν μο- E ρίων, χυμοῖς τέ ποιν ἀναμίγνυται, καί τινα μεταβολὴν, καὶ ἀλλοίωσιν οἰκείαν τῇ φύσει τοῦ σπλάγχνου δέχεται. ὥστε τὸ καταλειπόμενον αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, παντελῶς ἐστι μικρὸν, καὶ ἀμυδρὸν, ἢ ὅσον αὔταρκες εἰς τὴν ὠφέλειαν τοῦ πεπονθότος. ἡ μὲν οὖν παρὰ τῆς θέσεως τῶν μορίων ἔνδειξις, εἰς τοσοῦτον ἄρα τὴν θεραπείαν ὑπαλλάττει· ἡ δὲ παρὰ τῆς δυνάμεως, εἰς ὅσον νῦν ἐρῶ. ἐπεὶ τῶν μορίων τοῦ σώματος, τὰ μὲν, ἐπιῤῥύτοις διοικεῖται δυνάμεσι, τὰ δὲ, καὶ συμφύτοις· τούτων δ' αὐτῶν, τὰ μὲν ἑαυτοῖς μόνοις, τὰ δὲ, καὶ ἄλλοις ἀρχαὶ δυνάμεών F εἰσι· καὶ τῶν μὲν, ἴδιον τοὔργον ἐστὶ, τῶν δὲ, κοινόν. ἀναγκαῖον ὑπαλλάττεσθαι τὸ τῆς θεραπείας εἶδος ἐν ἑκάστῃ τῶν εἰρημένων διαφορῶν. πολλὰ γὰρ τῶν προειρημένων βοηθημάτων, λύει μὲν τὰ πάθη, βλάπτει δὲ τὰς συμφύτους τῶν μορίων δυνάμεις, ὧν δὲ ἡ βλάβη παντὶ τῷ σώματι διαφέρει, διττῶς τούτου γιγνομένου, παρ' ὅσον ἤτοι δυνάμεώς ἐστιν ἀρχὴ τὸ σπλάγχνον, ἅπασι τοῖς μέρεσι κοινὴ, ἢ τοὔργον αὐτοῦ παντὶ τῷ σώματι χρήσιμον. ἧπαρ μὲν γὰρ, καὶ καρδία, καὶ ἐγκέφαλος, καὶ ὄρχεις, ἀρχαὶ δυνάμεών εἰσι κοιναὶ ὅλῳ

τῷ σώματι. γαστρὶ δὲ, καὶ μήτρᾳ, ἔμφυτοι μὲν αἱ δυνάμεις, τὸ οὐδενὸς ἄλλου κοιναί. τό γε μὴν ἔργον τὸ μὲν τῆς γαστρὸς, ἅπαντι τῷ σώματι χρήσιμον· τὸ δὲ τῆς μήτρας, οὐκέτι. βλάπτει δὲ πολλάκις ἡ τοῦ πάθους ἴασις, τὴν δύναμιν τοῦ μέρους· τὰ τε γὰρ ἀμέτρως χαλῶντα, λύει τὸν τόνον, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν τοῦ μέρους· τὰ δ' ὑπερβαλλόντως ψύχοντα, σβέννυσι τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ὃ τάχα μὲν, ὥς τισιν ἔδοξε τῶν ἀρίστων ἰατρῶν τε, καὶ φιλοσόφων, ἡ οὐσία τῶν δυνάμεών ἐστιν, εἰ δὲ μὴ, ἀλλά τοί γε πρῶτόν τε, καὶ ἀναγκαιότατον αὐτῶν ὄργανον. ἤδη δὲ καὶ ποιότητές τινες ἄτοποι, καταλυτικαὶ τῶν δυνάμεών εἰσιν. οὐδὲν οὖν τούτων χρὴ παρέρχεσθαι κατὰ τὰς ἰάσεις, ἵνα μή ποτε λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς εἰπόντες, τὸ μὲν πάθος ἐθεραπεύθη, ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἀπέθανεν· ὅπερ ὁσημέραι γιγνόμενον ὁρᾷς ὑπὸ τῶν πλείστων, ὅσοι τήν τε ἄλογον πεῖραν πρεσβεύουσι, καὶ τὴν ἅπασι τοῖς τῆς τέχνης καλοῖς λυμαινομένην αἵρεσιν μεθοδικὴν, ἢ τινὰς λόγους μεταδιώκει δογματικοὺς μὲν, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἁμαρτημάτων πλέως. ἐν τῇ παρὰ τῆς δυνάμεως ἐνδείξει τοῦ μορίου, εἴη δ' ἂν καὶ τὸ δυσαίσθητον, ἢ εὐαίσθητον ὑπάρχειν αὐτό. τὰ γὰρ εὐαίσθητα, δριμέων οὐκ ἀνέχεται φαρμάκων, ὥσπερ οὐδὲ χυμῶν. ἐν γοῦν τῷ στόματι τῆς κοιλίας, δριμέος τινὸς χυμοῦ περιεχομένου, συγκόπτονται πολλάκις· εἰ δὲ τὰ μετριώτατα πάσχοιεν, ἀλύουσί τε, καὶ ναυτιῶσι· ποτὲ μὲν ἐμοῦντες τὸν λυποῦντα χυμὸν, ἔσθ' ὅτε δὲ μάτην ἀναρεττόμενοι· καὶ γὰρ τοῦτο κατ' ἐκείνας μάλιστα τὰς διαθέσεις, ἐν αἷς εἰς τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὁ μοχθηρὸς ἀναπίνεται χυμός. ὁμοίως δὲ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιρρέων ὁ τοιοῦτος χυμὸς, ὀδυνηρότατός ἐστι, καὶ φλυκταίνας ἑλκώδεις τε, καὶ δυσιάτους ἐργάζεται. ὡσαύτως οὖν, οὐδὲ τὴν τῶν δριμέων φαρμάκων ὁμιλίας, ὀφθαλμὸς ἀνέχεται, διὰ τὴν εὐαισθησίαν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ στόμα τῆς γαστρός. οὐ μὴν οὐδ' ἐπικειμένου τινὸς ἔξωθεν βαρύνοντος, ἀνέχεται ταῦτα τὰ μόρια· καὶ μᾶλλόν γε τῆς γαστρὸς ὁ ὀφθαλμός· ὅπου γ' ἐνίοτε καὶ πρὸς τῶν ἐπιχριομένων φαρμάκων βαρύνεται. τὰ δὲ δυσαισθητότερα μόρια, καὶ καταπλασμάτων ἀνέχεται βαρέων, καὶ φαρμάκων δακνόντων. εἰ γοῦν πέμπτην τις ἐθέλοι, πρὸς ταῖς εἰρημέναις τέτταρσι τὴν ἀπὸ τῆς εὐαισθησίας ἔνδειξιν ἀριθμεῖν, εἴτ' οὖν περιλαβεῖν τὴν κατὰ δύναμιν, οὐδὲν ὡς πρὸς τὸ καλῶς ἰᾶσθαι διαφέρει. τούτων οὖν ἀεὶ χρὴ μεμνῆσθαι τῶν ἐνδείξεων, ἐπὶ παντὸς μορίου πάσχοντος ὁτιοῦν πάθος. ἥτε γὰρ κρᾶσις αὐτοῦ, καὶ ἡ διάπλασις, ἥ τε θέσις, καὶ ἡ δύναμις, ὑπαλλάξει τὰς κατὰ μέρος ἡμῶν ἐνεργείας, φυλαττομένου τοῦ κοινοῦ σκοποῦ· τοῦτον γὰρ ἔφαμεν, ἐκ τοῦ πάθους ἀεὶ δεῖν λαμβάνεσθαι. τὰ μὲν οὖν κατὰ ψιλὴν, καὶ μόνην δυσκρασίαν γιγνόμενα νοσήματα, διὰ τῶν ἐναντίων ποιοτήτων θεραπεύεται· θερμὴ μὲν δυσκρασία, διὰ τῶν ψυχόντων, εἴτ' οὖν πρώτως, εἴτε καὶ κατὰ συμβεβηκὸς εἴη ταῦτα ψύχοντα· ψυχρὰ δὲ, διὰ τῶν θερμαινόντων. οὕτω δὲ, καὶ ξηρὰ μὲν, διὰ τῶν ὑγραινόντων· ὑγρὰ δὲ, διὰ τῶν ξηραινόντων. περὶ δὲ τοῦ πρώτως θερμαίνοντος, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, ἐπὶ πλεῖστον, ὡς οἶσθα, ἐν τῇ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἐπεσκεψάμεθα πραγματείᾳ, ἐπιδεικνύντες, ἐνίοτε καὶ τὸ πρώτως ψύχον, θερμαίνειν κατά τι συμβεβηκὸς, ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ ψυχροῦ κατάχυσιν ὕδατος, ὅταν ἐπανάκλησιν θέρμης ποιῆται· καὶ τὴν τοῦ θερμοῦ ψύξιν, ὅταν ἀραιώσασα τὸ σῶμα, διαφορήσῃ τὴν ἐν αὐτῷ θερμασίαν. αἱ μὲν οὖν κατὰ μόνας τὰς δραστικὰς ποιότητας ἀλλοιώσεις τῶν σωμάτων, ὑπὸ μόνης τῆς διὰ τῶν θερμαινόντων τε καὶ ψυχόντων, ὑγραινόντων τε καὶ ξηραινόντων δυνάμεως, εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγονται, μὴ δεόμεναι

corpori communia. Venter autem & vterus, natiuas facultates, & nulli alteri corporis parti communes habent. Cæterùm ventris munus toti corpori vtile est; vteri verò non item. Plerunque autem affectionis remedium, partis facultatem lædit; aliud quidem immodicè laxando robur soluit, proindéque & partis facultatem; aliud verò immodicè refrigerando insitum calorem extinguit, qui fortassis, vt quibusdam tum medicis, tum Philosophis celeberrimis, visum est, substantia est facultatum, aut certè, primarium ac necessarium ipsarum instrumentum. Iam verò & alienæ quædam qualitates, vires dissipare possunt. Nihil igitur horum curando prætermittendum est; ne fortè imprudentes dicamus, morbus quidem curatus est, homo verò periit; quod accidere plurimis quotidie videmus, qui irrationalem experientiam colunt; methodicámque sectam omnia ipsius artis bona peruertentem, quæ rationes quasdam dogmaticas quidem, sed multis erroribus plenas sectatur. Sub indicatione autem quæ à viribus partium petitur, sensus hebes acutúsque continetur. Nam quæ insigniter sentiunt, acria medicamenta non ferunt, quemadmodum nec humores. Si enim acer quidam humor os ventris occupet, in syncopen ægri sæpè labuntur; quod si permodicè afficiantur, anxietate & nausea premuntur; aliquando infestum quidem humorem vomentes, aliquando verò frustrà enitentes; quod in his potissimùm affectibus accidit, quibus os ventris vitioso humore imbuitur. Itidémque quum in oculos eiusmodi humor affluit, maximum dolorem inuehit, vlcerosásque pustulas, curatúque difficiles excitat. Eadem ratione neque oculi acrium medicamentorum contactū ob sentiendi præstantiam sustinent, quemadmodum nec os ventris. Neque verò quod degrauet, si foris imponas, eiusmodi partes patiuntur; minúsque ventre oculus, vtpote qui nonnunquam ab iis quæ illinuntur medicamentis grauatur. Partes verò quæ hebetioris sunt sensus, tum grauia cataplasmata, tum mordentia medicamenta ferunt. Siue igitur quis cum quatuor commemoratis indicationibus eam, quæ à sentiendi facilitate sumitur, quintam numerare velit, siue in ea comprehendere quæ à facultate sumitur, nihil ad rectam curationem refert. Hæ igitur indicationes semper memoria tenendæ sunt in omni parte, quocunque affectu laboret. Nam eius temperamentum, conformatio, situs, & facultas, particulares nostras actiones immutabunt, seruato communi scopo, quem perpetuò ex affectu sumendum esse docuimus. Qui igitur ex nuda soláque intemperie nascuntur morbi, contraria qualitate curantur; calida quidem intemperies frigidis, seu primario loco, seu ex accidente ea refrigerent; frigida verò calidis. Ad eundem modum sicca humidis, humida siccis. De eo autem quod primùm aut ex accidente calefacit, fusissimè (vt nosti) in opere de simplicium medicamentorum facultate disseruimus, ostendentes nonnunquam id ex accidente calefacere, quod primario loco refrigerat, vt in frigidæ aspersione, qua intro calor repellitur; & quod calefacit refrigerare, quum calor calidæ aspersione rarefacto corpore discutitur. Itaque corpus cùm à solis agentibus qualitatibus alteratur, sola calefaciendi, & refrigerandi, humectandi, ac exiccandi facultate, ad naturalem habitum, citra vllam sensilē

Vacua-

vacuationem reducitur. Quum verò solo materiæ, eiúsque temperatæ, influxu laborat, sola vacuatione est opus. Sin intemperata materia sit, vacuationem simul & alterationem per contrarias qualitates desiderat; vacuationem quidem, vt affectus, qui rheumatici dicuntur, de quibus librum vnum (vt nosti) conscripsimus; in quo ab initio statim monstratum est, eiusmodi affectiones fieri, facultate quæ corpus vniuersum alit, imbecillitate laborante, quum collecta multitudo in omnium partium infirmissimas diffluit. Quinetiam fluente quidē sanguine quadantenus vitiato in eiusmodi partes, in rheumaticis affectionibus promiscuus oritur affectus; quod perrarò fortassis euenit. Semper enim mihi sanguis sine pituita, aut bile vel flaua vel atra, tenuis fluere visus est. Quòd si alia quapiam causa pars intumescat, videndum est, an inflammatio, an scirrhus, àn œdema eiusmodi affectus sit. Inflammationem dicimus omnem calidam ac quasi flammeam affectionem, cuius differentias paulò antè retulimus. Itaque iam tempus est, vt de œdematis pauca tibi tradamus, quò in memoriam reuoces, quæ fusiùs me explicante didicisti.

CAPVT V.

De œdemate.

OEdema igitur nominemus tumorem mollem doloris expertem; quem ex pituitoso humore constare monstrauimus, aut vaporoso spiritu, qualis in cadaueribus euenit, & in pedibus sæpè, ac cruribus eorum qui hydero, tabe, & alio vitiato corporis habitu, laborant. Verùm in illis periculosis affectibus eiusmodi œdema symptoma est, nullam propriam præcipuámque curationem requirens. Sola enim frictio aliâs ex oxyrrhodino, aliâs ex oleo cum sale, aut etiam oxyrrhodino salem habente ipsum sedat, atque id genus alia multa. At si ex pituitoso humore in partem affluente œdema factum sit, spongia aqua, quæ aceti aliquid acceperit, madefacta, aliquando affectum mitigat; qui si non quiescat, paulò plus aceti miscebis, ita attemperans, vt bibi possit. Hoc autem aquosius initiò adhibendum est, potissimùm mollibus corporibus; valentius verò robustis, ac cutem duram habentibus, & quæ primo spongiæ impositu minimè iuuentur. Esto autem spongia prorsus noua; cuius si copia non adsit, curiosè abluatur aphronitro, nitro, & lixiuia dicta stillatitia. Non cedente autem his remediis œdemate, aluminis momentum adiiciendum est, ac spongia omninò noua imponenda. Si verò aliquos ex artubus œdema occupet, *spongiam* deligabimus, ab inferiore parte incipientes, ac superiori finientes, iniectionem, compressionem, & arctationem, & omnem distributionem, vt in fracturis, facientes. Curationis autem scopus in hisce affectibus mistus est; alter quidem, vt horum substantiæ aliquid discutiatur; alter, vt cogatur, stringatúrque. Si igitur iam dictis remediis morbus non sedetur, tunc vehementiora mistam temperaturam habentia ex genere supra relatarum facultatum adhibenda sunt.

A κενώσεως αἰσθητῆς. αἱ δὲ δι' ἐπιρροίαν ὕλης, εὐκράτου μὲν οὔσης αὐτῆς, κενώσεως χρήζουσι μόνης. δυσκράτου δὲ, κενώσεώς τε ἅμα, καὶ τῆς διὰ τῶν ἐναντίων ποιοτήτων ἀλλοιώσεως· κενώσεως μὲν, ὥσπερ αἱ ῥευματικαὶ καλούμεναι, περὶ ὧν ἓν ἡμῖν, ὡς οἶσθα, γέγραπται βιβλίον· ἐν ᾧ καὶ τοῦτο εὐθέως κατ' ἀρχὰς ἐδείχθη, τὸ, τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ὅλου τοῦ σώματος ἀῤῥωστούσης, γίνεσθαι τὰς διαθέσεις ταύτας, ῥεούσης τῆς ἀθροιζομένης περιουσίας εἰς τὰ πάντων ἀτονώτατα μόρια. τοῦ μέντοι ῥέοντος αἵματος εἰς τὰ τοιαῦτα μόρια, κατὰ τὰς B ῥευματικὰς διαθέσεις, ἔχοντός τινα κακοχυμίαν, ἡ διάθεσις γίνεται μικτή· καὶ γίνοιτ' ἂν ἴσως τοῦτο σπανιώτατα. διὰ παντὸς γὰρ ὤφθη μοι, χωρὶς φλέγματος, ἢ ξανθῆς χολῆς, ἢ μελαίνης, αἷμα τῇ συστάσει λεπτὸν ἐπιῤῥέον. ἐξ ἄλλης δέ τινος αἰτίας, εἰς ὄγκον ἀρθέντος τοῦ μορίου, σκοπεῖν, εἴτε φλεγμονὴ τὸ πάθος ἐστὶν, εἴτε σκίῤῥος, εἴτε οἴδημα. φλεγμονὴν ὀνομαζόντων ἡμῶν ἅπασαν τὴν θερμὴν, καὶ οἷον φλογώδη διάθεσιν, ἧς τὰς διαφορὰς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν. ὥρα τοίνυν ἤδη περὶ τῶν οἰδημάτων ὑποθέσθαι σοι διὰ βραχέων, ἀναμνήσεως ἕνεκεν ὧν κατὰ διέξοδον ἤκουσας ἡμῶν λεγόντων. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Περὶ οἰδημάτων.

ΟΝομάζομεν οὖν οἴδημα, τὸν ἀνώδυνον μὲν καὶ χαῦνον ὄγκον. ἐπιδέδεικται δ' ἐστὶν ἐκ φλεγματώδους οὐσίας γιγνόμενος, ἢ πνεύματος ἀτμώδους, ὁποῖόν τι καὶ κατὰ τὰ νεκρὰ γίνεται σώματα, καὶ κατὰ τοὺς πόδας τε, καὶ σκέλη πολλάκις, ἐν ὑδερικαῖς διαθέσεσι, καὶ φθόαις, καὶ καχεξίαις ἑτέραις. D ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων μὲν, σύμπτωμά ἐστι τὸ τοιοῦτον οἴδημα, διαθέσεων ἐπισφαλῶν, οὐδεμιᾶς ἰδίας ἐξαιρέτου θεραπείας δεόμενον αὐτό. καὶ γὰρ ἀνάτριψις μόνη δι' ὀξυῤῥοδίνου, καί ποτε δι' ἁλῶν, καὶ ἐλαίου, ἢ καὶ τῶν ἁλῶν ἐμβληθέντων τῷ ὀξυῤῥοδίνῳ κατέστησεν αὐτὸ, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα. διὰ δὲ τὸν φλεγματικὸν χυμὸν ἐπιῤῥυέντα μορίῳ, ἐπιγινομένου τοῦ πάθους, ἐνίοτε μὲν σπόγγος, ὕδατι βεβρεγμένος ὀλίγον ὄξους ἔχων, κατέστησε τὸ πάθος· εἰ δὲ μὴ καταστήσειε, βραχὺ πλεῖον ἐπιβλητέον τοῦ ὄξους, ὥστε τὸ μὲν σύμμετρον τοιοῦτον εἶναι κατὰ τὴν κρᾶσιν, ὡς δύνασθαί τινα E καὶ πίνειν αὐτό. τούτου δὲ, τὸ μὲν ὑδαρέστερον, ἐν ἀρχῇ παραληπτέον, ἐπὶ μαλακῶν μάλιστα σωμάτων· τὸ δ' ἰσχυρότερον, ἐπί τε γενναίων, καὶ σκληρὸν ἐχόντων δέρμα, καὶ πρὸς τὰς πρώτας ἐπιθέσεις τοῦ σπόγγου, μηδὲν ὠφεληθέντων. εἶναι δὲ χρὴ τὸν σπόγγον, πάντως καινόν· εἰ δὲ μὴ παρείη τοιοῦτος, ἔστω ἀκριβῶς ἐκπεπλυμένος ἀφρονίτρῳ τε, καὶ νίτρῳ, καὶ τῇ καλουμένῃ κονίᾳ στακτῇ. μὴ παυομένου δὲ, μηδ' ἐπὶ τούτοις, τοῦ οἰδήματος, ἐπεμβάλλειν χρὴ βραχὺ στυπτηρίας, καὶ τὸν σπόγγον πάντως ἐπιτιθέναι καινόν. εἰ δὲ καὶ F κατά τι τῶν κώλων τὸ τοιοῦτον οἴδημα γίνοιτο, τῆς ἐπιδέσεως ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἀρχόμενον, ἄνω τελευτᾶν, τὴν ἐπιβολὴν, καὶ τὴν πίεσιν, καὶ τὴν σύμπασαν νομὴν, ὡς ἐπὶ καταγμάτων, ποιούμενον. ὁ γάρ τοι σκοπὸς τῆς θεραπείας, ἐπὶ τῶν τοιούτων παθῶν μικτός ἐστι· τὸ μέν τι διαφορεῖν τῆς οὐσίας αὐτῶν, τὸ δέ τι, συνάγειν, καὶ σφίγγειν. εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῖς προειρημένοις μὴ καθίσταιτο, τότε τῶν ἰσχυροτέρων φαρμάκων, ἃ μικτὴν ἔχει τὴν κρᾶσιν, ἐκ τῶν εἰρημένων δυνάμεων ἐπιβάλλειν.

ἐγὼ δ' ἐπὶ κεχρονικότος οἰδηματώδους ὄγκου, προϋπαλείψας ἐλαίῳ τὸ μόριον, εἶτ' ἐπιθεὶς σπόγγον ἐκ κονίας, καὶ σφίγξας βιαιότερον, οἶδα τελέως ἐκθεραπευθὲν τὸ πάθος, οὐκέτι δηλονότι τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς σκοπὸν ἐχούσης, τὸ μικτὸν τῶν δυνάμεων, ἀλλ' ἐπὶ τὸ διαφορητικόν τε, καὶ τμητικὸν ἀποκλινάσης, ὅπερ ἐπὶ τῶν χρονιζόντων σχεδὸν ἁπάντων ἴσμεν εὐδοκιμοῦν. ἐπεὶ δὲ, καὶ περὶ τῶν οἰδημάτων αὐτάρκως εἴρηται, πρός γέ σε, περὶ τῶν σκιρρωδῶν ὄγκων ἐφεξῆς ἂν εἴη ῥητέον.

Ego verò in inueterato œdematode tumore, illitæ priùs oleo parti ſpongiam dein ex lixiuio admoui, eáque arctiùs deligata malum vidi percuratum, non ampliùs ſcilicet hac curandi ratione, miſtam facultatem quaſi ſcopum habente, ſed ad diſcutiendam incidendámque materiam declinante; quod in omnibus ferè diuturnis affectibus probari non ignoramus. Poſtquam verò abundè ad te quidem de œdematis ſcripſimus, de ſcirrhoſis tumoribus deinceps diſſerendum eſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ σκίρρων.

Ὁ μὲν οὖν ἀκριβὴς σκίρρος, ὄγκος ἐστὶ παρὰ φύσιν, ἀναίσθητός τε, καὶ σκληρός. ὁ δ' οὐκ ἀκριβὴς, οὐκ ἀναίσθητος μὲν παντάπασι, δυσαίσθητός γε μὴν ἐστὶ πάντως. ὁ μὲν οὖν ἀναίσθητος σκίρρος, ἀνίατος. ὁ δὲ δυσαίσθητος, οὐκ ἀνίατος μὲν, οὐ μὴν εὐίατος. γίνεται γὰρ ἐκ γλίσχρου καὶ παχέος χυμοῦ, δυσλύτως ἐμπλαττομένου τοῖς σκιρρουμένοις μορίοις· ἐνίοτε μὲν οὖν, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, κατὰ βραχὺ συνίσταταί τε, καὶ αὐξάνεται. τὰ πολλὰ δ' ὑπὸ τῶν ἰατρῶν κατασκευάζεται, στυψάντων, καὶ ψυξάντων σφοδρῶς ἐρυσιπέλατά τε, καὶ φλεγμονάς. ἐὰν μὲν οὖν τις τὰ ἰσχυρῶς διαφοροῦντα, τοῖς σκιρρουμένοις σώμασι προσφέρῃ φάρμακα, καὶ σαφῆ μείωσιν ἐργασάμενος τοῦ σκίρρου, χρόνῳ βραχεῖ, θαρρήσῃ περὶ τῆς παντελοῦς θεραπείας οὐκ ἀληθῶς, ἀγνοῶν ὅτι τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς θεραπείας, τὸ λείψανον τοῦ πάθους ἀνίατον γίνεται. διαφορηθείσης γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τῆς λεπτομερεστέρας ὑγρότητος, ἡ λοιπὴ ξηρανθεῖσα, λιθώδης ἀποτελεῖται. οὐκ οὖν χρὴ σφοδρῶς ξηραίνοντι τὰ σκιρρούμενα μόρια θεραπεύειν φαρμάκῳ, ἀλλὰ θερμασίαν μὲν ἔχειν χλιαράν, ὑγρότητα δ' οὔτε πολλὴν, οὔτε παντάπασιν ἐλαχίστην. τὸ μὲν γὰρ ὑπερβαλλόντως ὑγρὸν, οὐδ' ὅλως διαφορεῖ· τὸ δ' ὀλιγοστὴν ἔχον ἰκμάδα, ξηραίνει σφοδρότερον, ἢ προσήκει. χρὴ τοίνυν ὑπὸ τοῦ μέλλοντος ὀνήσειν φαρμάκου, τὸ σκιρρούμενον σῶμα, τοῖς ἐν ἡλίῳ τηκομένοις ὅμοιόν τι πάσχειν. ὀνομάζεται δὲ τὰ τοιαῦτα φάρμακα, μαλακτικά· καὶ λέλεκται περὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον, ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείας. καὶ τὰ παραδείγματα αὐτῶν εἴρηται, τά γε ἁπλᾶ, μυελοί τε σύμπαντες, καὶ στέατα. πρωτεύει δὲ τῶν μὲν μυελῶν πάντων, ὁ ἐλάφειος· εἶτα ὁ μόσχειος. στεάτων δὲ, ἐν μὲν τοῖς πτηνοῖς ζώοις, τὸ χήνειον· ἐν δὲ τοῖς πεζοῖς, τὸ λεόντειον. ἐφεξῆς δὲ, χηνείῳ μὲν, τὸ τῆς ἀλεκτορίδος· λεοντείῳ δὲ, τὸ τῆς παρδάλεως, καὶ τὸ τῶν ἄρκτων· εἶτα τὸ τῶν ταύρων. τὸ δὲ τῶν αἰγῶν, παχύτερόν τε τούτων ἐστὶ, καὶ ξηρότερον· ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτοῦ, τὸ τῶν τράγων. ὅτι δὴ οὐ δεῖται τῶν ἰσχυρῶς ξηραινόντων φαρμάκων τὸ πάθος τοῦτο, προείρηται. περὶ δὲ τῆς κατὰ λεπτομέρειάν τε, καὶ παχυμέρειαν αὐτῶν διαφορᾶς, ἐνδεικτικῶς μὲν εἴρηται, σαφῶς δ' οὐδέπω. διὸ νῦν ἀναμνῆσαί σε προσήκει τῶν ῥηθέντων ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους, ὅτε τὸ τοῦ Κερυλλίου παιδάριον ἐθεράπευον, ἐξ ἐρυσιπέλατος σφοδρῶς στυφθέντος τε, καὶ ψυχθέντος, ὄγκον σκιρρώδη ἔχοντος ἐν ὅλῳ τῷ μηρῷ. λεπτομερῆ γὰρ ἡμῖν ἐφαίνετο δεῖν εἶναι τὰ μέλλοντα θεραπεύειν αὐτὸ φάρμακα, διὸ κατήντλουν ἐλαίῳ τὸν μηρὸν, ἐν σκάφῃ καθίζων βαθείᾳ τὸ παιδάριον, ἐχούσῃ πλῆθος ἐλαίου τοῦ Σαβίνου,

CAPVT VI.

De ſcirrho.

EXquiſitus igitur ſcirrhus, tumor eſt præter naturam ſenſu carens, ac durus. Non exquiſitus autem, non ſine ſenſu quidem omninò eſt, ſed ægrè tamen admodum ſentit. Qui igitur ſine ſenſu eſt, curationem non admittit. Qui verò hebetis ſenſus eſt, vt inſanabilis non eſt, ſic nec curatu facilis. Fit autem ſcirrhus ex glutinoſo & craſſo humore ſcirrhoſis partibus ita infartus, vt facilè ſolui non poſſit; qui aliquando ſtatim ab initio paulatim concreſcit, ac augetur. Sæpè verò à medicis vehementer eryſipelata, ac inflammationes aſtringentibus & refrigerantibus conflatur. Si quis igitur medicamenta vehementer diſcutientia partibus ſcirrhoſis admouerit, & ſcirrhum manifeſtè minuerit, hic breui ſe perſanaturum eum falsò ſperabit; ignorans quòd hæc curandi ratio affectum relinquit incurabilem. Reſoluta enim ex ipſo ſubtiliori humiditate, quod reliquum eſt, exiccatum, lapidoſum efficitur. Non ſunt igitur ſcirrhoſæ partes medicamento vehementer exiccante curandæ, ſed tepidum calorem habente; humorem verò neque multum, neque omninò paucum. Quod enim ſupra modum humidum eſt, nihil prorſus diſcutit; quod verò minimum, pluſquam par eſt exiccat. Oportet igitur corpus ſcirrho obſeſſum à medicamento profuturo, ſimiliter atque hæc quæ in ſole liquantur, affici. Vocantur autem huiuſmodi medicamenta emollientia; de quibus copioſiùs in quinto operis de Simplicibus medicamentis proditum eſt. Exempla quoque eorum tradita ſunt, ſimplicia quidem, medullæ omnes ac adipes. Ex medullis verò primas tenet ceruina; deinde vitulina. Ex adipibus, volucrum quidem animalium, anſerinus; terreſtrium verò, leoninus. Gallinaceum autem anſerinus; pardalium verò ac vrſinum, leoninus *antecedit*; poſt quos eſt taurinus. His autem craſſior eſt ac ſiccior caprinus; atque hoc magis, hircinus. Quòd autem eiuſmodi affectus vehemenrer ſiccantibus non egeat, dictum eſt antè. De differentia autem quæ ex eorum tenuitate ac craſſitudine ſumitur, docuimus quidem, ſed non perſpicuè. Idcirco in memoriam tibi reuocanda ſunt, quæ inter nos commentabamur, dum Cercyllij puerum curabam; cui ex eryſipelate vehementer aſtricto & refrigerato tumor ſcirrhoſus in toto femore relictus erat; cui curandæ tenuium partium medicamenta adhibenda eſſe exiſtimabamus; proinde pueri femur oleo fouebam in profundo labro ſedentis largum oleum Sabinum continentes; quòd

quòd non ignorarem, maiore id partium tenuitate, quàm cætera præpollere. Balneo verò, nisi pluribus interiectis diebus, curandi totius corporis causa, prohibebam. Post verò dictum fotum medicamenta ex commemoratis medullis & adipibus affecto loco imponebam, admistis nonnunquam bdellio Scythico, mastiche Ægyptia, & ammoniaco thymiamate pingui, non vetere, nec non & galbano; quibus præmunitum totum femur pinguissimo ammoniaco, aceto acerrimo resoluto circunleui, deinde per aliquot dies rursum, panacis liquorem pinguissimum aceto acerrimo dissolutum adieci, eúmque recentem, alioqui pinguis non perduraret; quemadmodum neque bdellium, neque ammoniacum, neque galbanum. Puerum verò alteri cruri innixum saltare iussi, quò plus in id alimenti ferretur. Postea verò redacto iam ad æqualitatem scirrhoso tumore, veritus ne reliquiæ superessent, contraria omnia feci, femur aliquo ex resinosis medicamentis illinens. Perspicuè enim videbatur scirrhosa moles insigniter quidem concidisse, medicamentorum, quæ ex aceto constant, litu; laxantium verò, mollescere, sed non decrescere. Verùm alternatus eorum vsus moderatus puerum curauit. Nam si altero tantùm genere medicamentorum scirrhum curare tentasses, hunc nequaquam sanasses. Tendones verò (sic enim neruosas musculorum propagines voco) ex commemorato medicamentorum vsu euidentissimè iuuari videmus, si quæ pyrite lapide initur, curandi ratione probè vtamur; hunc autem oportet igni candentem acerrimo aceto inspergere, deinde affectam partem super hunc dimouere, vt à vapore sursum exhalante scirrhus soluatur. Multæ enim partes iam planæ repandæ, curuatæque, hac curandi via quæ sic versando fit, integrè sanatæ sunt, ita vt incantamentis similis res esse crederetur. Scirrhosam autem partem remediis antè dictis emollitam præmunire oportet. Quinetiam in hac quæ pyrite fit curatione largo oleo Sabino perquàm calido sæpè fouendus affectus est, aut aliquo alio ex subtilium genere. Nec verò minùs proderit anethi potissimùm viridis ac recentis comam oleo incoquere. Quòd si pyrites in promptu non sit, molari est vtendum, sic enim lapidem ex quo molas parant, quibus frumentum molimus, vocant.

A διότι λεπτομερέστατον ἔλαιον ἴσμεν ἁπάντων αὐτό. λουτροῦ δὲ ἀπεῖργον, ὅτι μὴ διὰ πλειόνων ἡμερῶν, ἕνεκα τῆς τοῦ παντὸς ἐπιμελείας σώματος. μετὰ δὲ τὴν εἰρημένην κατάντλησιν, τὰ διὰ τῶν εἰρημένων μυελῶν τε καὶ στεάτων φάρμακα προσέφερον, ἐνίοτε δὲ καὶ βδελλίου τοῦ Σκυθικοῦ μιγνὺς, καὶ μαστίχης Αἰγυπτίας, καὶ ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, τοῦ λιπαροῦ τε, καὶ μὴ παλαιοῦ, καὶ χαλβάνης ὡσαύτως. καὶ ἐπεὶ διὰ τούτων προπαρεσκεύασο, λύσας ἀμμωνιακὸν τὸ λιπαρώτατον, ὄξει δριμυτάτῳ κατέχρισα τὸν μηρὸν ὅλον ἐν κύκλῳ. κἄπειτα δι' ἡμερῶν αὖθις,
B ὀποπάνακος ἔμιξα τὸ λιπαρώτατον, ὄξει δριμυτάτῳ ἐκλύων, καὶ τούτου δηλονότι τοῦ προσφάτου, οὐ γὰρ δὴ ἄλλως ἐπιδιαμένοι λιπαρός· ὥσπερ οὐδὲ τὸ βδέλλιον, οὐδὲ τὸ ἀμμωνιακὸν, οὐδὲ ἡ χαλβάνη. καὶ ἀσκωλιάζειν ἐπὶ θατέρου σκέλους ἐποίουν τὸ παιδάριον, ὅπως ἐπ' ἐκεῖνο φέροιτο τὸ πλέον τῆς τροφῆς. ὕστερον δὲ, ὡς ἤδη προσέσταλτο μὲν ὁ σκιρρώδης ὄγκος, ἐδεδίειν δὲ, μή τι λείψανον αὐτοῦ μένοι, τοὐναντίον ἅπαν εἰργαζόμην, ἐπιχρίων τινὶ τῶν πιτυωδῶν φαρμάκων τὸν μηρόν. ἐφαίνετο δὲ σαφῶς, ἐπὶ μὲν τοῖς δι' ὄξους ἐπιχρίσμασιν, ἀξιολόγως καθαιρούμενος ὁ σκιρρώδης ὄγκος· ἐπὶ δὲ τοῖς χαλαστικοῖς, μαλακυνόμενος μὲν,
C ἐλάττων δ' οὐ γινόμενος. ἀλλ' ἡ μετὰ μέτρου τοῦ προσήκοντος ἐναλλὰξ αὐτῶν χρῆσις, ἐθεράπευσε τὸ παιδάριον. ὡς εἴγε διὰ θατέρου γένους μόνου τῶν φαρμάκων ἐποιεῖτό τις τὴν θεραπείαν αὐτοῦ, οὐκ ἂν ἔλυσε τὸν σκίρρον. ἐπὶ δὲ τῶν τενόντων, ὀνομάζω δ' οὕτω δηλονότι τὰς ἀπονευρώσεις τῶν μυῶν, ἐπὶ τῇ λεγομένῃ χρήσει τῶν φαρμάκων, ἐναργεστάτην ὠφέλειαν ἔστιν ἰδεῖν, εἴ τις καλῶς χρήσαιτο τῇ διὰ τοῦ πυρίτου λίθου θεραπείᾳ. χρὴ δὲ διάπυρον αὐτὸν ἐργασάμενον, ὄξει δριμυτάτῳ καταρραίνειν, εἶτα διακινεῖν τὸ πεπονθὸς μέρος ὑπὲρ τὸν λίθον, ὡς ἂν ὑπὸ τῆς ἀναφερο-
D μένης ἀτμίδος ὁ σκίρρος λύοιτο. πολλὰ γὰρ ἤδη τελέως ἠγκυλωμένα τε, καὶ κεκυλλωμένα, διὰ τούτου τοῦ τρόπου τῆς θεραπείας, ἐν αὐτῷ τῷ διακινεῖν, ἐθεραπεύθη τελέως, ὡς τὸ πρᾶγμα παραπλήσιον εἶναι μαγείᾳ. χρὴ δὲ προπαρεσκευάσθαι μεμαλαγμένον τὸ σκιρρῶδες μέρος, ὑφ' ὧν εἴρηκα βοηθημάτων. ἀλλὰ καὶ κατὰ ταύτην τὴν διὰ τοῦ πυρίτου λίθου θεραπείαν, προσκαταντλεῖσθαι πολλάκις ἐλαίῳ δαψιλῶς θερμῷ Σαβίνῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν λεπτομερῶν. οὐ χεῖρον δὲ καὶ ἀνήθου τὴν κόμην ἐναφεψῆσαι, καὶ μᾶλλον, εἰ χλωρὸν εἴη, καὶ πρόσφατον. εἰ δὲ μὴ παρείη πυρίτης, τῷ μυλίτῃ χρηστέον· ὀνομάζουσι δ' οὕτως ἐκεῖνον τὸν λί-
E θον, ἐξ οὗ τὰς μύλας κατασκευάζουσιν, ἐφ' ὧν ἀλήθουσι τὸν σῖτον.

CAPVT VII.

De scirrho lienis, & iecoris.

Lienem autem scirrhosum non solùm foris adhibitis vehementibus medicamentis curare oportet, sed & validissimis potionibus. Nam & has citra molestiam perfert. Ex his autem optima sunt, radicis capparis cortex, & scolopendrij, & myricæ tum radices, tum ramuli. Hæc autem omnia in aceto & mulso aceto incoquenda sunt. Sæpè verò lien tangenti reniti videtur, tametsi scirrhosus non sit, sed potiùs flatulentus. In quo affectu, vbi absinthio priùs locum perfuderis, imponendum est emplastrum mistæ facultatis; quale est, quod ex sulphure & alumine constat. Plurima profectò id genus remedia in medicamentorum libris scripta sunt. Non simpliciter autem mistorum medicamentorum viribus animum intendere oportet, sed & quantum misceatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ τῶν σπληνός τε, καὶ ἥπατος σκιρρωθέντων.

Σπλῆνα μέντοι σκιρρούμενον, οὐ μόνον ἔξωθεν ἰσχυροῖς φαρμάκοις θεραπεύειν προσήκει, ἀλλὰ καὶ διὰ πομάτων ἰσχυροτάτων. ἀνέχεται γὰρ καὶ τούτων ἀλύπως. ἄριστα δ' ἐξ αὐτῶν, καππάρεως ῥίζης φλοιὸς, καὶ σκολοπενδρίου, καὶ μυρί-
F κης αἵ τε ῥίζαι, καὶ οἱ ἀκρέμονες. ἕψειν δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα προσήκει, ἐν ὄξει τε, καὶ ὀξυμέλιτι. πολλάκις δ' ἁπτομένῳ, φαίνεται μὲν ἀντίτυπος ὁ σπλὴν, οὐ μὴν σκιρρώδης ἐστὶν ὁ ὄγκος, ἀλλὰ πνευματώδης μᾶλλον. ἐφ' οὗ προαποβρέξαντα δι' ἀψινθίου φαρμάκου, ἔμπλαστρον ἐπιτιθέναι χρὴ μικτῆς δυνάμεως, ὁποῖόν ἐστι τὸ διὰ θείου τε καὶ στυπτηρίας. ἔστι δ' ἀμέλει, τὰ πλεῖστα τῶν ἐν ταῖς φαρμακίτισι βιβλίοις γεγραμμένων φαρμάκων τοιαῦτα. προσέχειν δὲ οὐχ ἁπλῶς τῇ δυνάμει τῶν μεμιγμένων φαρμάκων, ἀλλὰ καὶ τῷ ποσῷ τῆς μίξεως.

ἐπὶ γὰρ τῶν πνευματώδη τὸν ὄγκον ἐχόντων σπληνῶν, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν οἰδηματωδῶν, κἂν πολὺ τῆς στυπτηρίας ἐμβάλλῃς, οὐδὲν βλάψεις. ἐπὶ δὲ τῶν σκιρρωδῶν, προσήκει ἐπικρατεῖν τὴν διαφορητικὴν δύναμιν, ὀλίγον δ᾽ αὐτῇ μεμίχθαι τῆς στυφούσης. ἓν γοῦν τῶν ἁπλῶν τε, καὶ αὐτοφυῶν φαρμάκων, τοιοῦτον ὑπάρχον, ἁλὸς ἄνθος, ἰᾶται σκιρρουμένους σπλῆνας, ἐπιτεθὲν ἔξωθεν αὐτοῖς ἐν κύστει. ἥπατος δὲ σκίρρον, ἀρχόμενον μὲν, ἰασάμεθα πολλάκις· ἐκταθέντα δ᾽ εἰς πλείους ἡμέρας, οὔτ᾽ αὐτὸς ἠδυνήθην ἰάσασθαι, οὔτ᾽ ἄλλον τινὰ εἶδον, ἰάσασθαι δυνηθέντα. πᾶσι μὲν οὖν τοῖς οὕτω παθοῦσιν, ἐξ ἀνάγκης ὕδερος ἕπεται. διαφθείρονται δ᾽ οἱ πλεῖστοι ἐν χρόνῳ μακροτέρῳ. τινὰς δ᾽ ἱστόρησα, καὶ διὰ ταχέων ἀπολομένους, οἷς ἡ γαστὴρ διεχώρει πολλά. πρόδηλον οὖν ὅτι τούτοις ἱκανῶς ἐστέγνωτο τὰ στόματα τῶν μεταλαμβανόντων τὴν τροφὴν ἀγγείων, ἐκ τῶν σιμῶν τοῦ ἥπατος, εἰς τὰ κυρτά. τοὺς δ᾽ οὖν θεραπευθέντας ἐξ αὐτῶν, ἡ προειρημένη τῶν ἐν τοῖς μυώδεσι σκίρρων ἀγωγὴ, διέσωσεν. οὐ γὰρ φέρει τὸ σπλάγχνον τοῦτο τὰ σφοδρὰ φάρμακα, καθάπερ ὁ σπλήν. ἐπιτείνειν οὖν χρὴ τὰ διὰ φλεγμονὴν αὐτῷ προσαγόμενα, τῇ μίξει τῶν μαλακτικῶν. ἦν δ᾽ ἐκεῖνα, τὰ δι᾽ ἀψινθίου κόμης, καὶ μυροβαλάνου πιέσματος, καὶ νάρδων ἀμφοτέρων, Ἰνδικῆς τε, καὶ Κελτικῆς, ἔτι τε κρόκου, καὶ οἰνάνθης, καὶ μαστίχης χίας, καὶ μύρων τῶν διὰ ναρδοστάχυος σκευαζομένων, ἔτι δὲ μαστιχίνου, καὶ σχινίνου, καὶ μηλίνου, καὶ οἰνανθίνου. τούτοις οὖν, ἀμμωνιακόν τε θυμίαμα, καὶ βδέλλιον, οἵ τ᾽ εἰρημένοι μυελοὶ, καὶ τὰ στέατα μιγνύμενα, καὶ τὰ τέμνειν δυνάμενα, τὸν γινόμενον ἐν ἥπατι σκίρρον ἰάσαιντο μετὰ τῆς προσηκούσης δηλονότι διαίτης, καὶ τῶν ἅμα αὐτῇ πινομένων φαρμάκων, σκοπὸν ἐχόντων ἐκφράξαι τε, καὶ διαρρύψαι τὸν χυμὸν τὸν ἐν τῷ σπλάγχνῳ. ἔστι δὲ ταῦτα πάντα καὶ τῶν ἐν νεφροῖς λίθων θρυπτικά· καὶ γέγραπται πολλοῖς ἰατροῖς περὶ τῆς ὕλης αὐτῶν. ἐπιμιγνύναι δὲ χρὴ τοῖς τοιούτοις, καὶ τῶν οὐρητικῶν τι. παμπόλλη δ᾽ ἐστὶ καὶ τούτων ἡ ὕλη, γεγραμμένη μὲν ὑπὸ πολλῶν, εἰρημένη δὲ, καὶ πρὸς ἡμῶν ἐν ταῖς περὶ τῶν φαρμάκων πραγματείαις. διὸ καὶ νῦν ἀρκείτω καὶ πρός σε τὰ εἰρημένα.

Quum enim flatu lien, aut potiùs œdemate intumuit, etiamsi aluminis multum inieceris, nihil offenderis. At si scirrho occupetur, discutiendi facultas præpollere debet; astringendi verò exigua portio admisceri. Quum verò vnus ex simplicibus sponteque nascentibus medicamentis salis flos hac vi sit præditus, scirrhosum lienem sanat foris in vesica impositus. Iecoris verò scirrhum, recentem sæpè curauimus; inueteratum verò, neque ipse sanare potui, neque alium qui posset, noui. Omnes enim ita affectos omninò sequitur hyderus. Plurimi autem longiore temporis spatio intereunt. Nonnullos verò breui perire vidi, quibus aluus multa deiiciebat. Palam igitur est his stipata esse vasorum ora, per quæ cibus ex simis iecoris partibus in conuexas transmittitur. Quòd si qui ex his curati sunt, non alia ratione, quàm quæ in musculosarum partium scirrhis monstrata est, sanitatem sunt adepti. Non enim hoc viscus vehementia medicamenta, vti lien, sustinet. Remollientium igitur mistura quæ inflammationis ratione visceri admouentur medicamenta augenda sunt. Erant autem illa ex absinthij coma, & expresso ex vnguentaria glande oleo (*myrobalanupiesma vocatur*) & vtraque nardo, Indica, & Celtica; præterea croco, & œnanthe, mastiche Chia, & vnguentis ex nardi spica temperatis, item mastichino, lentiscino, melino, & œnanthino. His igitur si ammoniacum thymiama, & bdellium, & commemoratæ medullæ ac adipes, quæque incidere idonea sunt, adiiciantur, iecoris scirrhum sanat, commoda victus ratione obseruata, vnà cum medicamentorum potione, quæ obstructionem delent, & humorem qui in viscere retinetur, absumunt. Hæc autem omnia vim habent comminuendi etiam renum calculi; quorum materiam multi medici tractârunt. His autem quodpiam admiscendum est ex illis, quæ vrinam mouere possunt; quorum materia plurima tum à multis aliis, tum à nobis in opere de medicamentis scripta est. Quocirca quę nunc dicta sunt, tibi sufficiant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Περὶ ὄγκου τοῦ φυσώδους.

Μεταβαίνειν γὰρ ἤδη καιρὸς ἐφ᾽ ἕτερον ὄγκου γένος, οὗ τῆς γενέσεως ἡ ὕλη, πνεῦμα φυσῶδές ἐστι. ὀνομάζεται δὲ οὐ μόνον φυσῶδες, ἀλλὰ καὶ φῦσα τὸ τοιοῦτον πνεῦμα, παχὺ καὶ ἀτμῶδες ὑπάρχον, οὐχ αἰθερῶδες τὴν οὐσίαν, οὐδὲ λεπτόν· ἐννόησον δ᾽ αὐτοῦ τὴν φύσιν, ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος, ἀναμνησθεὶς, ὁποῖος μὲν ἐν νοτίοις καταστάσεσιν, ὁποῖος δ᾽ ἐν βορείοις γίγνεται. τῷ μὲν γὰρ ἐν νοτίοις καταστάσεσιν, ἔοικε τὸ φυσῶδες· τῷ δ᾽ ἐν βορείοις, τὸ κατὰ φύσιν ἐν ἡμῖν πνεῦμα· συμβάλλεται δ᾽ εἰς τὸ μὴ διαπνεῖσθαι τὸ τοιοῦτον πνεῦμα, καὶ ἡ τῶν σωμάτων πύκνωσις. ὥστε καὶ ἡ ἴασις τοῦ πάθους τούτου, τὸν σκοπὸν ἕνα καὶ κοινὸν ἀμφοῖν ἕξει, τὴν τῶν πεπυκνωμένων σωμάτων ἀραίωσιν, καὶ τὴν τῶν πεπαχυσμένων πνευμάτων λέπτυνσιν. θερμαίνων γὰρ ἱκανῶς ἄμφω, δι᾽ οὐσίας λεπτομεροῦς, ἀραιώσεις μὲν τὸ πεπυκνωμένον. λεπτυνεῖς δὲ, τὸ πεπαχυσμένον. ἡ δὲ τῶν πασχόντων μορίων φύσις, συνενδείξεταί σοι τήν τ᾽ ἐπιτήδειον ὕλην τῶν βοηθημάτων, καὶ τὸ μᾶλλόν τε, καὶ ἧττον ἐν αὐτῇ. τὸ γάρ τοι πνεῦμα τοῦτο, τὸ παχὺ καὶ ἀτμῶδες, ἔσθ᾽ ὅτε μὲν ὑπὸ τοῖς περιοστίοις ὑμέσιν

CAPVT VIII.

De tumore flatulento.

Ad aliud enim tumoris genus iam transire tempus est; cui gignendo flatulentus spiritus materiam suggerit. Dicitur autem non solùm flatulentus, sed & flatus, eiusmodi spiritus crassus ac vaporosus, neque æthereus substantia, neque tenuis; eius verò naturam intelliges, si qualis in austrina, qualísque in aquilonia constitutione sit ambiens aër, in memoriam reuocâris. Siquidem austrino flatulentus, aquilonio verò naturalis in nobis spiritus est similis; eiusmodi autem spiritus difflationem, corporis etiam densitas impedit. Quocirca eius affectus curatio vnum ac communem vtrique scopum habebit; nempe densi corporis rarefactioni, & crassi spiritus attenuationi. Nam si medicamentis tenuitate partium pollentibus vtrunque sufficienter calefeceris, densum quidem rarefacies, crassum verò attenuabis. Affectarum autem partium natura ad idoneam remediorum materiam indicãdam conferet, eiúsque adhibendæ maiorem minorémve modum. Nam id genus spiritus crassus ac vaporosus, nonnunquam quidē sub membranis ossa tegentibus collectus

collectus continetur; nonnunquam sub peritonæo; aliquando verò in intestinis & ventre. Interdum & sub membranis musculos circundantibus; quemadmodum & sub membranosis tendonibus. Nonnunquam autem & in spatiis quæ cogitatione percipiuntur tum musculorum, tum aliarum corporis partium; quarum naturam ex anatomicis administrationibus didicisti. Ad hûc quidem modum & musculus ipse spiritu impletur. In ventre quoque aut intestinis flatulentus spiritus concluditur, qui si vehementer frigidus sit, maximum excitat dolorem. Hæc autem omnia curationem quidem, vt diximus, habent communem ex tenuium partium materia; quæque si doloris particeps sit affectus, eam habeat naturam, vt dolorem mitigare possit. Pro differentia verò affectarum partium, tum curationis materia mutatur, tum facultas intenditur ac remittitur. Quum igitur eiusmodi flatus dolorem in inferiore ventre peperit, oleo tenui vnà cum medicamentis quæ in eo cocta fuerint, infuso, statim eum sedabis. Incocta autem in oleo medicamenta cum partium tenuitate calefaciunt, quale est cuminum quod apud nos nascitur, & eo ampliùs quod Aethiopicum dicitur, & apij, petroselinique semen, fœniculi, sinonis, anisi, libystici, seselis, dauci, & spondylij. Quòd si dolentium partium affectum frigidum esse conieceris, in eo rutam, fœniculum, & lauri baccas incoques, admiscebisque bitumen, atque ipsum oleum laurinum, quæque simili calefaciendi facultate sunt prædita. At si inflammationem cum doloribus iunctam esse suspiceris, omnia acria, & vehementer calida demes. Ad ea verò, quæ cum his facultatibus mediocribus laxare possunt, transibis. Itaque in oleo incoquendum anethum est, non ruta; miscendúsque adeps anserinus, aut gallinaceus. Sed hæc quidem in magnis doloribus. Mediocres verò foris adhibito fotu iuuantur, maximéque ex milio, vt cuius leuitas nullam omninò partibus dolentibus molestiam adferat. Aut si eius copia non sit, excalefacto sale, aut lino crudo, aut alio quouis modo. Atque magna cucurbita cum larga flamma sine cutis scarificatione præsens dolori sæpè remedium attulit. Hac autem cingendus est vmbilicus. Quòd si post hæc dolor perseueret, medicamentis ex opio, quale est Philonis Tarsensis omnibus medicis cognitum, vti non formidabis, etiamsi necessariò noxam aliquam afflictis partibus ex his medicamentis accessuram non ignores. Sed certè ei quod magis vrget obsistendo, hominem doloris vehementia animo delinquentem cum parua noxa seruare satiùs erit. Nam sequentibus deinceps diebus noxam medicamento contractam emendare poteris. Eiusmodi autem medicamenta, quòd dolores sedent, anodyna vocantur. At ipsorum ferias conciliant, non affectus integrè curant; sed sentiendi facultatem consopiunt. Vtendum autem est Philonio, & omnibus ex opio confectis medicamentis, non recentibus, sed annotinis, aut omninò semestribus. Maximè igitur ac celerrimè, gracilium intestinorum dolores epotis medicamentis sedantur, quemadmodum iisdem in sedem immissis, crassorum affectus protinùs iuuantur. Cæterùm non exiguam facultatis portionem epota medicamenta infernis affectis partibus, & in sedem indita supernis dispensant. Quinetiam in carnosas partes

A ἀθροιζόμενον ἴσχεται· ποτὲ δ᾽ ὑπὸ τῷ περιτοναίῳ· ποτὲ δ᾽ ἐντὸς τῶν ἐντέρων, ἢ τῆς γαστρός. ἴσχεται δέ ποτε, καὶ ὑπὸ τῶν τοὺς μῦς περιεχόντων ὑμένων ἔνδον, ὥσπερ γε καὶ ὑπὸ τῶν ὑμενωδῶν τενόντων. ἴσχεται δὲ καὶ κατὰ τὰς λόγῳ θεωρητὰς χώρας, ἔν τε τοῖς μυσὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις σώμασιν· ὧν χωρίων τὴν φύσιν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἔμαθες ἐγχειρήσεσιν. οὕτω γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ μῦς ἐμφυσᾶται. καὶ κατὰ τὸ τῆς γαστρὸς, ἢ τὸ τῶν ἐντέρων σῶμα, κατακλείεται πνεῦμα φυσῶδες· ὅτε δὲ καὶ ψυχρὸν ἱκανῶς ᾖ τοῦτο, μεγίστην ὀδύνην παρέχει. θεραπεία δὲ, κοινὴ μὲν ἁπάντων, ὡς εἴρηται, διὰ λεπτομεροῦς οὐσίας· καὶ ὅταν γε μετ᾽ ὀδύνης ᾖ τὸ πάθημα, τοιαύτης τὴν

B φύσιν, ὡς πραΰνειν τὰ ἀλγήματα δύνασθαι. κατὰ δὲ τὴν τῶν πασχόντων μορίων διαφορὰν, ἥ τε ὕλη τῆς θεραπείας ὑπαλλάττεται, καὶ ἡ δύναμις ἐπιτείνεται, καὶ ἀμβλύνεται. διὰ τοῦτο τοίνυν πνεύματος, τῆς ὀδύνης γενομένης ἐν τῇ κάτω γαστρὶ, τὸ λεπτομερὲς ἔλαιον ἐνιεὶς ἅμα τοῖς ἐναφηψημένοις αὐτῷ φαρμάκοις, αὐτίκα παύσεις αὐτήν. τὰ δ᾽ ἐναφηψημένα τῷ ἐλαίῳ φάρμακα, θερμαίνοντα μετὰ λεπτομερείας, ἔστω κύμινόν τε τὸ παρ᾽ ἡμῖν, καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τὸ καλούμενον Αἰθιοπικὸν, καὶ σελίνου, καὶ πετροσελίνου σπέρμα, καὶ μαράθρου, καὶ σίνωνος, καὶ ἀνίσου τε, καὶ λιβυστι-

C κοῦ, καὶ σεσέλεως, καὶ δαύκου, καὶ σφονδυλίου. καὶ εἰ τεκμαίροιο ψυχρὰν εἶναι τὴν διάθεσιν τῶν ὀδυνωμένων μορίων, καὶ πήγανον, καὶ μάραθρον, καὶ δαφνίδας ἐναφεψήσεις, καὶ μίξεις ἄσφαλτόν τε, καὶ αὐτὸ τὸ δάφνινον, ὅσα τ᾽ ἄλλα τῶν οὕτω θερμαινόντων ἐστίν. εἰ δὲ καὶ φλεγμονὴν μεμίχθαι ταῖς τοιαύταις ὀδύναις ὑπολάβοις, ἀφαιρήσεις μὲν τὰ δριμέα πάντα, καὶ θερμαίνοντα σφοδρῶς. ἐπὶ δὲ τὰ μετρίως τοιαῦτα μεταβήσῃ, χαλαστικὴν ἔχοντα δύναμιν. ἐναφεψήσεις οὖν τῷ ἐλαίῳ τὸ ἄνηθον, οὐ τὸ πήγανον, καὶ μίξεις στέαρ χήνειον, ἢ

D ἀλεκτορίδος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐπὶ μεγάλοις ἀλγήμασι. τὰ δὲ μέτρια, καὶ ἡ ἔξωθεν ὀνίνησι πυρία, μάλιστα μὲν διὰ κέγχρων, ἡ γὰρ κουφότης αὐτῶν, ἀλυποτάτη τοῖς ὀδυνωμένοις ἐστί. τούτων δὲ μὴ παρόντων, ἢ δι᾽ ἁλῶν θερμανθέντων, ἢ δι᾽ ὠμολίνου, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως. καὶ σικύα δὲ μεγάλη, μετὰ φλογὸς δαψιλοῦς, ἄνευ τοῦ σχάσαι τὸ δέρμα, πολλάκις ἀνωδύνους διὰ ταχέων εἰργάσατο. χρὴ δὲ περιλαμβάνειν αὐτὴν τὸν ὀμφαλόν. εἰ δὴ ἐπὶ τούτοις ἐπιμένοιεν αἱ ὀδύναι, τολμήσεις χρήσασθαι τοῖς δι᾽ ὀπίου φαρμάκοις, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Ταρσέως Φίλωνος ἅπασι τοῖς ἰατροῖς γινωσκόμενον, εἰδὼς μὲν

E ἐξ ἀνάγκης τινὰ βλάβην τοῖς πεπονθόσι μορίοις, ἐκ τῶν τοιούτων φαρμάκων ἐσομένην. ἀλλὰ πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἐνιστάμενος, αἱρήσῃ μετὰ μικρᾶς βλάβης σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, ὑπὸ τοῦ τῆς ὀδύνης μεγέθους συγκοπτόμενον. ἐξέσται γάρ σοι ταῖς ἑξῆς ἡμέραις, ἐπανορθώσασθαι τὴν γεγενημένην βλάβην ὑπὸ τοῦ φαρμάκου. καλεῖται μὲν οὖν ἀνώδυνα φάρμακα τὰ τοιαῦτα, τῷ παύειν τὰς ὀδύνας. ἐργάζεται δὲ τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῶν, οὐ τὰς διαθέσεις θεραπεύοντα τελέως, ἀλλὰ τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν ναρκοῦντα. χρῆσθαι δὲ προσήκει τῷ Φιλωνείῳ φαρμάκῳ, καὶ πᾶσι τοῖς δι᾽ ὀπίου σκευαζομένοις, οὐκ εὐθέως, ἀλλὰ μετὰ

F χρόνον τῆς συνθέσεως ἐνιαύσιον, ἢ πάντως γε μηνῶν ἕξ. μάλιστα μὲν οὖν, καὶ τάχιστα, διὰ τῶν πινομένων φαρμάκων, οἱ κάμνοντες ἀνώδυνοι γίγνονται, πεπονθότων αὐτοῖς τῶν λεπτῶν ἐντέρων, ὥσπερ γε καὶ διὰ τῶν ἐντιθεμένων τῇ ἕδρᾳ, ταχέως ὠφελοῦνται τὰ τῶν παχέων ἐντέρων παθήματα. γίγνεται δὲ οὐ σμικρὰ τῆς δυνάμεως διάδοσις, κἀκ τῶν πινομένων, τοῖς κάτω πεπονθόσι, κἀκ τῶν ἐντιθεμένων τῇ ἕδρᾳ, τοῖς τὰ ἄνω πάσχουσι. ἤ γε μὴν ἐν τοῖς σαρκώδεσι μέρεσι τοῦ φυσώδους

πνεύματος ἀθροισις, ἔστιν ὅτε παντάπασιν ἀνώδυνος γίνεται, καὶ χρόνῳ παραμένει πλείονι, καὶ μάλιστα ὅταν ἐγγὺς ἡ διάρθρωσις· ἐνταῦθα γάρ που, καὶ οἱ μύες αὐτοὶ νευρωδέστεροί τε, καὶ πυκνότεροι, καὶ σαρκωδέστεροί τε, καὶ ἀραιότεροι κατὰ τὰ μέσα σφῶν αὐτῶν. ἐθεράπευσα δὲ, ὡς οἶσθα, τὰς τοιαύτας διαθέσεις, τοῖς διὰ πίττης, καὶ ῥητίνης, καὶ τερεβινθίνης, καὶ στέατος λεοντείου, καὶ ταυρείου φαρμάκοις. ἁρμόζει δ' ἐπ' αὐτῶν καὶ τὸ διὰ γλοιοῦ, καὶ τιτάνου, καὶ τὸ διὰ τῶν συκομόρων. καὶ συνελόντι φάναι, τὰ λεπτομερῆ γενναίως, ἐπιμιγνυμένων αὐτοῖς τῶν μαλακτικῶν.

spiritus flatulentus colligitur aliquando omninò sine dolore, & diutiùs durat, præcipuè iuxta articulos, vbi musculi ipsi tum neruosiores, tum compactiores sunt; in medio verò carnosiores ac rariores. Tales autem affectus, vt nosti, medicamentis ex pice, resina, terebinthina, & adipe leonino, & seuo taurino curaui. Prodest autem & ipsis medicamentum, quod ex strigmento, & calce paratur, & quod ex sycomoro constat; atque vt semel dicam, insigniter tenuia, quibus remollientia sint permista.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ ἀποστημάτων.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τούτων ἱκανῶς εἴρηται, μεταβαίνειν καιρὸς ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ἀποστημάτων λόγον. ὀνομάζουσι δ' οὕτω τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ἐν αἷς ἀλλήλων ἀφίσταται τὰ πρότερον ἀλλήλων ψαύοντα σώματα. χώραν οὖν ἀναγκαῖον ἐν τῷ μεταξὺ γενέσθαι κενήν, ἥτις ἤτοι πνευματώδη τινὰ οὐσίαν, ἢ ὑγρὰν, ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον περιέξει. μεθίστανται δ' εἰς τοῦτο, καὶ τῶν φλεγμονῶν ἔνιαι, καὶ τῶν ἐρυσιπελατωδῶν δὲ, καὶ φλεγμονωδῶν, οὐκ ὀλίγαι. συνίσταται δὲ καὶ χωρὶς τούτων, ἡ τῶν ἀποστημάτων διάθεσις, ἐκ περιουσίας μέν τινων ὑγρῶν, ἢ πνευμάτων ἀτμωδῶν ἤτοι δ' ἐν αὐτοῖς τοῖς πάσχουσι σώμασιν ἐν μέσῳ γεννωμένων, ἢ ἐξ ἑτέρων, ἐπιρρεόντων, λόγῳ τῶν καλουμένων ἀποσκημμάτων. ὀνομάζουσι δ' οὕτω τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ὅταν χυμοί τινες, ἐνοχλοῦντες πρότερον ἑτέρῳ μορίῳ, καταλιπόντες ἐκεῖνο, εἰς ἕτερον μεταστῶσιν. ὅπως δ' ἂν τρόπον γένηται διάθεσις ἀποστήματος, ἡ μεταξὺ χώρα τῶν ἀφισταμένων σωμάτων, πληροῦται τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν ὑγρῶν. ἅπερ ἐνίοτε χρονίζοντα, πολυειδῶς ἀλλοιοῦται. καὶ γὰρ λίθοις, καὶ ψάμμοις, καὶ ὀστράκοις τε, καὶ ξύλοις, ἀνθραξί τε, καὶ πηλῷ, καὶ γλοιῷ, καὶ ἀμόργῃ, καὶ τρυγὶ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις τοιούτοις εὕρηται πολλάκις, ἐν ἀποστήμασιν ὅμοια περιεχόμενα σώματα. τῶν μὲν οὖν ἐπιπολῆς ὑπὸ τῷ δέρματι συνισταμένων, ἥ τε διάγνωσις ῥᾳστη, καὶ ἡ ἴασις οὐ χαλεπή. διαγινώσκεται μὲν γὰρ ἑτοίμως, τῇ τῆς ἀφῆς ἰδιότητι. θεραπεύεται δὲ, διὰ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων φαρμάκων, διὰ οὐ δεόμεθα τῶν πινομένων, ὥσπερ ὅσα διὰ βάθους, καὶ μάλιστα κατὰ σπλάγχνα συνίσταται. κατὰ μὲν οὖν τὰς διαγνώσεις, εἴκει τοῖς ἐπερειδομένοις δακτύλοις τὰ ἐκπυΐσκοντα, τὴν ἀντιτυπίαν οὐκ ἔχοντα τῶν φλεγμαινόντων μορίων. τὴν διάγνωσιν οὖν παρέχει σαφῆ. ἰδιότης δὲ τῆς εἴξεως, ἑτέρα μέν ἐστιν ἐπὶ λεπτοῖς ὑγροῖς, ἑτέρα δ' ἐπὶ παχέσι, καθάπερ γε καὶ ἐπὶ γλίσχρῳ, καὶ μυξώδει χυμῷ. πολλάκις δ' ἡμῖν ὑποπίπτει, μετὰ τάσεως πνευματώδους ἀφεστός τι μόριον, οὗ διαιρεθέντος, εὑρέθη θρόμβος αἵματος. ὥστε καὶ ὅστις ἐθεάσατο δὶς, ἢ τρὶς που τοιαύτην διάθεσιν, ἐὰν φιλόπονος ᾖ, καὶ μνήμων, ἱκανὸς ἔσται διαγινώσκειν ἐν τοῖς τοιούτοις ὄγκοις περιεχόμενον θρόμβον, ἐκ τοῦ παραθεῖναι τῇ μνήμῃ τὴν ἰδιότητα τῆς τάσεως, καὶ τῆς εἴξεως. ἴσως δ' ἄμεινόν ἐστιν, οὐκ ἰδιότητα λέγειν, ἀλλὰ ποσότητα τάσεώς τε καὶ εἴξεως. ἡ θεραπεία δὲ τῶν ἐπιπολῆς φλεγμονῶν ἀφισταμένων, ἀρχομένης μὲν ἔτι τῆς ἀποστάσεως, διὰ τῆς ἀνωδύνου τε καὶ χαλαστικῆς ἀγωγῆς, ἤδη δὲ προηκούσης, ἐπὶ τὴν πεπτικήν τε, καὶ διαπυητικὴν ἰδίως ὀνομαζομένην μεταβαινόντων, γίνεται. λέλεκται δὲ περὶ αὐτῆς, ὥσπερ οὖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοιούτων, ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως συντάγματι. ὕδατί τε οὖν ἐπὶ πλεῖον καταντλεῖν προσήκει, καταχέοντας ἔλαιον θερ-

CAPVT IX.

De Abscessibus.

QVoniam & de his abundè diximus, tempus est, vt de abscessibus disputemus. Sic autem has vocant affectiones, in quibus ab inuicem partium corpora, quæ priùs mutuò sese tangebant, abscedunt. Spatium igitur in medio vacuum fieri necesse est, quod materiam aliquam aut flatuosam, aut humidam, aut ex vtraque mistam continebit. Mutantur autem in abscessum & inflammationes quædã, & erysipelatosi phlegmonosique tumores non pauci. Præter hæc autem & abscessus ex quorundam humorum aut spirituum vaporosorum abundantia fiunt; siue in affectarum partium medio gignantur, siue aliunde, eorum modo quæ aposcemmata dicuntur. Sic enim eas affectiones vocant, quum humores loco, quem priùs infestabant, relicto, in alterum confluunt. Quocunque autem modo fiat abscessus, id spatium quod abscedentes partes interiacet, humoribus illum afficientibus impletur. Qui si diutiùs aliquando maneant, in varias formas mutantur. Etenim lapidibus, arenis, testis, lignis, carbonibus, luto, strigmento, amurcæ, feci, multisque id genus aliis similia corpora sæpè in abscessibus contenta deprehenduntur. Qui igitur sub cute summa consistunt, facillimè dignoscuntur, nec ægrè curantur. Nam tactus proprietate promptè innotescunt. Curantur verò medicamentis foris impositis, non, quemadmodum qui in imo corpore maximéque in visceribus consistunt, ea quæ potantur, desiderantes. Quod igitur ad dignotiones attinet, prementibus digitis abscessus suppurantes, more obsessarum inflammatione partium, non reniteuntur. Itaque manifestum sui indicium præbent. Habitus autem proprietas, alia quidem in tenuibus, alia verò in crassis humoribus est, quemadmodum in glutinoso & mucoso humore. Sæpè verò quæ abscessit pars spiritu distenta nobis subiicitur, qua diuisa, sanguinis grumus inuenitur. Itaque quisquis bis aut ter eiusmodi affectum viderit, si diligens sit ac memor, an grumus in hisce tumoribus contineatur, cognoscere poterit reuocando in memoriam tensionis & cessionis proprietatem. At fortè præstat non proprietatem, sed quantitatem tensionis & cessionis dicere. Curantur autem quæ per summa sunt, inflammationes, dum in abscessum vertuntur, initiò quidem abscessionis dolorem sedando ac laxando; ea verò iam procedente ad maturandi & suppurandi (sic enim propriè appellant) rationem transire oportet; de qua aliísque id genus in quinto de Simplicium medicamentorum facultatibus libro disseruimus. Aqua igitur liberaliùs fouenda, ac calente oleo perfun-

Atque hæc quidem est affectus origo, quem elephanta vocant. Aliquando verò & in alias corporis partes, quæ quidem omnium maximè sunt imbecillæ, eiusmodi succus fertur, atque in ea parte venæ luculenter conspiciuntur atro & crasso sanguine plenæ. Quo autem is crassior ac nigrior fuerit, eò affectum parit deteriorem. In mammis verò tumorem sæpè vidimus, cancro animanti omninò similem. Nam quemadmodum ille ex vtraque corporis parte pedes; sic & hic affectus venas præter naturam intumescentes exporrigit, effigiémque cancro similem reddit. Hunc affectum, incipientem quidem sæpè sanauimus. Vbi verò in molem insignem creuit, citra chirurgiam non curabis. Itaque vniuersæ chirurgiæ tumorem præter naturam excidentis scopus est, vt eiusmodi tumor, qua sanis partibus coniungitur, totus circuncidatur. Verùm propter vasorum magnitudinem, maximéque arteriarum, statim profusionis sanguinis periculum imminet, quas si laqueis intercipias, consortij iure aliæ partes afficientur. Quòd si eius mali affectus radices adurere in animo sit, neque in hoc paruum erit periculum, si iuxta principes partes exustio fiat. Sed eiusmodi affectum recentem, vt diximus, sæpè curauimus, maximè vbi melancholicus humor non admodum crassus videbatur. Hic enim purgantibus medicamentis promptè cedit, vnde fit curatio. Certum autem est quòd quæ adhibentur medicamenta vim vacuandi atri humoris habere debent; quod frequenter faciendum est, donec pars ad naturalem statum omninò sit reducta; victus etiam ratione obseruata quæ probum humorem generet. Itaque in Alexandria, plurimi elephantiasi tum ob victus rationem, tum regionis caliditatem, laborant. In Germania verò, & Mysia rarissimè affectus is grassari visus est. Et apud lactipotas Scythas nunquam ferè apparet. Sed in Alexandria ob victus rationem frequenter generatur; vescuntur enim pulte, lenticula, cochleis, multísque salsamentis; nonnulli verò & asinina carne, & id genus aliis crassam ac atram bilem generantibus. Quemadmodum si ambiens aër calidus sit, horum humorum impetus ad cutem fertur. Igitur huic affectui dictæ purgationes prosunt. Quòd si ætas & vires suaserint, sanguis priùs mittendus est. Neque verò in cancris, neque in his, nisi quid prohibeat, inutile est venam secare; deinde purgare; atque si mulieres sint, menses ciere, si nimirum quinquagesimum annum nondum attingant. In affecta autem parte solani succus imponatur; hoc enim medicamentum eiusmodi affectibus vtilissimum est. Quòd si ægrotus tam liquidum medicamentum imponi nolit, præsertim quum domo exire, solitáque opera exercere cogitur, medicamentum ex pompholyge imponendum est, quo & ad vlceratos cancros vti me vidisti; quod si in promptu non sit, nostrum, quod ex chalcite constat, *est adhibendum.* Quatenus verò ad victus rationem attinet, pleniore ptisanæ cremore, sero lactis, & ex oleribus malua, atriplice, blito, &, quum per tempus licuerit, cucurbita vtendum est. Ex piscibus verò, saxatiles, auésque omnes, præter palustres, *dare conuenit.* In elephantiasi verò, viperæ mira vtilitate eduntur; eas verò

eas verò eodem modo, quo Marsos parare vidisti, quos (*quia aspidibus & serpentibus vescuntur*) aspidotrophos & theriotrophos vocant, comesse oportet; primùm quidem cauda & capite ad quaternorum digitorum longitudinem abscissis. Deinde interaneis omnibus ac cute etiam exemptis, postea aqua abluto eorum corpore. Sed hactenus quidem, nec aliter sanè, quum antidotum, vt vocant, theriacam, temperantes facimus: cæterùm dissimiliter coquimus. In theriaca quidem anethum & salis exiguum in aqua miscemus. In elephantiasi verò non aliter quàm anguillas ex albo iure in olla paramus; quod ad hunc modum fit. Aqua largè *in ollam* conijcitur, & olei exiguum, cum quo & anethum & porrum. Certum autem est viperarum carnes tantisper esse incoquendas, dum planè molles reddantur. Compositum autem ex his medicamentum, quod theriacam antidotum vocant, vtiliter in eiusmodi affectu bibitur; atque etiam si lubuerit, cuti illinitur. Peractis enim omnibus his, aliquando squama è cute, quemadmodum quæ senecta dicitur ex anguibus, resoluitur.

CAPVT XIII.

Strumarum, meliceridum, & hydropum curatio.

Aliorum autem tumorum præter naturam, nullius curandi rationem per chirurgiam ad te scribendam esse duxi, quum tu probatissima medicamenta à nobis acceperis. Ad strumas quidem quæ repellere, exiccare, & pus mouere queant. Ad meliceridas verò, & quæ has discutiant, & medicamenta pus discutientia, & aquam in scroto, & abdomine, & vt his in hydropicis vti oporteat, didicisti. Horum autem geminus scopus est, nempe visceris scirrhum curare, & collectam humiditatem per discussionem vacuare. De scirrhosorum autem viscerum curatione antè disputauimus. Itaque hyderi curatio ad hos tres scopos reducitur, nempe vt visceris scirrhum contrahentis scirrhus sanetur; medicamenta, quæ humiditatem discutiant, imponantur; & quæ vrinam cient, in potu dentur. Hæc quidem tibi ad longam peregrinationem accincto sat esse arbitror. Si verò, vt antè dixi, opus de medicamentis secundum genera, & affectos locos, scripsero, illud quoque à tua peregrinatione reuersus, ex me accipies. Aliud autem magnum opus de vniuersa curandi ratione, efflagitantibus amicis conscribetur. Quòd si in ea peregrinatione diutiùs detinearis, omnes quotquot scripserimus, commentarios ad te mittere non grauabimur.

FINIS.

A χρὴ δὲ ἐσθίειν αὐτὰς οὕτω σκευάζοντας, ὡς τοὺς θηριοτρόφους καὶ ἀσπιδοτρόφους Μάρσους ἐθεάσω· πρῶτον μὲν, ἀποκοπτομένης τῆς οὐρᾶς καὶ τῆς κεφαλῆς, ἄχρι δακτύλων τεττάρων. εἶτα τῶν ἔνδον ἁπάντων ἀφαιρεθέντων, καὶ τοῦ δέρματος δηλονότι· εἶθ᾽ ὕδατι τοῦ σώματος αὐτῶν περιπλυθέντος. ἀλλὰ μέχρι μὲν τοῦδε, κἀπειδὰν τὴν θηριακὴν ἀντίδοτον καλουμένην σκευάζωμεν, οὕτω πράττομεν· ἐφεξῆς δὲ διαφερόντως ἕψομεν. ἐπὶ μὲν τῆς θηριακῆς ἐν ὕδατι προσεμβάλλοντες ἀνήθου καὶ βραχέων ἁλῶν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐλεφαντιώντων, ἐν λοπάσι παραπλησίως ταῖς ἐγχέλεσι σκευάζοντες, διὰ λευκοῦ ζωμοῦ· γίνεται δὲ οὕτως. ὕδατος μὲν δαψιλοῦς ἐμβληθέντος, καὶ ἐλαίου βραχέος, καὶ σὺν αὐτῷ, πράσου καὶ ἀνήθου. B πρόδηλον δ᾽ ὅτι μέχρι τοσούτου τὰς σάρκας τῶν ἐχιδνῶν ἀφέψειν προσήκει, μέχρις ἂν ἀκριβῶς γένωνται μαλακαί. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ δι᾽ αὐτῶν σκευαζόμενον φάρμακον, ὃ καλοῦσι θηριακὴν ἀντίδοτον, ἐπιτήδειόν ἐστι πίνεσθαι τοῖς οὕτω κάμνουσι, καὶ εἰ βούλοιτό τις αὐτοῦ καὶ τὸ δέρμα χρίεσθαι. ταῦτα γὰρ ἁπάντων ποιούντων, ἔσθ᾽ ὅτε λεπὶς ἀφίσταται τοῦ δέρματος, ὁποῖον ἐπὶ τῶν ὄφεων τὸ καλούμενον γῆρας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Η τῶν χοιράδων τε, καὶ μελικηρίδων, καὶ τῶν ὑδέρων θεραπεία.

Τῶν δὴ ἄλλων ὄγκων τῶν παρὰ φύσιν, οὐδενὸς μὲν ἠξίωσά σοι γράψαι χειρουργίαν· ἔλαβες γὰρ δοκιμώτατα τῶν παρ᾽ ἡμῖν φαρμάκων. C ἐπὶ μὲν χοιράδων, τά τε ἀποστέλλειν, καὶ ξηραίνειν δυνάμενα, καὶ διαπυΐσκειν. ἐπὶ δὲ μελικηρίδων, ὅσα καὶ ταύτας διαφορεῖ, καὶ πύου διαφορητικὰ φάρμακα, καὶ ὕδατος ἐν ὀσχέῳ τε, καὶ κατ᾽ ἐπιγάστριον ἔλαβες, ὡς κἀπὶ τῶν ὑδερικῶν χρῆσθαι. διττὸς γὰρ καὶ τούτων ὁ σκοπὸς ἰᾶσθαί τε τοῦ σπλάγχνου τὸν σκίρρον, καὶ διαφορῆσαι, τὸ συνειλεγμένον ὑγρόν. εἴρηται δὴ ἔμπροσθεν ἡ τῶν σκιρρουμένων σπλάγχνων θεραπεία. ὥστε καὶ ἡ τῶν ὑδέρων ἴασις, εἰς τρεῖς τούτους ἀνάγεται σκοπούς, ἰᾶσθαι τοῦ σκιρρουμένου σπλάγχνου τὸν σκίρρον, ἐπιθέμασί τε, καὶ διαφοροῦσι τὴν ὑγρότητα χρῆσθαι· φάρμακά τε πίνειν διουρητικά. ταῦτα μὲν οὖν εἰς ἀποδημίαν σοι μα- D κρὰν στελλομένῳ, νομίζω συμμέτρως ἔχειν. ἐὰν δὲ ὡς προείρηται καὶ τὴν ἐπὶ τῶν κατὰ γένος, καὶ τόπους πεπονθότας φαρμάκων πραγματείαν ποιήσωμαι, κἀκείνην ἕξεις ἐπανελθὼν ἐκ τῆς ἀποδημίας. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη μεγάλη πραγματεία τῆς ἑταίρων ἀξιωσάντων ἁπάσης τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου. κατεχομένῳ δή ἐπὶ πλέον ἔξω, σοὶ πέμπειν οὐκ ὀκνήσω τῶν γραφομένων ἡμῖν ὑπομνημάτων ἕκαστον.

ΤΕΛΟΣ.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΦΛΕΒΟ-ΤΟΜΙΑΣ ΠΡΟΣ ΕΡΑΣΙΣΤΡΑΤΟΝ, ΒΙΒΛΙΟΝ.

GALENI DE VENÆ SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATVM, LIBER.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Χρεία τῆς φλεβοτομίας ἐνδείκνυται, ἅμα τῇ ἀνάγκῃ· καὶ ἀποσκευάζεται Ἐρασίστρατος, ὃς, τοῦ ἐν ὑστέρῳ τεθειμένου τῆς φλεβοτομίας βοηθήματος, μήτε τοῖς δραστικοῖς, μήτε τοῖς ἀκινδύνοις βοηθήμασι χρῆται.

ARGVMENTVM LIBRI.

Venæ sectionis necessitas, ac vsus docetur; improbatúrque Erasistratus, qui posthabito venæ sectionis auxilio, neque efficacibus, neque tutis remediis vtitur.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Πρὸς τὸν Ἐρασίστρατον, ὃς ἐν τοῖς σμικροτάτοις ἐπιμελὴς, ἅπαξ μόνον κατὰ τὸ πάρεργον περὶ φλεβοτομίας λόγον πεποίηκε.

ΑΞΙΟΝ εἶναί μοι δοκεῖ, ζητήσεως οὐ σμικρᾶς, τί δήποτε, καὶ τἆλλα τῆς τέχνης ἰχμὸς ὢν ὁ Ἐρασίστρατος, κἀν τοῖς σμικροτάτοις οὕτως ἐπιμελὴς, ὥστε καὶ λαχάνων τινῶν καὶ καταπλασμάτων ἑψήσεις γράφειν, ἐφ' ὧν ἤρκεσεν ἂν ἑτέρῳ, πρὸς ὅ, τι συμφέρει μόνον εἰπόντι, τὸν τρόπον τῆς σκευασίας παραλιπεῖν, ὡς οὐδὲν μέγα, καὶ αὐτόθεν τινὶ τῶν ἐντυγχανόντων ἐξευρεῖν, ἐν οὕτως ἰσχυρῷ καὶ μεγάλῳ βοηθήματι τῇ φλεβοτομίᾳ, καὶ οὐδενὸς ἧττον τῶν δραστικωτάτων εὐδοκιμοῦντι παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις αὐτοῦ, λόγον οὐδένα πεποίηται. σχεδὸν γὰρ οὔτε τοὔνομα τῆς φλεβοτομίας ἐστὶν εὑρεῖν ἐν οὐδενὶ συγγράμματι, πλὴν ἅπαξ ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς, ἐπιμνησθέντος αὐτοῦ, κατὰ τὸ πάρεργον μᾶλλον, ὡς ἄν τῳ δόξειεν, ἢ μετά τινος ἀξιολόγου σπουδῆς· μάθοις δ' ἂν ἐξ αὐτῆς τῆς ῥήσεως ἐχούσης ὧδε. ἀποδέσεις δὲ ποιεῖσθαι, περί τε τὰς μασχάλας, καὶ τοὺς βουβῶνας, μὴ ὥσπερ ἔνιοι τῶν μιμουμένων τὰς θεραπείας, οὐδὲν παρακολουθοῦντες, αἵματος χάριν ταῦτα ποιοῦνται, ἀλλ' ἀποπιέζονται ἱκανῶς τοῖς δεσμοῖς. ἐν γὰρ τοῖς ἀποδουμένοις μέρεσι τοῦ σώματος πλεῖον αἷμα ἀπολαμβάνεται· δηλοῖ δὲ ἥ τε διάτασις τῶν φλεβῶν, καὶ ἡ φλεβοτομία· πολὺ γὰρ πλεῖον ῥεῖ,

B

C

CAPVT I.

Aduersus Erasistratum, qui in minimis curiosus, semel tantùm obiter, de venæ sectione mentionem fecit.

QVæstione haud parua dignum esse mihi videtur, cur tandem Erasistratus, tum in aliis artis partibus abundè versatus, tum in minimis adeò diligens, vt etiam olerum quorundam, & cataplasmatum coctiones scriptis mandarit; in quibus abundè erat, vbi ad quid conferrent tantum explicasset, alteri confectionis modum relinquere, tanquam nihil magnum & vulgare inueniendum; de sanguinis missione, præsidio tam valido ac magno, quódque nihilo minus, quàm efficacissima remedia seniores commendarunt, nullam mentionem fecerit. Quippe neque nomen ferè detractionis sanguinis in nullo ipsius commentario inuenias, præterquam semel in sermone de sanguinis eductione; vbi tamen obiter magis, vt alicui videri possit, quàm ex insigni quodam studio meminit; id quod ex verbis ipsius disces, quæ hunc in modum habent. *Deligaturas moliri oportet ad alas & inguina, non sicut nonnulli qui curationes imitantur, non intelligentes se sanguinis gratia hæc facere, quem tamen abundè vinculis exprimunt. Nam in partibus corporis deligatis copiosior sanguis recipitur; id quod indicat venarum distentio, & venæ sectio; multo enim largiùs fluit, quum*

quum corporis pars, cuius vena secatur, fuerit deligata. At in eductione sanguinis, plurimum sanguinis recipitur tum in cruribus, tum in brachiis, si deligatura facta vinculis excipiatur. Nam vbi paucior fit, is qui in thorace est, leuior quoque erit eductio. Idem hoc moliri volunt etiam qui sanguinem reiicientibus venam secant; sed multo melius Chrysippus, non solùm id quod præsens est respiciens, verùm etiam de imminenti periculo solicitus. Etenim periculo quod ex eductione sanguinis accidit, proximum est illud, quod inflammatio adfert, in quo offerre cibum sanè non facilè est. At ei qui venæ sectionem expertus est, & longo tempore inediam tolerauit, periculum imminet, ne exoluatur. Chrysippus *autem, qui alimentum quod in corpore inest, confectum in locos non solutos transtulerit, quo tempore exolutionis periculum est; vbi autem ex promptu sic traduxerit, tunc vtatur, offerre* id non coactus, summè prudens, *& laude dignus est, sibique per totum consentaneus.* Quòd exigua hæc & vulgaria neque Erasistrati in arte diligentiam testentur, neque ipsius præsidij viribus digna existant, omnibus manifestum est. At si neque apud Hippocratem, neque Dioclem, neque Euryphontem, neque omninò alium quenquam Erasistrato seniorem, remedium hoc scriptum esset, inuenire fortè aliquis cogitaret, si nondum vsus fuerit inuentus, neque à claris viris probatus, bona ratione ipsum omisisse. Quia verò inueniuntur alij *apud quos scriptum est*, & multus iam præsidij vsus erat, non in vno tantum, neque vulgari affectu, sed in plurimis & acutissimis (sic enim Hippocrates ipse qui omnium artis bonorum author nobis est, & alij veteres, vti apparent) quid tandem Erasistrato accidit, vt prorsus illius meminisse neglexerit? Etenim num in affectibus quibusdam ipsum adhibere conueniat, quemadmodum & alia remedia, & cur conueniat, causam indicare debebat. Sed ne innuit quidem vtrum eo vtendum sit, an minus, tantum abest, vt sermonem de illo instituerit; imò non ausus est planè sententiam suam pronunciare, nisi semel, vt dixi, in vno affectu, licet ex iis quæ subticet, sententiæ ipsius summa deprehendatur; non enim si ei placeret, omisisset; neque exigua sanè affectuum remedia scriptis indigere putasset, adeò verò magna posse aliquem etiam si non ab illo disceret per se inuenire.

CAPVT II.

Quibus rationibus Erasistrati sectatores dogma de non secanda vena tuentur.

CAusa verò propter quam sectione venæ vsus non est, vt sanè verissimè dicam, alicui forsan diuinatione indigere videbitur. Quomodo enim quis scire possit, quid Erasistratus senserit de illis, quorum ipse nusquam latè fuséque meminit? attamen nonnulli sententiam ipsius diuinare non sunt veriti. Verùm iidem errare maximè deprehenduntur, inde quòd inter se sententijs discrepent. Siquidem nullus ipsorum eadem sentit, & quod omnium grauissimum est, ne ipsis quidem commilitonibus Erasistrati, discipulis autem Chrysippi Cnidij eadem videntur, cuius primi hoc dogma erat sanguinis detractione non vti; neque enim inter illos de Chrysippi sententia conuenit. Sed quæ sanè ab Apœmante & Stratone dicta sunt, planè ridicula sunt.

A ὅτε ἀποδεθῇ τὸ φλεβοτομούμενον μέρος τοῦ σώματος. ἐπὶ δὲ τῆς ἀναγωγῆς τοῦ αἵματος, πλεῖστον ἀπολαμβάνεται τοῦ αἵματος ἀπὸ τῆς ἀποδέσεως, ἔν τε τοῖς σκέλεσι, καὶ τοῖς βραχίοσιν. ἐλάττονος γὰρ γινομένου τοῦ περὶ τὸν θώρακα, καὶ ἐλαφροτέρα ἔσται ἡ ἀναγωγή. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο βούλονται ποιεῖν καὶ οἱ φλεβοτομοῦντες τοὺς ἀνάγοντας τὸ αἷμα. ἀλλὰ πολὺ βέλτιον ὁ Χρύσιππος, οὐ μόνον τὸ παρὸν ἐπιβλέπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων φροντίζων. ἐχόμενος γὰρ τοῦ περὶ τὴν ἀναγωγὴν, ὁ κατὰ τὴν φλεγμονικὸν κίνδυνος, ἐν ᾧ προσφέρειν μὲν οὐ ῥᾴδιον. φλεβοτομηθέντι δὲ, καὶ B πολὺν χρόνον ἀσιτήσαντι, κίνδυνος ἐκλυθῆναι. ὁ δὲ τὴν ἐνυπάρχουσαν τροφὴν ἐν τῷ σώματι κατεργαζομένην εἰς τόπους ἀλύτους μεταστησάμενος, καθ' ὃν καιρὸν ὁ τῆς ἐκλύσεως κίνδυνος ὅταν δὲ οὕτως παραλλάξῃ, ἐξ ἑτοίμου ταύτῃ ἤδη χρώμενος, καὶ μὴ προσφέρειν ἀναγκαζόμενος, ἄκρως περιττὸς τῇ διανοίᾳ καὶ ἄξιος ἐπαίνου, καὶ δι' ὅλου ἀκολουθῶν αὐτὸς ἑαυτῷ. ὅτι μικρὰ ταῦτα, καὶ τὰ τυχόντα, καὶ οὔτε τῆς Ἐρασιστράτου περὶ τὴν τέχνην ἀκριβείας, οὔτ' αὐτοῦ τοῦ βοηθήματος τῆς δυνάμεως ἄξια, παντὶ δῆλον. εἰ μὲν μήτε παρ' Ἱπποκράτει, μήτε παρὰ Διοκλεῖ, μήτε παρ' Εὐρυφῶντι, μήθ' ὅλως παρ' ἄλλῳ μηδενὶ τῶν C Ἐρασιστράτου πρεσβυτέρων, ἦν εὑρεῖν τὸ βοήθημα γεγραμμένον, ἴσως ἄν τις ὑπενόησεν, εἰ μήπω τῆς χρήσεως εὑρημένης, ἢ μὴ παρὰ τοῖς εὐδόξοις εὐδοκιμούσης, εὐλόγως αὐτὸν παραλιπεῖν. ἐπεὶ δὲ εὕρηντο ἄλλοι, καὶ πολλή τις χρῆσις ἤδη τοῦ βοηθήματος ἦν, οὐκ ἐφ' ἑνὸς μόνου οὐδὲ τοῦ τυχόντος πάθους, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πλείστων τε καὶ ὀξυτάτων, οὕτως γὰρ ὁ Ἱπποκράτης γε αὐτὸς, ὁ τῶν καλῶν τῆς τέχνης ἁπάντων ἡμῖν ἡγεμὼν, οἵ τ' ἄλλοι παλαιοὶ φαίνονται χρώμενοι. τί δήποτε παθὼν ὁ Ἐρασίστρατος ἠμέλησε τελέως τὸν ὑπὲρ αὐτῆς διεξελθεῖν λόγον; καὶ γὰρ ἀρεσκόμενον, D ἐχρῆν ἐπισημαίνεσθαι τοῖς πάθεσιν αὐτὸ προσγράψαντα, καθάπερ τ' ἄλλα βοηθήματα, καὶ ἀρεσκόμενον, εἰπεῖν αἰτίαν, δι' ἣν ἀρέσκεται. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ λόγον ἐνστήσασθαι περὶ τῆς τοῦ βοηθήματος δυνάμεως, ὥστ' οὐδ' ὅτι χρηστέον, ἢ μὴ χρηστέον, ἐμήνυσεν, οὐδ' ὅλως ἐτόλμησεν ἀποφήνασθαι ἣν ἔχει γνώμην, πλὴν ἅπαξ, ὡς εἶπον, ἐφ' ἑνὸς πάθους, καίτοι κἀξ αὐτῶν ὧν σιωπᾷ, καταφωρᾶν αὐτοῦ τῆς γνώμης τὸ κεφάλαιον. οὐ γὰρ δὴ ἀρεσκόμενόν γ' ἂν αὐτῷ, παρέλιπεν, οὐ δὲ τὰ μὲν σμικρὰ τῶν τοῖς πάθεσιν συμφερόντων, γραφῆς ᾤετο δεῖσθαι, τὰ δ' οὕτω μεγάλα, δύνασθαί τινα, καὶ χωρὶς τοῦ παρ' ἐκείνου μαθεῖν, αὐτὸν ἐξευρεῖν.

E

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Δι' ἃς αἰτίας οἱ Ἐρασιστράτου φοιτηταὶ τὸ δόγμα περὶ μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ καθιστῶσι.

Η Δ' αἰτία δι' ἣν οὐκ ἐχρῆτο φλεβοτομίᾳ, τὸ μὲν ἀληθέστατον φάναι, τάχ' ἂν τῳ δόξειε μαντείας δεῖσθαι. τί γὰρ ἄν τις εἰδείη πῶς Ἐρασίστρατος ἐγίνωσκεν, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς οὐδὲν ἐμνημόνευσε διεξοδικῶς; ὅμως δ' οὖν ἐτόλμησάν τινες ἀπομαντεύσασθαι τῆς γνώμης αὐτοῦ. κατάφωροι δ' εἰσὶν ἁμαρτάνοντες, οὐχ ἥκιστα ἐξ ὧν πρὸς F ἀλλήλους διαφέρονται. δοκεῖ γὰρ αὐτῶν οὐδενὶ τὰ αὐτὰ, καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὅτι μὴ δ' αὐτοῖς τοῖς συμφοιτηταῖς μὲν τοῦ Ἐρασιστράτου, μαθηταῖς δὲ Χρυσίππου τοῦ Κνιδίου, οὗπερ δὴ πρώτου τὸ δόγμα τοῦτ' ἦν, μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ. οὐδὲ γὰρ ἐκείνοις ὁμολογεῖται περὶ τῆς Χρυσίππου γνώμης οὐδέν. ἀλλὰ τὰ μὲν ὑπό τε Ἀποιμάντου, καὶ Στράτωνος εἰρημένα, καταγέλαστα.

καὶ γὰρ τὸ σχάσαι τὴν φλέβα δύσκολον εἶναί φασι, καὶ τὸ διαγνῶναι, καὶ τὸ διαιρῆσαι τὴν ἀρτηρίαν αὐτήν, μετὰ δ᾽ ἐν τούτῳ κακὸν ἀποβαίνει, εἰ ἀντὶ φλεβὸς, ἀρτηρίαν διαιρεῖσθαι συμβαίνει· καὶ ὅτι δείσας τις ἔθανεν, ὁ μὲν καὶ πρὶν ἢ τμηθῆναι τὸ ἀγγεῖον, ὁ δὲ, καὶ τμηθεὶς οὐκ ἀνεκομίσθη· καὶ ὅτι ἡμορράγησέ τις ἀνεπισχέτως· τὰ δ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρων λεγόμενα, τὸ μὲν, ὅτι τοῦ μέτρου τῆς κενώσεως ἐστοχάσθαι χαλεπὸν, ὥς τε ἀναγκαῖον, ἢ ἐνδεῶς κενώσαντι, μηδὲν εἶναι πλέον, ἢ τὸ σύμμετρον ὑπερβαλόντι, μεγίστην ἀκολουθῆσαι βλάβην. τί γὰρ ἂν ἀποδέοι, φασὶ, σφαγῆς, ἄμετρος φλεβοτομία; τὸ δὲ, ὅτι παρέμπτωσις τοῦ πνεύματος ἐκ τῶν ἀρτηριῶν εἰς τὰς φλέβας γένοιτ᾽ ἄν, ἀκολουθήσει γὰρ ἐξ ἀνάγκης, κατὰ τὰς συναναστομώσεις τοῦ αἵματος κενουμένου, τὸ πνεῦμα· τὸ δ᾽, ὅτι τοῦ πάθους τῆς φλεγμονῆς ἐν ἀρτηρίαις συνισταμένου, περιττὸν ἐκκενοῦν τὰς φλέβας. τὰ δὲ τοιαῦτα, κἂν εἴ τισιν ἔδοξεν εἶναι πιθανὰ, κατά γε τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν, οὔτε πιθανὸν οὐδὲν ἔχει, καὶ ψευδῆ φανερῶς ἐστι· πολλῷ γὰρ ἂν ἦσαν πιθανώτεροι ταῦτα λέγοντες, ἃ παρ᾽ ἑτέροις τισὶν, ἐκ τῆς τῶν χυμῶν φύσεως ὁρμωμένοις, εἴρηται. καὶ τάχ᾽ ἂν ἴσως καὶ δέοιτό τις πρὸς ἐκείνους, λόγου πλείονος, ἀλλ᾽ οὐ νῦν καιρός· εἰς μακρόν τε γὰρ οὕτω λόγον μῆκος ἐκπεσεῖν ἀνάγκη. καὶ ἄλλως οὐδὲν κατεπείγει τὰ μήθ᾽ ὑπ᾽ Ἐρασιστράτου, μήθ᾽ ὑπ᾽ ἄλλου τινὸς τῶν Χρυσίππου μαθητῶν εἰρημένα νῦν ἐπιχειρεῖν ἐξελέγχειν.

Nam scarificare venam graue esse pronunciant; item dignoscere, diuideréque ipsam arteriam, quòd improsperè cedit, si venæ loco arteria diuidatur; item quòd metu aliquis mortuus sit, alius etiam antequam vas diuideretur; aliquis eo secto non ad se redierit; item quòd alicui sanguis adeò fluxerit, vt sisti non posset; accedunt huc quæ ab aliis dicuntur; nempe mensuram euacuationis coniectura assequi esse difficile, vt necessarium sit, vt vel qui parum euacuat, promoueat nihil, vel qui modum excedit, haud mediocrem noxam inferat. Quid enim, inquiunt, abest immoderata sanguinis missio à cæde; nonnullis, quòd spiritus ex arteriis in venas concidentia fieri posset; sequetur enim necessariò spiritus, sanguine per mutuas osculationes euacuato; nonnullis, quòd affectu inflammationis in arteriis consistente, venas euacuare sit superuacuum. At eiusmodi quanuis alicui probabilia esse videantur, re vera nihil habent probabile, & falsa manifestò sunt; multo enim fide digniores essent, qui ea dicunt, quæ alij nonnulli ex humorum natura impulsi pronunciarunt; & fortè aliquis longiorem aduersus illos orationem requiret, sed huius temporis non est; quippe in prolixitatem ita sermonem incidere esset necesse. Præterea nihil alioquin cogit, vt vel Erasistrati, vel alterius cuiusdam Chrysippi discipulorum dicta redarguere aggrediamur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ.

Ἡ δόξα τοῦ Ἐρασιστράτου περὶ τῆς πυρετοῦ τε, καὶ φλεγμονῆς γενέσεως, καὶ περὶ τῆς αὐτῶν θεραπείας.

Ἄριστα οὖν μοι δοκῶ διαθέσθαι τὸν λόγον, εἴτ᾽ ἄλλα παραλιπὼν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀρξαίμην τῶν Ἐρασιστράτῳ δοκούντων· εἰρήσεται δ᾽, ὡς ἔνι μάλιστα διὰ βραχυτάτων. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ πνεύματος μὲν ἀγγεῖον εἶναι τὴν ἀρτηρίαν, αἵματος δὲ τὴν φλέβα· σχιζόμενα δ᾽ ἀεὶ τὰ μείζω τῶν ἀγγείων εἰς ἐλάττονα μὲν τὸ μέγεθος, ἀριθμὸν δὲ πλείω, καὶ πάντῃ τοῦ σώματος ἐνεχθέντα, μηδένα γὰρ εἶναι τόπον, ἔνθα μὴ πέρας ἀγγείου κείμενον ὑπάρχει, εἰς οὕτω σμικρὰ πέρατα τελευτᾶν, ὥστε τῇ μύσει τῶν ἐσχάτων στομάτων κρατούμενον, ἐντὸς αὐτῶν ἴσχεσθαι τὸ αἷμα· καὶ διὰ τοῦτο καίτοι παρακειμένων ἀλλήλοις τοῦ στόματος τοῦ τε τῆς φλεβὸς, καὶ τῆς ἀρτηρίας, ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις μένειν τὸ αἷμα μηδαμόθι τοῖς τοῦ πνεύματος ἐπεμβαῖνον ἀγγείοις. μέχρι μὲν δὴ οὗ δε νόμῳ φύσεως διοικεῖσθαι τὸ ζῷον· ἐπεὶ δέ τις αἰτία βίαιος, ἐκ τῶν φλεβῶν, εἰς τὰς ἀρτηρίας τὸ αἷμα μεταχθῆναι, αὐτὸ νοσεῖν ἀναγκαῖον ἤδη. αἰτίας δὲ καὶ ἄλλας τινὰς, καὶ οὐδεμίας ἐλάττω, τὸ πλῆθος εἶναι τοῦ αἵματος, ὑφ᾽ οὗ διατείνεσθαι μὲν τὸν χιτῶνα τῆς φλεβὸς, ἀναστομοῦσθαι δὲ τὰ πρότερον μεμυκότα πέρατα, μεταχεῖσθαι δὲ εἰς τὰς ἀρτηρίας τὸ αἷμα, κἀντεῦθεν τῷ παρὰ καρδίας φερομένῳ πνεύματι προσκόπτον καὶ ἐνιστάμενον, ἀλλοιοῦντι τὴν ἐκείνου κίνησιν, ἡνίκ᾽ ἂν ἐγγὺς ᾖ καὶ κατ᾽ εὐθὺ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸν πυρετόν· ὠθούμενόν τε ὑπ᾽ αὐτοῦ πρόσω σφηνοῦσθαι κατὰ τὰ πέρατα τῶν ἀρτηριῶν, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὴν φλεγμονήν. οὕτω μὲν ἐπὶ πλήθει φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι τῷ λόγῳ τῷδε· ἐπὶ τραύμασι δὲ φλεγμονὴν αἰτιᾶται μὲν, κἀνταῦθα τὴν παρέμπτωσιν ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τὰς ἀρτηρίας τοῦ αἵματος, αὐτῆς δὲ τῆς παρεμπτώσεως αἰτίαν εἶναί φησι τὴν πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίαν. ὅταν γὰρ τῶν ἐν τῷ τετρωμένῳ μέρει διαιρεθεισῶν ἀρτηριῶν ἐκχυθῇ, κατὰ τὴν τρῶσιν ἅπαν τὸ πνεῦμα, καὶ κίνδυνος ᾖ κε-

CAPVT III.

Erasistrati opinio de ortu febris, & inflammationis, ac de ipsarum curatione.

Optimè igitur sermo procedere mihi videbitur, si aliis omissis, ab ipsis Erasistrati placitis exordiar; dicetur autem quàm licet breuissimè. Placet ei arteriam vas esse spiritus, venam autem sanguinis; maiora autem vasa in minorem propaginem diffundi, & numerosiorem, per totúmque corpus deferri; nullum enim esse locum vbi non extremum vasis situm in tam exiles terminos desinat, vt extremorum osculorum conniuentia contentus in ipsis sanguis coerceatur; atque idcirco licet ora tum venæ, tum arteriæ sibi mutuò vicina sint, sanguis in propriis permanet terminis, nusquam spiritus vasa ingrediens. Atque hactenus sanè lege naturæ animal dispensatur; quia verò causa quædam violenta ex venis in arterias sanguinem traducit, ægrotare iam necesse est. Iam causas etiam alias quasdam & nihilo minus copiam esse sanguinis, à qua distendi sanè venæ tunicam, adaperiri autem extrema, prius conniuentia, ac sanguinem in arterias transfundi, atque inde in spiritum qui à corde fertur illidere, contráque hunc incumbere, motum illius immutantem, vbi propè fuerit & è directo principij, atque hanc esse febrem; item propulsum ab eo prorsum in arteriarum extremis constringi, atque hanc esse inflammationem. Ita sanè ex copia inflammationem effici hac ratione. In vulneribus inflammationem causatur sanè, & hîc concidentiam sanguinis ex venis in arterias; ipsius porrò concidentiæ causam esse dicit consequentiam ad id quod euacuatur. Quum enim ex arteriis in vulnerata parte diuisis spiritus totus inter vulnerandum euanuerit, ac periculum sit ne locus

ne locus fiat vacuus, per mutuas osculationes sanguinem sequi, spiritu qui basin replet euacuato: itaque vase reserato spiritum effundi; clausa autem & conniuente intro propulsum à spiritu qui à corde emittitur, rursus totum in locis vulneri vicinis colligi, atque ita generari inflammationem. Age iam (donabimus enim ipsum in præsentia omnia de febribus, & de inflammatione vera dicere, etsi quòd nullum ex ipsis verum sit, alibi demonstrauerimus) deinceps nos doceat remedia. Ait itaque ipse tum in aliis multis, tum in tertio de febribus ita ad verbum. *Circa initia morborum, & inflammationum generationes, sorbitiones in totum circuncidendæ sunt; ac fiunt magna ex parte inflammationes, quæ febres inferunt ex plethora; in quibus temporibus quum cibi dantur, & concoctio, distributióque munia sua obeunt, vasis alimenti insigniter repletis, validiores inflammationes generantur.* Hæc sanè de inflammationibus, quæ ex copia citra vulnus nascuntur; quæ verò ex vulneribus proueniunt, in primo rursus libro de febribus, hunc in modum scribit. *Curationes his consentaneæ, vt vulnera omnia citra inflammationem conseruent, nam medicamentorum alia inuncta locis sanis, astringendo reprimendóque sanguinis ex superiori parte effusi impetum, ad diuisos locos fieri prohibent; ex sanis autem locis, quum multæ & arteriæ & venæ osculis hient, in ipsos locos affectos fit transsumptio, sanguine ex venis in arterias elapso.* Deinde rursus consentaneum his est, nihil offerre vulneratis per inflammationis tempora; siquidem venæ alimento vacuæ faciliùs sanguinem in arterias concidentem recipient. Quod vbi fit, minùs erunt inflammationes. Proinde quòd quidem copia euacuanda sit, quódque venæ plenæ, & distentæ nequeant rursus sanguinem in se recipere, id etiam cum ipso Erasistrato consentit. At quomodo eas vacuare oporteat, de hoc ambigitur.

CAPVT IV.

Præstantiorem ex venæ sectione, quàm ex inedia fore vacuationem; quódque Erasistratus negligens fuerit in imitanda natura, ac scriptis Hippocratis legendis.

EGo itaque putaui quum sanguinem euacuari in confesso sit, & facillimum iam, & promptissimum esse venam secare; etenim celerrimè ita & ipsas solas inflammationes euacuauimus; quum inediæ, præterquàm quòd longo tempore indigeant, etiam totum habitum similiter euacuent; hoc autem non conuenit. Cur enim quis euacuet id quod euacuatione non indiget? vel cur carnes eliquet, quum liceat sanguinem effundere? vt alia incommoda omittam, quæ longas inedias necessariò comitantur, vires imbecilles, humores ad biliosum & amarum conuersos, multos stomachi morsus, nauseam, deiectionem impeditam, ac omnia summatim excrementa acriora, maligniorâque reddita; quorum nullum Erasistratus sciens, quemadmodum cæci, quum via læuis, lata, & recta, propinqua sit, angustam sæpè, asperam, & longam captantes oberrant; ita ipse quoque iuxtà sitam viam compendiosam admodũ, & molestia carentem præteriens, ad prauam longámque recessit; hoc tantũ meditatus, an ad quod velit ipsa ducat;

A νὸν γίνεσθαι τόπον, ἔπεσθαι κατὰ τὰς συναναστομώσεις τὸ αἷμα, τοῦ κενουμένου πνεύματος τὴν βάσιν διαπληροῦντος· ἀνεῳγότος μὲν οὖν τοῦ πνεύματος ἐκχεῖσθαι· κλεισθέντος δὲ, καὶ μύσαντος, ἔνδον ὠθούμενον ὑπὸ τοῦ παρὰ καρδίας ἐπιπεμπομένου πνεύματος ἀθροίζεσθαι πάλιν ἅπαν ἐν τοῖς περὶ τὸ τραῦμα τόποις, καὶ τὴν φλεγμονὴν οὕτως ἐργάζεσθαι. ἄγε δὴ, συγχωρήσομεν γὰρ αὐτὸν, κατά γε τὸ παρὸν, ἀληθεύειν ἅπαντα περί τε πυρετοὺς καὶ φλεγμονὰς, καί τοι γ', ὅτι μηδὲν αὐτῶν ἀληθές ἐστιν, ἐν ἑτέροις ἀπεδείξαμεν, ἐφεξῆς ἡμᾶς διδαξάτω τὰ ἰάματα. φησὶ γοῦν αὐτὸς ἔν τε ἄλλοις πολ-

B λοῖς, κἀν τῷ τρίτῳ περὶ πυρετῶν κατὰ λέξιν οὕτω. περὶ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς τῶν ἀρρωστιῶν, καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέσεις, ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων· καὶ γίνονται ὡς τὸ πολὺ αἱ τοὺς πυρετοὺς ποιοῦσαι τῶν φλεγμονῶν διὰ πληθώραν· διδομένων οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς προσφορῶν, καὶ τῆς πέψεως, καὶ ἀναδόσεως τὰς καθ' αὑτὰς ἐνεργείας ἀποδιδουσῶν, πληρουμένων τῶν ἀγγείων τῆς τροφῆς, ἐπὶ πλεόν τε ἰσχυροτέρας συμβαίνει τὰς φλεγμονὰς γίνεσθαι. ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῶν περὶ πλῆθος χωρὶς τραύματος γιγνομένων φλεγμονῶν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐπὶ τραύμασιν ἐν πρώτῳ πάλιν περὶ πυρετῶν, ὧδέ πως φησιν. ἀκόλουθοι δὲ καὶ θεραπεῖαι τούτοις, εἰς

C τὸ ἀφλέγμαντα πάντα γίνεσθαι τὰ τραύματα· καὶ τῶν φαρμάκων τὰ μὲν περιχριόμενα ἐπὶ τοὺς ὑγιεῖς τόπους, ἀποστύφοντα, καὶ μύοντα, κωλύει τὴν συνίωσιν τοῦ ἄνωθεν κεχυμένου αἵματος ἐπὶ τοὺς διῃρημένους τόπους γίνεσθαι. ἐν δὲ τοῖς ἀπαθέσι τόποις πολλῶν ἀνεστομωμένων ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν, εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους μετάληψις γίγνεται, εἰς τὰς φλέβας, τοῦ παρεμπεπτωκότος αἵματος εἰς τὰς ἀρτηρίας. εἶτα ἐφεξῆς πάλιν ἀκόλουθον τούτοις καὶ τὸ μηδὲν προσφέρειν τοῖς τετραυματισμένοις ὑπὸ τοὺς τῆς φλεγμονῆς καιρούς. κενούμεναι γὰρ αἱ φλέβες τῆς τροφῆς, ῥᾷον παραδέξονται τὸ παρεμπεπτωκὸς αἷμα εἰς τὰς ἀρτηρίας. τούτου δὲ συμβαίνοντος, ἧττον αἱ φλε-

D γμοναὶ ἔσονται. οὐκοῦν ὅτι μὲν χρὴ κενῶσαι τὸ πλῆθος, καὶ ὅτι δέξασθαι πάλιν εἰς ἑαυτὰς αἱ φλέβες οὐκ ἂν δύναιντο τὸ αἷμα μεσταὶ τυγχάνουσαι, καὶ διατεταμέναι, συμφωνεῖται τοῦτό γε καὶ αὐτῷ τῷ Ἐρασιστράτῳ. τὸ δὲ ὅπως χρὴ τρόπῳ κενῶσαι αὐτὰς τὸ ἀμφισβητούμενόν ἐστιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ὅτι βελτίων ἡ ἐκ τῆς φλεβοτομίας, ἢ ἐκ τῆς ἀποσιτίας ἡ κένωσις· καὶ ὅτι ὁ Ἐρασίστρατος ἀμελῶς ἔσχε τῆς φύσεως μιμημάτων τε, καὶ τῆς συγγραμμάτων τοῦ Ἱπποκράτους ἀναγνώσεως.

E ΕΓὼ μὲν οὖν ᾤμην, ἐπειδὴ ἅπαξ τὸ κενούμενον ὡμολόγηται, ῥᾷστόν τε ἤδη καὶ ἑτοιμότατόν ἐστιν τεμεῖν τὴν φλέβα· καὶ γὰρ ἂν τάχιστα οὕτω, καὶ αὐτὰς μόνας τὰς φλεγμονὰς ἐξεκενώσαμεν, ὡς αἵ γε ἀσιτίαι, πρὸς τῷ χρόνου δεῖσθαι μακροῦ, καὶ ὅλην τὴν ἕξιν κενοῦσιν ὁμοίως· τὸ δὲ οὐ χρή. τί γὰρ ἄν τις κενοίη, τὸ μὴ δεόμενον κενώσεως, ἢ τί τὰς σάρκας ἐκτήκοι, παρὸν ἀποχεῖν τοῦ αἵματος; ἵνα τ' ἄλλα ὅσα ταῖς μακραῖς ἀσιτίαις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται κακὰ παραλείπω, τήν τε δύναμιν κάμνουσαν, καὶ τοὺς χυμοὺς ἐπὶ τὸ χολῶδες καὶ πικρὸν τετραμμένους, καὶ καρδιωγμοὺς πολλοὺς, καὶ ἄσην, καὶ διαχώρημα ἰσχόμενον, καὶ πάντα

F ἁπλῶς τὰ περιττώματα δριμύτερα γινόμενα, ὧν οὐδὲν ὁ Ἐρασίστρατος ἰδὼν, ὥσπερ οἱ τυφλοὶ, λείας ὁδοῦ, καὶ πλατείας, καὶ εὐθείας ἐγγὺς οὔσης, πολλάκις στενὴν, καὶ τραχεῖαν, καὶ μακρὰν ἐλθόντες, περιέρχονται· καὶ αὐτὸς οὕτω, παρακειμένην ὁδὸν σύντομον ἱκανῶς καὶ ἄλυπον παρελθὼν, ἐπὶ μοχθηρὰν καὶ μακρὰν ἐλήλυθεν, τοῦτο μόνον θαυμάσας εἰ, ἐφ' ὃ βούλεται ἄγει αὐτὸν ἡ ὁδός,

οὐκ ἔτι δὲ εἰ ταχέως καὶ ἀλύπως. ἄγει μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν τοῦ
πλήθους κένωσιν, καὶ ἡ ἀσιτία, σύμφημι τοῦτο, ἀλλ' ἐν χρό-
νῳ τε μακρῷ σὺν τῷ λυπῆσαι πολλά. καὶ ὅμως τηλικοῦ-
τον βοήθημα παραλιπὼν ὁ σοφὸς Ἐρασίστρατος, ὃν ἀξιοῦ-
σί τινες Ἱπποκράτει παραβάλλειν, οὐκ αἰδεῖται μηδὲν πιθα-
νόν τι καὶ εὔλογον, ἀλλ' ἀπομνημονεύσας ὥσπερ τινὸς τῶν φαυ-
λοτάτων τε, καὶ οὐδενὸς ἀξίων. ἀλλ' οὐχ Ἱπποκράτης, ὦ
Ἐρασίστρατε, μηδέν τι χείρων ἰατρὸς σοῦ, περὶ φλεβοτο-
μίας οὕτως ἐπεγίνωσκεν· ἀλλ' ἃ σὺ θαυμάζεις λόγῳ,
ταῦτ' ἔργῳ ποιῶν εὑρίσκεται. θαυμάζεις μὲν γὰρ τὴν
φύσιν, ὡς τεχνικήν τε ἅμα, καὶ προνοητικὴν τοῦ ζώου,
μιμῇ δ' αὐτὴν οὐδαμοῦ. ἢ διὰ τί πολλάκις ἰδὼν αἵ-
ματος κενώσει τὴν φύσιν ἰασαμένην πολλὰ νοσήματα,
τοῦτο οὐδ' ἐφ' ἑνὸς ἔπραξας οὐδὲ πώποτε; τί δὲ σι-
γᾷς τὰ τῆς φύσεως ἔργα, ἣν ἐπαινεῖς; διὰ τί παρὰ μὲν
Ἱπποκράτει πολλὰ τοιαῦτα εὑρίσκων γεγραμμένα, Γυ-
ναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ, τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις, ἀπὸ
χολῆς μελαίνης εἰς ὅμοιον αἱμορροΐδες· αἱμορραγίαι λά-
βροι, τὰ πολλά, ῥύονται ἐκ ῥινῶν· παρὰ σοὶ δὲ οὐδὲν τοι-
οῦτον, ἀλλ' ἄχρι λόγου μόνου ἐπαινουμένη ἡ φύσις, ἔρ-
γον δ' οὐδὲν οὐδαμοῦ φύσεως γεγραμμένον; ἤρκει μοι
τὰ τῆς φύσεως μόνης ἔργα μαθεῖν· ἱκανὸς ἂν ἦν ἐκ τού-
του ὁρμώμενος εὑρίσκειν τὸ δέον. ἆρά μοι συγχωρήσου-
σιν οἱ θαυμάζοντές σε τὸ παριστάμενον εἰπεῖν, ἢ παντά-
πασιν ἀνόητός μοι δοκεῖς εἶναι, ἢ μικρὰ τοῖς τῆς φύ-
σεως ἔργοις ὡμιληκέναι· τὸ γὰρ, ἢ μηδ' ὅλως γινώσκειν
αὐτά, ἢ μὴ ζηλοῦν γινώσκοντα, θατέρῳ τοῖν δυοῖν ἔνοχόν
ἐστιν· ἢ γὰρ ἐν οἴκῳ τινὶ καθειργμένος ἔγραφες ταῦτα,
μηδένα μηδεπώποτε θεασάμενος ἄρρωστον· ὅθεν εἰκό-
τως ἀγνοεῖς τὰ τῆς φύσεως ἔργα, ἐθαύμασας μὲν ἀεὶ
οὐκέτ' ἐμιμήσω δεύτερον, ἐσχάτως ἀνόητος. εἶτ' εἰ τοί-
νυν γράφειν ἐπιχειρεῖς, τὸν νόμον τοῦ γράφειν ὑπερβάς·
ἐχρῆν σε πρῶτον γράψαι μοι τὰ τῆς φύσεως ἔργα, δεύ-
τερον δ' ἐξηγήσασθαι, τίνα μὲν ὁλοκλήρως καὶ ἀπηρτισ-
μένως τοῖς οἰκείοις λόγοις κινουμένη δρᾷ, τίνα δ' ἐλλι-
πῶς ὑπὸ τῶν κατὰ τὰς νόσους αἰτιῶν κωλυομένη. ὁδὸς γὰρ αὕ-
τη πρὸς εὕρεσιν ἰαμάτων, ἵνα ἐκμαθὼν τὰ καλῶς ὑπ'
αὐτῆς ἀποτελούμενα, τούτοις ἐπικουρεῖν δυνώμεθα, τὸ λεῖ-
πον προστιθέντες· ἢ μηδ' ὅλως κινουμένης, καὶ γὰρ καὶ τοῦ-
τό ποτε πάσχει τῇ ῥώμῃ τῶν νοσωδῶν αἰτιῶν νικηθεῖσα, τὸ πᾶν
αὐτοὶ ἐκπορίζωμεν· τούτων οὐδὲν ἐπέδειξας. ἴσως γὰρ, ὅπερ
φασίν, ὀλιγωρεῖς μὲν τοὺς ἀρρώστους θεᾶσθαι, μένων δ' οἴ-
κοι, τὸ δόξαν ἔγραφες· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ αὐτὸς ἐθεάσω,
τὰ γοῦν ὑφ' Ἱπποκράτους ἐνῆν ἀναγινώσκοντί σοι μανθάνειν,
ὅσα μὲν ὁλοκλήρως, καὶ ἀνελλιπῶς, καί, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος
εἴωθε λέγειν, ἀρτίως ἡ φύσις κινουμένη, κρίνονται· πῶς
δ' ἂν αὐτὴν κάλλιστά τις μιμήσαιτο, μηδὲ ἐγχειροῦσαν
κρίσει· καὶ πῶς ἐπιχειρούσῃ μέν, ἀλλ' ἐνδεῶς κινουμένῃ, βοη-
θητέον. εἰ γὰρ ἐν τούτοις ἐγυμνάσω, τοιαῦτα ἂν ἤκουόν σου
συμβουλεύοντος, οἷα καὶ Ἱπποκράτους ἀκούω, τὰ κρινόμε-
να καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιεῖν,
μήτε φαρμακίῃσι, μήτε ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾶν.
τοῦτο μέν σοι φύσεως ὁλοκλήρως κινουμένης παράγγελμα·
τὸ δὲ ἐφεξῆς τούτῳ, κινουμένης μὲν ἐπὶ κρίσιν, ἀλλ' ἐνδεῶς·
διὰ τοῦτο αὐτῇ συνεργεῖν παρακελευόμενος ἐρεῖ· ἃ δεῖ
ἄγειν, ταῦτα ἄγειν ὅπῃ ἂν μάλιστα ῥέπει, διὰ τῶν ξυμφε-

non item an celeriter, & citra molestiam *ducat.*
Etenim ad copiæ euacuationem etiam inedia
conducit fateor, verùm longo temporis processu,
præter quòd multum molestet. Attamen tantum
præsidium sapiens Erasistratus omittens, quem
nonnulli Hippocrati conferendum censent, non
veretur nihil probabile & rationi consentaneum
adferre, sed mentionem ipsius, anquam prauissi-
mi cuiusdam, & nullius momenti, facit. At non
Hippocrates, ô Erasistrate, nulla in ré inferior
te medicus de missione sanguinis ita sensit; sed
quæ tu admiraris verbis, ea, re facere inuenitur.
Admiraris enim naturam vt artificiosam simul, &
de animali prouidam, non autem ipsam vllo in
loco imitaris; quum scias sæpè sanguinis euacua-
tione naturam multos morbos sanasse, id ne in
vno, quidem vnquam fecisti. Cur autem taces
naturæ opera, quam commendas? cur quum apud
Hippocratem multa eiusmodi scripta inuenias
(*Mulieri sanguinem vomenti, menstruis erumpenti-
bus, solutio; atra bile infestatis, remedio sunt hæmor-
rhoides*; item, *larga sanguinis profluuia, magna* ex
parte, *per nares soluuntur*) apud te nihil huiusmo-
di, sed naturam verbo tenus tantùm commen-
das, nullum verò opus ipsius vsquam scripto
mandasti? Mihi autem solius naturæ opera con-
discere satis erat, vnde adiutus id quod conuenit,
inuenire abundè potui. An mihi concedent, qui
te admirantur, vt id quod res est, dicam; nempe
quòd aut mentis inops omninò esse videaris, aut
leuiter in naturæ operibus versatus. Alterutri
enim obnoxius es, vel neutiquam ea intelligis;
vel si intelligas, non imitaris; aut vt qui in domo
quadam conclusus hæc scripseris, nullum vn-
quam ægrotum conspicatus; vnde meritò natu-
ræ opera ignoras, semper quidem ea admiratus,
nunquam verò deinde, quæ tua summa est de-
mentia, imitaris. Postea si scribere aliquid ag-
grediaris, scribendi legem non seruas. Conue-
niebat enim primùm naturæ opera mihi perscri-
bere, deinde explicare, quænam perfectè, ac in-
tegrè proprio impetu concitata efficit; quæ verò
imperfectè, à morbificis causis impedita. Via
enim hæc est ad remediorum inuentionem, vt vbi
didiceris quæ probè ab ea obeuntur, his possis
succurrere, id quod deest adijciens; aut quum
neutiquam mouetur (etenim hoc quoque non-
nunquam ei accidit, morbificarum causarum ro-
bore euictæ) totum ipsi suppedites; horum nul-
lum ostendisti. Fortassis enim, quod dicunt, ne-
gligis quidem ægrotos inspicere, domi autem ma-
nens, opinionem tuam scripto mandasti; atta-
men etiam si ipse non videris, ab Hippocrate cer-
tè licebat legenti tibi discere, quænam absolutè,
ac perfectè, & vt ipse ille dicere solebat, integrè
natura mota iudicantur; quomodo rursus ipsam
optimè quis imitetur, ne aggredientem quidem
iudicium; & quomodo ei, quum aggreditur qui-
dem, sed minus ac par est mouetur, succurren-
dum. Si enim in his fuisses exercitatus, eiusmodi
te consulentem audirem, qualia & Hippocratem
audio; *Quæ indicantur, indicatáque sunt integrè, non
mouere oportet, neque innouare, vel medicamentis,
vel aliis irritamentis, sed finere.* Hoc sanè est natu-
ræ perfectè motæ præceptum; quod autem se-
quitur, quum ad iudicium quidem contendit,
sed minus ac conuenit; eóque ei opitulandum
præcipiens in hunc modum dicit; *Quæ ducere
oportet, eò ducenda sunt, quò potissimùm vergunt per
loca*

loca convenientia. Cupit enim tunc natura noxium propellere: ubi finem operi imponere præ imbecillitate non potest, nostro auxilio indiget. Idcirco & pleuriticos curans, quò humores vergunt evacuat. Quid enim ait? *Verùm si dolor ad jugulum pertingat, aut gravitas brachium, vel mamillam, vel partes supra septum infestet, in cubito secanda est vena interior, & multum detrahere sanguinis verendum non est, donec multò rubicundior fluxerit, vel loco puri & rubri, lividus: utrumque enim accidit. Sin autem sub septo dolor urgeat, ad jugulum verò non pertineat, alvus emollienda est aut veratro nigro, aut peplio.* Rursus in aliquo nephriticorum affectuum concursu præfatus, ac in rene dolor gravis, stupor femoris è directo positi, infert poplitem secare, hoc est, venam in poplite incidere.

A ρέντων χωρίων. βούλεται μὲν γὰρ ἡ φύσις τηνικαῦτα τὸ λυποῦν ἀπώσασθαι· μὴ δυναμένη δ' ἐπιθεῖναι τῷ ἔργῳ τὸ τέλος ὑπ' ἀρρωστίας, ἡμῶν βοηθῶν δεῖται. διὰ τοῦτο καὶ πλευριτικοὺς θεραπεύων, κατὰ τὴν ῥοπὴν τῶν χυμῶν κενοῖ. τί γάρ φησιν; Ἀλλ' εἰ μὲν ἡ ὀδύνη ἐς κληῖδα, ἢ ἐν βραχίονι βάρος, ἢ περὶ μαζὸν, ἢ ὑπὲρ τῶν φρενῶν, τέμνειν χρὴ τὴν ἐν ἀγκῶνι φλέβα τὴν ἔσω, καὶ μὴ ὀκνεῖν συχνὸν ἀφαιρεῖν, ἔστ' ἂν ἐρυθρότερον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀντὶ καθαροῦ τε, καὶ ἐρυθροῦ, πελιδνόν· ἀμφότερον γὰρ γίγνεται. ἢν δὲ ὑπὸ φρένας ᾖ τὸ ἄλγημα, B ἐς δὲ τὴν κληῖδα μὴ σημαίνῃ, μαλθάσσειν χρὴ τὴν κοιλίην, ἢ μέλανι ἐλλεβόρῳ, ἢ πεπλίῳ. πάλιν δ' ἔν τινι τῶν νεφριτικῶν παθημάτων συνδρομῇ προειπὼν, καὶ ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρείη, νάρκη τοῦ μηροῦ καθ' ἴξιν, ἐπιφέρει, ἰγνύην τέμνειν, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐν ἰγνύῃ τέμνειν φλέβα.

CAPUT V.

De usu sectionis venæ in frigidis, ac reliquis ex plenitudine affectibus, Medicorum Rationalium, Empiricorum, ipsiusque naturæ testimonio.

ILlud autem quomodo dictum est? *Stymargi ancillæ, cui neque sanguis fluxerat, postquam filiam peperisset, os autem uteri conversum esset, ac dolor in coxam & crus pertingeret, ex talo sanguis detractus profuit, etsi tremores totum corpus occuparent:* Sed ad causam veniendum, & causæ fomitem. Hippocrates itaque occasionem morbi examinari jubet, & occasionis originem; quod non dicere possis, ut arbitror, aliud quidpiam, ac sanguinis copiam infestantem, à secta vena juvari, exponetur. In muliere igitur superiùs commemorata, etsi tremula, venam secare non neglexit, quum nemo alius detrahere sanguinem in tremore ausus fuisset, quemadmodum neque in hydrope, neque in alio frigido affectu ullo; quum in hujusmodi corpus adhuc magis refrigescat, calido humore evacuato, & calor nativus corpore jam priùs affectu refrigerato extinguatur. Verùm Hippocrates considerans, ut ipse inquit, affectus causam copiam esse sanguinis: non enim purgata est mulier iis quæ lochia vocantur purgamentis. Fomes occasionis hic est, primaque generatio, & prima causa, quòd non rectè purgata sit, uteri conversio, ut quæ in coxas distorta esset. Quum igitur retentio vacuationem ei indicaret, ad uterum autem impetus humorum, locum per quem evacuare oportet, venam in talo secuit. Talis in omnibus Hippocrates est. Sed ne diutius Erasistratios offendam, ipsum commendando, (siquidem mihi videntur, tum hi ipsi, tum ante eos Erasistratus cum viro contendere) dicta Hippocratis jam relinquamus: aliàs enim totam ipsius circa vacuationes artem licet indicare. Digrediamur autem ad alios utriusque sectæ & Empiricæ & Rationalis viros: neque enim ex his ullum à venæ sectione abhorruisse invenio. Nam dogmaticum novi & Dioclem, & Plistonicum, & Dieuchem, & Mnesitheum, & Praxagoram, & Philotimum, & Herophilum, & Asclepiadem sanguinem detrahere; etsi Asclepiades adeò fuerit contentiosus, & gloriæ cupidus, ut fere omnia superiorum dogmata submoverit, neque ulli alii qui ante ipsum fuerat, neque Hippocrati pepercerit, ut qui veterum me-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Περὶ χρείας τῆς φλεβοτομίας ἐν τοῖς ψυχροῖς τε, καὶ λοιποῖς ἀπὸ τοῦ πλήθους γινομένοις παθήμασι, τῇ τῶν ἰατρῶν Λογικῶν C καὶ Ἐμπειρικῶν, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως μαρτυρίᾳ.

ΕΚεῖνο δὲ πῶς εἴρηται; Ἐκ Στυμάργεω οἰκέτιδος οὐδὲ αἷμα ἐχώρει, ὡς ἔτεκε θυγατέρα, ἀπέστραπτο δὲ τὸ στόμα τῶν αἰδοίων, πρὸς ἰσχίον καὶ σκέλος ὀδύνη, παρὰ σφυρὸν τμηθεῖσα ἐρρᾴισε, καί τοι τρόμοι τὸ σῶμα προκατεῖχον. ἀλλ' ἐπὶ τὴν πρόφασιν χρὴ ἐλθεῖν, καὶ τῆς προφάσιος τὴν ἀρχήν. Ἱπποκράτης μὲν οὖν τήν τε πρόφασιν τοῦ νοσήματος ἐξετάζειν κελεύει, καὶ τῆς προφάσεως τὴν γένεσιν· ὅπερ εἴποις, οὐκ ἂν εἴμοιγε, πλήθους αἵματος ἐνοχλοῦντος, ἄλλο τι περὶ τῆς φλεβο- D τομίας εἰρήσεσθαι. ἐπὶ γοῦν τῆς προειρημένης γυναικὸς, καί τοι τρομώδους οὔσης, οὐκ ἠμέλησε τέμνειν τὴν φλέβα, μηδενὸς ἂν ἄλλου τολμήσαντος αἵματος ἀφελεῖν ἐν τρόμοις, ὥσπερ οὐδὲ ἐν ὑδέροις, οὐδ' ἄλλῳ ψυχρῷ πάθει οὐδενί· δέον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ψυχθῆναι μὲν ἔτι καὶ μᾶλλον τὸ σῶμα τῇ τοῦ θερμοῦ χυμοῦ κενώσει, καὶ πρότερον ἤδη ὑπὸ πάθει κατεψυγμένον σβεσθῆναι τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀλλ' Ἱπποκράτης σκεψάμενος, ὡς αὐτὸς λέγει, τὴν πρόφασιν τοῦ πάθους ὅτι τὸ πλῆθος ἦν τοῦ αἵματος· οὐ γὰρ ἐκαθάρθη τὸ γύναιον τὴν λοχείαν καλουμένην κάθαρσιν. ἡ ἀρχὴ τῆς προφάσεως, τοῦτ' ἔστιν ἡ γένε- E σις καὶ ἡ πρώτη αἰτία, τοῦ μὴ καθαρθῆναι καλῶς, ἡ διαστροφὴ τῆς μήτρας· ἀπέστραπτο γὰρ πρὸς τὸ ἰσχίον. ἐνδειξαμένης οὖν αὐτῷ τῆς μὲν ἐπισχέσεως τὴν κένωσιν, τῆς δὲ ἐπὶ μήτραν ῥοπῆς, τὸν τόπον δι' οὗ χρὴ κενῶσαι, τὴν παρὰ σφυρὸν ἔταμε φλέβα. τοιοῦτος ἐν ἅπασιν ὁ Ἱπποκράτης. ἀλλ' ἵνα μὴ λυπῶ τοὺς Ἐρασιστρατείους ἐπιπλέον αὐτὸν ἐπαινῶν, καὶ γάρ μοι δοκοῦσιν αὐτοί τε οὗτοι καὶ πρὸ αὐτῶν ὁ Ἐρασίστρατος ἐριστικῶς ἔχειν πρὸς τὸν ἄνδρα, καταλείψωμεν ἤδη τὰ Ἱπποκράτους· ἐν ἑτέρῳ γάρ μοι καιρῷ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περὶ τὰς κενώσεις F τέχνην ἔξεστι δηλῶσαι. μεταβησώμεθα δὲ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἄνδρας ἑκατέρας αἱρέσεως Ἐμπειρικῆς τε καὶ Λογικῆς· οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδένα εὑρίσκω τῆς φλεβοτομίας ἀποστάντα. δογματικὸν μὲν γὰρ οἶδα καὶ Διοκλέα, καὶ Πλειστόνικον, καὶ Διεύχη, καὶ Μνησίθεον, Πραξαγόραν τε, καὶ Φιλότιμον, καὶ Ἡρόφιλον, καὶ Ἀσκληπιάδην φλεβοτομοῦντας· καί τοι φιλόνεικος οὕτως ἦν Ἀσκληπιάδης, ὥστε ὀλίγου δεῖν ἅπαντα κινῆσαι τὰ πρόσθεν δόγματα, καὶ μήτ' ἄλλου τινὸς τῶν πρὸ αὐτοῦ φείσασθαι, μήθ' Ἱπποκράτους, ὥστε καὶ θανάτου μα-

λέτω, τῷ τῶν παλαιῶν ἰατρικὴν οὐκ ἄκνησιν εἰπεῖν. ἀλλ' γὰρ οὗτος ἐπὶ τοσοῦτον ἀναίσχυντος, ὥστε τολμῆσαι παντάπασιν ἐξελάσαι φλεβοτομίαν τῶν ἰατρικῶν βοηθημάτων. ἀλλ' οὐδὲ τις οὔτε τῶν νεωτέρων, οὔτε τῶν παλαιῶν, οὐ Μαντίας, οὐκ Ἀθήναιος, οὐκ Ἀγαθῖνος, οὐκ Ἀρχιγένης, οὐχ ὁ τῶν Ἐμπειρικῶν χορός. καὶ τούτων μὲν οὐδὲν τῷ λόγῳ προσεχόντων ἑπομένων, καὶ ἀεὶ τῇ πείρᾳ καταγνούς, ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν οὐδένα. τί περ οὖν οἱ διαφωνοῦντες ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἄλλοις, ἐν τούτῳ συμπεφωνήκασιν; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν εἶναι δοκεῖ πιστότερον ἀνυπόπτου συμφωνίας. παραλείπωμεν δ' εἰ βούλει τούτους, ἵνα μηδὲ τῷ πλήθει τῶν μαρτύρων δυσωπητὰ τὰ τῆς φύσεως, ἣν ἐπαινεῖς, ἔργα ποιήσωμεν. οὐχ αὕτη γυναῖκας μὲν ἁπάσας ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ κενοῖ τὸ περιττὸν ἀποχέουσα τοῦ αἵματος; ἔδει γὰρ οἶμαι οἴκοι τὸ θῆλυ γένος, οὔτ' ἐν ἰσχυροῖς πόνοις διαιτώμενον, οὔθ' ὁμιλοῦν ἡλίῳ καθαρῷ, καὶ δι' ἄμφω ταῦτα πλῆθος ἀποτρέφον, ἴαμα φυσικὸν ἔχειν, τοῦ πλήθους τὴν κένωσιν. ἓν μὲν τοῦτο τῆς φύσεως ἔργον· ἕτερον δέ, ἡ μετὰ τόκον κάθαρσις, καί τι καὶ ἡ κύησις αὐτὴ κένωσις ἐστί. ἐκ τοῦ τῆς μήτρας αἵματος τὸ κυούμενον τρέφεται. καὶ ἡ μετὰ τὴν κύησιν δὲ τοῦ γάλακτος ἐν μαστοῖς γένεσις, οὐ σμικρὰ κένωσις οὐδ' αὐτὴ τῷ πλήθει· μία γὰρ ἀμφοτέρων ἡ οὐσία καταμηνίου τε, καὶ γάλακτος, καὶ κοιναί, καθάπερ ἄν τις εἴποι, πηγαὶ τῶν ὀχετῶν ἑκατέρων αἱ φλέβες εἰσί. διὰ τοῦθ' ὅσαις δι' ἡλικίαν ἤδη τὸ καταμήνιον μηκέτ' ἔρχεται, ταύταις οὐδ' ἐν μαστοῖς ἀθροίζεται γάλα· καὶ ὅσαι καθαίρεσθαι μὲν ὥρας ἔχουσι, ἀλλὰ θηλάζουσιν, οὐ καθαίρονται. καὶ ἐὰν θηλαζούσῃ γυναικὶ δι' ὑστέρας ὁρμήσῃ τὸ αἷμα, σβέννυται τὸ γάλα· καὶ τῶν ζῴων ὅσα μὴ κυΐσκεται, τούτοις οὐδὲ γάλα ἐστίν· καὶ ὅσοις γάλα ἐστί, ταῦτα κυΐσκεσθαι φύσιν ἔχει. εἰ δὲ καὶ μάθοις ἡλίκων ἐκ ταύτης τῆς κενώσεως ἀπολαύει τὸ θῆλυ γένος ἀγαθῶν, καὶ ὅσα βλάπτεται μὴ κενούμενον, οὐκ οἶδα πῶς ὑπομένεις ἔτι, μὴ παντὶ τρόπῳ σπεύδων κενῶσαι πλεονάζον αἷμα. Γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, εἰ μὴ τὰ καταμήνια αὐτῆς ἐκλείπῃ, φησὶν Ἱπποκράτης. καί τι δέομαι τῶν Ἱπποκράτους φωνῶν πρὸς ἄνθρωπον ἐχθρὸν Ἱπποκράτει; νομίζω τοίνυν αὐτὴν λέγειν σοι τὴν ἀλήθειαν δι' ἐμοῦ κήρυκος, οὔτε ποδάγραις, οὔτε ἀρθρίτισιν, οὔτε πλευρίτισιν, οὔτε περιπνευμονίαις ἁλίσκεται γυνὴ καλῶς καθαιρομένη· ἀλλ' οὐδὲ ἐπίληπτος, οὐδὲ ἀπόπληκτος, οὐδὲ ἄπνους, οὐδὲ ἄφωνος οὐδενὶ ἐν καιρῷ ποτε γίνεται καθαιρομένη καλῶς. ἑάλω δέ ποτε φρενίτισιν, ἢ ληθάργοις, ἢ σπασμοῖς, ἢ τρόμοις, ἢ τετάνοις ἐπιμηνίων ἰόντων. εἶδες δέ ποτε μελαγχολῶσαν, ἢ μαινομένην, ἢ πτύουσαν ἐκ θώρακος, ἢ ἐμοῦσαν ἐκ γαστρὸς αἷμα, ἢ κεφαλαίᾳ κάμνουσαν, ἢ συνάγχῃ πνιγομένην, ἢ τι τῶν μεγάλων καὶ ἰσχυρῶν παθημάτων ὑπομένουσαν, εἰ καλῶς ἐκκρίνεται τὰ καταμήνια· ἰσχομένων δ' αὖ πάλιν ἕτοιμον ἐν παντὶ κακῷ γενέσθαι, καὶ αἱ κενώσεις ἰάματα. καταλιπὼν δὲ ἤδη τὰς γυναῖκας, ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἐλθέ, καὶ μάθε, πόσοι μὲν αἱμορροΐσι τὸ περιττὸν εἰθισμένοι κενοῦσθαι, πάντες ἀπαθεῖς νοσημάτων διατελοῦσι, πόσοι δ' ἐπισχεθείσης τῆς κενώσεως ἐν χαλεπωτάτοις ἐγένοντο. πότερον οὐδὲ τούτων ἀποκενώσεις τοῦ αἵματος, οὐδ' ἂν συναγχικοὶ γενόμενοι τύχωσιν, οὐδ' ἂν περιπνευμονικοί, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ μὴ διατέθεσθαι τὰ κακῶς ἐγνω-

A dicinam, mortis curationem dicere non sit veritus. Attamen adeò non fuit impudens, ut planè venæ sectionem ex medicis præsidiis eximere sit ausus; imò nec recentiorum aliquis, nec veterum, non Mantias, non Athenæus, non Agathinus, non Archigenes, non Empiricorum chorus. At ex his qui rationi nunquam attendunt, sed experientiæ perpetuò adhærent, nullum adferre possis, qui hoc tentarit. Cur igitur qui in omnibus ferè aliis dissentiunt, in hoc uno sunt concordes? mihi enim nullum videtur esse fide dignius, quàm sensus certus, & suspicione vacans. B Relinquamus autem hos, si ita vis, ne testium multitudine naturæ quam commendas opera reddamus dubia. Non hæc mulieres quidem omnes singulis mensibus evacuat, sanguinis superfluum effundens? Conveniebat enim, meâ sententiâ, ut muliebre genus quod domi non in magnis degit laboribus, neque in sole puro versatur, & propter hæc ambo copiam congregat fovetque, naturale remedium habeat plenitudinis evacuationem. Atque unum sanè hoc naturæ opus est; alterum verò post partum purgatio, etsi etiam partus ipse evacuatio sit. Ex uteri sanguine fœtus C alitur: postquam in lucem editus est, lactis in mamilla generatio, non exigua vacuatio, mensium copiæ respondens existit; una enim amborum & menstrui & lactis substantia est, ac communes (ut ita dicam) utrorumque rivorum fontes, venæ existunt. Qua de causa quibus per ætatem menses non ampliùs fluunt, his neque in mammis lac colligitur; item quæ purgationis tempora quidem non excesserunt, sed lactant, non purgantur; & si mulieri lactenti per uterum sanguis effluit, lac evanescit: & quæ animantia D non concipiunt, his neque lac est; contrà quibus lac est, ea donec concipiant lac habet. At si etiam didiceris quantis ex hac vacuatione bonis fœmineum genus fruitur, & quæ ipsi noxæ oboriuntur si non evacuetur, haud novi quomodo sustines adhuc non omni studio sanguinem redundantem evacuare. *Mulier non podagrâ corripitur, nisi menses ipsius defecerint*, ait Hippocrates. At quid opus habeo verbis Hippocratis contra hominem Hippocrati inimicum? Puto igitur ipsam veritatem per me præconem tibi dicere, mulierem, si rectè purgetur, non infestari podagra, neque morbo E articulario, neque pleuritide, neque peripneumonia; imò neque morbo comitiali, neque apoplexia, neque respirationis, neq; vocis defectu in ullo tempore molestatur, si rectè purgetur *menstruis*. Sed quandoque correpta est phrenitide, aut lethargo, aut convulsione, aut tremore, aut tetano, mensibus emanantibus. Novisti autem quandoque melancholia laborantem, aut insanientem, aut spuentem ex thorace, aut vomentem sanguinem ex ventriculo, aut cephalæa ægrotantem, aut angina suffocatam, aut magnum aliquem validumque affectum sustinentem, si probè menstrua ex- F cernerentur: iis autem retentis, quolibet vitio esse opportunam, eique vacuationes mederi. Relictis autem jam mulieribus ad viros accedito, discitoque quodcunque per hæmorrhoïdes superfluum vacuari consuevit, hi omnes à morbis immunes vitam transigunt; quibuscunque verò retenta fuit evacuatio, gravissimis morbis conflictati sunt. Utrum neque ex his sanguinem evacuabis, neque si angina correpti fuerint, neque si peripneumonia, an-ne perperam cognita de-

ponas, tot pereuntes negliges? Tu sanè forsan id facis; ego verò non hæc tantùm, sed etiam convulsionem & hyderum sanguinis vacuatione sæpe curavi. Sic enim & longa me experientia docet, & ratio sic ad occasionem venire jubet, occasionisque incitamentum. Quod autem & experientia ita præcipit, Empiricorum libris perlectis condisces.

CAPUT VI.

Communi hominum naturæ, ac brutorum sensui, Erasistratum ac omnes qui venæ sectionem parvi pendunt, adversari.

αὐτοὺς τῶν ἀποθανόντων, ὡς εἰ καί τις ἐκείνους ἐφλεβοτόμησεν, ἴσως ἂν ἐσώθησαν.[2] ἔλεγόν τε τινὰς ἐπὶ τούτων λογισμούς. οἱ δὲ περιέπλεκον μὲν ἄνω καὶ κάτω τοὺς λόγους ἐλίττοντες, ἐπέραινον δ' οὐδέν, ἀλλὰ καὶ τελευτῶντες, ἐπὶ τὸν Ἐρασίστρατον κατέφευγον ἐν μὲν τῷ πρώτῳ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς βιβλίῳ φάσκοντες ἀποδεδεῖχθαι πρὸς αὐτοῦ, κάλλιον εἶναι τοῦ φλεβοτομεῖν, τὸ δεσμεῖν τὰ κῶλα. κατά τε τὴν περὶ τῶν πυρετῶν πραγματείαν, μηδὲ ἐπιμνησθῆναι τὴν ἀρχὴν τῆς φλεβοτομίας αὐτόν, ὡς ἂν ὧν δὴ ἔδειξεν ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς μεμνημένον. καὶ γὰρ ἂν εἶναι, ἔφασκον, γελοῖος εἰ παραιτησάμενος τῆς φλεβοτομίας ἐπὶ τοῦ μάλιστα δεῖσθαι δοκοῦντος πάθους, ἔμελλεν ἔτι περὶ τῶν ἄλλων ἐρεῖν· τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον Ἐρασίστρατον οὐ μόνον ἐν τῇ περὶ τῶν πυρετῶν πραγματείᾳ σεσιγηκέναι περὶ τῆς φλεβοτομίας ἔλεγον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις. οὔτε γὰρ ἐν τῇ τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν παθῶν, οὔτε ἐν τῇ τῶν παρέσεων, οὔτε ἐν τῇ περὶ ποδάγρας, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν, κεχρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, καίτοι τὸ πλῆθός γε τοῦ αἵματος ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς συγγράμμασι μάλιστα αὐτὸν αἰτιᾶσθαι τῶν νόσων. ἐμοῦ δ' ἀποθαυμάζοντός τε τὰ λεγόμενα, καὶ τοσοῦτον ἔτι προσδιερωτήσαντος αὐτούς, εἰ μηδέ ποτε χρηστόν ἐστι φλεβοτομία, μηδ' ἂν περιπνευμονικός τις εἴη, ἢ συναγχικῶς πνιγόμενος τύχοι, μηδ' ἂν ἐξ ἐπισχέσεως ἐμμήνου καθάρσεως, ἢ αἱμορροΐδος, ἐπὶ θώρακα ὠθῆται τὸ πλεονάζον αἷμα. καὶ πρὸς τούτοις ἀπεκρίναντο προχειρισάμενοι τοὺς ἐν τοῖς τῶν διαιρέσεων βιβλίοις Ἐρασιστράτῳ γεγραμμένους ἀρρώστους, καὶ μάλιστα αὐτῶν τὸν Κρίτωνα, καὶ τὴν ἐκ τῆς Χίου παιδίσκην. τὸν μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς συναγχικῶς ἐνοχλούμενον, ἅμα δὲ καὶ πληθωρικὸν ὄντα, καθάπερ αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψε· τὴν δέ, τῶν καταμηνίων ἐπεσχημένων, καὶ τοῦ πλήθους ὁρμήσαντος ἐπὶ πνεύμονα μὴ φλεβοτομῆσαι τὸν ἄνδρα. λεγόντων δ' αὐτῶν ἔτι ταῦτα, Τεύθρας τις ἐμὸς πολίτης, ἅμα καὶ συμφοιτητής, ἦν δὲ πάνυ τὸν τρόπον ἐλευθέριος· Οὐ κάμψεις, ἔφη, τούτους ποτέ, τοὺς μηδὲ ἄχρι τοσούτου σωφρονοῦντας, ὡς μεμνῆσθαι τῶν δι' Ἐρασίστρατον ἀποθανόντων. διὰ τί γὰρ ἄλλο, ἔφη, τοὺς προκεχειρισμένους ὑπ' αὐτῶν ἀρρώστους ἀποθανεῖν συνέβη, πλὴν ὅτι παρελείφθη τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα; διὰ τί καὶ ἄλλο τοὺς[3] πρὸ ὑπὸ τούτων κωλυθέντας κενωθῆναι; καὶ πάντας ἑξῆς αὐτοὺς ὀνόματι κατέλεξεν, ἅμα ταῖς διαθέσεσιν αἷς εἶχον, ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα· καὶ ταῦτα μειδιῶν, λαβόμενος τῆς χειρός, καὶ βίαιον ἐπισπασάμενος, ἀπῆγε τῶν ἰατρῶν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ προκομίσας τὰ τῶν διαιρέσεων Ἐρασιστράτου βιβλία, τοῖς φιλοσόφοις ἅπασιν ἀνεγίνωσκε, ἅμα μὲν ἐπιδεικνὺς ὅτι δι' Ἐρασίστρατον ἀπέθανον ἥ τε ἐκ τῆς Χίου παιδίσκη, καὶ Κρίτων, ἅμα προσκαλούμενος τοὺς πρεσβύτας ἰατροὺς εἰς διάλογον. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐκ ἀφικνοῦντο, μικρότερον ἑαυτῶν εἶναι νομίζοντες[4] ἁμιλλᾶσθαι νεανίσκῳ. συνέβη γάρ πως ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὰ προβαλλόμενα λέγειν ἐν πλήθει. προεβλήθη μὲν οὖν ὑπό τινος, εἰ δεόντως Ἐρασίστρατος οὐ κέχρηται φλεβοτομίᾳ. διῆλθον δ', ὡς ἔδοξε, τοῖς τότε ἀκούσασιν ὠφελιμώτατον πρόβλημα. διὸ καὶ παρεκάλεσεν ὁ Τεύθρας ὑπαγορεῦσαι μεταλεγόμενα τῷ πρὸς αὐτὸν πεμφθησομένῳ παιδί. καὶ γάρ τοι καὶ μέλλων εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐπιδημῆσαι, καὶ ἐξορμήσασθαι πάντως ἔφασκεν ἔχειν αὐτὰ βούλεσθαι. ἐγὼ μὲν οὖν ἐπείσθην τε τῷ ἑταίρῳ,

A riam revocavi mortuos, quibus si quis sanguinem detraxisset, illi quoque fortassis sa vi convaluissent; afferebámque ad hæc quasdam rationes. Hi verò verba ultro citróque involventes, seipsos implicabant, nihilque inferebant; sed *orationi* finem imponentes, ad Erasistratum confugiebant, quem primo de sanguinis eductione libro dicebant declarasse, quòd vincire ipsos artus, quàm venam secare præstaret. Illum quoque in opere de febribus à principio haud meminisse venæ sectionis, quanquam eorum omnium meminerit, quæ in libro de sanguinis detractione demonstraverat. Etenim ridiculus esset (inquiebant) si prætermissa venæ sectione in eo præsertim, qui ea indigere videbatur, affectu, de cæteris deinceps esset dicturus. Imo hunc ipsum Erasistratum, non solùm in tractatu de febribus, verùm etiam in cæteris omnibus affectibus de venæ sectione verba conticuisse profitebantur. Neque enim in eo qui de alvi affectibus, neque in eo qui de resolutionibus, neque in eo qui de podagra *differit*; imò neque in *tractatu* de sanitate tuenda venæ sectione usum fuisse; tametsi copiam sanguinis, in libris de sanitate tuenda, præcipuam morborum esse causam noverit. Quum autem ego quæ dicebant, demirarer, ac tantopere etiamnum ipsos interrogarem num nunquam venæ sectione utendum sit, neque etiam si quis peripneumonicus fiat, aut synanche præfocetur, neque si ex menstruæ purgationis, aut hæmorrhoïdis suppressione in thoracē exuberans sanguis impellatur. Atque ad hęc respondebāt, ęgrotos ab Erasistrato in divisionum libris scriptos in medium proferentes; ac præsertim inter eos Critonem, ac ex Chio puellam. Illi etenim à principio synanche laboranti, simulque plethorico existenti (quemadmodum ipse scriptis prodidit Erasistratus) huic verò menstruis suppressis, ac ducto in pulmonem redundantis sanguinis impetu, virum haud venam secuisse. Quum adhuc illi hæc loquerentur, Teuthras quidam, meus municeps simulque condiscipulus (erat autem moribus planè ingenuis:) Non flectes, inquit, istos unquam, qui non eo usque temperatè se gerunt, ut eos in memoriam revocent, qui Erasistrato interiere. Quam enim ob causam, inquit, aliam propositos ab ipsis ægrotos periisse contigit, quàm quòd venæ sectionis prætermissum sit auxilium? Quam aliam ob causam vacuari ab iis prohibitos ante tempus *occubuisse*? Et eos deinceps omnes unà cum ipsis quos subierunt affectibus, quorumque paulò antè memini, nominatim ac ordine recensuit; hæcque subridens manu *me* comprehendit, attrahensque invitum à Medicis abduxit. Postridie verò productos in publicum Erasistrati de divisionibus libros coram Philosophis omnibus relegit, partim ut demonstraret & Critonem, & Chiensem puellam per Erasistratum periisse; partim ut medicos natu majores ad colloquium provocaret. Verùm illi non accesserunt, rati decertare cum adolescente rem esse sibi deteriorem. Illo namque tempore pro more contigit quotidie ad propositas quæstiones coram multitudine disserere. Quæsitum ergo est à quodam, utrum decenter Erasistratus venæ sectione usus non fuerit. Hoc problema, prout visum est, iis qui aderant, auditoribus utilissimum explicavi. Quamobrem & me Teuthras hortatus est, proloquuta puero dictare, quem ipse ad me erat missurus. Etenim *brevi* in Ioniam peregrinaturus erat, atque profecturus, ea prorsus habere velle dicebat. Ego itaque & ab amico persuasus sum,

& orationem dictavi. Contigit autem ad plerosque librum excidisse, non ex mea sententia ab illo divulgatum. Nam oratio non operi, sed auditorio congruenter erat composita, efflagitante amico ad eum quo enarrata est modum, sic eam dictari. Quanquam & *liber* ejusmodi prostet, & plures, quam perfectum deceat, defectus complectatur, is tamen quædam expectatione majora peregisse videtur. Contrariam namque *methodum* ineuntes omnes qui nunc seipsos Erasistrateos nominant, deinceps cunctis, non solùm quos paulò antè commemoravi, verùm etiam quocunque modo febricitantibus, venam incidũt. Quapropter secundùm Stesichorum, videor quandam palinodiam emeruisse, in qua viros exhortabor, ut in sermonum congressu, quantumcunque velint, decertent, & ægrotis ignoscant, deposita ea quę in utramque partẽ ruit impetus vehementia. Neque enim semper venæ sectio prohibenda est, neque arbitrandum, quibuscunque Erasistratus inediam præscripsit, eos venæ sectione indigere, quod nunc Erasistratei profitentur. Non tamen facilius est, omnes qui hoc egeãt auxilio, dignoscere; quemadmodum neque *sanguinis* mensuram, aut venam incidendam, opportunúmque tempus invenire. Atque Erasistratum ipsum ob id opinor in unoquoque affectu adeo illam omisisse, præsertimque in eo qui phlebotomiam requirebat, ut ea uti vetuerit. Imò, inquiunt, inediam præscribens in ipsis inflammationis temporibus, sic ad verbum conscripsit. *Quum enim venæ evacuantur, sanguinem in arterias insilientem faciliùs excipient: quod quum acciderit, inflammationes minus erunt.* Si ergo tanquam evacuatorium auxilium, inediam consulat, multò sanè liberiùs, aiunt, ad venæ sectionem sese contulisset. Quòd itaque ad venæ sectionem liberiùs ipsum venire oporteat, ubi celeriter vacuare vult, perbellè proferunt; præterquam quòd hîc eos qui *phlebotomiam* interdum prohibent, prætermittunt scopos, quos ego procedente oratione recensebo.

A καὶ τὸν λόγον ὑπηγόρευσα. συνέβη δ᾽ ἐκπεσεῖν εἰς πολλοὺς τὸ βιβλίον, οὐ κατὰ τὴν γνώμην τὴν ἐκείνου διαδοθέν. ὁ γάρ τοι λόγος οὐ συγγράμματι πρεπόντως, ἀλλ᾽ ἀκουστηρίῳ συνέκειτο, δεηθέντος τοῦ φίλου, καθ᾽ ὃν ἐῤῥέθη τρόπον, οὕτως αὐτὸν ὑπαγορευθῆναι. ἀλλὰ καὶ τοιοῦτος ὤν, καὶ πολλὰ λείποντα ἔχων ὡς τὸ τέλεον, ὅμως ἔοικεν ἠνυκέναι μεῖζόν τι τῆς ἐλπίδος. ἐπὶ γὰρ τοὐναντίον ἀφιγμένοι πάντες εἰσὶν οἱ νῦν ὀνομάζοντες ἑαυτοὺς Ἐρασιστρατείους, ἐφεξῆς τε φλεβοτομοῦσιν ἅπαντας, οὐ μόνον οὓς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν πυρέττοντας. ὥστε, κατὰ τὸν Στησίχορον, ἔοικα δεήσεσθαι παλινῳδίας τινός, ἐν ᾗ παρακαλέσω τοὺς ἄνδρας, ἐπὶ B μὲν τῶν κατὰ τοὺς λόγους διατριβῶν ἐρίζειν, εἰς ὅσον βούλονται, φείδεσθαι δὲ τῶν ἀῤῥώστων, ἀποθεμένους τὸ σφοδρὸν τοῦτο τῆς ἐφ᾽ ἑκάτερον ὁρμῆς. οὔτε γὰρ ἐπέχεσθαι χρὴ φλεβοτομίας διὰ παντός, οὐδ᾽ ἡγεῖσθαι πάντας, ὅσοις ἂν Ἐρασίστρατος ἀσιτεῖν κελεύῃ, δεῖσθαι φλεβοτομίας, ὅπερ οἱ νῦν Ἐρασιστράτειοί φασιν. οὐ μὴν οὐδὲ ῥᾷστον εἶναι πάντας τοὺς χρήζοντας τοῦ βοηθήματος διαγνῶναι, καθάπερ οὐδὲ τὸ μέτρον εὑρεῖν, ἢ τὴν τμηθησομένην φλέβα, καὶ τὸν καιρόν. τόν τε Ἐρασίστρατον αὐτὸν διὰ τοῦτο οἶμαι παραλιπεῖν ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν παθῶν, ὥς γε σαφῶς ἐν τῷ μάλιστα δεομένῳ φλεβοτο- C μίας ἐκώλυσε χρῆσθαι. ἀλλά τοι, φασίν, ἀσιτεῖν κελεύων ἐν τοῖς τῆς φλεγμονῆς καιροῖς αὐτοῖς, ἔγραψε κατὰ λέξιν ὧδε. κενούμεναι γὰρ φλέβες, ῥᾷον παραδέξονται τὸ παρεμπεπτωκὸς αἷμα εἰς τὰς ἀρτηρίας· τούτου δὲ συμβαίνοντος ἧττον αἱ φλεγμοναὶ ἔσονται. εἴπερ οὖν ὡς κενωτικὸν βοήθημα, τὴν ἀσιτίαν συμβουλεύει, πολὺ δήπου, φασί, μᾶλλον ἐπὶ φλεβοτομίας ἀφίξεται. ὅτι μὲν οὖν ἐπὶ φλεβοτομίαν ἐχρῆν ἔρχεσθαι μᾶλλον αὐτόν, ἔνθα ταχέως κενῶσαι βούλεται, κάλλιστα λέγουσι· πλὴν ὅτι κἀνταῦθα παραλείπουσι τοὺς κω- D λύοντας ἐνίοτε σκοπούς, ὧν τοῦ λόγου προϊόντος ἐγὼ μνημονεύσω.

CAPUT II.

Erasistrateos maximè dissentire in Erasistrati de venæ sectione sententia percipienda.

NUnc verò quæritur, numquid absolutè præstantius sit, verùm an hoc præsidium Erasistratus usurpasse videatur. Hoc autem, quum Romam primùm appulissem, omnes qui ex Erasistrati discipulis erant, antea negabant; nunc verò probatissimi, quos ipse novi, ab his tanquam in re quadam parvi *momenti*, discrepant. Ut enim cætera prætermitam, Stratonem commemorabo in omnibus Erasistrato adhærentem, qui quum ad ejus familiam scriberet, proptereaque diceret se viro addictum esse, hæc inter alia ille protulit, *Erasistratum laudibus efferre justum est, quòd etiam citra venæ sectionem eos affectus curaverit, quos cum venæ incisione sanare veteres conati sunt.* Quinetiam & Strato ipse suis in commentariis perpetuò curationes citra phlebotomiam moliri videtur. Et quid mirum, si Erasistratus sectetur in omnibus Chrysippum Cnidium, qui priùs asseruit, quemadmodum ille, se à venæ sectione abstinuisse? Sic verò & Aristogenes, & Medius, ut & cæteri omnes Chrysippi sectatores præstare videntur. Quantum ergo ad ægrotantium salutem spectat,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β΄.

Ὅτι Ἐρασιστράτειοι πλεῖστον παραλλάττουσιν αὐτῶν κατὰ τὸ συλλαμβάνειν δόγμα τοῦ Ἐρασιστράτου, περὶ φλεβοτομίας.

ΖΗτεῖται δὲ νῦν οὐχ ἁπλῶς, τί βέλτιόν ἐστιν, ἀλλ᾽ εἰ E φαίνεται χρώμενος Ἐρασίστρατος τῷ βοηθήματι. τοῦτο δὴ οἱ μὲν ἔμπροσθεν, ἡνίκ᾽ ἧκον εἰς Ῥώμην τὸ πρῶτον, ἅπαντες ἠρνοῦντο τῶν Ἐρασιστράτου μαθητῶν, οἱ δὲ δοκιμώτατοι, οὓς αὐτὸς οἶδα νῦν ὡς σμικρῷ τινι παραλλάττουσιν αὐτῶν. ἵνα γὰρ ἐάσας τοὺς ἄλλους Στράτωνος μνημονεύσω, διὰ πάντων μὲν Ἐρασιστράτῳ συγγινομένου, γράψαντος δὴ ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο λεγομένου δεδουλευκέναι τ᾽ ἀνδρί. τά τ᾽ ἄλλα, φησὶν ἐκεῖνος, Ἐρασίστρατον F ἐπαινεῖσθαι δίκαιόν ἐστι, καὶ ὅτι χωρὶς φλεβοτομίας ἐθεράπευεν, ἃ μετὰ τοῦ φλεβοτομεῖν οἱ πρόσθεν ἐπεχείρουν ἰᾶσθαι. καὶ μέν τοι καὶ αὐτὸς ὁ Στράτων φαίνεται διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἀεὶ τὰς θεραπείας χωρὶς φλεβοτομίας ποιούμενος. καὶ τί θαυμαστὸν Ἐρασίστρατον ἕπεσθαι τὰ πάντα Χρυσίππῳ τῷ Κνιδίῳ, προῃρημένον ἀποστῆναι τοῦ φλεβοτομεῖν, ὥσπερ κἀκεῖνος; οὕτω δὲ καὶ Ἀριστογένης, καὶ Μήδιος, οἵ τ᾽ ἄλλοι πάντες οἱ ἀπὸ τοῦ Χρυσίππου φαίνονται ποιοῦντες. ὅσον μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τῶν καμνόντων σωτηρίᾳ,

πολὺ βέλτιόν ἐστι πεπεῖσθαι, φλεβοτομίᾳ κεχρῆσθαι τὸν Ἐρασίστρατον· ὡς δ᾽ ἐπὶ τοῖς νῦν Ἐρασιστρατείοις, ἄμεινον μὴ πεπεῖσθαι. μανίας γὰρ ἐσχάτης ἔργον, οἴεσθαι διὰ τοῦτ᾽ Ἐρασίστρατον, ἐφ᾽ ὧν εἰρήκαμεν ὀλίγον ἔμπροσθεν παθῶν, σεσιγηκέναι τὴν φλεβοτομίαν, ὅτι κενοῦσθαι τὰς φλέβας ἀξιοῖ, καὶ τοῦτον τίθεσθαι τὸν θεραπείας τὸν σκοπόν, ὅγε τοι τούτῳ πεισθεὶς, ἐφ᾽ ὧν αὐτοὶ παθῶν Ἐρασίστρατον ἀσιτίαν συμβουλεύοντα. πρόδηλον γὰρ ὡς τοῦθ᾽ ἕπεται τοῖς ὁμότιμον εἰποῦσιν εἶναι βοήθημα τὴν φλεβοτομίαν ταῖς ἀσιτίαις, εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ὁμότιμον, ἀλλὰ δεῖταί τινων διορισμῶν, οὓς ὁ μαθὼν ἐξευρήσει, ἡνίκα μὲν ἄμεινόν ἐστι διὰ φλεβοτομίας μόνης τὴν κένωσιν ποιεῖσθαι, ἡνίκα δ᾽ ἤτοι δι᾽ ἀσιτίας μόνης, ἢ δι᾽ ἀμφοτέρων, καταβάλλεται φανερῶς αὐτοῖς ὁ λόγος. ἔγραψε γὰρ ὁ Ἐρασίστρατος τοὺς διορισμοὺς ἐκείνους, εἴπερ, ὡς οὗτοί φασιν, ἔδοξε περὶ τῆς φλεβοτομίας, ὥσθ᾽ ὁ λόγος αὐτῶν ἑαυτὸν περιτρέπει καθ᾽ ἑκάτερον. εἰ μὲν γὰρ ὁμότιμόν ἐστι, διὰ τοῦτο παρέλιπεν ὁ Ἐρασίστρατος, ἔν τε τῇ περὶ τῶν πυρετῶν πραγματείᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις, ὧν ὀλίγα ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα, γράψαι τι περὶ φλεβοτομίας. εἰ δ᾽ οὐκ ἔστιν ὁμότιμον πάντῃ τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα τῷ τῆς ἀσιτίας, οὐκ ὀρθῶς αὐτοὶ λέγουσιν ἐξ ὧν ἐπὶ τῆς ἀσιτίας ἔγραψεν, ἐκ τούτων ἡμᾶς χρῆναι τεκμαίρεσθαι περὶ τῆς φλεβοτομίας. καὶ μὴν κατὰ τοῦτο πάλιν ὁ λόγος αὐτῶν ἑαυτὸν περιτρέπει, τὴν ἀσιτίαν ἀποφαίνων ἄχρηστον. εἴπερ γὰρ ὅτι κενουμέναις τῶν φλεψὶν ἐν ταῖς ἀσιτίαις ἕπεται τὸ μειοῦσθαι τὰ πάθη, διὰ τοῦτο αὐτὰς παραλαμβάνομεν, πολὺ βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἐκκενώσαντας τὸ περιττὸν, ἀποστῆναι τῆς ἀσιτίας, ἀηδίας τε πολλὰς παρεχουσῶν τοῖς κάμνουσι, καὶ ἀγρυπνίαν, καὶ ἄσην ἐπιφερουσῶν, ἔτι τε στομάχου κάκωσιν, καὶ χυμῶν διαφθοράν, καὶ γαστρὸς, ἐνίοτε καὶ οὔρων ἐπίσχεσιν.

A multo melius est credere venæ sectione usum fuisse Erasistratum; quantùm autem ad hodiernos Erasistrateos, *id* non credere præstiterit. Extremæ namque opus *esset* dementiæ, Erasistratum arbitrari eapropter in affectibus paulò antè commemoratis, venæ sectionem silentio præteriisse, quòd vacuari venas censeat, húncque statuisse curationis scopum, cui & crediderit, his in affectibus Erasistratum inediam consulere animadverterit. Constat enim istud iis evenire, qui venæ sectionem *facultate* par inediis auxilium esse pronun- B ciant. Quod si *facultate* par non sit, sed quasdam distinctiones postulet, quas doctus comperiet, quando evacuationem per solam venæ sectionem opportunius est fieri, & quando vel per inediam solam, aut utrumque; evidenter eos ratio convincit. Scripsisset enim Erasistratus distinctiones illas, si (ut ipsi loquuntur) de venæ sectione recta sensisset; adeo ut eorum oratio in utrumque *remedium* seipsam convertat. Si etenim id facultate par existat, eâ re Erasistratus in tractatu de febribus, aliisque *libris*, quorum paulò antè memini, de venæ sectione aliquid scriptis mandare præ- C termisit. At si haud omninò par sit venæ sectionis auxilium, inediæ, non rectè illi dijudicant, qui nobis ex iis quæ de inedia scripsere, de venæ sectione conjecturam faciendam esse proferunt. Ad hoc equidem rursum eorum oratio seipsam implicat, quæ inediam inutilem indicat. Nam si propterea inedias ipsas admittamus, quòd evacuatis per eas venis affectiones imminui sequatur, multò commodius fuerit, evacuato semel superfluo, ab inediis abstinere, ut quæ multas ægrotantibus molestias, & vigilias concitet, jactatio- D nem stomachi, vitium, humorum & ventriculi corruptionem, & interdum urinæ suppressionem inferat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ΄.

Ἐρασίστρατον ἐν τῇ τῆς ἐκ Χίου παιδίσκης τε καὶ Κρίτωνος ἱστορίᾳ τῆς φλεβοτομίας μὴ μνημονεύσαντα, καὶ ἀμφοτέρους παραλειφθείσης φλεβοτομίας ἀποτεθνηκέναι.

Ὅτι δὲ ὄντως Ἐρασίστρατος οὐ κέχρηται τῇ φλεβοτομίᾳ, δῆλον ἐναργῶς ἐστιν ἐκ τῶν ἐν τοῖς διαιρέσεων βιβλίοις γεγραμμένων ἀρρώστων, ἐφ᾽ ὧν διηγούμενος ἅπαντα τὰ πραχθέντα κατὰ τὴν θεραπείαν, οὐδαμῇ φαίνεται φλεβοτομίας μνημονεύων. ἅπαντας μὲν οὖν αὐτοὺς προχειρίζεσθαι μακρὸν, ἀρκεῖ δ᾽ ἀναμνῆσαι μόνων ἐκείνων, ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφην τοὺς πρεσβύτας ἰατροὺς μνημονεῦσαι. γέγραπται δ᾽ αὐτῷ ὁ μὲν ἐν τῷ προτέρῳ τῶν διαιρέσεων, ὁ δ᾽ ἕτερος ἐν τῷ δευτέρῳ. καὶ τοῦ γε νῦν ἤδη καιρὸς αὐτὰς τὰς λέξεις παραγράψαι, καθ᾽ ἃς ὁ Ἐρασίστρατος ἅπαντα διηγεῖται τὰ γινόμενα τοῖς ἀρρώστοις. ἐν μὲν οὖν τῷ προτέρῳ τῶν βιβλίων οὕτως ἔγραψε. Τῇ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκῃ τὰ μὲν γινόμενα τῶν καθάρσεων τὸ πρῶτον ἐπεσχέθη ἐπὶ πλείονα χρόνον. ἔπειτα εἵπετο τὰ βηχία, καὶ ἀναγωγὴ φλέγματος. χρόνου δὲ προϊόντος, αἵματος ἀναγωγὴ ἐγένετο· κατὰ δὲ τὴν τῶν καθάρσεων περίοδον ἑαυτῇ ἠκολούθει, ἐνίοτε μὲν διὰ μηνῶν δ΄. ὁτὲ δὲ διὰ δύο· εἰδέπως τῶν ἡμερῶν ἐν αἷς αἱ καθάρσεις ἐγίνοντο, καὶ ἡ ἀναγωγὴ συνέβαινεν, παρηκολούθει ἐφ᾽ ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας. ὥστε πάντα πᾶσιν ἐμφαίνειν, ὅτι ἀντὶ τῶν καθάρσεων ταύτην τὴν ἔκκρισιν λαμβάνει. ἐπηκολούθει δὲ καὶ πυρετὸς ἐν ταύταις

CAPUT III.

Erasistratum in puellæ Chiensis, & Critonis historia, venæ sectionis non meminisse, & utrumque omissa phlebotomia interiisse.

QUòd autem Erasistratus reverà venæ sectio- E ne non sit usus, ex ægrotis, quos in libris divisionum scripsit, manifestè constat; in quibus explicans quæcunque in curatione facta fuerant, nullibi venæ sectionem commemorasse conspicitur. Cæterùm *ægrotos* omnes in medium proferre, prolixum; sufficit eos solos recordari, quorum memoriam, paulò antè dixi, seniores Medicos celebrare. Ex illis unus in priore, alter in posteriore divisionum libro descriptus est. Jam verò nunc etiam occasio est ipsa ascribendi verba, quibus Erasistratus quæcunque circa ægrotos acta sunt, enarrat. In priore itaque libro ita scripsit. F *Puellæ Chiensi ea acciderunt. Primùm menstruæ purgationes diuturniori tempore suppressæ fuerant. Deinde subsequutæ sunt tussiculæ, ac pituitæ ejectio. Tempore procedente, sanguinis rejectio oborta est. Quòd ad purgationum circuitum spectat, is interdum quarto, nonnunquam secundo mense ipsi accedebat; iisdem propè diebus, quibus purgationes fiebant, rejectio accidebat. quæ triduum & quatriduum perdurabat. Quare perspicuum omnino erat, loco purgationum eam excretionem sortitam esse. Subsequuta autem fuerat hisce*

diebus febris, quæ postea desinebat. Hæc Erasistratus præfatus, deinceps de remediis hoc pacto scribit. *Primis autem temporibus ipsa potionibus, & fomentis uteri, & subditis pessariis,* & reliqua victus ratione ad hæc idonea curari aggressa est. *Erat enim quædam circa os uteri non gravis durities. Quum autem non succederet curatio, imò quum uno quodam circuitu in lumbos gravitas incumberet, humiditásque nulla adesset, & magis continuæ febres obortæ sunt, vel etiam corpori correpto tusses vehementes successerunt. Ab admotis igitur circa uterum remediis abstinuimus, arduum esse arbitrati permanentibus febribus* menstruas *purgationes moliri; reliquis verò remediis usi sumus, quemadmodum & in hujusmodi & aliis* affectibus *consuevimus. Etiam ad curationem purgationum circuitu observato, cibaria subtrahebamus, ac sanguinis ejectio non ampliùs quàm semel, & pauxilla supervenit.* Sed certè nihil postea; verùm & quandoque recurrebant purulentæ rejectiones. Venæ sectionis verbum hîc nullum; atque consentaneum erat, ut omnes norunt operum artis periti, principium auxiliorum à venæ sectione ducere. Fortassis aliquis eorum, qui omnia promptè asserere non gravantur, dicet ab Erasistrato curationis præfecto, hæc facta non fuisse, sed hæc nunc *ab eo* prodita esse, quò nos nihil eorum lateat, quæ acta essent. At hos evincet quod infertur, ubi ait: *A curatione igitur circa uterum adhibenda abstinuimus, periculosum esse arbitrati febribus durantibus* menstruas *concitare purgationes; reliquis verò remediis usi sumus, ad ejusmodi & alios* affectus, *atque ad medendi rationem circuitu* menstruorum *purgationum observato, cibaria subtrahebamus.* In his enim Erasistratus apertè indicat, se non aliorum curationem recitare, sed suam ipsius enumerare, simúlque omnia circa *ægrotam* hominem peracta perscribere. Nam & *abstinuimus*, & *arbitrati*, necnon, *usi sumus*, ac *observato*, & *subtrahebamus cibaria*; alterum ex duobus manifestè declarat, aut quod Erasistratus curationem enarret, aut probet quæ ab altero facta sunt. Quod si certè *curationem* obeuntes probaverit, manifesta erit ejus, quam de venæ sectione habuit, sententiæ conjectura. Nam cibos subducere, ex his duobus alterum *declarat*, aut prorsus adimere, aut imminuere; quod Erasistratus se in ægrota fecisse profert, quo tempore *menstruo* purgationis circuitus aderat. Sic cæteris omnibus illius scriptis consentaneum est, ipsum venæ sectione nequaquam usum fuisse, sed inediam consuluisse. Nisi quid rursum hîc dicant, mulieri venam quidem sectam fuisse, verùm id auxilium in enarratione omissum esse, quum nobis existimandum sit id fuisse adhibitum, quanquam non sit enarratum. Cur ergo de inedia quoque non conticuit, quum & hæc *in ea* similiter animadvertere possimus? Eadem autem ratio est tum de potionibus, tum de fomentatione, & admotis *medicamentis.* Si namque *de his* nihil quicquam prorsus ab Erasistrato scriptum fuisset, omninò tamen à Medicis ea peracta esse mente deprehendimus; ut qui quod administratum est, licèt haud præscribatur, id universis auxiliis esse commune animadvertimus. At Erasistratus accuratæ perspicuitatis gratiâ omnia simul enarrare proposuit, ne quis authoritatem adeptus hæc quidem adjiceret auxilia, prout ægrotæ adhibita fuissent; illa verò velut jam prætermissa subtraheret. Præterea quoque ipsius enarratio istorum opinio-

A ταῖς ἡμέραις, ἔπειτα ἀπεκαθίστατο. ταῦτα προειπὼν ὁ Ἐρασίστρατος, ἐφεξῆς γράφει περὶ τῶν ἰαμάτων αὐτῆς ὧδε. ἐν δὲ τοῖς πρώτοις χρόνοις αὐτὴ ἐπεχείρησε θεραπεύεσθαι ποτήμασί τε καὶ πυριάσεσι τῆς ὑστέρας, καὶ προσθέτοις, καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ, πρὸς ταῦτα ἁρμοζούσῃ. ἦν γὰρ δή τις καὶ περὶ τὸ στόμα τῆς ὑστέρας οὐκ ἰσχυρὰ σκληρότης, οὐδαμῶς δὲ οὐδὲν ὑπακουούσης τῆς θεραπείας, ἀλλὰ κατά τινα μίαν περίοδον εἰς τὴν ὀσφὺν βάρους ἀπαντήσαντος, ὑγρασίας δὲ οὐδὲ μιᾶς, οἵ τε πυρετοὶ συνεχέστεροι ἦσαν, ἢ καὶ τῷ σώματι τοῦ ἐνεδίδουν, καὶ βῆχες ἠκολούθουν σφοδραί. τῆς μὲν οὖν περὶ τὴν ὑστέραν θεραπείας ἀπέστημεν, B ἐργῶδες ὑπολαμβάνοντες εἶναι τῶν πυρετῶν μενόντων καθάρσεις ποιεῖσθαι· τῇ δὲ λοιπῇ θεραπείᾳ χρώμεθα, ὡς εἰθίσμεθα πρὸς τὰ τοιαῦτα. τά τ᾽ ἄλλα καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν, περίοδον τῶν καθάρσεων προσλαμβάνοντες, ὑπεστέλλομεν τὰ σιτία, καὶ ἡ μὲν τοῦ αἵματος ἀναγωγὴ οὐκ ἐγένετο, ἀλλ᾽ ἢ ἅπαξ ἐπὶ βραχύ. ἀλλὰ μέν τοι οὐδὲν ἐφεξῆς, ἀλλά που καὶ ἀνέτρεχον ἤδη πυώδεις ἀναγωγαί. φλεβοτομίας λόγος ἐνταῦθα οὐδείς, καὶ προσῆκον γ᾽ ἦν, ὡς ἅπαντες ἴσασιν οἱ τῶν ἔργων τῆς τέχνης ἔμπειροι, τὴν ἀρχὴν τῶν βοηθημάτων ἀπὸ φλεβοτομίας ποιεῖσθαι. ἴσως τις φήσει τούτων τῶν ἅπαντα C ἑτοίμως λέγειν οὐκ ὀκνούντων, ὡς οὐ τοῦ Ἐρασιστράτου τῆς θεραπείας προεστησαμένου ταῦτ᾽ ἐγένετο, διηγεῖται δὲ αὐτὰ νῦν ἡμῖν ἕνεκα τοῦ μηδὲν τῶν πραχθέντων λαθεῖν. ἀλλ᾽ ἐξελέγχει γε τούτους τὸ ἐπιφερόμενον, ἔνθα φησί. τῆς μὲν οὖν περὶ τὴν ὑστέραν θεραπείας ἀπέστημεν, ἐργῶδες ὑπολαμβάνοντες εἶναι, τῶν πυρετῶν μενόντων τὰς καθάρσεις ποιεῖσθαι, τῇ δὲ λοιπῇ θεραπείᾳ χρώμεθα πρὸς τὰ τοιαῦτα, τά τε ἄλλα, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν περίοδον τῶν καθάρσεων προσλαμβάνοντες, ὑπεστέλλομεν τὰ σιτία. ἐν τούτοις γὰρ ὁ Ἐρασίστρατος ἐνδείκνυται σα- D φῶς οὐχ ἑτέρων θεραπείαν διηγούμενος, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν συναριθμῶν τε καὶ συνεπιγράφων ἅπασι τοῖς πραχθεῖσι περὶ τὴν ἄνθρωπον. τὸ γὰρ ἀπέστημεν, καὶ ὑπολαμβάνοντες, ἔτι τε, τὸ χρώμεθα, καὶ τὸ προσλαμβάνοντες, ἔτι τε πρὸς τούτοις, τὸ ὑπεστέλλομεν τὰ σιτία, προδήλως ἐνδείκνυται δυοῖν θάτερον, ἤτοι γ᾽ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι τῆς θεραπείας τὸν Ἐρασίστρατον, ἢ τοῖς ὑφ᾽ ἑτέρου γιγνομένοις ἀρέσκεσθαι. καὶ μὴν εἴπερ ἠρέσκετο τοῖς πραττομένοις, ἐναργὲς ἂν εἴη τεκμήριον αὐτοῦ τῆς γνώμης, ἣν εἶχε περὶ φλεβοτομίας. τὸ γὰρ ὑποστέλλειν τὰ σιτία, δυοῖν τούτοιν τὸ ἕτερον, ἤτοι ἀφαιρεῖν τελέως, ἢ μειοῦν· ὅπερ ἐπὶ τῆς νοσού- E σης ὁ Ἐρασίστρατος ἔφη πεπρᾶχθαι, καθ᾽ ὃν καιρὸν τῆς καθάρσεως περίοδος ἦν, ὡς ὁμολογεῖ τοῖς ἄλλοις συγγράμμασι ἅπασιν αὐτοῦ καὶ ταῖς φλεβοτομίαις μὲν οὐδαμόθεν χρώμενος, συμβουλεύων δ᾽ ἀσιτεῖν. εἰ μή τι ἄρα κἀνταῦθα φήσουσί γε φλεβοτομεῖσθαι μὲν τὴν γυναῖκα, παραλελεῖφθαι δὲ ἐν τῇ διηγήσει τὸ βοήθημα, νοούντων ἡμῶν αὐτὸ προσῆχθαι, κἂν μὴ ῥηθῇ. τί δή ποτ᾽ οὖν καὶ περὶ τῆς ἀσιτίας οὐκ ἐσίγησε, νοεῖσθαί τε δυναμένων καὶ ταύτης ὁμοίως; ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ποτημάτων, καὶ τῆς F πυριάσεως, καὶ τῶν προσθέντων. εἰ γὰρ μηδ᾽ ὅλως ἐγέγραπτο πρὸς Ἐρασιστράτου, πάντως ἄν που συνήκαμεν ὑπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτὰ πεπρᾶχθαι. ὡς τό γε συνιέντων πεπραγμένον, εἰ καὶ μὴ ἐγέγραπτο, κοινὸν ἁπάντων ἐστὶ τῶν βοηθημάτων. ἀλλ᾽ Ἐρασίστρατός τε διηγεῖσθαι πάντα προὔθετο, σαφηνείας ἀκριβοῦς ἕνεκεν, ἵνα μή τις τὴν ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ μὲν προστιθέναι τῶν βοηθημάτων, ὡς προσαχθέντα τῇ καμνούσῃ, τὰ δὲ ἀφαιρεῖν, ὡς παραλειφθέντα· πρὸς τῷ καὶ μάχεσθαι τῇ τούτων,

δόξῃ τὴν διήγησιν αὐτοῦ. εἰ γὰρ ὅλως ἐφλεβοτομήθη τὸ γύναιον, ἡ ἀσιτία μάτην παρελαμβάνετο· μᾶλλον δ', εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μάτην μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς κακοῦ. δείξω γὰρ ὀλίγον ὕστερον τοῦτο, νυνὶ δ' ὅτι μάτην ἁρμόττει, πρὸς τὸν ἐνεστῶτα λόγον. ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τῆς κατὰ περίοδον καθάρσεως ἐπὶ θώρακα φερομένου τοῦ περιττοῦ, κίνδυνος ἦν αἷμα πτύσαι τὴν γυναῖκα, μειῶσαι τὸ πλῆθος ὁ Ἐρασίστρατος βουλόμενος ἐπὶ τὴν ἀσιτίαν ἀφίκετο, προδήλως ματαίαν οὖσαν, εἴπερ ἡ φλεβοτομία παρείληπτο, καθ' ἣν ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ῥᾷστον ἦν ἐκκενῶσαι τὸ περιττὸν τοῦ αἵματος. οἱ γοῦν θεραπεύοντες ἐν Ῥώμῃ τὰς γυναῖκας αὐτῇ τῇ τῶν συμβαινόντων ἐμπειρίᾳ μάλιστα ἐπείσθησαν, ἐπὶ μὲν τὴν φλεβοτομίαν [11] ἐρχόμενοι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ᾧ ἐπίδοξος ἡ φορὰ γενέσθαι τῶν καταμηνίων· μήτε δ' ἡσυχίαν προστάσσειν, μήτ' ἀσιτίαν, ἀλλὰ καὶ μελίκρατον διδόναι, καὶ τροφῆς ὑγραινούσης δαψιλῶς, καὶ λουτροῖς χρῆσθαι συγχωρεῖν· ἐφ' οἷς εἰώθεν [12] εἰς ταυτὸν, ὅτε γε μετρίως ἀφαιρεθῶσι τοῦ αἵματος, ἡ κάθαρσις ἐπιφαίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὅτε κατ' ἰγνύαν ἢ παρὰ σφυρὸν ἡ φλεβοτομία γίνηται· ὡς εἴ γε φλεβοτομήσας τις ἀσιτεῖν προστάξειεν, οὐ μόνον ἐπίσχῃ τὴν ἔμπροσθεν μηνῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀμέμπτως κενουμένας ἐπισχήσειεν ἂν καθάρσεις. ξηραίνεται γὰρ ἐν ταῖς ἀσιτίαις καὶ παχύτερον ἑαυτοῦ γίνεται τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο δύσρουν ἀποτελεῖται. λουομέναις δ' αὐταῖς καὶ μελίκρατον μὲν προσλαμβανούσαις, ἐς ὕστερον δέ τινα σιτία, καὶ πινούσαις οἶνον μήτε αὐστηρὸν, μήτε παχέως, αἱ καθάρσεις ἐπιγίνονται. διὰ τοῦτο οὖν ἔφην οὐ μόνον ἐκ περιττοῦ παραλαμβάνεσθαι τὰς ἀσιτίας ἐπὶ ταῖς φλεβοτομίαις, ἀλλὰ καὶ πρὸς κακοῦ. τῇ δὲ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκῃ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπιγινομένων δῆλον ἐστι παραλελεῖφθαι τὴν φλεβοτομίαν· αἷμά τε γὰρ ἔπτυσεν, οὐκ ἂν, εἴπερ ἐκενώθη, πτύσασα, καὶ μετὰ δυσπνοίας ἀπέθανεν, οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο παθοῦσα. μεγίστην δὲ βάσανον ἡ φλεβοτομία παρέσχε κατὰ τοὺς ἡμετέρους καιροὺς ἐν Ῥώμῃ, διὰ τὸ πλῆθος τῶν γυναικῶν, ὕδωρ ψυχρότατον ἀπὸ χιόνος πινουσῶν, ἤτοι μηδ' ὅλως, ἢ ἐλλειπῶς καθαίρεσθαι· ἀλλ' ὅμως ταύτας ἰατροὶ φλεβοτομοῦντες ὑγιαινούσας διαφυλάττουσιν, ὡς μήθ' αἷμα πτύσαι, μήτε πλευρίτιδι, ἢ περιπνευμονίαις, ἢ κυνάγχαις ἁλῶναι. οὔκουν οὐδὲ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκην [13] ἤκουσεν ὑπ' Ἐρασιστράτου φλεβοτομηθῆναι. οὔτε γε δὴ ἐν τῇ τῶν ἄλλων διηγήσει παρέλιπεν ὡς μικρόν τι βοήθημα τῆς φλεβοτομίας· οὔτ' αὖ ἐκεῖνος διὰ τὴν ἀσιτίαν· οὔτ' αὖ ὅλως ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἡ γυνὴ πνιγεῖσα. περὶ μὲν δὴ ταύτης ἀποχρήσει πρός γε τὸ παρόν. ἐπὶ δὲ τὸν Κρίτωνα μεταβάντες ἤδη παραγράψομεν αὐτῇ λέξει τὴν Ἐρασιστράτου διήγησιν, ὧν ἔπαθεν ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ οὕτως. Κρίτωνι ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἀρρωστίας ἐγένετο πληθώρα. συνέβη δὲ αὐτὸν ἐμπεσεῖν εἰς πλῆθος συναγχικόν. ἔστι δὲ τὸ γινόμενον φλεγμονὴ τῶν τε παρισθμίων καὶ τῆς ἐπιγλωττίδος. συμβαίνει οὖν τοὺς εἰς ταῦτ' ἐμπίπτοντας πνίγεσθαι, καὶ ἐὰν μὴ θᾶττον βοηθῶνται, συντόμως ἀπόλλυσθαι. ἐν τούτοις οὖν ὄντος τοῦ Κρίτωνος, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ βοηθοῦμεν πυριῶντες σπόγγοις τὸν εἰθισμένον τρόπον, ὁπότε διελείπομεν τὰ καταπλάσματα ἐπιτέθεμεν, ὥστε διὰ παντὸς ἐν θεραπείᾳ εἶναι. ἐδόθη δὲ αὐτῷ καὶ καταπότια τὰ διὰ τοῦ καστορίου, πρὸς τὸ τὴν κοιλίαν ὑπάγειν, καὶ πρὸς τούτοις ὑπήκουσεν ἀξίως. οὐδένα λανθάνειν οἶμαι τὴν ἐπιμέλειαν τῆς διηγήσεως ἁπάν-

ni repugnat. Si enim muliercula venæ sectionem tulerit, inedia frustra est usurpata; quin potiùs, si veritas proferenda sit, non frustra solùm, verùm etiam non sine noxa. Sed id paulò pòst demonstrabimus; nunc verò eam frustra congruere præsens explicat oratio. Quum enim periodicæ purgationis tempore exuberans in thoracem reflueret sanguis, periculum erat portionem ejus mulierem expuere, Erasistratus plenitudinem minuere cupiens, ad inediam se contulit, quæ planè supervacanea est si venæ sectio usurpetur, quâ momento temporis exuberantem sanguinem evacuare facillimum erat. Proinde qui Romæ mulieribus medebantur, ipsi rei, quæ contigerat, experientiæ potissimum fidem adhibuerunt, ad venæ sectionem circa id tempus accedentes, quo celebris menstruorum imminebat eruptio. Neque verò quietem imperabant, neque inediam, sed melicratum offerebant, victúque hûmectante abundè uti ac lavacris concedebant; à quibus consueverunt ad id mediocri sanguine detracto *menstruæ* purgationes exoriri, præsertimque quum ad poplitem propè malleolum venæ sectio fit. Quod siquis vena secta inediam ferre imperaverit, non solùm menstrua priùs *fluentia* supprimet, verùm etiam purgationes quæ innoxiè vacuabantur, remorabitur. Sanguis enim per inedias aresit, ac seipso crassior evadit, ob idque ad fluendum ineptus efficitur. At quæ lotæ fuerint, & mulsum *primùm*, ac postea cibos quosdam assumpserint, & vinum neque austerum, neque crassum biberint, his menstruæ purgationes oboriuntur. Ob idque inedias post venæ sectionem non frustra tantùm, verùm etiam cum noxa promoveri dicebam. Cæterùm venæ sectionem puellæ Chiensi non promotam fuisse, etiam ex his quæ supervenerant, patet; sanguinis enim aliquantum expuebat, *quem* nequaquam expuisset, si fuisset vacuata; atque cum spirandi difficultate mortua est, quod ipsi haudquaquam accidisset. Maximum autem *sui* experimentum Romæ nostris temporibus exhibuit venæ sectio ob plenitudinem *celebrata*, quum mulieres quòd aquam frigidissimam ex nive potarent, aut nullo prorsus modo, aut diminutè purgarentur; has tamen Medici venæ sectione adeo incolumes conservarunt, ut neque sanguinem spuerent, neque pleuritide, aut peripneumonia, aut angina corriperentur. Non ergo puellam Chiensem ab Erasistrato venæ sectione curatam fuisse suspicentur. Neque ille in aliarum rerum enarratione auxilium venæ sectionis tanquam rem parvi momenti prætermisisset; neque ob inediam ille; neque omnino à copia sanguinis præfocata mulier interiisset. Sed de hac impræsentiarum sufficiat. Translato verò jam ad Critonem sermone, ipsi orationi Erasistrati enarrationem ascribemus, de his quos homo patitur, affectibus. Sic autem se habet. *Critoni quidem plenitudo morbi fuit initium. Contigit verò ipsum inplenitudinem synanchicam incidisse; hac autem est & paristhmiorum, ligulæque inflammatio. Accidit itaque, qui in eam inciderint, eos suffocari, ac nisi celerrimè illis succurratur, brevì interire. Quum autem in horum numero esset Crito, primo die illum more consueto spongiis foventes opitulati sumus, quo tempore admota cataplasmata reliquimus, ut in curatione perpetuò esset. Exhibita etiam ei sunt catapotia ex castoreo, ad alvum subducendam, quæ his commodè subducta est.* Neminem latere arbitror diligentiam narrationis omnium

nium

nium quæ circa Critonem acta sunt. Nam & *admotos* ex spongiis fotus, & cataplasmatum, & præterea catapotionum usum retulit: proindéque quod per spongias fotus *ac calefactus* fuerit, manifestè declaravit, ac reliqua deinceps studiosè enarravit; *sed* de venæ sectione consultò siluit, quòd scilicet auxilium istud vilius æstimaverit. At quæ perexigua his in enarrationibus *prostant*, commemorare mihi non congruit; verùm hîc paulò pòst rursum ipse Erasistratus ait: *Apparebat itaque nobis affectus ipsos ad pulmonem, hepárque translationem cepisse, & illuc synanchen defluere, ac febres augeri.* Hîc affectuum translationem sine hypochondriorum tensione factam esse recensuit; ubi maximè mentem abhibendam esse censeo, quæ animadvertat quale quid tibi per hanc dictionem, quâ ipsos affectus translationem cepisse ait, utrum ad ipsas quæ inflammantur partes permutatas pertineat, an ad sanguinis qui earum inflammationem concitavit, transfluxum. Mihi siquidem primum ex prædictis ne cogitari quidem posse videtur, alterum autem illorum verum esse constat. Ego namque interdum decumbentem in partem plenitudinem cohibui, quam illa propria facultate deinceps in aliam quandam propellendo transfert. Id ego Critoni contigisse apparet, veruntamen neque tunc temporis Erasistratus venæ sectionis unquam meminit. Sed quid ait? se totum thoracem unà cum hypochondriis ipsis cataplasmatis fovisse. Quemadmodum autem ex partibus quæ circa lingulam & tonsillas sunt, sanguinis exuperantis translatio ad loca inferiora fiebat: eodem modo contrà illo ex inferioribus partibus sursum sublato, febres quidem sedari contingebat, sed symptoma succedere, quod nervorum principium affectum esse indicabat. Verùm audi & hæc Erasistrati verba. *Quum autem ab hujus morbi principio decimus dies adesset, ab insultu verò sextus, quo tempore tum febris vehementior rediit, tum cervicis obtortio quædam accidit, & sub hora serum quidam stupor obortus ita est, ut & lotium è stragulis emitteret, neque multò pòst febris insultus.* Deinde inferens ait: *Videbatur itaque nobis rursum translationem ad caput affectum cepisse, in eaque translatione febrem rediisse, eamque postea etiamnum, quum partes capiti vicinæ afficerentur, intensam fuisse.* Nos aliquid jam adversus virum hisce verbis disseramus. Perbellè, ô Erasistrate, dicis affectuum translationem ad caput factam esse. Meliùs autem fuerat, si non *affectuum* dixisses, sed affectuum causæ plenitudinis. Ut nullus unquam dixerit ipsas corporis partes affectus translationem cepisse; eodem modo neque *ipsos* affectus. Præstaret, arbitror, dicere, cessari priores affectus, & alios rursum procreatos esse translatâ causâ, quæ erat (ut ipse in principio totius narrationis dicebat) plethora. Hanc itaque si evacuasset, nequaquam *columella* fluxio ligulæ ab his partibus deorsum translationem cepisset; nec rursus illinc ad caput ascendisset. Quapropter Critonem eo modo quo & Chiensis mulier, ob prætermissam venæ sectionem interiisse constat. Sed id ipse Erasistratus videtur præsensisse. Quid enim ait? Huic videntur causa interitus fuisse ea, quæ in pulmonem irruerunt, præterquam quòd malè non prævenerit hæc evacuare, licèt quamprimùm ab initio hominem plethorico affectu corripi cognovisset. Si quis igitur velit astruere,

τῶν τῶν πραχθέντων ἐπὶ τοῦ Κρίτωνος. καὶ γὰρ διὰ τῶν σπόγγων πυρίαν εἶπε, καὶ τὴν τῶν καταπλασμάτων χρῆσιν, ἔτι τε τὴν τῶν καταποτίων. ἆρ' οὖν ὅτι μὲν ἐπυριάθη διὰ τῶν σπόγγων ἐδήλωσε, καὶ τ' ἄλλ' ἑξῆς ἐπιμελῶς διηγήσατο· περὶ δὲ τῆς φλεβοτομίας ἑκὼν ἐσιώπησεν, ὅτι μικρότερον ἦν δηλαδὴ τοῦτο τὸ βοήθημα. μεμνῆσθαι δ' οὐ προσήκει μοι τῶν πάνυ μικρῶν ἐν τοιαύταις διηγήσεσιν. ἀλλά τοι κἀνταῦθα μετ' ὀλίγα πάλιν αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος ἐρεῖ. ἐφαίνετο οὖν ἡμῖν μετάστασιν εἰληφέναι τὰ πάθη, ἐπί τε τὸν πνεύμονα, καὶ τὸ ἧπαρ, καταρρυῆσαι μὲν αὐτῷ τὴν συνάγχην, αὐξηθῆναι δὲ τοὺς πυρετούς[15] αὖθι τῇ καθ' ὑποχόνδριον ἐντάσει τὴν μετάχεσιν ἐλογίσατο γεγονέναι τῶν παθῶν. ἔνθα τε καὶ μάλιστα τὸν νοῦν προσέχειν ἀξιῶ σκοπούμενον ὅστις ἐστὶ διὰ τῆς λέξεως ταύτης, ἐν ᾗ φησι μετάστασιν εἰληφέναι τὰ πάθη, πότερον αὐτῶν τῶν φλεγμαινόντων μορίων μεταβάντων, ἢ τοῦ αἵματος ὃ τὴν φλεγμονὴν αὐτῶν εἰργάζετο,[16] μεταρρυέντων. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τὸ πρότερον μὲν τῶν προειρημένων, μηδὲ νοηθῆναι δύνασθαι, τὸ δεύτερον δ' ἐξ αὐτῶν εἶναι τὸ ἀληθές. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐνίοτε τὸ κατασκῆψαν εἰς τὸ μόριον πλῆθος ἴσχων, εἶτ' αὐτὸ διώσασθαι τῇ ἐν ἐκείνῳ δυνάμεως ἐφ' ἕτερόν τι μεθίσταται. τοῦτο τοίνυν φαίνεται καὶ τῷ Κρίτωνι συμβῆναι, ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τότε φλεβοτομίας ἐμνημόνευσεν ὁ Ἐρασίστρατος. ἀλλὰ τί φησι; κατεπλάσσετο καὶ τὸν θώρακα ὅλως καὶ τὰ ὑποχόνδρια. ὥσπερ δὲ, ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἐπιγλωττίδα καὶ τὰ παρίσθμια μορίων, ἡ τοῦ πλεονάζοντος αἵματος ἐπὶ τὰ κάτω χωρία μετάστασις ἐγένετο· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον αὖθις, ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνενεχθέντος αὐτοῦ, τοὺς μὲν πυρετοὺς, καὶ συνέβη λωφῆσαι, σύμπτωμα δ' ἐπιγενέσθαι τὴν τῶν νεύρων ἀρχὴν ἐνδεικνύμενον πάσχειν. ἄκουσον δὲ καὶ ταύτης τῆς Ἐρασιστράτου ῥήσεως. ὄντος δ' αὐτοῦ ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἀρχῆς δεκαταίου, ἀπὸ δὲ τῆς ἐπιστάσεως ἑκταίου, ὅτε πυρετὸς αὖ μᾶλλον ἐπιδέδωκεν, καὶ παραστροφή τις ἐγένετο τοῦ τ' ἰνίου, ὀψὲ δὲ τῆς ὥρας, ἀναισθησία τις ἐγένετο, ὥστε καὶ τὸ οὖρον[18] ἐκ τοῦ στρώματος προΐεσθαι, καὶ μετ' οὐ πολὺ, ἐπίστασις τοῦ πυρετοῦ. εἶτα ἐπιφέρων φησίν. ἐφαίνετο οὖν ἡμῖν πάλιν μετάστασιν εἰληφέναι τὰ πάθη ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ κατὰ μὲν αὐτὴν τὴν μετάστασιν ἐπιδεδωκέναι τὸν πυρετὸν, ὕστερον δὲ πάλιν ἐπιτετακέναι,[19] ἐμπαθῆ γενομένων τῶν περὶ τὴν κεφαλήν. εἴπωμεν ἤδη τι καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῇδε τῇ ῥήσει, πρὸς τὸν ἄνδρα. κάλλιστα λέγεις, ὦ Ἐρασίστρατε, μετάστασιν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν γεγονέναι τῶν παθῶν. ἄμεινον δ' ἦν εἰ μὴ τῶν παθῶν εἴποις, ἀλλὰ παθῶν αἰτίου πλήθους. ὥσπερ οὐκ ἄν τις φαίη τὰ μέρη τοῦ σώματος αὐτὰ τὰ πάσχοντα εἰληφέναι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ τὰ πάθη. βέλτιον γὰρ οἶμαι φάναι, παύσασθαι μὲν τὰ πρότερα πάθη, γενέσθαι δ' αὖθις ἕτερα, τῆς αἰτίας μεταστάσης,[20] ἥ τις ἦν ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς ὅλης διηγήσεως ἔφη πληθώρα. ταύτην οὖν εἴπερ ἐκένωσεν, οὐκ ἂν οὔθ' ὁ[21] κίων κατὰ τὴν ἐπιγλωττίδα[22] τούτων εἰς τὸ κάτω τὴν μετάστασιν ἔλαβεν. οὔτ' αὖθις[23] ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνηνέχθη. ὥστε φαίνεται καὶ Κρίτων, ὁμοίως τῇ Χίᾳ γυναικὶ διὰ τὸ παραλειφθῆναι τὴν φλεβοτομίαν, ἀποθανεῖν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν δοκεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος αἰσθέσθαι. τί γὰρ φησί; τοῦτο ἐδόκει αἴτια τῆς ἀπωλείας γενέσθαι τὰ ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἐπενεχθέντα, πλὴν ὅτι κακῶς οὐκ ἔφθασεν ἐκκενῶσαι ταῦτα, καί τοι γινώσκων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὡς πληθωρικὴ διάθεσις εἴη περὶ τὸν ἄνθρωπον. ἐὰν οὖν τις ἐθέλῃ κατασκευάζειν,

ὡς οὐκ εἰκὸς ἦν Ἐρασίστρατον ἰατρὸν ἄριστον ὄντα, καὶ μὴν τοι εἰδότα, Κρίτωνι μὲν ἐκ πληθώρας συμβῆναι τὰ πάθη, τῇ δὲ ἐκ τῆς Χίου παιδίσκῃ, διὰ τὴν τῶν ἐμμήνων ἐπίσχεσιν, ἑκόντα παραλιπεῖν ἀφαίρεσιν τοῦ αἵματος, ἀλλ' ἀφαιρεῖσθαι μὲν αἵματος καὶ τούτου καὶ ἐκείνῃ, παραλελεῖφθαι δὲ ἐν τῇ διηγήσει. τί κωλύει κἀμὲ λέγειν, ὅτιπερ ἂν ἄλλο βούλωμαι τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων, προσενηνέχθαι μὲν τοῖς κάμνουσι, παραλελεῖφθαι δὲ ἐν τῇ διηγήσει; καὶ τίς νοῦν ἔχων ἰατρὸς ἀνέξεται ταῦθ' ἡμῶν λεγόντων; ὅπως γε καὶ τὰ μέχρι θανάτου συμπτώματα ταῦτ' αὐτοῖς φαίνεται διὰ πλῆθος γινόμενα, καὶ αὐτὸς ὁ θάνατος οὐ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἀκολουθήσας, ἢ τὴν, τὸ μὴ κενωθῆναι τὸ πλῆθος; τίς δ' ἀνέξεται λεγόντων ἀνθρώπων τὰ μὲν μικρὰ τῶν πραχθέντων ὑπ' Ἐρασιστράτου γεγράφθαι, φλεβοτομίαν καὶ κάθαρσιν ὑπ' ἐλλεβόρου τε, καὶ σκαμμωνίας, ὅτι πάντως ἐπίδηλα, παραλελεῖφθαι; εἰ γὰρ ἐκ τοῦ μόνον εἰπεῖν τὸ κοινὸν, ὡς ἡ πληθώρα κενώσεως δεῖται, δεδήλωται φλεβοτομία, διότι τῶν κενωτικῶν ἐστι βοηθημάτων, τί κωλύει καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον [24] εἰρῆσθαι τῶν κενωτικῶν; μὴ τοίνυν μόνην τὴν φλεβοτομίαν ὑπ' Ἐρασιστράτου προσῆχθαι τοῖς κάμνουσι λεγέτωσαν, ἀλλὰ καὶ τἄλλα πάντα, κλυστῆρας, ἐμέτους, καθάρσεις, λουτρὰ, γυμνάσια, τρίψεις, αἰωρήσεις, χρίσματα, [25] θερμαίνοντα καταπλάσματα, πάνθ' ἑξῆς ὅσα ἐκεῖνος. εἰ δ' οὐκ ἀρκεῖ μόνον, ὅτι κενωτέος ὁ κάμνων ἐστὶν, οὐδὲ τούτων τὸ τέλος ὑπάρχει τῆς τῶν βοηθημάτων διδασκαλίας, ἀλλὰ πρῶτον μὲν προσθεῖναι χρὴ τὸν τόπον τῆς κενώσεως. εἶτα τὴν ὕλην εἰπεῖν δι' ἧς ἄριστα περαιωθήσεται, καὶ ταύτῃ προσθεῖναι τὸν καιρὸν, καὶ τὸ μέτρον, καὶ τρόπον [26] τῆς χρήσεως, ὅτε κοινὸν εἰπὼν σκοπὸν τῶν βοηθημάτων, οὐδέπως, κατὰ μέρος οὐδὲν εἰρηκέναι. εἰ γὰρ ἀρκεῖ τὸ κοινὸν εἰπεῖν, ἐκ περιττοῦ μνημονεύει καταπλασμάτων τε, καὶ ἀσιτίας, καὶ πυρίας διὰ σπόγγων. εἰ δὲ μὴ καὶ κατάπλασμά τε καὶ τὴν ἀσιτίαν οὐκ ἂν ἡμεῖς εὑρίσκομεν αὐτοὶ πρὶν ἐκείνου μαθεῖν; ἡ φλεβοτομία δὲ ἐστι δήλη πᾶσι κἂν Ἐρασίστρατος μὴ λέγῃ.

A quod consentaneum non erat, Erasistratum, qui Medicus præstantissimus habebatur, quique certè affectus *illos* tum Critoni ex repletione, tum puellæ Chiensi ob menstruorum suppressionem accidisse noverat, consultò sanguinis detractionem prætermisisse, imò & huic & illi sanguinem detraxisse, sed in enarratione prætermisisse. Quid prohibet & me dicere qualecunque aliud velim ex vacuantibus remediis adhibitum quidem ægrotis, in enarratione verò prætermissum esse? Et quis mentis compos Medicus me patietur hæc dicentem? B Quomodo & quæ adusque mortem symptomata ipsis apparebant, ea ob plenitudinem accidisse, & ipsum interitum non aliam ob causam insequutum fuisse, quàm quòd non enarrata fuisset plenitudo? Quis etiam fieret homines qui dicunt pauxilla tantùm eorum quæ acta sunt ab Erasistrato scripta esse, sed venæ sectionem, & eam quæ ex elleboro & scammonio fit purgationem, quod hæc *auxilia* penitùs conspicua sint, prætermisisse? Si namque ex eo quod vulgus proferat, plethoram evacuatione indigere, venæ sectio significetur, quod inter evacuantia remedia sit, quid prohibet & C cæterorum evacuantium quodque intelligi? Ne igitur solam venæ sectionem ægrotis ab Erasistrato adhibitam esse dicant, sed cætera quoque omnia *evacuantia*, clysteres, vomitiones, purgationes, balnea, exercitia, frictiones, gestationes, inunctiones, calefacientia cataplasmata, quæque deinceps omnia ab illo *usurpata sunt*. Si verò non solùm sufficit, quod evacuandus æger sit, neque declarationis istorum auxiliorum finis existit; sed in primis locum vacuationis adjicere, deinde materiam declarare per quam perfici queat, huicque occasionem addere, & D mensuram, & utendi rationem oportet. Si enim commune quid protulisse suffecerit, is frustra & cataplasmata, & inedias, & fotus per spongias memoravit. An nos & cataplasma & inediam, nisi nos ille docuerit, indagare non possumus? Venæ autem sectio, etiamsi Erasistratus non doceat, omnibus manifesta est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἐκ τῶν ἐν τῇ φλεβοτομίᾳ σκεπτομένων τῶν πρὸς Ἐρασιστράτου τοῦ ἐν τοῖς σμικροτάτοις βοηθήμασι διαμνημονευομένοις ἐπιμελοῦς παραλειφθέντων, αὐτὸν ἐξελέγχεσθαι τῇ φλεβοτομίᾳ μηδόλως κεχρῆσθαι.

ΑΛλὰ κἂν τοῦτό τις αὐτοῖς συγχωρήσῃ, καίτοι φανερῶς ὂν ἄτοπον, ἀλλὰ μεγάλα καὶ πολλὰ λείπεται σκέμματα τῷ μέλλοντι χρήσασθαι προσηκόντως τῷ βοηθήματι. πρῶτον μὲν εἰ μηδὲν διαφέρει τέμνειν ἡντινοῦν φλέβα, καθάπερ οἴονταί τινες, ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πεπονθότων μορίων ἴδιαι φλέβες εἰσὶν, αἳ ταχέως ἐκκενοῦσι τὸ πλῆθος αὐτῶν. δεύτερον δ' ἐπὶ τούτῳ σκέμμα, πότερον ἅπαξ, ἢ πλεονάκις ἀφαιρεῖν προσήκει. καὶ τρίτον δ' ἐπ' αὐτοῖς, σκοποὺς ἐξευρεῖν, οἷς προσέχων τις ἀκριβῶς, στοχάσαιτο τοῦ μέτρου τῆς κενώσεως. καὶ τέταρτον, ὁ καιρὸς ἐν ᾧ χρὴ μάλιστα ποιεῖσθαι τὰς φλεβοτομίας, εἰ μηδέν ἐστιν ἐξαίρετον, αὐτὸ τοῦτο σὺν ἀποδείξει διδάξει. τῷ μὲν οὖν ὅλως ἀποστάντι φλεβοτομίας οἴχεταί τε καὶ συναιρήσεται τούτων ἁπάντων

CAPUT IV.

E *Ex iis, quæ in sanguinis detractione consideranda sunt, ab Erasistrato, in minimis auxiliis commemorandis curioso, prætermissis, convinci illum ab ea prorsus abstinuisse.*

AT quamvis id aliquis ipsis concesserit, etsi manifestè absurdum, huic tamen qui hoc auxilio decenter usurus est, magnæ ac multæ considerationes supersunt. Prima, an quemadmodum quidam autumant, F quamlibet venam secare nihil differat; aut propriæ venæ sint in singulis affectis partibus, quæ ipsarum plenitudinem celeriter evacuent. Secunda huic succedens consideratio; utrum semel, aut multoties *sanguinem* detrahere conveniat. Ab his tertia, scopos invenire, quibus accuratè incumbens aliquis vacuationis mensuram conjecturis assequatur. Quarta *denique* occasio, quâ potissimum venæ sectio, si nihil exceptum sit, fieri debeat; hæc ipsa cum demonstratione docebitur. Qui igitur à venæ sectione prorsus abstinet *apud hunc* harum om-

nium rerum consideratio perit, simulque è medio tollitur, eam autem præscribenti ista succedere necesse est. Etenim & in cæteris omnibus præsidiis eadem est ratio, veluti elleboro, scammonio, vino, balneo, & eduliis. Si namque in ægrotis quocunque dictorum haudquaquam prorsus utendum sit; neque occasio, neque quantitas, neque utendi modus, neque quicquam aliud etiamnum ac per se investigabitur. Approbanti verò usum necessarium est de his omnibus disserere, non solùm in efficacibus auxiliis, in quibus si quid parvi momenti prætermissum sit, læsio maxima ob id ægrotantibus oboritur, verùm etiam in minimis & id ita singulis diebus apud omnes ægrotos evenire conspicitur. Nullus igitur Medicus qui dixerit, homo hic nutriatur, rem gratam facit, qui occasionem etiam non addat, qua nutriendum esse laborantem jubet; neque cibum ipsum præfiniat, neque quantitatem, neque præparationem, vel utendi ordinem, sed horum unumquodque ut accuratè perfici debeat, astantibus explicat. Proinde etiam *plerique* in libris passim, inter ea quæ administrant auxilia, hæc universa ordine describunt; ipsorumque nonnulli haud loquaciores in hujusmodi enarratione morantur, talemque disciplinam, non multiloquium, verùm sedulitatem esse ducunt. Hippocrates quidem quum in plurimis suis operibus orationis brevitati summopere studeat, de venæ sectione tamen scribere non neglexit, neque partem corporis in qua vas secari oporteat, neque vacuationis mensuram, neque occasionem. Erasistratus autem, quem nunc sui Erasistratei venæ sectione usum fuisse prædicant, multiloquus fuerit licèt, tamen ut paulò pòst indicavero, primùm id ipsum venæ sectionis nomen cæteris præsidiis ne adscribere quidem dignatus est; deinde etiam quæ recitata sunt omnia, & tempus, & mensuram, & vasis locum, & utendi rationem prætermisit is qui neque, ut deceat, cataplasmata unicuique ægrotantium efferre, aut offam subactam perscribere veritus est, qui neque de olerum coctione subticuit. Audi itaque quæ fercula in operibus de ventriculo scribat. *Primum quidem ferculum est farina crassior, tosta, ac probè excussa. Quum autem eam offerre volueris, in poculo quodam frigido aquæ infusam ac subactam exhibeto, neque semel totum quod daturus es, verùm bis terve subigendo; ut ne arida facta offa, & solutioni inepta, multum humiditatis suscipiat. Nihilenim id confert. Ad edendum verò exhibenda sunt crebrò cichoria in aceto non acri macerata, & inter cibos consumenda. Pura cichoria coquenda sunt, duas ollas præparando. In unam projecta coquenda; quum autem jam probè admodum cocta fuerint, & altera aquæ olla ferveat, ipsa in alteram elutrianda. Ligata verò sint cichoria, quò facilè transponi queant. At perfectè cocta, tum effusa aqua sale & oleo condienda sunt & ut offerantur exhibenda.* Itaque rursum animadvertis posse accuratiùs scribi minima ab eo qui cichoriorum vincula, quò transpositu facilia sint, construenda esse non siluit. Constat enim quæ soluta sunt, ea non transpositu facilia reddi; ob idque qui non solùm nos Medicos, verùm etiam & coquos olera coquentes curæ habet, ipsos ut olera liganda sint, edocuit. Talis autem est & quum cataplasmatis alicujus scribit præparationem, vel tot stadia obambulare, vel tot tantasque moliri frictiones, aut hujusmodi aliquid

των ἡ σκέψις, τῷ προσθεμένῳ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. ὥσπερ γε κἀπὶ τῶν ἄλλων βοηθημάτων ἁπάντων ὁ αὐτός ἐστι λόγος, οἷον ἐλλεβόρου, σκαμμωνίας, οἴνου, λουτροῦ, σιτίων. εἰ μὲν γὰρ μηδ' ὅλως ἐστὶ χρηστέον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ὁτῳδήποτε τῶν εἰρημένων, οὔτε καιρὸς, οὔτε ποσότης, οὔτε τρόπος τῆς χρήσεως, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ἔτι καὶ ζητηθήσεται[27] τὸ καθ' αὐτό. προσιεμένῳ δὲ τὴν χρῆσιν, ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ τούτων πάντων διελθεῖν, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν δραστικῶν βοηθημάτων, ἐν οἷς εἰ παροφθείη τι σμικρὸν, ἡ βλάβη μεγίστη δι' αὐτὸ γίγνεται τοῖς νοσοῦσιν, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν ἐλαττόνων. καὶ φαίνεται τοῦτο οὕτως γινόμενον ἑκάστης ἡμέρας ἐπὶ πάντων τῶν νοσούντων. οὐδεὶς γοῦν εἰπὼν ἰατρὸς[28] ἄνθρωπος οὗτος τραφήτω, χαρίζεται· μήτε τὸν καιρὸν ἔτι προσθεὶς, ἐν ᾧ κελεύει τραφῆναι τὸν κάμνοντα, μήτε τὸ σιτίον ὁρίσας αὐτὸ, μήτε τὴν ποσότητα, μήτε τὴν σκευασίαν, ἢ τὴν τῆς χρήσεως τάξιν, ἀλλ' ἕκαστον τούτων ἀκριβῶς ἐκδιηγεῖται τοῖς παροῦσιν, ὅπως δεῖ πραχθῆναι. καὶ τινὲς καὶ γράφουσιν ἐν τοῖς βιβλίοις ἅπασιν, ἐφ' ὧν μὲν πράττουσι βοηθημάτων, ἐξῆς ταῦτα σύμπαντα, καί τινες γ' αὐτῶν ὅσοι οὐ μακρολογώτεροι, χρονίζουσι τῇ διηγήσει, οὐ μακρολογίαν, ἀλλ' ἐπιμέλειαν ἡγούμενοι τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν. Ἱπποκράτης μὲν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων ἐσχάτως βραχυλόγος ὢν, ὅμως οὐκ ὀκνεῖ γράφειν ἐπὶ τῆς φλεβοτομίας, οὔτε τὸ μέρος τοῦ σώματος, ἐν ᾧ χρὴ τμηθῆναι τὸ ἀγγεῖον, οὔτε τὸ μέτρον τῆς κενώσεως, οὔτε τὸν καιρόν. Ἐρασίστρατος δὲ, ὃν οἱ νῦν Ἐρασιστράτειοι φασὶ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, μακρολογώτερος ὢν, ὡς ὀλίγον ὕστερον δείξω, πρῶτον μὲν, οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα ὑπέμεινε προσγράψαι τῆς φλεβοτομίας, ἅμα τοῖς ἄλλοις βοηθήμασιν· εἶτα περὶ τῶν ἐφεξῆς πάντα τὰ κατὰ τὸ λεγόμενα, καὶ τὸν καιρὸν, καὶ τὸ μέτρον, καὶ τόπον ἀγγείου, καὶ τρόπον χρήσεως, ὁ μηδ' ὡς χρὴ τὰ καταπλάσματα ἐφ' ἑκάστῳ τῶν νοσούντων προσφέρειν, ἢ τὴν μάζαν φυρᾶν ὀκνῶν προσγράφειν, ὁ μηδὲ περὶ τῆς τῶν λαχάνων ἑψήσεως σιωπῶν. ἄκουσον γοῦν ὡς γράφει κατὰ τὴν περὶ τῆς κοιλίας πραγματείαν προσφοράς. τὴν μὲν πρώτην προσφορὰν ἄλφιτα κριμνώδη πεφρυγμένα, εὖ ἀποσεσησμένα. ὅταν δὲ προσφέρεσθαι μέλλῃ, ἔν τινι ψυκτῆρι ἐπιχέοντα ὕδωρ, φυράσαντα διδόναι, μηδ' εἰς ἅπαξ δὲ ἅπαν ὃ ἂν μέλλῃς διδόναι φυράσας, ἀλλὰ δὶς ἢ τρὶς, ὅπως μὴ ξηρὰ γενομένη ἡ μάζα δυσδιάλυτος, μὴ πολὺ τὸ ὑγρὸν ἀναδέξηται. οὐδὲν γὰρ τοῦτο χρήσιμον. προσιέναι δὲ διδόναι τῶν κιχωρείων συχνὰ εἰς ὄξος μὴ δριμὺ ἐμβαπτοντας, καὶ ἐπὶ τῶν σιτίων ἀναλίσκειν. ἑφθὰ κιχώρεια ἑψῆσαι δεῖ δύο παρασκευάζοντας χυτρίδας. καὶ εἰς μὲν τὴν μίαν ἐμβάλλοντας ἕψειν· ὅταν δὲ ἤδη[29] καθεψηθέντα εὖ μάλα ᾖ, καὶ ἡ ἑτέρα χύτρα τοῦ ὕδατος ζέῃ, μεταγγίζειν αὐτὰ εἰς τὴν ἑτέραν. ἔστω δὲ δέσμια ὅπως εὐμετάθετα ᾖ. συνεψηθέντα δὲ, καὶ ἀποχέοντα τὸ ὕδωρ, ἀρτῦσαι ἁλὶ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ διδόναι προσφέρεσθαι.[30] ἆρα ἐπινοεῖς ἔτι δύνασθαί τι ἐπιμελέστερον γράψαι τὰ σμικρότατα, τοῦ μὴ δὲ ὅτι χρὴ δεσμίδια ποιεῖν τῶν κιχωρείων, ὅπως εὐμετάθετα ᾖ[31] σιωπήσαντος. εὔδηλον γὰρ ὅτι τὰ λελυμένα δυσμετάθετα γίγνονται, καὶ διὰ τοῦτο κηδόμενος οὐ μόνον ἡμῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑψόντων τὰ λάχανα μαγείρων, ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὡς χρὴ[32] συνδεῖν τὰ λάχανα. τοιοῦτος δή ἐστι κἀπειδὰν, ἤτοι καταπλάσματός τινος γράφῃ σκευασίαν, ἢ περιπατεῖν κελεύῃ τοσούσδε σταδίους, ἢ τρίβεσθαι τρίψεις τοσαύτας, ἢ τι τοιοῦτον

ἕτερον· ἐφ' οἷς ἤδη τινὲς οὐ μόνον 33 οὐκ ἐπαινοῦσι τῆς περιττῆς ἐπιμελείας, ἀλλὰ καὶ ψέγουσι, ὡς ὅρους καὶ μέτρα τιθέμενον ἐπὶ τῶν ἀόριστον ἐχόντων τὴν ποσότητα. τίς οὖν οὕτω πεισθῇ τὸν οὕτως ἐπιμελῆ κεχρῆσθαι μὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις φλεβοτομίαις, μηδαμόθεν δ' αὐτῆς μνημονεῦσαι, πλὴν ἅπαξ ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς; οὐδ' οὖν οὐδὲ τότε χρώμενον, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, ἐπαινοῦντα τὸν Χρύσιππον ἐπὶ τῷ μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, καὶ τὴν ἀπόδειξιν αὐτοῦ, καθ' ἣν ἀποδεικνύναι νομίζει τὸ Χρυσίππου δόγμα περὶ τῆς φλεβοτομίας, τοῦ μᾶλλον τὸ αἷμα πτυσσόντων κοινὸν εἶναι λέγοντος, ἢ ἄλλων ἁπάντων οἷς μόριόν τι τοῦ σώματος μέλλει φλεγμαίνειν. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦδε καὶ αὖθις εἰρήσεται. νῦν δ' ὅπερ ἔλεγον ἀναληπτέον, ὡς οὐκ ἂν Ἐρασίστρατος ἐπὶ πλεῖστον ἐκτείνων ἅπαντας τοὺς λόγους, καὶ μέντοι καὶ δὶς, καὶ τρὶς ἐνίοτε διεξερχόμενος ἕνα λόγον ἐν διαφέρουσι βιβλίοις, ὠλιγώρησεν αὐτοῦ, κἂν ἅπαξ ε'. συλλαβὰς προσγράψαι, προσθεὶς ἅμα τοῖς ἄλλοις βοηθήμασι τὸ τῆς φλεβοτομίας ὄνομα, πρὸς τῷ καὶ τὴν ποσότητα πάντως δὴ αὐτῆς εἰπεῖν, ὡς ἐπ' ἄλλων ἐποίησε, καὶ τὸν καιρὸν, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. τινὲς μέν γε τῶν ἰατρῶν ἐπὶ σημείοις ὁρίζουσι τὸ ποσὸν τῆς κενώσεως, οἷον εἰ μεταβάλλοι κατὰ τὴν χροιὰν, ἢ τὸν τόνον, ἢ τὴν ῥύσιν τοῦ αἵματος, ἢ εἰ καταπίπτοιεν εἰς ἀτονίαν οἱ σφυγμοὶ, καί τινες ἱδρῶτες ἐπιφαίνοιντο ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἀφαιρέσεως, 34 ταῦτα δ' οὖν καὶ Ἱπποκράτης πόνους φησὶν, καὶ τοὺς σφοδροτέρους τῶν ἐμέτων, καὶ τὰς ἀλογωτέρας διαχωρήσεις. ἄλλος διείρηκεν ἄχρι λειποθυμίας ἄγειν τὴν κένωσιν, ὁπόταν τι φαίνηται κατὰ τὸν λόγον αὐτῇ γινομένη τῆς κενώσεως, οὐχ ὑπὸ χυμοῦ ῥυέντος εἰς τὸ τῆς γαστρὸς στόμα. πολλάκις γὰρ ἐναργῶς φαίνεσθαι διὰ χολὴν, ἢ διὰ φλέγμα συρρυὲν ἐνταῦθα λειποθυμίαν γινομένην. ἔνιοι δὲ τῇ τε τοῦ παντὸς σώματος μεταβολῇ κατὰ χροιὰν, καὶ τῇ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς, ἐτεκμαίροντο τὴν σύμμετρον ἀφαίρεσιν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς ἅπαξ ἀπαγορεύουσιν, ἢ χρῆσθαι δαψιλεῖ τῇ κενώσει, βέλτιον εἶναι, τοῖς ἐπιγινομένοις τεκμαιρομένους πρότερον, οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ λυποῦντος ἔρχεσθαι κένωσιν. ἄλλοι δέ τινες ἐτόλμησαν ἤδη τι καὶ μέτρον ὁρίζειν, οἷον ἤτοι δύο κοτύλας Ἀττικὰς εἶναι τὴν σύμμετρον ἀφαίρεσιν, ἢ βραχὺ πλείω, ἢ ἔλαττον, ὡς ἐκ τοῦ συμμέτρου δυνησομένων ἡμῶν εὑρίσκειν τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἁρμόττον ἑκάστῳ τῶν φλεβοτομουμένων καθ' ἡλικίας, καὶ φύσεις, καὶ ὥρας, καὶ χώρας. ἐκεῖνο Ἐρασίστρατον ἀριθμὸν μέν τινα τρίψεως ὁρίζειν, ἵνα, κἂν σφαλλώμεθα τῆς ἀκριβοῦς συμμετρίας, οὐδὲ μία μεγάλη βλάβη, μετὰ δὲ μηδὲν εἰπεῖν ὅλως ἐπὶ φλεβοτομίας. ἐγὼ μὲν γὰρ εὖ οἶδα ὅτι καὶ περὶ τῶν φλεβῶν αὐτῶν τῶν τμηθησομένων ἔγραψεν ἂν οὐκ ὀλίγα, καὶ μάλιστα ὅτι πολλάκις Ἱπποκράτης αὐτῶν ἐμνημόνευσεν· ἐνίοτε μὲν, κατ' ἰγνύν, ἢ παρὰ σφυρόν, ἐνίοτε δὲ, τῆς ὀρθίας ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ αὖθις τῶν ἐπὶ τῇ γλώττῃ. περὶ μὲν γὰρ τῶν κατ' ἀγκῶνα, τί δεῖ καὶ λέγειν ὡς οὐκ ἂν ἐσιώπησεν ὁ Ἐρασίστρατος, εἴτε χρὴ πάσας ἐπὶ πᾶσι τέμνεσθαι νοσήμασι, εἴθ', ὡς Ἱπποκράτης ἐκέλευεν, ἄλλην ἐπ' ἄλλων; τοῦ γὰρ οὕτως ἐπιμελῶς γράφοντος πάντα καὶ τοῦτ' ἦν ἔργον οἰκεῖον ὁρίσαι μὲν 35 τι μέτρον ἐν τηλικούτῳ βοηθήματι, προσγράψαι δὲ ἣν ἔχει γνώμην ὑπὲρ τῶν φλεβῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι πεποιήκασιν ἰατροί. τινὲς μὲν οὐδὲν δια-

A aliud jubet. Ob quæ jam quidam superfluam curiositatem non solùm non laudant, verùm etiam improbant, tanquam qui terminos modosque in rebus infinitam quantitatem habentibus constituerit. Quis ergo crediderit hunc ita accuratum cæteris quidem peræquè præsidiis usum fuisse, hujus verò venæ sectionis nullibi præterquam semel in libro de sanguinis ejectione mentionem fecisse? Neque igitur tum ea usus est, sed omnino è contrà, Chrysippum, quòd venæ sectionem non usurpaverit, laudibus evexit, ejusque demonstrationem attulit quâ Chrysippi de B venæ sectione dogma astruere putat, magis sanguinem spuentibus esse consuetum asserentis, quàm cæteris omnibus, quibus aliqua pars corporis in phlegmonem lapsura sit. Verùm de his posthac dissferetur. Nunc verò quod loquutus sum repetendum est; quod Erasistratus etsi universos sermones plurimùm non protrahat, atque etiam bis terve interdum in diversis libris eandem sententiam recenseat, *illis* tamen, quanquam semel, quinque syllabas ascribere neglexit, quibus cum cæteris auxiliis phlebotomiæ nomen inC seruisset; ad hoc & illius quantitatem, ut in aliis fecit, & tempus, ejusmodique cætera, prout antè enarratum est, prorsus explicare debuerit. Proinde nonnulli Medici signis vacuationis quantitatem definiunt, ut si aut color, aut robur, aut sanguinis fluxus mutetur, aut in imbecillitatem pulsus prolabantur, aut aliqui sudores ipso detractionis tempore suboriantur, & ea quæ Hippocrates labores vocat, & vehementiores vomitus, & immoderatiores alvi dejectiones. Alter adusque animi defectum evacuationem ducenD dam asserit, quum quid in ea dum fit, pro evacuationis portione oboriatur, non ab humore in ventriculi orificium fluente. Multoties enim ob bilem aut pituitam illuc confluentem animi defectionem fieri manifestè conspicimus. Quidam verò prorsus negant securius esse, iis quæ superveniunt priùs conjectis eatenus ad laborantis vacuationem accedere, quàm copiosa uti vacuatione. Alii quidam etiamnum ausi sunt quandam mensuram veluti scilicet duabus heminis Atticis circunscribere; *eamque* moderatam esse detractionem, aut paulò ampliorem aut parciorem *censuerunt*; quippe quum nos possimus ex commoE derata *mensura* eam invenire, quæ singulis, quibus vena secanda est, pro ætatum, naturarum, tempestatum, & regionum ratione magis ac minùs congruat. Proinde Erasistratus certum frictionum numerum definit, quò etiamsi ab exquisita commoderatione aberremus, nulla noxa subsequatur; interea de venæ sectione nihil prorsus loquitur. Ego siquidem certò scio ipsum & de venis ipsis incidendis non pauca scripsisse, earumque maximè Hippocratem sæpe meminisse; interdum ejus quæ infra poplitem, propéque malleolum est; interdum & illius quæ in fronte recta est, earumque præterea quæ sub lingua jaF cent. De venis enim cubiti quid quoque dicendum est, ut quod non conticuisset Erasistratus, utrum omnes in omnibus morbis secandæ sunt, an, quemadmodum imperavit Hippocrates, aliæ in aliis? Ejus enim ita accuratè scribentis universa, id munus proprium fuerat quandam mensuram in tanto præsidio definire, ac quam de venis haberet sententiam, quemadmodum cæteri Medici factitarunt, ascribere. Quidam nihil in-

tereſſe dicebant, quamcunque venam quis ſecare voluerit: ex earum enim unaquaque univerſum æqualiter vacuari profitebantur. Nonnulli plurimam ac in ea re contingere diverſitatem arbitrabantur. Nam ipſarum aliquas celeriùs, nonnullas longiori tempore partem affectam evacuare aſſerebant. Qui igitur nihil eorum ſcripſerit, neque menſuræ detractionis ſanguinis ſcopos definierit, perſpicuum eſt, eum univerſas has rationes ideo prætermiſiſſe, quòd hoc præſidio nunquam ſit uſus. Quemadmodum enim qui nunquam in ægroto cataplaſmatis uſus eſt, is & ipſorum differentias, aut præparationes, aut *admovendi* occaſionem, aut utendi modum deſcribere nequaquam poteſt; ad eos verò qui illa, ut Eraſiſtratus uſus eſt, uſurparunt, de horum ſingulis diſſerere pertinet: eodem pacto quicunque venæ ſectione penitus non utuntur, occaſionem, & utendi modum, & menſuræ ſcopos ſcribere nequeunt. Verùm qui illa utuntur, eos in primis, ac de his, multóque magis de venarum differentia diſtinctè tractare operæpretium eſt; etſi nihil aliud ſaltem tanti momenti, ut nihil interſit hanc ante aliam ſecare, quum cunctæ inflammatas partes peræquè evacuare poſſint.

φέρειν φάσκοντες ὁποίαν ἄν τις ἐθέλοι τέμνειν φλέβα· κενοῦσθαι γὰρ ἐξ ἑκάστης αὐτῶν ὁμοτίμως τὸ πᾶν. τινὲς δὲ πάμπολλα ἡγούμενοι καὶ παρὰ τοῦτο γίνεσθαι διαφοράν· ἐνίας μὲν γὰρ αὐτῶν θᾶττον, ἐνίας δὲ ἐν χρόνῳ πλείονι τὸ πεπονθὸς μέρος ἐκκενοῦν. ὁ τοίνυν μήτε τούτων τι γράψας, μήτε τοῦ μέτρου τῆς φλεβοτομίας ὁρίσας τοὺς σκοπούς, εὔδηλον διὰ τοῦτο παραλελοιπὼς ἅπαντας τούσδε τοὺς λόγους, ὅτι μηδ' ὅλως ἐχρῆτο τῷ βοηθήματι. ὥσπερ γὰρ ὁ μηδέποτε χρώμενος ἐπ' ἀρρώστου καταπλάσμασι, γράφειν οὐ δύναται τὰς διαφορὰς αὐτῶν, ἢ τὰς σκευασίας, ἢ τὸν καιρόν, ἢ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως· ἀναγκαῖον δ' ἐστὶ τοῖς χρωμένοις, ὥσπερ Ἐρασίστρατος ἐχρῆτο, καὶ περὶ τούτων ἑκάστου διελθεῖν· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅσοι μὲν μηδ' ὅλως χρῶνται φλεβοτομίᾳ, καιρόν, καὶ τρόπον χρήσεως, καὶ σκοποὺς τοῦ μέτρου γράφειν οὐ δύνανται. τοῖς χρωμένοις δ' ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τούτων διελθέσθαι, καὶ πολὺ μᾶλλον ὑπὲρ τῆς φλεβῶν διαφορᾶς· εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο τὸ γοῦν τοσοῦτο, ὡς οὐδὲν διαφέρει τήνδε πρὸ τῆσδε τέμνειν, ὁμοίως ἁπασῶν ἐκκενοῦν δυναμένων τὰ φλεγμαίνοντα μόρια.

CAPUT V.

Eraſiſtratum eâ ratione à venæ ſectione prorſus abſtinuiſſe convincit, quòd in febrium ac inflammationum curatione, in quibus maximè convenit, mentionem de ipſa non fecerit.

AT nihil quicquam eorum *quæ dicta ſunt* ſcribere, ac uſum omnem auxilii tollere eo in affectu qui *præſidium* illud potiſſimum efflagitare creditus eſt, quâ ratione quis conſpicuo exemplo eſſe non diceret Eraſiſtratum hoc auxilio nunquam uſum fuiſſe? Quid enim difficultatis erat, quum in febrium curatione hiſce verbis ita ſcriberet: *Itaque per initia morborum, ac inflammationum generationes, omne ſorbitionum ciborumque ferculum auferendum eſt*, ſi hîc aſcripſiſſet, utendum verò venæ ſectione; quò totius ejus orationis ſeries eſſet ejuſmodi. *Per morborum initia, & inflammationum generationes, omnis ſorbitionum ciborumque oblatio auferenda, venæque ſectio celebranda eſt. Inflammationes enim febrium procreatrices plerunque ex repletione fiunt. Si ergo in hujuſmodi temporibus exhibeantur fercula, eaque tum concoctio, tum diſtributio pro ſuis actionibus deferant, & vaſa nutrimento impleantur, etiamnum maximas ac vehementes inflammationes fieri continget.* Meliùs itaque fuerit cibaria non exhibere, & venam ſecare. Talis equidem eſſet textus ſeries, ſi ille ut inediis, ita & venæ ſectione uti voluiſſet; verùm quum id ſcriptis non addiderit, quomodo quis virum crediderit ejus remedii uſum laudaſſe? Quum verò neque in alio quodam opere methodi medendi hoc feciſſe appareat, rurſúmque magis aliquis ab ipſius ſententia fidem recipiet. Quis enim credere poſſet prolixæ orationis *virum* Eraſiſtratum neglexiſſe, vel ſemel ſuis quæ ſcripſit operibus, quatuor aut quinque ſyllabas addere? Ego itaque etiamſi nullus Eraſiſtrati liber ſupereſſet, ſed jam omnes jacturam ſubiiſſent, qualem propemodum ſubire periclitantur Chryſippi *libri*, in ea re *tamen* diſcipulis illius magis crediderim in præceptoris verba jurantibus, quàm iis qui neque

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Τὸν Ἐρασίστρατον διὰ τοῦτο τῇ φλεβοτομίᾳ μηδόλως κεχρῆσθαι διελέγχει, ὅτι ἐν τῇ τῶν πυρετῶν τε, καὶ φλεγμονῶν θεραπείᾳ, ἃ μάλιστα χρῄζειν αὐτῆς πεπίστευται, λόγον οὐδένα περὶ αὐτῆς πεποίηκεν.

ΤΟ δὲ μήτε τούτων τι γράψαι, καὶ τὴν χρείαν ὅλην ἀνελεῖν τοῦ βοηθήματος, ἐπὶ δὲ πάθους, ὃ μάλιστα χρῄζειν αὐτοῦ πεπίστευται, πῶς οὐκ ἄν τις ἐναργὲς εἶναι φαίη γνώρισμα τοῦ μηδέποτε Ἐρασίστρατον κεχρῆσθαι τῷ βοηθήματι; τί γὰρ οὖν δύσκολον, ἡνίκα ἔγραφεν ἐν τῇ τῶν πυρετῶν θεραπείᾳ κατὰ λέξιν ὧδε· περὶ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς τῶν ἀρρωστιῶν, καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέσεις, ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων τε, καὶ σιτίων, ἐνταῦθα προσγράψαι, χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ· ὥσθ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ῥῆσιν γενέσθαι τοιάνδε· περὶ μὲν τὰς ἀρχὰς τῶν ἀρρωστιῶν, καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέσεις, ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων τε, καὶ σιτίων, χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ. γίνονται γὰρ ὡς τὸ πολύ, αἱ τοὺς πυρετοὺς ποιοῦσαι φλεγμοναὶ διὰ πληθώραν. διδομένων οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς προσφορῶν καὶ τὴν πέψεώς τε καὶ ἀναδόσεως τὰς καθ' αὑτὰς ἐνεργείας ἀποδιδουσῶν, πληρουμένων τε τῶν 37 ἀγγείων τῆς τροφῆς, ἔτι γε πλείστας τε, καὶ ἰσχυρὰς συμβήσεται τὰς φλεγμονὰς γενέσθαι. βέλτιον οὖν μήτε διδόναι σιτία, καὶ τέμνειν φλέβα. τοιαύτη μὲν ἂν ἡ ῥῆσις ἐγένετο, βουληθέντος αὐτοῦ ὥσπερ ταῖς ἀσιτίαις, οὕτω καὶ τῇ φλεβοτομίᾳ χρῆσθαι· μὴ προσγράψαντος δὲ πῶς ἄν τις πιστεύσειε, ἐπαινεῖν τὸν ἄνδρα τὴν χρῆσιν τοῦ βοηθήματος; ὅτε δὲ μηδ' ἐν ἄλλῃ τινὶ πραγματείᾳ θεραπευτικῇ φαίνεται τοῦτο ποιῶν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἄν τις πιστεύσειεν ὑπὸ τῆς γνώμης αὐτοῦ. τίς γὰρ ἂν δύναιτο πεισθῆναι τὸν μακρολογώτατον Ἐρασίστρατον ὀκνῆσαι προσθεῖναι συλλαβάς, ἤτοι δ'. ἢ ε'. κἂν ἅπαξ που τῶν γεγραμμένων αὐτῷ πραγματειῶν; ἐγὼ μὲν οὖν εἰ καὶ μηδὲν ἐσώζετο Ἐρασιστράτου βιβλίον, ἀλλ' ἤδη πάντα ἀπολώλει, καθάπερ τὰ Χρυσίππου κινδυνεύει παθεῖν, τοῦτο τοῖς μαθηταῖς ἂν αὐτοῦ μᾶλλον ἐπίστευσα περὶ τοῦ διδασκάλου λέγουσιν, ἢ τοῖς μετ'

Ἐρασίστρατον αὐτὸν ἰδόντες ποτέ, μήτε μαθητὴν αὐτοῦ, μήτε τῶν ὡς ἐκείνου φοιτησάντων, ἢ τῶν τούτοις συγγενομένων· ἀλλὰ μετὰ τοσαύτας ἐτῶν γενεὰς ἀποφαινομένων τολμηρῶς ὑπὲρ ὧν οὔτ᾽ εἶδον, οὔτε ἰδόντος τινὸς ἤκουσαν, οὔτε ἀνέγνωσαν Ἐρασίστρατον γράψαντα, οὐδ᾽ ἄχρι τεττάρων, ἢ πέντε συλλαβῶν, ὡς ἔφην. τὸ μὲν γὰρ [38] τεμεῖν φλέβα δʹ. συλλαβῶν· φλεβοτομία δὲ αὕτη εʹ. τὸ δὲ εἰς τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ παραγραφὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν ὑπ᾽ ἐμοῦ, τό, χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ διὰ θʹ. λέγεται συλλαβῶν. παυσάσθωσαν οὖν ἤδη [39] λωβώμενοι τοῖς γε μανθάνουσι τὴν τέχνην, καὶ τοῖς νοσοῦσιν αὐτοῖς, οἱ λέγοντες Ἐρασίστρατον κεχρῆσθαι μὲν τῇ φλεβοτομίᾳ, λόγον δ᾽ οὐδένα πεποιῆσθαι περὶ αὐτῆς, ὡς προδήλου πᾶσιν οὔσης μᾶλλον ἢ τῆς τῶν καταπλασμάτων τε, καὶ λαχάνων ἑψήσεως. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο φλεβοτομήσουσιν οἱ μανθάνοντες τὴν τέχνην, διότι καθάπερ ἐν ταῖς ἀσιτίαις αἱ φλέβες κενούμεναι λύουσι τὰς φλεγμονάς, οὕτω καὶ αἱ φλεβοτομίαι, πάντας ἑξῆς φλεβοτομήσουσιν, ὅσους Ἐρασίστρατος ἀσιτεῖν κελεύει. καὶ τοῦτο μὲν ἔτι σμικρόν.

Erasistratum ipsum unquam viderunt, nullumque ejus discipulum, ne etiam ex iis qui discendi gratiâ ad illum accederent, aut qui cum his commercium haberent; sed post tot annorum secula, audacter ea pronunciant, quæ neque ipsi noverunt, neque ab aliquo qui noverit audiverunt, neque Erasistratum adusque quatuor vel quinque syllabas (ut protuli) scripsisse aniadverterunt. Nam τέμνειν φλέβα, *venam secare*, quatuor syllabis *exprimitur:* ipsa verò venæ sectio, quinque. Quod autem paucillum à me priùs ejus contextui additum est, putà, *utendum verò phlebotomia*, novem syllabis effertur. Jam ergo sileant illi, qui tum artem discentibus, tum ægrotis ipsis illudunt, quum Erasistratum venæ sectione usum fuisse proferunt, sed nullum de ea sermonem fecisse, quod illa, cataplasmatum, olerumque decoctionis *confectione* multo evidentior esset. Si namque artis candidati ob id venam secare velint, quòd quemadmodum venæ per inedias evacuatæ, inflammationes solvant; ita venæ sectiones cunctos deinceps quos Erasistratus inediam ferre jubet, sanguinis detractione curabunt. Atque hoc etiamnum pauxillum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Τοὺς Ἐρασιστρατείους σφάλλεσθαί τε καὶ τῷ Ἐρασιστράτῳ ἐναντιοῦσθαι, ὅταν τὴν φλεβοτομίαν παραλαμβάνουσι.

ΤΟ δὲ μήτε περὶ τοῦ μέτρου φλεβοτομίας, μήτε περὶ τῶν τμηθησομένων φλεβῶν ἀκούσαντάς τι τοὺς νέους, ἐπὶ βοηθήματος παραγίνεσθαι, μεγίστην οἴσει βλάβην τοῖς κάμνουσιν, ὥσπερ ἔφην, εὐθὺς κατ᾽ ἀρχάς. ἄμεινον οὖν αὐτοῖς μηδ᾽ ὅλως ἐπιχειρεῖν φλεβοτομεῖν, ἢ χωρὶς τοῦ διαιρεθέντος περὶ τῶν εἰρημένων ἐπὶ βοήθημα παραγίνεσθαι. πλείονες γὰρ οὕτως ἀπώλλοντο τῶν ἔμπροσθεν, εἴτ᾽ ἀπολλυμένων διὰ τοὺς μὴ φλεβοτομοῦντας. οἱ μὲν γε τότε πρεσβύται μηδ᾽ ὅλως φλεβοτομοῦντες, ἄλλοις ἐχρῶντο κενωτικοῖς βοηθήμασι, ἐν μακροτέρῳ χρόνῳ ταὐτὸν τῇ φλεβοτομίᾳ δυναμένοις ἐργάζεσθαι, πλὴν εἴπου διὰ τὸ κύριον τοῦ πάσχοντος μέρους, ἢ τὴν τοῦ πλήθους ὑπερβολὴν ἔφθασεν ἀποθανεῖν ὁ κάμνων. οἱ δὲ νῦν οἰόμενοι δεῖσθαι πᾶσαν ἀρχὴν πυρετοῦ φλεβοτομίας, οὐ σμικρὰ λυμαίνονται τοῖς νοσοῦσι. οὕτως γὰρ πεπείκασιν ἑαυτοὺς περὶ τοῦ βοηθήματος, ὡς εἰ καὶ πρὸς Ἐρασιστράτου ἐγέγραπτο, καθ᾽ ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδήλωσα τρόπον, ἐνθεὶς αὐτὰς τῇ ῥήσει τὰς θʹ. συλλαβάς, ὡς γίνεσθαι τὴν λέξιν τοιαύτην· ἄνωθεν γὰρ αὐτῆς ἄμεινον μνημονεῦσαι. περὶ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς τῶν ἀρρωστιῶν, καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέσεις, ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων τε καὶ σιτίων· χρηστέον δὲ φλεβοτομίᾳ. τοιαύτην γὰρ οἱ νῦν εἶναι βούλονται τὴν Ἐρασιστράτου γνώμην οὐκ ἐπ᾽ ἀγαθῷ τῶν καμνόντων, ἑτέρων μὲν ὑπαρχόντων καιρῶν καὶ σκοπῶν ἀσιτίας, ἑτέρων δὲ φλεβοτομίας, οὓς ἐγὼ κατὰ τὴν δε τῆς πραγματείας ἐρῶ πάντας ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει. νυνὶ μὲν γὰρ ὥσπερ οἱ τοῖς πρεσβύταις ἔμπροσθεν πεπεισμένοι κενῆς ὑπήρξαντο παλινῳδίας· οὕτω κἀμοὶ παλινῳδητέον ἐστί, ἐπενεκτέον τε καὶ τοὺς νῦν ἀλόγως φλεβοτομοῦντας ἐπὶ τὸ μηδ᾽ ὅλως φλεβοτομεῖν. ὡς γὰρ ὁ Πλάτων ἔλεγεν, ἧττον εἰκός ἐστι σφάλλεσθαι τοὺς μηδ᾽ ὅλως ἐγχειροῦντας, οἷς οὐκ ἴσασι τῶν πραττόντων ἃ μὴ γινώσκουσιν· ὅπερ οἱ νῦν ποιοῦσιν, ἀναπεπεικότες ἑαυτούς, οὕτω γὰρ ῥᾷον εὑρεῖν, πρῶτον μέν, οὓς χρὴ φλεβοτομεῖν, εἶθ᾽

CAPUT VI.

Erasistrateos errare, ac Erasistrato adversari; quum venæ sectionem suscipiunt.

ADolescentes autem, qui neque de venæ sectionis mensura, neque de venis secandis quicquam audiverint, ad hoc auxilium accedere, maximam *id* ægrotantibus læsionem adferret, quemadmodum retuli, statim per initia. Præstiterit igitur ipsos, neque prorsus venæ sectionem aggredi, quàm citra rerum dictarum distinctionem, ad auxilium sese accingere. Plures enim ea ratione præcedenti ita perierunt, quàm propter eos qui venas non secant pereunt. Nam *Medici* seniores venas nequaquam secantes, aliis evacuatoriis remediis utebantur, quæ longiori tempore idem ac venæ sectio efficere poterant; nisi ob affectam principem laborantis partem, aut plenitudinis exuperantiam mors ægrotum præoccuparet. Sed qui nunc omne febris principium venæ sectione indigere putant, ægrotos non parum lædunt. Sic enim sibi ipsis de hoc auxilio persuaserunt, ac si ab Erasistrato scriptum esset, secundùm quem ego paulò antè additis ipsis orationi novem syllabis modum declaravi, quò sententia talis fieret: nam hujus ab initio meminisse satius fuerit. Itaq; circa morborũ principia, & inflammationum generationes omnis sorbitionum ciborumque oblatio auferenda est; utendum verò venæ sectione. Talem enim Erasistrati sententiam non ad ægrotantium salutem esse volunt, quum alia quidem tempora, scopique sint inediæ, alia quoque venæ sectioni, quæ ego omnia in præsenti tractatu decenti ordine explicabo. Nunc etenim quemadmodum si illi à senioribus antè persuasi novam auspicarentur palinodiam: sic mihi quoque propositum immutandum est, inducendumque eos, qui temerè venas secant, venas omninò non incidere. Nam ut Plato eloquitur, minùs eos aberrare consentaneum est, qui quæ non norunt, ea non aggrediuntur, quàm qui moliuntur quæ non agnoscunt, quod & nunc isti faciunt, sibi ipsis persuadentes quod ita facilius sit invenire primum eos quibus vena secanda est, deinde

unumquodque cæterorum, quibus in omni morbo per initia ut inediam, sic venæ sectionem usurpant; magis autem, si veritas asserenda sit, Erasistrati sententiam subvertunt. Nam & venas secant, & extemplò quibus vena secta est, cibos exhibent, quin ille & venas secare prohibeat, & haud nutrire consulat. Quum autem hi veritatem, non Erasistratum amplectantur, ipsis demonstrandum est scriptum ab eo sermonem in tractatu de sanguinis rejectione, non esse illi affectioni proprium, sed omni phlegmonæ communem. Sic autem se habet sermo. *Nam his imminet in sanguinis rejectione, quod in phlegmone periculum, in quo offerre non facile est. A venæ verò sectione inediam longo tempore toleranti, ne virtus ejus exolvatur, periculum imminet.* Sic ille de iis qui sanguinem vomunt, verba facit, & ea de causa eis venam secare prohibet. Cæterùm, quòd ipse inflammationem subsequi suspicatus sit, dum ait: offerre non facile est, hoc est, dare cibaria: & à venæ sectione inediam longo tempore toleranti, ne virtus ejus exolvatur, periculum imminet, unicuique in conspicuo est. Neque enim illic ad sanguinis rejectionem quicquam propriè spectat, quo quis à venæ sectione absterreri possit: verùm utraque hæc, hoc est, neque propter inflammationes cibos dare, atque id tempore venæ sectionis factitantibus, periculum de resolutione virium imminere, cum febribus quoque communia sunt. Porrò si diligentiùs animum adverteris, reperies Erasistrati sermonem hunc venæ sectionem in febricitantibus multò magis, quàm sanguinem spuentibus detrectare: à principio enim dum sanguis rejicitur, haudquaquam vas ruptum inflammatione corripitur: at febrium initia, vel Erasistrato teste, necessariò inflammationis principium habent. Proinde si ad corroborandam rerum incertarum fidem iis, quæ manifestæ apparent, utendum est, vidi ego plurima vulnera, quæ priusquam ægris vena secaretur, coalescebant. Fieri ergo nihilo secius potest, quòd vas ruptum nullo pacto inflammetur, dummodo nos cætera ritè administraverimus, sanguinisque quantum nobis visum fuerit, in tempore evacuaverimus. Præterea si Erasistratus dicit, quòd necessarium sit tempore, quo affectæ partes inflammatione corripiuntur, inedias sustinere: ideóque virtutem venæ sectione antea dissolvere veretur: multò magis ab ipsa in febricitantibus, quàm in sanguinem rejicientibus, nobis cavendum est. His etenim venam ruptam priusquam inflammatur, coalescere possibile est, & multò magis si evacuati fuerint: febricitantibus autem partem aliquam jam inflammari necesse est. Cæterùm, quòd possibile sit vas sine inflammatione conglutinari, id alicui etiam ex reliquis vulneribus credibile apparebit. Frequenter enim vidimus, quum quibusdam singulari certamine pugnantibus integrum crus, brachiumve abscissum esset, coaluisse tamen vulnus antequam inflammatio oboriretur: quod quidem multò magis continget, si, ut Hippocrates ait, sanguis copiosus illicò fluxerit. Sæpius etiam foramen in cavas thoracis partes illatum, in tribus diebus conglutinatum conspeximus. Quin etiam nuper in palæstra aliquis insigni plagâ acceptâ, extemplò vehementer tussiendo, duas fermè sanguinis cotylas rejecit: sed ille, quia ei statim vena secta, aliaque quibus opus habebat, facta fuissent, neque omnino deinceps tussivit, & nunc quoque sanus incolumisque degit. Ex his itaque

ἕκαστον τῶν ἄλλων· ὧν ἐν ἅπαντι νοσήματι κατὰ τὴν ἀρχὴν ὡς ἀσιτίαν, οὕτω καὶ φλεβοτομίαν παραλαμβάνουσι· μᾶλλον δ᾽, εἰ χρὴ τ᾽ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπηλλάχασι τῆς Ἐρασιστράτου γνώμης. φλεβοτομοῦσι γὰρ καὶ τρέφουσιν εὐθέως τοὺς φλεβοτομηθέντας, ἐκείνου τὸ φλεβοτομεῖν ἀπαγορεύοντος τὸ δὲ, μὴ τρέφειν συμβουλεύοντος. ἐπεὶ τοίνυν τὴν ἀλήθειαν οὗτοι τιμῶσιν, οὐκ Ἐρασίστρατον, ἐπιδεικτέον αὐτοῖς ἐστὶν ὡς ὁ γεγραμμένος ὑπ᾽ αὐτοῦ λόγος ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς, οὐκ ἔστιν ἴδιος ἐκείνου τοῦ πάθους, ἀλλὰ κοινὸς ἁπάσης φλεγμονῆς. ἔχει γοῦν ἡ ῥῆσις οὕτως: ἐχόμενος γὰρ τούτων περὶ τὴν ἀναγωγὴν ἢ περὶ τὴν φλεγμονὴν κίνδυνος, ἐν ᾧ προσφέρειν μὲν οὐ ῥᾴδιον· φλεβοτομηθέντι δὲ καὶ πολὺν χρόνον ἀσιτήσαντι κίνδυνος ἐκλυθῆναι. οὕτως ὁ λόγος ἔχει πτύουσιν αἷμα· διὰ τοῦτο κωλύει φλεβοτομεῖσθαι τοὺς κάμνοντας. ἀλλ᾽ ὅτι φλεγμονὴν ὑπείληφεν αὐτὸς ἀκολουθήσειν, ἐν ᾗ φησὶ προσφέρειν μὲν οὐ ῥᾴδιον, ὅπερ ἐστὶ, διδόναι σιτία, φλεβοτομηθέντι δὲ καὶ πολὺν χρόνον ἀσιτήσαντι κίνδυνος καταλυθῆναι τὴν δύναμιν, οὐδὲ ἐνταῦθ᾽ ἴδιον αἵματος ἀναγωγῆς ἐστι, δι᾽ ὃ φυλάξεταί ἄν τις τὴν φλεβοτομίαν· ἀλλὰ ἄμφω κοινὰ καὶ πρὸς τοὺς πυρετοὺς, τό, τε μὴ δοῦναι σιτία διὰ τὰς φλεγμονάς, τό, τε τοῖς [illegible] ἐπὶ φλεβοτομίας κίνδυνος καταλυθῆναι τὴν δύναμιν. εἰ δὲ προσέχοις τὸν νοῦν ἐπιμελέστερον, ὁ πρὸς Ἐρασιστράτου λόγος εἰρημένος ἀπαγορεύειν σοι δόξει τὴν φλεβοτομίαν ἐπὶ τῶν πυρεττόντων μᾶλλον ἢ τῶν αἷμα πτυόντων· ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ τῆς ἀναγωγῆς τοῦ αἵματος οὐδέποτε φλεγμαίνει τὸ ἐρρωγὸς ἀγγεῖον. αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν πυρετῶν ἐξ ἀνάγκης ἔχουσι κατὰ τὸν Ἐρασίστρατον ἀρχὴν φλεγμονῆς. εἴπερ οὖν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος βούλεται, τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις χρηστέον ἐστὶ εἰς τὴν τῶν ἀδήλων πίστιν, ὁρῶ πολλὰ τῶν τραυμάτων κολληθῆναι φθάνοντα, πρὶν φλεβοτομηθῆναι. δυνατὸν οὖν ἐστὶ καὶ τὴν ἐρρωγυῖαν φλέβα μηδόλως φλεγμῆναι φθανόντων ἡμῶν, τἄλλα πρᾶξαι προσηκόντως, ἐκκενῶσαί τε τοῦ μέλλοντος ἐργάζεσθαι τὴν φλεγμονὴν αἵματος, ὁπόσον ἂν βουληθῶμεν. εἴπερ οὖν ἐν ᾧ χρόνῳ φλεγμαίνει τὰ φλεγμαίνοντα, φησὶν Ἐρασίστρατος ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ἀσιτίας παραλαμβάνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο φοβεῖται προκαταλῦσαι τὴν δύναμιν τῇ φλεβοτομίᾳ, πολὺ μᾶλλον αὐτὴν ἐπὶ τῶν πυρεσσόντων εὐλαβεῖσθαι προσήκει τῶν ἀναγόντων αἷμα. τούτων μὲν γὰρ ἐγχωρεῖ πρὸ τοῦ φλεγμῆναι συμφῦναι τὴν ἐρρωγυῖαν φλέβα, καὶ μᾶλλον ὅταν κενωθῶσι. τοῖς πυρέσσουσι δ᾽ ἀναγκαῖόν ἐστι φλεγμαίνειν ἤδη τι μόριον. ὅτι δὲ ἐγχωρεῖ συμφῦναι τὸ ἀγγεῖον αὐτὸ τοῦ φλεγμῆναι πρότερον μὲν ἔνι κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τραυμάτων πεισθῆναι. πολλάκις εἴδομεν ἐπὶ τῶν μονομαχούντων ὅλον ἀναπτυχθέντα μηρὸν, ἢ βραχίονα κολληθέντα πρὶν φλεγμῆναι, καὶ μᾶλλόν γε ὅτε ὡς Ἱπποκράτης ἔφη, δαψιλὲς αἷμα παραχρῆμα συμβῇ ῥυῆναι. πολλάκις δὲ καὶ συντρήσεις εἰς τὰ κενὰ καλούμενα τοῦ θώρακος ἐντὸς τῆς τρίτης ἡμέρας ἐθεασάμεθα κολληθείσας. ἀλλὰ καὶ πρῴην τις ἐν παλαίστρᾳ πληγεὶς σφοδρῶς ἀνέβηξεν αἵματος αὐτίκα κοτύλας ὡς δύο, φλεβοτομηθεὶς δὲ παραχρῆμα, καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἐχρῆν γινομένων, οὔτε ἔβηξεν ἔτι τελέως, καὶ ὑγιής ἐστι. κἀκ τούτων,

σιμον, ἵνα συνορᾶν ὡς ἐπὶ τῶν ἤδη φλεγμαίνειν ἠργμένων ἀπέχεσθαι χρὴ μᾶλλον, εἴ τις Ἐρασιστράτῳ πείθοιτο φλεβοτομίας, εἴπερ ἐφ' ὧν οὐδέπω φλεγμαίνει.

dispicere licet, quòd siquis vel adhuc Erasistrato obtemperare velit, abstinere magis à venæ sectione in iis debeat, quæ jam inflammari inceperint, quam quæ nondum inflammatione sunt correpta.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ἐκ τῶν τούτων Ἐρασιστράτου λόγων, ἃ ἀπὸ τῶν αὐτοῦ ἀκολούθων προσφέρονται, ὅτι αὐτὸς φλεβοτομίᾳ ἐχρήσατο, διελέγχεσθαι.

Δῆλον δ' οὐδὲν ἧττον τόδε καὶ ὅτι τὰς φλεβοτομίας ὁ Ἐρασίστρατος, οὔτε σὺν ταῖς ἀσιτίαις, οὔτε πρὸ αὐτῶν παραλαμβάνει. ἀλλὰ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἥκουσι τινὲς φιλονεικίας, ἢ ἀνοίας, ὥσθ' ὅταν ἀκούσωσι τῶν τοιούτων λόγων, λύειν μὲν αὐτοὺς οὐδ' ὅλως ἐγχωροῦσι. ὥσπερ δὲ μηδενὸς εἰρημένου λόγου ἀρχὴν ἰδίαν ποιοῦνται τὴν λέξιν ἐκείνην μόνην προχειριζόμενοι, καθ' ἣν ὁ Ἐρασίστρατός φησιν. ἀκόλουθόν ἐστι, μηδὲν προσφέρειν κατὰ τοὺς τῆς φλεγμονῆς καιρούς· κενούμεναι γὰρ αἱ φλέβες ῥᾷον παραδέξονται τὸ παρεμπῖπτον αἷμα εἰς τὴν ἀρτηρίαν· τούτου δὲ συμβαίνοντος, ἧττον φλεγμοναὶ ἔσονται. κἄπειτ' ἐπ' αὐτῇ λέγουσιν αὐτὸ πρόδηλον εἶναι τὴν ἐκ τῆς φλεβοτομίας χρείαν. ὅπου γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν ἀσιτίαν ὡς κενωτικὸν βοήθημα παραλαμβάνει, πολὺ δήπου μᾶλλον, φασίν, ἐπὶ τὴν φλεβοτομίαν ἀφίξεται. πρὸς οὖν ἐάν τις εἴπῃ δι' ὧν λέγουσιν οὐ τομίαν τὸν Ἐρασίστρατον ἐπιδεικνύειν αὐτούς. ἀλλὰ τὸ τῆς εἰρημένης ἐπὶ τῆς ἀσιτίας ἀκόλουθον εἶναί τῳ καὶ τῇ φλεβοτομίᾳ χρῆσθαι, καταγελῶντες, εἶτα σὺ μέν, φασί, γινώσκεις τὸ ἀκόλουθον, Ἐρασίστρατος δ' οὐκ ἐγίνωσκεν; ἀγύμναστος ὢν δηλαδὴ τὸν λογισμόν, ὃν γεγύμνασαι σὺ μᾶλλον ἐκείνου. καὶ εἴπερ ἔζη συμβουλεύσαιμεν ἂν αὐτῷ παρὰ σὲ φοιτᾶν. ἵν' ἔλθῃ γινώσκειν ἀκόλουθόν τε καὶ μαχόμενον. ἔπειτ' ἐντεῦθεν ἐκτραπόμενοι συνείργουσι τοὺς ἀπειλαῖς εἰς ὕβριν τῶν προσδιαλεγομένων, οὕτω πολλοὺς ἐφεξῆς ὡς μηκέτ' αὖ ἐπιτρέπειν φθέγξασθαι μηδενί, καὶ τοῦτ' αὖθις ἐστὶ τὸ τέλος τῆς συνουσίας. ἀλλ' ἡμεῖς γε νῦν οὐχ ὡς ἄν τις ἀμείψαιτο τὸν ὑπαρξάμενον λοιδορεῖσθαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν εἰ Ἐρασίστρατος ἐχρήσατο φλεβοτομίᾳ· δεύτερον δὲ περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ βοηθήματος. ἑκατέρου δ' αὐτῶν ἀποδείξεις εἰσὶν ἴδιαι. τοῦ μὲν μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ τὸν ἄνδρα, τά τε συγγράμματα αὐτοῦ καὶ τῶν μαθητῶν οἱ ἀξιοπιστότατοι, καὶ τὸ Χρυσίππου διδασκαλεῖον ἅπαν. περὶ δὲ τῶν βοηθήματος δυνάμεων οὐκ ἔτι ταῦτα· προτάσεις δὲ τινες ἀληθεῖς, ἅμα τοῖς οἰκείοις συμπεράσμασι. εἰ δὲ ἐάσας τις ταῦτα πάντα, τὴν ἀκολουθίαν μόνην ἐπακολουθεῖσθαι βούλοιτο, κινδυνεύσει, τὰ σαφῶς ὑπ' Ἐρασιστράτου γεγραμμένα, μηδ' ὅλως οἴεσθαι γεγράφθαι. πρόσεχε γοῦν μοι τὸν νοῦν ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, ἐν ᾧ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς αὐτὸς ἐπαινῶν Χρύσιππον, ὡς καλῶς ἀντὶ τῆς φλεβοτομίας τοῖς διαδέσμοις τῶν κώλων

CAPUT VII.

Ex eisdem Erasistrati verbis, quæ ab ejus sectatoribus adducuntur, convinci, quòd ipse venæ sectione non sit usus.

PRæterea ne illud quidem minùs clarum est, quòd Erasistratus venæ sectionem, neque cum inediis, neque ante ipsas inedias, unquam usurpavit. Veruntamen nonnulli eò contentionis dementiæque pervenerunt, ut quum sermones hos audiverint, discutiendorum eorum nullam sanè rationem inveniant: tanquam verò nihil illis objectum esset, propriam sermonum farraginem auspicantur, unam illam sententiam in ore habentes, quam Erasistratus his verbis asserit: *Consequens etiam est, quod circa inflammationis tempora vulneratis nihil sit offerendum: venæ enim evacuatæ, sanguinem, qui in arterias insilierit, faciliùs suscipient: quod ubi contigerit, inflammationes minùs evenient.* Et sic illi persuasi, quòd ipse venæ sectione usus sit, hinc apertè colligi posse aiunt. Quo enim loco ipsam inediam veluti evacuationem præsidium ille accersit, multò sanè magis, inquiunt, ad venæ sectionem se accinget. Adversus quos siquis dicat, quod per ea, quæ allegant, Erasistratum quidem venæ sectione ante inediam usum esse non demonstrent: sed potiùs consequens esse ostendant, quòd ipse postea illam usurpaverit: isti hunc ridentes. Tu tandem, aiunt, quid consequens sit cognoscis, Erasistratus autem non cognovit? quasi verò ille ingenio exercitato non fuerit præditus, túque illo multò sis promptior, ac rationibus magis polleas. Si itaque volueris, illi, ut te discendi causa frequentet, consulemus, quo scilicet quid ad quanque rem, vel consequens, vel pugnans sit, cognoscere assuescat. Atque his verbis habitis illinc discedunt: in posterum verò, ut collocutoribus aliquam contumeliam inurant, adjungunt sibi hominum perfrictæ frontis catervam adeò copiosam, ut præ illorum clamoribus nemo loqui quicquam possit, ejusmodíque finem congressuum statuunt. Sed nos impræsentiarum eum non quærimus, qui convicia spargenti vices referat, verùm in primis quidem, num Erasistratus venæ sectione aliquando sit usus? Secundò autem, quasnam hoc auxilium vires habeat, indagamus. Atqui horum utriusque propriè habentur demonstrationes. Quod enim hunc venæ sectione non sit usus, testantur, & monimenta illius, & discipuli fide dignissimi, Chrysippique universum auditorium. Cæterùm de auxilii hujus facultatibus non eadem est ratio: nam de his enunciata quædam quàm verissima, necnon, & conclusiones selectæ afferuntur. Præterea siquis istis quoque posthabitis, solum rerum ordinem sequi voluerit, vel sic scripta Erasistrati, quia nihil tale in his proditum sit, modis omnibus periclitabitur. Reputa igitur hæc in animo, præsertim exordio illinc sumpto, ubi ille in libro de rejectione sanguinis Chrysippum laudibus extollens, quod loco venæ sectionis membra vinculis excipere

excipere consuevisset, hæc ad verbum scripsit: *Hoc ipsum autem facere volunt ii, qui sanguinem rejicientibus venam secant. At Chrysippus multò consultius agit, ut qui non solùm id quod instat, præ oculis habeat, verùm & impendentis periculi curam gerat: adhæret enim his tempore rejectionis ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile est, à venæ autem sectione inediam longo tempore toleranti, ne virtus illius exolvatur, periculum imminet.* Atqui hic causam non adjecit, ob quam tempore inflammationis inediam injungat; utpote, quæ ab illo declarata est, quum in hanc sententiam scriberet: *Consequens est, quod vulneratis circa inflammationis tempora nihil sit offerendum: venæ enim evacuatæ, sanguinem, qui in arterias insilierit, faciliùs suscipient: quod ubi contigerit, inflammationes minùs contingent.* Quaproрter ille inedias tempore inflammationis ea causa laudat, quia illæ venas evacuent: verùm si ambas has sententias in unum redegeris, sermo integer talis erit: Chrysippus sanè rectè fecit, qui non secuerit venam iis, qui sanguinem rejiciebant, eò quòd illi paulò pòst evacuatorio auxilio, puta inedia, indigebant. Præterea idem iste sermo, si compendiosiùs quoque dicatur, ejusmodi erit: Sanguinem rejicientes nequaquam sunt evacuandi, quia paulò pòst inflammatione ingruente evacuatione opus habebunt. Etiam verò clariùs is hoc pacto explicaretur: Ante inflammationis tempus venas evacuare non licet, ipsis quippe evacuatis, inflammationes cessant. At sermo iste evidenter sibiipsi repugnat, nisi siquis suppetias illi laturus, duo hæc temerè adjiciat, quòd videlicet meliùs sit, ut corpus per inflammationis tempus evacuetur, non ante: quodque inedia sit magis, quàm ipsa venæ sectio usurpanda. Sed si hæc dicat, nos hunc neque quod propositum fuerat demonstrasse, neque sibimet consentanea dixisse, respondebimus: in hocque has partes discrepare dicemus, quod ordinem sermonum non observent. Omnibus enim hominibus, qui præsertim tantum mentis possident, ut consideratione etiam pauxillum quid consequi possint, perspicuum est, quòd huic, qui sanguinem in arterias transilientem per evacuationem venarum ad proprium locum reducere velit, id primo quoque tempore sit faciendum. Manifestum etiam est, quòd evacuatorio auxilio quàm celerrimè utendum sit, ut quo, & brevissimo temporis spatio, & sine ulla corporis perturbatione, evacuationem quamvis perficere possimus. Quantùm enim inediæ persæpe lædant, superiùs demonstratum est. Proinde in hunc modum alicui dicere integrum erit: Arbitror equidem ridendos esse eos, qui Erasistratum quandoque sanguinem rejicientibus venam secuisse putant, quandoquidem ubi inediam tanquam evacuatorium præsidium laudat, multo hercle magis ipsam venæ sectionem laudaturus fuerit: ubi quoque inflammationis tempore evacuatione opus esse arbitratur, sub illius initium magis, quàm quum futura est, ipsam laudaturum fuisse in confesso est. Neque etenim Erasistratus rerum adeo imperitus erat, ut non multò citiùs sanguinem ex arteriis in venas reduci putaret, quum neque circa insultus initium ille vehementer esset densatus, neque à calore febrili tantopere eliquatus, ut ob id crassiusculus efficeretur. Nam, qui hoc ipsum assereret, semet potiùs deridendum, quàm illos quos accusat,

χρώμενον ἔγραψεν αὖθις ὀνόμασι ταυτί. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο βούλονται ποιεῖν καὶ φλεβοτομοῦντες τοὺς ἀνάγοντας αἷμα. ἀλλὰ πολὺ βέλτιον ὁ Χρύσιππος, οὐ μόνον τὸ παρὸν ἐπιβλέπων, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπιφερομένου κινδύνου φροντίζων· ἐχόμενον περὶ τὴν ἀναγωγὴν ὁ περὶ τὴν φλεγμονὴν κίνδυνος, ἐν ᾧ προσφέρειν μὲν οὐ ῥᾴδιον, φλεβοτομηθέντι δὲ καὶ πολὺν χρόνον ἀσιτήσαντι κίνδυνος ἐκλυθῆναι. οὐκ ἔτι προσέθηκεν ἐνταῦθα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐν τοῖς τῆς φλεγμονῆς καιροῖς ἀσιτίαν ἀξιοῖ· λέλεκτο γὰρ δὴ αὐτῷ περὶ τοῦ δὲ κατ' ἐκείνην τὴν ῥῆσιν ἐν ᾗ φησίν· Ἀκόλουθον δὲ καὶ τὸ μηδὲν προσφέρειν τοῖς τε τραυματισμένοις ὑπὸ τοὺς τῆς φλεγμονῆς καιρούς· στερνούμεναι γὰρ αἱ φλέβες τῆς τροφῆς ῥᾷον παραδέξονται τὸ παρεμπεπτωκὸς αἷμα εἰς τὰς ἀρτηρίας. τούτου δὲ συμβαίνοντος ἧττον αἱ φλεγμοναὶ ἔσονται. ὥστε τὴν ἀσιτίαν ἐν τοῖς τῆς φλεγμονῆς καιροῖς διὰ τοῦτο ἐπαινεῖ, διότι κενοῖ τὰς φλέβας· ἀλλὰ ἐὰν ἑνώσῃς τοὺς εἰρημένους δύο λόγους, εἷς ἔσται τοιοῦτος. ὀρθῶς ὁ Χρύσιππος οὐκ ἐφλεβοτόμει τοὺς ἀνάγοντας αἷμα διὰ τὸ χρῄζειν αὐτούς, ὀλίγον ὕστερον κενωτικοῦ βοηθήματος τῆς ἀσιτίας. οὕτως δὴ αὐτὸς πάλιν ὁ λόγος, καὶ διὰ συντομωτέρων λεχθῇ τοιοῦτός τις ἔσται. οὐκοῦν χρὴ κενοῦν τοὺς ἀνάγοντας αἷμα, διὰ τὸ μικρὸν ὕστερον ἐν τοῖς τῆς φλεγμονῆς καιροῖς κενώσεως χρῄζειν. ἔτι δὲ σαφέστερον οὕτως ἂν ῥηθείη· περὶ τοῦ καιροῦ τῆς φλεγμονῆς οὐ δεῖ κενοῦσθαι τὰς φλέβας, ὅτι κενουμένων αὐτῶν αἱ φλεγμοναὶ παύονται. καὶ μὴν πρόδηλός γε ὁ λόγος οὗτος ἐναντιούμενος πρὸς ἑαυτόν, πλὴν ὅσον εἴ τις αὐτῷ βοηθῶν ἰταμῶς δύο ταῦτα εἰσηγοῖτο, τό τε βέλτιον εἶναι, κενοῦν τὸ σῶμα κατὰ τὸν τῆς φλεγμονῆς καιρὸν οὐ πρόσθεν, ἀσιτίαν τε μᾶλλον, ἢ φλεβοτομίαν, ἀλλ' ἐὰν ταῦτα λέγοντα οὔτε ἀποδεδεῖχθαι τὸ προκείμενον φήσομεν, οὔθ' ὁμολογούμενον ὑπάρχον ἑαυτῷ· διαφέρεται γοῦν τοὺς λόγους τὰ μέρη μὴ σώζοντα τὴν ἀκόλουθον. ἐναργῶς γὰρ φαίνεται πᾶσιν ἀνθρώποις· ὅσοι γὰρ ἔχουσι νοῦ τε καὶ σμικρὸν ὥστε σκοπεῖν ὡς θεμιτόν, τὸ παρεμπεπτωκὸς εἰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα διὰ τοῦ κενῶσαι τὰς φλέβας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανάγειν χώραν, ὅτι τάχιστα τοῦτ' ἐστὶ πρακτέον. ἐναργὲς δὲ καὶ ὅτι βοηθήματι κενωτικῷ χρηστέον ἐλαχίστῳ τε χρόνῳ τὴν κένωσιν ἣν ποιήσασθαι δυναμένῳ, καὶ χωρὶς τοῦ κακῶσαι τὸ σῶμα. δέδεικται γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν ὅσα βλάπτουσιν αἱ ἀσιτίαι πολλάκις τοὺς κάμνοντας. ἐξεῖναι γοῦν τινὶ λέγειν οὑτωσί, γελοιοτάτους ἐγὼ νομίζω τοὺς ὑπολαμβάνοντας Ἐρασίστρατον ἐπὶ τῶν ἀναγόντων αἷμα χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ. ὅπου γὰρ ἀσιτίαν ὡς κενωτικὸν ἐπαινεῖ βοήθημα, πολὺ δήπου μᾶλλον αὐτὴν ἐπαινέσει τὴν φλεβοτομίαν· ὅπου δὲ κατὰ τὸν τῆς φλεγμονῆς καιρὸν ἡγεῖται δεῖν ἔτι κενοῦν, εὔδηλον ὅτι μᾶλλον ἀρχομένης αὐτῆς ἢ μελλούσης ἐπαινέσει τὴν κένωσιν. οὐ γὰρ οὕτω γ' ἦν ἀμαθὴς Ἐρασίστρατος, ὅτι θᾶττον πολὺ ἐκ τῶν ἀρτηριῶν εἰς τὰς φλέβας ἐπανάξει τὸ αἷμα κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς παρεμπτώσεως, οὔτε σφηνούμενον ἤδη σφοδρῶς, οὔτ' ἐξικμασμένον ὑπὸ τῆς πυρετώδους θερμότητος. διὰ τοῦτο παχὺ γεγενημένον. ὁ ταῦτα λέγων, ἆρ' οὐκ ἔστι γελοῖον ἑαυτὸν

ἀποφαίνων οὐκ ἐκείνοις οἷς ἐγκαλεῖ· γεγραφότος γὰρ αὐτοῦ τοῦ Ἐρασιστράτου μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, διότι φυλάττειν ἄμεινόν ἐστιν ἐν τῷ τῆς φλεγμονῆς παραληφθῆναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Πρὸς Ἐρασιστράτειόν τινα, ὅτι ὁ Ἐρασίστρατος πολλὰ τὰ πλήθη θεραπεύσας, οὐ μὴν τῆς φλεβοτομίας μνείαν πεποίηται.

Ἴσχειν ἀνίατον, ἢ πάντως γε δυσίατον, οἷα καὶ ταῖς αἱμορροΐσιν ἐπιγίνεται. λεγόντων δὴ ἡμῶν ὡς οἱ τῶν κώλων δεσμοὶ τὸ πλῆθος εἰς ἑαυτοὺς ἀνάγειν εἰσὶν ἱκανοὶ χωρὶς τῆς φλεβοτομίας, ἀδύνατον ἔφασκεν εἶναι γίνεσθαι τοῦτο κατὰ τὰς πληθώρας, ἐφ' ὧν αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος ἔφη περιπίμπρασθαι βραχίονάς τε καὶ χεῖρας, καὶ κνήμας, τοῦτο γάρ τοι τὸ περιπίμπρασθαι γίνεσθαι διὰ πλῆθος τοῦ αἵματος τεινομένων τῶν ἀγγείων. πῶς οὖν ἔτι δυνατὸν εἰς αὐτὰς μεταστῆσαι τὸ κατὰ βάθος, ὁπότε φαίνεται καὶ τὸ χωρὶς ἐκείνου κινδυνεύειν ἤδη ῥαγῆναι; καὶ μὴν Ἐρασίστρατον γεγράφαμεν ἐπαινεῖν Χρύσιππον, οὐ μετὰ τοῦ διαιρεῖσθαι τὸν λόγον, ὡς νῦν ποιήσω γράψας, ἀλλ' ἁπλῶς ἀποφηνάμενος. ἔχει γὰρ ἡ λέξις ὧδε. ἀποδέσεις δὲ ποιεῖσθαι ἐρίοις περὶ αὐτὰ τὰς μασχάλας καὶ τοὺς βουβῶνας. ἀποδέσεις ἔφη ποιεῖσθαι, μηδὲν ἔτι προσθεὶς τῷ λόγῳ πότερον ἐπὶ μὲν τῶν πληθωρικῶν οὐδὲν μὲν ὀνήσει τὸ βοήθημα. τοὺς δὲ ἄλλους ὠφελήσει, ἀλλ' ἁπλῶς ἀποφηνάμενος ἵν' ἐπὶ πάντων σκοπῶμεν. εἰ γὰρ ἔφη προσέθηκεν ἐπὶ πάντων ἀκούσωμεν, οὑτωσί πως γράψας· ἀποδέσεις ποιεῖσθαι, ἐρείδεσθαι ἐπὶ πάντων. ἀλλ' ἁπλῶς εἶπεν, ἀποδέσεις ποιεῖσθαι ἐρίοις παρά τε τὰς μασχάλας καὶ τοὺς βουβῶνας, ὡς ἡμῶν δυναμένων νοεῖν ἐπ' ἐκείνων εἰρῆσθαι τὸν λόγον, ἐφ' ὧν ἐστὶ δυνατὸν εἰς τὰ κῶλα μεταχθῆναι τοῦ αἵματος· ὡς ἐφ' ὧν ἀδύνατον, οὐδὲ ἐπιχειρητέον ἐστὶ τοῖς τῶν κώλων δεσμοῖς. τί δήποτ' οὖν ἔφαμεν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο ἔγραψεν ὁ Ἐρασίστρατος ὡς σὺ νῦν εἶπες· ὡς ἐπὶ μὲν τῶν οὕτω πληθωρικῶν, ἐν οἷς περιπίμπρανται βραχίονές τε καὶ κνῆμαι καὶ πήχεις, αἵματος ἀφαιρεῖν προσήκει, τῶν δ' ἄλλων διαδεῖν τὰ κῶλα; ὅτι, ἔφη, ἀνθρώποις ἔγραψεν οὐ κοινοῖς δυναμένοις τὰ ἀκόλουθα γνῶναι καὶ πρᾶξαι ταῦτα, καὶ μηδὲ ἐπιχειρεῖν ὅλως ἀδυνάτοις. μὴ δεῖν κελεύεις οὖν ἡμᾶς, ἔφαμεν, ὅταν μέν ποτε πληθωρικὴ διάθεσις ᾖ κατὰ τὸ σῶμα, κἂν Ἐρασίστρατος μὴ γράψῃ, φλεβοτομίαν; ἐναργὲς γάρ ἐστι τοῦτο καὶ φαίνεσθαι σαφῶς ἅπασι, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' ὑπ' Ἐρασιστράτου γεγράφθαι, τὰς ἄλλας διαθέσεις ὅσαι χωρὶς πληθώρας εἰσὶν, Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ἰᾶσθαι. τὸν δὲ θορυβοῦντα πρὸς ταῦτα πρῶτον μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ἐκ τοῦ τρίτου περὶ πυρετῶν ἠξίωσα ῥήσεως· ἐφεξῆς δὲ καὶ τῆς ἐκ τοῦ προτέρου τῶν ὑγιεινῶν. ἔστι δὲ ἡμῖν ἐκ τοῦ τρίτου τῶν πυρετῶν ἥδε. Περὶ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς τῶν ἀρρωστιῶν, καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέ-

exhibere: quandoquidem quum Erasistratus ipse scribat, venæ sectionis usum ea causa non esse usurpandum, quia inflammationis tempore longè melius sit, ut assumptionem evitemus.

Desiderantur hoc loco non pauca.

CAPUT VIII.

Adversus quendam Erasistrateum, quòd quum Erasistratus multas repletiones curarit, de venæ tamen sectione non fecerit mentionem.

Continere insanabile, aut omnino curatu difficile, qualia & hemorrhoïdibus accidunt. At quum nos membrorum deligaturas diceremus repletionem absque venæ sectione adducere ad sese esse idoneas, ille hoc ait impossibile in plethoris esse, ob quas ipse Erasistratus brachia manusque ac tibias aduri dixit, fierique id, quia vasa propter sanguinis multitudinem intenderentur. Qua ratione ergo in illa id, quod in profundo est, delabi amplius, quum & sine illo ne ipsa rumpantur periclitari jam videntur? Atqui jam declaravimus, quòd Erasistratus Chrysippum laudaverit non apposita, ut ego nunc scribendo faciam, aliqua sermonis distinctione, verùm absolutè, sententiam suam prodens. Oratio namque sic habet. Deligationes verò laneis vinculis circa alas ipsas ac inguina faciendæ. Deligationes enim, inquit, faciendæ, neque interim utrum hoc auxilium plethoricis solis nihil commodi afferat, aliisque è diverso emolumento sit futurum, sermoni addidit, sed simplicitér pronunciavit, quò de omnibus dictum istud intelligamus. Atqui, aiebat ille, si de omnibus id intelligendum esset, ipsemet istud declarasset in hunc modum scribens: Deligationes in omnibus faciendæ; verùm simpliciter protulit, Deligationes laneis vinculis circa alas inguinaque faciendæ, eò quòd nos ipsi suspicari possemus orationem hanc de illis tantùm habitam esse, in quibus ad membra sanguinem transferri possibile est: nam in quibus id fieri nequit, ne vincula quidem eorum membris sunt adjicienda. Cur ergo, aiebamus nos, hoc quod nunc dicis, Erasistratus non scripsit? an quia iis, qui adeò repleti sunt, ut eis brachia, tibiæque, ac cubiti adurantur, sanguinem subtrahere necessarium sit, cæteris verò sola membrorum deligatio sufficiat? Quoniam, inquit, non hominibus vulgaribus scripsit, verùm iis, qui ea, quæ res ipsas necessariò consequuntur, cognoscere atque operari possint, impossibiliaque nequaquam aggredi in animum inducant. Nonne ergo, inquiebamus, si aliquando plethorica dispositio corpus occupaverit, etiamsi Erasistratus istud non scripserit, venæ sectione opus esse dices? In confesso enim est, quòd hoc omnibus cognitum sit, ideoque ab Erasistrato non est descriptum: cæteros namque affectus quicunque sine repletione fiunt, Erasistratus seorsum mederi jussit. Verùm quum ille ad hæc obstreperet, primùm quidem hortatus eum sum, ut sententiam ex tertio de Febribus descriptam audiret: deinde verò, & eam, quæ in priore de Salutaribus commentario habetur. Nam quæ in tertio de Febribus reperitur, hæc est: *Igitur circa ægritudinum principia, ac inflammationum generatio-*

tes, omnis ciborum sorbitionumque oblatio subtrahenda est; plerumque enim inflammationes, quæ febres suscitant, ex repletione fiunt. Si ergo in hujusmodi temporibus oblationes dentur, & eas concoctio distributioque pro suarum actionum facultate vicissim distribuant, venæque alimento impleantur, adhuc longe majores ac vehementiores inflammationes sæpenumero fieri accidit. His verbis Erasistratus nomen repletionis apertè descripsit, modumque illius curandi tradens, inediæ commeminit, venæ verò sectionem silentio planè præteriit. Quapropter ad Erasistrateum illum me convertens, Quater, inquam, ô amicissime, mentitus es, quandoquidem Erasistratum repletionis medicandæ rationem separatim scripsisse patet. Idem namque vel in priore Salutarium libro, ipsaque illius præfatione recitat, quò cuique cognitum esse possit, illum quum repletionis remedia ordine scriberet, quidvis potiùs quàm venæ sectionis meminisse. Dictio autem sic habet: *Summam in quibusdam sanitatis curam rationemque habere oportet, ideoque qua via quis eum, qui in repletione fieri consuevit, affectum cognoscere atque observare possit, in primis colligendum est. Incipiente enim ea, à dissolventibus abstinendum quàm maximè est: si autem illa nondum adsit, antequam ægritudinis initium fiat, illis utitor. Atqui plures modi extant, quibus hujusmodi affectus dissolvi potest, neque iidem cunctis quadrant. Sed de his jam ordine dicere constituimus. Qui ergo corpus laboribus exercere consueverunt, his multò præstantissimum fuerit, ut illos paulò plures quàm pro consuetudine ineant, ipsisque affectum hunc dissolvere tentent: ab exercitiis verò sudores in balneo proritent. Porrò siquid supercalefactione exiccatum est, tum pluribus lavacris uti, hisque omnibus peractis, in multa quiete longo tempore nullas oblationes assumentem degere, consuetum est. Illo enim tempore repletio summopere sustollit, præsertimque si post exercitia & lavacra quis longo temporis spatio nulla oblatione utatur, quiescatque postea aliquandiu. Prandium verò subtrahendum est, sed & cœna minor solito assumenda. Tum qui offeruntur cibi, nutrimento ferè careant, veluti sunt olera pleraque, tam cruda, quam cocta, cucurbitæque, ac cucumeres, peponesque teneri, & ficus recentes, legumina item cum oleribus cocta: panis quoque omni vitio careat. Nam sic universa talia partim alvum lubricam reddent, partim nutrimenta, quæ ex illis fiunt, neque copiosa neque fortia efficient. Verùm à carnibus piscibusque, ac omnibus rebus cum lacte, chondroque & amylo elixatis, & cæteris id genus alimentis dicto tempore abstinendum, vel prorsus paucis utendum. Huic autem victus rationi diligenter ob id insistendum, quò repletio jam consistens, securè sustollatur. Cæterùm qui corpus laboribus exercere non sunt assueti, hîc plura exercitia commodum non est injungere: quanquam hæc alioqui, prout plurima alia, evacuationes tutas faciant. Præterea verò quicunque ad vomendum propensi sunt, ut à cœna vomitiones instituant, omnibus communiter utile est. Ne autem ad aliquid aliud minus idonei fiant, vomitus ab oblatione non multum temporis intercedat; sic enim cibi adhuc in superioribus partibus existentes faciliùs evomentur: proindeque alimenta, quæ ex ipsis cibis generantur, non multò ante vomitionem distributa sint. Ad hæc postero die lavacra sudoresque provocare oportet. Quin etiam evacuato jam corpore, atque repletione restaurationem nacta, paulò pòst ad consueta redeundum.* His ergo verbis Erasistratus clarè per omnia indicavit, quod ad repletionis affectum

A σεις, ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων τε καὶ σιτίων. γίγνονται γὰρ ὡς τὸ πολὺ αἱ τοὺς πυρετοὺς ποιοῦσαι τῶν φλεγμονῶν διὰ πληθώρας. διδομένων οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς προσφορῶν, καὶ πέψεως καὶ ἀναδόσεως, τὰς κατ' αὐτὰς ἐνεργείας ἀποδιδουσῶν πληρουμένων ἀγγείων τῆς τροφῆς, ἐπιπλέον τε καὶ ἰσχυροτέρας συμβήσεται τὰς φλεγμονὰς γίνεσθαι. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ σαφῶς ὁ Ερασίστρατος ἔγραψέ τε τὸ τῆς πληθώρας ὄνομα, καὶ θεραπείαν αὐτῆς διδάσκων, ἀσιτίας μὲν ἐμνημόνευσε, φλεβοτομίαν δὲ ἐσιώπησε. ὥστε καὶ, τετράκις
B ἐψεύσω, βέλτιστε, πρὸς τὸν Ερασιστράτειον ἔφην, ἐπεὶ φαίνεται καὶ θεραπείας πληθώρας ὁ Ερασίστρατος γράψας. οὕτω δὲ κἂν τῷ προτέρῳ τῶν ὑγιεινῶν, μετὰ τὸ προειπεῖν ὅπως ἄν τις γνωρίζοι πληθώρας ἐφεξῆς ἰάματα γράφων, πάντων μᾶλλον ἢ φλεβοτομίας ἐμνημόνευσεν. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε· μεγίστην δὲ ἔχει ἐπίστασιν εἰς ὑγείας φυλακὴν, ὡς ἔμπροσθεν συμβαίνειν εἰωθυῖαν τὸ γνῶναί τε καὶ φυλάξασθαι δυνάσθαι τὴν κατὰ πληθώραν διάθεσιν· δι' ὧν μὴ δεῖ μάλιστα μὲν ἀρχομένης αὐτῆς διαλύειν· εἰ δὲ μὴ προ-
C σελθούσης πρὸ τοῦ ἀρχὴν ἀῤῥωστίας ποιῆσαι. πλείους δὲ τρόποι τοῦ διαλύειν τὴν τοιαύτην διάθεσιν εἰσὶν, καὶ οὐχ οἱ αὐτοὶ πᾶσιν ἁρμόζουσιν· περὶ ὧν ἂν ἐφεξῆς εἴη τοῦ λέγειν. τοῖς μὲν οὖν εἰθισμένοις διαπονεῖν τῶν σωμάτων κράτιστον ἂν εἴη, τοὺς συνήθεις πόνους μικρῷ πλείους ποιοῦνται διαλύειν πειρᾶσθαι τὴν τοιαύτην διάθεσιν, μετὰ δὲ τὰ γυμνάσια ἱδρῶτάς τε ἐν βαλανείῳ ἐκκρίνειν, ἢ διὰ πυριάσεως ἐξικμάσθαι συνήθεις καὶ λουτροῖς πλείοσι χρῆσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἐν ἡσυχίᾳ πλείονι γίνεσθαι πλείω χρόνον μηδὲν προσφερόμενον. οὗτος γὰρ καιρὸς μάλιστα συναιρεῖ
ratione provenit, interim ob humores calidos, aut frigidos, interim verò ob solam intemperiem. Cæterùm quæ membratim accidunt caliditates, aut frigiditates eas, quæ parti quidem affectæ vicinæ sunt, unà alterant, at in totum extendi corpus priusquam cor mutent, nequeunt. Eundem in modum, & cordis corpus duplici modo alterari ostensum est, aut per intemperiem, aut propter humores calidos, vel frigidos, aut ob alicujus horum inopiam. Porrò humores calidos frigidosque fieri demonstravimus pro cibi potusque modo, & ob pleniorem corporis animique tum motum, tum quietem. Cæterùm quemadmodum in ventre frequenter pravæ fiunt coctiones, iis quæ assumpta sunt, in pituitam aut bilem conversis, aliamve præter naturam corruptionem perpessis, aut crudis, & alterationis expertibus plurimo tempore manentibus, & in flatum versis: ita ubi sanguinis fraudamur generatione, humorum in arteriis venisque affectiones proportione respondebunt iis, quæ à frustrata in ventre concoctione proveniebant. Quoniam autem calida simul humidaque omnia celerrimè putrescere apparent, & præcipuè si in locis calidis sint; consequitur necessariò, quod ex ventre distribuitur nutrimentum, quando à natura non superatur, inque sanguinis boni generationem non convertitur, aliàs aliam perpeti putredinem. Atqui quum, quæ ex materia calida putrescunt, calidiore etiam evadant, calidior quoque erit proinde sanguis putrescens. Hic autem ubi calidior fuerit, calidior quoque sensibiliter pars in qua putrescit, evadet. Porrò autem, quoniam à notabiliter calidis unà, quæ vicina sunt, incalescunt, unà quoque cum sic affectis partibus, quæ circumquaque ulteriùs sunt, incalescent, idque calore acri, ac mordaci: ejusmodi enim est qui à putredine proficiscitur. Ergo si pars, quæ hoc pacto incaluit, insignis sit, & calorem suum in eo protendere valeat, sive quòd vicina ipsi sit, sive quòd ex principalibus, sive quòd calida, unà & ipsum accendet, ut quod naturâ calidissimum sit. Quòd si semel illud accensum fuerit, facilè totum ipsius jam corpus simul excalfiet, quemadmodum ab ingenti in foco flamma, quæ illam continet domus. Vocant autem id pathema Græci quidem πυρετὸν, *Latini verò febrem.* Sed & nonnunquam priusquam putrescere incipiat sanguinis multitudo, in partem aliquam confertim decumbens, aut prorsum eam extinxit, ut actio interiret, aut certè non contemnendam noxam inflixit. Nam hoc pacto apoplexiæ proveniunt multo nimirum sanguine in principium animantis confertim incumbente. Nam ubi in aliam partem præceps ruit, tumorem inibi præter naturam efficit: ex hoc genere est phlegmone. At ubi crassior est, melancholiæque magis naturam refert, qui decubuit sanguis, scirrhosus tumor efficitur: sicut si pituitosior sit fluxio, laxus: sin biliosa, erysipelas existit. Discriminata hæc ad unguem habes in iis, quæ modò recensuimus, operibus. Nunc autem, ut dixi, quæ sunt demonstrata, hypothesium loco, hoc in sermone assumens, consequentem illis esse sermonem de venæ sectione demonstro. Igitur quum plenitudo duplex sit (optimum enim fuerit hinc auspicari) & ea, quæ ad vires refertur, facilè in putredinem perveniat, atque etiam interdum in partes quasdam ingruens, inibi tumores præter

τρόπῳ, ποτὲ μὲν ἐπὶ χυμοῖς θερμοῖς, ἢ ψυχροῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ δυσκρασίαν μόνην. ἀλλ' αἱ μορικαὶ θερμότητες καὶ ψύξεις, ὅσαι μὲν ἐγγύς εἰσι τῷ πεπονθότι μορίῳ, συμμεταβάλλουσιν, εἰς ὅλον δ' οὐκ ἐκτείνονται τὸ σῶμα πρὶν τὴν καρδίαν ἀλλοιῶσαι, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπεδείχθη καὶ τὸ σῶμα τῆς καρδίας ἀλλοιούμενον, διττῶς, ἤτοι κατὰ δυσκρασίαν, ἢ διὰ χυμοὺς θερμοὺς ἢ ψυχρούς, ἢ δι' ἔνδειαν τινὸς αὐτῶν. οἱ χυμοὶ δὲ ἐδείχθησαν θερμοὶ καὶ ψυχροὶ γινόμενοι διά τε τὸ ποσὸν τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, καὶ δι' ἡσυχίας τε καὶ κινήσεις σώματός τε καὶ ψυχῆς πλείους. ὥσπερ δὲ ἐν τῇ γαστρὶ πολλάκις αἱ πέψεις γίνονται μοχθηραί, φλεγματωδεστέρων, ἢ χολωδεστέρων ἀποτελουμένων τῶν ληφθέντων, ἢ τινα παρὰ φύσιν ἑτέραν διαφθορὰν ἰσχόντων ἢ ὠμῶν καὶ ἀμεταβλήτων ἄχρι πλείστου μενόντων καὶ πνευματουμένων. οὕτω καὶ κατὰ τὴν τοῦ αἵματος γένεσιν ἀποτυγχανομένων, ἀνάλογοι ταῖς ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἀποτυχίαις τῆς πέψεως, ἔσονται κατ' αὐτὰς τὰς ἀρτηρίας τε καὶ τὰς φλέβας κατὰ τοὺς χυμοὺς διαθέσεις. ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ θερμὰ καὶ ὑγρὰ φαίνεται τάχιστα σηπόμενα καὶ μάλισθ' ὅταν ἐν θερμοῖς ᾖ χωρίοις, ἀναγκαῖον ἔσται καὶ τὴν ἐκ τῆς κοιλίας ἀναδιδομένην τροφήν, ὅταν μὴ κρατῆται καὶ μεταβάλληται πρὸς τῆς φύσεως εἰς γένεσιν αἵματος χρηστοῦ, σηπεδόνας ἴσχειν ἄλλοτε ἀλλοίας. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐξ ὕλης θερμοῦ σηπομένοις συμβαίνει γίνεσθαι θερμοτέροις, διὰ τοῦτο θερμότερον ἔσται τὸ σηπόμενον αἷμα. τούτου δὲ θερμοτέρου γινομένου καὶ τὸ μόριον ἐν ᾧ σήπεται θερμότερον αἰσθητῶς ἔσται. ἐπεὶ δ' ὑπὸ τῶν αἰσθητῶς θερμῶν, τὰ πλησιάζοντα συνθερμαίνεται, συνθερμανθήσεται τοῖς οὕτω διακειμένοις μορίοις τὰ πέριξ ἅπαντα, δακνώδης καὶ δριμεῖα δηλονότι θερμασία, τοιαύτη γὰρ ἡ ἐκ σηπεδόνος. ἐὰν οὖν ἀξιόλογόν τε τὸ μόριον ᾖ τὸ οὕτως θερμανθέν, ἐκτείνειν τε τῆς ἑαυτοῦ θερμασίας ἐπὶ τὴν καρδίαν ἱκανόν, ἤτοι γε ὅτι πλησίον αὐτῆς ἐστιν, ἢ ὅτι κύριον, ἢ ὅτι θερμόν, συνεκπυρώσει κἀκείνην, ἅτε φύσει θερμοτάτην οὖσαν. εἰ δὲ ἅπαξ αὕτη πυρωθείη ῥᾳδίως ἤδη τὸ πᾶν αὐτῆς σῶμα συνεκθερμανθήσεται· καθάπερ τινὸς ἑστίας, φλόγα πολλὴν ἐχούσης, ὁ περιέχων αὐτὴν οἶκος. ὀνομάζουσι δὲ τὸ τοιοῦτον πάθημα τοῦ σώματος οἱ Ἕλληνες πυρετόν, ἐνίοτε δὲ πρὶν ἄρχεσθαι σήπεσθαι τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος, ἐπί τι μόριον ἀθρόως ἀφικόμενον, ἤτοι τελέως ἐνέκρωσεν, ὥστε διαφθεῖραι τὴν ἐνέργειαν, ἢ βλάβην ἀξιόλογον ἐνεγκεῖν. αἱ γοῦν ἀποπληξίαι, κατὰ τοῦτον γίνεται τὸν τρόπον, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ζώου ῥυέντος ἀθρόως αἵματος πολλοῦ. ὡς ὅταν γ' εἰς ἄλλο τι κατασκήψῃ μόριον, ὄγκον ἐν τούτῳ παρὰ φύσιν ἐργάζεται. ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶ καὶ ἡ φλεγμονή. ὅταν δὲ παχύτερόν τε καὶ μελαγχολικώτερον ᾖ τὸ κατασκῆψαν αἷμα, σκιρρώδης ὁ ὄγκος γίνεται. καθάπερ γε καὶ χαῦνος ὅταν ᾖ φλεγματικώτερον τὸ ῥεῦμα, χολώδους δὲ ὄντος, ἐρυσίπελας ἀποτελεῖται. διῃρισμένα δ' ἀκριβῶς ἔχεις ἅπαντα ταῦτα, κατὰ τὰς προειρημένας ἄρτι πραγματείας, ἀλλὰ νῦν γ' ὡς ἔφην, ὑποθέσεις τῷ παρόντι λόγῳ τὰ δεδειγμένα ποιούμενος, ἀκολούθως αὐτοῖς τὸν περὶ τῆς φλεβοτομίας ἐπιδείκνυμι λόγον. ὄντος οὖν πλήθους διττοῦ, κάλλιστον γὰρ ἐντεῦθεν ἄρξασθαι, καὶ τοῦ μὲν ὡς πρὸς τὴν δύναμιν εἰς σηπεδόνα τε ῥᾳδίως ἀφικνουμένου, καὶ μέντοι γε καὶ κατασκήπτοντος ἐνίοτε εἰς μόριά τινα, κἀν τούτοις ἐργαζομένου τοὺς παρὰ

φύσιν οἴκοις, ἑτέρου δὲ τοῦ κατὰ τὸ καλούμενον ἔγχυμα, κατασκήπτοντος μὲν καὶ τούτου πολλάκις εἰς μόρια, καὶ φλεγμαίνοντος οἴκοις, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀποπληξίας, καὶ τὰς ῥήξεις τῶν φλεβῶν ἐργαζομένου, πειρᾶσθαι χρὴ κενοῦν αὐτὸ διὰ τάχιων, πρὶν ἄρξασθαί τι μέγα κακὸν ἐργάσασθαι περὶ τὸν ἄνθρωπον. εἴρηται δ' ἐπὶ πλεῖον ὅπως τε χρὴ διαγινώσκειν ἄμφω τὰ πάθη, καὶ ὅπως ἰᾶσθαι, κατὰ τὴν τῶν ὑγιεινῶν πραγματείαν, ὥσπερ γε κἀπειδὰν ἤτοι πυρετὸς ἢ αἵματος ἀναγωγὴ γένηται διὰ πλῆθος, ἤτοι τῶν ἀποπληκτικῶν ἀρρωστημάτων, ὅπως χρὴ καὶ τοῦτο θεραπεύειν, ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν εἴρηται, διὸ καὶ περιττὸν ἡγοῦμαι πάλιν ὑπὲρ τῶν συγγράφειν. εἰ μὲν γὰρ ὡσαύτως καὶ ἐν ἐκείναις ταῖς πραγματείαις ἔγραψα, κἀνταῦθα γράφοιμι, δὶς περὶ τῶν αὐτῶν ἀναγκασθήσομαι διέρχεσθαι. καὶ διὰ ταῦτα μακρὸν ἀποτείνειν τὸν λόγον. εἰ δ' ἐπὶ τὸ συντομώτερον ἄγοιμι τὸν λόγον, κινδυνεύσω παθεῖν δυοῖν θάτερον, ἢ ἀσαφές τι διὰ τὴν βραχυλογίαν εἰπεῖν, ἢ διορισμόν τινα τῶν χρησίμων παραλιπεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ μὴ κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν ἧκον ἐπὶ τὸν λόγον τοῦτον, εἴ τι γίγνοιτο τῶν εἰρημένων τούτων ἐν αὐτῷ σφάλμα, τὴν αἰτίαν οἱ ἀξιώσαντες ἕξουσιν. ὥσπερ γε καὶ εἰ κατορθεῖν, καὶ φανείη χρήσιμος, ἀποστήσομαι τὸν ἔπαινον ἐκείνοις.

naturam excitet: & altera quoque, quæ κατὰ τὸ ἔγχυμα appellatur, sæpe in partes decumbat, ac tumores creet, immo & apoplexias, & ruptiones venarum moliatur: eam celeriter evacuare tentandum, priusquam magnum aliquod malum in homine admittat. Porrò fusissimè expositum est in Tuendæ valetudinis volumine, quo pacto utranque affectionem & agnoscere, & sanare oporteat: sicut ubi febris, aut sanguinis rejectio præ plenitudine invasit, aut apoplecticarum infirmitatum aliqua, quomodo & illas curare oporteat, in Curandi methodo diximus. Quare de his nunc conscribere supervacaneum censeo. Nam si perinde ut illis tractatibus scripsi, ita & hîc scribam, bis eadem de re verba facere cogar, ac propterea in longum etiam sermonem extendere. Sin in compendium sermonem hunc contraham, duorum alterum subibo periculum, aut ut ob brevitatem obscurus fiam, aut distinctionem aliquam utilem præteream. Verùm quoniam haud mea voluntate hunc aggressus sum sermonem, si quod dictorum peccatum eveniat, ipsi culpam ferent, qui auctores fuerunt, ut hoc onus susciperem: sicut si rectè atque ex sententia accidat, utilisque appareat, laudem illis omnem cedo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Τίνες σκοποὶ ἐν τῷ νῷ χρὴ ἔχειν, καὶ τίσι σημείοις ἀναγκαῖόν ἐστι φλεβοτομεῖν.

Ἤδη δὲ αὖθις ἀρχὴ γιγνέσθω τῷ λόγῳ. τοῖς μὲν τὰ συνήθη πράττουσιν ἤτοι δὲ τὸ κύριον τι μόριον καὶ σύμπαν τὸ σῶμα βαρυνομένοις ἢ τεινομένοις, ἀναγκαία μέν ἐστιν ἡ κένωσις. εἰ δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν μήτε παῖδες εἶεν ἔτι, μήτε ἤδη γέροντες, ἐπισκέπτου περὶ φλεβοτομίας, ἀποβλέπων, μάλιστα μὲν εἰς τοὺς προτέρους σκοποὺς, τοὺς δὲ, τήν τε ποσότητα τοῦ πλήθους, καὶ τὴν ποιότητα, καὶ τὴν τῆς δυνάμεως ῥώμην, ἢ ἀρρωστίαν, ἐφεξῆς δὲ τὴν φυσικὴν ἕξιν ὅλου τοῦ σώματος, ὥραν τε καὶ χώραν, καὶ τὸν προγεγενημένον βίον, εἰ πλῆθος ἐδεσμάτων καὶ πομάτων καὶ μάλιστα πολυτρόφων ὁ οὕτως ἔχων προσενήνοχεν. τὸ ἔθος τε καὶ παρὰ τὸ ἔθος, κινήσεις τέ τινας ἐκινήθη, ἐκκρίσεις τέ τινας ἔσχεν, ἢ ἐπεσχέθη παρὰ τὸ ἔθος, ἐπὶ δὲ τούτοις ἅπασι, πότερον ἰσχνότερος ἢ παχύτερος ἐγένετο. ἡ μὲν δὴ τοῦ πλήθους ἑκατέρου ποσότης, ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν ἰδίων δειχθήσεται σημείων. εἰς ὅσον γὰρ ἑαυτοῦ βαρύτερος ὁ ἄνθρωπος εἶναι δοκεῖ, πρόδηλον ὅτι καὶ τὸ πρὸς τὴν δύναμιν πλῆθος, εἰς τοσοῦτον ηὔξηται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον εἰς ὅσον ἡ τονώδης αἴσθησις ηὔξηται κατὰ τοσοῦτον καὶ τὸ ἕτερον πλῆθος ὃ καλεῖσθαι πρός τινων ἔφην κατὰ τὸ ἔγχυμα. τὴν ποιότητα δ' ἐφ' ἑκατέρου τοῦ πλήθους ἔκ τε τοῦ χρώματος διαγνώσῃ, μεμνημένος ὅτι τὸ χρῶμα, χυμῶν ἐστὶν, ἐπειδὰν μετρίως ἔχῃ θερμότητος λεῖπον σῶμα φύσει. τοῖς μὲν γὰρ ψυχροτέροις ψυχροτέρα τοῦ παντὸς σώματος ἡ αἴσθησις ἕπεται, τοῖς δὲ θερμοτέροις θερμοτέρα, καὶ μὲν κατὰ τὰς φλέβας ἠθροισμένοις χυμοῖς, ὄγκος καὶ διάτασις τῶν ἀγγείων. τοῖς δ' ἐν τῇ σαρκὶ, κατ' ἐκείνην ἡ αἴσθησις ἤτοι τοῦ βάρους, ἢ τῆς τάσεως, ὥσπερ γε καὶ θερμότητος. αἱ δὲ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων, ἀρρωστίαι τε καὶ ῥῶμαι, ταῖς οἰκείαις ἐνεργείαις ἐδείχθησαν κρινό-

CAPUT VI.

Qui scopi in mente habendi. Quibusve indiciis discernendi, ut sanguinem mittamus.

Rursus ergo orationi sumatur principium. Qui res consuetas adhuc factitant, sed princeps illis pars aliqua, aut totum corpus gravatur, tenditurve, iis necessaria est evacuatio. Porrò si ætate nec puerili sint, nec senili, de secanda vena consilium inito, præ oculis habens principales hosce scopos, nempe plenitudinis, tum quantitatem, tum qualitatem, & virium robur, atque infirmitatem: deinde naturalem totius corporis habitum, tempusque, & regionem, vitamque anteactam, tum an cibi potusque copia, & præcipuè affatim nutrientium, qui sic affectus est, sit usus, ad hæc consuetudinem, & res præter consuetudinem actas, quosque motus exercuerit, quas excretiones habuerit, aut præter solitum compescuerit: ad omnia autem hæc num gracilior, aut crassior evaserit. Sanè utriusque plenitudinis quantitas ex propriorum signorum magnitudine definietur. Quantò enim gravior sibi homo videtur, tantùm & plenitudinem quo ad vires crevisse constat. Ad eundem modum quantùm auctus fuerit tensionis sensus, tantùm & alteram inauctam plenitudinem, quam à quibusdam κατὰ τὸ ἔγχυμα, vocari diximus. At utriusque plenitudinis qualitatem partim ex coloribus agnosces (memor colorem humorum esse, siquidem modicè à colore, frigoreque externo affectum totum corpus fuerit) partim ex iis, quæ humorum naturæ conjuncta sunt. Etenim calidiores calidior totius corporis sensus sequitur, frigidiores verò frigidior: tum eos qui in venis quidem acervantur humores, tumor, vasorumque distensio: qui verò in carne, sensus in ea, aut gravitatis, aut tensionis, sicut certè, & caliditatis. Porrò dispensantium nos facultatum infirmitatem, ac robur propriis indicari functio-

nibus ostendimus: arbitrariis quidem, ea quæ in nervis, & horum principio cerebro: pulsativis autem, ea, quæ in arteriis, & corde: at à functione, quæ in bona editur nutritione, aut nutritione abolita, tum colore bono, aut malo, tertia facultas, nempe nutrix, quam à jecore proficisci demonstravimus, agnitionem sortita est. Ubi ergo extantibus plenitudinis signis valentes facultates fuerint, venam incides, videlicet si tensiva quidem sit affectio, nullo discrimine magisque etiam in phlegmonode: sin infesta sit degravans plenitudo, haud semper sanguinis molienda detractio est: fieri enim potest, ut crudus per corpus collectus sit succus. In quo advertendum diligenter est, quantùm valeat, robustaque sit virtus, & quantùm humor ipse sit refrigeratus: nam exoluta ab id genus affectibus virtus, adhibita sanguinis missione, in extremum malum recidere solet, ut nequaquam postea restitui possit. Quod ubi evenit, periculum non leve consequitur, potissimum si febris accedat statu æstivo, stomachoque malè affecto, aut toto adeo corpore natura molli, & temperie humido: ejusmodi enim hominibus multa accidit per halitum digestio, repentinaque syncopa, etiam si febris haud magna invadat. Si verò horum nihil sit, cæterum hyems fuerit, regiove natura frigida, tum natura quoque hominis frigidior, iis per sanguinis missionem, & totum corpus graviter refrigeratur, & accidunt nonnulla, quæ ad gravem sequuntur refrigerationem, symptomata. Quocirca qui sic affecti sunt, eos sanguinis missione vacuare non convenit, sed frictionibus, mediocriterque excalfacientibus unctionibus, tum potionibus humorum crassitudinem incidentibus, ac modicè calfacientibus. Nam quæ valenter calfaciunt, nimis subitò vires dejiciunt, ut in reliquam curationem non sufficiant: sæpe etiam febrem auxere: itaque & inde viribus noxa obvenit. Quapropter humorum incidentes crassitudinem, tum cibi, tum potus mediocris sunto in excalfaciendo facultatis.

A μένας, προαιρετικὰς μὲν, κατὰ τὰ νεῦρα, καὶ τὴν τούτων ἀρχὴν τὸν ἐγκέφαλον. τὰς δὲ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς, κατὰ τὰς ἀρτηρίας τε καὶ τὴν καρδίαν, τῇ δὲ κατ' εὐτροφίαν τε, καὶ ἀτροφίαν εὐχροίαν τε καὶ ἀχροίαν, ἡ τρίτη δύναμις ἡ θρεπτικὴ, ἣν ἐξ ἥπατος ὁρμᾶσθαι ἐδείκνυεν, τὴν διάγνωσιν ἐλάμβανεν. ὅταν οὖν ἐπὶ τοῖς τοῦ πλήθους σημείοις αἱ δυνάμεις ἐῤῥωμέναι τυγχάνουσιν οὖσαι, φλεβοτομήσεις δηλονότι, κατὰ μὲν τὴν τονώδη διάθεσιν, οὐδὲν ἐπιδιαιρούμενος, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπὶ δὲ κατὰ τὴν φλεγμονώδη. B τοῦ δὲ βαρύνοντος πλήθους ἐνοχλοῦντος, οὐ πάντως αἵματος ἀφαιρετέον. ἐνδέχεται γὰρ ὠμὸν ἠθροῖσθαι κατὰ τὸ σῶμα χυμὸν, ἐφ' οὗ προσέχειν ἀκριβῶς χρὴ, μέχρι πόσου μὲν ἡ δύναμις ἔῤῥωται, μέχρι δὲ πόσου αὐτὸς ὁ χυμὸς ἔψυκται. προκαταλυθεῖσα γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων διαθέσεων ἡ δύναμις ἐν ταῖς φλεβοτομίαις, εἴωθε καταπίπτειν ἐς ἔσχατον, ὡς μηκέτ' αὐτὴν ἀνακτήσασθαι δυνηθῆναι. τούτου δὲ γινομένου, κίνδυνος οὐ σμικρὸς ἕπεται, μάλιστα δ' ὅταν ἐπιπέσῃ πυρετὸς ἐν καταστάσει θερινῇ, στομάχου μοχθηρῶς ἔχοντος, ἢ τοῦ σώματος ὅλου, μαλακοῦ C τε φύσει καὶ ὑγροῦ τὴν κρᾶσιν ὄντος. διαφοροῦνται γὰρ οἱ τοιοῦτοι, συγκόπτονταί τε τάχιστα κἂν μὴ μέγας αὖθις ἐπιπέσῃ πυρετός. εἰ δὲ μηδὲν εἴη τούτων, ἀλλ' ὁ χειμὼν ἢ τὸ χωρίον ὑπάρχει φύσει ψυχρὸν, ἥτε φύσις τοῦ ἀνθρώπου ψυχροτέρα, καταψύχονταί τε δεινῶς ὅλον τὸ σῶμα φλεβοτομηθέντες, ἐμπίπτει τέ τινα τῶν διὰ κατάψυξιν ἰσχυρὰν ἐπομένων συμπτωμάτων. τοὺς οὕτω διακειμένους οὐ προσήκει διὰ φλεβοτομίας κενοῦν, ἀλλὰ τρίψεσί τε καὶ χρίσμασι μετρίως θερμαίνουσι, καὶ πόμασι τέμνουσι τὸ πάχος τῶν χυμῶν, καὶ θερμαίνουσι μετρίως. D ὅσα γὰρ σφοδρῶς θερμαίνει, καταλύει τὴν δύναμιν ἀθροώτερον, ὡς μηκέτι ἐξαρκεῖν τῇ θεραπείᾳ. πολλάκις δὲ καὶ τὸν πυρετὸν συνήυξησεν, ὥστε κἀντεῦθεν βλάβην γίνεσθαι τῇ δυνάμει. διὸ δὲ τῶν τεμνόντων τὸ πάχος χυμῶν, ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων ἡ κατὰ τὸ θερμαίνειν δύναμις ἔστω μετρία.

CAPUT VII.

Quibus morbis præcavendis Veris tempore, vel venæ sectio, vel purgatio conveniat.

Porrò qui sanguine ex pectore rejecto in præsens quidem curati, cæterùm eam sortiti sunt corporis structuram in thoracis pulmonisque partibus, ut vel pauculo plus collecto sanguine protinus, aut vasis alicujus osculum reseretur, aut ipsum rumpatur: iis etiam si nullum in corpore etiam dum symptoma extiterit, ineunte tamen Vere sanguinem mittere oportet. Similiter qui promptè morbum comitialem, aut apoplexiam incurrunt. Ad eundem modum, si aliorum morborum cuipiam obnoxium esse hominem cognoverimus, puta peripneumoniæ, pleuritidi, anginæ, committendum non est, ut expectemus dum aliquod evidens plenitudinis symptoma appareat, sed antè vertere sanguinis detractione præstat. Eodem modo quibus hæmorrhoïdes retentæ sunt, potissimum si naturâ sint atrabilaria. Quique quotannis Æstate plethoricis morbis corripi assolent, & hos quoque Veris initio vacuare expedit. Eadem ratione, & qui ipso etiam Vere illiusmodi

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Τῇ νοσημάτων προφυλάξει, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἦρος ἡ φλεβοτομία, ἢ κάθαρσις ὠφελεῖ.

E

Ὅσοι δὲ αἷμα πτύσαντες, ἐθεραπεύθησαν μὲν τὰ παραυτίκα, τοιαύτην δὲ ἔχουσι κατασκευὴν ἐν τοῖς κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονα μορίοις, ὡς εἰ βραχὺ πλέον ἀθροισθῇ θέλοι τὸ αἷμα. πάλιν αὖθις ἤτοι γ' ἀναστομωθῆναί τι τῶν ἀγγείων ἢ ῥαγῆναι, τούτους εἰ καὶ μηδὲν εἴη κατὰ τὸ σῶμα μηδέπω σύμπτωμα, φλεβοτομεῖν χρὴ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἦρος. ὡσαύτως δὲ F καὶ τοὺς εἰς ἐπιληπτικὰ πάθη ῥᾳδίως ἐμπίπτοντας, ἢ ἀποπληκτικούς. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἰ καί τισι τῶν ἄλλων νοσημάτων εὐάλωτον εἰδείημεν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, οἷον ἤτοι περιπνευμονικοῖς, ἢ πλευριτικοῖς, ἢ συναγχικοῖς, ἄμεινον φθάνειν φλεβοτομοῦντας μὴ περιμένοντας φανῆναί τι σύμπτωμα πλήθους ἐναργές. ὡσαύτως δὲ καὶ οἷς αἱμοῤῥοΐδες ἐπέχονται, καὶ μάλιστα εἰ μελαγχολικώτεροι φαίνονται. καὶ ὅσοι δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐν θέρει νοσοῦσι νοσήματα πληθωρικὰ, καὶ τούτους χρὴ κενοῦν εἰσβάλλοντος ἦρος. ὡσαύτως καὶ ὅσοι κατ' αὐτὸ τὸ ἔαρ

ἁλίσκονται τοῖς τοιούτοις. ἔνιοι ὀφθαλμοὺς ἔχοντες ἀσθενεῖς, ἢ τοῖς ὀνομαζομένοις σκοτωματικοῖς πάθεσιν εὐάλωτοι, καὶ αὐτοὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἦρος δέονται κενοῦσθαι, προδιασκεψαμένων ἡμῶν, ὁποῖον τι τὸ ἀθροιζόμενον αὐτοῖς εἴη. τινὲς μὲν γὰρ τὸν πικρόχολον ἀθροίζουσι χυμὸν πλέονα τῶν ἄλλων. τινὲς τὸν μελαγχολικὸν, ἢ φλεγματικὸν, ἔνιοι δὲ ὁμοτίμως ἅπαντας, ἐφ᾽ ὧν αἷμα πλεονάζειν λέγεται. τούτοις οὖν ἅπασι κενώσεις, ὥσπερ καὶ τοὺς ποδαγρικούς τε καὶ ἀρθριτικοὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ ἦρος, ἀλλ᾽ ἤτοι φαρμακειῶν, ἢ φλεβοτομιῶν. ἐγὼ γοῦν πολλοὺς ἐτῶν ἤδη τριῶν καὶ τεττάρων ἐνοχλουμένους ἐκ διαλειμμάτων ἀλγήμασι ποδῶν ἰασάμην, ἤτοι καθαίρων τὸν πλεονάζοντα χυμὸν ἐν ἀρχῇ τοῦ ἦρος, ἢ αἵματος ἀφαιρῶν. εὔδηλον δ᾽ ὅτι καὶ μέτριοι τινὲς, οἱ τοιοῦτοι κατὰ τὴν ὅλην εἰσὶ δίαιταν, ὡς τούς γε ἀκολάστους οἰνόφλυγάς τε καὶ γαστριμάργους οὐδὲν ὀνήσεις μέγα, φαρμακεύων ἢ φλεβοτομῶν. ἀθροίζουσι γὰρ ἐν τάχει πλῆθος ὠμῶν χυμῶν, ἀκολάστως διαιτώμενοι. τούτοις μὲν οὐδὲ ἐπιχειρεῖν χρὴ θεραπεύειν, ὅπη δ᾽ εὐπειθεῖς εἰσὶν, ὀνήσεις αὐτοὺς μέγιστα κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἦρος, προκενώσας μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δ᾽ ἐπὶ γυμνάσια καὶ δίαιταν ὑγιεινὴν ἀναγαγών. ἃ δ᾽ ἐπὶ τούτων εἴρηκα, ταῦτά σοι νόμιζε καὶ περὶ πάντων εἰρῆσθαι τῶν ἐπιτηδείων ἁλίσκεσθαι πάθεσιν, οἷς ἀρτίως εἶπον, οἷ ἐπιληπτικοῖς, ἢ ἀποπληκτικοῖς, ἢ σκοτωματικοῖς, ἢ αἱμοπτοϊκοῖς, ἢ μελαγχολικοῖς.

A malis vexantur. Sunt autem quidam oculis imbecillioribus, aut scotomaticis, quas vocant, hoc est vertiginosis obnoxii passionibus, qui & ipsi principio veris inaniri poscunt. Sed illud priùs videndum, quid sit, quod in illis acervetur. Siquidem nonnullis amara bilis succus plus cæteris colligitur: quibusdam bilis atræ, aut pituitæ: aliis ex æquo omnes, in quibus sanguis abundare dicitur. Hos ergo omnes vacuabis. Sicut etiam podagricos, & arthriticos Veris principio, exhibito videlicet, aut medicamento purgante, aut sanguinis diminutione. B Equidem complures ipse sanavi, qui tribus quatuorve annis per intervalla pedum laborassent doloribus, exundante humore Veris initio expurgato, aut sanguine diminuto. Cæterùm id neminem latere puto, illos in omni deinceps victus vitæque ratione agere moderatos. Nam intemperantes, vinososque ac ventri gulæque deditos, neque purgatione, neque sanguinis missione magnopere adjuveris, nam per vitæ intemperantiam, crudorum humorum copiam ocyssimè colligunt: verùm his ne manum quidem admovere tentandum est. C Eis verò qui præceptis salutaribus obsequentur, summopere profueris, si principio Veris primùm quidem evacuaris: deinde autem ad exercitia, victusque rationem salubrem deinceps perduxeris. Quæ de istis dixi, hæc tibi dicta putato, & de omnibus, qui morbis iis, quos modò dicebam, capi sunt apti, nempe aut comitiali, aut apoplexia, aut vertigine, aut sanguinis rejectione, aut melancholicis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Ἐνίοτε χωρὶς τῶν τοῦ πλήθους σημείων ἀναγκαῖον εἶναι φλεβοτομεῖν· καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν ῥευματικῶν διαθέσεων.

ΟΥ μόνον δὲ πλήθους ὄντος, ἢ τοῦ πρὸς τὴν δύναμιν, ἢ τοῦ κατὰ τὸ καλούμενον ἔγχυμα, φλεβοτομία μεγάλως ὀνίνησιν, ἀλλὰ καὶ χωρὶς πλήθους ἀρχομένην φλεγμονὴν, ἤτοι διὰ πληγὴν, ἢ ὀδύνην, ἢ ἀτονίαν μορίων. ἥτε γὰρ ὀδύνη πρὸς αὑτὴν ἐπισπᾶται τὸ αἷμα, καὶ πολλάκις ἀτονία μορίων ἐργάζεται φλεγμονὴν ἄνευ τοῦ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα πλήθους. ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ὅτι τὸ ἀσθενὲς ἢ φύσει μόριον, ἑτοίμως βαρυνόμενον, εἰ καὶ βραχὺ πλεῖον ἀθροισθείη ποτὲ ἐν αὐτῷ περίττωμα. καὶ μέν τοι καὶ ὅτι δύναμιν ἔχει πᾶν μόριον, ὥσπερ ἑλκτικὴν τῶν οἰκείων, οὕτω καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικὴν, ὅτι τε διττὸν εἴη τὸ ἀλλότριον. ἕτερον μὲν τῷ ποσῷ, τῷ ποιῷ δ᾽ ἄλλο. διὸ κἂν μὴ βαρύνοιτό τι μόριον ὑπὸ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸ χυμῶν, ἴσχῃ δέ τινα περιττώματα κατὰ τὴν ποιότητα παρὰ φύσιν, ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν αὐτῶν ὁρμῶν διὰ τῶν ἐν αὐτῷ φλεβῶν, ὥσπερ δι᾽ ὀχετῶν, ἀλλ᾽ εἴθ᾽ αἷμα μοχθηρὸν εἴη τὸ ὠθούμενον, εἴτ᾽ ἄλλος χυμὸς, ἀνάγκη μὲν εἴς τι τῶν πλησίον ἀφικέσθαι μορίων αὐτόν. ἐν ἐκείνῳ δ᾽ ἢ δυοῖν θάτερον, ἢ πεφθέντα, ἢ καὶ διαφθαρέντα, μηκέτ᾽ εἰς ἄλλο μεταρρυῆναι τρίτον, ἢ μηδ᾽ ἕτερον τῶν εἰρημένων τυχόντα πάλιν ἐκ τοῦ δευτέρου μορίου μεταρρεῖν εἰς ἕτερον, εἶτ᾽ ἐξ ἐκείνου πάλιν εἰς ἄλλο. καὶ τοῦτο μὴ παύεσθαι γιγνόμενον, ἄχρις ἂν εἴς τι κατασκήψῃ τοιοῦτον, ὃ μηκέτ᾽ εἰς ἄλλο διώσασθαι δύναται τὸ

D CAPUT VIII.

Nonnunquam citra plenitudinis signa, sanguinem detrahendum esse: ac de ortu affectuum rheumaticorum.

PОrrò non solùm ubi adest plenitudo, sive ea ut ad vires sit, sive ut κατὰ τὸ ἔγχυμα, mirificè prodest venæ sectio, verùm etiam citra plenitudinem initio phlegmones, quæ aut propter ictum, aut propter dolorem, aut partium debilitatem provenit: quippe quum dolor sanguinem ad se E trahat, & sæpe & partium debilitas phlegmonem, absque ut in corpore plenitudo sit, procreet: ostensum est enim in Virtutum naturalium commentariis, infirmam natura partem promptè gravari, si vel paulò plus acervetur aliquando in ea excrementi: quinetiam quòd pars quælibet vim possideat, sicut familiarium attractricem, ita quoque alienorum excretricem: tum quòd duplex sit alienum, alterum quantitate, alterum qualitate: itaque partem quamvis, quæ licèt ab humoribus in se contentis non gravetur, tamen excrementa quædam habeat in qualitate præter F naturam, ad eorum excretionem per venas inibi sitas tanquam per cales insurgere. Porrò si quod propellitur, pravus sit sanguis, sive alius quivis succus, ad propinquam primùm veniat partem necesse est: ubi rursum duorum alterum eveniet; aut enim concoctus, aut corruptus in aliam tertiam haud transfluet: aut, si neutrum assequatur, denuò ex parte secunda in aliam labetur, atque iterùm ex illa in aliam: neque cessabit quoad in talem quampiam illabatur, quæ ampliùs ex se propellere,

propellere, quod in ipsa redundat, nequeat. Accidit autem id illis partibus, quæ vim excretricem vicinis omnibus imbecilliorem obtinent: si quidem haud etiam in illas, quæ præ virium robore non admittant, repellere, quod molestum est, valent. Nam & hoc quoque nobis in illis monstratum est commentariis, quòd non solùm pars quælibet recrementum in vicinam protrudat, verùm quod & recipiat quidem, sed contrà sæpe remittat, & contrà repellat, in sese haud admittens: quo in certamine victoria potitur validior. Quapropter partes infirmiores omnium primæ excrementitiis morbis corripiuntur. Hujusmodi quapiam ratione rheumaticos vocatos affectus provenire scito, toto videlicet corpore infirmo, quæ una est mali habitus species: principibus verò illius partibus, paulum licet insit ipsis sanguinis, gravari tamen solitis, eumque ad carnosas cutis partes protrudentibus, potissimumque ad adenas excipiendis recrementis idoneos, tum ob substantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minimè robustas habeant naturales virtutes, sicut & pinguedo. Nam quum quatuor eæ sint, ut ostensum est, prima attractrix, secunda retentrix, tertia excretrix, & quarta alteratrix, alias quidem tres imbecillimas, adenes carnesque obtinent: at unam alteratricem haud ita multò cæteris partibus minorem. Post adenes sequitur pulmo, fluxioni recipiendæ promptissimus. Nam & hic tres facultates infirmas possidet, & corpus ipsum laxum. Deinde est lien. Porrò cerebrum, aut perinde, ut illi, aut etiam plus, excipiendo fluxu est habile: cæterùm hoc illis potius est, quod constructionem habeat rejiciendis iis, quæ accepit, promptissimam: habet enim ingentes ventriculos, qui pronis meatibus evacuantur. Quibus ergo carnoso genere pulmo, lien, ac cerebrum, naturâ robustiora sunt, in iis ad adenas, & carnes fluxiones perveniunt, ubi totus nimirum habitus infirmus fuerit, velut in rheumaticis affectibus accidere solet. Meritò ergo his curandis scopus est, non evacuatio, sed corporis totius roboratio, quanquam tamen curationis initium illis à misso oriatur sanguine: ac si excrementa pravam etiam qualitatem habuerint, unà adhibeatur purgatio: in quibus maximè corporibus neutrius proprium expectandum plenitudinis symptoma est, puta gravitas quidem ejus, quæ ut ad vires est, tensio verò ejus, quæ ut κατὰ τὸ ἔγχυμα. Eadem ratione in iis quibus pars quæpiam graviter icta est, aut utcunque aliter incipientem habet phlegmonem, eam si magnam fore suspicamur, curationem ab inanitione auspicamur, aut purgatorio medicamine exhibito, aut vena incisa, prout nimirum alterum altero magis convenire judicamus.

CAPUT IX.

Quinam scopi sanguinis detrahendi, ipsius detractionem, aut quantitatem dicantur indicare.

Rectè ergo admonemur in iis, quæ adjecta sunt libro De victus ratione acutorum, sanguinem mittere, si magnus sit morbus, & æger florenti sit ætate, roburque adsit. Perperamque Menodotus in sola syndrome plethorica servari

πλεονάζον ἐν ἑαυτῷ. συμβαίνει δὲ τοῦτο τῶν μορίων ἐκείνοις ὅσα τὴν ἀποκριτικὴν δύναμιν ἀσθενεστέραν ἔχει τῶν πλησιαζόντων ἁπάντων. οὐκέτι γὰρ ἀπώσασθαι τὸ λυποῦν εἰς ἐκεῖνα δύναται τὰ μὴ παραδεχόμενα, διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς ἰσχύν. ἐδείχθη γοῦν καὶ τοῦτο ἡμῖν δι' ἐκείνων τῶν ὑπομνημάτων ὡς οὐ μόνον ὠθεῖ τὸ περιττὸν ἕκαστον τῶν μορίων εἰς τὸ πλησιάζον, ἀλλὰ καὶ ὅτι δέχεται μὲν, πολλάκις δ' ἀντιπέμπει, καὶ ἀντωθεῖ μὴ παραδεχόμενον εἰς ἑαυτά, κἂν τούτῳ τὸ ἰσχυρότερον ἐκράτησε. διὸ καὶ τὰ πάντων ἀσθενέστερα μόρια πρῶτα τοῖς περιττωματικοῖς ἁλίσκεται νοσήμασιν. ἐκ τοιούτου δέ τινος τρόπου, καὶ τὰς καλουμένας ῥευματικὰς διαθέσεις ἴσθι γιγνομένας, ἀσθενοῦς μὲν ὅλου τοῦ σώματος ὄντος, ὅπερ ἕν τι τῶν τῆς καχεξίας εἶδός ἐστιν, εἰωθότων τῶν κυρίων αὐτοῦ μορίων βαρύνεσθαι κἂν ὀλίγον ἐν αὐτοῖς ἐστι τὸ αἷμα, διωθουμένων τε τοῦτο πρὸς τὰ κατὰ τὸ δέρμα μέρη τὰ σαρκώδη, καὶ μᾶλλόν γε εἰς τοὺς ἀδένας ἐπιτηδείους ὄντας ὑποδέχεσθαι τὸ περιττὸν, διά τε τὸ χαῦνον τῆς οὐσίας, καὶ ὅτι τῶν ἄλλων μορίων ἀσθενεστάτας ἔχουσι τὰς φυσικὰς δυνάμεις, ὥσπερ γε καὶ ἡ πιμελή. τεττάρων γὰρ αὐτῶν οὐσῶν, ὡς ἐδείχθη, πρώτης μὲν τῆς ἑλκτικῆς, δευτέρας δὲ καθεκτικῆς, καὶ τρίτης τῆς ἀποκριτικῆς, καὶ τετάρτης τῆς ἀλλοιωτικῆς, τὰς μὲν ἄλλας τρεῖς ἀσθενεστάτας ἔχουσιν οἱ ἀδένες καὶ αἱ σάρκες, τὴν ἀλλοιωτικὴν δὲ μόνην οὐ πολλῷ μείω τῶν ἄλλων μορίων. ἐφεξῆς δὲ τοῖς ἀδένεσιν ὁ πνεύμων ἐστὶν ἑτοιμότατος δέξασθαι ῥεῦμα. καὶ γὰρ οὗτος ἀσθενεῖς τε τὰς τρεῖς ἔχει δυνάμεις, καὶ τὸ σῶμα χαῦνον. εἶθ' ἑξῆς ὁ σπλήν. ὁ δ' ἐγκέφαλος ὅμοιος μὲν τούτοις, ἢ καὶ μᾶλλον ἐπιτήδειος δέξασθαι ῥεῦμα. πλεονεκτεῖ δ' αὐτῶν ἐκ τῆς κατασκευῆς εἰς ἀπόκρισιν ἑτοίμης οὔσης, ὧν ὑπεδέξατο. κοιλίας μὲν γὰρ ἔχει μεγάλας κατάντεσι πόροις ἐκκενουμένας. οἷς ἂν οὖν φύσει ῥωμαλεώτερος ἢ τοῦ σαρκώδους γένους ὁ πνεύμων τε καὶ ὁ σπλὴν, καὶ ὁ ἐγκέφαλος, ἐπὶ τούτων εἰς τοὺς ἀδένας, καὶ τὰς σάρκας ἀφικνεῖται τὰ ῥεύματα, τῆς τοῦ σώματος ἕξεως ὅλης ἀσθενούσης, ὡς ἐπὶ τῶν ῥευματικῶν ἐστι διαθέσεων. εἰκότως τοιγαροῦν ἡ θεραπεία τούτων οὐ κένωσιν ἔχει τὸν σκοπὸν, ἀλλὰ τοῦ παντὸς σώματος τὴν ῥῶσιν. ἥ τε μὴν ἀρχὴ τῆς θεραπείας ἀπὸ φλεβοτομίας αὐτοῖς γίγνεται. μοχθηρῶν δὲ τῇ ποιότητι τῶν περιττωμάτων ὄντων, καὶ κάθαρσιν παραλαμβανόμεθα. ἐφ' ὧν μάλιστα σωμάτων οὐδετέρου πλήθους ἀναμένειν χρὴ τὸ οἰκεῖον σύμπτωμα, βάρος μὲν τοῦ πρὸς τὴν δύναμιν, τάσιν δὲ τοῦ κατὰ τὸ ἔγχυμα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ἐπὶ τῶν πληγέντων τι μορίων ἀξιολόγως, ἤτε ἄλλως ὁπωσοῦν ἀρχομένην ἐχόντων φλεγμονὴν, ἐπειδὰν μεγάλην αὐτὴν ἔσεσθαι προσδοκήσωμεν, ἀπὸ κενώσεως ἀρχόμεθα τῆς θεραπείας, ἢ καθαίροντες, ἢ φλεβοτομοῦντες, ὁπότερον κρίνομεν ἄμεινον κένωσιν ἔσεσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ.

Τίνες τῆς φλεβοτομίας σκοποὶ τοῦ αἵματος ἀφαίρεσιν ἢ τὴν ποσότητα σημαίνειν λέγονται.

Καλῶς οὖν ἐν τοῖς προσκειμένοις τοῦ περὶ διαίτης ὀξέων εἴρηται φλεβοτομεῖν ἡμᾶς, ὅταν ἡ μέγα τὸ νόσημα, καὶ ἀκμάζῃ ἡ νόσος, ἢ ὁ νοσῶν, καὶ ῥώμη παρῇ. καὶ κακῶς ὁ Μηνόδοτος ἐπὶ τῇ καλουμένῃ πληθωρικῇ συνδρομῇ μόνῃ τὰς

venæ sectionem inquit. Contra enim prorsum sanguinis mittendi scopi, primùm in se plenitudinem non comprehendunt, sed *fientis* passionis suspicionem. Nam si eam magnam fore apparet, omninò sanguinem mittemus, etiamsi nulla existat plenitudinis nota, tantùm inspecta ætate, viribus, & regione, quæ sola in iis quæ adjecta sunt libro De ratione victus, recenseri conspiciuntur. Vigentes enim ætate propter pueros, & senes in distinctionem assumpsit. Cæterùm primi principesque mittendi sanguinis scopi sunt, morbi magnitudo, & laborantis robur: & hanc esse primam dicendum est syndromen, non plethoricam, in qua servata sit sanguinis missio: in illa enim, & hæc comprehenditur, ut quæ morbi magnitudinem adaugeat. Quippe non solùm ubi jam adsit morbus gravis, sanguinis detrahendi tempus est, sed ubi futurum suspicamur. Antevertit enim Hippocratis doctrina, qua nos docet, quæcunque morbis jam præsentibus rectè perageremus, melius esse, ut ipsa morbis incipientibus, aut imminentibus, antevertendo faciamus. Quare & propositos scopos ad sanos transferre liceat. Siquidem & his sanguinem mittere expedit, ubi nimirum magni alicujus morbi metus imminet, ratione habita & ætatis & virium. Nam si quis, ut magnum incurrat morbum sit habilis, licet nullum etiam corpore symptoma acciderit, venam tamen secandam censemus. Satis est enim ætatem, & vires inspexisse. Itaque tria sunt quæ agnitionem continent, morbi magnitudo, aut præsens, aut imminens: ætas florens: & virium robur. Fortè verò negligentius in iis, quàm adjecta sunt libro De victus ratione acutorum, exposita videri possit una ætatis particula. Nec enim florentem duntaxat dixisse rectè habet, sed addenda est, & quæ illam præcedit, & quæ sequitur, uti videlicet duæ tantum distinctioni eximantur, nempe puerorum, & senum. Verùm senum ætas in virium verbo comprehendi potest: nulli enim qui ea ætate est, robur inest. Quibusdam verò medicis ne pueris quidem robur inesse visum est, sed perperam rem intelligentibus, sicut alibi nos ostendimus. Itaque si magnum fore morbum expectamus, aut jam præsentem inspicimus, aut incipientem, venam tundemus, virium habita ratione, tantumque ex oratione exemptis pueris; dicemusque minus perfectè positam ætatis dignotionem ab eo, qui conscripsit ea, quæ adjecta sunt libro De victus ratione acutorum: satis enim sunt ad incidendam venam hi duntaxat scopi. Neque enim ubi tanta crudorum humorum copia accumulata est, ut secandam venam prohibeat, ratio redarguitur: nam istis virium robur non adest. Estque hoc indicium, eos haud posse sanguinis missionem præferre, quando unà cum colore corporis totius, qui exciderit ab indicando sanguinem abundare, pulsus adest in vehementia, & magnitudine inæqualis, exuperantibus per ipsius inæqualitatem, imbecillibus & parvis. Definitis itaque tribus mittendi sanguinis scopis, nempe morbi magnitudine, aut præsente, aut imminente, aut incipiente: ætate florente: virium robore, extra puerorum ætatem: ad alia antedicta mittendi sanguinis indicia, quæ non pauci medici adjicienda censuerunt, nunc accedamus. Coindicant autem hæc detractionis quantita-

A φλεβοτομίας λέγει τετηρῆσθαι. τοὐναντίον γὰρ ἅπαν οἱ σκοποὶ τῆς φλεβοτομίας οὐ περιλαμβάνουσι, πρῶτον ἐν αὐτοῖς τὸ πλῆθος, ἀλλὰ τὴν ὑποψίαν τοῦ γινομένου πάθους. εἰ γὰρ ἔσεσθαι φαίνοιτο μέγα, φλεβοτομήσομεν πάντως, κἂν μηδὲν ᾖ τῶν τοῦ πλήθους γνωρισμάτων, ἐπισκοποῦντες ἡλικίαν τε, καὶ χώραν, καὶ δύναμιν ἃ μόνα φαίνεται κἀν τοῖς προσκειμένοις τῷ περὶ διαίτης εἰρημένα. τὴν μὲν γὰρ ἀκμάζοντα διὰ τὰ παιδία, καὶ τοὺς γέροντας, εἰς διορισμὸν παρέλαβεν. οἱ πρῶτοι δ' εἰσὶ καὶ κυριώτατοι B σκοποὶ τῆς φλεβοτομίας, μέγεθος νοσήματος, καὶ ῥώμη τοῦ κάμνοντος, καὶ ταύτην χρὴ πρώτην λέγειν εἶναι συνδρομήν, οὐ τὴν πληθωρικήν, ἐφ' ᾗ τετήρηται φλεβοτομία. περιέχεται γὰρ ἐν αὐτῇ κἀκείνη τὸ μέγεθος αὐξάνουσα τοῦ νοσήματος. οὐ μόνον γὰρ ὅταν ἤδη παρῇ τὸ μέγα νόσημα, φλεβοτομίας καιρός, ἀλλὰ κἀπειδὰν ἐπίδοξον ἔσεσθαι. φθάνει γὰρ ἡ παίδευσις ἣν Ἱπποκράτης εἶπε διδάσκων ἡμᾶς, ὅσα παρόντων ἤδη τῶν νοσημάτων ὀρθῶς ἂν πράξαιμεν, ἄμεινον εἶναι ταῦτα κατὰ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν, ἢ μελλόντων ἄρχεσθαι, φθάνειν ποιοῦντας. ὥστε τοὺς εἰρημένους σκοποὺς ἐπὶ τοὺς ὑγιαίνοντας C ἔστι μεταφέρεσθαι. καὶ γὰρ καὶ τούτους φλεβοτομήσεις ἐπιδόξους γινομένους ἁλώσεσθαι μεγάλῳ νοσήματι, πρός τε τὴν ἡλικίαν ἀποβλέπων, καὶ τὴν ῥώμην. εἰ γὰρ ἐπιτήδειός τις ἐν νοσήματι γενέσθαι μεγάλῳ, κἂν μηδὲν μηδέπω κατὰ τὸ σῶμα παρῇ σύμπτωμα, φλεβοτομεῖν ἀξιοῦμεν. ἀρκεῖ γὰρ τὴν ἡλικίαν ἐπισκέψασθαι μετὰ τῆς δυνάμεως, ὥστε τρία τὰ συνέχοντα τὴν διάγνωσιν εἶναι, μέγεθος νοσήματος, ἤτοι παρόν, ἢ προσδοκώμενον, καὶ ἡλικίας ἀκμάζοντος, καὶ ῥώμην δυνάμεως. ἴσως δὲ μόνον ἀμελέστερον ἑρμηνεύε- D σθαι δόξει τὸ τῆς ἡλικίας ἐν τοῖς προσκειμένοις, ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων. οὐ γὰρ τὴν τῶν ἀκμαζόντων εἰρῆσθαι μόνον ὀρθῶς ἔχει, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸ αὐτῆς καὶ μετ' αὐτήν, ὡς δύο μόνας ἐξαιρεῖσθαι τοῦ διορισμοῦ, τήν τε τῶν παίδων καὶ τὴν τῶν γερόντων, ἀλλ' ἡ μὲν τῶν γερόντων ἐν τῷ τῆς δυνάμεως λόγῳ περιέχεσθαι δύναται· ῥώμη γὰρ οὐδενὶ τῶν κατ' αὐτὴν τὴν ἡλικίαν ἐστίν. ἐνίοις δὲ τῶν ἰατρῶν, οὐδὲ τοῖς παισὶν ἔδοξεν ὑπάρχειν ῥώμην κακῶς ἐγνωκόσιν, ὡς ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικταί μοι. φλεβοτομήσομεν οὖν. εἰ μέγα τὸ E νόσημα προσδοκώμενον εἶναι, ἢ παρόν, ἤδη θεωρούμενον, ἢ ἀρχόμενον, ἐπισκεψάμενοι τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως, ἐξελοῦντες τοῦ λόγου μόνα τὰ παιδία, καὶ φήσομεν ἐλλιπέστερον εἰρῆσθαι, τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας διάγνωσιν, ὑπὸ τοῦ γράψαντος τὰ προσκείμενα, τῷ περὶ διαίτης ὀξέων· ἀρκοῦσι γὰρ οὗτοι μόνοι σκοποὶ πρὸς φλεβοτομίαν. οὐδὲ γὰρ ὁπότε πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἤθροισται τοσοῦτον, ὡς κωλύεσθαι φλεβοτομεῖν, ὁ λόγος ἐλέγχεται. ῥώμη γὰρ τούτοις δυνάμεως οὐ πάρεστι. καὶ αὐτό γε τοῦτ' ἐστι γνώρισμα, τοῦ μὴ δύνασθαι φλεβοτομίαν ἐνεγκεῖν αὐτούς, ὅταν ἅμα τῷ χρώμα- F τι τοῦ παντὸς σώματος ἐμπεπτωκότι τοῦ δηλοῦντος αἷμα πλεονάζειν, ὁ σφυγμὸς ἀνώμαλος ᾖ κατὰ σφοδρότητα καὶ μέγεθος ἐπικρατούντων κατὰ τὴν ἀνωμαλίαν αὐτοῦ τῶν ἀμυδρῶν τε καὶ μικρῶν. ὡρισμένων οὖν τριῶν σκοπῶν φλεβοτομίας, μεγέθους νοσήματος, ἤτοι παρόντος, ἢ προσδοκωμένου, ἢ ἀρχομένου, ἡλικίας ἀκμάζοντος, ῥώμης δυνάμεως ἔξω τῆς τῶν παίδων ἡλικίας, ἐπὶ τὰ ἄλλα τὰ πρόσθεν εἰρημένα γνωρίσματα φλεβοτομίας, ἃ προσέθηκαν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν ἀφιξόμεθα. συνενδεικνύμενοι τὸ ποσὸν τοῦ ἀφαι-

tem, non ipsam sanguinis detractionem. Itaque ex morbo, ætate, & viribus, minuendus esse sanguis cognoscitur: at vacuationis quantitas non ex istis modò, sed ex aliis deprehenditur. Ea sunt, plethorica vocata syndrome: aëris nos ambientis temperies, in tempus, & locum divisa: eaque, quæ in anteacta acciderunt vita circa comesorum, tum quantitatem, tum qualitatem: excretionesque ac motiones, aut factas, aut non factas. Sed quænam sit in his diversitas, paulò pòst viderimus.

CAPUT X.

De ratione vacuandi eos, qui cum plenitudinis indiciis sanas obeunt actiones.

IN præsenti autem de utriusque plenitudinis notis contemplabimur, an ubi eæ in homine solita negocia obeunte apparuerint, mittendus illi omninò sanguis sit: an id necessarium non sit, ubi nulla magni affuerit morbi expectatio. Porrò quid hac de re sentiam, neminem vestrûm ambigere arbitror, ut qui sæpe affueritis sanguinis missionem suadenti, tum podagricis, tum arthriticis, tum epilepticis, ad hæc melancholicis, quique sanguinem antea expuissent, aut in thorace structuram sortiti essent ad id malum idoneam, præterea vertiginosis, quique assiduè corripi solent angina, peripneumonia, pleuritidibus, hepatidibus, ophthalmiis vehementibus, aut, ut in summa dicam, magno quopiam morbo. Nam in illiusmodi omnibus necessarium esse remedium minutionem sanguinis arbitror confestim adhibitam, posthabitam virium atque ætatis rationem. Hæc enim si fortè aliquando non dicantur, subintelligere oportet. Atqui nihil ejusmodi unquam antea perpessi fuerint, omniumque corporis partium inculpatam sortiti constructionem, geminam me vacuationis viam proponere nostis, per venæ sectionem quidem, si in victu sint intemperantes: citra hanc, si temperantes. Licet enim frictionibus multis, balneisque, & ambulationibus, aliisque motionibus, ad hæc unctionibus digerentibus, celeriter plenitudinem exhaurire, si utique videbitur non esse crassi sanguinis abundantia. Talis est, utplurimum melancholicus, raro verò crudorum quos vocant humorum. Cæterùm in redundantia humoris melancholici sanguinem mittere præstat, aut certè omninò medicamento uti atram bilem expurgante. At ubi crudi succi exuperant, antequam morbus invaserit, cautè vacuabis: sed ubi jam febris corripuerit, ut antè monui, nequaquam. Habebis verò eorum indicium tum colorem veluti plumbeum, aut ex pallido album, omniaque potiùs quàm rubrum, tum pulsuum inæqualitatem. Si verò etiam admodum creverit talis plenitudo, tum & corporis illis gravitas inest, atque ad motus pigritia, tum mentis tarditas, & sensus hebetudo. Contra verò si quibus ex compressis hæmorrhoïdibus cumulatus in corpore sanguis extiterit, audacter venam incides, etiam si antea gravem experti morbum non fuerint. Fieri enim potest, ut apti quidem ad ejusmodi aliquem fuerit, cæterùm ob inanitionem, quæ ex hæmorrhoïdibus fit, nondum perpessi. Por-

ρέσεως, οὐκ αὐτὴν τῆς φλεβοτομίας, ὥστε ἐκ μὲν τοῦ νοσήματος, καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς δυνάμεως, ὅτι φλεβοτομητέον γνωρίζεσθαι, τὸ ποσὸν δὲ τῆς κενώσεως, οὐκ ἐκ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων λαμβάνεσθαι. ταῦτα δέ ἐστιν ἥτε πληθωρικὴ καλουμένη συνδρομὴ, καὶ ἡ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσις, εἴς ὥραν καὶ χώραν τεμνομένη, καὶ τὰ κατὰ τὸν προηγούμενον βίον γεγονότα περί τε ποιότητα, καὶ ποσότητα τῶν ἐδηδεσμένων, ἐκκρίσεις τε καὶ κινήσεις ἤτοι γεγονυίας ἢ μή. περὶ μὲν οὖν τῆς ἐν τούτοις διαφορᾶς, ὀλίγον ὕστερον ὀψόμεθα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Περὶ τοῦ λόγου τοῦ κενοῦν τοὺς τὰς ὑγιεῖς πράξεις μετὰ τοῦ πλήθους πράττοντας.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ἑκατέρου τοῦ πλήθους γνωρισμάτων ἐν τῷ παρόντι σκεψόμεθα, πότερον ἐπὶ φλεβοτομίαν ἀφιξόμεθα πάντως ὅταν φαίνηται ταῦτα περί τινα τῶν ἔτι τὰ συνήθη πραττόντων, ἢ οὐκ ἀναγκαῖον, ὅταν μηδεμία προσδοκία μεγάλου νοσήματος. ἣν τινα τοίνυν ἔχω μὲν γνώμην καὶ περὶ τούτου ἴστε, πολλάκις αὐτοὶ παραγεγονότες μοι συμβουλεύοντι, ἤτοι ποδαγρικοῖς, ἢ ἀρθριτικοῖς, ἢ ἐπιληπτικοῖς, ἢ μελαγχολικοῖς, ἢ αἷμα πρόσθεν ἐπτυκόσιν, ἢ κατὰ θώρακα πρὸς τοιοῦτον πάθημα κατασκευὴν ἐπιτηδείαν ἔχουσιν, ἢ σκοτοματικοῖς, ἢ συνεχῶς ἁλισκομένοις συνάγχῃ ἢ περιπνευμονίᾳ, ἢ πλευρίτισιν, ἢ ἡπατίτισιν, ἢ ὀφθαλμίαις σφοδραῖς, ἢ καθόλου φάναι μεγάλῳ νοσήματι. φλεβοτομίαν γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἀναγκαῖον εἶναι φημὶ βοήθημα παραχρῆμα προσαγόμενον, ἐπισκεπτομένη τῇ δυνάμει τε καὶ ἡλικίᾳ. ταῦτα εἰ μὴ λεχθείη ποτὲ προσυπακούεσθαι χρή. τοῖς δὲ μηδὲν τοιοῦτον πεπονθόσιν ἔμπροσθεν ἁπάντων τε τῶν μορίων τοῦ σώματος ἄμεμπτον ἔχουσι κατασκευὴν, ἴστε δήπου διττὴν ὁδὸν τῆς κενώσεως ὑποτιθέμενόν με, διὰ φλεβοτομίας μὲν εἰ ἀκρατεῖς εἶεν τῇ διαίτῃ, χωρὶς δὲ ταύτης εἰ ἐγκρατεῖς. ἔνεστι γὰρ καὶ τρίψει πολλῇ, καὶ λουτροῖς, καὶ περιπάτοις, καὶ ταῖς ἄλλαις κινήσεσι, ἔτι χρίσμασι διαφορητικοῖς ταχέως ἐκκενῶσαι τὸ πλῆθος, εἰ μὴ ἄρα σοι δόξει ποτὲ παχέος αἵματος εἶναι πλεονεξίαν. τοιοῦτον δέ ἐστι μάλιστα τὸ μελαγχολικὸν ὡς τὰ πολλά. σπανίως δέ που καὶ τὸ τῶν ὠμῶν καλουμένων χυμῶν. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς μελαγχολικῆς καλουμένης περιουσίας φλεβοτομεῖν ἄμεινον, ἢ πάντως γε φαρμάκῳ χρῆσθαι μελάνων καθαρτικῷ, τῶν δ' ὠμῶν χυμῶν ἐπικρατούντων, πρὶν μὲν ἄρξασθαι νοσεῖν, εὐλαβῶς ἀποκενώσεις, ἤδη δὲ πυρεττόντων, ὡς ἔμπροσθεν εἶπον, οὐδ' ὅλως. ἔξεις δὲ αὐτῶν γνώρισμα, τό, τε τῆς χροιᾶς μελιβδῶδες, ἢ ὑπόχλωρον ἅπαντά τε μᾶλλον ἢ ἐρυθρὸν, καὶ τὴν τῶν σφυγμῶν ἀνωμαλίαν. εἰ δὲ ἱκανῶς ηὐξημένον εἴη τὸ τοιοῦτον πλῆθος, καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος αὐτοῖς σύνεστι, καὶ πρὸς τὰς κινήσεις ὄκνος, καὶ γνώμης νωθρότης, καὶ αἰσθήσεων ἀμβλύτης. ἔμπαλιν δὲ τούτοις τοὺς ἐξ ἐπισχέσεως αἱμορροΐδων ἠθροικότας αἷμα φλεβοτομήσεις θαρρῶν κἂν μὴ πρότερον ὦσι πεπειραμένοι μεγάλου νοσήματος. ἐνδέχεται μὲν γὰρ αὐτοὺς, ἐπιτηδείους μὲν εἶναι πρός τι τῶν τοιούτων, οὐδέπω δὲ πεπονθέναι διὰ τὴν ὑπὸ τῶν αἱμορροΐδων κένωσιν. ἐὰν

δ' καὶ φαίνονται τινὰ μόρια κατεσκευασμένοι μοχθηρῶς, A καὶ μάλιστα τὰ κατὰ θώρακα, πάντως αὐτοὺς φλεβοτομήσεις ἐν τάχει.

rò si quæ illis partes pravam sortitæ structuram appareant, ac potissimum in thorace, omninò eis ocyssimè sanguinem detrahes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιά.

Περὶ τοῦ λόγου τοῦ κενοῦν τὰς γυναῖκας ἐπεχομένας τὴν ἔμμηνον κάθαρσιν· καὶ ὅτι φλεβοτομία πρὸς τὸ ἀντισπᾶν, τοῖς κενουμένοις σώμασι παραλαμβάνεται.

ΤΗν αὐτὴν δὲ γνώμην ἴστε με καὶ περὶ γυναικῶν ἔχοντα, τὴν ἐπεχομένην τὴν ἔμμηνον κάB θαρσιν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐπὶ τούτων ἀναβάλλεσθαι χρὴ τὴν κένωσιν. οὐ μὴν ἀναγκαῖόν γε σχάσαι τὴν φλέβα. καὶ γὰρ αἱ τῶν σφυρῶν ἀποχαράξεις ἱκαναὶ κενῶσαι τὸ περιττὸν, ἔχουσαί τι καὶ ἄλλον προτρεπτικὸν εἰς τὴν τῶν ἐμμήνων κίνησιν, ὥσπερ γε καὶ αἱ κατὰ τὰ σφυρὰ καὶ τὰς ἰγνύας φλεβοτομίαι. τὰς γὰρ ἐξ ἐπισχέσεως καταμηνίων ἀπὸ τῶν σκελῶν πάντως κενώσεις, εἴτε φλέβα χρὴ τέμνειν, εἴτ' ἀποσχάζειν. ἀντισπᾶν γὰρ εἴωθεν ἡ ἐξ ἀγκῶνος φλεβοτομία τὰς τῶν γυναικῶν καθάρσεις· ἀθροίζουσι δὲ καὶ τούτων αὐτῶν ὅσαι μὲν λευκότεραι, λεπτότερον αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἀπὸ τῶν C σφυρῶν ἀμυχαῖς ὀνίνανται μάλιστα. τὰς μελαντέρας δὲ φλέβας τέμνων, θεράπευε. παχύτερον γὰρ ἀθροίζουσιν αἷμα καὶ μελαγχολικώτερον, ἔτι δὲ μᾶλλον ἂν μεγάλας ἔχειν φαίνονται τὰς φλέβας. ὑπάρχει δὲ τοῦτο ἰσχνοτέραις τε καὶ μελαντέραις. εὐσάρκοις δὲ καὶ λευκαῖς, σμικρότης τῶν φλεβῶν, ἐφ' ὧν ἀποσχάζειν ἄμεινον τὰ σφυρὰ τοῦ τέμνειν τὴν φλέβα. καὶ γὰρ καὶ μικρὰς αὗται τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι φλέβας ἔχουσιν, ὥστε οὐδὲ ῥεῖ τὸ σύμμετρον, εἰ καὶ καλῶς τμηθείη. οὐ χρὴ δὲ ὑμᾶς καταφρονεῖν φλεβοτομίας ὡς οὐκ ἀντισπαστικοῦ βοηθήD ματος, ἑωρακότας ἐμὲ πολλάκις ἐπὶ τῆς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγίας, ὅταν ᾖ σφοδρὰ, χρώμενον τῷ βοηθήματι, καὶ παύοντα τὴν ῥύσιν αὐτίκα. προσήκει δ' ὡς ἐθεάσασθε, μὴ περιμένειν εἰς ἔσχατον ἀφικέσθαι καταπτώσεως τὴν δύναμιν, ἀλλ' ὅταν ἤδη δοκεῖ κενοῦσθαι μὲν τὸ σύμμετρον, ἡ δ' ὁρμὴ τῆς φορᾶς τοῦ αἵματος, ἰσχυρὰ διαμένει, τέμνειν ἐν ἀγκῶνι φλέβα, δεξιοῦ μὲν αἱμορραγοῦντος μυκτῆρος, τῇ δεξιᾷ χειρὶ, θατέρου δὲ κατὰ τὴν ἀριστεράν. ἅμα δὲ τοῦτο E τῷ ἔργῳ, καὶ τοῖς κώλοις περιβάλλειν δεσμοὺς ἐκ ταινιῶν ἢ ἐρίων, καὶ σικύαν ὑποχονδρίῳ προσβάλλειν τῷ κατ' εὐθύ. ταῦτα γὰρ καὶ ἡμεῖς ποιοῦντες, ὡς ἴστε, διαπαντὸς ἐπέχομεν τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγίας, πειραθέντες ἔμπροσθεν, ὧν γεγράφασιν εἴς τε τὰς ῥῖνας ἐντιθεμένων φαρμάκων, ἐπί τε τοῦ μετώπου καταχριομένων, πάντων ἀσθενῶν. ὥστε πρὸς τοῖς εἰρημένοις περὶ φλεβοτοF μίας ἔμπροσθεν, καὶ τοῦτο καταβάλλει τὸν Μηνοδότου λόγον ἡγουμένου τὴν πληθωρικὴν συνδρομὴν, ἀναμιμνήσκειν ἡμᾶς τοῦ βοηθήματος. ἡ γὰρ εἰρημένη νῦν διάθεσις ἐναντία σαφῶς ἐστὶ τῇ πληθωρικῇ. παραλαμβανόμεν δ' ἐπ' αὐτῆς τὴν φλεβοτομίαν, οὐχ ὡς κενωτικὸν, ἀλλ' ὡς ἀντισπαστικὸν βοήθημα.

CAPUT XI.

De ratione evacuandarum mulierum, quibus menstrua suppressa sunt: ac quòd sanguinis missio revellendi gratiâ inanitis etiam corporibus adhibetur.

IDem me sentire novistis, & de mulieribus, quibus menstrua restitit purgatio. Neque enim profectò proroganda in his evacuatio est, non tamen necesse est illis venam scindere: quippe quum malleorum scarificationes superfluitati quandoque evacuandæ satis esse queant: & quæ & alioqui hoc etiam habent, quòd mensium vacuationem ciere possunt, sicut etiam in malleolis, ac poplitibus incisæ venæ. Nam plenitudines à suppressis mensibus ortas, omninò per crura evacuabis, sive venam secare oporteat, sive scarificare. Sectæ enim in cubito venæ mulierum revellere purgationem assolent. Porrò quæ ex mulieribus albidiores sunt, sanguinem acervare tenuem solent: quocirca adhibitis malleorum scarificationibus maximè juvantur. At quæ nigriores sunt, secta vena curato: crassiorem enim sanguinem, ac magis melancholicum colligunt, magis verò etiam si magnas habere venas appareant, quod illis accidit, quæ graciliores sunt, ac nigriores. Carnosis verò, & candidis parvæ insunt venæ, quibus malleolos scarificare, quàm venam secare præstiterit, quippe quum hæ parvas in cruribus venas habeant: itaque etiam si probè secentur, quod justum tamen sit, non profluat. Cæterùm non contemnenda venæ sectio est, tanquam non sit auxilium revulsorium, quum me sæpenumero conspexeritis in valida sanguinis à naribus eruptione eo usum, repente fluxionem sedasse. Expedit autem, uti vidistis, non eò usque sanguinem educere, dum ad extremum vires ducantur, sed quoad quod symmetrum moderatumque sit eductum videatur, prorumpentisque sanguinis impetus nondum flaccescat, sed validus permaneat: secare in cubito venam, si ex dextra nare prorumpat sanguis, in brachio dextro: sin ex altera, in sinistro. Simul autem cum hoc agis, artubus vincula injicito, aut ex lana, aut ex canabe: tum hypocondrio directè supposito cucurbitam admittito. Nam hæc nos faciendo, ut scitis, semper erumpentem ex naribus sanguinem compescuimus, quum antea experiundo, quæ scribunt in nares inserenda medicamenta, atque in frontem illinenda, infirma omnia compererim. Itaque ad ea, quæ suprà de sanguinis missione dicta sunt, & hoc quoque Menodoti opinionem convincit, qui putarit plethoricam vocatam syndromem remedii nos admonere. Nam quæ dicta est affectio, plethoricæ planè contraria est. Adhibemus autem ad eam sanguinis missionem non ut evacuatorium, sed ut revulsorium remedium.

CAPUT XII.

Quando melius succedit partita sanguinis detractio, quando semel confestim, vel ad animi deliquium usque vacuandum.

Nihil æquè artem medicam in agendo conjecturalem efficit, uti cujusque remedii quantitas. Etenim, quum frequenter compertum habeamus tempus instare exhibendi, aut cibi, aut potus, ejusque, aut calidi, aut frigidi: quantum tamen dandum sit, certò haud novimus. Idem usu venit in purgantibus medicinis. Nam quòd laboranti præbendum sit medicamen, aut bilem, tum flavam, tum atram, aut pituitam, aut serosum excrementum evacuans; exactè novimus: cæterùm quantum præberi debeat, nescimus. Atqui talis exhibitio corrigi postea nequit. Nam quod semel in ventrem devoratum est medicamentum, quo minus omne devoratum sit, fieri non potest: neque possibile est, ubi plus quàm conveniat, jam purgetur homo, partem oblati auferre. At in sanguinis missione summum id bonum est, evacuationem dum voles posse sistere, ac rursum, quo videatur tempore, fluere sinere, quoadusque rectè habere appareat. Quapropter præstat, nisi quid urgeat, priori missione minùs detrahere, iterumque eam repetere, immo si lubet, & tertiò. Ubi ergo multa evacuatione est opus, verùm vires sunt imbecilliores, in his evacuationem partiri expedit; uti nimirum & me fecisse vidistis in iis, quibus crudiorum inerat humorum copia. Nam pauculo sanguine detracto, protinus melicratum exhibeo probè coctum cum incidentium medicaminum quopiam, velut hyssopo, origano, & interim etiam nepita, aut pulegio, aut certè cum melicrato oxymel, aut oxyglycy: ac sic rursum sanguinem minuo, vel ipso eodem nonnunquam die: interdum die postero, in quo rursum exhibito propositorum medicamentorum quopiam, iterum de sanguine quid aufero: ac rursum tertio die similiter bis. Cæterùm ubi fervescentis inest sanguinis plenitudo, acutissimam accendens febrem, subitò, ac simul evacuare expedit: eamque inanire tentandum, vel ad animi deliquium usque, virium modò inspecto robore. Itaque memini quibusdam sex detractas protinus cotylas, aut postridie, aut tertio, quartove: quibusdam primo etiam die, quum febris principio noctis cœpisset, aut medio, ac quæ pridie comederant, probè fuissent concocta. Nonnullis autem pridie inæqualitatem, aut sudorem, aut dolorem capitis alteriusve alicujus partis se sentire querentibus, ac proinde parcè esitantibus, ubi febris præcedente invasisset nocte, primo etiam die me sanguinem detraxisse memini. Nam in quibus tibi sanguinis ferventis copia apparet, quàm ocyssimè eum vacuare conator, priusquàm in principem aliquam partem ingruat. Quamobrem nec per noctem sanguinem aliquando mittere verearis. Siquidem ridiculum est, quod quidam factitant, à secunda diei hora ad quintam, aut sextam solummodo sanguinem mittentes, haud alio quovis tempore: quos si non clysteres, cibum, alta-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβʹ.

Ὅταν ἄμεινόν ἐστι μεριζομένη φλεβοτομία, ὅταν ἅπαξ παραχρῆμα, ἢ ἄχρι λειποθυμίας χρὴ κενοῦν.

De hora in detractione sanguinis eligenda.

SEd enim quòd in ipso rursum die in quo sanguinem mittimus, observanda sit febris declinatio, clarere satis arbitror: quanquam quibusdam id non satis sit notum, qui manè tantum tundendam esse venam, aut ad summum in horam usque quintam, aut sextam, existimant. Verùm si quis memoria tenet, quæ toto supra libro sunt dicta, nihil tale committet, sanguinem mittens quavis diei noctisque hora, modò respiciat in febrientibus quidem particularium paroxysmorum declinationem: in quibus autem, aut ob oculorum lippitudinem, aut aliud simile, citra febrem, hoc opus est auxilio, non declinationem omnino, quum omnino febris non adsit; sed magnitudinem aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus, in quo secta opus est vena, inspicere convenit. Quum autem nihil ejusmodi aut urgeat, aut prohibeat, præstat mane venam incidere, haud protinus ex somno excitis, verùm circiter horam unam jam antea vigilantibus. Dictum est autem, quod & lavacro uti quibusdam expedit: quod si verum est, & præeunte quoque ambulatione nonnullis. Cæterùm in quibus vere ineunte venam incidere aggredimur, aut propter febris metum, aut alterius cujuspiam affectus, scio me sanguinem misisse quibusdam etiam, posteaquam rerum solitarum quippiam obiissent, sive in ludo literario, sive in officinis, sive in foro, sive in ædibus. Iteratæ tamen detractionis tempus, in quibus simpliciter quidem vacuare conamur, eodem die esto: at in quibus revellere, si vel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. Porrò intento semper animo in omnibus id genus in laborantis vires esto, manu jugiter arteriis illius admota: sunt enim quidam tam ad patiendum apti, ut confertam inanitionem non ferant: quo casu, refecto primo die ægroto, iterare secundo detractionem expedit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ΄.

Περὶ τῶν διαθέσεων, ἐν αἷς τὰς ἀρτηρίας ἐν κεφαλῇ χρὴ τέμνειν.

ΟΤι καὶ τὰς ἀρτηρίας, φλέβας ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ, καὶ ἡμῖν ἑτέρωθι δέδεικται, καὶ πρὸ ἡμῶν ἄλλοις ὡμολόγηται. διά τε οὖν αὐτὸ καὶ προσέτι τὴν οἰκειότητα τῶν διδασκαλιῶν, καὶ βραχύτητα τοῦ λόγου, κάλλιον ἔδοξέ μοι, μὴ γράφειν ἕτερον βιβλίον ὑπὲρ ἀρτηριοτομίας, ἀλλὰ τῷ τῆς φλεβοτομίας συνάψαι λόγῳ, καὶ τοῦτό γε αὐτὸ, κατὰ τόδε τὸ μέρος, ἐν ᾧ σκοπούμεθα, τίνας ἐπὶ τίσι μέρεσι πεπονθόσι προσήκει διαιρεῖσθαι φλέβας. ὡς γὰρ ἄλλας ἐπ' ἄλλοις ἐδείξαμεν, οὕτω δὴ καὶ τὰς κατὰ τοὺς κροτάφους ἀρτηρίας, καὶ τὰς τῶν ὤτων ὄπισθεν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς

CAPUT XXII.

De affectibus, in quibus arteriæ in capite sunt secandæ.

QUòd autem arterias antiqui venas appellabant, & à nobis alibi demonstratum est, & ante nos aliis confessum extitit. Ob idipsum ergo, ac præterea ob disciplinarum affinitatem, compendii gratia satius mihi visum est, haud alium conscribere librum de arteria secanda, sed orationi de secanda vena annectere, atque idipsum in hac parte, in qua consideramus, quas venas, ob quas partes affectas, secare oporteat. Sicut enim alias venas ob alias affectas partes ostendimus secandas, sic quoque & quæ in temporibus sunt arterias, & quæ post aures, incidere medicis mos

est: in temporibus quidem, infestantibus oculos fluxionibus tum calidis, tum spirituosis: post aures verò, in vertiginosis maximè, & iis, qui diuturnis doloribus capitis calidis ac spirituosis affliguntur. Iam verò, & ob alios quoque affectus in capite consistentes diutinos, sunt qui arteriarum post aures utuntur sectione. Non tamen in ulla alia particula patiente eam adhibuerunt, tametsi multæ sint, quibus hoc potius auxilio, quàm venæ sectione, sit opus: ubi enim calidus spirituosusque infestus est sanguis in arteriis acervatus, illic communibus parti affectæ sectis arteriis est opus: verùm propter difficilem eruptionis sanguinis compressionem, arterias medici incidere metuunt: quippe quum, si quis in secanda fortè vena arteriam vulneravit, ægrè statim sanguinis eruptionem compescat: ac ubi res optimè cadat ad cicatricem perducta divisione, tamen aneurisma fiat.

CAPUT XXIII.

De periculo in iis, quibus non rectè dissectæ sunt arteriæ: & quo pacto Galenus somnii monitu eas ausus est dissecare.

QVin & interiisse quosdam novi ab arteria interiori in cubito venæ subjecta, nonnullos quidem protinus ob vinculum circumpositum, volentibus medicis sistere sanguinis eruptionem, in gangrænam incidentes: alios postea in aneurismate manu curando defunctos; necesse enim hic est laqueo vasculum constringere. Itaque majusculas proinde arterias medici refugiunt, parvas autem tanquam haud ita multùm profuturas: quanquam & ipsæ quoque nonnunquam haud parvum attulisse commodum visæ sunt, quum hoc quod & citra aneurisma cicatrice claudantur. Quin & si major sit arteria, & ipsa quoque citra aneurisma cicatrice includi potest, tota nimirum dissecta: idque ipsum sæpenumero imminens ex sanguinis profluvio discrimen sustulit: clarè enim apparet, quum tota transversim per se totam discinditur, revulsis utrinque partibus ambabus, unam sursum, alteram deorsum concedere. Atque id quidem & venis, verùm moderatè, usu venit, sed arteriis semper plus quàm venis. Sanè verò quæ mihi occasio extiterit secandæ arteriæ, nunc jam tibi edisseram. Monitus per quædam insomnia, quorum duo perspicuò mihi visa sunt, accessi ad dextræ manus arteriam, inter indicem & pollicem sitam: sivique fluere, donec spontè sanguis resisteret, nam ita somnium præceperat: effluxit autem non tota libra. Subitò itaque diuturnus extinctus dolor est in illa maximè parte fixus, qua jecur septo transverso committitur. Mihi quidem hoc ætate juvenili evenit. At minister Dei Pergami, diutino lateris cruciatu laborans, liberatus est arteria in summa manu incisa, aggressus & ipse illud insomnii monitu. Porrò alteri cui ex vulnere in malleolo inflicto dissecta arteria fuerat, sanguinis quidem cursus haud quievit, donec ego vocatus totam dissecui: ac medicamento ex aloe, & manna, & ovorum albumine, pilis leporum molliusculis imposito, usus fui: citraque aneurisma curatum est vulnus,

διαιρεῖν, τὰς μὲν ἐν τοῖς κροτάφοις, ἐπὶ τοῖς ἐν ὀφθαλμοῖς ῥεύμασιν, ὅσα θερμὰ καὶ πνευματώδη. τὰς δὲ ὄπισθεν τῶν ὤτων, ἐπὶ σκοτωματικοῖς μάλιστα, καὶ ὅσοι χρονίοις ἀλγήμασι κεφαλῆς θερμοῖς καὶ πνευματώδεσι κάμνουσιν. ἤδη δὲ καὶ διὰ ἄλλα πάθη περὶ τὴν κεφαλὴν συνιστάμενα χρόνια, κέχρηνταί τινες ἀρτηριοτομίᾳ τῶν ὤτων ὄπισθεν. οὐ μὴν ἐφ' ἑτέρου γέ τινος μορίου πάσχοντος ἐχρήσαντο τῷ βοηθήματι, καίτοι τῶν πολλῶν δεομένων αὐτοῦ μᾶλλον ἢ φλεβοτομίας. ἔνθα γὰρ ἐνοχλεῖ θερμὸν αἷμα καὶ πνευματῶδες ἐν ταῖς ἀρτηρίαις ἠθροισμένον, ἐνταῦθα χρεία τῶν κοινῶν τῷ πάσχοντι μορίῳ τεμνομένων ἀρτηριῶν. ἀλλὰ διὰ τὸ δυσεπίσχετον τῆς ἀρτηρίας, οὐ τολμῶσιν οἱ ἰατροὶ διαιρεῖν τὰς ἀρτηρίας, ὅπου γε καὶ φλεβοτομοῦντές τινες, ὅταν ἀρτηρίαν τρώσωσιν ἐν τῷ παραχρῆμα, δυσχερῶς ἱστῶσι τὴν αἱμορραγίαν, καὶ ὅταν τὰ βέλτιστα πράξωσιν, εἰς οὐλὴν τῆς διαιρέσεως ἰούσης ἀνεύρισμα γίνεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ'.

Περὶ κινδύνου ἐν οἷς ἀρτηρίαι οὐ καλῶς τέμνονται· καὶ πῶς Γαληνὸς προτραπεὶς ὑπὸ ὀνειράτων αὐτὰς τέμνειν ἐτόλμησε.

ΚΑὶ μέντοι καὶ ἀποθανόντας τινὰς ἴσμεν ἐκ τῆς ὑποκειμένης ἀρτηρίας, τῇ κατ' ἀγκῶνα φλεβὶ, τῇ ἔνδον. ἐνίους μὲν ἐν τῷ παραχρῆμα διὰ τὸν περιβληθέντα βρόχον ἐθελησάντων τε τῶν ἰατρῶν ἐπέχειν, ὡς τὴν αἱμορραγίαν, εἰς γάγγραιναν ἐλθεῖν. ἐνίους δ' ὕστερον ἐν τῇ τῶν ἀνευρισμάτων χειρουργίᾳ διαφθαρέντας· ἀναγκαῖον γὰρ ἐνταῦθα, βρόχῳ διαλαμβάνεσθαι τὸ ἀγγεῖον. τὰς μὲν οὖν ἀξιολόγους κατὰ τὸ μέγεθος ἀρτηρίας, διὰ ταῦτα φεύγουσιν οἱ ἰατροὶ, τὰς δὲ μικρὰς ὡς οὐδὲν μέγα δυναμένας ἀνύσαι. καίτοι, καὶ αὗται πολλάκις ἡμῖν ὤφθησαν οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἐπιφέρουσαι μετὰ καὶ τοῦ συνουλοῦσθαι χωρὶς ἀνευρίσματος. καὶ μέντοι κἂν μείζων ἀρτηρία ᾖ καὶ αὐτὴ χωρὶς ἀνευρίσματος συνουλοῦται, διαιρεθεῖσα πᾶσα. καὶ πολλάκις τοῦτο αὐτὸ τὸν ἐκ τῆς αἱμορραγίας κίνδυνον ἰάσατο. φαίνεται γὰρ σαφῶς ὅταν ὅλη δι' ὅλης ἑαυτῆς ἐγκαρσίως διακοπῇ, τῶν μορίων ἑκατέρων ἀνασπωμένων ἑκατέρωσε, τὸ μὲν ἄνω τοῦ μορίου, τὸ δὲ κάτω. τοῦτο μέν γε καὶ ταῖς φλεψὶν ἀλλὰ μετρίως ὑπάρχει, ταῖς δ' ἀρτηρίαις, ἀεὶ μᾶλλον τῶν φλεβῶν. ἐγὼ γ' οὖν ὅθεν ὁρμηθεὶς ἐπὶ τὸ διαιρεῖν ἀρτηρίας ἧκον, ἤδη σοι φράσω. προτραπεὶς ὑπό τινων ὀνειράτων δυοῖν, ἐναργῶς μοι γενομένων, ἧκον ἐπὶ τὴν ἐν τῷ μεταξὺ λιχανοῦ τε καὶ μεγάλου δακτύλου τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἀρτηρίαν, ἐπέτρεψά τε ῥεῖν, ἄχρις ἂν αὐτομάτως παύσηται τὸ αἷμα, κελεύσαντος οὕτω τοῦ ὀνείρατος. ἐρρύη μὲν οὖν οὐδ' ὅλη λίτρα. παραχρῆμα δ' ἐπαύσατο χρόνιον ἄλγημα κατ' ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος ἐρεῖδον, ἔνθα συμβάλλει τῷ διαφράγματι τὸ ἧπαρ. ἐμοὶ μὲν οὖν τοῦτο συνέβη νέῳ τὴν ἡλικίαν ὄντι. θεραπευτὴς δὲ τοῦ θεοῦ ἐν Περγάμῳ χρονίου πλευρᾶς ἀλγήματος ἀπηλλάγη δι' ἀρτηριοτομίας ἐν ἄκρᾳ τῇ χειρὶ γενομένης, ἐξ ὀνείρατος ἐπὶ τοῦτο ἐλθὼν καὶ αὐτός. ἑτέρῳ δὲ τραύματος ἐν τῷ σφυρῷ γενομένου διαιρεθείσης ἀρτηρίας, οὐκ ἐπαύετο μὲν ἡ φορὰ τοῦ αἵματος, ἄχρι κληθεὶς ἐγὼ διέτεμον ὅλην αὐτὴν, εἶτα τῷ διὰ τῆς ἀλόης, καὶ μάννης, καὶ τοῦ λευκοῦ τῶν ὠῶν ἐχρησάμην φαρμάκῳ λαγῴαις ἀναλαμβανομένῳ θριξὶ, καὶ χωρὶς μὲν ἀνευρίσματος ἐθεραπεύθη

τὸ τραῦμα περισαρκωθέντος τοῦ στόματος τῆς ἀρτηρίας. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐτῶν ἤδη τεττάρων, ἐκ διαλειμμάτων οὐ μικρῶν ὀδυνώμενος τὸ ἰσχίον, ἐξ ἐκείνου τελέως ὑγιὴς ἐγένετο. ταῦτα οὖν ἔπεισέ με πολλάκις ἐν ἄκροις τε τοῖς κώλοις. καὶ μέντοι καὶ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀρτηρίας διαιρεῖν, ἐπὶ πᾶσιν ἀλγήμασιν, ὅσα διὰ θερμὴν οὐσίαν ἢ πνευματώδη τὴν γένεσιν ἔχειν ἔδοξεν, καὶ μάλιστα κατὰ τοὺς ὑμένας, ὧν τὸ ἄλγημα νυγματῶδές τ' ἐστὶ, καὶ πλατυνόμενον ἀτρέμα. τὸ μὲν νυγματῶδες αἰσθήσεως καθ' ἕν τι μέρος, ὡς ἂν κέντρου τοῦ πεπονθότος τόπου γινομένης, τάσεως δ' αἴσθησιν ἴσχοντος τοῦ περὶ τὸ κέντρον τοῦ μορίου παντός.

A obducta videlicet arteriæ osculo carne. Vir autem ille quartum jam annum haud exiguis temporum intervallis coxæ dolore vexatus, exinde prorsum sanus extitit. Hæc itaque mihi persuaserunt, ut subinde in summis artubus, immo & in capite, arterias secarem in omnibus doloribus, qui à calida spiritulosaque substantia nasci videbantur: & maximè in membranis, quarum dolor punctioni similis est, ac sensim expanditur, pungente quidem sensu una in parte, tanquam in affecti loci centro, infixo; tensionis verò sensum percipiente omni circumcirca ad centrum particula.

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΓΑΛΗΝΟΥ
ΠΕΡΙ ΒΔΕΛΛΩΝ,
ΑΝΤΙΣΠΑΣΕΩΣ, ΣΙΚΥΑΣ,
ΚΑΙ ΕΓΧΑΡΑΞΕΩΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑΣΧΑΣΜΟΥ,
ΒΙΒΛΙΟΝ.

GALENI
DE HIRVDINIBVS,
REVVLSIONE, CVCVRBITVLA,
INCISIONE ET SCARIFICATIONE,
LIBER.

CAPUT I.

De Hirudinibus.

HIRUDINES quidam venantes includunt, ac in multis, ipsis utuntur. Nam hæ cicuratæ facilè carnibus adhærent. Recèns autem captas diem unum asservare oportet, & pauculum sanguinis in alimoniam injicere. Sic enim quod iis inest virulentum exprimetur. In usu autem, pars cui hirudo admovenda est, nitro priùs perfricetur, delinaturque, aut unguibus scalpatur: promptiùs enim adhærescent. Injiciendæ autem sunt in aquam tepidam, & vas mundum amplumque; deinde spongia comprehensas, sordidoque lentore earum abstersо, manu admovebimus. Postquam inhæserint, superfundendum est parti oleum tepidum, ne refrigeretur. At si manibus pedibusve admovendæ sint, ipsam partem aquæ in qua insunt hirudines, indere oportet. Quòd si pauco tempore adhæserint, forfice caudam præcidito; nam effluente sanguine trahere non desinunt, donec ipsi aut salem aut cinerem ipsarum osculis inspersеrimus. Ubi verò deciderint, cucurbitula virulentum extrahendum est, aut saltem spongiis fovendum. Partes autem si elacryment, cuminum, aut farinam inspergito, lanamque deinceps oleo pauxillo madidam involvito. Sin sanguis erumpat, lintea ex aceto injicito, aut

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ βδελλῶν.

ΘΗΡΩΝΤΕΣ τινες τὰς βδέλλας κατακλείουσι, καὶ ἐπὶ πολλοῖς αὐταῖς χρῶνται. αὗται γὰρ ἐκμειλιχθεῖσαι ῥᾳδίως ἅπτονται τῶν σαρκῶν. τὰς δὲ νέον εἰλημμένας φυλάττειν χρὴ ἡμέραν μίαν, αἷμα ὀλίγον εἰς διατροφὴν ἐμβάλλοντας. οὕτω γὰρ διαπιεσθήσεται τὸ ἰῶδες αὐτῶν. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας, τὸ βδελλισθησόμενον μέρος προεκνιτρούσθω, καὶ καταχριέσθω, ἢ κνάσθω τοῖς ὄνυξι. ἑτοιμότερον γὰρ ἅψονται. δεῖ δὲ ἐμβάλλειν αὐτὰς εἰς ὕδωρ χλιαρὸν, καὶ καθαρὸν ἀγγεῖον εὐρὺ, ἔπειτα σπόγγῳ περιλαβόντες αὐτὰς, καὶ τὸ γλοιῶδες ἀποκαθαίροντες, διὰ τῶν χειρῶν προσάξομεν. μετὰ δὲ τὸ

B

ἐμφῦναι, ἔλαιον χλιαρὸν ἐπιχέομεν τῷ μορίῳ, ὥστε μὴ ψυγῶσαι. ἐπὶ δὲ χειρῶν, ἢ ποδῶν, αὐτὸ τὸ μέρος ἐμβαλεῖν χρὴ τῷ ὕδατι, ἔνθα εἰσὶν αἱ βδέλλαι. εἰ δὲ ὀλίγον ἅψοιντο, ψαλίζειν χρὴ τὰς οὐρὰς αὐτῶν. ἐκχεομένου γὰρ τοῦ αἵματος, ἕλκουσαι οὐ παύονται, μέχρις ἂν ἡμεῖς ἅλας ἢ σποδὸν προσπάσωμεν αὐτῶν τοῖς στόμασι. μετὰ δὲ τὸ ἀποπεσεῖν, σικύᾳ χρὴ τὸ ἰῶδες ἐξέλκειν. εἰ δὲ μὴ, πυριατέον σπόγγοις. τὰ δὲ τμήματα, εἰ μὲν ὑποδακρύοι, κύμινον, ἢ ἄλευρον προσπαστέον, ἔπειτα ἐρίῳ ἔλαιον βραχὺ κατειλικτέον. εἰ δὲ αἱμορραγείη, ὀθόνια ἐπιβλητέον ἐξ ὄξους, ἢ

ἢ κηκῖδα κεκαυμένην, ἢ σπόγγον δεύσας ὑγροπίσσῃ, καὶ καύσας, ἐπιθετέον. γινώσκειν δὲ χρὴ, ὡς αἱ βδέλλαι οὐ τὸ ἐν τῷ βάθει ἕλκουσιν αἷμα, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ παρακείμενον τῇ σαρκὶ εἰσμυζοῦσιν. χρώμεθα δὲ αὐταῖς ἀντὶ σικυῶν, ἀποσπῶμεν δὲ αὐτὰς, ὁπόταν εἰκάσωμεν τὸ ἥμισυ μέρος εἱλκύσθαι τοῦ αἵματος. ἐκκωλύομεν δὲ καὶ οὐκ ἐῶμεν ἀπορρεῖν, ἕως ἂν αὔταρκες ἀποκριθῇ, ἐπειδὴ τὸ μόριον ψύχεται, ὑπό τε τῶν βδελλῶν φύσει ψυχρῶν οὐσῶν, καὶ ὑπὸ τοῦ περιέχοντος.

A gallam ustam, aut spongiam pice liquida madentem, posteaque crematam imponito. Noscere enim convenit, hirudines non eum, qui in alto est, sanguinem extrahere, sed eum tantùm quò caro imbuta est, exugere. Utimur eis in vicem cucurbitularum. Porrò detrahimus eas, ubi dimidiam sanguinis partem extractam conjicimus. Non autem sinimus decidere, donec quod satis sit, excretum fuerit; quandoquidem pars tum ab hirudinibus naturâ frigidis, tum ab aëre nos ambiente refrigeratur.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ ἀντισπάσεως.

Τὰς σφοδροτάτας ἐπιῤῥοὰς τῶν χυμῶν, ἀντισπαστικοῖς βοηθήμασι κωλύομεν ἀθρόως κατασκήπτειν. ἀντισπαστικὰ δέ ἐστι βοηθήματα, ἐπὶ τῆς εἰς θώρακα καὶ γαστέρα ῥοπῆς, εἰς χεῖρας· ἔμετοι δὲ, ἐπὶ τῆς εἰς τὰ κάτω, καθάπερ καὶ ἡ διὰ τῶν δριμυτέρων κλυσμῶν, τῆς ἐπὶ τοὺς ἐμέτους, ἄμφω δὲ ταύτας τὰς ῥοπὰς, λέγω δὲ τὰς διὰ τῆς ἄνω καὶ κάτω γαστρὸς, C εἰς οὖρα, καὶ ἱδρῶτας, ἀντισπάσεις. καὶ μέν τοί γε καὶ τὰ οὖρα, πρὸς ἱδρῶτάς τε, τὸ καὶ διαχωρήσεις γαστρός. ἀντισπαστικὸν δὲ βοήθημα, καὶ ἡ παρὰ τοὺς τιτθοὺς προσβαλλομένη σικύα· τὸ δὲ καθ᾽ ὑποχόνδριον ἐρεισομένας, ἀντισπάσεις τὴν ἐπὶ τοὺς μυκτῆρας ὁρμὴν τοῦ αἵματος, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ μήτρας ἄμετρον φορὰν. ἀντισπᾷ δὲ καὶ τὰ δριμέα φάρμακα τοῖς κόλποις ἐπιτιθέμενα, τὰς ἐπὶ κεφαλὴν καὶ σπλάγχνα ῥοπὰς τῶν χυμῶν. καὶ ἁπλῶς τὴν ἀντίσπασιν ποιητέον, ἐπὶ μὲν τοῖς ἄνω ῥέουσι χυμοῖς, εἰς τὰ κάτω. D ἐπὶ δὲ τοῖς εἰς τὰ κάτω, τοὐναντίον. καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς ἔσω ῥοπαῖς, ἔξω. καὶ πάλιν ἐπὶ ταῖς ἐκτὸς, εἴσω. κἂν πρὸς τὰ δεξιὰ ῥέπῃ, ἐπὶ τὰ ἀριστερά. καὶ εἰ πρὸς τὰ εὐώνυμα, πρὸς τὰ ἐναντία. οὕτω δὲ καὶ τὰς μὲν ὀπίσω ῥοπὰς, πρόσω· τὰς δὴ εἰς τὸ πρόσω, ὄπισθεν.

CAPUT II.

De Revulsione.

Vehementissimas humorum fluxiones revulsoriis præsidiis universim ingruere prohibemus. Revulsoria sunt præsidia humoris, quum is ad pectus aut ventriculum vergit, ad manus retractio; vomitus, quum ad inferiora declinat; sicut quum ad vomitum impetus est, per acriores clysteres revulsio. Duas verò has humoris propensiones, tum quæ ad superiorem ventrem, tum quæ ad inferiorem vergunt, ad urinam sudoresque revelles. Quin & urina ad sudores, & alvi dejectiones retrahitur. Revulsorium quoque auxilium est, mammis admota cucurbitula. At hypochondriis defixa, sanguinis ad nares impetum repellit; sicut & immodicum ex utero effluxum. Porrò vergentes ad caput aut viscera humores retrahunt acria in sinus intestinorum data medicamenta. Summatim revulsio tentanda est humoribus sursum fluentibus, ad inferiora; deorsum verò, in contrarium; intro autem urgentibus, foras; ac rursum foras tendentibus, intro. Sin ad dextram inclinent, ad sinistram; ad sinistram verò recedentibus, in partem oppositam. Sic & quæ retrorsum recedunt, in anteriorem revelles; quæ verò anteorsum vergunt, retrorsum ages.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Περὶ σικύας.

E

Σικύαι προκενωθέντων χρήσιμοι· πληθωρικῶν γὰρ ὑπαρχόντων, οὐ χρησόμεθα ταύταις. τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ, κἀπὶ τῶν κατ᾽ ἐγκέφαλον καὶ μήνιγγας φλεγμονῶν, οὐ χρησόμεθα σικύαις ἐν ἀρχῇ τῶν παθῶν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἐπ᾽ ἄλλου μορίου φλεγμαίνοντος οὐδενὸς, ἀλλ᾽ ὅταν μὴ ἐπιῤῥῇ μηδὲν ἔτι, καὶ προκενώσωμεν ὅλον τὸ σῶμα, χρεία τε γίνεται, ἢ κινῆσαί τε καὶ ἐκμοχλεῦσαι τὸ καταφλεγμαῖνον, ἢ πρὸς τοὐκτὸς ἐπισπάσασθαι. γινομένων δὲ ἔτι τῶν παθῶν, οὐκ αὐτοῖς τοῖς ἀρχομένοις κάμνειν μέλεσιν, F ἀλλὰ τοῖς συνεχέσιν αὐτῶν, ἐπιθετέον τὴν σικύαν ἀντισπάσεως ἕνεκεν. κατὰ τὴν ἀρχὴν δὲ, τοῖς ἀποκρουστικοῖς χρηστέον. Σικύα δύναται τὴν ὕλην κενῶσαι, ὀδύνην λῦσαι, φλεγμονὴν μειῶσαι, ἐμπνευμάτωσιν διαφορῆσαι, ὀρέξεις ἀνακτήσασθαι, ἄτονον στόμαχον τονώδη ποιήσασθαι, λειποθυμίας ἀπαλλάξαι, τὰ ἐκ τῶν βαθέων μεταφέρειν ῥεύματα καὶ ξηρᾶναι, καὶ αἱμοῤῥαγίας ἐπισχεῖν, καὶ ἐμμήνων φθοροποιοὺς δυνάμεις ἑλκύσαι, καὶ ἔμμηνα κουφίσαι.

CAPUT III.

De Cucurbitula.

Cucurbitulæ prius evacuatis conveniunt; nam in plethoricis, illis non utimur. Eadem ratione in cerebri aut meningum inflammationibus per affectuum initia non utimur cucurbitulis, sicut nec alia in parte nulla inflammatione obsessa; verùm ubi nihil etiamnum influat, totum autem prævacuatum corpus fuerit, opusque sit aut movere, aut vehementiùs agitando amoliri quod in inflammatione obsessa parte residet, aut foras extrahere. Porrò dum nascuntur adhuc affectibus, non in ipsis jam laborare incipientibus partibus, sed continuis ipsis, revulsionis causâ imponenda cucurbitula. Cucurbitula potest materiam evacuare, dolorem solvere, inflammationem minuere, inflationem discutere, appetitum restituere, ventriculo infirmo robur adjicere, animi defectione liberare, ex alto fluxiones transferre, ac siccare, sanguinis eruptiones cohibere, corruptrices mensium facultates extrahere, & menses levare.

A

CAPUT IV.

De Scarificatione, seu cutis concisione.

Scarificamus partes corporis, aut inflammatione, scirrhove affectas, aut tensas, aut dolore vexatas, aut fluxionem expertas, quæ jam radices egerit & confirmata sit, aut acri materia infestante, aut si virulenta vis ab externo inciderit, aut ubi materiam ex alia parte in aliam traducere consilium est; verbi causâ crura scarificamus affecto capite, aut quum materiam in corpore exuberantem minuere volumus; potissimum ubi redundantia provenerit à suppressione materiæ; quæ evacuari consueverat; puta hæmorrhoïdibus suppressis crura scarificamus antè lavacro usis, aut calida per spongiam fotis. Nam per annum venam sæpius incidere haud expedire arbitror; quòd unà cum sanguine vitalis excernatur spiritus. Atqui si hic copiosiùs absumatur, fit ut tota moles reddatur frigidior, animalesque functiones deteriùs perficiantur. Quamobrem ab ignobilioribus partibus, puta cruribus, detractio facienda est. Prodest autem scarificatio & oculis diuturna fluxione vexatis, tum capitis affectibus, tum iis qui pectori dorsoque eveniunt, ad hæc anginæ atque impactis humoribus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ηʹ.

Περὶ ἐγχαράξεως καὶ κατασχασμοῦ.

Ἐγχαράζομεν μέρη τοῦ σώματος, ἤτοι φλεγμαίνοντα, ἢ σκιῤῥούμενα, ἢ τεταμένα, ἢ ἐπωδύνως ἔχοντα, ἢ ῥευματισθέντα, ἤδη στάσιν εἰληφότος τοῦ ῥευματισμοῦ, ἢ δριμείας ὕλης παρακειμένης, ἢ ἰώδους δυνάμεως ἔξωθεν ἐμπεσούσης, ἢ βουλόμενοι μετάγειν ἐξ ἑτέρων μερῶν εἰς ἄλλο, τὴν ὕλην. οἷον σκέλη κατασχάζομεν, κεφαλῆς πεπονθυίας, ἢ πλεοναζούσης ὕλης ἐν τῷ σώματι, μειῶσαι θέλοντες· καὶ μάλιστα ὅταν ὁ πλεονασμὸς γένηται δι' ἐποχὴν ὕλης, εἰωθυίας ἀποκρίνεσθαι συνήθως. οἷον αἱμορῤῥοΐδων ἐπισχεθεισῶν, ἐγχαράσσομεν σκέλη προλουσαμένοις, ἢ ἐν θερμῷ πυρίαν, ἢ σπόγγῳ. τὸ μὲν γὰρ φλέβα διαιρεῖν πολλάκις τοῦ ἔτους, οὐκ ἐπιτήδειον ἐνόμισα. ἅμα γὰρ αἵματι πολλῷ συνεκκρίνεται τὸ ζωτικὸν πνεῦμα. τούτου δὲ ἀναλισκομένου πυκνότερον, ὅ, τε ὅλος ὄγκος καταψύχεται, καὶ πάντα τὰ ψυχικὰ ἔργα χεῖρον γίνεται. διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν ἀκυρωτέρων, οἷον σκελῶν τὴν ἀφαίρεσιν δεῖ ποιεῖσθαι. ὠφελεῖ δὲ ἡ ἐγχάραξις καὶ ὀφθαλμοὺς χρονίως ῥευματιζομένους, καὶ κεφαλῆς διαθέσεις, καὶ τὰ περὶ θώρακα, καὶ μετάφρενα, καὶ συνάγχας, καὶ σφηνώσεις.

B

ORIBASII DE CVCVRBITVLIS, SCARIFICATIONE, HIRVDINIBVS, DERIVATIONE, ET REVVLSIONE SERMO,

In septimo, & octavo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro.

Ex libro septimo.

CAPUT XV.

De Cucurbitula ex libris Galeni.

Cucurbitulæ evacuatis priùs corporibus utiles sunt: nam ubi ea plethorica sunt, cucurbitulis non utimur. Eadem etiam ratione, ubi cerebrum, ejusque membranæ phlegmone vexantur, cucurbitulis in affectuum principiis non utimur, quemadmodum sanè, nec in ulla alia parte phlegmone laborante; sed ubi tum nihil amplius influxerit, tum totum corpus antè vacuaverimus, ususque postularit, ut aliquid eorum, quæ in parte phlegmone laborante continentur, moveamus, eruamusque, vel ad exteriora extrahamus. Dum verò affectus etiamnum fiunt, cucurbitula minimè membris laborare incipientibus, sed iis, quæ his continuata sunt, revulsionis causa imponenda est; in principio verò repellentibus est utendum.

CAPUT XVI.

De Cucurbitula ex libris Antylli, ex secundo sermone de Evacuantibus remediis.

IN mediocri dolore, & in similibus, levibus utimur cucurbitulis, quæ scilicet sine incisione aptantur. At in quibus roborare volumus, vehementibus est utendum. In oppletis verò partibus, quemadmodum & in iis, quæ à corrupta vexantur materia, cum incisione admovemus. Oportet autem, antequam eas adhibeamus, ventrem jam emollitum fuisse, aut omninò nullam infestantium excrementorum adesse suspicionem; ac priùs comedisse omninò, vel aquam priùs bibisse à levi nutrimento, & jam subducto. Maximè verò oportet, si sanguinem detrahere volumus, ut primò pars parum fricetur; postea si ruborem sufficientem, tumoremque à cucurbitula acquisierit, scarificetur; sin minùs, tertiò cucurbitula affigi debet, quousque pars tum tumefacta tum rubefacta fuerit. Quòd si ne tunc quidem tumor, nec rubor effectus fuerit, spongiis partes fovendæ sunt, quousque coloris evadant phœnicei, & ita deinceps scarificandæ. At si quis præcognoverit corpora non rubefactum iri, veluti in iis, qui pingue habent abdomen, vel in refrigeratis, & in mulieribus, quæ pepererint, ante cucurbitularum applicationem cataplasma illis partibus imponendum est. Aliquando verò tumor validus à levibus cucurbitulis fit, & colore lividior; ac postquam scarificatus fuerit, parum, vel nihil effluit: quum sanguis crassior existat, & quod antestat, sit carnosius. Itaque in his, spongiis præcipuè fovendus est locus, ac tenuis beneque fluxilis reddendus est sanguis. Cavendum porrò est ne prope mammas cucurbitulæ ponantur; incidentes enim interdum in ipsas mammæ, & admodum tumescentes, difficilem reddunt avulsionem. Sanè applicandæ sunt cucurbitulæ cum modico igne; nam si vehementes apponantur, vapore inflammantes, contendentesque corpora, nihil effatu dignum attrahunt. Notum autem est ita figurandas esse partes, ut sanguis in ipsis non immoretur, crassescensque impedimento sit effluxioni; sed ut pronus ad inferiora effluat. Post ablationem verò cucurbitularum, si quod extractum fuerit, satis sit, partes postea curabimus; si non satis, cucurbitulas denuò apponemus. In capite cum multo igne haud sunt infigendæ; vehementer enim attrahunt, difficulterque avelluntur. Quæ verò cum mediocri igne affiguntur, id quod opus est, perficiunt. Quando autem non possunt nisi difficulter avelli, spongiis ex calida eas circumplecti oportet; sic enim remittuntur: quòd si ne ita quoque remittantur, perforare ipsas oportet.

CAPUT

De Cucurbitularum differentia à materia & à figura sumpta.

CVcurbitularum differentiæ à materia sumptæ tres sunt, vitreæ, corneæ, æneæ. Nam argenteas, quia vehementiùs igniuntur, rejicimus. Ænearum frequentior est usus. Uti etiam vitreis possemus, in quibus sanguinis vacuationem considerare opus est. Corneis item in capite uti possemus, ubi æneas difficulter avulsum iri existimaremus; & in timidis quoque, qui ob flammam perterrefiunt. Quòd ad figuram spectat, differentia præcipuè in æneis est. Sanè elatiores, humilioribus magis attrahunt. Humiliores in capite magis accommodantur; propterea quod haud vehementer trahunt. Quæ plana habent labra, corporibus latitudinem habentibus: quæ resima, curvis & gracilibus commodiùs affiguntur. Quæ acutum os habent, illis competunt, in quibus scarificatione quidem non utimur, sed per levium cucurbitularum applicationem, vehementer attrahere volumus, labrorum acuitate ad attractionis violentiam conferente. Quæ obtusa habent labra, tum in aliis membris, tum præcipuè in capite utiliter applicantur. Ænearum cucurbitularum tractus, quemadmodum etiam vitrearum, per ignem fit; cornearum, sine igne; quippe in extremo sunt perforatæ, quumque aptantur, vehementer per foramen exuctæ, attrahunt; statim verò foramen digito, cerave clauditur.

CAPUT XVII.

De Cucurbitulis ex libris Herodoti, ex sermonibus de Evacuantibus remediis.

CVcurbitula verò potest capitis materiam vacuare, dolorem solvere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetentias revocare, imbecillum exolutumque stomachum roborare, animi defectiones removere, quæ in profundo sunt ad superficiem transferre, fluxiones exsiccare, sanguinis eruptiones cohibere, mensium circuitus suggerere, φθοροποιὰς δυνάμεις, id est facultates corruptionem inducentes (seu medicamenta mortifera) attrahere, rigoribus finem imponere, circuitus solvere, à cataphora, id est inclinatione in somnum excitare, somnos conciliare, gravitates levare. Hæ & his similes sunt cucurbitularum facultates.

CAPUT XVIII.

De Scarificatione ex Antyllo, ex sermonibus de Evacuantibus remediis.

SCarificamus partes corporis, aut phlegmone laborantes, aut induratas, aut distentas, aut dolore affectas, aut fluxionibus vexatas, nimirum ubi jam fluxio constiterit, aut acri materia imbutas, aut ubi virulenta facultas extrinsecus inciderit, aut quum ex aliis partibus in aliam, traducere materiam studemus, sicuti crura affecto capite scarificamus; aut ubi materiam in corpore redundantem minuere volumus, præcipuéque quum redundantia fiat ob materiæ, quæ de more expelli sit solita, suppressionem, sicuti suppressis hæmorrhoïdibus, crura scarificamus. Sanè pars, quæ scarificari debet priùs, si fieri potest, lavanda est; sin minùs, aqua tepida quousque rubefiat, est perfundenda, aut spongiis fovenda, aut soli ignive exponenda, ac postea scarificanda. Infigendæ verò sunt incisiones, in cruribus quidem, & abdomine, *κατ' ἰθυωρίαν, id est per rectitudinem, seu longitudinem*; in thorace item, & dorso, ac cervice, eodem modo; in capite verò secundùm capillorum positionem; in fronte autem per transversum. Magnitudine porrò inter sese sint æquales incisiones; & quæ inter eas sunt intervalla, inter sese æqualia sint; scarificationisque initium ab infernis partibus sumatur; ita enim sanguis ad superficiarias partes decurrens, eam, quæ scarificari deinceps debebit, non obscurabit. Incisionum situs per æquales inter se ordines fiat. Scarificatio autem non κατὰ πληγὴν, id est per percussionem, sed κατὰ συρμὸν, id est per tractum, est facienda; hoc enim pacto citra dolorem fiet.

CAPUT XIX.

De Scarificatione ex libris Apollonii.

QUum ad corroborationem, & ad quancumque corporis conservationem, plurimam etiam haberi utilitatem ex sanguine compererim, qui sæpissimè quidem quantitate abundat, aliquando verò secundùm qualitatem in deterius vertitur; opinatus sum, ubi ipse abundat, imminutionem; ubi corruptus est, alterationem convenire. Ac venas quidem sæpius eodem anno secare, non esse idoneum arbitratus sum; considerans, quòd unà cum sanguine multus etiam spiritus vitalis excernitur; dum autem hic absumitur frequentiùs, universa corporis moles refrigeratur, & omnia naturalia opera deteriora evadunt. Judicavi ergo ab ignobilissimis partibus, sicuti à cruribus, sanguinis extractionem per scarificationem fieri debere, quantitate habitu hominis usuque mensurata. Optimum verò præsidium est tum ad conservationem sanitatis, tum ad ejusdem recuperationem, ubi ipsa ab aliquibus ejuscemodi causis eversa fuerit. Nemo tamen me phlebotomiam explodere suspicetur. Ego enim illam in maximis periculosissimisque affectibus non omitto; in quibus sanè abundè affatimque sanguinem effundere est opus: nam proinde, ut affectus sunt vehementes, ita quoque affatim vacuationes faciendæ sunt. Plethoram autem commoderatam, quæ aliquid mali factura sit, ac jam eversionem in morbosum statum attingat, tibia quæ scarificationibus vexata fuerit, innoxiamque totam, quam volumus sanguinis illigationem reddiderit, citra validam totius molis commotionem, solvit; sæpius enim plus quàm par sit, congregatur. Quare tardandum non est, ut, quotiescunque plenitudinis signa inciderint, ipsam eo, quo ostendimus pacto, tollamus. Præstat enim tum viscera, tum quæ in toto corpore sunt vasa, intemperatè non repleri, neque distendi, sed potiùs in terminata quadam relaxatione esse, ut naturalis spiritus expeditè permeare possit.

CAPUT XX.

Scarificationem mulieribus, quæ probè non purgantur, aliisque multis affectibus prodesse.

MUlieribus, quibus purgatio prosperè non succedit, scarificatio mirè auxiliatur; nam quod illic ad debitam purgationem deerat, id hac via vacuatur. Statutum autem purgationis tempus expectare oportet; tuncque quum nihil vel parum sponte fluxerit, eatenus detrahente hoc auxilio, uti debemus, quatenus usus postularit. Quibusdam etiam mulieribus, ut de more menstruæ purgationes iterum redirent, hoc auxilium maximè contulit; nam continua in inferiores partes sanguinis eductio, inclinationem viamque ipsi præbet. Ego sanè etiam valde ætate provectas, quibus jam pridem nihil menstrui ferebatur, ubi aliqua corporea molestia conflictarentur, hac curatione sublevo. Hæc enim mulierum propria est, multumque habet efficaciæ; quippe quæ naturalis excretionis modum imitetur. Porrò vacante interdum soleo scapello, id est, smilio; interdum autem per hirudinum applicationem. Oculos etiam quum quidam ex longo tempore ab incessabili fluxione infectos haberet, hoc præsidio sanatus est; quum nos aliis etiam localibus circa oculos auxiliis usi fuissemus, totiusque corporis curam gessissemus. Senex etiam quidam, quum priùs quidem longis, postea verò brevioribus interjectis intervallis, à strangulosa circa pulmonem angustia vexaretur, simili modo curatus est. Ea autem quantitas, quæ conveniens esse videbitur, vacuanda est, refrigeratioque est vitanda; ac nutrimentum deinceps commoderatum, tribus quatuorve diebus est exhibendum. Et sanè dum pestilentia vehemens Asiam deprehendisset, multosque perdidisset, meque etiam morbus attigisset, secunda morbi die, remissione febris facta, crus scarificavi, duasque fere sanguinis libras detraxi; hacque de causa periculum vitavi. Plerique igitur etiam alii hoc præsidio usi, superstites evasere: erant enim plenitudinis signa. Illique præcipuè servabantur, qui sanguinem copiosum exhauriebant. Igitur capitis etiam dolores moderatos, tonsillarum phlegmonas, ac dolores circa latera recentes tollit; nam diuturniora ejuscemodi symptomata localibus scarificationibus dissolvimus. Quin & qui à morbo resumuntur, difficulterque in naturalem sibi ipsis habitudinem redeunt, nihil æquè sanè ad convenientem bonamque renutritionem ducit, ut sanguinis per scarificationem exhaustio.

CAPUT XXI.

De Hirudinibus ex libris Antylli, ex sermonibus de Evacuantibus remediis.

QVidam captas hirudines diu includunt, eisque ad multa utuntur. Ipsæ enim si mitescunt, carnem facilè apprehendunt; quum aliæ nonnunquam peregrinè sese gerant. Oportet autem has quidem, quum primùm eas experti fuerimus, applicare; quæ verò nuper captæ sunt, per dies servare, exiguum sanguinis pro nutrimento injicientes; ita enim earum virulentia exprimetur. Sanè quum eis uti volumus, locus, cui hirudines applicandæ sunt, nitro priùs fricandus, ac sanguine alicujus animalis, vel argilla liquida inungendus, vel fovendus, vel unguibus scalpendus; promptiùs enim apprehendent. Oportet autem ipsas in aquam tepidam & puram, in vase lato magnoque contentam, injicere, ut commotæ virus abjiciant; mox ubi eas spongia comprehenderimus, ac mucorem lentoremque purgaverimus, manu admovebimus. Atque ubi omnes inhæserint, oleum tepidum parti, ne refrigescat, infundemus. At si manibus pedibusve affigendæ sunt, pars ipsa in aquam, ubi hirudines sunt, injicienda est. Quòd si etiam eis ubi repletæ fuerint, uti oportuerit, vel quia paucæ hirudines præsto adfuerint, vel quia paucæ apprehenderint; earum caudas forcipe incidere oportet: nam effluente sanguine trahere nunquam desinunt, quousque nos salem, vel nitrum, vel cinerem, earum osculis inspergamus. Ubi verò exciderint, si locus cucurbitulam capere potuerit, per ejus appositionem virtus extrahere debemus; validè nimirum ipsam apponentes, celeriterque avellentes; si verò cucurbitulæ capax non fuerit, spongiis fovendus is est. Cæterùm si corpora, vel oscula sublacryment, mannam, vel cuminum, vel farinam inspergito, ac postea lanam pauco madentem oleo convolvito; sin sanguis etiam inde erumpat, linteola, vel aranearum telas ex aceto injicito; aut gallam ustam, aut spongiam novam pice liquida intinctam, ac ustam imponito: deinde chartula aceto irrigata imponenda, ac illiganda est. Hæc autem in partibus quæ in medio corpore habentur, sunt peragenda. Nam in artubus (quæ græcè κῶλα, i. membra longa, hoc est brachia, & crura appellantur) solum etiam vinculum pro cohibendo sanguine satis est; quod postero die solvendum est: sique sanguis constiterit, abjiciendum; si verò non constiterit, eisdem utendum est. Scire autem oportet hirudines non ex profundo sanguinem trahere, sed eum, qui carnibus adjacet, exugere. Eas autem in illis usurpamus hominibus, qui scarificationum incisiones pertimescunt; vel in illis partibus, in quibus cucurbitula ob earum parvitatem, vel gibbositatem, & inæqualitatem, aptari non potest. Hirudines avellimus, quando ejus sanguinis, quem arbitramur exhauriri oportere, dimidiam partem attractam fuisse conjecerimus; & postea tamdiu effluere permittimus, quoad qui satis sit, excretus fuerit. Quum verò pars tum ab hirudinibus, quæ naturâ frigidæ sunt, tum ab aëre refrigeratur, fovenda ipsa est, ac recalfacienda; sanguinisque fluxus non per refrigerantia, sed per astringentia & emplastica, ut diximus, est cohibendus.

CAPUT XXII.

De Hirudinibus ex Menemacho.

HIrudines locis affectis applicantur, vel eis, qui proximi non pinguibus sunt; nam oleum earum appetentiam subvertit. Porrò in angustiam stricti calami ab utraque parte haud perforati, vel operculum parvi calami, vel quidpiam simile, quum aptandæ sunt, demitti debent. Earum numerus à duabus magnitudinibus loci nimirum & affectionis sumendus est. Auferantur, oleo calido earum

labiis infuso. Mordacitas autem satis in partibus ulceratis exolvenda est. Quod post earum ablationem effluit, digitus impositus cohibet. Excretionis quantitas ab hirudinum erectione conspicitur; sed evidentiùs ea etiam apparet, si congregata fuerit, quando hirudines à corporibus divulsæ sanguinem evomuerint. Sanè si hirudines ægrè adhærescant, loci, quibus aptandæ sunt, superficietenus sunt scarificandi; ubi enim illæ sanguinem gustaverint, avidiùs ipsum appetunt.

Ex libro octavo.

CAPUT XVIII.

De derivatione, ex libris Galeni.

DErivatio (Græcè parocheteusis) ejusdem est generis cum evacuatione facta per partem, quæ fluxionem suscipit. Fit autem per aliquam vicinarum partium, exempli causâ, quando per gurgulionem, vel palatum fertur fluxio, per nares certè ipsius derivatio congruenter fiet, irritatione à nobis facta, vel provocatione per acria medicamenta. Quandò verò ad oculos, vel aures succi vergunt, derivare ipsos non in nares tantùm, sed & in ipsum etiam os debemus; medicamentum id, quod ex origano & sapa confectum est, idque etiam quod ex sinapi constat, diluenda gargarizandaque exhibentes. Scimus etiam quòd staphisagria, id est pedicularis herba, commanducata, pyrethrum, omniaque id genus acria, succorum abundantiam, quæ in oculos vel aures ex capite fertur, ad os traducunt. Derivatio etiam fit, si id quod per asperam arteriam in pulmonem defluit, ad stomachum divertamus: hoc enim magis eligendum; nec secùs etiam si mulieri per sedis venas sanguis irrumpat, eum quoque ad uteri venas traducamus. Rivare igitur (Græcè ὀχετεύειν) est per rivos ducere; derivare verò (id est παροχετεύειν) est à rivis ad latera divertere.

CAPUT XIX.

De revulsione, ex libris Galeni.

VEhementissimos humorum influxus revulsoriis præsidiis confertim ingruere prohibemus. Revulsoria autem præsidia sunt, vincula quidem artuum, ubi succi in thoracem & ventrem inclinant; vomitus autem, ubi ad inferiora declinant; quemadmodum etiam acres clysteres, ubi ad vomitum vergunt. Has verò ambas succorum inclinationes, eam, inquam, quæ per superiorem, & eam quæ per inferiorem ventrem fit, ad urinas ac sudores retrahes. Quin & urinas quoque tum ad sudores, tum ad alvi quoque dejectiones revelles. Revulsorium etiam præsidium est, quæ juxta mammas apponitur cucurbitula. Quæ verò hypochondriis affiguntur, sæpenumero sanguinis ad nares impetum potenter revulsisse conspexistis; quemadmodum etiam sanè immodicas per uterum irruptiones. Acria etiam medicamenta artubus imposita, succos ad caput visceraque vergentes, revellunt. In summa, revulsio facienda est, deorsum quidem, ubi succi ad superiora; sursum, ubi ad inferiora vergunt; & ubi introrsum, ad exteriora; ubi extrorsum, ad interiora: ita quoque si dextrorsum inclinat, in sinistram; si sinistrorsum, ad dextram revulsio facienda est. Sic sanè fluxiones, quæ retrò inclinant, in priora revellendæ; quæ in priora, in posteriorem regionem abducendæ sunt.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΚΑΘΑΙΡΟΝΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

HIPPOCRATIS
DE MEDICAMENTIS PURGANTIBUS LIBELLUS.

ΚΕΦ. ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ͂Ι ΒΙΒΛΙ͂ΩΙ.

Η βραχέως τῶν φαρμάκων καθαιρόντων διδασκαλία δίδοται.

ΤΑ περὶ φαρμάκων οὐχ οἷα νομίζεταί ἐστι. τῷ γὰρ αὐτῷ φαρμάκῳ καθαίρονται, καὶ οὐ καθαίρονται. ἔσθ' ὅτε δὲ ἄλλα καθαίρει, ἢ οἷα εἴωθε· ἔσθ' ὅτε δὲ ὑπερκαθαίρει. ἔστι δὲ ὅτε τὰ δέοντα ἐποίησεν. ὥστε οὐχ οἷόν τε πεποιθότα τοῖσι φαρμάκοισιν εἰκῇ διδόναι. ὑπολαμβάνειν γὰρ χρὴ καὶ τὰ σιτία τὰ τρέφοντα ἡμᾶς φάρμακα εἶναι, ἧσσον δὲ ἐκείνων. οἱ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ὀρθῶς μὲν σιτευόμενοι, ὑγιαίνουσι· μὴ ὀρθῶς δὲ, κάμνουσιν. ὑπερβαλλόντως δὲ, καθαίρονται μὲν, ὥσπερ ἀπὸ τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων· ἧσσον δὲ καὶ βραδύτερον τῶν εἰλικρινέων φαρμάκων. δῆλον οὖν ὅτι ἐστὶ καὶ ταῦτα φάρμακα. ὅμως δὲ ταῦτα βραδύτερα καὶ ξυνήθη ἐόντα ἡμῖν, ἑκάστην ἡμέραν ἐσιόντα ἐς τὸ σῶμα εἰκῆ καὶ ἀμελῶς διδόμενα, [εἰκῆ] ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ νοσοποιεῖ πως. καὶ τὰ εἰλικρινέα καὶ τὰ ὀξέα, ἢν ἀμαθῶς καὶ ἀπερισκέπτως διδῷ τις, οὐ μέλλει διαπρήξεσθαί τι σύμφορον. χρὴ οὖν πρῶτον διδόναι τοῖσι μὲν χολώδεσι, ὅ, τι χολὴν καθαίρει· τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν, ὅ, τι φλέγμα· τοῖσι δὲ ὑδρωπώδεσιν, ὅ, τι ὕδωρ· τοῖσι δὲ μελαγχολώδεσιν, ὅ, τι μέλαιναν χολήν. ἢν δὲ τούτων ἔξω καθαίρῃς, τὰ μὲν δέοντα οὐ καθαρεῖς, τὰ δὲ μὴ δέοντα κενώσεις· ὥστε ἐς ἀμφότερα ἁμαρτάνειν. ὅταν οὖν μέλλῃς τινὶ φάρμακον διδόναι, ἤν τε κάτω, ἤν τε ἄνω, ἐπερωτᾷν αὐτὸν χρὴ εἰ δή τι ἔπιε φάρμακον, καὶ πότερον ἡ κοιλίη ἐν τοῖσι κατωτερικοῖσι φαρμάκοισιν ὀξεῖα, καὶ ὑπακούει ταχέως, ἢ σκληρή. καὶ ἢν φῇ ὀξεῖαν καὶ εὔλυτον εἶναι, μαλακωτέρων τε καὶ ἐλασσόνων δεῖται· ἢν δὲ

ARGUMENTUM LIBELLI.

Paucis purgantium medicamentorum doctrina traditur.

QUÆ de medicamentis purgantibus *narrantur*, haud qualia vulgus arbitratur, existunt. Eodem enim medicamento purgantur, & non purgantur. Interdum verò alia purgat, quàm quæ consuetum est. Nonnunquam uberiùs purgat, aliquando quæ decent molitur. Quare fieri non potest, ut qui medicamentis fidit, ea inconsultò exhibeat. Nam cibos nos nutrientes, medicamenta quoque, sed his minus esse, existimandum est. Qui namque homines rectè his epulantur, sani degunt; non rectè, ægrotant: supramodum, purgantur quidem, quemadmodum à sinceris medicamentis; sed minùs, & tardiùs, quàm à sinceris medicamentis. Patet igitur, eos *cibos* esse quoque medicamenta. At certè hi tardiores quum assueti nobis sint, & quotidie in corpus ingrediantur, si temerè ac negligenter dentur, intempestivè homines perturbant, & morbos utcunque procreant. Atque siquis sinceros & acidos *cibos* imperitè ac inconsultè exhibeat, nihil quod conferat perficient. Oportet itaque primùm biliosis dare quod bilem purgat; pituitosis, quod pituitam; hydropicis, quod aquam; melancholicis, quod bilem atram. Si verò extra hæc purges, quæ oportet non purgabis, & quæ non oportet vacuabis. Quare in utramque partem peccabis. Quum itaque medicamentum alicui exhibendum paras, quod sursum vel deorsum purget, interrogare ipsum oportet, an aliquod jam biberit medicamentum, & utrùm alvus ex deorsum purgantibus medicamentis cita sit, & celeriter obsequatur, aut dura. Atque si citam ac solutu facilem esse dixerit, & blandio-

blandioribus & paucioribus indiget; si verò dura fuerit, validioribus opus habet. Idem quoque modus ad sursum purgantia. Verùm si nunquam, neque sursùm, neque deorsùm se purgatum fuisse dixerit, aut medicamentum bibisse; nosse oportet, an ad ea quæ sanus ingessit, alvus deorsum solutu facilis fuerit, aut sursum ad vomitum *proclivis*, & an ad repletionem aliquam *cibi*, alvi profluvium ipsi successit. De his omnibus sciscitari decet, quò rectè consulere possis. Turpis enim est calamitas, dato purgante medicamento hominem enecare. Quicunque igitur vehementibus corripiuntur, his purgantia medicamenta dare nefas est, quoad remiserit febris; sin minus, non intra quatuordecim dies. Quum enim carnes ipsorum calidæ sint, & ventres medicamentum assumunt, ac nihil depurgantur, ac tum febris major fit, & color evertitur, ictericique fiunt. Commota namque bile, & non purgata, neque sorbere vult *æger*, neque bibere; sed cuncta fastidit, & plerumque perit. Si verò medicamentum purgans detinuerit, hoc ante medium diem nihil purgatur; à media autem die nimia purgatione purgatur, & perit. Quòd si illa die superstes fuerit, ac unà cum purgatione febris remiserit, sanus evadit. Quapropter in vehementibus febribus medicamenta purgatoria haud exhibenda sunt. Verùm si alicui opus fuerit, quotiescunque voluerit, alvus clystere proluenda est; minus enim periculum est. Hac eâdem ratione etiam æstiva tempestate, à canis ortu, per dies quinquaginta medicamentum purgans dare prohibendum est, sed clysteribus utendum. Idem enim periculum imminet.

σκληρὴ εἴη, ἰσχυροτέρων δεῖται. ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος, καὶ πρὸς τὰ ἀνωτερικά. ἢν δὲ μηδέποτε φῇ μήτε ἄνω μήτε κάτω κεκαθάρθαι, ἢ πεπωκέναι φάρμακον, ἢ ἐγνωκέναι χρὴ εἰ πρὸς τὰ ἐσιόντα ὑγιαίνοντι εὔλυτος ἡ κοιλίη πρὸς τὰ κάτω, ἢ εὐέμετος πρὸς τὰ ἄνω· καὶ εἰ πρὸς πλησμονήν τινα γινομένην, ἢ διάῤῥοια ἐπεγίνετο αὐτῷ. ταῦτα πάντα ἀνερέσθαι χρὴ, ὡς ἂν δυνηθῇς ὀρθῶς βουλεύεσθαι. αἰσχρὰ γὰρ συμφορὰ φάρμακον διδόντα ἄνθρωπον, ἀποκτεῖναι. ὁκόσοι μὲν οὖν ὑπὸ πυρετῶν ἰσχυρῶν λαμβάνονται, οὐ χρὴ τούτοισι φάρμακα διδόναι καθαρτήρια ἐς τὸ ἂν μεθῇ ὁ πυρετός. εἰ δὲ μὴ ἐντὸς τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερέων. θερμαὶ γὰρ αἵ τε σάρκες ἐοῦσαι αὐτέων, καὶ αἱ κοιλίαι ἀναλαμβάνουσι τὸ φάρμακον, καὶ ἀποκαθαίρονται οὐδέν. καὶ τότε πυρετὸς γίνεται πλείων, καὶ τὸ χρῶμα ἐκτρέπεται, καὶ ἰκτεριώδεες γίνονται. κινηθείσης γὰρ τῆς χολῆς, καὶ μὴ καθαρθείσης, οὔτε ῥοφέειν θέλει, οὔτε πίνειν. ἀλλὰ πάντα βδελύσσεται, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυται. ἢν δὲ κατάσχῃ τὸ φάρμακον, τὸ μὲν πρὸ μέσου ἡμέρης οὐδὲν καθαίρεται· ἐκ μέσου δὲ ἡμέρης καθαιρόμενος ὑπέρινος γίνεται, καὶ ἀπόλλυται. ἢν δὲ ταύτην τὴν ἡμέρην περιγένηται, καὶ ἅμα τῇ καθάρσει μεθῇ ὁ πυρετὸς, ὑγιὴς γίνεται. οὐκ οὖν οὐ χρὴ τοῖς ἰσχυροῖς τῶν πυρετῶν φάρμακα καθαρτήρια προσφέρειν· ἀλλ' ἢν τινα δέῃ, ὑποκλύζειν χρὴ ὁποσάκις ἂν βούλῃ ἀκινδυνότερον γάρ. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ ἐν τῇ θερινῇ ὥρῃ ἀπὸ κυνὸς ἀνατολῆς ἡμέρας πεντήκοντα φυλάσσεσθαι χρὴ μὴ διδόναι φάρμακον· ἀλλὰ κλυσμοῖσι χρέεσθαι. ὁ γὰρ αὐτὸς κίνδυνος.

ΓΑΛΗΝΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΚΑΘΑΙΡΟΝΤΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΒΙΒΛΙΟΝ.

GALENI
DE PVRGANTIVM MEDICAMENTORVM FACULTATE LIBELLUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΟΝ ΕΝ ΤΩ ΒΙΒΛΙΩ.

Διδάσκει καθαρτικὰ τὰ φάρμακα τῇ ἰδίᾳ δυνάμει οἰκείους τε καὶ ἀναλόγους αὐτοῖς χυμοὺς κενοῦν, καὶ τὰς ἐναντίας ἐκκλώζει δόξας.

ARGVMENTVM LIBRI.

Purgantia medicamenta propriis facultatibus humores ſibi familiares & analogos vacuare docet; contrariaſque explodit ſententias.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

Ὅτι μὴ κατὰ τὴν τῶν καμνόντων προαίρεσιν, ἀλλὰ μὲν κατὰ τὴν χυμῶν τῶν καθαρσομένων ἀναγκαιότητα, τὰ φάρμακα καθαίροντα διδόναι χρή.

ΚΑΤΑ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐοίκασιν οἱ παλαιότατοι τῶν ἰατρῶν τὰς πονηρὰς δόξας ἀνελέγκτους ἐᾶσαι, καθ᾽ ἣν τῶν νομοθετῶν οἱ ἀρχαιότατοι τὰ μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων ἀτιμώρητα. μετριωτέρας γὰρ οὔσης B κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον τῆς κακίας, καὶ μήτε ἀδικεῖν ἐπιχειρούντων τὰ μέγιστα, μήτε ἀναισχυντεῖν ὑπομενόντων τὰ φανερώτατα, πῶς ἄν τις ἢ κόλασιν ὥριζε τοῖς μηδ᾽ ὅλως γεγενημένοις, ἢ ἔλεγχον ἐπῆγεν οἷς οὐδεὶς ὅλως εἶπεν· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ χρόνῳ, τῆς κακίας αὐξανομένης, οὔτε ἀτόλμητον οὐδὲν ἔτι τοῖς ἀνθρώποις, οὔτε ἄρρητον ἦν, οἱ μὲν νομοθέται πολλοὺς τρόπους καινοὺς ἐξευρίσκουσι τῆς ἐπὶ τοῖς ἀδικοῦσι τιμωρίας·

CAPUT I.

Non ægrotantium placitis, ſed humorum purgandorum neceſſitate medicamenta purgantia exhibenda eſſe.

EADEM de cauſa medici vetuſtiſſimi pravas opiniones irreprehenſas omiſiſſe videntur, quâ graviſſima etiam delicta antiquiſſimi legumlatores inulta reliquerunt. Quum enim eo tempore moderatior eſſet hominum malitia, ut qui neque maxima crimina perpetrare aggrediebantur, neque manifeſtiſſimis impudenter contradicere; quomodo aliquis punitionem iis quæ nondum admiſſa erant præſcriberet, vel redargueret ea quæ nemo prorſus dixerit? At quia temporis ſpatio eò crevit hominum malitia, ut nihil non aut facere, aut dicere auſi ſint, legum conditores multas ac novas ſuppliciorum formas adverſus ſceleratos adinveniunt:

ratos; veritatis autem studiosi varias contra sophistas reprehensionum species excogitant. Quod nunc etiam nos in præsentia facturi videmur, eos qui medicamentorum purgantium facultatem attractricem humorum quos evacuant, è medio tollunt, commutatricem verò quandam omnium ex æquo ad ipsa prope accedentium, habere dicunt, reprehendentes. Adversus quam opinionem Hippocrates nihil prodidit. Nondum enim vel Asclepiades illius tempore vixerat, qui manifestis impudenter refragatus est, & seu præmium aliquod contra veritatem reportaturus; vel Erasistratus, qui cum pudore aliquo totam illam summam, quæ de medicamentis purgantibus manifestò existit, subvertere tentavit. Etenim efficacissimam familiarissimamque naturæ facultatem attractricem in nullo ipsius commentario Erasistratus cognovit, sed consequentia potius ad id quod evacuatur, ipsius loco utitur. At familiarium attractricis facultatis pars est ea quæ in purgantibus medicamentis continetur; quemadmodum etiam illa qua bilis & urina secernitur, aliaque multa quæ in secunda animalium valetudine à natura obeuntur, & in morborum curationibus, morbisque ipsis, tum à medicis, tum ab ipsa maximè natura perficiuntur. Quoniam igitur Hippocrates nihil dixit adversus eos, qui ex rerum natura attractionem tollunt, eo quod neque tam audacem patronum oratio tunc habebat, quales multi post eum extiterunt, æquum fuerit pro veritate, Hippocratis loco, nos certamen suscipere. Ac primùm sanè qualenam dicant admonere viros oportet, deinde non rectè ipsos dicentes ostendere. Sententia ipsorum ejusmodi est. Purgans medicamentum quemcunque humorem contigerit, hunc in propriam ipsius speciem immutat, bilem quidem flavam efficiens, id cholagogum nominant; quemadmodum & pituitam, quod phlegmagogum dicitur; aquosam verò quandam naturam efficiens, quod nominant hydragogum; aliud sanè atram bilem reddens, quemcunque attigerit humorem. In summa, omnium humorum, qui in venis sunt, mutatio alteratioque est, non unius ipsorum vacuatio, quæ appellatur purgatio. Sic horum sententia habet. Sed age, si placet, dicamus jam ad ipsos, sive bilem ducens, sive pituitam, sive atram bilem, sive serosam humiditatem, aliquis medicamentum assumpserit, universos ex venis humores vacuari. Atqui hac ratione sola purgatio ab ejusmodi medicamento petita, differt à sanguinis evacuatione per venæ sectionem, quòd in hac ille qualis priùs erat excernitur; in purgationibus autem alteratur, non colore tantùm, sed etiam consistentia. Quod enim aquosa ducit, liquida & tenuia omnia, quæ in venis sunt, efficit, etiamsi antea fuerint crassissima; quod autem atram bilem educit, econtrario omnia crassa firmaque, etiamsi antea fuissent liquidissima. Proinde, nobis venæ sectionis, purgationisque secundùm alios sanè quosdam scopos delectus erit; secundùm ipsam verò eorum quæ evacuantur, speciem, non erit. Sed qui alii scopi existunt? multi quidem ad sanguinis missionem aliis promptiores existunt; nonnulli verò ad purgationem, sicut etiam alii quidvis citius patientur quàm venæ sectionem. Nonnulli verò aliquam corporis partem potiùs præcidi sibi sustinent, quàm medicamentum bibant. Quinetiam aliquibus sto-

A ταὐτὸ, ἄλλοτε δὲ ἀπ' ἄλλου τὸ μέτριον, ἐκ τούτου δὲ γένους ἐστὶ, καὶ τὸ τεῦτλον, καὶ κράμβη· χρὴ γὰρ καὶ τούτων ἀπογεύεσθαι τὰ σύμμετρα. πράσου δὲ καὶ σελίνου καὶ σμυρνίου προσάψασθαί ποτε συνοίσει, καὶ τῶν ὀπωρῶν, ὅσαι μὴ παντάπασιν ὠμαὶ καὶ δύσπεπτοι τὴν φύσιν εἰσίν. ἴσχουσί τε γὰρ τὰ περιττώματα σφῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἄλλων σιτίων. τά τε οὖν μόρα, καὶ τὰ πρεκόκκια καλούμενα, καὶ τὰ σῦκα, καὶ εἴ τινα τούτοις ἔοικεν, ἀλύπως διέξεισι, καὶ ἡ καλουμένη κολοκύνθη, καὶ B τῶν μαλακωτάτων λαχάνων οὐδενὸς ἀποδεῖ, καὶ οἱ πέπονες, οἱ σικυοί. μοχθηροὶ γὰρ ὅσοι μὴ τοιοῦτοι, καὶ βοτρύων πεπείρων ἅψασθαί ποτε συγχωρῆσαι τῷ παιδί, μήλων δὲ καὶ ἀπίων ἐλάχιστά τε καὶ ὀλιγάκις προσφέρεσθαι, καὶ ταῦτα μὴ μόνον ἐπὶ τοῦ δένδρου κατειργασμένα καλῶς, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν ἐπὶ τῆς οἰκίας. εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ περὶ τῶν εἰς ἀπόθεσιν ἐπιτηδείων ἀκροδρύων, ὡς οὐδὲν ὅμοιον ἔχει τοῖς παλαιοῖς τὰ πρόσφατα, δύναται δὲ ἀποτίθεσθαι, μῆλά τε καὶ ἄπια, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἀκροδρύων, καὶ τὰ δαμασκηνὰ προσαγορευόμενα. καὶ αἱ ἰσχάδες τούτου C γένους εἰσὶ, καὶ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, ὧν οὐδὲ εἴργω τελέως, ἀλλ' ἐν καιρῷ τε καὶ μέτρια προσφέρεσθαι συγχωρῶ. τὸ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἢ πολλὰ, φυλάττεσθαι συμβουλεύω. καθόλου δ' εἰπεῖν, ὅσα κακόχυμα τῶν ἐδεσμάτων εἰσὶν, ἢ ἐπέχοντα τὴν κοιλίαν, ἢ φυσώδη καὶ δύσπεπτα, συνεχῶς, ἢ πλείω τοῦ καιροῦ προσφερόμενα, βλάπτειν εἴωθεν οὐ τοῦτο τὸ νόσημα μόνον, ἀλλὰ καὶ τ' ἄλλα σύμπαντα. καὶ μέχρι γε τοῦ δ' ἥκων ὁ περὶ τῆς διαίτης λόγος, ἑτέροις ἂν κοινὸς εἴη πολλοῖς ἀρρωστήμασιν. ὁ δὲ τοῦ πάθους ἴδιος καὶ D ἐξαίρετος, ἐν τῷ φυλάττεσθαι μάλιστα τὰ φλεγματικὰ τῶν ἐδεσμάτων. ὅθεν, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις μὲν ἀλύποις, γλίσχρον δέ τινα χυμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ παχὺν ἔχουσιν, ἐγχρονίζειν προσήκει. τοιαῦτα δέ ἐστιν ἀτράφαξύς τε καὶ βλίτον, καὶ μαλάχη, ὧν οὐκ εἴργομεν ἅπτεσθαι, διὰ παντὸς δ' ἐν αὐτοῖς καταγίνεσθαι, κωλύω. τούτου δὲ τοῦ γένους εἰσὶ, καὶ αἱ κολοκύνθαι, καὶ πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτῶν οἵ τε σικυοὶ, καὶ τὰ μῆλα, καὶ τὰ ἄπια, καὶ πάντων ὅσα φλεγματικὸν, καὶ παχὺν, ἢ γλί- E σχρον ἔχει χυμὸν, ἢ ἔδεσμα χείριστον, οἵ τε μύκητες ὀνομαζόμενοι, τούτου μὲν γε τελέως ἀπέχεσθαι συμβουλεύω, καθάπερ καὶ τῶν γογγυλίδων, ὅσα τε ἄλλα τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει. παχύχυμά τε γάρ ἐστι, καὶ δυσκατέργαστα σύμπαντα, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, πλὴν εἴ τινα τούτων ἔχει τι δριμὺ καὶ θερμὸν ἐν ἑαυτοῖς, οἷον, οἵ τε δαῦκοι καὶ αἱ ῥαφανίδες· ἀλλὰ ῥαφανίδων μὲν ἐκ περιόδου τινὸς ἡμερῶν, οὐ κωλύω γεύεσθαι· δαύκων δὲ καὶ ἀπέχεσθαι πειράσθω. F καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον γογγυλίδων. πλεονάζειν δὲ ἐν τῇ χρήσει τῶν ἐδεσμάτων, ὅσα δριμύ τι καὶ τμητικὸν ἔχει, χωρὶς ἐπισήμου κακοχυμίας, ἤ τινος ὀσμῆς, ἅψασθαι τῆς κεφαλῆς δυναμένης. ἐκ τούτου δὲ τοῦ γένους ἐστὶ, καὶ ὅσα διὰ θερμότητα τὴν κεφαλὴν συμπληροῖ, καθάπερ οἶνός τε, καὶ νᾶπυ, καὶ πετροσέλινον, καὶ δαῦκος, καὶ κρόμμυον, καὶ σμύρνιον· ταῦτα μὲν καὶ πέρα τοῦ δέοντός ἐστι καυσώ-

δή τε καὶ κακόχυμα. τὸ δὲ νάπυ, καί τοι γ' ἐπιτηδειότατον ὑπάρχον, ὅσον ἐπὶ τὸ τέμνειν τοὺς παχεῖς χυμοὺς, ὡς ἀπτόμενον τῆς κεφαλῆς παραιτητέον. ὀξυμέλιτι δὲ χρηστέον θαῤῥοῦντα, κἂν εἰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βούλοιο. δύναται δὲ ἢ τὰς κάππαρεις δι' αὐτοῦ λαμβάνεσθαι, καί τινα ταρίχη τῶν μικρῶν, ἐλαίου δηλονότι παραχεομένου βραχέος, εἰς ὅσον ἡδύνασθαι προσθήκῃ τὸ ὄψον· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὥσπερ τι φάρμακόν ἐστιν αὐτῆς τῆς διαθέσεως. καὶ μᾶλλον εἰ καὶ τὸ ὄξος ἐσκευασμένον εἴη διὰ τῶν σκιλλῶν, ὃ δὴ καλοῦσι συνήθως ἅπαντες ἤδη σκιλλητικὸν, ὅπερ ἐγὼ μὲν εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ τούτων θάτερον, ἐφ' ἑκάστῃ κελεύω λαμβάνειν ἡμέρᾳ, λέγω δὲ τὴν κάππαριν, ἢ τὸ τάριχος, ὀξυμέλιτος ἔχον. εἰ δὲ καὶ πίνειν ἐθελήσειεν ὁ παῖς ὀξύμελι, ἔστω μὲν ἐσκευασμένον ἕτοιμον, οὐκ αὐτοσχέδιον ἐπὶ τοῦ καιροῦ συντιθέμενον, ἐξ ὠμῶν ἀμφοτέρων· ὡς δὲ χρὴ σκευάζειν αὐτὸ, γεγράψεται μετ' ὀλίγον· ὕδατι δὲ κεραννύσθω πλείονι. καὶ γὰρ καὶ ἥδιον οὕτω γένοιτ' ἂν, καὶ χειμῶνος μὲν θερμὸν λαμβανέσθω, θέρους δὲ οὐδὲν ἂν κωλύσειε καὶ ψυχρῷ χρῆσθαι πολλάκις, εἰ θάλπος γε ὑπερβάλλον εἴη, καὶ δίψος σφοδρὸν, καὶ ὁ λαμβάνων μὴ παντάπασιν ἀήθης πόσεως ψυχροῦ. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ ἀδιψότατόν ἐστιν ὀξύμελι, τὸ μὴ λίαν γλυκὺ, καὶ μᾶλλον εἰ ὕδατι ψυχρῷ κεραννύοιτο. καί μοι πολλάκις ἤρκεσεν ἐπίληπτον παῖδα τελέως ἐξιᾶσθαι μετὰ τὴν πρώτην κάθαρσιν, οὐδὲν τῆς ἀρχαίας διαίτης μεταποιήσαντι, πλὴν τὰ περὶ τὴν δόσιν τοῦ ὀξυμέλιτος, καὶ τὴν χρῆσιν τοῦ φαρμάκου. ἀλλ' ἐπεὶ μήτε γινώσκω τὴν φύσιν τοῦ παιδός σου, μήτ' εἰς ἴσον ἰσχύος ἥκει τὸ πάθος οἶδα, μήτ' αὐτὸς ἐφεστάναι μέλλω παρών, οὐκ ἔχω μαντεύσασθαι, τίνων ἐλαχίστων τὸν ἀριθμὸν δεῖται βοηθημάτων· ἀλλ' ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ, περὶ πάντων ὑποτίθεσθαι. μετὰ τοίνυν τὰ γυμνάσια, κατὰ τὸ ἄριστον ὀξυμέλιτί τε χρηστέον, ὡς εἴρηται, καὶ λαχάνοις τισὶν, ἐλαίαις τε, καὶ καρύοις, καὶ σύκοις, καὶ ἰσχάσιν, οὐχ ἅμα πᾶσιν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας. ἓν γάρ που καὶ ἁπλοῦν ἔστω τὸ λαμβανόμενον, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποικίλλεσθαι τὴν δίαιταν, ὑπὲρ ἁπάντων διεῖμι. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, ὡς ἔλεγον, καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων ἀπλέον ἐπιθυμοῦντος τοῦ παιδός· ἐπεὶ ἄλλως γε κάλλιον ἀπέχεσθαι μὴ ὅτι νοσήματος ἰάσεως ἕνεκεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ὅλην ὑγείαν, ὡς καὶ ἡμᾶς ὁρᾷς ἀπεχομένους ἁπάντων σχεδὸν τῶν ὡραίων ἐδεσμάτων. ἀλλὰ γὰρ οὐ φιλοσόφοις γράφομεν ὑποθήκας διαίτης ὑγιεινῆς, ὡς ἔμοιγε τοῦτ' ἂν ἦν εὐκταιότατον, οὐκ εἰς τὴν τοῦ πάθους ἴασιν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν σύμπαντα τοῦ παιδός σου βίον. ἐπιτρεπτέον οὖν αὐτῷ, προσφέρεσθαι φανερῶς τε καὶ κατὰ καιρὸν, ὅσα μὴ μεγάλας ἔχει τὰς βλάβας, ἵνα μὴ λαθραίως τε καὶ ἀκαίρως ἀπολαβὼν αὐτῶν, βλάπτηται μειζόνως. καὶ γὰρ ἀθρόως καὶ πλειόνως ἐμπίπλανται τῶν ἐπιθυμουμένων, οἱ φανερῶς εἰργόμενοι μὴ χρῆσθαι. ταῦτά τοι καὶ συγχωρῶ τοῖς παισὶν ἐγὼ πολλὰ τῶν οὐκ ἐπιτηδείων ἐδεσμάτων, ὅσα γε μὴ μεγάλως βλάπτει, φανερῶς τε καὶ κατὰ καιρὸν, καὶ σὺν τῷ προσήκοντι μέτρῳ προσφέρεσθαι μᾶλλον, ἢ ὥστε διὰ τὴν σφοδρὰν ἐπιθυμίαν, ἀκαίρως ἀναγκασθῆναι πλείω τε ἅμα, καὶ λάβρως προσενέγκασθαι. τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν τροφὴν οὕτω διατετάχθω.

tia sunt, & malos humores generantia. Sinapi verò licèt conveniat ad humores crassos incidendos, tamen ab eo abstinendum est, quoniam caput tentat. In oxymelitis autem usu securè confidat, etiamsi quotidie sumere velit. Potest autem cappares ex illo comesse, & parva quædam salsamenta oleo modico superinfuso, ut concinnetur obsonium; quod profectò hujuscemodi affectionis, veluti medicamentum quoddam reputari potest, præcipuè si sit acetum scillis conditum, hoc omnes vulgò jam scilliticum vocant; quod ego si quippiam aliud in hoc casu sanè laudo; horum verò alterutrum singulis diebus assumere contenderim, dico autem, vel cappares, vel salsamenta oxymelite condita. Si verò puer oxymel bibere velit, id sit in promptu, & antè præparatum, & non ex tempore ex utrisque crudis confectum: quo autem modo ipsum præparare oportet, paulò pôst recensebimus; cæterùm plutima aqua commisceatur, nam quod sic factum est, suavius redditur, ac hyeme quidem calidum accipiatur; æstate verò non prohibebitur etiam plerunque frigidum sumi, si & vehementes fuerint calores, & ipse vehementer sitiat, potuique frigido assueverit antea; nam inter alia sitim egregiè sedat oxymel non valdè dulce, præsertim si aquæ frigidæ misceatur. Mihique non semel contingit puerum à comitiali morbo penitus liberasse, non immutata pristina victus ratione, quum post primam purgationem oxymel sumere, eoque uti medicamento jussissem. Verùm quoniam neque filii tui naturam novi, nescioque quantum virium is sibi asciverit morbus, & ipse assistere nequeo, divinare haudquaquam possum, quampaucissimis indigeat remediis, melius mihi videtur de omnibus sermonem facere. Igitur post exercitium, in prandio oxymelite (ut dictum est) utatur, & quibusdam oleribus, & olivis, & nucibus, & ficubus, cùm siccis, tum recentibus; verùm non simul quotidie omnibus, unum enim sit, & simplex quod assumat; sed ut victus ratio variari possit, de omnibus verba feci. Eodem etiam tempore (ut dictum est) si desideraverit puer, alii etiam fructus concedi illi possunt; quum alioqui ab ipsis melius sit abstinere, non solùm morbi illius curandi causâ, sed ad integram etiam totius valetudinis incolumitatem; quemadmodum vides nos fermè ab omnibus horariis fructibus abstinere. Sed enim philosophis salubris victus præcepta non conscribimus, ut quod mihi perquam optandum erat non solùm ad hujus affectus curationem, sed ad universam pueri tui vitam. Est igitur illi concedendum, ut palam & tempestivè eos comedat fructus, quicunque magni non fuerint nocumenti, ne clam & intempestivè illos comedens, magis lædatur: qui enim palam ab aliqua re, quam valdè appetunt, prohibentur, ii quum data est facultas, plus nimio ingurgitare se consueverunt. Quamobrem pueris ego plura esculenta concedere soleo ex iis quæ non valdè nocent, ut tempestivè & palam illis moderatè utantur potiùs, quàm, ut diximus, propter vehemens desiderium furtim ex his, & voraciter assumere festinent. Atque hæc de cibi ratione sufficienter sint dicta.

A

CAPUT V.

Quas volucrium & piscium carnes, & quæ legumina epileptico præscribere ac prohibere oporteat.

POst cibum autem ubi paululum temporis intermiserit, priusquam ad studia disciplinarum accedat, leviter deambulet censeo; & rursum, ut id ipsum à studiis rediens ante cœnam faciat, sanè consulo; quo tempore duas reliquas panis portiones, quas reservaverat, assumat, item aliorum unumquodque, sic (ut dictum est) carnes quidem ex omni ferè avium genere, præter palustres; ab omnium autem quadrupedum esu præcipuè abstineat. Quòd si quando illis uti necessitas fuerit, domestici quidem suis extremitatibus & stomacho vescatur, sylvestris verò carnibus universis bene uti potest: hædorum quinetiam carnes degustet, & nonnunquam leporum etiam. *Carnes* autem omnes sint vel simpliciter conditæ, vel sine nidore assæ. Simpliciter condiuntur, si aquæ incoquantur, anethum, porrum, sal, & oleum continenti. Quonam autem modo sine nidore rectè assetur caro, clibanum quod apud me vidisti, exemplo tibi esse potest. Ex marino autem genere crusta intecta quidem omnia noxia. Ex piscibus verò optimi sunt petrosi; sumere etiam poterit pelagicos. Ex cartilagineo autem torpedo ferè sola convenit. Ex leguminibus ptisana quidem præcipua est; hanc sequitur lens, alica, & pisum; cætera, mala. Et ut universaliter dicatur, quæcunque lentum & crassum generant succum, & flatulenta, & excrementitia sunt, & coctu difficilia, prout antè dicebamus, maximè sunt cavenda. Ostrea etiam, & cartilaginea, & squammis carentia, præterea bulbi, & cochleæ, & casei, & fungi, bovinæque carnes, & ova in aqua durata, quę difficilis sunt coctionis, imò crassos his utentibus generāt humores. Alica verò, & carnes suillæ bonum quidem generant sanguinem, sed viscosum. Palustria autem omnia excrementosa sunt. Legumina verò omnia flatulenta sunt, & præcipuè fabæ, & ciceres; ptisanaque non diligenter cocta, flatulenta est, quamobrem bene coquere illam oportet, vel eâ non uti; lens quoque bene decocta flatum omnem deponit; verùm illa non assiduè crebrove uti oportet, quoniam humorem generat crassum. Cæterùm ad victus quotidiani rationem hæc præcepta abundè sufficiunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Ὁποῖα τῶν πτηνῶν τε καὶ ἰχθύων κρέα, καὶ τὰ λάχανα τῷ ἐπιληπτικῷ προσφέρεσθαί τε καὶ ἀφαιρεῖσθαι χρή.

ΜΕτὰ δὲ ταῦτα διαλιπόντα χρόνον ὀλίγον, ἠρέμα περιπατῆσαι κελεύω, πρὶν ἐπὶ τὰ μαθήματα B παραγίνεσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἀπαλλαγέντα τῶν μαθημάτων, αὖθις ἀξιῶ περιπατῆσαι πρὸ τοῦ δείπνου. κἄπειθ' οὕτως τοῦ μὲν ἄρτου τὰς ὑπολοίπους δύο μοίρας προσφέρεσθαι, τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον, ὡς εἴρηται, κρέας μὲν ἁπάντων σχεδὸν τῶν πτηνῶν, πλὴν ὅσα λιμναῖα. τῶν τετραπόδων δὲ, μάλιστα μὲν ἁπάντων ἀπέχεσθαι. εἰ δ' ἄρα ποτὲ καὶ δεήσει χρήσασθαι, τοῦ μὲν ἡμέρου συὸς, τοῖς ἀκρέοις τε καὶ τῇ γαστρὶ, τοῦ δὲ ἀγρίου καὶ ταῖς σαρξὶ χρῆσθαι, γευέσθω δὲ καὶ τῶν ἐρίφων. C ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν λαγωῶν ἁπάντων ἠρτυμένων ἁπλῶς, ἢ ὀπτημένων ἄνευ κνίσσης. τὸ δ' ἁπλῶς, ἐστὶ δι' ὕδατος, ἄνηθον ἔχοντος ἥδυσμα, καὶ πράσον, ἔλαιόν τε καὶ ἅλας. ὡς δ' ἄνευ κνίσσης ὀπτηθείη κρέας καλῶς, τὸν παρ' ἡμῖν ἐθεάσω κλίβανον. ὅσα δὲ θαλάττια, τὰ μὲν ὄστρεια σύμπαντα μοχθηρά. τῶν δ' ἰχθύων οἱ πετραῖοι μὲν ἄριστοι πάντων, ἅπτεσθαι δὲ δεήσει καὶ τῶν πελαγίων. ἡ νάρκη δὲ μόνη σχεδὸν ἡ τῶν μαλακίων ἐπιτήδειος. ὀσπρίων δὲ, πτισάνη μὲν πρώτη· φακὴ δ' ἔτι, D καὶ χόνδρος καὶ πίσον ἐφεξῆς τῇδε· τὰ δ' ἄλλα μοχθηρά. καθόλου δ' εἰπεῖν, ὅσα γλίσχρα, καὶ παχύχυμα, καὶ φυσώδη, καὶ περιττωματικὰ, καὶ δύσπεπτα, καθότι καὶ πρόσθεν ἐλέγετο φυλάττεσθαι πάντα. τὰ μὲν ὄστρεα, καὶ τὰ σελάχη, καὶ οἱ βολβοὶ, καὶ κοχλίαι, καὶ τυροὶ, καὶ μύκητες, καὶ τὰ βόεια κρέα, καὶ τῶν ὠῶν τὰ καθεψηθέντα, δύσπεπτα μέν ἐστι, ἀλλὰ καὶ παχεῖς ἐργάζεται τῶν ἐσθιόντων ταῦτα τοὺς χυμούς. ὁ χόνδρος δὲ, καὶ τὰ χοίρεια κρέα, χρηστοῦ μὲν αἵματός ἐστι γεννητικὰ, ἀλλὰ γλίσχρου. τὰ δὲ λιμναῖα πάντα, E περιττωματικὰ, φυσώδη τε τὰ ὄσπρια, καὶ μάλιστα κύαμοί τε καὶ ἐρέβινθοι, καὶ ἡ πτισάνη δὲ μὴ ἀκριβῶς καθεψηθεῖσα, φυσώδης ἐστὶν, ὥστε καὶ ταύτην ἕψειν, ἢ μὴ χρῆσθαι. καὶ ἡ φακὴ δὲ καλῶς ἑψηθεῖσα, πᾶν ἀποτίθεται τὸ φυσῶδες· ἀλλ' οὐ χρὴ πλεονάζειν ἐν αὐτῇ, παχὺν ὑποτρεφούσῃ χυμόν. εἰς μὲν δὴ τὴν ἐφήμερον δίαιταν ἱκανὰ καὶ ταῦτ' ἐστὶ παραγγέλματα.

F

CAPUT VI.

De medicamentis scilliticis, ac oxymelite multiplici, quorum compositionem & usum docet.

MEdicamento autem ex scilla, quod tibi tradidimus, purgatione præmissa quodque primo vere fieri jussimus, singulis diebus securè filius tuus utatur, priusquam ad palæstram accedat; nam nisi valdè magnus fuerit morbus, &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ τῶν φαρμάκων σκιλλιτικῶν τε, καὶ τοῦ ὀξυμέλιτος ποικίλου, ὧν τὴν σκευασίαν τε καὶ χρῆσιν διδάσκει.

ΤΩι δὲ διὰ τῆς σκίλλης φαρμάκῳ, τῷ πρὸς ἡμῶν σοι δεδομένῳ, μετὰ τὴν κάθαρσιν, ἣν εἰσβάλλοντος τοῦ ἦρος ἠξίωσα γενέσθαι, χρήσεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁ υἱός σου, πρὶν εἰς τὴν παλαίστραν ἀπιέναι, καὶ εἰ μὴ μεγάλη τις εἴη πάνυ, καὶ

σκιῤῥώδης ἡ νόσος, ἐν τεσσαράκοντα ταῖς πάσαις ἡμέραις, ἐλπίζειν ἐπὶ τῷδε τῷ φαρμάκῳ τελέως αὐτὴν καταστήσασθαι, ὡς ἔγωγε μυρίους ἤδη παῖδας ἰασάμην οὕτως, μηδὲν δεηθεὶς ἐλλεβόρου. χρὴ δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν πρὸ τοῦ χρῆσθαι τῷ φαρμάκῳ, πιεῖν ἀψίνθιον καὶ ἅπαξ που, καὶ δίς. ὀξύμελι δὲ, τὸ μὲν ὀξύτατον, τέταρτον ἔχει μέρος τοῦ ὄξους, ὡς πρὸς τὸ μέλι· παραλαμβάνει δὲ τὸ γλυκύτατον, ὄγδοον. τὰ δ' ἄλλα τὰ μεταξὺ μέτρα καθ' ὅσον ἂν ἑκατέρῳ τῶν ἄκρων προσκεχώρηκε, κατὰ τοσοῦτον ὀξύτητος, ἢ γλυκύτητος μετέχει. χρὴ δὲ καὶ ἑψεῖσθαι πάντως αὐτὸ, καὶ γὰρ ἑνωθεῖεν οὕτως ἂν ἀκριβῶς ἄμφω τὰ μιχθέντα, καὶ τὸ σφοδρὸν τῆς τοῦ ὄξους δυνάμεως καθαιρεθείη, καὶ τὸ φυσῶδες ἐν τῷ μέλιτι κολασθείη. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸν ἀφρὸν αὐτοῦ πάντως ὁ ἕψων ἀφαιρήσει. κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὰς πλείστας τῶν νήσων οἶδα καὶ τὸ ἐκ τῶν κηρίων σκευαζόμενον ὀξύμελι, καί σοι καὶ τούτῳ χρῆσθαι πάρεστιν ἀδεῶς, καὶ μάλιστα θέρους, Ἀθήνησί γε διατρίβοντος τοῦ παιδός. ὁπηνίκα δὲ χρὴ γλυκύτερον ἢ ὀξύτερον αὐτὸ διδόναι, καὶ ὑδαρέστερον, καὶ ἀκρατέστερον, οὐκ ἐμὸν ἐπὶ τούτου διελεῖν. ὥσπερ οὐδὲ ἄλλα πολλὰ τῶν κατὰ μέρος, ἀλλὰ τοῦ παρόντος τε καὶ θεωμένου τὸ θεραπευόμενον σῶμα, καὶ δυναμένου τεκμήρασθαι περὶ τῆς τῶν χυμῶν διαθέσεως. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς παχέσι καὶ γλίσχροις, ὀξυτέρῳ τε καὶ ἀκρατεστέρῳ χρηστέον, ἐπὶ δὲ τοῖς μὴ τοιούτοις ὑδαρεστέρῳ καὶ γλυκυτέρῳ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τ' ἄλλα σύμπαντα τὰ εἰρημένα ταῖς ἐφημέροις τοῦ σώματος καταστάσεσι, συμμεταβάλλεσθαί τε καὶ ποικίλλεσθαι προσήκει, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι νοσήμασιν. ὅθεν οὐδ' εἰ μυρίας τις ὑποθήκας γράφοι, μήπω κατὰ τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον ἠσκημένῳ, κἀκεῖθεν πεπειρημένῳ τὴν ψυχὴν, ἱκανὸν ἂν ἐργάσαιτο θεραπευτὴν τὸν τοιοῦτον, οὐχ ὅπως οὐ μεγίστων νοσημάτων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν σμικροτάτων οὐδενός. ἔδειξα δ' ἐναργῶς αὐτὸ πολλάκις ἐγὼ, καὶ ἕλκη χρόνια, καὶ ὀφθαλμῶν διαθέσεις, διὰ τῶν αὐτῶν ἰασάμενος φαρμάκων, οἷς οἱ πρόσθεν ἰατροὶ χρώμενοι, μηδὲν ἤνυον. ὁ γάρ τοι καιρὸς τῆς χρήσεως ἑκάστου, καθάπερ Ἱπποκράτης ἔλεγε, μετὰ τὸ ποσὸν εἰς δύναμιν εὐστόχως συναρμοσθὲν, τὰ λοιπὰ τῆς ὠφελείας ἐστί. τὰ δὲ φάρμακα μᾶλλον βοηθημάτων ὗλαι εἰσὶν, ἢ βοηθήματα, καθάπερ καὶ τοῦτο τοῖς ἀρίστοις ἰατροῖς ἅπασιν ὡμολόγηται. καί μοι τετελεύτηκεν ὁ λόγος, εἰς ταὐτὸν ὅθεν περ καὶ ἤρξατο. μηδὲ τοὐλάχιστον ἐπιδείξασθαι δύνασθαι καλῶς τὸν ἰδιώτην μεταχειρίζεσθαι, ἀλλὰ χρῄζειν ἐπιστατοῦντος τοῦ τεχνίτου. ἐπειδὴ δὲ οἱ πολλοὶ φαύλως τὸν χυλὸν τῆς σκίλλης ἐκλαμβάνουσιν, ἀξιώσαντί σοι μαθεῖν ὅπως ἐγὼ τοῦτο πράττω, προσθήσω τῷ λόγῳ τὴν σκευασίαν αὐτοῦ. τῶν μελιτηρῶν ἀγγείων, οὕτως δὲ ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, ἐξ ὧν ἐκενώθη μέλι, παρασκευάσας ἐμβάλλω σκίλλαν, εἰς λεπτὰ διατεμὼν ταῖς χερσὶν, εἶτα πωμάσας στεγνῷ πώματι, καὶ περιθεὶς ἔξωθεν ὅλῳ τῷ σώματι τοῦ ἀγγείου δέρμα, καὶ δήσας ἀκριβῶς, ἐν χωρίῳ κατατίθημι, πρὸς μεσημβρίαν μὲν ἐστραμμένῳ, σκεπομένῳ δὲ ἀπὸ τῶν βορείων πνευμάτων, ὡς μηδὲ ὅλως ὑπ' αὐτῶν καταπνεῖσθαι. ποιῶ δὲ τοῦτο κατ' ἐκείνην τοῦ ἔτους τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν ἅπαντες Ἕλληνες πεπιστεύκασιν. αὗται δέ εἰσιν ἡμέραι τεσσαράκοντα, πρὸ μὲν αὐτῆς τῆς ἐπιτολῆς, εἴκοσι, ἴσαι δὲ αὐταῖς τὸν ἀριθμὸν αἱ μετ' αὐτήν. ἀτρέμα δέ πως ἐν ταύταις αὐτῶν ὑπαλλάττων τὴν θέσιν

contumax, sperandum sanè est quadraginta diebus hoc medicamento illum perfectè cessaturum, ut jam innumeros pueros nulla ellebori opera curavi. Verùm post purgationem priùs quàm hoc utatur medicamento, semel aut bis absinthium sumere oportet. Oxymel autem, id certè acidissimum, quod ad mellis proportionem quartam aceti habet partem; dulcissimum verò octavam excipit: aliæ autē intermediæ mensuræ quantò ad extremorū alterutrum appropinquant, tantò aciditatis, aut dulcedinis participant. Oportet autem ipsum penitus decoquere, ita enim mixta accuratè in unum ambo deveniunt, & acidæ facultatis vehementia, quæ in aceto est, retunditur; & quod in melle flatulentum est, reprimitur: spumam enim illius sanè qui decoquit, prorsus auferet. Nec me præterea latet in Græcia, & in plerisque insulis oxymel etiam ex favis confici, quo etiam tibi securè uti licet, puero præsertim æstivo tempore Athenis degente. Minimè autem ad me pertinet declarare, quando dulcius id, aut acidius, vel dilutius, aut meracius exhibere oportet; neque in aliis particularibus immorari meum est, sed illius, qui & præsens fuerit, & curandum corpus quotidie inspexerit, & de humorum habitu rectè conjectari poterit. In crassis enim & viscosis *humoribus* acidiori & meraciori *oxymelite* utendum est; in iis autem qui hujusmodi non fuerint, dulciori & diluto magis. Eodem etiam modo reliqua, quæ dicta sunt omnia, pro quotidianis corporum constitutionibus commutare, & variare convenit, quemadmodum & omnibus aliis morbis. Quapropter si quis methodi medendi ignaro & inexperto innumera etiam perscripserit documenta, haudquaquam illum sufficientem efficiet medicum non modò non maximorum morborum, sed ne minimorum quidem. Istud enim ego sæpenumero palàm ostendi, quum inveterata ulcera, malasque oculorum affectiones ad sanitatem redegissem iisdem sanè medicamentis, quibus plerique ante me usi nihil profecerant. Et profectò temporis opportunitas in usu cujusque, ut Hippocrati placuit, post quantitatem ad vires accuratè accommodatam, reliquum utilitatis adfert: nam medicamenta potiùs sunt auxiliorum materia, quàm auxilia, quemadmodum id etiam ab excellentibus asseveratur Medicis. Et ut meus quidem, unde exordium sumpsit, finem accipiat sermo, haudquaquam fieri posse, ut minimum quippiam, quod ad artem pertinet, pertractare valeat is, qui artis penitus sit ignarus, sed illi semper astantis periti opus esse. Verùm quoniam plerique scillæ succum male excipiunt, tibi discere postulanti quomodo id ego facio, sermoni ipsius confectionem adjungam. Vas accipio à quo extractum fuerit mel, meliterium id Græci vocant, in quo scillam conjicio, manibus priùs illam in exiguas discerpens particulas; postea bene apto operculo illud obturans, extrinsecusque pelle circundans, & diligenter colligans, in loco quopiam meridiem spectante colloco, qui à borealibus omninò non perfletur ventis. Id autem facere soleo ea anni tempestate, in qua caniculam exoriri omnes asseverant Græci: quadraginta autem hujuscemodi sunt dies, viginti quidem ante, totidemque post exortum; paulatimque in iis diebus vas illud ad solem

convertere soleo, ut ex omnibus similiter partibus incalescat. Transacto post modum præstituto temporis spatio, vas illud aperiens, in illo reperire soleo scillæ partes elixis similes, succumque ex illis in vasis fundo quendam defluxum, quem colligens, quàm optimo melle concinno. Hujus singulis diebus, cui dare voluero, cochlearis pleni mensuram præbeo, pueris quidem minoris, adultis verò majoris. Quinetiam scillæ ipsius carnes accuratè contundens, illasque cum melle dissolvens, & conterens, ex illis cochleare unum, ut dictum est, præbere consuevi; quod sanè quoad vires & efficaciam secundum à prædicto locum obtinet. Cæterùm quicunque scillam in aquâ elixantes, illam postea conterunt, illius proculdubio vires dissolvunt; quemadmodum, qui istud ipsum ex aceto faciunt, medicamentum quidem validum admodum conficiunt, verùm nervis non innoxium.

A τοῦ κεραμίου, θερμαίνεσθαι κατὰ πᾶν μέρος ὁμοίως αὐτὸ βουλόμενος. εἶτα μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον λύσας, εὑρίσκω τὸ ἀγγεῖον ἑψημένῳ παραπλήσιον τὸ σῶμα τῆς σκίλλης ἔχον, ἐξερρυηκότα δέ τινα καὶ χυλὸν αὐτῆς, ὃν ἀνελόμενος, ἡδύνω μέλιτι καλλίστῳ, καὶ δίδωμι τούτου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἓν κοχλιάριον μεστὸν, τοῖς μὲν παιδίοις μικρὸν, τοῖς τελείοις δὲ μέγα. καὶ μέντοι καὶ τὸ σωματῶδες ὅλης τῆς σκίλλης κόψας ἀκριβῶς, B καὶ λειώσας μετὰ μέλιτος, δίδωμι κἀκ τούτου κοχλιάριον ἓν, ὡς προείρηται. δεύτερον τῇ δυνάμει τοῦτο γίνωσκε, τοῦ πρόσθεν εἰρημένου. ὅσοι δὲ ἑψήσαντες ἐν ὕδατι τὴν σκίλλαν λειοῦσιν, ἐκλύουσι τὴν δύναμιν αὐτῆς. ὥσπερ ὅσοι δι' ὄξους, ἰσχυρὸν μὲν σφοδρῶς ἐργάζονται τὸ φάρμακον, οὐκ ἀβλαβὲς δὲ τῶν νεύρων.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΑΓΧΟΛΙΑΣ,

ΕΚ ΤΩΝ ΓΑΛΗΝΟΥ,

ΚΑΙ ΡΟΥΦΟΥ, ΚΑΙ ΠΟΣΙΔΟΝΙΟΥ, ΚΑΙ ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ,

Σικαμίου τοῦ Αετίου βιβλίον.

DE MELANCHOLIA,

EX GALENO,

RVFO, POSIDONIO ET MARCELLO,

Sicamii Aëtii Libellus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΒΙΒΛΙΩ.

Η τῆς μελαγχολίας νόσου παθολογία διδάσκεται, καὶ ἡ αἰτιολογία, καὶ διάγνωσις, καὶ πρόγνωσις, καὶ θεραπεία.

ARGUMENTUM LIBRI.

Melancholiæ morbi pathologia docetur, ætiologia, diagnosis, prognosis, & curatio.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Τί μελαγχολία, ποσαπλοῦς, αἰτίαι αὐτῆς, σημεῖα παθογνωμικὰ φόβος καὶ λύπη· παντοδαπαὶ λοιπὸν τῶν μελαγχολικῶν παραφροσύνεις.

ΩΣΠΕΡ ἐν τοῖς φαινομένοις μέλεσι τοῦ σώματος ἐνίοτε μὲν ἅπασιν ἡ αὐτὴ φαίνεται κρᾶσις, ὡς ἐν καχέκταις τε, καὶ τῷ καλουμένῳ ἐλέφαντι, καὶ τοῖς ὑδέροις· ἐνίοτε δὲ ἕν τι μόριον, ἤτοι πικρόχολον, ἢ μελαγχολικὸν, ἢ φλεγματικὸν ὑποδεχόμενον χυμὸν, αὐτὸ μόνον ἐξαλλάττεται τὴν κρᾶσιν. οὕτως ἐγχωρεῖ καὶ τὸν ἐγκέφαλον, ἐνίοτε μὲν παντὸς τοῦ κατὰ τὰς φλέβας αἵματος μελαγχολικοῦ γινομένου, τῷ κοινῷ λόγῳ τῆς βλάβης καὶ τὸν ἐγκέφαλον βλαβῆναι. καθ' ἕτερον δὲ καιρὸν, ἀπαθοῦς διαμένοντος τοῦ καθ' ὅλον τὸν ἄνθρωπον αἵματος, ἀλλοιωθῆναι δὲ κατὰ μόνον τὸν ἐγκέφαλον. καὶ συμβαίνει τοῦτο διττῶς, ἢ ῥυέντος εἰς αὐτὸν ἑτέρωθεν, ἢ γεννηθέντος ἐν τῷ τόπῳ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. γεννᾶται δὲ ὑπὸ θερμασίας πολλῆς ἐγχωρίου κατοπτώσης, ἤτοι τὴν ξανθὴν χολὴν, ἢ δὲ παχύτερόν τε καὶ

B

C

CAPUT I.

Quid melancholia, quotuplex, ejus causa, signa pathognomica metus & mæstitia, varia denique melancholicorum deliria.

QUEMADMODUM in apparentibus corporis partibus interdum eadem omnibus temperatura conspicitur, velut in cachecte, *i. pravo corporis habitu*, vocatoque elephanto, & hydrope; interdum una quædam pars, vel biliosum, vel melancholicum, vel pituitosum humorem suscipiens, ipsa tantùm temperaturam immutat. Sic etiam patitur cerebrum; nonnunquam universo in venis sanguine melancholico facto, communi læsionis ratione, cerebrum lædi contingit: aliquando verò, seu alio tempore, *particulari* sanguine per universum hominem illæso permanente, eum solùm qui circa cerebrum est, alterari. Hocque duobus modis accidit, aut aliunde in ipsum confluente, aut generato, in loco, melancholico humore. Generatur autem à calore copioso, vel flavam bilem, vel crassiorem, & magis

atrum sanguinem adassante. Plerumque verò partes hypochondriorum primariò affectæ, caput ad consensum perducunt, & delirium efficiunt, aut ipsa bile cerebrum occupante, aut aliqua halitus melancholici exhalatione, quemadmodum in morbo flatulento & hypochondriaco appellato. Nihil enim rationi nostræ obstat aliunde & ex alia parte principium & generationem affectionis esse. Nam os ventris quomodocunque affectum, facilè ad consensum ducit cerebrum generis similitudine & cognatione per maximos duos nervos, qui ex superioribus ad ipsum deferuntur. Adducit etiam ad consensum cor ipsum ob viciniam; similiter quoque septum transversum, cui etiam inseritur. Communio quoque est stomacho ad spinalem medullam, qua parte cervicis vertebris & incumbit & colligatur. Principium itaque ejusmodi melancholiæ plerumque ex cruditatibus *consurgit*; flatus enim ipsis succedunt multi, qui à quocunque assumpto cibo facilè elevantur, & circa hypochondria diutiùs morantur; & ructus ipsis acidi, & fœtidi, ac piscem olentes consequuntur, *etiam* nullo ejusmodi cibo assumpto; ventres plerumque ipsis sicci sunt; somni parvi, divulsi; insomnia turbulenta & aliena, palpitationes corporis aliàs aliæ, vertigines capitis, & flatuum sonitus circa aures. Et aliis quidem caput plenum & grave esse videtur, aliis verò leve & vacuum, aliis siccum. Quidam neque omnino caput se habere putavit, ad quem excogitasse dicitur Philotimus supra reliquam curationem plumbeum pileum, à quo gravatus caput se habere intelligeret. Fiunt autem plerique melancholici ad venerem propensiores, mente capti, timidi, misericordes, lacrymosi, & solitaria sectantur; quidam etiam dæmones ab hostium præstigiis sibi immissos esse putant; alii noxium venenum accepisse suspicantur; & suspicionem ipsorum ratam efficiunt virosi ac alieni ructus qui ipsis adsunt. Aliis autem alia videntur; estque hic morbus prorsus varius, ac propè innumerus. Velut verbi causâ, circa metum; alius amicissimos metuit, alius omnes homines; & alius ad lucem prodire timet, & tenebras sectatur; alius caliginosa loca fugit. Plerique tamen in tenebrosis locis degere cupiunt, ac in monumentis & solitudinibus; quidam verò etiam aquam timent, & vinum, & oleum, & omnem liquorem, velut qui à rabioso cane morsi sunt. Et ut concisè loquar, melancholica deliria multiformia quidē sunt, ob particulares læsas imaginationes. Unum verò ipsis omnibus commune est; metus & mœstitia. Mœrent enim omnes præter rationem, ac neque, si interroges, habent quod dicant cur tristentur. Ipsorum autem non pauci mortem metuunt, & alia quædam nullo timore digna. Sunt etiam qui mortem vehementer exoptant. GALENI. Quod igitur ob atram bilem rationalis animæ principia occupantem, timores, mœstitias, & mortis impendentis terrores oboriri, non mirandum est. Etenim nihil extra corpus nobis ita horrendum, ut tenebras, conspicimus. Quum igitur tenebrosa caligo quædam rationali animæ parti circumfusa fuerit, hominem semper metuere necesse est, ut qui metus causas in corpore secum circumferat. Quemadmodum enim in tenebris pueri, & ex adultis potissimum imperiti, metuunt: ita etiam atræ

A μελάντερον αἷμα. ὡς ἐπίπαν δὲ τὰ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια μέρη προηγουμένως πάσχοντα, εἰς συμπάθειαν ἄγει τὴν κεφαλὴν, καὶ παραφροσύνην ἐργάζεται, ἤτοι αὐτῆς τῆς χολῆς καταλαμβανούσης τὸν ἐγκέφαλον, ἢ τινος ἀναθυμιάσεως ἀτμοῦ μελαγχολικοῦ, καθάπερ ἐν τῷ νοσήματι τῷ φυσώδει καὶ ὑποχονδριακῷ προσαγορευομένῳ. οὐδὲν γὰρ περὶ ἐμποδὼν γίνεται τῷ λόγῳ, ἑτέρωθεν καὶ ἐξ ἄλλου μορίου εἶναι τὴν ἀρχὴν καὶ γένεσιν τοῦ πάθους. ῥαδίως γὰρ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὁποιονοῦν πάσχον, εἰς συμπάθειαν ἄγει τὸν ἐγκέφαλον τῇ συγγενείᾳ
B διὰ τῶν καθηκόντων εἰς αὐτὸν ἄνωθεν μεγίστων δύο νεύρων. εἰς συμπάθειαν δὲ ἄγει καὶ τὴν καρδίαν τῇ γειτνιάσει· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ διάφραγμα, ᾧ καὶ συμπέφυκε. κοινωνία δέ ἐστι τῷ στομάχῳ καὶ πρὸς τὸν νωτιαῖον, καθ᾽ ὃ μέρος καὶ ἔγκειται, καὶ συνδέδεται τοῖς τοῦ τραχήλου σπονδύλοις. ἀρχὴ τοίνυν τῆς τοιαύτης μελαγχολίας, ὡς ἐπίπαν ἐξ ἀπεψιῶν γίνεται. φῦσαι γὰρ αὐτοῖς ἐπιγίγνονται πολλαὶ, καὶ ἐπὶ τῷ τυχόντι σιτίῳ μετέωροι, καὶ περὶ τὰ ὑποχόνδρια ἐπιπολὺ διατρίβουσαι· ἐρυγαί τε ὀξώδεις, καὶ βρωμώδεις, καὶ οἷον ἰχθυώδεις αὐτοῖς ἐπιγίνονται, μηδενὸς τοιούτου ἐδηδεσμένου.
C ξηραὶ ὡς ἐπίπαν αὐτοῖς αἱ κοιλίαι, ὕπνοι μικροὶ, διεσπαρμένοι, ἐνύπνια ταραχώδη, καὶ ἀλλοκότατα παλμοὶ ἄλλοτε ἄλλοι τοῦ σώματος. ἴλιγγοι τῆς κεφαλῆς, καὶ πνευμάτων ἦχοι κατὰ τὰ ὦτα. δοκεῖ δὲ τοῖς μὲν αὐτῶν μεστὴ καὶ βαρεία εἶναι ἡ κεφαλὴ, τοῖς δὲ κούφη ἢ κενὴ, τοῖς δὲ ξηρά. ἤδη δέ τις οὐδὲ τὴν κεφαλὴν ἔχειν τὸ παράπαν ᾤετο. πρὸς ὃν, ἐξευρεῖν ὁ Φιλότιμος λέγεται πρὸς τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ τὸ πιλὸν μολίβδινον ἀφ᾽ οὗ βαρυνόμενος, συνίει τῆς κεφαλῆς. γίνονται δὲ οἱ πολλοὶ τῶν μελαγχολικῶν, καὶ ἀκόλαστοι πρὸς
D ἀφροδίσια, τὴν γνώμην ἐπίλυποι, καὶ δειλοὶ, καὶ ἐλεήμονες, καὶ δακρυτικοὶ, καὶ διώκουσι τὰ ἔρημα. τινὲς καὶ δαίμονας ἀπὸ γοητειῶν τῶν ἐχθρῶν ἐπῆχθαι αὐτοῖς ὑπολαμβάνουσιν· ἕτεροι δὲ δηλητήριον φάρμακον εἰληφέναι ὑποπτεύουσι· καὶ βεβαίαν αὐτῶν τὴν ὑποψίαν ἐργάζονται, αἱ συνεδρεύουσαι αὐτοῖς βρωμώδεις καὶ ἀλλόκοτοι ἐρυγαί. δοκεῖ δὲ τοῖς ἄλλοις ἄλλα, καὶ ἔστιν ἡ νόσος παντοδαπὴς, καὶ οὐκ διαριθμητός. οἷον αὐτίκα περὶ τοὺς φόβους, ὁ μὲν δέδοικε τοὺς φιλτάτους, ὁ δὲ ὅλους ἀνθρώπους. καὶ ὁ μὲν δέδοικεν εἰς φῶς ἰέναι, τὰ δὲ σκοτεινὰ διώκει· ὁ δὲ φεύγει τὰ ζοφώδη. οἱ
E πλείους μέντοι ἐν σκοτεινοῖς τόποις χαίρουσι διατρίβειν, καὶ ἐν μνημείοις καὶ ἐν ἐρήμοις. ἔνιοι δὲ καὶ τὸ ὕδωρ δεδοίκασι, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ πᾶν ὑγρὸν ὁποιονοῦν, ὥσπερ οἱ δηχθέντες ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς, καὶ συντόμως εἰπεῖν, αἱ μελαγχολικαὶ παράνοιαι, πολυειδεῖς μέν εἰσι, τῆς κατὰ μέρος ὑπολήψεις φαντασίαις· ἓν δὲ αὐταῖς ἁπάσαις ὑπάρχει κοινὸν, ὁ φόβος καὶ ἡ δυσθυμία. δυσθυμοῦσι μὲν γὰρ πάντες ἀλόγως, οὐδ᾽ ἂν ἐρωτήσῃς ἔχοντας εἰπεῖν ἐφ᾽ ὅ, τι λυποῦνται. δεδίασί τε ἐξ αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι θάνατον, καὶ ἕτερά τινα μηδενὸς ἄξια δείματος.
F εἰσὶ δὲ οἱ καὶ σφοδρῶς ἐπιθυμοῦσι θανάτου. ΓΑΛΗΝΟΥ. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τῇ μελαίνῃ χολῇ καταλαβούσῃ τὰς ἀρχὰς τῆς λογικῆς ψυχῆς φόβους τε γίνεσθαι, καὶ δυσθυμίας, καὶ θανάτου προσδοκίας οὐδὲν θαυμαστόν. ὁρῶμεν γὰρ καὶ τῶν ἔξωθεν τοῦ σώματος, οὐδὲν οὕτως ἡμῖν φοβερὸν, ὡς τὸ σκότος. ὅταν οὖν ζόφος τις περιχυθῇ τῷ λογικῷ μορίῳ τῆς ψυχῆς, ἀναγκαῖον ἀεὶ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἂν τὴν αἰτίαν τοῦ φόβου συμπεριφέροντα τῷ σώματι. ὡς γὰρ ἐν σκότῳ βαθεῖ τὰ παιδία φοβεῖται, καὶ τῶν τελείων οἱ ἀπαίδευτοι οὕτω καὶ τῆς μελαίνης

χολῆς τὸ χρῶμα παραπλησίως σκότῳ τὸν φρονοῦντα τόπον ἐπισκιάζον ἐργάζεται τοὺς φόβους. ΡΟΥΦΟΥ.

Πάντων μὲν οὖν τῶν παρεπομένων ἑκάστῳ συμπτωμάτων, τὰς αἰτίας εἰπεῖν ἀδύνατον. ἀπορίαν γὰρ πολλὴν ἔχει τὰ πλεῖστα οἷον διὰ τί τὰ μὲν φεύγουσιν ὡς δεινά, μὴ ὄντα δεινά· τὰ δὲ διώκουσιν ὡς χρηστά, μὴ ὄντα χρηστά; καὶ διὰ τί ὁ μὲν τοὺς οἰκείους φοβεῖται, ὁ δὲ ὅλους ἀνθρώπους καὶ τὰ τοιαῦτα; τῶν πλείστων δὲ συμπτωμάτων εἰπεῖν τὰς αἰτίας τὸν ἰατρὸν οὐ χαλεπόν, οἷον ὁ δοκῶν ἑαυτὸν κέραμον εἶναι, διὰ τὴν ξηρότητα τοῦτο πάσχει. ψυχρὸς γὰρ καὶ ξηρὸς, ὁ μελαγχολικὸς χυμός. ὁμοίως καὶ ὁ τὸ ἑαυτοῦ δέρμα δοκῶν εἶναι ταῖς ξηραῖς διφθέραις ὅμοιον. ὁ δὲ οἰόμενος μὴ ἔχειν κεφαλήν, ἴσως διὰ κουφότητα τῆς κεφαλῆς τοῦτο ᾤετο, τὴν δὲ κουφότητα τὸ ἀναφερόμενον πνεῦμα παρεῖχεν αὐτῇ. διὰ τί δὲ οἱ μελαγχολικοὶ πλειόνων σιτίων ὀρέγονται, ἢ ὅτι ψύχεται αὐτοῖς τὸ στόμα τῆς γαστρός; διὰ τί δὲ ἔνιοι αὐτῶν οἰνοπόται; ἢ ὅτι τὸ ψυχρὸν θερμανθῆναι χρήζει; διὰ τί δὲ ἀποκτείνουσι σφᾶς αὐτούς; ἢ ὅτι μειζόνων κακῶν ὑπολαμβάνουσιν ἀπαλλάττεσθαι; εἰ μὴ ἄρα δόξα τοιαύτη ὑπογίνεται αὐτοῖς, ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν ἐστὶ καλόν, ὥσπερ τῶν βαρβάρων ἐνίοις. διὰ τί δὲ ἀπεψίαι συνεχεῖς αὐτοῖς γίνονται; ἢ ὅτι θολερὸν καὶ περιττωμάτων μεστόν ἐστιν αὐτῶν τὸ σῶμα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δύσκρατος ἡ γαστήρ, ψυχομένη διαπαντὸς ἐκ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ; διὰ τί δὲ αἱ κοιλίαι αὐτοῖς ὡς ἐπίπαν ξηραίνονται; ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα τοῖς ἄνω περὶ τὰ ὑποχόνδρια περιΐσταται, καὶ οὐ πάνυ κάτω διαχωρεῖ; ἀνάγκη τοίνυν δι' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὰς γαστέρας εἶναι ξηράς, ἐκ δὲ τῆς πολλῆς ἐπισχέσεως ἀθρόα ποτὲ καὶ περιτετηκότα διαχωροῦσι. σκαρδαμυκτοὶ δέ, καὶ ἐξόφθαλμοι, καὶ παχύχειλοι ὡς ἐπίπαν γίνονται διὰ τὸ παχὺ πνεῦμα. μελάγχροοι δὲ διὰ τὴν χύσιν τοῦ χυμοῦ. δασεῖς δὲ οἱ πλείους αὐτῶν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παχέων περιττωμάτων. ταχύγλωσσοι δὲ ὡς ἐπίπαν εἰσί, καὶ τραυλοί, καὶ ἰσχνόφωνοι, δι' ἀκρατεῖ τῆς γλώσσης. αἱ γὰρ συντονίαι τῆς κινήσεως κατὰ τὸ πνεῦμα γίνονται· καὶ πᾶν δὲ τὸ συντόνως κινηθέν, ἀπορρεῖ ταχέως. εὐπετὲς μὲν οὖν βουλομένῳ καὶ τῶν λοιπῶν συμπτωμάτων ἀποδοῦναι τὰς αἰτίας, ἐκ τούτων ὁρμωμένῳ. μελαίνεται δὲ ὁ χυμὸς οὗτος, ποτὲ μὲν ὑπερθερμαινόμενος, ποτὲ δὲ ὑπερψυχόμενος. οἷον γάρ τι πάσχουσιν οἱ καιόμενοι ἄνθρακες, διαυγέστατοι μένοντες τῇ φλογί, σβεννυμένης δὲ τῆς φλογός, μελαίνονται, τοιοῦτόν τι καὶ ἡ ψύξις περὶ τὸ φαιδρὸν χρῶμα τοῦ αἵματος ἐργάζεται. ὁρῶμεν γὰρ κἀπὶ τῶν ἐκτὸς πελιδνά γινόμενά τινα τῶν σωμάτων, καὶ μελαινόμενα ὑπὸ ψύξεως. ἡ δὲ ὑπερβολὴ τοῦ θερμοῦ πάλιν ξηράνασα καὶ δαπανήσασα τὰς ὑγρότητας, ὑφ' ὧν τρέφεται τὸ θερμόν, μελαίνει τοὺς χυμούς, ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς καρπούς, καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα. τὰ μὲν οὖν πρὸ τῆς θεραπείας εἰς τοσοῦτον διεγνωκέναι χρὴ τὸν ἰατρόν· ἃ δ' ἂν τις μαθὼν ἔχοι βοηθεῖν τοῖς οὕτω νοσοῦσιν, ἤδη καιρὸς ὑποτίθεσθαι. διαφέρει δὲ εἰς τὴν θεραπείαν, οὐ σμικρὰ εἰδέναι, ὅθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχε τὸ νόσημα. γινώσκειν χρὴ τοίνυν ὡς διττὸν τὸ εἶδος τῆς μελαγχολίας. τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκ φύσεως καὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς κράσεως ἔχουσι τὸ μελαγχολικόν· τινὲς δὲ ἐκ διαίτης φαύλης ὕστερον τὴν κρᾶσιν ἐπεκτήσαντο. καὶ ἔστι τὸ εἶδος τοῦτο νωθρὸν καὶ κατηφὲς ἀεί. ὅτι δὲ ἐξ ὑπεροπτήσεως τῆς ξανθῆς χολῆς τῇ παρα-

A bilis color seu tenebræ, rationalis animæ locum obumbrans, timores efficit. RUFI. Quapropter omnium symptomatum singulis orientium causas enarrare impossibile est. Nam multam difficultatem habent plurima, quale, cur fugiunt velut horrenda, quæ non sunt horrenda; alia verò persequuntur ut bona, quæ non bona sunt? Et cur alius domesticos timet, alius verò omnes homines, & hujusmodi? Plurimorum verò symptomatum causas Medicum dicere non est difficile, ut qui sibi videtur vas fictile esse, propter siccitatem hoc patitur: frigidus enim & siccus est melancholicus humor. Similiter etiam B qui suam cutem siccis pellibus similem esse putat. Qui verò se caput non habere arbitrabatur, fortassis ob capitis levitatem id opinatus est, levitatem autem *capitis* flatus qui attollebatur ipsi exhibuit. Cur verò appetunt melancholici plures cibos? Num quia frigescit ipsis os ventriculi? Cur autem nonnulli ipsorum vini potores sunt? an quia frigidum calefieri desiderat? Cur seipsos perimunt? num quia à majoribus malis se liberari putant? nisi fortassis talem ipsi subeant opinionem, quòd bonum sit emori, quemadmodum barbaris quibusdam *videtur*. Cur au- C tem cruditates ipsis assiduæ fiunt? num quia turbulentum & excrementis plenum est ipsorum corpus, propterea que venter etiam intemperatus, ut qui semper ex atræ bilis humore perfrigeratur? Cur autem alvi plerumque ipsis siccantur? num quia flatus surpernè circa hypochondria consistunt, neque valde deorsum secedunt? Necesse itaque est ob hoc ipsum etiam ventres siccos esse; ex multa verò retentione aliquando coacervata colliquata dejiciunt. Nictantes autem, & extuberantibus ipsi oculis, & D labrosi plerumque fiunt, propter crassum flatum. Atri verò sunt coloris propter humoris fusionem. Hirsuti verò ipsorum plures sunt, propter crassorum excrementorum multitudinem. Veloci plerumque lingua sunt, & balbi, & gracili voce præditi, ob linguæ incontinentiam: motus enim contentiones à flatu fiunt; quicquid autem continenter movetur, citò defluit. Facilè sanè fuerit ipsi qui voluerit etiam aliorum symptomatum causas reddere, si ex his ortum ducat. Nigrescit hic humor aliquando supra modum calefactus, interdum plusculè refrigeratus. Nam E quale quiddam patiuntur carbones, qui dum uruntur, lucidissimi ob flammam existunt, extinctâ verò flammâ, atri redduntur; tale quiddam etiam circa clarum sanguinis colorem frigus molitur. Videmus enim etiam in externis quædam corpora livida fieri, ac denigrari à frigore. Ac rursus caloris exuperantia resiccans ac consumens humiditates, à quibus calor nutritur, humores nigrefacit, quemadmodum etiam sol fructus, & hominum corpora. Hæc igitur F sunt quæ ante curationem dignoscere Medicum oportet. Quæ verò discenda sunt, ut quis ita ægrotantibus opem ferre queat, jam tempus est subjungere. Non parum autem interest ad curationem, nosse unde morbus initium habuit. Itaque cognoscendum est duplicem esse melancholiæ speciem. Quidam enim ex natura & temperamento ab initio atram bilem habent; quidam ex prava victus ratione postea id temperamentum adepti sunt; & hæc species segnis semper ac subtristis: qui verò ex flavæ bilis su-

perassatione in delirium incidunt, audaciores & cæteris iracundiores sunt, & percussores, & omnia horrenda facientes, & maximè quo tempore bilis superassatur; quo verò tempore ipsa extincta fuerit, tristes, mœsti, ac timidi fiunt.

CAPUT II.

Cum distinctione trium specierum melancholiæ universalis, cephalicæ, & hypochondriacæ curatio instituitur, chirurgica, pharmaceutica & diætetica.

Quum itaque universum corpus melancholicum sanguinem totum habet, à venæ sectione principium curationis facere convenit; quum autem solum cerebrum, æger venæ sectione non indiget, nisi multo sanguine redundarit, & præservationis gratiâ detractionem faciamus. Dignotio verò an totum corpus melancholicum sanguinem habeat, aut solùm in cerebro talis sit, tunc ex his à te fiat. Nigriores & hirsuti, quique venas amplas habent, ad atræ bilis generationem aptissimi sunt; nonnunquam etiam homines colore rubicundi, confertim in melancholicum temperamentum transeunt. Consequenter autem ab ipsis flavi, & præsertim ubi vigiliis, & laboribus pluribus, & curis, & tenui victu, aut melancholicis aduliis fuerint usi. Ad hæc si suppressa hæmorrhoïs in sede, aut alia consueta vacuatio, aut mulieribus menses. Nec parum confert anni tempus, & aëris status, & regio, & ægri ætas ac studium. His omnibus præconsideratis, ubi speraveris in totius corporis venis melancholicum sanguinem contineri, certissimam dignotionem adhibeto, ex venæ cubiti mediæ præsertim sectione. Si namque affluens sanguis atrabilarius esse non videbitur, statim cohibeto; si verò talis apparuerit, quantum pro ægri corporis habitu satis fore conjeceris, evacuato. Tertia differentia. At verò tertia melancholiæ differentia, quam principium à ventriculo habere dicimus, hypochondriacus affectus nominatur, sæpe ex prædictis dignoscitur. Primùm namque incipiunt ventris symptomata, ut inflationes, murmurilla, ructus acidi & virulenti, & quòd venter resiccetur, & quòd in dejectionibus, ac vomitionibus, & ructibus leventur, & quòd ipsi ægri omnes vexationes circa hypochondria considere percipiant. Quemadmodum igitur dum quibusdam sæpe ex ventre fuliginosa quædam aut fumosa, aut omnino crassorum vaporum exhalatio sursum fertur, velut in suffusos oculos habentibus, aliqua ob oculos versantur: eodem modo etiam nunc dum melancholica exhalatio ad cerebrum, vel fuligo aut fumus fertur, melancholica quoque symptomata circa mentem oborientur. Quum igitur melancholici delirii propria signa apparuerint magna; circa ventrem verò aut nihil molesti, aut minimum fuerit; in iis cerebrum primariò affici augurandum est, quemadmodum prædictum est. *Curatio melancholiæ Galeni.* Melancholiam igitur ex cerebro pri-

A φρενιτιῶν παραπίπτουσι, θρασύτεροι καὶ ὀργιλώτεροι τῶν ἄλλων εἰσὶ, καὶ πλῆκται, καὶ τὰ πάνδεινα πράττοντες κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον μάλιστα, ἐν ᾧ ὑπεροπτᾶται ἡ χολή. ᾧ χρόνῳ δὲ ὅταν καὶ αὐτὴ ἀποσβεσθῇ, κατηφεῖς ἐπίλυποι καὶ ἐπίφοβοι γινόμενοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Η μετὰ διορισμοῦ τῶν εἰδῶν τριῶν τῆς μελαγχολίας τῆς καθ' ὅλου τε, καὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῆς ὑποχονδριακῆς θεραπεία καθίσταται, χειρουργική τε καὶ φαρμακευτικὴ καὶ διαιτητική.

Ὅταν μὲν γὰρ ὅλον τὸ σῶμα μελαγχολικὸν ἔχῃ ὅλον τὸ αἷμα, τὴν ἀρχὴν τῆς θεραπείας ἀπὸ φλεβοτομίας ποιεῖσθαι προσήκει. οἷς δὲ τὰ κατὰ μόνον τὸν ἐγκέφαλον, οὐ χρήζει φλεβοτομίας ὁ κάμνων, εἰ μήτοι γε πολύαιμος εἴη, καὶ χάριν προφυλακῆς τὴν ἀφαίρεσιν ποιούμεθα. ἡ δ' οὖν διάγνωσις ἀπὸ τῶν τοιούτων σοι γινέσθω πότερον ὅλον τὸ σῶμα μελαγχολικὸν ἔχῃ τὸ αἷμα, ἢ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον μόνον ἠθροισταί τις τοιοῦτος. οἱ μὲν μελάντεροι, καὶ δασεῖς, καὶ φλέβας εὐρείας ἔχοντες, ἐπιτηδειότατοι πρὸς τὴν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ γένεσιν, ἔσθ' ὅτε τε καὶ οἱ ἐξέρυθροι τὴν χρόαν ἄνθρωποι καταπίπτουσιν ἀθρόως εἰς τὴν μελαγχολικὴν κρᾶσιν. ἐφεξῆς δὲ αὐτῶν οἱ ξανθοὶ, καὶ μάλιστα ὅταν ἀγρυπνίαις, καὶ πόνοις πλείοσι, καὶ φροντίσι, καὶ λεπτῇ διαίτῃ, ἢ μελαγχολικοῖς ἐδέσμασι διητημένοι τύχωσιν ὄντες. πρὸς τούτοις εἰ ἐπέχηταί τις αἱμορροῒς ἐν ἕδρᾳ, ἢ ἄλλη τις συνήθης κένωσις αἵματος, ἢ καταμήνια ταῖς γυναιξίν. οὐ μικρὰ δὲ συντελεῖ καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους, καὶ ἡ κατάστασις τοῦ ἀέρος, καὶ τὸ χωρίον, ἥ τε τοῦ κάμνοντος ἡλικία, καὶ τὸ ἐπιτήδευμα. ταῦτα δὲ πάντα προδιασκεψάμενος, ὅταν ἐλπίσῃς ἐν ταῖς καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλεψὶ μελαγχολικὸν αἷμα περιέχεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην ἀπαγάγῃ διάγνωσιν ἐκ τοῦ τέμνειν τὴν κατ' ἀγκῶνα φλέβα· βέλτιον δὲ τὴν μέσην τέμνειν. εἶτα εἰ μὴ φαίνοιτο μελαγχολικὸν εἶναι τὸ ῥέον αἷμα, ἐπίσχειν εὐθέως. εἰ δὲ τοιοῦτον φαίνοιτο κένωσον ὅσον ἂν ὑπολάβῃς αὔταρκες ἔσεσθαι τῇ τοῦ κάμνοντος σώματος ἕξει. Τρίτη διαφορά. Η δὲ τρίτη διαφορὰ τῆς μελαγχολίας, ἣς τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς κοιλίας ἴσχειν λέγομεν, ὑποχονδριακὸν πάθος ὀνομαζομένη, διαγινώσκεται ἐκ τῶν προειρημένων πολλάκις. πρῶτον γὰρ ἄρχεται τὰ κατὰ τὴν γαστέρα συμπτώματα, οἷον ἐμπνευματώσεις, βορβορυγμοὶ, ἐρυγαὶ ὀξώδεις, καὶ θερμώδεις, καὶ τὸ ἐπιξηραίνεσθαι τὴν γαστέρα, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς διαχωρήσεσι, καὶ τοῖς ἐμέτοις, καὶ ταῖς ἐρυγαῖς ἐπικουφίζεσθαι, καὶ τοὺς κάμνοντας αὐτοὺς συναισθάνεσθαι τῶν ὀχληρῶν πάντων περὶ τὰ ὑποχόνδρια συνεδρευόντων. ὥσπερ οὖν τισὶ πολλάκις ἀναφερομένης ἐκ τῆς γαστρὸς αἰθαλώδους τινὸς, ἢ καπνώδους ἀναθυμιάσεως, ἢ ὅλως ἀτμῶν τινῶν παχέων. ὅμοια τοῖς τῶν ὑποχεομένων δοκεῖ φαίνεσθαι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ νῦν, ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον ἀναφερομένης τῆς μελαγχολικῆς ἀναθυμιάσεως, οἷον αἰθάλη ἢ καπνὸς, τὰ μελαγχολικὰ γίνεται περὶ τὴν διάνοιαν συμπτώματα. ὅταν μὲν οὖν τὰ τῆς μελαγχολικῆς παρανοίας ἴδια σημεῖα φαίνηται μεγάλα· κατὰ δὲ τὴν κοιλίαν ἤτοι μηδὲν ὀχληρὸν ἢ σμικρότατον τοῦτο εἴη· ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἡγητέον ἐπὶ τούτων πρωτοπαθεῖν, καθὼς προείρηται. Θεραπεία μελαγχολίας Γαληνοῦ. Τὴν μὲν οὖν ἐξ ἐγκε-

φίλου πρωτοπαθοῦντος συνισταμένην μελαγχολίαν διά τε λουτρῶν, καὶ συνεχῶν, καὶ διαίτης εὐχύμου τε καὶ ὑγρᾶς, καὶ ἀφύσου ἐκθεραπεύειν, χωρὶς ἑτέρου δραστικοῦ βοηθήματος, ὅταν γε μή πως διὰ χρόνου μῆκος δυσκένωτος ᾖ ὁ λυπῶν χυμός, ἡνίκα ποικιλωτέρας καὶ ἰσχυροτέρας προσάγειν δεῖ τὰς ἰάσεις. ἀρχόμενον δὲ τὸ πάθος θεραπεύειν προσήκει. χρονίζον γὰρ καὶ αὐξηθὲν δυσμεταχείριστον γίνεται. ΡΟΥΦΟΥ. Κοινὰ δή ἐστι, κἂν ὁ ἐγκέφαλος πρωτοπαθῇ, κἂν τὰ καθ' ὑποχόνδρια, τὰ ὑπακτικὰ τῆς γαστρὸς βοηθήματα. πρῶτον μὲν οὖν εὐπεψίας φροντίδα ποιεῖσθαι χρή. ἔπειτα δὲ καθαίρειν, πρῶτον μὲν ἐπιθύμῳ καὶ ἀλόῃ. τούτων γὰρ εἰ καὶ ὀλίγον, ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας λαμβάνοι, ὠφελεῖται τὰ μέτρια καὶ ἡσυχῆ ὑπάγειν. ΠΟΣΙΔΟΝΙΟΥ. Ἐφ' ὧν τὸ αἷμα πλεονάζειν φαίνοιτο, ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς φλέβα τέμνειν προσήκει τὴν ἐν ἀγκῶνι, καὶ μάλιστα ἐφ' ὧν συνήθεις ἐκκρίσεις εἰσὶ τοῦ αἵματος ἐπεισχημέναι. ἐπὶ δὲ γυναικῶν, αἷς ἐκλείπει τὰ καταμήνια, τὴν ἐν τῷ σφυρῷ φλέβα τέμνειν χρή, κενοῦν δὲ ἕκαστον πρὸς δύναμιν. ἐφ' ὧν δὲ ἡ κακοχυμία μᾶλλον πλεονεκτεῖ, προδιαιτήσας τὸν πάσχοντα, κάθαιρε τῇ ἱερᾷ Ῥούφου, ἢ Ἀρχιγένους, ἢ Ἰούστου. εἰ δὲ ἄμφω πλεονάζει, προφλεβοτομήσας κάθαιρε· μετὰ δὲ ταῦτα διαλιπὼν ἡμέρας τινὰς, κλυστῆρσι τὴν κοιλίαν κένου, πρῶτον μὲν διὰ χυλοῦ πιτύρων, καὶ ἀφρονίτρου, καὶ μέλιτος. μετέπειτα δὲ καὶ πολυποδίου ῥίζας τεθλασμένας συνεψεῖν τοῖς πιτύροις, ἢ ἐπίθυμον. μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας τοῦ κλυστῆρος, δοτέον αὖθις τὴν διὰ ἀλόης πικρὰν προσειληφυῖαν πρὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ ἐπιθύμου, σκευάζειν δὲ αὐτὴν ὡς Θεμίσων βούλεται. Ἀλόης μὲν βαλὼν L ρ'. μαστίχης δὲ, καὶ κρόκου, καὶ νάρδου στάχυος, κινναμώμου τε ἢ κασσίας τὸ διπλοῦν, ἀσάρου, καὶ καρποβαλσάμου, ἑκάστου ἀνὰ οὐγγίαν μίαν· προστιθέναι δὲ τούτοις καὶ ἐπιθύμου οὐγγίας β'. καὶ σχοίνου ἄνθος οὐγγίαν α'. καὶ διδόναι δὲ κοχλιαρίου μεγάλου τὸ πλῆθος μετὰ μελικράτου. δοτέον δὲ αὖθις ἐκ διαστημάτων ὀλίγων δεύτερον, ἢ τρίτον. εἶτα πάλιν διαιτήσας, καὶ ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις, δίδου πάλιν τὴν ἱερὰν Ῥούφου, ἢ Ἀρχιγένους, ἢ Ἰούστου. πλῆθος δὲ ἔστω τὸ διδόμενον L δ'. μετὰ μελικράτου καὶ ἁλῶν ὅσον κοχλιάριον μικρὸν, βέλτιον δὲ καὶ τοῖς ἐφημέροις κενοῦσι πράως ὑπάγειν τὴν γαστέρα. μελαίνων δὲ ἀγωγή ἐστιν ἀμάρακον, ἡ κονίλη λεγομένη ὅσον L β'. ἐπιπασσόμενα μελικράτῳ, καὶ πινόμενα. συμφέρει δὲ καὶ τῷ ὀρρῷ τοῦ γάλακτος ὑπάγειν τὴν κοιλίαν, ἀλλὰ μὴν ἀπὸ τῶν τυρῶν δοτέον τὸν ὀρρόν· ἄμεινον γὰρ τὸ ἐκ τοῦ ἑψημένου γάλακτος ἀποχωριζόμενον· μᾶλλον δὲ ἵππειον ἔστω τὸ γάλα, εἰ δὲ μὴ, βόειον· ἐμβλητέον δὲ τὸ γάλα ἐν καινῇ χύτρᾳ κινοῦντα κλάδῳ συκῆς. ὅταν δὲ ἀναζέσῃ τρὶς ἢ τετράκις καταρραίνων ὀξυμέλιτι. εἶτα διηθήσας, δίδου πίνειν, τὰ μὲν πρῶτα μέλι προσμίγων. ὅταν δὲ ἄρξηται ὑποχωρεῖν ἡ γαστὴρ, μηκέτι βάλλειν τὸ μέλι. λαμβανέτω δὲ κατὰ κοτύλην μὴ ἔλαττον τῶν πέντε κοτυλῶν. χρῆσθαι δὲ ἐπὶ πάσῃ κενώσει, μαλάχης σπέρματι λειοτάτῳ διδόντα ὅσον L β'. μεθ' ὕδατος κυάθων γ'. ἄκρως γὰρ ποιεῖ. ὅθεν πολλάκις αὐτῷ χρηστέον. ἀφέψημα πίνειν συνεχῶς δὲ καὶ γλήχωνος καὶ πρὸ τῶν καθαρτικῶν καὶ μετὰ τὰ καθαρτικὰ, καὶ τοῦ μικροῦ κενταυρίου ὁμοίως. τοῦ δὲ ἀψινθίου τὸ ἀφέψημα καὶ συνεχῶς καὶ ἐφεξῆς δίδου. στομάχῳ γὰρ καὶ γαστρὶ κατάλληλον ἐπὶ τούτων, καὶ φῦσαν οὐ συγχωρεῖ ἐγγίνεσθαι τῇ γαστρὶ πολλὴν, οὔτε εἰς τέλος ἀπο-

mariò affecto obortam, assiduis balneis, victu boni succi & humido, ac flatus experte, curare oportet, citra aliud efficax remedium, quum nequaquam noxius humor diuturnitate temporis ægrè vacuetur; tum sanè magis varias ac vehementiores curationes adhibere oportet. Incipientem autem affectionem curare convenit; nam inveterata, ac aucta, tractatu difficillima fit. RUFI. Sive autem cerebrum primariò affectum fuerit, sive hypochondria, communia sunt subducentia ventrem auxilia. Sed imprimis bonæ concoctionis curam statuere oportet; postea verò purgare primùm epithymo & aloe: horum enim etiamsi parum quotidie acceperit, prodest tamen, moderatè & paulatim subducendo. POSIDONII. In quibus sanguis redundare apparuerit, statim ab initio venam in cubito secare decet, ac præsertim in quibus consuetæ sanguinis excretiones sunt suppressæ. Verùm in mulieribus, quibus menses defecerunt, vena in malleolo secanda est, & in singulis pro viribus sanguinem evacuare. In quibus autem vitiati humores magis redundant, præparatum per victus rationem ægrum per hieram purgabis Rufi, aut Archigenis, aut Justi. Si verò utrique redundant, facta priùs venæ sectione purgato; postea interpositis aliquot diebus, alvum per clysteres evacuato, primùm cum furfurum succo, spumaque nitri ac melle; deinde etiam polypodii radices contusas, aut epithymum cum furfuribus coquito. Post triduum à clysteris usu, detur ipsis picra ex aloe compositio, quæ supra reliqua omnia, etiam epithymum accepit. Præparanda est autem, ut Themison imperat. ℞. *aloes ʒ. c. mastiches, croci, spicanardi, cinnamomi, vel casiæ duplum, asari, carpobalsami, singulorum ℥ i. addesque epithymi ℥ ij. & schœnanthi ℥ i.* Detur autem cochlearii magni quantitas cum aqua mulsa; deturque ipsis ex modicis intervallis bis, terque; deinde rursus per victum reparatis viribus iterum dato hieram Rufi, aut Archigenis, aut Justi. Detur autem pondere ʒ. iv. cum aqua mulsa, & salis cochleario parvo. Melius autem per evacuantia quotidie leviter ventrem subducere. Atram verò bilem ducit amaracus, & cunila appellata ʒ. ij. pondere aquæ mulsæ inspersa & pota. Conducit & lactis sero alvum subducere: sed non de caseis dandum est serum; præstat enim quod à lacte per cocturam separetur. Sit autem lac equinum, aut si haberi non possit, bubulum; lac ipsum in ollam novam mittatur, & fici ramulo agitetur; ac dum effervescit, ter aut quater aceto mulso irroretur; deinde percolatum potui detur, melle primùm admixto. Quum autem venter fluere cœperit, non ampliùs mel addatur. Accipiat autem æger hoc serum per heminas, non infra quinque heminarum mensuram. Ab omni verò vacuatione utendum est malvæ semine lævissimè trito, drachmarum duarum pondere, cum aquæ cyathis tribus; egregiè enim facit, quare ipso sæpe utendum est. Optimum est & pulegii decoctum sæpe bibere, & ante purgantia, & post purgantia *medicamenta*; & similiter centaurii minoris. Absinthii autem decoctum & assiduè & consequenter præbe; stomacho enim & ventri in his commodum est; etiam neque flatum multum in ventre fieri permittit, neque dejectionem penitus

nitus resiccari; & urinam ciet, & concoctionem probè adjuvat, adeò ut ego ex hujus solius usu noverim quosdam à morbo liberatos. Danda sunt etiam urinam moventia, anisum, daucus, petroselinum, asarum, nardus; & his adhuc amplius fœniculi magni sylvestris semen & radix. Chamæpitys autem & chamædrys promptiùs accipienda sunt, ita ut singula hæc cum aqua coquantur, aut arida trita potioni inspergantur. Commodæ sunt etiam evacuationes quæ per sudorem, & labores, & balnea fiunt, & per inunctiones in sole, qualis est quæ cum oleo chamæmelino fit, & cum oleo & nitro. Quòd si habitus permiserit, rursus per hieram purgato. Convenit autem neque eum hypochondria negligere, qui curationem aggreditur, ac maximè qui priùs accesserit. Fomenta itaque conveniunt, quæ ex oleo fiunt, in quo rutta, anethum, serpillum, absinthium, artemisia, pulegium, viticis semen, baccæ lauri, aut folia tenera bullierint; hæc enim dolores mitigant, & flatus minuunt. At verò in stomachi inflationibus cum morsu, cuminum & pulegium in aceto coquere oportet, & spongiis stomachum fovere; aliquando etiam alumen aceto inspergimus. Cataplasmata verò habeant aut anisum, aut apium, aut cuminum in oleo præcoctum; & cyperus lævissimè trita, & iris, & libanotis cataplasmati addantur; permittantur autem diutius & ante & post cibum. Ablato cataplasmate hypochondria contegantur, aut lana amplissima, aut levissima & pura pelle agnina, præillitis ex nardino locis. Admotis etiam cucurbitis utendum est, ad flatus quidem levibus, ad inflammationes verò & duritias durosve tumores cum scarificatu. Postea verò ceratis ex cyprino utendum est, & polyarchio, & quod ex styrace paratur, & quod ex seminibus fit, & similibus. In curationis autem progressu, etiam rubificatione ex caricis ac sinapi uti valde proderit; & concoctiones revocat: nam & ventri robur addit, & si quis dolor in hypochondrio restat, eum eximit. Utendum est etiam acribus smegmatis ad hypochondria, & picatorum medicamento, hoc est, pice arida, per seipsam liquefacta, aut cum modico oleo; calida autem imponitur cuti, & ventri ac dorso admovetur, ac sinitur, quoad sua sponte decidat; quare licet cum ipsa lavari, & quod paulatim separatur, forfice auferre. Admodum verò prodest eis stercus bubulum aridum, aceto infartum ac impositum. Prosunt etiam bulbicum nitro aut alumine triti ac impositi; sed & iis ad bubulum stercus admixtis utile fit cataplasma, & præsertim ubi morsus ab ipsis circa stomachum percipitur. Cæterùm quibus convulsiones assiduæ corpori adsunt, confert etiam castorii potus, & litus corporis ex castorio cum oleo sicyonio. Convenit & moveri & exerceri ipsos pro viribus ante cibos. Balnea verò probè concoquenti non sunt valde necessaria, nisi lassitudini alicui mederi velis. Qui verò ventrem ad concoquendum ineptum habet, huic conduci frequentiùs lavari, aut jejuno, aut post perfectam concoctionem. Post balnea cibos damus concoctu faciles, flatus expertes, ex alvo secedentes, accurata consideratione facta quomodo ex singulis homo afficiatur. Non enim omnes ad omnes cibos similiter dispositi sunt. Plerumque tamen conveniunt

A ξηραίνεσθαι τὴν διαχώρησιν, καὶ οὔρησιν κινεῖ, καὶ πέψιν ἀκριβέστερον παρασκευάζει, ὥς τε ἐγὼ καὶ ἐν μόνῳ τούτῳ τινὰς οἶδα ἀπηλλαγμένους τῆς νόσου. διδόναι δὲ καὶ τῶν διουρητικῶν, ἀνίσου, δαύκου, πετροσελίνου, ἀσάρου, καὶ νάρδου, καὶ μᾶλλον τούτων τὸ τῆς ἱππομαράθρου σπέρμα καὶ ῥίζαν. τὴν δὲ χαμαιπίτυν καὶ τὴν χαμαίδρυν προθυμότερον λαμβάνειν, ἕκαστον ἑψοῦντα σὺν ὕδατι, ἢ ξηρὸν λεῖον ἐπιπάσσοντα τῷ ποτῷ. ἀγαθαὶ δὲ καὶ αἱ διὰ τῶν ἱδρώτων καθάρσεις, διά τε πόνων καὶ λουτρῶν γινόμεναι, καὶ χρίσμασιν ἐν ἡλίῳ, οἷόν τε διὰ τοῦ χαμαιμήλου ἔλαιον, καὶ νίτρον σὺν ἐλαίῳ· καὶ ἐὰν ἐπιδιδῷ ἡ ἕξις, πάλιν B καθαίρειν τῇ ἱερᾷ. προσήκει δὲ μὴ τῶν ὑποχονδρίων ἀμελεῖν στοχαζόμενον τῆς θεραπείας, καὶ μάλιστα προεληλυθότα. πυριάσεων μὲν οὖν, ἁρμόδιοι ἐλαίου ἐναφεψημένων ἐν αὐτῷ πηγάνου, ἀνήθου, ἑρπύλλου, ἀψινθίου, ἀρτεμισίας, γλήχωνος, ἄγνου σπέρματος, δάφνης τοῦ καρποῦ, ἢ τῶν φύλλων ἁπαλῶν. ταῦτα καὶ τοὺς πόνους παρηγορεῖ, καὶ τὰς φύσας μειοῖ. ἐπὶ δὲ τῶν μετὰ δήξεως τοῦ στομάχου ἐμπνευματώσεων ὄξει ἀφεψήσαντες κύμινον καὶ γλήχωνα, σπόγγοις πυριᾶν τὸν στόμαχον, ἐνίοτε δὲ καὶ στυπτηρίαν ἐπιπάσσομεν τῷ ὄξει. τὰ δὲ καταπλάσματα ἐχέτω προαπεζεσμένον ἐν τῷ ἐλαίῳ, ἢ ἄνισον, ἢ σέλινον, ἢ κύ- C μινον, καὶ κύπειρον λειοτάτην, καὶ ἶριν, καὶ λιβανωτίδα ἐμβαλὼν τῷ καταπλάσματι. συγχωρεῖν δὲ ἐπιπολὺ καὶ ἀσίτῳ καὶ τραφέντι. ἀφαιρεθέντος δὲ τοῦ καταπλάσματος, σκέπειν τὰ ὑποχόνδρια, ἢ ἐρίῳ πλατυτάτῳ, ἢ κουφοτάτῃ, καὶ καθαρᾷ ἀρνακίδι, προϋποχρίων τοὺς τόπους ναρδίνῳ. χρηστέον δὴ ἂν καὶ σικύαν προσθετέον, πρὸς μὲν τὰ πνεύματα κούφων, πρὸς δὲ τὰς φλεγμονὰς καὶ σκληρίας μετὰ κατασχασμοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα τῇ διὰ κυπρίνου κηρωτῇ χρῆσθαι, καὶ τῷ πολυαρχίῳ, καὶ τῷ διὰ στύρακος, καὶ τῷ διὰ σπερμάτων μάλιστα, καὶ τοῖς D ὁμοίοις. προϊούσης δὲ τῆς θεραπείας, καὶ τῷ διὰ τῶν ἰσχάδων καὶ νάπυος φοινιγμῷ χρῆσθαι, πάνυ ὀνήσει, καὶ τὰς πέψεις ἀνακαλεῖται, ῥώμην τῇ γαστρὶ ἐντιθείς, καὶ εἴ τις πόνος ἐγκαταλείπεται τῷ ὑποχονδρίῳ, τοῦτον ἐξαίρει. χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς δριμέσι σμήγμασι κατὰ τῶν ὑποχονδρίων, καὶ τῷ τῶν πιττωτῶν φαρμάκῳ, τουτέστι πίσσῃ ξηρᾷ τετηκυίᾳ καθ' ἑαυτήν, ἢ μετὰ βραχυτάτου ἐλαίου. θερμὴ δὴ ἐμπλάττεται δέρματι, καὶ ἐπιτίθεται τῇ γαστρὶ καὶ τῷ μεταφρένῳ, καὶ ἐᾶν μέχρις αὐτόματον ἀποπέσοι. ὥστε καὶ συλλούεσθαι αὐτῷ ἐγχωρεῖ, καὶ τὸ βραχὺ ἀφιστάμενον, ψαλίδι ἀφαιρεῖν. E πάνυ δὲ ὠφελοῦνται καταπλασσόμενοι βολβίτοις βοὸς ξηροῖς, ἐμπλασσομένοις ὀξυμέλιτι· καὶ βολβοὶ δὲ μετὰ νίτρου, ἢ στυπτηρίας λεῖοι καταπλασσόμενοι μεγάλως ὠφελοῦσι, καὶ μιγνυμένων δὲ τούτων τοῖς βολβίτοις, ὠφέλιμοι γίγνεται, καὶ μάλιστα ἐπὰν δήξεως αἴσθησις αὐτοῖς περὶ τὸν στόμαχον εἴη. ἐφ' ὧν δὲ συνεχῶς σπασμοὶ τοῦ σώματος συνεδρεύουσι, συμφέρει καὶ τοῦ καστορίου πίνειν, καὶ χρίειν τὸ σῶμα καστορίῳ σὺν ἐλαίῳ σικυωνίῳ. προσήκει δὲ καὶ F κινεῖσθαι καὶ γυμνάζεσθαι αὐτοὺς πρὸς δύναμιν, πρὸ τῶν σιτίων. λουτρὰ δὲ τῷ μὲν καλῶς πέττοντι, οὐ πάνυ ἀναγκαῖα, εἰ μὴ κόπον τινὰ θεραπεῦσαι βουληθείης. ὅστις δὲ οὐκ ἀγαθὴν ἔχει τὴν κοιλίαν εἰς πέψιν, τούτῳ συμφέρει λούεσθαι συνεχέστερον, ἢ νῆστις, ἢ μετὰ τὴν τελείαν πέψιν. μετὰ δὲ τὰ λουτρὰ σιτία δίδομεν εὔπεπτα, ἄφυσα, διαχωρητικά, ἀκριβῶς καταμαθόντες ὅπως ἀφ' ἑκάστου διατίθεται ὁ πάσχων. οὐ γὰρ πάντες πρὸς ἅπαντα τὰ σιτία ὁμοίως διάκεινται. τὰ δὲ ἐπίπαν ἁρμόδια αὐτοῖς,

ἄρτων μὲν οἱ κλιβανῖται, καλῶς ἐσκευασμένοι· πτηνῶν δὲ, τὰ ἀπίμελα, καὶ ἄβρωμα, καὶ ὄρεια· ὠὰ ἀλεκτορίδων ἁπαλά· ἰχθύων οἱ πετραῖοι, καὶ οἱ ἁπαλόσαρκοι. ἐχῖνοι δὲ θαλάττιοι πλεῖστον προὔχουσιν εἰς ἡδονὴν καὶ εἰς ὠφέλειαν· παραιτεῖσθαι τὰ ἐν ταῖς λίμναις διαιτώμενα πάντα, καὶ τὰ ἐν τοῖς ἕλεσι. κρέα ἁρμόζει ἐρίφεια, καὶ γαλαθηνά, καὶ τούτων μᾶλλον τὰ ἄκρεα μόρια κατεφθά. οὐκ ἀχρεῖαι δὲ καὶ μῆτραι, καὶ γαστέρες, καὶ πόδες ὑῶν. λαχάνων δὲ πρὸς μὲν τὴν κοινὴν δίαιταν τὰ γλυκέα· τὰ δὲ δριμύτερα ὡς φάρμακον ποτὲ δοτέον. οἷον ἕλειος ἀσπάραγος, πετροσέλινα, καὶ τὰ ὅμοια. μέτρια δὲ ἔστω τῷ πλήθει τὰ λαμβανόμενα πάντα. οἶνος δὲ λεπτὸς, καὶ λευκὸς, καὶ μὴ πάνυ παλαιός. μὴ ἀθρόον δὲ διδόναι ἐπὶ τῇ τροφῇ τὸ ποτὸν, μηδὲ πλῆθος ἔστω τὸ πινόμενον, ἵνα μὴ ἐν τῇ κοιλίᾳ τὰ σιτία κυματίζεται. καὶ τὸ ὄξος ἐπιρροφεῖν δριμύτατον ὅσον κοχλιάριον, καθεύδειν μέλλοντα μετὰ πᾶσαν τροφήν· καὶ τὰ πολλὰ τῶν ὄψων εἰς αὐτὸ ἀποβάπτοντα ἐσθίειν· ἄμεινον δὲ μιχθὲν τῷ ὄξει σκίλλης βραχὺ, καὶ πηγάνου, καὶ τῆς λεπτῆς ἀριστολοχίας. ΠΟΣΙΔΩΝΙΟΥ. Ἁρμόζει δὲ πρὸς τὰς γινομένας ἐμπνευματώσεις, ὀξυπόριον τοιοῦτον σκευάζειν. ℞. λιγυστικοῦ, σπέρματος σελίνου, ζιγγιβέρεως, θύμου, ἀνὰ 𐅻 α. μέλιτος ἀπηφρισμένου τὸ ἀρκοῦν. δίδου κοχλιαρίου τὸ ἥμισυ, ἕωθεν, καὶ ἑσπέρας ὁμοίως. εἰ δὲ ἀποστρέφοιντο τὴν τοῦ μέλιτος γλυκύτητα, ἅλας πεπτικὸν αὐτοῖς σκευάζειν τοιοῦτον. ℞ σκίλλης ὀπτῆς 𐅻 α. ἁλῶν ἀμμωνιακῶν 𐅻 ε. σελίνου σπέρματος, μαράθου, θύμου, πετροσελίνου, ἀνίσου, σίνωνος, ζιγγιβέρεως, ἀνὰ L δ΄. ἄρτου καθαροῦ ξηροῦ 𐅻 ε. πεπέρεως 𐅻 α. S΄. ἐκ τούτου δίδου ὅσον κοχλιάριον ἐσθίειν σὺν τῇ τροφῇ βούλεται. διδόναι δὲ αὐτοῖς ὡς χρὴ κοχλιάριον ἐσθίειν σὺν τῇ τροφῇ ἐκ διαστημάτων τινῶν, καὶ τῆς θηριακῆς ἀντιδότου, καὶ μάλιστα χειμῶνος καὶ ἔαρος ἀρχομένου. ΡΟΥΦΟΥ. Ἐμείτωσαν δὲ ἐκ μειζόνων διαστημάτων, καὶ ἀπὸ σιτίων· ἀλλὰ ῥαφανίδων νῆστις, ἢ ὀριγάνου, ἢ θύμου, μὴ μέντοι τοῖς δραστηρίοις ἐμετικοῖς κεχρῆσθαι. βλαβερὰ γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τούτων ταλαιπωρίαν προστιθέντα τῇ γαστρὶ καὶ τῷ στομάχῳ ἤδη προπεπονηκόσι τῇ νόσῳ. ὁρῶνται γάρ τινες ἐκ τῶν δραστικωτέρων ἐμετικῶν ἁλισκόμενοι τῇ μελαγχολίᾳ. οὐ γε μὴν εἰδέναι χρὴ ὅτι πολλοὶ τῶν οὕτω νοσούντων, ἐν μὲν τῷ καιρῷ τῆς θεραπείας, οὐδέν τι ὠφελήθησαν. ἀφεθέντες δὲ κατέστησαν τὸ παραθεραπεύεσθαι καλῶς ἰσχυσάσης τῆς φύσεως κατὰ τῶν νοσημάτων, ἀσθενῶν τῇ βοηθείᾳ γεγενημένων. διὸ περ χρὴ ἄνεσιν διδόναι τῇ φύσει· ἔοικε γὰρ συνταλαιπωρεῖσθαι ταῖς θεραπείαις, ἰσχύειν δὲ ἐν τῇ ἀναπαύσει, καὶ κρατεῖν τῶν νοσημάτων ἤδη προεκλελυμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ΄.

Περὶ λυκανθρώπου, ἤτοι κυνανθρώπου, Μαρκέλλου.

Οἱ τῇ λεγομένῃ κυνανθρώπῳ, ἤτοι λυκανθρώπῳ νόσῳ κατεχόμενοι, κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα νυκτὸς ἐξίασι, τὰ πάντα μιμούμενοι λύκους ἢ κύνας, καὶ μέχρις ἡμέρας τὰ μνήματα μάλιστα διανοίγουσι· γνωρίσεις δὲ τὸν οὕτω πάσχοντα, διὰ τῶνδε. ὠχροὶ τυγχάνουσι, καὶ ὁρῶσιν ἀδρανές. ξηροὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐδὲν δακρύουσι. θεάσῃ δὲ αὐτοὺς καὶ κοίλους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντας, καὶ γλῶσσαν ξηράν, καὶ μηδόλως σίελον προχέουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ διψώδεις, καὶ τὰς κνήμας ἔχουσιν ἡλκωμένας ἀνιάτως, διὰ τὰ συνεχῆ συμπτώματα, καὶ τῶν κυνῶν τὰ δήγμα-

panes clibano cocti probè præparati; volucres non pingues, non virulentæ, montanæ; ova gallinarum mollia; pisces petrosi, & molles carne. Herinacei verò marini plurimùm præstant ad jucunditatem & utilitatem. Vitanda sunt omnia in stagnis degentia, & in paludibus. Ex carnibus conveniunt hœdinæ, & lactentium animalium, & ex his magis extremæ partes probè coctæ. Non inutiles etiam vulvæ, & ventriculi, & pedes suilli. Ex oleribus ad communem victum conferunt dulcia; acriora verò aliquando danda sunt medicamenti loco, velut est asparagus palustris, petroselinum, & similia; moderata verò copia cuncta accipiantur. Vinum sit tenue, & album, neque admodum vetus. Non autem acervatim detur potus inter cibum, neque magna copia potus exhibeatur, ne cibi in ventre fluitent. Acetum quoque acerrimum cochlearii mensura post omnem cibum absorbeatur, ubi jam vult dormire; sed & pleraque obsonia in aceto tincta edere convenit: præstat autem aceto admittere parum scillæ, & rutæ, & aristolochiæ tenuis. POSIDONII. Commodum est autem ad inflationes tale oxyporium præparare. ℞. *Ligustici, seminum apii, zingiberis, thymi ana ℥ i. mellis despumati quantum satis est; dato cochlearii dimidium mane, & vesperi similiter.* Quod si mellis dulcedinem aversentur, salem concoctorium ejusmodi ipsis præparato. ℞. *scillæ assatæ ℥ i. salis ammoniaci ℥ v. seminum apii, fœniculi, thymi, petroselini, anisi, sinonis, zingiberis ana ʒ iv. panis puri sicci ℥ v. piperis ℥ 2. ß. Ex hoc cochlearii mensuram edendam dato cum cibo, prout voluerit.* Detur etiam ipsis antidotus theriaca ex quibusdam intervallis, ac præsertim hyeme, & inchoante vere. RUFI. Vomant ex longioribus intervallis etiam à cibis, verùm à raphanis, aut origano, aut thymo jejuni; non tamen vehementioribus vomitoriis utendum est; sunt enim talia noxia in his, vexationem ventri & stomacho addentia jam antea ex morbo vexato. Videntur enim aliqui ex efficacioribus vomitoriis melancholia correpti. Proinde operæpretium est nosse, multos sic ægrotantes curationis tempore nihil commodi percepisse; demissa verò curatione fuisse restitutos, natura ante curationem prævalente contra morbos debiles ex medela factos, Quapropter naturæ remissionem dare oportet; videtur enim unà cum curationibus vexari; in quiete verò invalescere; & superare morbos jam antea attenuatos.

CAPUT III.

De insania aut melancholia lupina aut canina, ex Marcello.

Qui morbo lupino sive canino appellato corripiuntur, Februario mense noctu exeunt, in omnibus imitantes lupos, aut canes, & adusque diem monumenta maximè aperiunt. Cognosces autem ita affectos ex his signis. Pallidi sunt, & visu imbecilli, & oculos siccos habent, & non lachrymantur. Ipsos quoque cavos oculos habere cernes, & linguam aridam, neque prorsus salivam profundunt. Sunt quoque siticulosi, tibiasque exulceratas insanabiles habent, propter assiduos casus, & canum mor-

sus; ac talia sunt signa. Nosse verò oportet melancholiæ speciem esse hunc morbum; quem curabis, si accessionis tempore vena secetur, & sanguis adusque animi deliquium vacuetur, ægerque boni succi cibis nutriatur. Utatur autem balneis dulcibus; deinde sero lactis per triduum usus; hiera verò ex colocynthide Rufi, aut Archigenis, aut Justi purgetur, iterum atque iterum ipsam sumens ex intervallis. Post purgationes etiam theriaca ex viperis utendum est, & cætera adhibenda in melancholia jam antea commemorata. Ad vesperam verò invadente jam morbo, capitis irrigationibus somnum inducere solitis utendum est, & talibus quoque odoramentis. Nares item opio illinantur; quandoque verò etiam somnifera in potu exhibeantur.

τα, τοιαῦτα μὲν τὰ γνωρίσματα. γινώσκειν δὲ χρὴ μελαγχολίας εἶδος εἶναι τὴν λυκανθρωπίαν, ἣν θεραπεύσεις κατὰ τὸν χρόνον τῆς ἐπισημασίας, τέμνων φλέβα, καὶ κενῶν τοῦ αἵματος ἄχρι λειποθυμίας, καὶ διαιτῶν τὸν κάμνοντα τοῖς εὐχύμοις τροφαῖς. κεχρήσθω τε λουτροῖς γλυκέσιν· εἶτα ὀρρῷ γάλακτος χρησάμενος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, κάθαιρε τῇ διὰ τῆς κολοκυνθίδος ἱερᾷ Ῥούφου, ἢ Ἀρχιγένους, ἢ Ἰούστου. δεύτερον καὶ τρίτον παρέχων ἐκ διαστημάτων. μετὰ δὲ τὰς καθάρσεις, καὶ τῇ διὰ τῶν ἐχιδνῶν θηριακῇ χρηστέον, καὶ τὰ ἄλλα παραληπτέον ὅσα ἐπὶ τῆς μελαγχολίας προείρηνται. εἰς ἑσπέραν δὲ ἐπερχομένης ἤδη τῆς νόσου τοῖς ὕπνον εἰωθόσιν ἐμποιεῖν ἐπιβρέγμασι τῆς κεφαλῆς χρῆσθαι, καὶ ὀσφραντοῖς τοιούτοις, καὶ ὄπιον διαχρίειν τοὺς μυκτῆρας, ἐνίοτε δὲ καὶ ποτίζειν τινὰ τῶν ὑπνωτικῶν.

GALENI DE OCVLIS,

LIBER ASCRIPTITIVS,

in sex Sectiones distributus.

SECTIO I.

Complectitur physiologicas oculorum partes, humores potissimum, ac tunicas.

CAPUT I.

Quòd oculorum, & partium eorum, & operationum notitia est necessaria volenti curare oculos: & quòd crystallinus est pars principalis oculi, cui cætera subserviunt.

OPORTET Medicum, oculorum curam habere volentem, priùs eorum naturam optimè cognoscere: unumquodque enim membrum infirmum ideo curatur, ut ad naturam suæ propriæ sanitatis convertatur. Sed scientia naturæ membri, & uniuscujusque compositi, non potest comprehendi, nisi partes totius noscantur. Qui igitur oculorum naturam scire desiderat, primò omnes partes quibus constructi sunt, intelligat: noscatque operationem cujusque partis, & quæ fuerit illius necessitas, & quo modo quæcunque pars illa componatur. Unde de difficilioribus dicamus. Sciamus itaque, quòd omne membrum compositum habet propriam actionem, propter quam factum fuit, quam actionem cum una suarum partium operatur, cæteræ verò illi operanti ministrant. Sic & de oculis est, qui cum è multis partibus diversis compositi sunt, visus tamen propriè fit ab una suarum partium, id est humore, qui dicitur crystallinus. Cæteri verò humores, atque panniculi sunt propter juvamentum ipsius, quod explanabitur, quum de omnibus disputabimus.

CAPUT II.

De colore, figura, & situ humoris crystallini, vitrei, & albuginei: & de tribus tunicis, quæ sunt post vitreum, & de tribus quæ sunt ante albuginem, & de tela aranea.

CRystallinus est humor albus, splendidus, lucidus, non omninò rotundus, sed aliquantulum planus, qui locatus est in medio oculorum. Albus est, & splendidus, ut citò varios colores recipiat; quia album, & splendidum corpus citò & velociter coloribus opponitur, sicut in claro vitro fieri patet. Rotundus, ne citò patiatur; quia omnis forma rotunda non citò patitur, quia angulis caret. Parum latus, ut lumen sumere possit: si enim rotundus esset exquisitè, lumen non citò sumere posset, quia in loco uno stabilis non esset. In medio locatus, ut cæteras partes sibi ministrent: quædam, quibus defenditur; quædam, quibus adjuvatur: unde necessariò in medio sibi ministrantium fuit. Quòd autem in eo sit visus, testatur id quod videmus in cataractis; aqua enim quum inter crystallinum, & corneam steterit, ut non possit species præ aqua ad crystallinum transire, lumen amputat visuale: sed aqua ablata lumen reparatur. Crystallinus autem in medio duorum locatur humorum, quorum unus retrò est, qui dicitur hyelinos, id est vitreus, quasi ut vitrum lucidus. Alter verò est, qui est quasi albumen ovi, & dicitur albugineus. Post vitreum sunt tres panniculi, quorum primus vitreum circundat quasi rete, inde & retina dicitur. Post hunc est alius, similis secundinæ, & dicitur secundina. Juxta quem est tertius, qui ossa contangit, durus & solidus: unde & scliros vocatur. Ante albugineum sunt tres panniculi, quorum unus albugineo conjungitur, eumque circundat, qui est quasi uvea, ejusque color nigredini pertinet, unde vocant eum rhagoida, id est uveam. Ante hunc est alter cornu similis, unde ceratoidis, id est cornea, dicitur. Juxta hunc est alius, qui penitus non circundat sicut alii, sed eos intra se jungit, unde conjunctiva dicitur, quia si cornea ab ea operiretur, spiritus eam perforare non posset. Inter crystallinum & albugineum est tela aranea. Sed nunc videamus examen uniuscujusque ipsorum, & primò de vitreo, tribusque panniculis post eum existentibus.

CAPUT III.

Quòd crystallinus vitreo nutritur, & quòd nervi optici soli concavi, & de cerebro veniunt tecti dura & pia matre ad loca oculorum; & de tribus tunicis, quæ sunt post vitreum.

DIcamus igitur ita. Omne membrum necessarium est, ut habeat cibum quo instauretur, id quod calore naturali & accidentali intus & extra dissolvitur. Cibus verò membro conveniens

est, quem sibi membrum bene assimilat. Crystallino ergo cibus est sic necessarius, ut ipse sit albissimus, & clarissimus: & hoc quum sanguinem in sui naturam sumere non possit, necessariò vitreum habuit mediantem, qui medius est inter naturam sanguinis, & crystallini: albior enim sanguine est, & minus albus quàm crystallinus. Hic autem vitreus humor est de sanguine in venis subtilibus & arteriis digesto: unde mutatus est à suo colore in speciem vitri. Ipsæ enim venæ & arteriæ sunt de retina, quæ procedit à subtilibus cerebri panniculis nervum per quem spiritus ducitur circundantibus, qui nervus concavus est: quod planiùs dicemus, ut pateat. Natura enim à cerebro sensum & voluntarium motum omnibus tribuens membris per nervos mediantes, duos nervos à cerebro prodeuntes, ad oculos mittit; quorum unus durus est, unde fit motus: alter mollis & concavus, neque præter ipsum in toto corpore concavus alius est: quod ideo fuit, ut animatus spiritus visum faciens, per eum duceretur. Cerebrum verò duobus panniculis est opertum, uno subtili & molli, altero duro & crasso: subtilis autem secundinæ assimilatur, quia venas & arterias habet, quia cerebro prodest, quia nutrit & defendit eum cum suis arteriis & venis: crassus verò defendit solummodo ab ossibus capitis appropinquantibus ei. Omnes autem nervi à cerebro procedentes, istis panniculis sunt operti, donec capitis ossibus egrediantur: similiter nervi ad oculos venientes, his duobus panniculis circundantur. Unde molli panniculo concavus nervus circuntegitur, & extenditur in modum telæ cum suis venis: est autem rete vitreum humorem cooperiens. Vitreus autem humor medium crystallinum comprehendit. Retina venis & arteriis ad vitreum portat cibum, & cum suis nervis sensum & spiritum visibilem ad crystallinum ducit. Subtilis autem panniculus, qui secundina dicitur, quo nervus circumtegitur, cum alio qui retina dicitur, conjunctus est, illi secundo loco crystallino junctus est, cui secundina præstat auxilium, quia suis venis & arteriis nutrimentum portat ad retinam, & defendit eam ne rumpatur. Durus autem panniculus subtili conjungitur, eumque circundat: qui ad hoc valet oculis, quòd eos ab osse defendit, in quo locati sunt, ne eis sua duritie noceat, & est quasi ligamentum oculorum. Sufficiant hæc de tribus humoribus, & tribus panniculis post crystallinum existentibus.

CAPUT IV.

De tribus tunicis ante crystallinum junctis eis quæ sunt post ipsum: deque juvamentis earum, & albuginei humoris: & de conjunctiva, & musculis, qui movent oculos & palpebram, & sustinent nervos opticos.

Panniculi verò tres ante crystallinum existentes taliter sunt. Diximus enim panniculos cooperire cerebrum, nervosque ad oculos venientes circundare: sed tamen in oculis existentes dividuntur, & faciunt duos: uterque tamen ad medium crystallini jungitur, in loco qui dicitur iris. Super pupilla est panniculus cornea, qui à duro panno cerebrum cooperiente procedit: & panniculus, qui uvea dicitur, & ab illo quem secundinam dicunt, procedit, qui ut diximus, jungitur duro, qui cooperit, ut dictum est, secundinam. Panniculus verò exterior, id est conjunctiva, super corneam procedit. Cornea verò ad hæc necessaria est, ut crystallinum defendat, ne ab exterioribus, quia durus panniculus est, patiatur. Hæc autem subtilissima, & alba & dura est: subtilis & alba, ut citò spiritus eam penetrare possit: dura, ne propter subtilitatem citò rumperetur. Uvea tribus de causis necessaria est; una, ut corneam nutriat, quæ venas unde nutriatur habere nequit: alia verò, ut media sit inter corneam, & crystallinum, ne cornea duritie sua noceat crystallino: tertia, ut coadunet lumen suo colore nigredini pertinente: omne enim lucidum, lumen dispergit; nigrum verò coadunat. Uvea ergo multitudinem venarum habuit & arteriarum, ut corneam nutriat: mollis fuit, ne crystallino inferret nocumentum. Proprios habet villos, in quibus aqua coadunatur in cataracta. Lenis autem exterius est, ne cornea sibi noceat. Color ejus est sicut color cœli, ut lumen, sicut diximus, coadunet. In medio ejus foramen est, per quod lumen ingreditur: & intrinsecus plena est humore, qui dicitur albugineus, ut faciat crystallinum à cornea distare. Albugineus alterius juvaminis est, quia crystallinum defendit, ne ab exteriori aëre desiccetur: & humectat uveam, ne noceat crystallino. Sed inter crystallinum & albugineum quidam est panniculus tenuissimus, sicut cortex tenuissimus cæpæ, vel araneæ tela, qui medium operit crystallinum, ut eum ab uvea defendat. Ideoque quidam Medici dixerunt oculorum panniculos septem esse; dixerunt alii sex, alii quinque, quidam quatuor, quidam tres, nonnulli duos, quorum discordia non erat in re. Dicentes enim septem, computabant retinam, secundinam, scliron, araneam, uveam, corneam, conjunctivam. Qui autem sex, retinam non esse panniculum dicebant, asserentes defensorium panniculum quoddam esse: retinam potiùs nutrire, quàm custodire. Sed qui quinque autumabant, araneam non panniculum, sed crystallini partem esse dicebant, neque conjunctivam. Dicentes autem quatuor, contendebant conjunctivam non esse panniculum, sed ligamentum oculorum, neque retinam, nec araneam tales. Tres esse dicentes, uveam & secundinam unum esse dicebant panniculum, quia uvea à secundina procedit: retinam quoque & araneam unum panniculum: item scliron, & corneam unum panniculum. Qui duos dixerunt, scliron, & corneam unum intendebant: & secundinam, & corneam unum: retinam verò, & araneam, & conjunctivam non esse panniculos. Intentio ergo antiquorum erat una. Nunc de conjunctiva dicamus, de qua hucusque tacuimus. Sciendum ergo, lacertos oculis esse necessarios, quibus possent moveri, & visibilibus rebus opponi. Ideoque septem habent lacertos, quorum unus movet oculos erga nares, alter versus tempora, tertius sursum, quartus deorsum, quintus firmat & corroborat nervum unde visus procedit, duo alii alligant conjunctivam, ne usque ad corneam tendat, & operiunt lacertos ibi existentes in angulis oculorum. Tres iterum superiores palpebras movent, unus superius, & duo inferius: palpebræ verò nullum habent motum.

A

SECTIO II.

Est de ortu nervorum sensus à cerebro. Et triplici specie regitivæ virtutis: & de nervis opticis, & ipsorum conjunctione, & spiritibus visivis. Et de modo quo fit visio; cujus sex sunt capita.

CAPUT I.

Quòd omnes sensus à cerebro procedunt; & ab ipso prodeunt septem paria nervorum; cæteri verò nervi à spinali medulla.

NEcesse est qui naturam oculorum vult scire, prius cerebri naturam optimè cognoscat. Visus enim ab eo procedit, & superior ejus actio ad eum convertitur. Cerebrum autem frigidius & humidius cæteris membris est, quod postea explanabimus. Initium enim est sensus, & voluntarii motus, ac regitivæ virtutis. Nullum enim aliud membrum hac actione fungitur, sed cerebrum. His enim modis operatur vel per se, vel per viam adjuvantis, instrumento adjuvante sensum agit & motum voluntarium. Instrumenta sunt nervi, qui duobus sunt modis; quidam à cerebro, quidam à spinali medulla procedunt: medulla spinalis tamen de cerebro est, unde cerebrum fundamentum nervorum est omnium. Sed duris nervis voluntarius motus efficitur, dum nervi cum lacertis componuntur. Lacerti enim de nervis sunt, & carne & ligamento compositi, & ligamenta ab ossibus procedunt. Molles nervi quinque sensus faciunt. Quibus omnibus subtilior & acutior est visus, qui sensus igneus est, & igneam habet naturam, id est splendorem, & ruborem: lumen igneæ est naturæ, quia quum coadunatur intus, ignis ex eo succenditur. Post visum est auditus, post quem olfactus; post olfactum gustus: qui quidem, quia sentit quod est aquosum, aquæ pertinet. Sapor enim qui sentitur, nihil est, quàm aqua alicujus corporis siccitati admixta, calore operante: proinde antiqui saporem vocaverunt chymum, id est liquorem. Cæteris sensibus tactus crassior est, qui quidem sentit quod terreum est; & terræ pertinet, id est durum, molle, calidum, frigidum, & siccum, & quæ ex his procedunt. Omnes autem nervi sensum habent tactus, sed non voluntarium motum, ut diximus: quia duri nervi tantùm voluntario motu funguntur: sed molles duris sunt sensibiliores: procedunt verò duri plus à spinali medulla. A cerebro autem procedunt septem paria nervorum: quorum primum & secundum par ad oculos veniunt: unum est concavum, per quem sensus visus fit, id est per quem animatus spiritus visum dans, ad oculos tendit: secundum par oculi lacertos & palpebras movet. Tertium ad linguam tendit, dans ei sensum saporum. Quartum ad palatum devenit, ubi gustus sensum facit. Quintum ad aures accedit, sensum auditus faciens. Sextum ad viscera descendit, & per ea dividitur, dans ei tactum. Septimum movet lacertos linguæ. Cæteri quibus moventur manus, pectus, pedes, dorsum, & caput, de spinali medulla procedunt. Sic cerebrum cum instrumento, id est nervis, motum agit & sensum.

CAPUT II.

De trina actione virtutis regitivæ, & de animali spiritu, & natura cerebri.

REgitiva verò actio per se solùm tribus modis est, phantasia in fronte, ratio in medio, memoria in puppi. Cerebrum habet quatuor concavitates, quæ dicuntur ventriculi: duæ sunt in prora, tertia in puppi, quarta inter proram & puppim; in quibus semper est animatus spiritus, quo actus, ut diximus, fit. Spiritus autem animatus, de vitali fit: vitalis in corde generatur, & nascitur. A corde enim duæ venæ ad cerebrum ascendunt, quæ subtus cerebrum venientes, multis dividuntur modis; & protelatæ faciunt quasi rete, per quas spiritus vitalis à corde ad cerebrum ductus, in illo reti moratur, quousque mundificetur, & subtiliter purificatus, deinde ad medium ventriculum cerebri tendit, ibique aliquantulum permanens subtiliatur: postea ad puppis vadit ventriculum. Sed via, quæ est à medio ad puppim, non est aperta: habet enim portam, in qua quoddam obstaculum est, cujus forma est sicut pinea, quam Anatomici Vermem vocant: sed fermè semper clauditur. Unde quum spiritus qui est in puppi, fuerit motus, fit memoria: quum is qui est in medio, fit intellectus, & ratio: quum ille, qui est in prioribus, fit sensus communis, & phantasia. Hæc est dispositio cerebri, suæque actionis. Cerebri autem natura frigida est, & humida. Frigida duabus de causis: una propter multitudinem sui motus, quo fiunt memoria, intellectus, & imaginatio. Secunda propter motionem, quæ ab eo dirigitur: unde fiunt sensus, & voluntarius motus, ne causâ suæ motionis calidissimum factum, incenderetur, & incensum consumeretur amplius. Si cerebrum calidum esset, memoria instabilis esset: caput enim calidum, mobile est naturaliter, frigidum contrà. Memoriæ verò requies & stabilitas est necessaria, quod sic attestantur, quia calidum cerebrum habentes, instabiles & mobiles sunt. Humiditas autem cerebri duabus de causis est necessaria: una, ne ex motu nimio desiccaretur: motus enim calorem facit, calor verò desiccat humiditatem: alia, ut in eo velociter imaginatio formaretur, & citò sensum, qui eam dirigit, suscipere posset, & velociter ad audita discernendum moveretur: rursus, ut nervi ab eo procedentes molles essent. Impossibile est enim à duro molle, vel à molli durum generari: proinde prora mollior est puppi, quia de prora molles, de puppi duri nervi procedunt, quibus motus voluntarius fit.

CAPUT III.

De nervis opticis, & eorum differentiis à cæteris nervis.

QUi instrumentum visus optimè scire desiderat, primùm naturam utriusque nervi visibilis investiget, ut bene cognoscat, quibus cum cæteris nervis communicet, & quibus discrepet. Deinde de visibili spiritu perquirat, quatenus sciat cum quibus spiritus conveniat, & in quo discrepet: postremò de ipso visu quo modo fit, quod in hoc capite

planè describam. Primum itaque nervorum par, A quod supra diximus cum utroque cerebri peniculo descendere, & secum visibilem spiritum ducere, cum cæteris nervis sensum facientibus duobus modis convenit: uno, quia ut alii, à cerebri prora descendit: alio, quia & ipse mobilis est, discrepat tamen ab eis, sex modis. Primò, quia major cæteris est à cerebro, & à spinali medulla procedentibus: magnus verò, quia concavus est; si enim esset parvus, necessariò subtilis esset, unde citò frangibilis; cujus concavitas necessariò fuit larga, B ut nullam pateretur obstructionem, & ideo magnus fuit. Secundò, quia solus sic concavus est, ut ejus concavitas sensui ostendatur, quæ concavitas protenditur usque ad locum, in quo panniculos oculorum, qui rete dicuntur, se procreare incipit; quod facile sensui patet, si anatomia cernatur. Inchoat quoque ipsa concavitas ab utroque cerebri ventriculo, qui est in cerebri prora: in quo tamen loco concavitas videri non potest, quia subtilissima, & angustissima est. Hoc foramen qui vult aspicere, quærat in cerebro magnorum animalium in hora, qua occiduntur. Caveat tamen ne in æstate, cali- C dove tempore fiat: & utrosque cerebri panniculos tangat cautè, ne frangantur, & in fine illorum panniculorum inveniet illud nervorum par ab utroque ventriculo procedens: poteritque videre qualiter ipsa concavitas ab ipsis ventriculis inchoet. Tertiò, quia uterque visibilis nervus, intrinsecus est mollissimus, ut facilè sentire possit; extrà aliquantulum durus, ut à passione sit illæsus. Quartò, quia per hoc par nervorum multo major spiritus quantitas, quàm per omnes nervos sensum & motum voluntarium facientes, ducitur: in illis tamen non substantialiter, sed sola virtus ejus per eos vehitur: per D illud autem par multa spiritus essentiæ quantitas defertur. Oculi enim quum sint nobilissimæ actionis, vadit ad eos multum de substantia spiritus, usque ad panniculum, qui dicitur uvea: hoc enim fuit necessarium ad adjuvandum visum. Quintò, quia cæteri nervi quantò sunt à cerebro remotiores, tantò sunt duriores, & à propria natura mutantur: iste, intrinsecus mollissimus est, extrinsecus verò solidior, ut mollities interior exteriori duritie tueatur, nequando desiccetur. Cujus mollitiem & si aliquantulum invenies indurari, tamen ad oculos ve- E niens, in naturam, quam in cerebro existens habuerat, convertitur: in panniculo enim qui rete dicitur, mollis efficitur, ita ut in naturam cerebri procedat, fitque quasi rete. Sextò, quæ & laudabilior ejus proprietas est; quia hoc par nervorum quum è prora utriusque ventriculi separatim egrediatur, non recto itinere sicut exierat, vadit; sed per interiora capitis torquetur, & ad ossa narium veniens commiscetur, sic ut ipsorum utraque foramina fiant unum ibidem. Iterum hi nervi separantur, & recto itinere, ut egressi fuerant, vadunt; unusque è dextro ventriculo exiens, ad dextrum F oculum tendit: alter de sinistro prodiens, ad sinistrum pervenit, de quorum conjunctione & separatione plures antiquorum diversè senserunt.

CAPUT IV.

De opinionibus circa causam conjunctionis nervorum opticorum; & de causa, ob quam non unicus exivit crassus à medio primi ventriculi cerebri.

Quidam hæc ideo fieri dicebant, ut si unus læderetur, alius subveniret: alii eos ideo esse conjunctos, quia omnis sensus ab uno fundamento procedit, quorum sententia prorsus vana est. Natura enim tam optimè, tam fortiter membra complevit, ut nullam timeant passionis occasionem, nec solùm nervi visum ferentes ab uno loco egrediuntur, neque tamen postea conjunguntur. Nonnulli ob hoc eos dicunt conjungi, ut unus ab alio confortetur: si enim separati essent, propter itineris longitudinem rumperentur, quod quidem non impossibile est, sed tamen non est via tam longa, ut in ea rumpi debeant. Alii sic aiunt, quorum intentio vera est: spiritu visibili veniente ad oculos, necesse est ut uno clauso totus spiritus ad alium veniat, quod fieri non posset, nisi nervi priùs separati conjungerentur, & iterum separarentur: quod hujusmodi experimentum testatur, si aliquod corpus super nasum ponatur, utroque oculo ad videndum directo, fit visus debilior & obscurior, sed uno clauso, fit visus in altero fortior, quàm in utroque fuerat; & quod utrique cernere nequiverant, unus solus clarissimè aspicit: hoc ideo, quia spiritus, qui in utroque fuerat, ad unum convertitur: altero enim clauso, alterius pupilla clarior efficitur. Alii alio modo sentiunt, quorum sententia est necessaria, nisi nervi ad oculos directi primùm conjungerentur, & postea separarentur, necessariò res una, dupla visui appareret: quum enim res visibilis videri non possit, nisi visu oculorum pupillas exeunte: ipse autem visus per lineas rectas egrediatur, & rem recto tramite ante se percipiat, sicut videmus radios solis per angustam cavitatem domum ingredi, & lineæ ipsæ angustæ sunt in exordio sui, deinde verò paulatim dilatantur: fiatque in utroque oculo quasi quædam pineæ forma, necesse est, ut uterque visus lineatim directus, & in loco ubi est res videnda conjunctus, eam æqualiter percutiat: deinde quousque ad pupillam perveniat, convertatur necesse est, ut exordium utriusque à pupilla æqualiter egrediatur, & per unam superficiem ambo ambulent. Duorum exordia sunt in loco, ubi utrique nervi conjunguntur; ibi unus idemque factus, & sic ex utraque pupilla à suo loco egressus, videndam rem videt, eamque sicut est, comprehendit: quoniam si una pupilla à suo loco inferiùs vel superiùs mutaretur, res superiori pupilla visa, superiùs videretur, sicque dupla appareret: propter quod oculis tria fuerant necessaria, scilicet pupilla funditiva visus, locus ubi uterque conjungitur nervus, & rectæ lineæ, ut visus rectè per eas transeat. Hæc est causa quare nervi ad oculos venientes priùs conjunguntur. Sed tamen quidam sic objiciunt. Quum illos duos nervos necessarium sit conjungi, quare non statim unus facti sunt, sed duo. Quibus est respondendum: Unus ideo nervus non fuit, quia à cerebri medio exire non potuit, maximè quia magnus est uterque. Item, magna quædam concavitas illic est, ubi palati foramina cerebro conjunguntur, per quam cerebrum

suam superfluitatem expellit: via etiam quæ ad nares ducit, ibi constat: illa autem concavitas, & hæc via ibi esse non posset, si nervus unus ibi locaretur. Nares enim sunt in media facie, unde nisi earum foramina cerebro apposita essent, olfactus non esset. Quia ergo cerebri loca rebus hisce comprehensa sunt, necesse fuit, ut nervi visum ferentes non ab uno loco egrederentur: quos natura in uno loco conjunxit, ut idem foramen eos habere faceret; deinde ut separatim ad utrunque oculum irent, sejunxit.

CAPUT V.

De animato spiritu, & visibili, & quod visibilis spiritus substantialiter ad oculos pervenit, & aliorum sensuum organa solùm perveniunt eorum spiritus irradiativè.

Visibilis, ut diximus, spiritus de spiritu nascitur animato, à ventriculis proræ cerebri procedens; ibique mundificatur, ut diximus, quum de cerebri natura disputavimus: qui spiritus spiritualiter est sensibilis, quia visus unus è sensibus, cæteris dignior & nobilior. Porrò ipse habet proprietatem, quam nullus aliorum sensuum habet: animalis siquidem spiritus in cerebri ventriculis existens, sensum & voluntarium mandat motum: virtus enim ipsius per nervos penetrat ad cætera membra, essentia verò in proprio permanet loco: sicut Sol totum aërem illuminat, ipse tamen in uno loco stat. Sed ad oculos non solùm virtus visibilis spiritus, sed ipse spiritus essentialiter dirigitur; & tanta quantitas, quanta est necessaria, illuc adducitur: quod utriusque nervi concavitas attestatur. Id etiam hoc testatur, quia uno oculo clauso, ad pupillam alterius tota virtus convertitur causâ nervorum conjunctorum: inde foramen panniculi, qui dicitur uvea, præ multitudine spiritus necessariò dilatatur; aperto verò oculo quum spiritus ad eum revertatur, foramen uveæ ad propriam redigitur mensuram. Hoc signo etiam si observari possit, cognoscitur. Si uno oculo aqua clauso pupilla alterius dilatetur; spiritus enim visibilis in eo esse demonstratur, unde aqua quæ transitum ejus obstruit, ablata, visus redditur. Si verò non dilatetur, hoc ideo est, quia nervus, per quem spiritus ducitur, obstructus est. Unde etiam quum cæteri nervi nullam habeant concavitatem, quia virtus animalis spiritus non ipsemet essentialiter per eos ducitur, oculorum nervi necessariò concavi fuerunt, ut spiritus substantialiter per ipsos transire possit. Cæteri autem non sunt concavi, ne per corpus divisi, & à suo fundamento remoti, leviter rumperentur, vel quia tanta spiritus quantitas sensui & motui voluntario non est necessaria, quanta visui. Nullus enim sensus, præter visum, sentit sentiendam rem, nisi ei conjungatur; visus autem pupillam egrediens, longè remota sentit; unde multa spiritus quantitas necessaria est, & ideo nervi necessariò concavi facti sunt.

CAPUT VI.

De modo quo fit visus.

Videndum etiam quomodo fiat visus. Diximus ergo, quum aliqua res videtur, necessariò vel aliquid ex ea dirigitur visui, per quod quid ipsa sit, cognoscitur: vel virtus visus ad eam mandatur, vel aliquid medium est inter visum & rem visam, per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo investigari, quod horum certum sit. Omnes Philosophi concordati sunt, quòd res non possit videri nisi per foramen pupillæ. Si ergo ad visum à re videnda aliquid dirigitur, sive sit virtus, sive sit forma, sive qualitas, sive quantitas mensurata, quomodo illud angustum foramen intrare poterit? quæ etiam virtus esse potest, quæ ad oculos diversorum in momento rem videndam deducat? quod quia impossibile est, spernatur. Quòd autem visibilis spiritus pupillam exiens solus ad rem videndam vadat, ejusque quantitas magnitudinem comprehendat, falsum est. Ipse enim spiritus non tantæ est quantitatis, ut adeò dilatari possit, ut tot & tantas rerum ambiat quantitates, quum in uno momento multa, & diversa, & maxima individua comprehendimus. Ad tertium ergo membrum convertamur. Quippe aër corpora circundans, si clarus & lucidus fuerit, supplementum visui facit, quod nervi cerebro: quia sicut splendor Solis, sic spiritus recipit virtutem. Sicut enim Solis splendor superiorem aëris extremitatem percutiens, totum aërem penetrat, eumque clarificat: sic & visibilibus spiritus pupillam egressus, mox totum aërem penetrat, & extensus per loca remotiora, mutat ea in suam naturam, quod fit quum aër in toto junctus est, quod in Sole palam fieri videtur. Si enim aliquod corpus in aëre ponatur, quum Solis splendor illud nequit penetrare, forma illius corporis post se obscura apparet. Causa, quia non suscipit aër lumen, nisi sit continuus; nec Solis splendor separatum à se aërem mutat, quoniam si actio splendoris fortiter in aëre operata fuisset, posset in eadem actione permanere, splendore Solis absente. Sed utrique hac carent proprietate, quia neque Solis neque spiritus splendor suam actionem aëri, ipso absente, potest dimittere. Rectè ergo causa dans lumen ablata, ipso momento lumen ab aëre aufertur. Eodem modo de nervis intelligitur: quia si nervus fuerit incisus, & à cerebro divisus, illico membrum cui sensum dabat, fit insensibile. Propterea hæc duo sic debent esse conjuncta, id est aër, & spiritus, sicut nervi, & cerebrum. Et quamvis aër in altera mutetur actione, sicut quum calefit, vel infrigidatur, & in qualitate rei calefacientis vel infrigidantis permanet, lumen tamen non idem in aëre operatur: ipso enim absente, & lux ab aëre amputatur; deinde necesse est semper, ut aër continuatim illuminetur: hoc enim nisi fuerit, nullo modo lucidus fieret. Sic & nervi cerebro faciunt supplementum, quia licèt de substantia sint cerebri, duriores tamen sunt, quòd lucidioribus passionibus subjaceant, unde aliquantulum à natura cerebri sunt mutati. Sed nervi duobus modis sunt: quidam enim motum faciunt, quidam sensum: & facientes sensum, molles operantes motum, sunt duri. Et quamvis nervi duri sensum habeant tangendi, molles tamen nervi non inveniuntur illam cum duris nervis habere socie-

tatem,

tatem; sed ipsi duri hoc faciunt, quia tactus cæteris sensibus est crassior. Sensus autem visibilis, quia cæteris sensibus est acutior & subtilior, ideo nervus spiritum visibilem servans, cæteris sensibilibus nervis cerebro est propinquior. Quia igitur oculi in aëre agunt, sicut cerebrum in nervis, ideo multam quantitatem spiritus habuerunt, ut in aëre rem suam faciant, sicut in nervis proprias res cerebrum. Visus autem primò colores sentit, quod ei proprium est, deinde corpus in quo fundati sunt, sicut gustus sapores, postea fundamenta eorum. Gustus tamen, & cæteri sensus rem sentiendam ad se venturam expectant: visus verò ab oculis elongatur, & per aërem extenditur quousque ad corpus perveniat coloratum. Hac de causa solus visus sentit formam corporis, ac quantitatem, & cum ejus colore motum rationabiliter, non tamen essentialiter, sentit: quod nullus habet cæterorum nisi tactus accidentaliter. Verbi gratiâ: si quis per tenebras ambulans, fustem in manu duxerit, eò amplius non potente penetrare, cognoscit quòd motum per corpus solidum fieri impossibile est. Visus autem habet alteram proprietatem, quia incidens supra corpus leve, solidum, & lucidum, rectus ad pupillam convertitur, unde exierat: unde in speculo, vel in aliis splendidis corporibus prope nos stantibus, videmus formam nostram: & si quis studiosè in oculo alterius spectet, videt in eo suam faciem: causa, quia visus ad pupillam convertitur propter luciditatem panniculi, qui araneæ tela dicitur: est enim supra crystallinum, sicut adeps superne coagulatus; & quasi rutilans, clara est. Veruntamen quamvis præ cæteris solus per aërem motum rei sentiendæ sentiat, non tamen arbitratur, sicut cæcus, se confusè sentire; quia aër, mox ut rem sentit, eam visui ministrat: quæ proprietas soli inest visui, aërem videlicet in sui mutare naturam. Alterius etiam dignioris est proprietatis, quod non solum rectè, ex transverso conspicit necessariò, quum multus spiritus à cerebro ad oculos dirigatur, rursus spiritus pupillam exiens, & aërem percutiens, mutat eum in suam naturam. Rectè ergo visus, igneus dicitur: auditus, aëreus: gustus, aquosus: tactus, terreus: olfactus, fumosus: quatuor enim elementa sensus quatuor constituunt, ut unusquisque eorum unum ex his comprehendat, & ea, quum in natura sua sunt, vel in aliud mutantur, vel aliqua accidentia patiuntur, discernat: præter hos quatuor sensus, fuit alius, qui fumosa comprehenderet: fumus enim in sua natura mediocris est, quum elementa non nisi quatuor sint. Sed visus, qui ad hoc est, ut colores comprehendat, necessariò luminosus fuit: solum enim, quod lucidum est, convertitur in colores. Testatur hoc aër, qui quum clarus & lucidus fit, facilè in colores mutatur: nam palam est, quia si quis candidis indutus jaceat sub arbore, color vestimentorum in frondium colorem mutatur: unde patet aërem in illum colorem fuisse mutatum. Videmus etiam sæpe aërem in colorem lucidi parietis mutari, illumque colorem per auram ad illud corpus mutari, maximè si paries viridis, vel rubeus fuerit, vel citrini coloris: & sicut Solis splendor eum ad suam mutat naturam, sic & colores in suas eum qualitates convertunt. Similiter, & lumen visibilis spiritus mox, ut aërem percutit, ipsum immutat. Hæc tria sunt, quæ aërem sine ullo temporis spatio immutant, lumen Solis, fulgidus color, & lumen visibilis spiritus. Palàm est ergo, visum non fieri nisi aëris mediocritate, quod sensu attestatur. Antiqui etiam concordant dicentes aërem esse visui veluti ramus, & conveniens est instrumentum quum fuerit lucidus, vel aliorum corporum lucidorum lumine illuminatus: & sic servire aërem visui, sicut cerebro nervi. Sicut enim cerebrum non sentit quod oculi comprehendunt, nisi nervis mediantibus: sic & oculi nihil sentiunt, nisi lucido aëre mediante.

SECTIO III.

Est de prima & universali medicinæ intentione, & de rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam, & de generibus, & speciebus, & causis, & accidentibus morborum; cujus sunt quinque capita.

CAPUT I.

De prima medicinæ intentione, & de necessariis ad eam.

Oportet Medicum præ omnibus primam & universalem medicinæ intentionem prævidere, & eam particulariter dividendo ad individuum ducere. Prima autem medicinæ intentio est, quæ bifariam dividitur: aut enim in sanis cum similibus sanitas custoditur: aut ægris per contrarium sanitas redditur. Quorum primæ necessaria est rerum naturalium scientia: naturalibus enim agnitis, patefiunt ea, quæ sunt similia sanitati: & sic etiam cognoscuntur quæ sunt contraria: similibus ergo servatis, contrariis prohibitis sanitas custoditur. Secundæ autem intentioni duo sunt necessaria: non naturalium scilicet, & contra naturam rerum scientia. Sanitas enim infirmo cum quadam mutatione restituitur: quam mutationem qui facere vult, necesse est sciat ad quid mutare decet. Nisi enim sciat de quo, & ad quid mutandum peccet, mutare non securus est, quin unde convenit non immutari, mutet: & nisi noverit ad quid decet mutare, ad id quod non oportet convertere poterit. Sanitas infirmo redditur commutatione rerum contra naturam ad naturalia: unde & ista sciri debent ad quæ illa transmutantur, & illa etiam, quæ ad illa convertantur.

CAPUT II.

De rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam.

Res autem naturalis duobus est modis, generalis, & specialis. Generalis dicitur esse humani corporis complexio, & uniuscujusque corporis compositio. Complexio quidem multipliciter est: tum ætas, & consuetudo. Naturalis complexio est secundùm differentiam sexus, ut in mare & fœmina; vel secundùm eventum, ut est complexio spermatum, vel spirituum de quibus fit. Consuetudo sex modis est: primò, ex aëre & ejus mutatione, quæ mutatio, vel localis est, vel temporalis quum aliquid in tempore contingit: secundò, ex motu, vel quiete: tertiò, ex repletione, vel inanitione:

quartò, ex somno, vel vigilia: quintò, ex cibo & potu: sextò, ex animæ accidentibus. Specialis est, ut virtus, quæ triplex est; naturalis, vitalis, animalis. Superiùs animalem tetigimus, quum de cerebro disputavimus: vitalis est, quæ cor & arterias facit pulsare. Naturalis triplex est, generativa, nutritiva, & augmentativa. Nutritiva quadruplex est, attractiva, retentiva, digestiva, & expulsiva. Res autem extra naturam duplex est: aut est nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur. Nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur, duplex est: aut est sine mediatore, & morbus dicitur: aut cum mediatore, & causa vocatur. Quod autem actionis nocumento generatur, accidens nominatur: quod iterum duplex est, scilicet aut ex diversis corporis qualitatibus, aut à qualitatibus diversis à corpore egredientibus. Corporis qualitatis diversitas quinque modis est. Sunt enim qualitates, quæ sentiuntur. Qui ergo ægro sanitatem vult restituere, decenter debet investigare septem res naturales, quæ sunt, elementa, complexiones, humores, membra, virtutes, spiritus, & operationes, & quæ sequuntur eas, ut ætates, colores, figuras, distantiam inter masculum & fœminam: & res non naturales, quæ sunt sex, aër, cibus & potus, inanitio & repletio, motus & quies, somnus & vigilia, & accidentia animæ: & res extra naturam, quæ tres sunt, morbus, causa morbi, & accidentia morbum concomitantia.

CAPUT III.

De generibus, & speciebus morborum.

Morbus generaliter triplex est, quia corporis compositio trina est. Prima corporis compositio est in membris simplicibus, ex elementis compositis, in quibus quædam morbi species generantur, quæ duobus modis sunt, vel simplices, vel compositæ. Simplices quidem sunt, calida, humida, frigida, & sicca: compositæ verò sunt, calidæ & siccæ, calidæ & humidæ, frigidæ & humidæ, frigidæ & siccæ. Secunda corporis compositio est in membris, quæ composita vocantur, ex simplicibus compositis, in qua fiunt morbi quatuor modis, aut secundùm formam membrorum, aut secundùm compositionem, aut secundùm magnitudinem, aut secundùm numerum. Secundùm formam quinque modis, in figura, foramine, concavitate, lenitate, aut asperitate. Secundùm compositionem dicitur quum à loco mutantur, vel in loco malo ponuntur. Secundùm magnitudinem bifariam, vel ultra modum, vel infra. Secundùm numerum similiter, vel ultra modum, vel infra: ultra modum, naturaliter, vel extra naturam. Tertia corporis compositio est corporis totius ex unitate simplicium & compositorum membrorum facta, in qua morbus generatur, qui separatio juncturæ vocatur. Hæc sunt genera morborum & species.

CAPUT IV.

De causis morborum.

Causa autem morbi est generaliter sicut genus, sed specialiter est triplex. Causa enim morbi simplicis, aut calidum facit morbum, & septupla, id est nimius motus animæ, corporis passio, calor exterior, angustia pororum, putredo, rerum acutarum acceptio, cibi parvitas. Aut frigidum facit morbum, & est octo modis, tactus rerum frigidarum, acceptio earum, multitudo cibi, & parvitas, obstructio pororum, & largitas, nimius motus, & quies. Aut facit morbum siccum, & est quadruplex, siccæ rei obviatio, cibi sicci, cibi parvitas, nimius motus. Aut facit morbum humidum, & est contraria proximæ dictæ. Sed simplicibus morbis, quos diximus, cùm materia existentibus commiscentur, causæ intraneæ, quæ sunt, virtus membri impellentis, debilitas recipientis, materiæ multitudo, pororum largitas, defectio nutritivæ virtutis. Causa morbi compositi, vel est secundùm figuram, vel foramen, vel concavitatem, vel asperitatem, vel lenitatem. Secundùm figuram, aut propter quantitatem spermatis, vel qualitatem, vel propter aliquod accidens quod infans patitur quando nascitur, vel quum lac sugit, vel propter alia. Secundùm foramen, vel propter obstructionem, vel propter conjunctionem. Obstructio fit à fortitudine retentivæ, vel defectione expulsivæ, vel propter frigiditatem & siccitatem, vel ligaturæ stricturam. Secundùm concavitatem, aliquid innascens, vel in membro incidens, ut est chymus, lapis, verrucæ. Largitas foraminis conjunctioni contraria est. Asperitas de genere separationis est juncturæ, quum non est à caliditate; quod pòst planiùs dicemus. Lenitas est asperitati contraria. Corruptio loci fit quum membra à naturalibus suis locis mutantur, vel separatione, vel mollitie concatenationis membrorum. Magnitudinis causa est multitudo materiæ, vel fortitudo naturæ: parvitas membrorum cum contrario est, aut propter incisionem. Magnitudo in numero, aut naturalis est, ex spermatis abundantia; aut accidentalis, ut lapis in vessica: paucitas autem est è contrario. Separationis juncturæ triplex causa est, incisione exteriùs facta, ut igne, vel ense: vel interiùs, ut ex acutis chymis: aut extensione, vel exteriori, ut cùm fune; vel interiori, ut ex crassa ventositate: aut de fractura, vel exteriori, ut à lapide; vel interiori, ut ex crassis chymis.

CAPUT V.

De accidentibus morborum.

Accidentia sunt tria, scilicet nocumentum actionis, diversitas egredientium à corpore, diversitas qualitatum corporis sensibilium, quorum duorum causa est nocumentum actionis. Actiones tres sunt, animalis, naturalis, vitalis. Nocumentum actionis triplex est: nam omnis actio tria patitur, vel enim ex toto aufertur, vel minuitur, vel mutatur: verbi gratiâ, tactus aut amputatur, & dicitur stupidus; aut minuitur, & titillatio vocatur; aut à sua natura mutatur, & tunc corrupta vocatur. Causa horum duorum est frigiditas tertii gradus, & juncturæ separatio. Palam ergo est quando causa nocumenti actionis morbus fit. Morbus tantùm nocet actioni sine mediatore; ideo nocumentum actionis est significatio morbi. Nec est differentia inter accidens & significationem, nisi in nostra intentione, quia nostra intentio est in nocumento actionis, & id ad quod sequitur nocumentum, morbum vocamus: & illum

in sequentia, accidentia dicimus: morbum autem dicimus causam accidentium; unde morbo cognito, quum accidentia scire volumus; dicimus accidentia significationes.

SECTIO IV.

De accidentibus, & morbis oculorum, & nervorum suorum, & musculorum, & palpebrarum; cujus sunt quatuor capita.

CAPUT I.

De accidentibus morborum oculorum in generali.

SEd quia intentio hujus libri est patefacere significationes morborum oculorum, priùs oportet scire eorum accidentia, ut via qua ad morbi notitiam veniamus, sit nota. Accidentia ergo oculorum sunt triplicia: nocumenta actionis, & quæ ex illis sequuntur: diversitas in oculis, scilicet sensibilis qualitas: & diversitas ab eis exeuntium. Nocumentum autem actionis oculorum est secundùm quantitatem actionis, id est eorum quæ sunt actionis vel animalis, vel naturalis. Nocumentum naturalium actionum est quod accidit quatuor virtutibus naturalibus; animalium verò actionum, quod sensui & voluntario motui accidit. Actiones animales tantùm duas species sensus habent. Nocumentum naturalis actionis in hoc loco non oportet notari, quoniam in hoc non differunt oculi à corpore toto: sequitur enim nocumenta tactus, ut sunt mollities, titillatio, & dolor; ita oculis ut toti corpori accidit. Accidentia verò visus, & voluntarii motus, quæ oculi patiuntur, hic oportet dici.

CAPUT II.

De divisione accidentium oculi, & declaratione membrorum dividentium.

SCiendum itaque quòd accidentia, quæ oculis contingunt, aut in ejus instrumento sunt, aut in sua virtute, aut in ministris. Instrumentum visus est humor crystallinus qui patitur, vel unum ex octo similibus morbis, vel ex compositis morbis, quum à suo loco movetur, vel juncturæ separationem. Si mutatur à loco sursum vel deorsum in utroque oculo, vident rem duplam: si mutatur dextrorsum vel sinistrorsum, non apparet res dupla. Virtus visus à cerebro per concavum nervum descendit; unde ejus passio vel de nervi, vel de cerebri fit infirmitate: quorum infirmitas triplex est; simplex, quæ est una de octo; officialis, ut apostema, & obstructio; vel juncturæ separatio. Ministri visus sunt humores, & spiritus, & panniculi, qui in oculis septem habentur: quorum illi qui sunt ante crystallinum, sunt foramen uveæ, id est pupilla, albugo ovi, spiritus qui est in pupilla, & quantitas pupillæ, quæ corona dicitur.

CAPUT III.

De accidentibus pupillæ.

COræ, id est pupillæ, contingunt quatuor, largitas, angustia, mutatio de loco, & tortuositas. Largitas vel naturalis est, vel accidentalis. Accidentalis est, vel de extensione panniculi quo tegitur, cujus extensio de passione est uveæ; vel de multitudine humoris albuginei. Passio uveæ aut simplex est, ut siccitas: composita, ut apostema. Angustia pupillæ vel naturalis est, vel accidentalis: de mollitie, quæ mollities de nimia fit humiditate dominante, & lubricum faciente: aut de albuginei parvitate. Largitas pupillæ, sive naturalis, sive accidentalis, semper est mala, quia spiritum spargit: sed angustia, si propter rem de qua facta, est stricta, naturalis est, bona est, quia spiritum coadunat; accidentalis tamen molesta est, non ideo quia angusta, sed propter causam de qua facta est stricta, maximè si fuerit propter albuginei parvitatem. Duplex enim malum est: unum, quia crystallinus est discoopertus ad lumen: aliud, quia ex parvitate albuginei desiccatur. Mutatio pupillæ de loco, vel naturalis est, vel accidentalis. Accidentalis consideretur. Panniculi qui sunt juxta pupillam, contumescunt, vulnerantur, & consolidantur: hæc tamen mutatio non multùm est mala. Separatio juncturæ, si fit in uvea, & non sit perforata, non multùm nocet visui: quòd si perforetur, currit humor albugineus, & uveam tunicam conjungit araneæ; unde quinque accidentia generat. Unum, quòd uvea crystallino propinquatur, nec habet unde cooperiatur: atque spiritus visibilis de cerebro procedens, non coadunatur in pupilla, sed egreditur ab ea, & dispergitur.

CAPUT IV.

De accidentibus albuginei coloris.

ALbugineus humor in quantitate & qualitate patitur: in quantitate, si augmentatur, unde visus obscuretur vel minuatur, unde nequit crystallinum cooperire: in qualitate, liquore & colore; liquore, si parum crassus fuerit, longinqua videre non sinit, & propinqua bene discernit. Si sit crassissimus omnino, visum occupat, & amputat, & cataracta dicitur; quæ vel in parte una, vel in multis locis dispertita est, in uvea, vel in pupillæ medio, vel circa eam. Si sit in medio, omnia perforata videntur infirmo: partem enim quam videre nequit, putat concavam esse. Si circa pupillam, multa in una hora uvea non permittit videre, propter parvitatem pineæ visus. Si crassitudo dispertita sit, & particulariter sit divisa, quæ videt, putat esse quasi stricta; unde patiens cernit quasi muscas, & similia, quod pueri & febricitantes plurimùm patiuntur. Color si mutetur, omnia coloris istius esse putantur; utpote si fuerit plumbeus, omnia fumosa apparebunt & tenebrosa: sic & si fuerit alterius coloris, idem ipse color in visis omnibus apparebit: eis tamen ad cataractam præparati sunt oculi, de quorum stomacho fumus ad caput ascendit, & patientibus fluit de naribus rheuma.

CAPUT V.

De accidentibus visibilis spiritus.

SPiritus visibilis in qualitate & quantitate patitur: in qualitate, utpote si fuerit subtilis, unde bene discernit, ac res optimè comprehendit: vel crassus, unde ad remota loca penetrat, & longinqua videt: vel paucus, ad remota se elongare non valens, sed solùm propinqua cernens.

CAPUT VI.

De accidentibus corneæ.

PAnniculus corneæ, quo pupilla tegitur, si quo modo patiatur, visui nocet; cujus nocumentum propter se, vel propter aliud fit. Propter se, tria morborum genera patitur, videlicet simplicem, compositionem, & separationem juncturæ: simplex, ut humiditas, & siccitas. Humiditas visui nocet propter quantitatem, ut si fuerit multa, omnia sicut fumus & nebula apparebunt: vel propter qualitatem, utpote si rubea fuerit, omnia videri rubea facit, veluti qui patiuntur febel contingit: si autem citrina fuerit, citrina apparebunt omnia, sicut ictericis fit. Siccitas spasmum generat, unde visui nocet; si multa, multùm: visus ergo quandoque ex toto amputatur. Separatio juncturæ, si fuerit perforata cornea, duobus modis visui nocet: uno modo propter putredinem in illo vulnere congregatam; secundo, quia crystallinus secundo lumini fit vicinus. Passio corneæ, quæ propter aliud fit, vel propter conjunctivam, vel propter palpebram est: propter conjunctivam, si ungula nascatur in ea, vel fiat apostema corneam operiens. Sed passio corneæ, & conjunctivæ, & aliarum partium oculorum, non nocet visui, nisi accidentaliter.

CAPUT VII.

De accidentibus motus voluntarii oculorum.

PAssio verò motus voluntarii oculorum est triplex. Vel enim amputatur, & mollities vocatur: vel minuitur, & tremor & titillatio dicitur: vel propter lacertos, quum non ut oportet moventur, & spasmus nuncupatur. Quorum trium unumquodque fit; aut propter cerebrum, aut propter nervos, aut propter lacertos. Sed diversitas mollitiei ac spasmi lacertorum oculos moventium est secundùm diversitatem motionis eorum. Quòd quomodo videat, vel unde procedat, in fine sexti capitis planiùs dicitur.

CAPUT VIII.

De divisione morborum oculorum in apparentes & occultos. Et primò de apparentibus.

MOrbi oculorum vel sensui apparent, & facillimè cognoscuntur: vel latent, & eorum notitia est obscura, quorum significationes intellectuali investigatione comprehenduntur. Incipiendum A igitur à morbis sensui apparentibus, & ostendendum in quo loco oculorum appareant, & nascantur. Morbi ergo qui sensui apparent, vel sunt in conjunctiva, vel palpebra, vel in angulo oculorum, vel in cornea, vel in uvea, vel inter uveam & crystallinum. In conjunctiva septem sunt, videlicet petia, ungula, ophthalmia, tumor, duritia, & cætera. Petia est sanguis fluens de aliqua arteria, vel vena incisa, quam patitur ex ictu. Ungula est superfluitas nervosa, aut carnosa, extendens se ab angulo B ad pupillam, & prohibens visum. Ophthalmia triplex est, quæ visum turbat; cujus causa vel exterior est, sicut fumus, sol, pulvis, & similia: vel interior, sicut humores ad conjunctivam fluentes. Sed prima ophthalmia mala non est; causa enim quamprimum ablata, morbus amputatur: secunda verò, postquam causa amputatur, habet & signa, quæ habent cætera membra quum patiuntur apostema; quæ sunt tumor, inflammatio, durities, lacrymæ, rubor, plenitudo venarum oculi. Tertia cæteris est fortior, quia & alias habet significationes: acumen enim palpebræ inversatur extrinsecus, ejusque motio vix fit, C & albugineus ascendit super nigredinem. Tumor est quadruplex: unus fit ex crassa ventositate, secundus ex phlegmatico humore non crasso, tertius ex phlegmate crasso, quartus ex melancholia, qui dicitur scliros; qui omnes adinvicem discernuntur. Primus evenit subitò, sicut videmus seniores in æstate pati propter muscarum morsus. Secundus & tertius paulatim fiunt, sine magno dolore & mollitie, minor in secundo quàm in tertio; quorum color est sicut color totius corporis. Quartus utplurimum fit in angulis oculorum, & aliquando dilatatur, & ascendit ad supercilia, durus, multum ha- D bens dolorem. Ejus color plumbeus est, qui multoties sequitur varias & diurnas ophthalmias, & maximè quæ mulieribus contingunt. Duritia nascitur in oculo toto, nascitur & in palpebris, quæ motum gravem facit cum dolore & rubore; nec patiens valet oculos aperire quum à somno surrexerit; attamen sunt lacrymæ salsæ & nitrosæ. Dolor & rubor in toto corpore palpebris fiunt ex humiditatibus salsis, aut acutis: si conjunctiva est plena crassi sanguinis, quæ quum inflatur, rubei fit coloris: est & proflua, quæ dolorem & tumorem facit.

E

CAPUT IX.

De passionibus palpebrarum & angulorum suorum.

PAssiones palpebræ quædam sunt communes morbis totius corporis, sicut verrucæ, scrofulæ, & similia; nascunturque vel extrinsecus, vel intrinsecus: extrinsecus, sicut est crassities, quæ est quasi pinguedo viscosa relata nervis & panniculis. Nasciturque in palpebra superiori intrinsecus, scabies, grando, petrositas, & viscositas. Scabies qua- F tuor modis est: una dicitur psorophthalmia, alia trachoma, tertia sycosis, quarta telosis. Prima secunda levior est, quæ magis aspera, dolorem & gravitatem facit; utraque tamen in oculis humiditatem generat: tertia dura est & asperior, quia palpebræ interioris quasi scissura est: quarta cæteris deterior est, & durior ad sanandum. Grando est tumor crassus in interioribus coagulatus, ut quasi grando videatur. Inviscatio est quædam viscositas palpebram cum pupilla jungens, sive in ejus albedine, sive in ejus nigredine; vel utrasque palpebras simul jun-

gens, qualis fit propter vulnera in oculis. Item nocumentum palpebræ triplex est: unum, erectio palpebræ superioris, ne oculi albedo possit cooperiri; quod aut est naturaliter, aut quum palpebræ natura mala fit. Aliud est, palpebræ brevitas: tertium est, palpebræ inversio ad partem inferiorem, quando nascitur, aut propter aliquod vulnus, vel propter carnem superfluam in carnibus natam. Rasura & vulnus nascuntur in eis sicut & in corpore toto, in extremitate palpebræ. Pili superflui ad interiora conversi nocent: & pili aliquando à palpebris cadunt. Nascuntur ibi pediculi & hordeoli. Pili superflui in interioribus palpebræ nascuntur, qui pungunt, & ad oculos humorem adducunt. Pili cadunt aut propter humorem ad eos fluentem, aut propter alopeciam, & aliquando cum duritia, crassitie palpebræ, & tubore. Hordeolus est apostema nascens in extremitate palpebræ. Ægylops est ulcus inter oculos & nares; quod si fuerit neglectum, fiet ex eo fistula putrefaciens os: & quandoque putredo fluit per foramen ad nares, aliquando ad palpebram, ejusque chartilaginem putrefacit; & si palpebra digito tacta fuerit, putredo ab ea effluit. Grando & lacrymæ noxiæ sunt oculis. Lacrymæ fiunt vel apostemate in foramine inter oculos & nares existente; qui hoc habent, semper lacrymas patiuntur: vel fiunt lacrymæ ex conamine Medicorum acutas medicinas in scabie ponentium.

CAPUT X.

De passionibus corneæ.

PAssio in cornea nascens, vel propter oculos, vel propter totum corpus causatur; in qua tamen infirmus magnum dolorem sentit in nervo, & patitur extensionem in panniculis oculorum; qui panniculi ruborem & extensionem sentiunt ascendere: & maximè si ambulat aut movetur, capitis dolorem patitur, & ab oculis subtiles & acuti humores fluunt; neque potest acuta collyria sustinere, neque valent oculis imposita. Passio corneæ propria, est vulnus, macula, obscuritas, sanies, & talia multa, septem nominibus dicta, quarum quatuor intrinsecus, tres verò sunt superficietenus. Intrinsecus hæc sunt. Prima est vulnus, cujus color est quasi fumus, quandam partem nigredinis operiens: secunda, vulnus plus primo concavum, sed tamen albidius: tertia, vulnus partem albedinis & nigredinis operiens; pars tamen qua tegitur albedo, rubei coloris est; quæ verò super nigredinem stat, alba est: quarta est vulnus quoddam in modum faculæ putrefactum. Passiones verò exteriores hæ sunt. Prima est quoddam vulnus concavum & angustum: secunda est vulnus concavum, sed largius: tertia, vulnus plus cæteris putrefactum; hoc oblivioni tradito, oculorum panniculi putrefient. Quare autem omnes corneæ passiones aliquando curabiles, aliquando incurabiles sint, causa duplex est; aut propter diversitatem vulnerum, aut propter diversitatem materiarum in vulnere existentium; & cornea de multis corticibus composita est, uno super alium locato. Aliquando vulnus in primo, aliquando in secundo, nonnunquam in tertio cortice nascitur, propter materiam quæ in quantitate multa est, aut pauca, aliquando alba, aliquando nigra, modò crassa, calida sola, vel acuta, vel nitrosa, vel dulci. Quod post corticem est, molestius est quàm quod post secundum; & post secundum, quàm post primum: salubrius quod fit in superficie, deterius quod est post omnes cortices. Materia si fuerit multa calida, patiens magnum in oculo sentit dolorem. Multitudo enim materiei facit extensionem, & calidum dolorem. Item salubrius est quod non est in loco pupillæ, deterius quod in loco pupillæ: quia si scindatur vulnus, non sumus securi, quin per uveam pupilla egrediatur, & fluat humiditas oculorum. Quòd si vulnus super pupillam sit, vulnere sanato visus offenditur.

CAPUT XI.

De egressione uveæ, & passionibus ejus.

EGressio uveæ quatuor modis fit. Aliquando enim egreditur parum, ut videntes pustulam esse putent: sed si discretè inspiciatur uvea sani oculi, & uvea infirmi oculi, & si earum colores sint dissimiles, scias pupillam egredi: si verò similes, apostema ibi ortum esse. Aliquando plus exit, & tunc satis apparet eam esse egressam. Tertius modus est quum tantùm egreditur, ut palpebræ minùs præ- valeant, & pili palpebram pungentes jungendo dolorem inferant: & hunc modum melon dicunt. Quartus modus, gomphos Græcè, Latinè dicitur clavus: quia egrediens pelliculas uveæ superficietenus operit; unde ejus forma fit quasi clavus. Passiones uveæ sunt, dilatatio, aut constrictio. Dilatatio autem fit quatuor modis, aut ex nulla causa patenti, vel propter percussionem, vel propter apostema, vel propter aliam passionem.

CAPUT XII.

De suffusione, seu cataracta.

INter uveam & crystallinum humorem aqua nascitur coagulata, prohibens spiritum visibilem à pupilla exire: quæ passio si est incipiens, obscura est: perfecta verò, facillimè cognoscitur. Sed qui ad hanc venturi sunt passionem, eis ante oculos cimices volant: quibusdam autem quasi flammæ apparent: incidentibus autem visus amputatur, & color pupillæ amputatur. Hujus aquæ color est diversus: quædam enim aëri, quædam vitro assimilatur, alia est quasi album habens colorem, alia quasi cœli colorem, alia quasi viridem, alia quasi venetum: unde antiqui cataractas, veneticos oculos appellaverunt: sed differentia est, quia venetici oculi duobus modis fiunt, vel propter aquam, si nimium fuerit coagulata; vel propter siccitatem, quam patitur crystallinus. Species aquæ, quæ aëri assimilatur, facilè potest curari: licèt ejus accidentia sint, quæ suprà diximus. Secunda verò species quandoque curabilis est, quandoque non: quod sic dignoscitur. Si uno oculo clauso pupilla alterius dilatatur, possibile est sanari; sin autem, minimè: causa, quia nervus concavus quo visibilis spiritus ad pupillam ducitur, oppilatus est. Hæc cataracta ex passione stomachi procedit, vel cerebri: sed sic discernitur. Si apparitio in uno oculo fuerit, vel in utroque, sed diversè, cataracta ex cerebro esse intelligitur: si in utroque æqualiter, stomachi esse cognoscitur. Item si modò plus, modò minus apparuerint, ita quòd stomacho minùs digerente ma-

jor fit. Item si patiens, de stomachi arsura, vel ardore murmuraverit. Item si ex picra exhibita, ista imaginatio decrevit: quum enim non fuerit hujus mali cataracta, picra videtur nihil esse proficua. Si fuerit propter cerebrum, plurima ex phrenetica nascitur passione: quia phrenesis est apostema calidum nascens in cerebri prora, fitque quasi fuligo, calore secundum humorem de quo nascitur, deficcante, & per venas circa cerebrum & oculos ad oculorum substantiam penetrante: talia enim apparere facit. Sufficit de passionibus oculorum visui apparentibus. Oportet de his dicere, quæ difficilè intelliguntur, quia intrinsecùs nascuntur.

CAPUT XIII.

De passionibus oculi natis intus, & occultis.

PAssiones intrinsecus nascentes, sunt mollities, quæ dicitur paralysis: & desiccatio, quæ spasmus vocatur. Paralysis autem triplex est: vel enim motum amputat, vel visum, vel utrumque. Sed visu amputato absque causa manifesta, vel etiam minorato notabiliter, propter nervi concavi passionem, vel propter visibilis spiritus parvitatem fit. Nervus patitur constrictionem, vel juncturæ separationem, & tunc necessariò visus corrumpitur: nec enim manifestatur, nisi rationabili investigatione comprehendatur. Verbi gratia, si visus absque manifesta causa vel minuitur, vel aufertur: interrogetur patiens, an gravitatem sentiat in prora capitis, aut circa frontem; quo id patiente, scias humores humidissimos ad concavum nervum fluxisse, eumque obstruxisse, vel apostema ibi generasse. Potest etiam aliter investigari: si uno oculo clauso pupilla alterius non dilatatur, nervum obstructum esse non dubitatur. Item patiens interrogetur, si in capite fuerit percussus, vel propter casum aliquem vulneratus: quod si fuerit, nec pupilla exierit pòst, nec magis subitò virtus conversa fuerit; scire nervum esse constrictum. Si autem propinqua videat, & non longinqua, & non parva; scias spiritum visibilem esse defectum. Quòd si longinqua, & minimè propinqua viderit: & si meridie, vespere verò non, sicut accidit senibus; scias causam esse crassitiem spiritus, vel suam commixtionem cum turbidis humoribus. Hæc sunt accidentia in substantia oculorum latentia. Sed passiones oculorum in mobilibus locis nascentes, aut sunt propter cerebrum, aut propter nervos, aut propter lacertos. Si propter cerebrum, necessariò in utroque oculo corrumpitur motus: si propter nervum, illa pars oculorum offenditur, quæ ab illo nervo regitur: quòd si nervus non in toto patitur, sed in parte, motus lacerti, qui nervo illi pertinet, corrumpitur: nonnunquam passio non in nervo, sed in essentia lacerti nascitur.

CAPUT XIV.

De musculis qui movent oculos, & palpebras, & de viis, per quas fluunt humores ad oculos.

LAcerti autem oculorum sunt, ut diximus, duodecim: quorum quinque oculi ipsi moventur: tribus utriusque nervi fundamentum corroboratur, & per eos oculi seorsum moventur: reliquì quatuor palpebras movent. Passio verò lacertorum est duplex, mollities, & spasmus. Quòd si lacerti motus oculorum, molles fiant, oculi suæ gravitatis causa descendunt inferiùs, & cùm palpebris se infigunt. Si autem spasmantur, versos oculos torquent: & sic quum nervi spasmantur, in eadem parte qua ipsi patiuntur, oculi torquentur. Tres verò lacerti utriusque nervi fundamentum corroborantes, oculos superiùs elevantes, si spasmantur, oculi non patiuntur, immo inde confortantur: si autem mollificantur, oculis nocent, quia extrà egrediuntur. Oculis ergo absque ulla percussione existentibus, visuque permanente, scias nervos esse mollificatos: quòd si fuerit ex percussione nervorum, fracturam esse cognoscas: si nervus qui palpebras sursum movet, mollificetur, palpebra deorsum cadet: si spasmatur, non valet oculum claudere: lacertis, quibus interiùs moventur palpebræ, mollificatis, oculi non clauduntur: si spasmantur, palpebræ superiùs non elevantur. Quòd si lacerti in parte patiente non patiuntur, nec palpebræ in loco ejus attinente patiuntur; humores autem ad oculos fluunt, vel per venas supra craneum existentes, vel per venas sub craneo existentes. Si per venam supra craneum manaverint, frontis & temporum venæ crassæ sunt, & extensæ, unde valet si incidantur, vel desiccativa emplastra, vel cataplasmata apponantur. Si autem hæc non apparuerint, scias humores per venas, quæ sub craneo sunt, manare.

SECTIO V.

Est de virtutibus medicinarum sanantium morbos oculorum; cujus sunt capita sex.

CAPUT I.

De distinctione medicinarum oculorum penes sapores.

QUi oculorum passionem volunt curare, eorum medicinas, & virtutes earum oportet cognoscere, quæ maximè saporibus ostenduntur. Sapor enim virtutes innuit. Unde sciendum quod quæ ad linguam veniunt, & nihil in eam faciunt, insipida vocantur. Insipida autem, vel sunt simplicia, sicut aqua; vel composita, nulla tamen qualitate prævalente. Quòd si aliqua prævaluerit, erit aliquantulum frigiditati attinens, sicut medicina, quæ dicitur obstruens, quæ duobus modis est: aut terrestris, & sicca, sicut hæmatites, & tutia, & cadmia, & his similia: vel viscosa, ut ovi albugo, oleum omphacinum. Quibus aër dominatur, linguam pati faciunt, vel cum delectatione, vel cum nocumento. Quæ delectationem inferunt, necessariò patet, quòd quibus ea faciunt, eis similia sunt. Linguam ergo delectantia, humanæ complexioni sunt similia. Humana autem complexio, temperatè calida est & humida: hinc ergo & omnia linguam delectantia & humana corpora, sicut aqua tepida, delectant. Delectationem ergo facientibus si aqua dominetur, dulcia sunt: si aër, unctuosa erunt. Ideoque omne nutrimentum, vel dulce, vel unctuosum, vel compositum ex utroque. Quibus verò præter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt propter medicinam. Quæ verò nocent, faciunt linguæ punctionem: quæ punctio species est

ſeparationis juncturæ. Separatio enim juncturæ, aut nimia conſtrictione fit, aut inciſione. Quæ inciſionem faciunt, calida ſunt: quæ nimiam conſtrictionem, frigida ſunt. Item linguam ſeparantia, aut multùm, aut parum ſeparant. Multùm ſeparantia, craſſa ſunt, terreſtria, dura, & amara. Quæ non multùm ſeparant, ſalſa vocantur: quæ verò ſubtilia, & ignea, dicuntur acuta. Quæ autem conſtringunt, vel ſunt craſſa terreſtria, vel ſubtiliativa & aquoſa. Terreſtria & craſſa, multùm conſtrictiva & pontica ſunt. Quæ verò minùs conſtrictiva ſunt & ſtyptica, ſubtilia dicuntur acetoſa.

CAPUT II.

De ſpeciebus ſaporum, & impreſſionibus quas in lingua faciunt.

SApores autem ſunt iſti, dulcis, unctuoſus, amarus, ſalſus, acutus, ponticus, ſtypticus, acetoſus. Ponticus coadunat linguam & premit, non ſolùm ſuperficietenus, verùm etiam intrinſecus, unde obſtruit, & aſperat: ſtypticus ſimiliter: ſed ſalſus lavat, & mundificat. Amarus magis ſalſo mundificat, exaſperat, & excoriat. Acutus verò mordet, pungit, & calefacit: acetoſus verò ſine calefactione. Dulcis humectat & lenit aſperitatem linguæ, & delectationem tribuit: unctuoſus ſimiliter, ſed debiliùs. Sapidus de genere dulcedinis aquoſitatem non habet ſibi dominantem, etiam in ſapido dulcedo tantilla ſentitur: unde fructus à terra ſublimes ſunt dulces, & propinqui ſapidi, quia humiditas eorum vicina eſt humiditati ſapidi. Ponticus ergo terreſtris eſt, & frigidus: acetoſus, aquoſus: amarus, terreſtris, calidus, & igneus: dulcis, calidus & terreſtris: unctuoſus, aëreus: ponticum quoque pororum ſcimus coadunativum, conſtrictivum, incraſſativum, refrigerativum, & deſiccativum. Acetoſus incidit, ſubtiliat, aperit, mundificat, repercutit, diſſolvit, refrigerat. Amarus mundificat, lavat, attenuat, & calefacit. Salſus coadunat, obſtruit, deſiccat, non multùm calefacit. Dulcis mollificat, maturat, & moderatè calefacit. Unctuoſus humectat, & mollit ſine manifeſta delectatione. Et ſciendum quòd ponticus & acetoſus ſunt in infrigidatione æquales: ſed ponticus, terreſtris, acetoſus, aquoſus eſt; quod & ſenſu patet & intellectu. Videmus enim in initio fructus ponticos eſſe ſuæ arbori ſimiles, ſicut olivam, uvam, coctana, granata, & ſimilia: quorum quidem quantò ſunt pluris temporis, humefiunt, & cum ſua humiditate & ponticitate acetoſitatem recipiunt, deinde ſapor paulatim mutatur, quouſque dulcis fiat. Sed nonnulli ad dulcedinem veniunt nulla mediante acetoſitate. Sed maturatio fructuum fit calore, quæ duobus eſt modis: una naturaliter fit in fructuum eſſentia ex proprio ipſorum calore: alia ex calore ſolis. Item ſenſui patet, quòd videmus ponticum linguam conſtringere & deſiccare, quod eſt eminentis frigiditatis actio. Palàm igitur eſt ponticum frigidæ complexionis eſſe. Item acetoſum ſubtile eſt, etiam penetrabile: cujus cauſa eſt calor in eo ebulliens. Unde patet, ponticum craſſum eſſe & terreſtre: acetoſum verò, ſubtile, & aquoſum: quod ſic certificatur. Invenimus fructus in initio ponticos eſſe & frigidos, quorum ponticitatis minoratio, aut eſt propter ſolis calorem, aut propter humiditatem, aut propter utrunque. Si propter ſolis calorem, maturati dulcorantur, ſicut caſtaneæ: ſi autem propter humiditatem craſſam, fiunt fructus pontici. Si autem propter humiditatem aquoſam & quaſi aëream mutantur, fiunt acetoſi. Si cauſa caloris & aquoſæ humiditatis mutantur, dulces fiunt. Si verò humiditas aërea fuerit, fiunt unctuoſi. Item dulcia & amara ſunt calida: ſed dulcia ſunt in caliditate & humiditate temperata: ſic unctuoſa; unde utraque naturæ humanæ conveniunt, quæ in humiditate & calore temperata ſunt. Amara verò ſunt calidiora dulcibus, & ſicciora: quod arbitratione probatur. Omnis liquor, ſi naturali vel extraneo calore coquatur, in primis dulcoratur, ſed augmentato calore fit amari ſaporis: ſicut mel quum inveteratur, & etiam ſuper prunas excoquitur. Idcirco dulcia, & amara mundificant & lavant: ſed dulcia, cum moderamine, & delectatione: amara verò, non moderatè, quia & juncturam ſeparant. Acuta & ſalſa, calida & ſicca ſunt. Acuta tamen calidiora, & ſicciora quaſi ignea: unde incendunt & elidunt, ideoque exteriùs poſita mundificant, & ſuperfluam carnem in vulneribus natam corrodunt. Salſa verò potui data craſſos humores de pectore & capite educunt, epilepſiæ repugnant: neque enim velociter ut acuta penetrant, neque in eis eſt tanta craſſitudo, ut diu morentur ingredi, ſicut pontica. Salſa verò terreſtria, & calida ſunt, ſed minùs quàm amara. Et has ratione ſapores inveſtigantur.

CAPUT III.

De virtutibus medicinarum primis, ſecundis & tertiis, & ſuis effectibus.

VIrtus autem medicinæ diverſa intelligitur. Eſt enim prima, ſecunda, tertia. Prima quidem quadruplex eſt, calida, frigida, humida, & ſicca: quarum unaquæque quatuor gradus debet, & unicuique graduum eſt initium, medium, atque finis. Quæ igitur primo gradu eſt, corpus immutat à ſuo temperamento, ſed hæc mutatio ſenſu non apparet. Quæ autem in ſecundo, corpus à temperamento mutat, ſed non multùm apparet. In tertio gradu conſiſtens, manifeſtè mutat, ſed non corrumpit. Quæ verò in quarto gradu eſt, mutat & corrumpit: ſed calida cum intentione deſtruit, frigida cum dormitatione: quæ verò in quarto gradu ſicca ſunt, neceſſariò ſeparant juncturas. Hæc primam habent virtutem. Secundam virtutem habentia, vocantur, maturativa, mollitiva, obſtruentia, aperitiva, mundificativa, incraſſativa, inciſiva, incenſiva, putrefactiva, carnis depaſcitiva, carnis generativa, ſolidativa, doloris mitigativa. Maturativa & mollitiva calida ſunt. Maturativa etiam neceſſe eſt ut tantùm habeant calorem, quantum membro curando neceſſarium ſit, ne minuant, vel augmentent ſuam naturalem humiditatem. Mollitiva calidiora & humidiora eſſe oportet: quia membra molliti vis egentia duritiem habent: ejus cauſa eſt humor craſſus frigidus, & viſcoſus; unde calida neceſſaria ſunt, quæ craſſitiem & coagulationem illius chymi diſſolvant. Oportet ergo ne ille calor ſit nimius, ne illius chymi ſubtilitate reſoluta, quod craſſum eſt indureſcat, atque putreſcat: item neceſſe eſt ut calor ejus ſit in fine primi gradus, ſicut bdellium, ſigia, id eſt ſtyrax liquidus, galbanum, ammoniacum; tum cum medulla vitulina, caprina, bovina,

& similia. Maturativa si sint calida & humida, obstructionem tamen quandam oportet ea habere, quâ pori claudantur: quia illis obseratis calor intenius adunatur & corroboratur; unde & digestiva, & cæteræ actiones naturales vigent, sicut facit oleum cum aqua calida, farina frumenti cum aqua, mica panis, sevum porcinum vel camelinum, pix, resina, gummi cypressi, cera cum oleo, thus, & similia. Hæc ergo obstructionem faciunt, sed non tantùm, ut dissolutioni repugnent. Si igitur mollitiva hujusmodi esse oportet, indurativa necessariò erunt frigida, sicut portulaca, psylium, lens, aqua, solanum, & similia. Obstruentia adeò poros obliмant, ut facilè aperiri non possint: unde necesse est ea esse terrestria, viscosa, nullam punctionem facientia; quæ si pungunt, membra ferre non possunt, & attenuant, porrique aperiuntur: & sic oportet ea esse absque calore nimio & frigore. Aperitiva dicuntur esse contraria, ut crassam materiam attenuent; quæ virtus in amaris & nitrosis invenitur, sicut sunt iris, amygdala amara, nitrum, orobus, lupinus, dictamus. Sed aperitiva, quæ stypticitatem & ponticitatem habent, extra posita non aperiunt; sed potata viscerum aperiunt obstructionem. Mundificativa sunt necessariò quasi aperitiva; tamen debiliora, ut juvent & mundificent, ut violæ, fabæ, dulces amygdalæ, & similia. Medicina corpus mundificans temperatè calefacit, nec desiccat, nec crassitiem habet, sicut chamæmelum, malva, sambucelæon, radix elenii, & similia. Incrassativa est quasi obstruens, constrictiva oris venarum crassa est, & frigida, styptica, omni carens resolutione. Incensiva multùm calida est, sicut allium, cæpa, fel tauri, & similia. Putrefactiva subtilissima est, vastans primò superficiem. Carnis minutiva, est quasi putrefactiva, debilior tamen. Cicatrizativa est sicca & styptica; sed incisiva aliquando carnem generat, si modicè vulneribus apponitur. Attractiva dicitur naturaliter, & accidentaliter: naturaliter, cujus attractio est cum calore & subtilitate, sicut sagapenum: accidentaliter, cui propter putredinem virtus innascitur, sicut fermento. Doloris mitigativa debet habere calorem similem calori corporis. Hujusmodi secundam habent virtutem. Tertiam habent virtutem, quæ lapidem frangunt, pectus & pulmonem ad screandum juvant, lac & sperma generant, urinam & menstrua provocant. Medicina attenuans & incidens, nimietate caloris lapidem frangit, ut radix capparis, radix calamenthi, uterque elleborus, acetum scilliticum. Si enim multum habent calorem, lapidem frangere videntur: si nimium calorem non habuerint, & cum aliquo humido accipiuntur, ad screandum utiliora fiunt; sed si aliquando sint calidiora, & tamen in statu temperamenti permaneant, siccitatemque non habeant, lac & sperma generant: si autem multò plus calida fiant, sed non ficciora in ultimitate, menstrua provocant, ut acorus, petroselinum, seseli, & similia, quæ sunt calida, nec nimis sicca.

CAPUT IV.

De divisione medicinarum sumptarum à plantis, & metallis, & animalibus; exemplisque earum.

Medicinam oculorum scire volentem, virtutes medicinarum suarum oportet priùs cognoscere. Sciendum itaque quòd oculorum medicativa quædam de nascentibus terræ, quædam de metallis, quædam de animalibus sunt. De nascentibus est, ut gummi, assa, sagapenum, euphorbium, myrrha, opium, thus, tragacanthum, galbanum, sarcocolla, oculi lyciorum, ammoniacum, aut hypocysthus, acacia, marathrum, fœnugræcum, rosæ, glaucium, aloës, amygdalæ; vel sicut galla, aut flos rosæ & frondes, aut folium, aut lignum, ut casia, & cinnamomum; vel ut cortex thuris, vel mandragoræ, vel spicæ nardi. De metallis, sicut hæmatites, sal ammoniacum, flos æris, ærugo, arsenicum, cadmia, nitrum, calcanthum, plumbum, antimonium, ferrum, ferrugo. De animalibus aliquando sunt humores, sicut fel, lac, albumen ovi, & urina: aliquando membra eorum, ut cornua, castoreum: quarum omnium virtutes singulariter ostendam.

CAPUT V.

De prædictis medicinis, & earum affectibus specialiter.

Assa cæteris gummis calidior est; incendit & dissolvit. Sagapenum calidum est & subtile, mundificat & attenuat maculas oculorum; valet quoque suffusioni, & obscuritati, quæ fit ex turbiditate. Euphorbium subtile incensivum est. Myrrha calida & sicca; pustulas oculorum absque dolore mundificat. Thus calidum in secundo gradu, siccum in primo. Gummi Arabicum frigidum est, & siccum; obstruit: Tragacanthum similiter. Sarcocolla desiccat, & consolidat sine nocumento oculi. Lycium temperatum est in calore, unde mundificat, & attenuat crassitudinem super pupillam nascentem. Ammoniacum apostemata oculorum mundificat & dissolvit. Rosa refrigerat: Glaucium similiter. Succus hypocysthidis confortat, refrigerat: Acacia similiter. Mandragora refrigerat, dolorem placat, quia dormitionem provocat. Marathrum valet cataractæ, maculas mundificat. Malum cotanum oppilat & refrigerat. Galla repugnat humoribus ad oculos fluentibus, & membra confortat. Crocus maturat. Balaustia refrigerat, repugnat, desiccat & confortat. Spica dissolvit & attenuat. Cinnamomum calefacit, maturat, atque desiccat, & confortat. Hæmatites desiccat, & valet asperitati palpebrarum, carnem superfluam manducat. Sal mundificat & desiccat: similiter Sal ammoniacum. Arsenicum rodit, & incendit, carnem dissolvit & minuit. Cadmia desiccat, atque constringit, & mundificat; quæ incensa & lota, superiora agit sine punctione: adjuvat etiam oculorum vulnera, maximè si humida, quia desiccat ea. Plumbum desiccat. Antimonium desiccat, & constringit, & calefacit. Æs ustu vulnera consolidat. Cerusa desiccat & infrigidat. Flos æris desiccat, constringit & calefacit. Tutia desiccat, & infrigidat sine dolore, maximè si lota est: valet etiam vulneribus, pustulis, & lacrymis oculorum. Ferrugo desiccat & constringit; valet quoque contra pustulas spinosas. Ærugo carnem minuit & attenuat. Sciendum est quòd omne fel est siccum & attenuatum; quòd mixtum oculi medicinis, visum acuit. Albumen ovi confortat & oppilat. Lac lavat & mundificat. Castoreum scindit atque maturat.

CAPUT VI.

De novem potentiis medicinarum oculorum, & suis effectibus.

HÆc est diversitas specierum medicinæ oculis pertinentium. Oppilativa, colativa, mundificativa, aperitiva, putrefactiva, constrictiva, contractiva, maturativa, cormitiva. Oppilativa duobus modis est; terrestris, & sicca; vel humida, & viscosa: terrestris desiccat humores calidos & subtiles ad oculos fluentes, maximè si ibi sint vulnera, quibus oportet adhiberi mundato capite, prout necesse est, & toto corpore fluxuque humorum cessante: hæc enim medicina leviter & subtiliter mediocriter desiccat humores, qui in oculorum venis latitant, & ad oculorum panniculos prohibet penetrare; transactoque humorum cursu, causaque fluxionis eorum præterita, hæc medicina non amplius debet dari, quàm ne dolor oculorum augmentetur, quia panniculi oculorum nimia humorum multitudine extenduntur, unde & quandoque finduntur. Hujus tamen medicinæ posteritas non in pauco declaratur tempore, quoniam aliquando operatur, & si ratio non expostulat, scilicet vulneribus in oculis apparentibus, vel corrosione in cornea existente, vel uvea egrediente: acutis tamen humoribus ad eos fluentibus, non audemus desiccativa ponere; stypticis enim illic positis humores fluere prohibentur, unde dolor augmentatur: quòd si medicina apponatur, materiæ ad oculos fluentis acumen augmentatur. Mollitiva verò, seu dissolutiva, seu maturativa, si dentur, humores quidem maturantur; sed tamen in vulneribus caro non generatur, neque vulnus sanatur. Acetosis frigidis applicatis, punctura, & morsura, & tumor in oculis generantur. Nulla igitur medicina convenit huic passioni, nisi quæ inter calidum & frigidum temperata est, vel temperamento vicina, quod facit tutia lota, cadmia usta & lota, similiter cerusa lota. Alia autem medicina oppilativa, scilicet humida, viscosa, quam diximus, valet in hoc loco modis duobus: uno, quia non pungit, sed dolorem mitigat: alio, quia lædit asperitatem ex humorum fluxu factam: vulnera enim lavat, unde dolor mitigatur, quia crassi humores acuti mundificantur. Sed oculorum medicina sæpissimè metallina est: quia verò oculi sensum habent acutum, cum metallina, viscosa & humida misceantur, ne asperitatem faciant, sicut albumen ovi, fœnugræcum, lac, gummi arabicum, tragacanthum, & similia. Medicina aperitiva dissolutiva, necesse est, ut sit acuta, quam non expedit ponere in pustulis corneæ, nisi res maturativa propter sui duritiem non valeat. Similiter quum apostema tunicarum panniculorum, & pellicularum, maturativis non curatur, acuta imponatur: quibus tamen maturativa misceantur, sicut assa, sagapenum, euphorbium, cinnamomum, amomum, casi, assarum, achorus, folium, spica. Mundificativarum, & colativarum quædam mundificant, & colant modicùm, & valent contra parvas pustulas, & vulnera: sicut cadmia, thus, cornu cervinum, & caprinum, & ut dicit Galenus, antimonium. Quædam verò nimium mundificant, quæ valent ad ungulas, scabies palpebrarum, pruritus, & crassas pustulas, ut ærugo, tragacanthum, sal ammoniacum; quæ omnia pungunt: sed quum la-

A vantur, eorum punctio minoratur. Putrefactiva valent vetustæ scabiei, & asperitati; ungulam vetustam purgant; & pruriginem, si longi temporis est, curant, ut arsenicum, flos æris, & similia. Constrictiva medicina etiam temperatæ actionis est, & optimè prohibet humorem fluentem, pustulas, & vulnera, ut rosa, folium, crocus, glaucium: thus fortiter stringit, & fluxum humorum amputat. Contractiva magnum generat dolorem, quæ etiam valet commixta cum medicina visum B acuente, quia solus coadunat: & est optima contra asperitatem palpebrarum, sicut est balaustia, cortex thuris, ferrugo, flos æris, siccus hypocysthidis, siccus uvæ agrestis, acacia, glaucium. Hæc enim lavant, & leniunt asperitatem. Maturativa convenit apostematibus oculorum, & doloribus propter humores clausos in interioribus corneæ: sicut myrrha, crocus, castorium, fœnugræcum, lycium, sarcocolla, mellicratum, & similia. Soporifera dolorem magnum patientibus valent: tunc scilicet cum doloris magnitudine perire videntur. Cautè tamen adhibeantur, quia visum minuunt, C & nonnunquam amputant. Idcirco non sæpe apponantur, vel appositis calefactiva misceantur. Talia sunt opium, mandragora, & similia.

SECTIO VI.

De apostematibus, & doloribus, & ipsorum curis in generali: postea de ipsis ut insunt oculis, petia, pruritu, carbone, & pilis, vulneribus, fissuris, pustulis corneæ, panno, scabie, nyctalope, suffusionibus, oculorum exitu, & D collyriis multis contra morbos oculi. Cujus sunt capita duodecim.

CAPUT I.

De apostematibus, & causis ipsorum in generali.

MAximo studio curationes passionum, quas quarta particula scripsimus, necesse est ostendere. At primò de ophthalmia, quoniam quod proposuimus, tractabimus. Sed quia ophthalmia E de genere est apostematum magnorum, quæ faciunt dolorem, decet nos de apostematibus generaliter tractare, deinde ad ea, quæ in oculis fiunt, pervenire. Diximus secundò, quòd causa omnium apostematum sunt humores ad membra fluentes, cujus causa, vel interior est, vel exterior: interior, ut superabundantia materiæ: exterior, ut percussio, casus, fructura, vulnus, & similia. Præterea membri præparatio ad recipienda superflua quatuor modis est, aut propter membri defectionem, aut raritatem, vixque largitatem membra tendentem, aut propter suæ virtutis attractivæ fortitudinem, vel F sui locationem naturalem. Defectio membri, aut naturalis est, aut accidentalis: naturalis, ut cutis quam constituit natura defectivam, ut superflua ab interioribus ad exteriora, à nobilibus ad ignobilia expulsa, faciliùs suscipere possit: accidentalis, ut ex infirmitate præterita. Raritas membri, ut teneritas maxillarum, & inguinum. Attractivæ membri fortitudo fit in membris fortibus propter nimium calorem: qui calor, aut naturalis est, aut accidentalis. Propter situalem positionem, sicut si inferiùs locatum fuerit: humores enim ad corporis inferiora maximè descendunt. Sed materia,

quæ desinit, aut est humor, aut est ventositas: si humor, aut sanguineus, aut aquosus, aut phlegmaticus, aut melancholicus: ventositas autem, quum non sit subtilis, non generat tumorem. Sanguis autem si temperati caloris est, phlegmonem generat: si calidior, & subtilior, erysipelas generat: sed calidissimus sacrum ignem facit, & variolas. Aquosus tumor est, qui hydropisis dicitur, phlegmaticus: si fuerit subtilis, tumorem; si crassus, apostema generat, quod interius est quasi pingue sevum. Melancholicus autem cancrum generat. Ventositas autem, si fuerit, tumet. Hæc est diversitas apostematum, quæ diversa exigunt medicamina.

CAPUT II.

De curis apostematum.

Apostemata ergo, quæ fiunt ex sanguine calidissimo, si eorum causa extrinseca fuerit, nec corporis extiterit plenitudo, medicamine dissolutivo & repercussivo curentur: excalpellatio quoque, vel incisio adhibebitur opportunè. Quòd si causa sit intrinseca, ab initio non dentur mollitiva, vel dissolutiva, quum plus quàm necesse est dissolutiva à locis remotis ad apostema attrahant. Sed neque repugnantia audemus apponere, ne materia ad membra principalia convertatur. In initio ergo curationis phlebotomia corpus purgetur: deinde apponantur repugnantia, & desiccativa, temperiem facientia, ut sua siccitate resistant humoribus, ne ad tumoris perveniant locum, & temperiem complexionis confortent, & locum, ut superfluam materiam devincant. Sciendum quoque omnia apostemata quatuor tempora habere, initium, augmentum, statum, & declinationem. In initio ergo convenit repugnantia opponi calori. Repugnantia, tenui materia dissoluta in parte, & crassa remanente, mollitiva, & dissolutiva ponuntur: nonnunquam in augmento, magno dolore existente, stypticam medicinam, & refrigerativam ponimus: nimio dolore coacti soporiferam adhibemus. Medicina sanguinolenti apostematis, id est erysipelatis, quæ cum nimio est dolore, & calore, si causa ejus fuerit extrinseca, ab initio mollitiva, & dissolutiva fit: si autem intrinseca fuerit, primò detur choleram rubeam pharmacum purgans; deinde si opportunum est, phlebotomemus, postea medicina infrigidans, & humectans apponatur: calore transacto dissolutiva aptetur. Apostema, cujus materia fuerit sanguis crassus, si cum vulnere, punctione, & putredine fit, in initio phlebotomia ei subvenias: deinde vulnera medicina corrosiva & mundificativa curantur. Sed tamen considera apostematis magnitudinem ex calore: quia si magnum fuerit, repugnantia pones: si calidissimum, fortem cave medicinam. Aquosum apostema, vel solutione, vel incisione curetur. Prima autem species phlegmatis, quæ est ut mel, curatur constrictivis, vel confortativis, & solidativis, sicut est vinum mixtum cum lycio & nitro: oportet autem à levioribus incipere, & sic ad fortiora procedere. Quòd si fuerit inveteratum apostema, incisivis, & dissolutivis: & superiùs ligentur fortiter, & inferiùs leviter. Secundum genus phlegmatis taliter curatur, dissolutivis putrefactivis, & incisivis. Tertium verò, putrefacientibus, & incidentibus; dissolutiva verò non valent. Quartum genus stylo incensivo curatur. Melancholicum apostema, id est cancer, difficilè curatur. Non incidatur, incisio multis inconveniens est modis: primò, quia syncopam generat, si locus multas venas habuerit: secundò, quia membra principalia non patiuntur membrum ligari, neque sanguinem constringi nisi cum cauterio: & in loco aliquando nascitur, in quo non audemus cauterium apponere. In hujus igitur initio corpus ad temperamentum oportet revocari; & ad bonum, cum phlebotomia, & pharmacia, & diæta, & similibus immmutari. Apostema de ventositate factum dissolutivo curatur.

CAPUT III.

De causis, & cura doloris in generali.

Dolor duobus est modis, subita qualitatis immutatione, & juncturæ separatione. Mutatio vel est de frigore, vel de calore, unde causam ejus non oportet investigari. Separatio juncturæ tribus modis fit, incisione, fractura, crepatura. Incisio, vel extrinseca est cum gladio: vel intrinseca, ut cum acuta humorum qualitate. Fractura autem fit de exterioribus, sicut solidis & crassis corporibus ponderantibus: aut de interioribus, ut de apostematibus. De exterioribus, si sit lapis, locum in quo scindit conculcat propter utramque loci extremitatem, qui depressus necessariò extenditur. Junctura, quæ separatur de interioribus, taliter fit, augmentata materia concavitates replet membrorum, doloremque generat. Materia verò humorum est, vel ventositas, vel acuta qualitas. Ideoque sex sunt causæ doloris, chymus nimius, ventositas non habens exitum, magnum apostema, vel durum, humorum acuitas, vel vulnerum siccitas, vel caliditas, vel frigiditas. Si dolor propter nimium chymum fuerit, ipso purgato cessabit: si propter crassam ventositatem, cibo subtili, & potu, calidisque fomentis, & cataplasmatibus curatur: si ex apostematibus, ipsorum curatio est dolorum amputatio: si ab humorum qualitate processerit incensiva, necesse est chymum purgari, sive in bonum mutari cum medicina doloris mitigativa: quòd si non sufficiat, soporifera imponamus, ut dolor mitigetur. Quòd si de frigidis, crassis, & viscosis humoribus processit, soporiferam caveamus, quia non est tantus dolor, qui de his nascitur: si crassa ventositas exitum non habens causa fuit doloris, res attenuativa & dissolutiva adhibenda erit, ut ventositas dissolvatur, & humores desiccentur. Sic etiam de cæteris contraria contrariis appone.

CAPUT IV.

De causis, & cura dolorum oculorum.

Oculi verò patiuntur ex apostemate, vel propter acutos humores ad ipsos fluentes, vel propter pellicularum suarum extensionem ab humorum plenitudine, aut inclusione crassorum humorum, & viscosorum, vel crassæ ventositatis in loco illo. Si sit propter acutos humores, pharmacia detur, materia deorsum ducatur, & oculi cum albumine ovi laventur. Purgato corpore, & apostemate maturari incipiente, balneum diligenter aptetur. Quòd si dolor fuerit propter humores interiùs clau-

sos, totum corpus maximè purgetur, deinde calefacientibus utatur, & oculi cum decoctione fœnugræci laventur; & ante purgationem totius corporis dissolutiva & calefactiva caveantur, quia ad apostema plus attrahunt quàm dissolvunt. Sciendum quòd humores ad oculos veniunt, vel de omnibus partibus, vel de solo capite: si de solo capite, solum caput expedit purgari, postea confortari, & ad temperiem duci, ne ultra malos humores generet, plurimumque digerat humores; decet etiam confortare cor, & corroborare, & temperare, quando arteriæ in causa sunt, quare humores ad ipsos defluunt: quæ si supra carneum fuerint, desiccativum cataplasma, & emplastrum apponatur: his non proficientibus incidantur. Nonnunquam dolor fit in oculis propter sanguinis coagulationem in venis oculorum clausi, unde plenæ videntur, & oculorum essentia sanguinolenta: quæ passio curatur vini potatione, tamen balneo præcedente.

CAPUT V.

De ophthalmia, & ejus cura.

Diximus quòd ophthalmia est apostema calidum nascens in conjunctiva, & ostendimus curam apostematum solis oculis pertinentium. Unde, quia oculi sensum habent acutissimum, & dolorem ferre nequeunt: non temerè curentur forti medicamine, sed cum rebus dolores mitigantibus temperentur. Et fiat, quod apponendum est, humidum: & viscosum in loco, in quo congruit, immisceatur, & palpebra suaviter elevata, medicina guttatim injiciatur: & ab initio non nimio existente dolore, medicina aliquid stypticitatis habens, sicut collyrium, in quo est acacia, ponatur: etiam dissolutivum, & maturativum medicamen sicut crocus, & lycium: similiter, & styptica, ut myrrha, & castorium, thus masculinum. Collyrium quoque si multum stypticum fuerit, humefiat cum albumine ovi, lacte, & decoctione fœnugræci. Hæc si fecerimus, in uno die dolor remittetur, & passio declinabit: qua declinante balneum succedat, deinde collyrium priore fortius imponatur, sicut nechium, ut constringat, & confortet oculos: tamen parum acuti collyrii cum eo misceatur, & parum à medio ad multum ascendatur. Quòd si ophthalmia cum nimio dolore fuerit, ponatur ab initio collyrium, quod dicitur diarhodon asperon. Apostemate verò decrescente diarhodon erimoni imponatur, & calefiat sæpissimè, si nimio pungetur dolore: & si dolor non sit multus, sufficit semel, aut bis: & hæc calefactio fiat de meliloto, fœnugræco, & similibus. Cataplasmentur quoque croco, meliloto, coriandro, ovi vitello, pane loto in vino. Sed si dolor nimius fuerit, misceatur illi cataplasmati decoctio papaveris: unguentum factum de croco, glaucio, lycio, gummi, & aloe, ponatur supra frontem. Si calidi sunt humores, ramus portulacæ, citonii, vel succus portulacæ, psilii, strichni, & similia. Si calidus non fuerit multùm, pulvis molendini, myrrha, thus, albumen ovi. Humoribus verò frigidis existentibus, sulfur, pix liquida, colophonia, & similia apponantur.

CAPUT VI.

De curis petiæ, tumoris, & pruritus oculorum.

Ad petiam sanguis columbæ, pavonis, & omnia talia prosunt, si cum thure modico misceantur: & calefactio decoctionis hordei, & hyssopi prodest. Oculorum tumores habentibus fiat cataplasma ex uvis passis, sine acinis ex melicrato, vel aceto. Si tamen apostema non dissolvatur, radix trita admisceatur: tumore nondum dissoluto, succus columbæ apponatur. Pruritus sicut apostema curetur purgatione corporis, & dissolutione materiæ intus clausæ, & collyriis, & cataplasmatibus, & fomentatione aquæ calidæ in nocte oculis apposita: quæ mixta cum oleo rosato, aut in ovo anatis pruritum amputat, & oleum rosatum temperatè calidum. Sæpe tamen oculis cholericam imponimus medicinam, ut lacrymas in eis provocet, quibus laventur, & mollificentur. Pruritus cum nimio fluxu humorum, medicina Erasistrati curatur.

CAPUT VII.

De carne addita in oculis, & carbone, & cura.

Si carnes additæ propter vulnera fuerint, non curantur, nisi chirurgia. Excrescentia superfluæ carnis acuta medicina curetur, sicut ærugine æris, sulfure, & similibus. Si autem caro oculorum excreverit superfluè, non curabitur nisi chirurgia. Quòd si locus ille tumidus fuerit, valet allium gummi cum glaucio, & vino. Nascitur etiam quoddam in oculis, quod dicitur carbo, & sicut apostema curatur: quumque saniem habuerit, sicut vulnus curatur saniem habens. Quidam Medici ponunt in hac passione glaucium, tragacanthum, rutam, succum mali granati, lanam ustam, vel myrrham, & aloen. Huic passioni valent ammoniacum cum aceto: & aliquando admiscemus cum eis de hordeo, & zedoario: & capita muscarum è cera cataplasmata.

CAPUT VIII.

De pilorum ablatione, & remedio contra casum pilorum.

Pilis ablatis laventur loca ipsorum aquis salsis, & aluminosis, & ungantur loca pilorum palpebræ cum albumine ovi, & alumine, staphisagria, & farsima, id est stercore columbino. *Collyrium sabor, valet ad pilos cadentes de palpebris.* Recipe ossium dactylorum drach. iiij. cadmiæ drach. ij. *Aliud sabor.* Recipe antimonii, chalcanthi, tragacanthi, pondus æquale: quæ omnia cum melle temperata terantur, deinde collyrium fiat. Si autem pilis cadentibus palpebræ appareant crassæ, stercus muris cum melle temperatum valet: superflui pili de palpebris sunt amputandi. Quidam dicunt pilos non ultra nasci, si radicibus pilorum extractis, sanguine testudinis, vel dentibus caninis locus ungatur.

CAPUT IX.

De curis vulnerum, & fissurarum in generali.

OPortet primò universaliter dicere de vulneribus, postea verò de iis, quæ propria sint oculis. Omne vulnus, vel concavum est tantùm, vel fissum. Si multùm fuerit fissum, trina intentione curatur. Jungamus utranque partem, & suamus studiosè, & curemus ne incidat pulvis, vel pilus. Quòd si magnum vulnus fuerit, nec pars parti possit conjungi, nec sanies permaneat in concavitate, necesse est uti desiccativo medicamine, ut finita sanie vulnus impleatur carne. Cujus compositio est cum causa, vel morbo, vel accidenti. Si cum causa sunt humores ad illud fluentes, corpus purgetur pharmacia, & phlebotomia: diæta quoque temperetur: deinde desiccativis siccetur. Quòd si fuerit cum morbo, vel est simplex, vel compositus. Si morbus simplex est, ad temperiem membrorum reducatur. Quòd si compositus, vel ut naturam suam membrum egrediatur, vel vulnus multùm concavum sit, duplex medicina necessaria est: una, qua membrum ad temperamentum redeat; altera, qua concavitas carne repleatur. Impleatur ergo medicamine desiccativo mundificativo, quod humores coadunatos destruat, vulnusque à putredine mundificet. Sed ut per poros possint egredi superflua (unum subtile & continuum, quod latet sensum: aliud crassum, quod ut lutum in corpore coadunatur: & hæc duo superflua plus in vulneribus, quàm alicubi sunt propter loci defectionem atque dolorem) necessaria est desiccativa & mundificativa medicina, qua mundificetur & desiccetur superfluitatis sordities. Omne etiam vulnus, vel concavum est, vel fissum. Et si fuerit cum accidente sicut cum dolore, mitigativa conveniunt. Fissura si parva sit, non est necessaria nisi conjunctio partium: & parum Medico eget, nisi locus vulneris partem amiserit; quæ pars, vel caro est, vel cutis, vel utrunque. Si sit cutis, apponantur styptica, vel desiccativa, ut locus induratus cuti assimiletur: nonnunquam acuta medicina facit hoc accidentaliter: calida medicina paulatim apposita facit hoc accidentaliter, & locum sua siccitate indurat: multa verò quantitas ex ea, loco apposita resolvit causam, & minuit fissuram. Quòd si caro à vulnere sit amota, in initio carnis generativa expediunt: deinde locus mundetur, & cuti assimiletur. Sed omnem medicinam, quæ vulneribus pertinet, necesse est siccam esse, quæ tamen propter causam quandoque cavenda est. Parum sicca erit, ne multùm siccans, carnem prohibeat generari. Mundificativam quoque siccam esse oportet, ut putredinem mundet vulnera consolidans. Desiccativa esse debet ea, quæ generat carnem, quæ nec mordicativa sit, nec abrodens, sed styptica, ut caro induretur, cutique assimiletur. Hæc est disputatio universalis vulnerum, & medicinæ.

CAPUT X.

De vulneribus oculorum, pustulis in cornea, panno, ungula, nyctalope, scabie.

SEd vulneribus oculorum, si sint simplicia, mundans & colans congruit medicina, quia humores citò undique fluunt ad oculos propter acumen sensus eorum. Quòd si vulnus cum tumore sit, vel nimio dolore, apponuntur collyria, quæ thus, & metalla usta recipiunt, & cataplasmata: nec pungitiva cataplasmentur. Aliquando tamen, si putredo vulneri insit, colativa tunc apponatur. Sed intueri oportet, an vulnus carnem rodat: investigandum quoque, unde humores ad oculos fluxerint: quo perfecto, caput & corpus expedit purgari: deinde apponenda sunt collyria desiccativa, nullamque facientia punctionem: sicut ea, quæ respiciunt casum, quum dantur cum lacte, vel quum decoctione fœnugræci. Si dolor est nimius, aliquando soporifera medicamina apponuntur: fluxu humorum cessante, eis styptica apponuntur. Prævidendum tamen ne uvea egrediatur, cui egredienti stypticum convenit adjutorium. Collectio & pustulæ in cornea nascentes curantur cum medicina maturativa mediocriter colativa, sicut collyrio recipiente crocum, thus, myrrham, castorium, decoctionem fœnugræci. Quòd si non invenerint, & tumor non dissolvatur, calidum & aperitivum appone, sicut sagapenum, euphorbium, & similia. Pannus in oculorum albedine natus colativo & mundificativo curetur. Quòd si fuerit subtilis, sufficit succus rubei papaveris, vel decoctum minoris centaureæ cum melle: si grossus, fortiora dari necesse est, sicut picem liquidam, æs ustum, nitrum, stercus muris, myrrham, sal ammoniacum, & similia. Si aliquid ex eo remanserit, gallam, acaciam, & chalcanthum appone. Ungula & scabies, si duræ sint etiam, & veteres, incidere eas, vel excoriare optimum est: sin autem subtiles, appone æs ustum, florem æris, fel porcinum, sal ammoniacum. His nondum proficientibus, appone medicinam putrefacientem, atque rodentem. Scabies non stypticis est curanda, quæ si sit cum vulnere magnoque pruritu, convertatur palpebra, & cum hoc excorietur. Est quædam passio oculorum, quam qui habuerint, vespere non vident: quos phlebotomari convenit de cephalica brachii: & utantur pharmacia, & clysteribus, & caput purgantibus, & gargarismate, & sternutatione mundificentur: vena auris incidatur. Oculis mel cum alumine & sale ammoniaco apponatur, & cum hepate caprino fumigetur: hæc omnia prosunt.

CAPUT XI.

De suffusione, egressu oculorum, & petiâ.

S*Vffusio, id est visus defectio, sic curatur.* Caput, & totum purgetur, ut diximus: diæta sit tenuis: deinde utatur collyriis fœnugræcum, mel, sagapenum, asarum, thus recipientibus, & opobalsamum, & ammoniacum. Valet quoque si vena hepatica incidatur, & sanguisugæ temporibus apponantur. Oculis extra exeuntibus, ventosa in collo

apponatur: oculi lingentur, & aqua salsa suffumigentur. Petia curatur sanguine oculis instillato; deinde cum albumine ovi oleoque rosarum ligentur.

CAPUT XII.

De collyriis multis ad oculorum ægritudines.

Collyrium quod dicitur diarhodon in modum piperis, valens in augmento doloris ophthalmiæ. Recipe cadmiæ, cerussæ, ana drach. xiiij. rosarum drach. duodecim: gummi, amyli, ana drach. j. tragacanthi drach. iiij. & s. aloës, drach. vj. tempera cum aqua pluviali, & informa. *Aliud in initio ophthalmiæ, quod etiam vetustæ valet.* Recipe acaciæ drach. liiij. gummi drach. xliiij. cadmiæ drach. xxxvj. tempera cum vino pontico ana drach. xij. tempera cum aqua pluviali. Hæc omnia à Paulo sunt ordinata. Ista verò Galenus dicit. *Collyrium valens ad dissolvendum apostema die uno, & ad ophthalmiam.* Recipe antimonii, acaciæ, ana drach. lxx. cadmiæ drach. ix. æris usti loti drach. xxj. cerussæ drach. xij s. myrrhæ drach. vj. sulfuris drach. vj. castorei, opii, chalcanthi usti, ana drach. vj. gummi drach. ix. tempera cum albumine ovi: in uno die est validissimum. *Aliud Pauli.* Recipe cadmiæ, croci, gummi, ana drach. iiij. æris usti drach. xxiij. cerussæ, rosarum, ana drach. xxij. polii, croci, chalcanthi, opii, ana drach. vj. aloës, spicæ, castorii, ana drach. j. & s. tempera cum aqua: curat verò ophthalmiam, & humores, vel propter dolorem, vel vetus vulnus fluentes. *Aliud.* Recipe cadmiæ, acaciæ, gummi, ana drach. ix. antimonii tritici drach. xx. castorii, opii, ana drach. vj. lycii drach. iiij. & s. myrrhæ drach. xij. spicæ, aloës, ana drach. iiij. gummi, tragacanthi, chalcanthi, ana drach. j. & s. tempera cum vino & aqua myrtina. *Aliud ad superiora.* Recipe acaciæ, gummi, ana drach. lx. plumbi loti drach. xxx. spicæ, casiæ, ana drach. vij. rosarum, cadmiæ, ana drach. xxx. cerussæ, aloes, opii, croci, ana drach. ix. castorii, lyci, ana drach. iiij. & s. tempera cum albumine ovi. Valet vulneribus, & omnibus passionibus oculorum vetustis & putrefactis. *Aliud in statu conveniens cum albumine ovi, in declinatione cum aqua.* Recipe cadmiæ ustæ & lotæ, cerussæ, ana drach. vj. amyli, tragacanthi, ana drach. iij. hyoscyami drach. j. & s. croci drach. vj. glauci, sarcocollæ, ana drach. vj. opii drach. iiij. tragacanthi drach. vj. croci drach. iij. gummi, opii, drach. j. & s. tempera cum aqua. *Aliud valens in augmento ophthalmiæ.* Recipe cadmiæ, cerussæ ana drach. xxiiij. rosarum drach. xij. gummi, amyli, ana drach. iiij. tragacanthi drach. iiij. & s. aloes drach. iiij. tempera cum aqua. Valet in vulneribus, & humoribus vulnerosis, & lacrymis ex oculis fluentibus. *Aliud valens ad ophthalmiam, & vulnera, & adustiones, & ad mundificandum vulneris putredinem.* Recipe antimonii usti, cadmiæ, rosarum, ana drach. xxiiij. cerussæ tritæ drach. xxij. opii drach. vj. tempera cum aqua. *Aliud nimio dolori conveniens, & liquidissimos humores ad oculos fluentes reprimens.* Recipe rosarum drach. vj. & s. opii, spicæ, ana drach. j. *Aliud.* Rosarum drach. xxij. croci vj. æris usti & loti drach. j. & s. tempera cum aqua pluviali. *Aliud.* Recipe rosarum drach. xviij. cineris locorum ubi æs funditur, drach. vj. croci, opii, gummi, ana drach. vij. tempera cum aqua pluviali. *Aliud.* Recipe gummi drach. iij. tragacanthi drach. j. & s. tempera cum aqua pluviali. *Aliud.* Recipe myrrhæ drachmas lxxv. rosarum xl. croci vj. & s. tempera cum vino. *Aliud valet nimio dolori, pustulis concavis, putridis vulneribus corneæ; oculosque exeuntes comprimit, omnemque oculorum passionem ad sanandum difficillimam curat.* Recipe rosarum drachmas centum octo, gummi xxxvj. cadmiæ ustæ & lotæ drach. xxj. croci xj. opii, antimonii, drach. ij. & s. farri spicæ drach. iij. myrrhæ iij. tempera cum aqua pluviali. *Collyrium Pauli.* Recipe æris usti, tragacanthi usti, ana drach. viij. croci ij. nitri drach. j. coquantur ad mellis spissitudinem. *Aliud ejusdem, valet scabiei palpebrarum, veterique ophthalmiæ; saniem, & vulnera aurium, & os rodentia sanat.* Recipe æris usti drach. quatuor, myrrhæ drachmam unam & s. piperis, croci, vini, ana drach. ix. *Collyrium Pauli.* Recipe cadmiæ, auri, & argenti drachmas tres, tempera cum aqua pluviali. *Collyrium Oribasii valens in initio ophthalmiæ, & vulneribus.* Recipe cadmiæ, cerussæ, tragacanthi, ana drach. xxiv. antimonii, gummi usti, ana drach. xxj. plumbi incensi, tutiæ, ana drach. xxiv. *Aliud.* Amyli xvj gummi ix. æris usti, tragacanthi, ana drach. vj. myrrhæ, opii, ana drach. v. *Aliud valens ustioni, uveam egredi prohibens, subveniens vulneribus.* Recipe antimonii usti, cerussæ, ana drach. xxiv. myrrhæ drach. iij. amyli xix. tragacanthi xij. gummi vj. tempera cum aqua pluviali. *Aliud valens pustulis, vulneribus saniosis, & nimio dolori, duraque ophthalmiæ.* Recipe cadmiæ ustæ & lotæ drachmas vigintiquatuor, antimonii loti & usti xviij. amyli iij. plumbi incensi & loti xij. tutiæ, myrrhæ, ana drachmas xij. tempera cum aqua. *Aliud.* Recipe tutiæ drachmas xij. cadmiæ lotæ, cerussæ, ana drachmas cxxiiij. antimonii incensi & loti xviij. myrrhæ, opii, ana drachmas quinquaginta & s. tragacanthi drachmas xij. tempera cum aqua. *Aliud utilissimum asperitati palpebrarum, & scabiei.* Recipe chalcanthi drach. ij. cadmiæ drachmam unam, ad solem cum vino sufficienter agita. *Aliud.* Recipe cadmiæ drachmas vj. chalcanthi grana triginta, piperis grana xxxviij. spicæ drachmam unam & s. aliter drachmas tres & s. cadmiam & chalcanthum tritura sufficienter, & agita, deinde cum pipere spicam commisce, & tempera. *Aliud valens scabiei, & humoribus ad oculos fluentibus, veterique passioni, & pustulis.* Recipe cadmiæ, gallæ rosarum, gummi, croci, ana drachmas tres, opii drachmam unam; omnia pulverizata cum vino ad solem sufficienter agita. *Ad oculos caliginosos & sanguinolentos.* Aloe trita cum albumine ovi mirificè prodest. Si aloen non habueris, canabis trita idem facit. *Ad oculos dolentes, & lacrymas stringendas, & pruritum tollendum.* Collige mel despumatum, & ex eo unge folia hederæ, & superasperge pulverem fæcis vini, & oculis superimpone per noctem: expertum est. Item chelidonia cocta in aqua, si ex ea oculi fomententur, dolentibus prodest. Item coriandrum viride tritum admixto lacte mulieris, oculis superpone; dolorem & tumorem tollit. Idem facit radix cucurbitæ agrestis trita, & imposita. Fel caprinum cum melle antiquo mixtum & inunctum, oculorum caliginem destruit. *Ad pannum ab oculis abstergendum.* Fæcem vini, album ovi, rasuram sepiæ, facto pulvere, mitte donec corrodatur. Vitellus ovi tritus, succoque apii mixtus, & inunctus, sanguinem spargit. Absinthium viride cum albumine ovi tritum, & nocte suppositum, sanat. *Ad tumorem calidum & sanguinem oculorum.* Anagallis cum albumine ovi trita, & imposita, prodest. *Ad tumoris calidi dolorem.* Herbam violariam cum oleo rosaceo tere & superpone, mirè juvat. Valet etiam mali granati succus: in vase æneo vel stanneo ipsum coque, & cola, & quum opus fuerit utere. Item recipe plantaginis, centauræ, un-

gulæ caballinæ, pulegii, betonicæ, chamædryos, apii, fœniculi radicum, partes æquales; pone in olla nova, & intra sparge fœnugræcum. Item lycium in ... ostomate guttatim impositum valet. Item auripigmentum, pannum subtile laneum, & fimum hominis; combure in olla bene argillata.

GALENI DE COLICO DOLORE LIBELLUS.

VNIVERSUM interdum corpus, ratione unius alicujus partis, morbus invadit; interdum totius corporis ratione unam aliquam partem prehendit affectus. In colica ob unam solummodo partem homines totius corporis dolore, vigiliis, febribus infestantur: hujus mali quoniam in titulo libelli à me facta est mentio, ejus naturam hoc loco explicare statui. Oritur in intestino colo dicto, idque ob varias causas, quarum aliæ externæ, internæ aliæ. Externæ, uti ex vitiosis alimentis, aëris ambientis nimio calore. Alimenta enim prava, uti brassicæ, similiaque olera frigida & sicca, giguunt humores pravos, qui variis doloribus ansam præbent. Interna causa est utplurimum pituita alba, vitrea, quæ ex alimentis pravis & vitiosis ortum traxit: hæc è toto corpore ad intestina delapsa, hæret in prædicto intestino colo, pessimaque symptomata invehit; corripit ventriculum dolor, quòd intestinum distendatur; pertingitque ad tunicas ventriculum reliquaque intestina cingentes: hac de causa gravi dolore afficitur ventriculus. Vera esse quæ dico, probat curationis modus. Quoties enim epithemate sive emplastro affectum hunc fugare instituis, augetur continuò extensio. Ratio autem curandi hunc affectum per emplastrum à veteribus adinventa fuit; & oportet ut qui eo uti volet, continuè applicet, nec ab instituto desistat: sic enim ægrum à colicis doloribus liberare poterit. At si semel atque iterum solùm epithema sive emplastrum applicet, moxque desistat, proculdubio graviora excitabit tormina. Scito autem quòd musculus ventriculo & intestinis superexpansus sit, adeò ut quum sese extendit intestinum, ventriculus doleat.

Simul ac verò dolor hic hominem apprehenderit, illicò ei subveniendum clystere ex decocto lentium parato, cui olei pauxillum admixtum sit: oleum enim humectando excrementum siccum, excretionem faciliorem reddit: quòd si extremè siccæ in lapideam duritiem concreverint fæces, è purgantibus medicamentis clysterem parato. Attamen religiosè & summa cum cautione procedas: facilè enim evenit, ut ejusmodi paharmacis commoti maligni humores, magno impetu ad intestina confluant, & ægro dysenteriam excitent. Quòd si fortè hac in parte hallucinetur Medicus, incipiantque dolores hominem cruciare, sine mora parandus clyster ex aqua & sale Alexandrino; ni juvet, indicio sit bilem atram causam mali existere. Quamobrem *sumas salis Alexandrini particulam unam, spinæ Ægyptiacæ particulas tres, hellebori nigri particulas duas; sal in aquam resolvatur; in decocto salis decoque helleborum & spinam: hæc omnia injiciantur.* Quòd si alvi solutio non cesset, colorque corporis obscurior reddatur, para clysterem ex auripigmento, zedoaria, & alcale: ejus descriptionem jam antè eo libro, quem De medicamentorum compositione conscripsi, editam invenies. Hunc itaque clysterem parabis, si alvus laxa fuerit ob humorum putredinem & malignitatem; quòd si effectum conspicias, ejus usui fidenter insiste.

Ex defectu solutionis, si colorem fœdè mutari cernas, franges facultatem medicamentorum, quum sumes vinum myrteum & acaciam: acaciam autem comminue, & in myrteum vinum resolve, ex eoque clysterem conficito; aut sumito gluten ustum, hocque probè comminutum resolve in rotulas.

Eidem quoque proderit placenta mousa vocata, quæ comminuta, in mel & aquam resolvatur; sitque sic ejus usus: tollet enim hunc affectum plenè. Si fortè ad manum hæc placenta non fuerit, conficiatur clyster ex decocto volubilis in vino austero vel acerbo: is enim humores præcipuos constringet, & ulcus si quod sit in intestinis, sanabit.

Veteres autem nobis reliquerunt medicamenta quædam vulgaria, huic morbo propria, uti sunt sumach, grana myrti, ejusque cortex, radices arboris mali punicæ, ejusque rasuræ, è quibus hoc modo licet clysterem parare. *Accipe ramenta mali punicæ, coquantur in aqua probè, depurentur, sicque eis utere.* Idem sentiendum est de arbore helc (*specie rubi*) cum ejus ramentis, ut alia complurima omittam, quorum ab iis mentio fit; quæ omnia hîc recensere supervacuum videtur: sufficiant ea quæ expertus ipse sum. Fuerunt porro inter veteres, qui colicis doloribus vexato præciperent usum laplili salis, ex quo clysterem fieri jubent; quem levi & facili negotio excrementa educere asserunt. Verùm id præstat nitrum adhibitum.

Sunt & alii qui mel eousque incrassant, donec resinæ consistentiam referat; quod elychnio sive filo intorto circumjiciunt, hoc ano indunt, clysterisque loco utuntur nec infeliciter; solvit enim placidè. Accedunt alii, qui filum in mel immergunt, illudque postea nitro involvunt: hoc quò magis demergitur, eò fortiùs solvit. Idem efficit lac mororum sumptum, lanæque immissum, sicque clysteris in modnm alvo inditum: debitè enim eam provocat. Item & raphanus idem præstat, hoc modo paratus. Accipe raphanum, eum cortice priva, hunc filo intorto similem efformans indas ano; solvet ex animi sententia.

Cepa quoque in eundem hunc usum trahi potest,

idque hoc modo. Sumas cepam, probè comminuas, hinc exprimito, expressum linteo molli spongiave excipiatur, eoque æger clysteris vice utatur; laxabit certò alvum.

Eodem modo allium sumitur, hocque ritè contusum exprimitur, in expressionem spongia immergatur (aut simile quid) quâ æger clysteris loco ad laxandam alvum utatur. Porrum quoque mundatum contundito, ex eoque quid ellychnio simile conficito, quod æger sibi subdat ut ventrem solvat. Stercus muris idem præstabit. Hæcque simplicia medicamenta acrimoniâ suâ & mordacitate alvum proritant. Observandum autem ut quum acria admodum fuerint, ut lac mororum, asa fœtida, & similia, ut inquam tunc lac iis adjicere noveris, ut frenetur eorum acrimonia, nêve dum injiciuntur, anum exulcerent: pars enim exquisiti est sensus; hinc nonnunquam accidit, ut ab acri aliquo vellicata, apostema pustulasve incurrat. Quod interdum fit, ubi largiter bilem flavam natura sua acrem & mordicantem excernit homo; & sanè quod res naturales, idem & externas & alienas efficere quis dubitet? Hoc autem quoties evenit, multò pejus quàm in principio oritur malum, utpote major podicis ratione constrictio: nam idem hîc quod in pulmonis & cordis vitiis sentiendum. Veluti enim cor participat continuò pulmonis mala; sic & venter doloris natium particeps fit: ambo enim ejusdem naturæ membranâ donata sunt. Hæc ideo recenseo, ut innotescat mirus ille consensus doloris coli cum ventriculo, utpote hoc intestinum illi arctè jungitur. Colica verò quandoque ex pituita frigida & vitrea ortum trahit, eaque nonnunquam sua sponte evanescit, quando nempe excernitur à natura magna ejusmodi pituitæ frigidæ quam sentit æger copia; tunc enim paulatim subsistet dolor.

Colicæ non parum etiam conducit asphaltum, si nempe ventriculo robusto fuerit æger; sin debili, abstineatur ab ejus usu. Idem de reliquis omnibus medicamentis dictum sit, ut nempe quoties ventriculus robustus, medicamentis utaris validioribus: sin contrà debilis existat, molliora in usum trahantur, ne ventriculi imbecillitas augeatur magis, sicque ex uno morbo in alium conjiciatur æger. Formula autem clysteris ex asphalto talis sit. *Recipe asphalti particulas duas, ol. olivarum partic. unam; misce, eisque utere.* Quòd si colicæ conjunctum fuerit intestinorum apostema, *sume ol. labdani partes duas, ol. olivarum, adipis anserini an. script. unum; resolve adipem in oleosam substantiam, & postea superinfunde ei oleum labdani, & utere.* Non tamen in omnibus colicæ speciebus hic clyster conducet: oritur enim interdum colicus dolor ex alteratione & debilitate ventriculi, quæ dysenteriam non rarò producit. Interdum à corruptione humorum in ventriculo, qui in intestina rejecti, acrimoniâ suâ dejectionem irritant; uti si bilis flava largè in ventriculum & intestina effundatur. Interdum mœror aut perturbatio colicæ ansam præbet; quoties nempe præ inopinato terrore magna fit virium dissipatio: quæ res apostema intestinorum producere posset. Nonnunquam ex intestinis corpuscula membranis non dissimilia defluere cernimus; quæ sanè videntur esse interiores intestinorum membranulæ præ bile flava largiter in intestina defluente, quæ acrimoniâ suâ abradit. Quòd si apparentibus hisce membranosis corpusculis, intestina distendantur, in eaque tunc temporis bilis flava impetum faciat, punget & mordicabit intestina, gignetque in eis ulcus, unde dysenteria. Fortè & ex atra bile hic affectus originem traxerit; cujus rei Hippocrates in Aphorism. libris meminit, inquiens, *dysenteriam ex atra bile ortam, funestam iis esse quos invadit:* idque ideo quòd ater ille humor pervadens intestina, gravitate & aciditate sua abradit eorum substantiam, unde mors subsequitur.

Totius quoque corporis imbecillitas colicum caussare dolorem potest; idque tum præcipuè quum hepar affectum plurima loturæ carnium haud dissimilia expellit. Sunt qui existiment Medici hæmorrhoïdas malum hoc gignere posse, ut & ulcus. Opus itaque est, ut diligenter omnes jam recensitas perlustres caussas, hinc curationem instituas: hac enim ex parte cognita, perpensisque & examinatis cunctis symptomatibus, exactè perspecta tibi evadet colicæ caussa: qua perspecta, de remedio illi malo convenienti adhibendo certus jam esse poteris. Caussæ cognitionem si neglexeris, delinquas erresque in curatione necesse est, augeasque malum. Præ Medicorum enim imperitia non rarò innumeri exsurgunt morbi. Distinguas itaque inter hanc illamque caussam, conferendo quæ incidunt, cum iis quæ à me jam relata sunt. Examina humorum qui evacuantur qualitatem, quo colore præditi sint, quem fundant fœtorem: signa, ex jecoris imbecillitate malum originem trahere, si corpus extenuatum sit, dolorque ingens: hæc inquam indicant vehementem impendere alvi fluxum.

Si hæmorrhoïdes in caussa sint, sistentur, nec ampliùs sanguis ex iis profluet. Verùm vehementior remissiorve dolor caussam ejus docebit: nec fortè una cum excrementis sanguis profluet, sed aut præcedet ejus eruptio, aut subsequetur; huic itaque diligenter attende, videbisque sanguinem admodum atrum prodire. Contingit dysenteria ex alteratione ventriculi, humorumque in eo contentorum corruptione, præcipuè verò bilis atræ: nam atra bilis gravitate sua, flava copiâ, malum hoc pariunt. Facultate itaque existente debili, medicamenta superiùs enarrata usui tibi fuerint, eorumque mitiora, non vehementia, cavendo ne quantitatem multùm augeas. Sumas itaque medicamenta calida in superficie corporis, ut aperias meatus, & ut partem materiæ foras trahas, præscribasque alimenta styptica; ea enim reprimunt fluxum nimium. Quòd si minor sit solutio, clystere uteris, composito ex decoctis cedri & acaciæ: is hoc modo paratur. *Recipe decocti cedri partes v. acaciæ partes ij probè contundatur acacia, & in decoctum cedri infundatur, imponanturque igni, lento igne coquendo, donec paulatim formam* (id est crassitiem) *mellis acquirat.* Viscidum ita redditum, sit tibi commodus ejus usus.

Paratur & decoctum cedri alio modo, ut *recipias decocti cedri partes iiij. decocti rosa. partes iij. hinc acaciam contusam eis misceas; omniaque simul igni imposita tamdiu coquito, donec consistentiam mellis adipiscantur: hinc eo utaris, quum non vehemens, sed remissior fuerit morbus.* Quòd si caussa vehemens, largaque alvi dejectio, facito ex antedicto præscripto. Quoties itidem medicamento aliquo acri uti voles in colico dolore, uti cepe, porro, stercore muris, aut similibus, circumlinas anum priùs oleo rosarum, aut olivæ omphacinæ, ne natibus noxam aliquam inferas: quod certè ni inungas, tibi evenerit, dum pustularum fiet proventus.

GALENO ASCRIPTUS LIBER, DE CVRA ICTERI.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet icteri curationem evacuantibus & attenuantibus humores obstructionem efficientes, esse suscipiendam.

AD icteri curam duo quidem primaria sunt maximè necessaria auxilia, scilicet phlebotomia, & purgatio. Sed purgatio quidem est propria, eò quòd cholera, & non sanguis abundat in ictericis. Fiet autem & aliquando phlebotomia propria, quando simul cum cholera abundat sanguis, & quando hepar vel splen ab inflammatione tenditur & dolet, sicut multoties accidit: nihil enim est aptius phlebotomia in dolore viscerum. Alius autem & venam secando curabat, sicut & Praxagoras; sed non distinguebat cui vena secanda erat. Purgationes verò aptiores sunt huic morbo, & plus juvantur patientes, quando purgantur juxta principia. Ego autem euphorbio miscens epithymum & aloen, & petroselini & dauci semen, & piper album, purgo ictericos; utplurimum quidem solum hoc sufficit. Bitumen verò purgat, & scammonia cum aloe, & sicyoma, & quidquid aliud acutius evacuat, maximè autem quamcunque choleram ducunt. Debiliora verò subductoria fortàssis non conferunt, eò quòd non curantur facilè icterici propter ventris siccitatem, nec omnino descendit cholera ad intestinum. Quibus autem in impedimento est aliquid, ut purgentur, his confert vomere, per raphanidas frequenter, aliquando autem & post cœnam: etenim hepar ad ambas evacuationes, eam scilicet quæ per subductoria, & eam quæ per vomitus, non impropriè ducendum est. Et hypochondrium, ut utique mollius existens, cataplasmandum, miscendo farinæ hordei de rore marino, & scinco, & artemisia, & absinthio, & abrotono, & gramine, & ruta, & cardamo, & chamæpitye, & allio, & centaurea: hæc enim alterutra urinas movent, quod ægritudini est maximum bonum, & contrahitur viscus. Ventosarum autem appositionem vidi præ manibus existere in Medicis, quando carent eis quæ propria sunt ægritudini; non tamen valde laudo, neque vitupero eam, sed secundùm tempus. In eis enim, scilicet icteris, qui à ventre post eos, qui ab hepate, puto conferre: secundariò verò eis, qui ab hepate quando tumorem aut dolorem habet. In eis autem qui à splene, nihil prodest ventosa: hepar enim & venter applicata phrenibus, possunt evacuari per ventosam versus hypochondrium, propter continuitatem; splen autem nullum commune habet cum phrenibus, sed multùm ab eis distat. Nequaquam igitur oportet eos, qui à splene icteros curare ventosis.

A Mitigatis verò febribus, cerotum apponere, primùm quidem ceram, & resinam coquendo cum cyprino. i. alcanna, & meliloto, & bdellium, ammoniacum miscendo. Ignita verò hypochondria nequaquam lædes, & farinam hordei cum floribus vitis albæ, meliloto cataplasmans: coquere autem oportet melilotum in dulci, & terere cum farina, effundendo de ipso dulci; fit autem id & absque farina per panem mollem. Bibere autem oportet pharmaca in hac ægritudine, succum absinthii infundens in aqua cum nardo. Fortius autem oportet coquere absinthium in aqua, & colatum dare ictericis; optimum enim est pharmacum si quis animosè offerat, non attendens ad amaritudinem. B Et nimirum apparebit tibi magis dulce quàm amarum, esse absinthium: amariora enim novi hoc aristolochiam, gentianam, centauream, & alia multa. Nempe, & prætermittere quid juvativum propter gustum, ingenerosum est; sicut & assumere, quid nocuum propter delectationem, nefandum. Et nimirum patiuntur icterici, quid inconveniens: amara enim eis apparent, quæ sunt dulcia; unde amaritudo quæ inest absinthio, à passione obtusa erit. Bonum autem est bibere ad icterum, & hoc, calaminthen, peristereonem, vocant autem sacram C herbam; acetulosam, lapathium acutum, quod est rubrum in stipite & frondibus, & stipes est quadrangularis, plenus semine, radix verò ejus est lutea: hoc autem per se comestum: & decoctio radicis bibita, citò juvat. Juvat autem & domesticum lapathium similiter; comedere autem oportet, & de ea in prandio, & de decoctione radicum bibere. Nullo autem minus est anchusa, & silphium, & chamæpitys, & erythrodani radix, & rosmarinus, & vocatum hemionium, & subtilis aristolochia, & adiantum, & serpyllum, & hypericon, & struthion: horum enim singulum bibere licet coquendo in aqua, vel D cum vino; vel incisum permiscere cum melicrato vel vino antiquo: utplurimum verò pondus uniuscujusque est ℥. j. Bonum autem est & terere ipsa in aqua, ut in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene in icteris, & sulfur cum ovo sorptum, & allia assa, & cruda comesta, & cæpæ, & raphanides; & melicratum per se est optimum, & cicerum decoctio, & cichorium cum vino, & caulis succus, staphilini radices, & cornu cervi abrasum, & in vino bibitum, & amygdalæ amaræ coctæ in ptissana, & petroselini, & smyrnii molles radices, & anisum, & meu, & acorus, & radices de ponto odoriferæ, maximè

maximè autem asarum, & nardus, & solatri succus, & chamæmelum, & mercurialis, & tamariscus. Hæc enim omnia sunt pharmaca ictericis purgativa; & offerre ipsa oportet, sicut ego cum multa experientia scripsi. Non autem in solis pharmacis faciebam curam, sed diætans quàm maximè: aliquibus enim sola diæta præbuit, quod quærebatur. Optimum autem est post exurrectionem manè à somnis, tentare fricari moderatè cum oleo puro. Coquatur autem in oleo salvia, vel amaricinum, vel artemisia, vel bacca lauri, vel chamæmelum, vel iris, vel nardus, vel casia lignea, vel costus; expurgant enim prædicta colorationes, & sudores movent. Deinde absterso suaviter, ut remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum, vel malagma amathonis, vel polyarchi, vel alicujus talium, quæ primò quidem remittere habent; deinde cyprinum cerotum; & tecto hypochondrio, & superaccincto patiente, ad deambulationem oportet exire; modicum verò moto bibere de prædictis pharmacis. Supra potum autem, modico motu quiescere: deinde ire ad balneum: & ibi priùs moto, & vocitante balneari cum aqua multa & calida: simul enim sudores sic conferunt; simul autem & pruritus cessant, & maximè si nitro & fæce vini usta abstergatur cutis. In balneo autem, & melicratum bibitum confert. Cibaria verò ictericis, & pulmenta, sunt panes bene fermentati, & non multùm puri; ad secessiones enim ii conferunt. Pulmenta verò, præsuccum gaziricum, vel byzanticum antiquum, & raphanides, & capparis cum oxymelite, & pisces mollium carnium, & sexatiles assi, & cum cocco cnidio, & coriandro, & aniso cocti, & ericio, & cum melicrato; hæc autem & ut pharmacum prosunt ducentia ad urinas. Quando autem & terrestris fuerit ericius, non oportet abstinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam: comedere autem salsuginosa, & bibere vinum album odoriferum. Neque ab oleribus oportet abstinere, sed & horum propriè quàm maximè oportet sumere, quæ suavissimè movent mictionem: sunt autem talia, pastinaca, & cartamum, & struthii germina, & scandix, id est endivia, & cuminum, & sesamum, & molles cardui, & fœniculus, & eryngii radix, id est vitiale porrum, & asparagus, & smyrnii stipites, & mercurialis, & omnia talia: bonum est autem & origanum viride. Domesticorum verò olerum, aptissimum est caulis, & orinibum ejus, & siclum, & raphanis, & rapa, & cæpa hortensis, & germen sinapi, & tritio, quæ est de semine ejus, & de allio. Carnium autem, sylvestres sunt meliores domesticis, & elixæ magis, quàm assæ; appendant autem petroselini semine, & anethi, & cumini. Domesticas verò assas oportet comedere, quæ sint juvenescentium. Excipere autem oportet omnia paludosa, & aquatilia, & gallos, nisi moderatè carnosi fuerint. Fructuum verò, ventosi quidem omnes non sunt apti, sed qui sunt visceribus familiares, & urinas provocant, absque quod sint bene cibabiles. Dactylorum verò balani, id est fructus, ita sunt diuretici, ut si quis virides comederit, sanguinosas urinas copiosè faciat. De tragematibus autem, frixa cicera sunt optima. Vinorum autem, alba, & substyptica, & subtilia, & non valde antiqua. Et juvenum melius est oblationem facere post labores & balnea, cavendo à repletione, sicut & ab indigentia: ambæ enim ictericis sunt pessimæ, repletio quidem, propter indigestiones, & eo, quòd obstruit hepar. Indigentia verò propterea, quòd cholericiores ostendit humores, & propter inanimositates, quæ sequuntur ægritudinem secundùm multam necessitatem. Ubique igitur quod est moderatum, est optimum; hoc autem magis, ubi & excessus, & defectus nocumentum non paucum infert, semel, aut bis assumpti. Oportet autem, & tardante ægritudine, peregrinationes tentare, & appensiones, & equitationes, & in sole nudari, & per se natis balneis uti: maximum enim est ab unoquoque eorum juvamentum. Venerea vidi quosdam quidem Medicorum laudantes in hac ægritudine. Manifestum autem est, quòd si quidem utendum est eis, in ultimis declinationibus competunt. Melius verò est magis sobriè diætari in aliis, & in venereis: non enim possunt tantùm juvare remissione & lætitia mentis, quantùm nocent imbecillitate, & infrigidatione corporis, ultra autem quòd infrigidant, tristiores faciunt. Omnino autem bonum animum, & mansuetudinem sistunt excitando, quod contristat. Hæc quidem est diæta ictericorum. Scire autem oportet timendum esse, si hoc te faciente, & pharmacis & adinventionibus nihil ad melius addunt, sed magis fiunt pejores habitibus, hi quidem aquosati, alii autem exiccati. Duæ enim sunt eversiones malignæ, & difficilè tractabiles secundùm ægritudinem; iccirco & à longè prohibere oportet, & obviare eis, & obsistere, humidiores quidem per purgationes, quæ per diuretica, & labores, & solares stationes, & per sudorum eductiones siccando; sicciores verò per bonam nutricationem humectando. Si autem quid remanet in vultu de ictero, quod fieri solet, effusionibus, quæ ad nares, oportet uti. Fortissimum autem est ad hæc elaterium, & cyclamini succus permixti cum lacte, ut non molestent repleto ore aqua: debilior autem est anagallis, & siclum, & nigella, non tamen sunt inutilia. Eligat verò Medicus, quæ conveniunt ægritudini. Purgentur autem primò quidem mucilago, deinde cholera crassa, sicut vitellina. Licet autem his & post balneum uti, citiùs enim evacuant, & simul balneum consolatur, & est minùs mordax. Et hæc est cura ictericorum.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΝ ΝΕΦΡΟΙΣ ΠΑΘΩΝ ΔΙΑΓΝΩΣΕΩΣ ΚΑΙ ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ, ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΟΣΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ.

GALENI DE AFFECTVVM RENIBVS INSIDENTIVM DIGNOTIONE ET CVRATIONE, LIBER ASCRIPTITIVS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Ἄγεται περὶ τῆς τῶν νεφρῶν πεπονθότων φυσιολογίας, καὶ παθολογίας, καὶ διαγνώσεως, καὶ προφυλάξεως, καὶ θεραπείας.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agitur de renum affectorum physiologia, pathologia, dignotione, præservatione & curatione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ τῆς νεφρῶν οὐσίας, καὶ σχήματος, καὶ θέσεως, καὶ ἀριθμοῦ, καὶ μορίων, καὶ τῆς ἐνεργείας.

Περὶ οὐσίας νεφρῶν.

Ἡ οὐσία τῶν νεφρῶν ἰδία, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ μορίῳ κοινή, ἐξ ἰνῶν καὶ σαρκῶν συνεστηκυῖα, σαρκῶν δὲ πυκνῶν. γέγονε δὲ τοιαύτη, ἵνα μὴ ῥᾳδίως τὸ αἷμα φερόμενον, ἀπορρῇ, καὶ ἐκχῆται, καὶ φέρηται μετὰ τοῦ οὔρου. ἡ σαρκοειδὴς αὕτη οὐσία πολλὰς ἔχει ἐν αὐτῇ περιγραφάς. καὶ ἐπειδὴ καθ' ἑκάστην περιγραφὴν τῆς οὐσίας λίθοι γίνονται, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, διὰ τοῦτο καὶ χαλεπαὶ γίνονται ὀδύναι ἐν αὐτοῖς. καὶ ταῦτα μὲν περὶ οὐσίας.

CAPUT I.

De renum substantia, figura, situ, numero, partibus, & functionibus.

De renum substantia.

SUBSTANTIA renum propria, nullique alteri parti communis, ex fibris & carne constructa est, carne, *inquam*, densa. Talis autem creata est, ut qui sanguis ad renes defertur, haud facilè defluat, effundatur, abeatque cum urina. Ipsa carnosa substantia multos habet in se valvulos: & quia in singulis substantiæ valvulis calculi plerumque gignuntur, propterea graves in eis oriuntur dolores. Atque hæc de *renum* substantia dicta sint.

De renum figura.

Figuram autem habent renes sigmoideam, in medio cavitas existit, quæ per venas & arterias serosum excrementum excipit. Nam ad renes non solæ majores venæ, quarum aliæ in cavitatem inseruntur, aliæ in membranam ipsos circuntegentem, sed & alia vascula capillaria deferuntur.

Cur ren dexter sublimior, & sinister demissior?

Ne in functione alter attrahat, alter aliò rapiat.

Qua in parte corporis siti sunt?

Siti sunt ad spinam renes paulò altiùs quàm ilia. Ex his autem oriuntur ureteres, qui urinam in vesicam deducunt. Ureterum substantia propria est, nullique alteri parti communis.

Cur non unicus, sed duo renes à natura procreati sunt?

Quòd serosum excrementum alia corporis excrementa ubertate exuperet, ipsisque *renibus* usus sit serosum id excrementum attrahere. Scire namque oportet à cava venam *descendentem* ad partes inferiores deferri, duosque in ramos eam secari; atque eorum alterum sursum, alterum deorsum decurrere. Qui deorsum abit, rursum tres in venas manifestè dividitur. Prior enim *cruralis*, ad crura; altera *pudenda*, ad testes; posterior *renalis*, ad renes porrigitur. Procedunt quoque è corde arteriæ, quæ serosum excrementum, caloremque ejaculantur, ut ab eis renes calefiant. Quandoquidem renes ex seroso excremento sunt, *frigentque*; ut lien ex melancholico humore, ob idque à dictis arteriis calor renibus suggeritur, ut eorum frigus evinceret. Postquam verò serosum id excrementum renes attraxerunt, utilem sanguinem retinent, ex eoque nutriuntur; serosum autem excrementum tanquam inutile ab excretrice facultate expellitur. Sed quandiu in venis & arteriis cum sanguine moratur, serosum excrementum dicitur; quum autem ex his expulsum est, urina nominatur. Proinde quod in sanguine utile est, hi retinent, ex eoque nutriuntur; quod verò inutile, id expellunt. Et quemadmodum vesicula fellis bile oblectatur, & lien humore melancholico: sic & hi renes seroso excremento.

De renum actione.

Renibus functio est serosum humorem à sanguine secernere, & percolare. Atque hîc quidam functionis eorum usus est. At non solùm renis, sed & cujusque partis functio perquiritur; quum enim ea læditur, quæ sit pars affecta ipsa indicat.

A Περὶ σχήματος νεφρῶν.

Σχῆμα δὲ ἔχουσι σιγμοειδὲς, ἐν μέσῳ δὲ κοιλότης ἐστὶν, ἣ ὑποδέχεται διὰ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὸ ὀρρῶδες περίττωμα. ἔρχονται δὲ εἰς τοὺς νεφροὺς οὐ μόνον αἱ μείζους φλέβες, ὧν αἱ μὲν εἰς τὴν κοιλότητα βάλλουσιν, ἕτεραι δὲ εἰς τὸν περιαλείφοντα αὐτοὺς ὑμένα, ἀλλὰ καὶ ἕτερα ἀγγεῖα τριχοειδῆ.

Διατί ὁ μὲν δεξιὸς νεφρὸς, ὑψηλότερος· ὁ δὲ ἀριστερὸς, ταπεινότερος;

Ἵνα μὴ ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ὁ μὲν ἕλκῃ, ὁ δὲ ἀνθέλκῃ.

B Ἐν ποίῳ κεῖνται τῶν μερῶν τοῦ σώματος;

Κεῖνται οἱ νεφροὶ κατὰ τῆς ῥάχεως ἀνώτερον βραχὺ τῶν λαγόνων. ἀπ' αὐτῶν δὲ ἐκφύονται οἱ οὐρητῆρες διάγοντες τὸ οὖρον ἐπὶ κύστιν. ἡ οὐσία τῶν οὐρητήρων ἰδία, καὶ οὐδενὶ ἑτέρῳ μορίῳ κοινή.

Διατί δύο νεφροὶ γεγόνασιν ὑπὸ τῆς φύσεως, ἀνθ' ἑνός;

Ἐπειδὴ ὑπεραίρει τὸ ὀρρῶδες περίττωμα τῶν ἄλλων περιττωμάτων, χρεία δὲ αὐτοῖς τὸ ἕλκειν τὸ ὀρρῶδες περίττωμα. δεῖ γὰρ εἰδέναι ὅτι ἀπὸ τῆς κοίλης φέρεται φλὲψ ἐπὶ τὰ κάτω, διχῆ δὲ αὕτη τεμνομένη, τὸ μὲν ἄνω φέρεται, C τὸ δ' ἕτερον κάτω. ὅπερ πάλιν τριχῆ τεμνόμενον δηλονότι τὸ κάτω. τὸ μὲν εἰς τοὺς μηροὺς· τὸ δ' εἰς τοὺς ὄρχεις· ἄλλο δ' εἰς τοὺς νεφροὺς φέρεται. φέρονται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς καρδίας ἀρτηρίαι ἐμβάλλουσαι καὶ αὐταὶ ὀρρῶδες περίττωμα καὶ θερμότητα, ἵνα θερμαίνωνται ὑπ' αὐτῶν. ἐπειδὴ οἱ νεφροί εἰσιν ἐκ τοῦ ὀρρώδους περιττώματος, ὥσπερ καὶ ὁ σπλὴν ἐκ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ, διὰ τοῦτ' οὖν παρὰ τῶν εἰρημένων ἀρτηριῶν χορηγοῦνται θερμότητος, ἵνα ὑπερνικήσωσι τὴν ψύξιν αὐτῶν. μετὰ δὲ τὸ ἕλ- D ξαι τὸ ὀρρῶδες περίττωμα, τὸ χρηστὸν τοῦ αἵματος κατέχουσι καὶ τρέφονται ἐξ αὐτοῦ· τὸ δὲ ὀρρῶδες περίττωμα ἀποπέμπεται διὰ τῆς ἀποκριτικῆς, ὡς ἄχρηστον. ἐν ὅσῳ δὲ ἐστὶν ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις σὺν τῷ αἵματι, ὀρρῶδες περίττωμα λέγεται. ὅταν δ' ἀποδιωχθῇ, λέγεται οὖρον. ὥστε οὖν τὸ χρηστὸν τοῦ αἵματος κατέχουσιν οὗτοι, καὶ τρέφονται ἐξ αὐτοῦ· τὸ δ' ἄχρηστον ἀποπέμπονται. καὶ ὥσπερ ἡ χοληδόχος κύστις χαίρει τῇ χολῇ, καὶ ὁ σπλὴν τῷ μελαγχολικῷ χυμῷ, οὕτω καὶ οὗτοι τῷ ὀρ- E ρώδει περιττώματι.

Περὶ ἐνεργείας νεφρῶν.

Ἐνέργεια δ' αὐτοῖς, τὸ διακρίνειν καὶ διηθεῖν τὸ ὀρρῶδες ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ αἵματος. ἐνταῦθα δέ τις ἡ χρεία τῆς ἐνεργείας αὐτῶν. ζητεῖται δὲ οὐ μόνον νεφροῦ, ἀλλ' ἑκάστου μορίου ἐνέργεια· ὁπηνίκα γὰρ αὕτη βλάπτεται, ἀποφαίνει ὁποῖόν ἐστι τὸ πάσχον μόριον.

F

CAPUT II.

Calculorum ortus, & causæ; & cur pueris in vesica; & adultis in renibus frequentiùs procreentur calculi.

Omnis ipsius renis affectus, nephritis dicitur, sive similaris sit, sive organicus, sive communis; propriè tamen nephritis, lithiasis appellatur.

Calculi causæ.

Calculi verò causæ quatuor sunt, efficiens,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ἡ τῶν λίθων γένεσις, καὶ αἰτίαι, καὶ διότι οἱ λίθοι τοῖς μὲν παιδίοις ἐν κύστει, τοῖς δ' ἀκμάζουσιν ἐν τοῖς νεφροῖς τὰ πλεῖστα γίνονται.

Πᾶν πάθος περὶ αὐτοὺς λέγεται νεφρῖτις, εἴτε ὁμοιομερές ἐστιν, εἴτε ὀργανικὸν, ἢ ἐπίκοινον· κυρίως δὲ νεφρῖτις ἡ λιθίασις λέγεται.

Αἰτίαι τοῦ λίθου.

Αἱ δὲ τοῦ λίθου αἰτίαι τέσσαρες· ποιητικὸν,

ὑλικόν, ὀργανικόν, καὶ τελικόν. τοῦτο ἐκ τῶν ἔξωθεν μανθάνεις, ὅτι ποιεῖ ἔξωθεν λίθου σύστασιν, ἢ ψῦξις, ἢ θερμότης· ὥσπερ ἐν ὑπονόμοις καὶ σωλῆσι τῆς θερμότητος ἐγγινομένης ἀπὸ ὕλης ἀδιαπνευστούσης· οἷον ὕδατος ὄντος ἐν τῷ σωλῆνι γίνεται θερμότης παρὰ φύσιν. ταύτης δὲ διαφορούσης τὸ λεπτομερὲς ἐκείνου ἰλυώδους ὕδατος, τὸ παχυμερὲς ἀπογαιοῦται, καὶ μένον ἐν τῷ σωλῆνι προστίθεται τῇ οὐσίᾳ τοῦ λίθου, καὶ οὕτως γίνεται λίθος. καὶ ἄλλο σαφὲς παράδειγμα. πολλάκις ἐν λέβητι ὁρῶμεν λίθους γινομένους, τοῦ ὕδατος τὸ λεπτομερὲς διαφθειρομένου, καὶ μένοντος τοῦ γεώδους καὶ παχυμεροῦς, καὶ οὕτως προστίθεται τῇ οὐσίᾳ τοῦ λέβητος, ἢ ἄλλου χαλκοῦ, καὶ γίνεται λίθος. ἐν ἡμῖν δὲ ψῦξις λίθον οὐ ποιεῖ. οὐδὲ γὰρ ἐν ζῶντι σώματι δυνατὸν ὑποστῆναι τοσαύτην ψῦξιν, ὡς δυνηθῆναι τὴν ψῦξιν ποιῆσαι λίθον ἡμῖν, ὡς ἐπὶ τῶν ἐκτὸς ὁρῶμεν γινόμενον. ἀλλὰ ἀπὸ θερμότητος ἐν ἡμῖν γίνεται λίθος, ἢ σφοδρᾶς, ἢ χλιαρᾶς. ἀλλ' εἰ μὲν παχεῖά ἐστιν ἡ ὕλη, τότε ἀρκοῦσά ἐστι καὶ ἡ χλιαρὰ καὶ μετρία καὶ κατὰ φύσιν θερμότης, πρὸς τὸ ἰσχῶσαι καὶ ἀπογαιῶσαι τὴν παχεῖαν ὕλην· ἑτοίμη γὰρ ὡς παχεῖα πρὸς τὴν γένεσιν τοῦ λίθου. εἰ δὲ λεπτοτέρα ἐστί, τότε πάνυ σφοδροτέρας δεῖται τῆς κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν θερμότητος, ἵνα ἀπογαιώσῃ αὐτήν. θέλει γὰρ διαφορῆσαι τὸ λεπτομερὲς αὐτῆς, καὶ οὕτως ἵνα ἰσχώσῃ ποιῆσαι λίθον. ἁπλῶς γοῦν ἀπὸ θερμότητος γίνεται ἐν ἡμῖν λίθος. ὑλικὸν δὲ αἴτιον, ἢ παχὺς, ἢ γλίσχρος χυμὸς, ἢ ἀμφότερα. ὀργανικὸν δὲ αἴτιον, νεφρὸς, ἢ κύστις, ἢ ἕτερον ἐπιτήδειον μόριον. τελικὸν δὲ, οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα εἰπεῖν, εἰ μὴ αὐτὸν τὸν λίθον. τὸ φερόμενον αἷμα ἐν αὐτοῖς, ἢ παχύτερόν ἐστιν ἑαυτοῦ, ἢ φλεγματικώτερον, ἢ μελαγχολικώτερον, ἢ ξανθοχολικώτερον. φέρεται δὲ ἐν αὐτοῖς διὰ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν, ἢ ἐν τῇ κοιλότητι, ἢ ἐν τῇ οὐσίᾳ καὶ ἐκεῖ φερόμενον ὑπερβάλλον τῇ ποσότητι, ἢ τῇ ποιότητι, ἢ τῇ συστάσει σφηνοῦται, καὶ ἵσταται, καὶ ἴσχει θερμότητα παρὰ φύσιν. αὕτη δὲ ἡ παρὰ φύσιν θερμότης πλεῖον παχύνει, καὶ καταγλισχραίνει, καὶ ὀξυπυροπτᾷ, καὶ ἀπογαιοῖ τὸν χυμὸν ἐκεῖνον, καὶ ποιεῖ τὸν λίθον. ὅσοι μὲν ἡγοῦνται κατὰ τὴν κοιλίαν τῶν νεφρῶν συνίστασθαι τοὺς λίθους, ἐν τῇ διεξόδῳ μόνῃ τῇ κατὰ τοὺς οὐρητῆρας ὀδυνᾶσθαι φασὶ τοὺς πάσχοντας. ὅσοι δὲ ἐν αὐτῇ αὐτῶν τῇ σαρκὶ ἀνάλογον τοῖς ἐπὶ τῶν ἀρθριτικῶν πώροις, οὐκ ἐν μόναις ταῖς διεξόδοις, ἀλλὰ καὶ καθ' ὃν γίνονται χρόνον ἐνταῦθα καὶ καθ' ὃν εἰς τὴν κοιλίαν διεξέρχονται τῶν νεφρῶν. οὐκ ἀδύνατον δὲ ἑκατέρως γίνεσθαι, γλίσχρου χυμοῦ, καὶ παχέος ἐν τῷ χρόνῳ κατοπτωμένου τε καὶ ξηραινομένου κατ' αὐτούς. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν ὁ νεφρὸς, ὅσονπερ ἐν ταῖς φλεψὶν ὀῤῥῶδές τε καὶ λεπτὸν ἀναμέμικται τῷ αἵματι. τῶν οὖν εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ διηθούντων τοιούτων πόρων, ἐπὶ πλέον ἀναστομωθέντων συνδιηθεῖταί τι καὶ παχύτερον, ὅπερ θερμαινόμενον καὶ ξηραινόμενον ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ νεφροῦ, πωροειδῆ λαμβάνει σύστασιν. ἐὰν μὲν οὖν ἡ τοῦ νεφροῦ δύναμις ἀποκριτικὴ διώσηται πᾶν αὐτὸ ἐν τοῖς οὔροις, ἢ ψαμ-

substantiam pleniorem habent; quæ multùm nutriunt; quæ celeriter distribuuntur, ante perfectam concoctionem; quæ fluitant; quæ difficilè secedunt; quæ flatus pariunt; quæ vias obstruunt, aut aliter corporibus pertinaciùs adhærescunt. Nam ventriculus talibus alimentis gravatus, cruda hæc jecori & renibus distribuit, quodque crudum confertim expulsum est, malè trajicitur, atque cum tumultu semel atque iterum ad renes traductum in calculos concrescit ob diuturnam renis percussionem. Vinum autem sit tenue admodum, & album, non valde vetustum; dulcia vina & nigra calculosis sunt inepta. Aqua verò in universa victus ratione, purissima sit oportet, & expurgata. Nam fluviales, palustres, & omnes stagnantes aquæ, & quæ segniter fluunt, quòd non expurgentur, lapides procreare queunt. At, ut concisè loquar, victus omnis frigidioribus temperamento & carnosis esto valdè extenuans; calidioribus, & gracilibus inter extenuantia & crassescere facientia medius. Ab aliorum omnium satietate cavere oportet, ac potissimum dulcium & crustaceorum alimentorum, & crassorum, & lentorum, & adiposorum. Undecunque adversissima existimanda est cruditas, in quam si quis inciderit, is somno diutius, aut quieti prorsus indulgeat, & hypochondria propriis manibus calefaciat, donec probè cocta sint omnia, & infra subsidant. In temperatis locis & puro aëre sint consuetudines quibus horæ sunt integræ; iræ promoveantur, deambulationes & exercitationes ad ægrotantis naturam commoderatæ sint; desidia namque noxia. Alvum liberam habere perpetuò oportet, nisi quid aliud obsistat; quum enim hæc probè excernit, liberè profluent urinæ. Unctionibus autem, si uti oporteat, & quum oportet, sint quæ partes ab affectu tueri queant, ut sunt phœnigmi, dropaces, & sinapismi. Aquarum etiam sponte natarum usus prodest, si nihil prohibeat. Accuratè verò perpendenti, quum tulerit tempus, opportunè vena secanda est, si sanguis exuberare videatur; qui namque exuberat, eum nisi vacuaveris, in partem imbecilliorem omnino confluet. Sed purgationibus uti necessarium est in iis, qui pravis scatent humoribus. Qui aliquantulum inordinatè degunt, humoremque crudum in superiori ventriculo multùm colligunt, ii frequenter à cœna evoment, nisi quid ipsis obstiterit. Post *adhibitam* universo corpori providentiam per locos communes offerenda sunt medicamenta quæ renes expurgent, ut aperientia quæ urinas crassissimas, lentas, fœtidas, & copiosas à venis, renibus, ureteribus, & vesica educunt, ut sunt radicis cardui decoctum, & alia prædicta. Sæpenumero etiam usui sunt quæ urinas movent. Hæc itaque communiter ad memoriam cunctis hominibus, neque ad perfectam doctrinam exposita sunt. Sed tibi gratia est habenda, quoniam propter te sunt omnia tradita. Quum autem mihi non sit satis, ex solo affectu perfectam & accuratam curationem assequutum fuisse, sed hos præterea aliis genere similibus indigere, eorum iterum meminisse oportet. Variatur enim curatio pro diversis causis, ætatibus, regionibus, anni tempestatibus, habi-

πολυσιτία, καὶ πολύτροφα, καὶ τὰ ἀθρόως ἀναδιδόμενα, πρὸ τῆς τελείας πέψιος· τά τε ἐπιπολάζοντα, καὶ δυσκόλως ὑποχωρέοντα, καὶ ἐμπνευματοῦντα, καὶ ἐμπλαστικὰ, ἢ ἄλλως ἐγκαθίζοντα τοῖς σώμασιν ἐπιμόνως. πονέουσα γὰρ ἡ γαστὴρ ἐπὶ τῶν τοιούτων σιτίων, μεταδίδωσιν αὐτὰ ἄπεπτα ἥπατι καὶ νεφροῖς. καὶ τὸ ἀθρόως δὲ ἄπεπτον ἀπενεχθὲν, ἀφυῶς ἐξυλίζεται, καὶ σὺν θορύβῳ διεξελθὸν ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τοὺς νεφροὺς λίθους ὑφίσταται, διὰ τὴν τοῦ νεφροῦ χρονίαν μάστιξιν. οἶνος δὲ ἔστω πάνυ λεπτὸς, καὶ λευκὸς, καὶ μὴ πάνυ παλαιός· οἱ δὲ γλυκεῖς τῶν οἴνων καὶ οἱ μέλανες, ἄθετοι τοῖς λιθιῶσι. χρὴ δὲ καὶ τὸ ὕδωρ παρὰ πᾶσαν τὴν δίαιταν καθαρώτατον εἶναι καὶ διυλισμένον. τὰ γὰρ ποτάμια, καὶ λιμναῖα, καὶ πάντα τὰ στάσιμα, καὶ βραδύπορα, οὐ κενοῦντα, τοὺς λίθους ποιήσειαν ἄν. συντόμως δὲ εἰπεῖν, πᾶσα ἡ δίαιτα, ἐπὶ μὲν τῶν ψυχροτέρων τὴν κρᾶσιν καὶ πολυσάρκων, ἀκριβῶς λεπτύνουσα ἔστω. ἐπὶ δὲ τῶν θερμοτέρων καὶ κατίσχνων ἡ μέση τῶν λεπτυνόντων καὶ παχυνόντων. τὸ δὲ κατακορὲς τῶν ἄλλων ἁπάντων φυλάττεσθαι χρὴ, καὶ μάλιστα τῶν γλυκέων καὶ τυρωδῶν τροφῶν, καὶ παχέων, καὶ γλίσχρων, καὶ πιμελωδῶν. ὅθεν καὶ ἀπεψίαν πολεμιωτάτην νομιστέον εἶναι, καὶ εἴποτε περιπέσῃ ἐν τῷ ὕπνῳ μενέτωσαν, ἢ ἡσυχίᾳ παντελῶς, καὶ θαλπέτω τὰ ὑποχόνδρια διὰ τῶν οἰκείων χειρῶν, ἕως οὗ πάντα καλῶς πεφθῶσι, καὶ κάτω ὑπέλθωσιν. ἐν εὐκράτοις δὲ τόποις καὶ ἀέρι καθαρῷ αἱ διατριβαὶ ἔστωσαν, ἐν οἷς αἱ ὧραι ἄθραυστοι· παραλαμβανέσθωσαν δὲ καὶ χολαί· περίπατοι καὶ γυμνάσια πρὸς τὴν τοῦ κάμνοντος φύσιν ἔστωσαν σύμμετρα. ἡ γὰρ ἀργία βλαβερά. τὴν δὲ γαστέρα ἄλυπον ἔχειν ἀεὶ, εἰ μὴ ἕτερόν τι προϊστάμενον ᾖ. ταύτης γὰρ καλῶς ὑπιούσης, ἀκωλύτως οὐρήσεις γίνονται. ἀλείμμασι δὲ χρῆσθαι ἐὰν δέῃ, καὶ ὅτε δέῃ, τοῖς δυσπάθειαν τοῖς τόποις περιποιεῖν δυναμένοις, ὥς εἰσι τὰ φοινίσσοντα, καὶ δρώπακες, καὶ σιναπισμοί, καὶ ἡ τῶν αὐτοφυῶν δὲ ὑδάτων χρῆσις ὠφέλιμος, ἐὰν μηδὲν ἐστι τὸ κωλῦον. πεφροντισμένως δὲ ἔχειν τοῦ κατὰ καιρὸν ἐπιτηδείως φλεβοτομεῖν, εἰ δοκεῖ πλεονάζειν αἷμα. πλεονάσαν γὰρ, εἰ μὴ κενώσειας, πάντως συῤῥυήσει εἰς τὸ ἀσθενέστερον. ἐπιτήδειον δὲ καθαρσίαις τοῖς κακοχύμοις χρῆσθαι. ἐπὶ δὲ τῶν πως ἀτακτούντων, καὶ χυμὸν ἄπεπτον ἐν τῇ ἄνω γαστρὶ ἀθροιζόντων πολὺν, συνεχῶς ἀπὸ δείπνου ἐμέτωσαν, εἰ μηδὲν ἐστιν αὐτοῖς τι προϊστάμενον. μετὰ δὲ τὴν τοῦ ὅλου σώματος πρόνοιαν, δεῖ τοπικῶς καθαίροντα φάρμακα προσφέρειν, οἷα τὰ ἐκφρακτικὰ, καὶ οὖρα παχύτατα, καὶ γλίσχρα, καὶ δυσώδη, καὶ πολλὰ, ἀπό τε φλεβῶν, νεφρῶν, οὐρητήρων, καὶ κύστεως ἄγοντα, ὡς σκολύμου ῥίζης ἀφέψημα, καὶ τὰ προειρημένα. πολλάκις δὲ καὶ διουρητικὰ χρήσιμα. ταῦτα μὲν οὖν κοινῶς εἰς ὑπόμνησιν πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὐ εἰς τελείαν διδασκαλίαν ἐκτέθειται. σοὶ δὲ καὶ τούτου ἕνεκα χάρις, ἐπεὶ καὶ τὸ πᾶν διά σε. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀρκούμεθα ἐκ μόνης τῆς διαθέσεως τελείαν ἀπαλλαγὴν καὶ ἀκριβῆ καταλαβέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν συστοίχων ἔτι δεόμεθα, χρὴ καὶ τούτων ἔτι μνημονεῦσαι. ἐξαλλάττεται γὰρ ἡ θεραπεία κατὰ τὰς διαφόρους αἰτίας, ἡλικίας, χώρας, ὥρας, ἕξεις

τε καὶ διαθέσεις, ἤθη, ἔθη, κράσεις, εὐαισθησίας, δυσαισθησίας, μορίων ἐναλλαγὰς, θέσεις, καὶ ἕτερά τινα. ὥστε χρὴ τὸν ἄριστον ἰατρὸν ἀκριβῶς εἰδέναι τὸ κατὰ φύσιν. ὃς γὰρ ἀκριβῶς οἶδε τὸ κατὰ φύσιν, ταχέως εἴσεται καὶ τὸ παρὰ φύσιν. ἐπεὶ οὐ μόνον τὰ προειρημένα αἴτια ἐξαλλάττουσι τὴν θεραπείαν, ἀλλὰ καὶ αἱ ἰδιότροποι φύσεις, ἐφ᾽ ὧν οὐχ ἁρμόζει τὰ ἐπὶ πλεῖστον δοκιμασθέντα φάρμακα· πολλάκις γὰρ ἀποτυγχάνουσι. τούτου ἕνεκα παρατηρεῖν χρὴ, κἂν μὴ ὑπακούοι τῆς θεραπείας, διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς φύσεως, ἢ τὴν τοῦ πάθους κατασκευὴν, ἢ τι ἄλλο τούτων, ἀφιεμένους μεταβαίνειν ἀναγκαῖον ἐπὶ τὰ πάντως ὠφέλιμα. τοῦτο δὲ μηδὲ μόνον ἐπὶ φαρμάκων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων βοηθημάτων τε καὶ διαιτημάτων ποιητέον. τῶν δὲ προῤῥηθέντων ἰδιοτήτων τε καὶ ἑτέρων τινῶν ἀῤῥήτων οὐ πάντες οἱ τὴν τέχνην κατεργαζόμενοι, εἰ καὶ ἴσως ἐλλογιμώτεροι τῶν ἄλλων, ἀλλ᾽ οἱ ἀεὶ προσκαθήμενοι καὶ τὰ κινήματα τῆς φύσεως ἀνιχνεύοντες. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ τεχνικοῦ στοχασμοῦ ἀποτυγχάνουσι φάρμακα δι᾽ ἄῤῥητόν τι καὶ ἴδιον, δεῖ διὰ τὴν τοῦ κατεπείγοντος σφοδρότητα ἐπὶ τὰ τῶν παλαιῶν ἄῤῥητα, καὶ καθ᾽ ὅλην τὴν οὐσίαν ἐνεργοῦντα χωρεῖν, ἃ ἐκ πείρας καὶ ἀλόγου τριβῆς εὑρημένα εἰσὶν, ὡς τρωγλοδύτου καὶ λαγωοῦ δέρμα κεκαυμένον, καὶ αἷμα τράγειον, ἢ ἕτερα ἄπειρα ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα. ὧν καὶ τὰ πλεῖστα βδελυρὰ, ἃ ἡ ἄλογος τριβὴ ἐφεῦρεν, ἢ ἐκ φύσεως, ἢ ἐκ τύχης, ἢ αὐτοσχεδίου, ἢ ἐκ τοῦ μιμητικοῦ, ἢ ἐξ ὀνειράτων, ὡς ὁ τρωγλοδύτης, ἢ ἐκ χρησμῶν, ἢ ἐκ μαθήσεως, ἢ ἐξ ἑτέρων τινῶν, ἐξ ὧν συνέστηκεν ἡ ἐμπειρική. ἐπεὶ δὲ ἄῤῥητα πάντα ταῦτα καθ᾽ ἡμᾶς, οὐ δεῖ ἐπὶ τούτοις μέγα θαῤῥεῖν, διὰ τὸ ἀγνοεῖν τὸν τρόπον τῆς αὐτῶν ὠφελείας. Εἰ δέ ποτε προσφερόμενον διά τινα βίαν, οὐ δεῖ καταχρῆσθαι τούτοις, ἵνα μὴ ὡς ἀῤῥήτως ἡμᾶς ὠφελοῦντα, καὶ ἀῤῥήτως βλάψωσι. δεῖ δὲ τὸν μέλλοντα κατὰ λόγον πράττειν ἰατρὸν, κατὰ τὰς δραστικὰς ποιότητας, δυνάμεις τε, καὶ ἐνεργείας σεμνύνεσθαι καὶ θαῤῥεῖν, ὡς εἰδότα διὰ τῆς μεθόδου τὴν δύναμιν θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ, ξηροῦ τε καὶ ὑγροῦ, τῶν τε στρυφνῶν, αὐστηρῶν, ὀξέων, γλυκέων, ἁλυκῶν, πικρῶν, δριμέων, ἀποίων, παχυμερῶν τε καὶ λεπτομερῶν, τήν τε ἐνέργειαν τῶν ἐκφρακτικῶν, ἐπισπαστικῶν, ἐμπλαστικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν κατὰ μέρος. ἐπεὶ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ῥητὴ ἡ τῶν θρυπτόντων τοὺς λίθους ὕλη, μᾶλλον τούτοις χρῆσθαί γε δέον, ἢ τοῖς ἀῤῥήτοις, οἷον δαμασωνίῳ, πετροσελίνῳ, πολυτρίχῳ, καὶ τοῖς ὁμοίοις κατὰ δύναμιν τούτοις. ἀλλὰ καὶ τὰ χλιαρὰν ἔχοντα δύναμιν, οὐκ ἄθετα εἶδος. καὶ ταῦτα δὲ διὰ τὸ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀποτυγχάνειν, δεῖ καὶ ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς ἐπὶ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς μέγιστα καὶ κυρίως μυστηριώδη χωρεῖν. τούτοις γὰρ ἐγὼ πιστεύω, καὶ ὁμολογῶ μὴ μόνον τὰ σωματικὰ πάθη καὶ ἀπηγορευμένα παρὰ πάντων τῶν ἰατρῶν φυγαδεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ ψυχικὰ τελείως ἀφανίζεσθαι. λοιπὸν τὸν λόγον ὡς τὴν ὑπόθεσιν ἰδικῶς πρός σε τρέπομεν.

tibusque & dispositionibus, moribus, consuetudinibus, temperamentis, sensus facilitate & difficultate, partium permutationibus, posituris, & quibusdam cæteris. Quamobrem optimum Medicum accuratè id nosse oportet, quod secundùm naturam est. Qui namque quod secundùm naturam est exquisitè novit, quod præter naturam est, celeriter agnoscet. Quum autem non solùm prædictæ causæ curationem variant, verùm etiam peculiares naturæ, propter quas medicamenta utplurimùm probata haud congruunt; plerumque enim sunt irrita. Cujus rei gratiâ observare oportet, quæ nisi curationi obtemperent ob naturæ proprietatem, vel affectus apparatum, vel aliud quidpiam, his relictis ad alia planè utilia transire necessarium est. Idque non solùm in medicamentis, verùm etiam aliis omnibus cùm auxiliis tum vivendi institutis faciendum est. Verùm commemoratas priùs proprietates, & alia quæ narrata non sunt, non omnes qui ad artem accedunt, etiamsi cæteris argutiores sint, sed qui perpetuò *laborantibus* assident, naturæque motus explorant, assequuntur. Quod si ob abditam & propriam facultatem, artificialem conjecturam medicamenta fallant, oportet propter rei prementis vehementiam ad veterum abdita, & à tota substantia agentia descendere, quæ experimento & irrationali exercitatione comperta sunt, ut passer troglodytes, leporina pellis cremata, sanguis hircinus, & alia infinita, tam simplicia, quàm composita medicamenta; quorum multa abominanda sunt, quæ exercitatio irrationalis invenit; vel natura, vel fortuna, vel ex tempore, vel imitatione, vel in somnio, vel oraculis, vel traditione, vel aliis quibusdam, ex quibus Empirice constat. Quum autem abdita hæc omnia apud nos sint, in his non magnopere fidendum est, quod utilitatis eorum ratio ignoretur. Quòd si ob quandam necessitatem his utamur, his abutendum non est, ne quemadmodum abdita facultate nos juvarunt, abdita quoque lædant. Qui autem evasurus est Medicus, eum ratione agere oportet, & in iis, quæ manifestè agunt, qualitatibus, facultatibus, & actionibus gloriosè versari, & fiduciam ponere; quemadmodum & nosse methodo facultatem calidi, frigidi, sicci, humidi; acerborum quoque, austerorum, acidorum, dulcium, salsorum, amarorum, acrium, qualitatis expertium; nec non quem effectum præstent quæ crassarum sunt partium, quæ tenuium, quæ aperiunt, quæ attrahunt, quæ emplastica sunt, & alia sigillatim. Quoniam verò utplurimum conterentium lapides medicamentorum materia manifesta ac definita est, hac uti magis oportet, quàm quorum facultas est abdita; veluti damasonio, petroselino, polytricho, & his facultate similibus; sed & quæ tepidam habent facultatem specie haud improbanda. Atque hæc quum multoties fuerint irrita, decet etiam nos Christianos ad maxima quæ apud nos sunt verè arcana confugere. His enim ego credo, & confiteor non solùm corporis affectus, & de quibus omnes Medici desperarint, fugari; verùm etiam animi *pathemata* penitus extirpari. Reliquum sermonem ad te peculiariter tanquam hypothesin convertemus.

CAPUT VI.

De esculentis ac poculentis ad calculorum præcautionem & curationem idoneis.

QUum multa sint quæ sanitatem tuentur instaurantque, ab alimento necessario exordiendum est; nam aliis auxiliis quocunque tempore non utimur, sed citra alimentum neque sani, neque ægrotantes vivere planè non possumus. Quoniam verò unica tutior est & compendiosissima via ad affectus propulsationem victus ratio; aliorum medicamentorum abusus & permutatio multis, ut plerumque conspexi, morbos invexerunt. Quum itaque calidius & humidius temperamentum sortitus sis (Sol animæ meæ) & ætatem puerilem, vires imbecillas, habitum gracilem, dispositionem raram, prætereaque exquisitum sensum, tibi ob temperamentum, ætatem, habitum, & dispositionem, qualitate similia tum alimenta, tum poculenta, & quæcunque possis concoquere; assumenda sunt; sed ea ob virium imbecillitatem pauca & sæpe; pauca quidem ob imbecillitatem, bajulo namque per onus idoneumque esse decet; sæpe verò ob urgentem usum. Athletis enim, viatoribus, militibus, & quibuscunque valida exercitia obeuntibus, & citra læsionem valentibus non conceditur eligere tum cibaria, tum pocula quæ offerenda sunt; his enim uti necesse est quæ suppetunt. At hi non tantùm ita debent vivere; verùm etiam qui urbanis negotiis implíciti sunt, aut vitam ducunt laboriosam, peristaticam vocatam. Quoniam verò hodie res tuas quietus agis, hyeme comedes plurima; plurima dico, non pro tuis viribus, sed pro reliquarum anni tempestatum ratione. Id & Hippocrates nostræ artis princeps imperat: *Æestate & autumno cibos gravissimè ferunt, hyeme facillimè, vere minùs.* Idem rursus in alio ait: *Ventres hyeme & vere calidissimi natura sunt, & somni longissimi.* In his itaque tempestatibus plura alimenta exhibenda sunt; etenim calor innatus multus est, ideo pleniori alimento indigent. Indicio sunt ætates & athletæ. Bibendum quoque paucissimum, pro cæterarum anni tempestatum ratione. Sitque potus vinum album & tenue, neque admodum vetus. Opsonia eo tempore, utplurimùm cocta sint. Oleribus & leguminibus parcè utendum. Hæc autem frequentiùs calida & sicca, non propter temperamentum & ætatem accipienda sunt, sed propter tempestatis ametriam. Succedente vere, potus uberior dilutiorque paulatim admittendus, & esculenta molliora & pauciora. Opsonia quoque ex assis in elixa commutanda. Olera etiam consequenti serie usurpanda. Verùm ad horum translationem non universè, sed particulatim te accedere oportet, ne ex universa ac subita mutatione læsionem subeas, ut loquitur Hippocrates: *Confertim & repente vacuare, vel implere, vel calefacere, vel refrigerare, vel utcunque aliter corpus movere, periculosum; nam omne nimium naturæ inimicum est; verùm quod paulatim fit, securum est, cùm aliàs, tum maximè si quis ab alio ad aliud transierit.* Uberiorem dico, &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Περὶ σιτίων τε καὶ πομάτων τῶν πρὸς τὴν τῶν λίθων προφύλαξίν τε καὶ θεραπείαν ἐπιτηδείων.

ΠΟλλῶν ὄντων τῶν τῆς ὑγείας περιποιητικῶν, ἀπὸ τροφῆς ἀναγκαίας ἀρκτέον. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις βοηθήμασιν οὐκ ἐν παντὶ καιρῷ χρώμεθα, τροφῆς δὲ χωρὶς οὐχ οἷόν τε ζῆν οὔτε ὑγιαίνοντας, οὔτε νοσοῦντας. ἐπεὶ δὲ μία ἐστὶν ἀσφαλεστέρα ἡ ἐπιτομωτάτη ὁδὸς εἰς ἀπαλλαγὴν τοῦ πάθους ἡ δίαιτα· ἡ δὲ τῶν ἄλλων φαρμάκων κατάχρησις καὶ ἐπαλληλία πολλοῖς πολλάκις οἶδα ἐπιτείβεσθαι νόσους. τοίνυν ἐπειδὴ θερμοτέρας καὶ ὑγροτέρας κράσεως μετείληφας, ἥλιε τῆς ἐμῆς ψυχῆς, καὶ ἡλικίας παιδικῆς, καὶ δυνάμεως ἀσθενοῦς, καὶ ἕξεως ἰσχνῆς, καὶ σχέσεως ἀραιᾶς, καὶ πρὸς τούτοις εὐαισθησίας, δεῖ σε διὰ μὲν τὴν κρᾶσιν, καὶ τὴν ἡλικίαν, τὴν ἕξιν τε, καὶ σχέσιν, λαμβάνειν τὰ ὅμοια κατὰ ποιότητα ἐν τροφαῖς καὶ πόμασι, καὶ ὅσα πέψαι δύνῃ. διὰ δὲ τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως, ὀλίγα, καὶ πολλάκις· ὀλίγα μὲν, διὰ τὴν ἀσθένειαν· πρὸς γὰρ τὸν ἐργάτην δεῖ εἶναι καὶ τὸ φορτίον· πολλάκις δὲ διὰ τὴν κατεπείγουσαν χρείαν. τοὺς γὰρ γυμναστάς, καὶ ὁδοιπόρους, πολεμιστάς τε, πάντας τοὺς τὰ σφοδρὰ γυμνάσια μετιόντας, καὶ ἀμέμπτως ὑγιαίνοντας οὐκ ἐξὸν διακρίνειν, ἃ δεῖ προσφέρεσθαί τε καὶ σιτία καὶ ποτά. χρῆσθαι γὰρ ἀναγκαῖον αὐτοῖς οἷς ἂν εὐπορήσωσιν. οὐ μόνον δὲ τούτοις δεῖ οὕτως διαιτᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ἀσχολίαις πολιτικαῖς ὄντας, ἢ τῷ καλουμένῳ περιστατικῷ βίῳ. ἐπεὶ δὲ σήμερον ἰδιοπραγεῖ, τοῦ μὲν χειμῶνος ἐσθίειν ὡς πλεῖστα· πλεῖστα δὲ λέγω, οὐ πρὸς τὴν δύναμίν σου, ἀλλὰ πρὸς τὰς λοιπὰς ὥρας. τοῦτο καὶ Ἱπποκράτης ὁ τῆς ἡμετέρας τέχνης καθηγητὴς φησί· θέρους καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥᾷστα, ἦρος δεύτερον. ὁ αὐτὸς πάλιν ἐν ἑτέρῳ λέγει· αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύταις οὖν ταῖς ὥραις καὶ τὰ προσφέρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολύ, τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί. πίνειν δὲ καὶ ἐλάχιστα πρὸς τὰς λοιπὰς ὥρας. εἶναι δὲ τὸ πόμα, οἶνον λευκὸν καὶ λεπτὸν, καὶ μὴ ἄγαν παλαιόν· τὰ δὲ ὄψα ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὀπτά. τῶν δὲ λαχάνων καὶ τῶν ὀσπρείων ὀλίγον χρῆσθαι. ταῦτα δὲ τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον θερμὰ καὶ ξηρά, οὐ διὰ τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν ἡλικίαν δεῖ σε λαμβάνειν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀμετρίαν τῆς κατὰ τὴν ὥραν κράσεως. ὅταν δὲ τὸ ἔαρ ἐπιλαμβάνῃ, χρὴ τὸ πόμα πλέον καὶ ὑδαρέστερον κατ᾽ ὀλίγον προσίεσθαι, καὶ τὰ σιτία μαλακώτερα καὶ ὀλιγώτερα εἶναι. καὶ τὰ ὄψα ἐκ τῶν ὀπτῶν ἑφθὰ ποιεῖσθαι, καὶ λάχανα κατάλληλα. ἐπὶ δὲ τὴν τούτων μετάληψιν, οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ μέρος δεῖ σε προσέρχεσθαι, ἵνα μὴ ἐκ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς βλαβήσῃ, ὡς Ἱπποκράτης φησί. τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινέειν, σφαλερόν. καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον· τὸ δὲ κατ᾽ ὀλίγον, ἀσφαλές· καὶ ἄλλως καὶ ἤν τις ἐφ᾽ ἕτερον μεταβαίνῃ. πλεῖον λέγω, καὶ

ὑδαρέστερον τὸ πόμα εἶναι, οὐ πλεῖστον δὲ, οὐδὲ ὑδαρέστατον. τὸ γὰρ πλεῖστον καὶ ὑδαρέστατον, τῷ θέρει κελεύω πίνειν γε, ὡς ἐναντίον τούτου. τὸ γὰρ ἔαρ ὥσπερ ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἄκρων ἔχει, οὕτως καὶ διαίτης μέσης δεῖται. αὕτη γὰρ ἡ δίαιτα προσφορός σοι, μὴ μόνον τῇ ὥρᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ κράσει, καὶ τῇ ἡλικίᾳ πρέπουσι. καὶ ἐν τῷ ἔαρι ταύτης ἔχεσθαι δεῖ σε· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς καιροῖς ὀλίγον τῶν ἐναντίων οὐ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ κρᾶσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ὡρῶν δυσκρασίαν. ὥσπερ αἱ διαφοραὶ τῶν ὡρῶν διαφόρους ἐνδείκνυνται δίαιταν, οὕτως καὶ αἱ τοῦ σώματος ἕξεις. τοὺς μὲν πολυσάρκους, καὶ μαλακοὺς, καὶ ψυχροὺς, καὶ ὑγροὺς, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ξηροτέρας δεῖσθαι τροφῆς· τοὺς δ' ἐναντίον ἔχοντας, τῆς ἐναντίας. ἐπεὶ δὲ σὺ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μέσου καὶ εὐκράτου, εὔκρατον δεῖ σε τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου διαιτᾶσθαι δίαιταν. τὰ γὰρ κατὰ φύσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τῶν ὁμοίων δεῖται. τὰ δὲ παρὰ φύσιν, τῶν ἐναντίων. ἡ γὰρ τῶν παίδων κρᾶσις θερμή ἐστι καὶ ὑγρὰ, καὶ δυναμένης τῆς αὐξήσεως καὶ διαπλάσεως ἐν ἑτέρᾳ κράσει γίνεσθαι, ἢ ἐν τῇ παιδικῇ, διὰ τοῦτ' οὖν χρὴ λαμβάνειν σε ὁμοίας τροφὰς καὶ πολλὰς, ἵν' ἐθίσῃς πολλὰ καὶ παντοδαπὰ πέπτειν. οὕτω γὰρ εὐρύχωρον τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἧπαρ ἀπεργάσεται ἡ φύσις, καὶ πάντα τὰ μόρια. εἰ καὶ πλεῖον πρὸς ὑγιεινὴν ἕξεις ποτὲ τὸ ὑγρὸν, ὅμως οὐ χρή σε ξηραίνεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἡ γὰρ ξηρότης ἐναντιοῦται τῇ αὐξήσει, τούτου χάριν τὰ ξηραίνοντα, καὶ θερμαίνοντα, καὶ λεπτύνοντα φευκτέον ἐπὶ σε. ὥστε ἀβλαβῶς φέρῃ ἡ κατὰ σε φύσις ταῦτα. οἱ δὲ γέροντες διὰ μὲν τὰ στερεὰ μόρια εἰσὶ οἱ ψυχροὶ καὶ ξηροί· διὰ δὲ τὰ περιττώματα ψυχροὶ καὶ ὑγροί. καὶ χρὴ διὰ μὲν ψυχρότητα τῶν στερεῶν, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἔχεσθαι, ἔν τε σιτίοις, καὶ πόμασι, καὶ τοῖς λοιποῖς. κένωσιν δὲ τὴν κατ' ἀλλήλων διὰ τὰ αὐτὰ περιττώματα. ἡ δὲ τροφὴ ἐπ' αὐτῶν ὀλίγη ἔστω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως, ὡς Ἱπποκράτης εἶπε· Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν· πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς· εἰ δὲ μὴ τὸ σῶμα ἀναλίσκεται· γέρουσι δὲ ὀλίγον θερμὸν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται. ὁ αὐτὸς πάλιν· γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι. Διαφέρουσιν οἱ ἄρτοι τῇ ὕλῃ, τῇ ζυμώσει, καὶ τῇ ὀπτήσει. καὶ ὁ μὲν πρῶτος αὐτῶν ὀνομάζεται σιλιγνίτης· ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτοῦ σεμιδαλίτης. τρίτος δὲ ὁ αὐτόπυρος, ὃς καὶ συγκόμιστος· καὶ τέταρτος, ὁ πιτυρίας. ἐγὼ δὲ καὶ τὰς τούτων βλάβας καὶ ἐνεργείας λέξω. τροφιμώτατος μὲν αὐτῶν ἐστὶ πάντων ὁ σιλιγνίτης, καὶ ἐπιμονώτατος καὶ δυναμώτατος. δεύτερος δὲ κατὰ πάντα, ὁ σεμιδαλίτης. ἥττων δὲ τούτων ὁ μέσος καὶ συγκόμιστος. πάντων δ' ἀσθενέστερος, ὁ πιτυρίας. σὺ δὲ, ὥστε μία μοι κεφαλὴ, ὑγιαίνων μὲν, χρῶ τῷ σιλιγνίτῃ. εἰ δὲ καὶ νεφρίτης γένηταί σοι, ὅπερ ἀπεύχομαι, ἐν νόσῳ ὑπὸ ταύτης κατέχῃ, ἐὰν ὄρεξις νύπτῃ σε, ἀβλαβῶς χρῶ τοῖς πιτυρίαις καὶ τοῖς μέσοις αὐτῶν. εἰ μηδέν τι προϊστάμενον εἴη, προσφορος οὗτός σοι πλέον, ὀλιγότροφος ὢν καὶ περίττωμα ἐν τῇ γαστρὶ

aquosiorem potum, non plurimum, neque aquosissimum. Plurimum enim & aquosissimum æstate prout impero bibatur, quod tempus hyemi contrarium est. Ver autem ut inter hæc duo extrema, medium est: ita mediam quoque vivendi rationem requirit. Hæc autem vivendi ratio tibi conducit, non ob anni tempus solùm, sed ob tuum etiam temperamentum, atque ætatem. Hæcque verno tempore vivendi ratio tibi servanda est; cæteris autem anni tempestatibus paulò diversa, non propter ætatem tuam & temperamentum solùm, sed & tempestatum anni intemperiem. Quemadmodum verò tempestatum differentiæ, differentem victus rationem indicant: ita & corporis habitus. Carnosi siquidem & molles, frigidique & humidi, utplurimùm siccius alimentum postulant; qui contrario modo se habent, contrarium. Tibi verò, quòd utcunque medio sis & probè temperato habitu, majori plerumque tempore victus ratio temperata sequenda est. Quæ namque secundùm naturam sunt, utplurimùm similibus indigent; quæ præter naturam, contrariis. Nam puerorum temperamentum calidum est & humidum, quum nequeat incrementum & conformatio alio in temperamento fieri, quàm puerili. Ob id igitur similia te oportet & copiosa alimenta usurpare, quò multa & varia concoquere assuescas. Ita enim natura ventrem & jecur ampla & capacia efformabit, & alias partes. Quod si plus humiditatis habeas, quàm pro sanitate tuenda deceat, non tamen ut cæteri siccari debes. Nam incremento adversatur siccitas. Hujus rei gratia tibi vitanda sunt quæcunque exiccant, calefaciunt, & extenuant; ut hæc innoxiè tua propria natura ferat. Senes autem propter partium duritiem, frigidi sunt & sicci; propter excrementa, frigidi & humidi. Itaque ipsi partium quidem solidarum frigiditate, contrariorum contraria postulabunt, in cibariis, poculentis & reliquis; evacuationem verò pro vicissitudine commodam, propter eadem excrementa. In his paucum nutrimentum desideratur, ob virium imbecillitatem, ut Hippocrates tradidit. *Qui crescunt plurimum habent calorem innatum, plurimo igitur alimento indigent, alioqui corpus absumitur: senibus autem parum innati caloris inest, paucis sanè propterea fomitibus indigent.* Et ipse rursus: *Senes facillimè jejunium ferunt.* Panes differunt materia, fermentatione, & ratione coquendi. Eorum primus siligineus nominatur; secundus similagineus, tertius cibarius seu comportatus; quartus, furfuraceus. Ego verò eorum noxas & effectus docebo. Inter eos omnes plurimi est alimenti siligineus, qui & diutissimè in corpore moratur, & efficacissimus est. Inter omnes secundum ordinem obtinet similagineus. His inferior est medius comportatus. Omnium imbecillimus furfuraceus est. Tu autem, unicum mihi caput, quum sanitate frueris, siligineo utitor: quum dolor nephriticus te infestat, quod nolim, in morbo ab hoc abstine; & si te moveat edendi desiderium, furfuraceis mediisque citra læsionem utere: nam id genus utilius tibi est, nisi quid prohibeat, quod pauci sit nutrimenti, & in ventre facit

facit excrementa, quibus ad excretionem descendit expeditius. Nam detergentis facultatis ut furfur est particeps, quamobrem celerius dejicietur intestinis ad excretionem irritatis. Alvum namque solutam habere perpetuò bonum est. Quum enim perbellè is subducitur, urinæ puriores reddi queunt. Panes reliqui siligineus, & similagineus contrario modo alvum sistunt, ejus excretionem retardant, & hepatis & renum obstructiones moliuntur, etiamsi multùm nutriant, magisque roborent. Ex volucribus, inter attenuantia & & incrassefacientia *laudantur*. Sunt autem hæc, perdices, attagenes, galli, gallinæ, columbi, & phasianorum animalium multitudo, & passerum, & ante alias quæ turritæ vocantur; naturalem enim efficaciam sortiuntur. E terrestribus, optimi succi est caro suilla, & omnium maximè hominibus familiaris, maximè nutritia, proindeque maximè roborans, sed lentum quid habet & crassum; quum autem hæc in eduliis copiosior est, & jecur & renes obstruit, atque longioribus propterea intervallis ab ea abstinendum. Parvorum autem porcellorum carnibus si parum & assiduè utaris, nihil oblædent. Cervina quoque caro vitanda, ut dura, aut coctu difficilis, & melancholica. Ovilla quoque ex intervallis, quòd magis excrementosa sit & mali succi. Agnorum verò, hœdorumque *carnibus*, quoties volueris, uteris. Ex aquatilibus animalibus, qui pisces saxatiles vocantur, ipsi tibi oblati erunt utiles. Hi verò sicut gobii, muli, cartilaginei, & cæteri qui boni succi sunt. Ad hæc pelagiorum quidam, & qui mollem testam habent, gammari, paguri, cancri, carabi, carabides, & quibus dura testa est. De fructibus quid dicendum est? Neque enim seu alimentum ipsorum plerique nobis idonei sunt; sed tanquam medicamenta quæ stomachum & ventriculum corroborent assumuntur. De cibariis hactenus. De potu autem jam nunc disserendum, atque in primis de vino. Cæteri namque liquores vel nihil ad nutritionem conferunt, vel etiam *nutritioni* plerunque adversantur. Solum autem vinum nutrire potest, quoniam inter omnia liquida plurimam habet cum nostris corporibus familiaritatem. Habent enim aliquam cùm oleum, tum mel, sed non tantam, quantam vinum. At differentiis discernitur; hujus prima est in colore; secunda in gustandi qualitate; tertia in consistentia; quarta in odore; quinta in viribus. Sed de his sigillatim disserere supervacaneum est; dicendumque est quale vinum tibi peculiariter magis conducat. Aliud enim aliis vinum confert; idemque rursus alteri minimè. Tibi verò conducit tenue & album, quodque pauxillum aquæ ferat. Nam ejusmodi vinum facilè distribuitur, & humores qui nobis insunt attenuat, & per urinas excernit, & vires corroborat. Reliqua vina tibi sic inútilia, quemadmodum aliis utilia sunt.

ποιεῖ εἰωθὼς, διὰ τοῦτο καὶ ῥᾳδίως ὑποχωρούμενος. τῆς γὰρ ῥυπτικῆς δυνάμεως τὸ πίτυρον μετέχει, καὶ τοῦτο ταχέως διαχωρεῖ, πρὸς τὴν ἔκκρισιν ἐρεθιζομένων τῶν ἐντέρων. τὴν γαστέρα γὰρ εὔλυτον ἔχειν ἀεὶ καλόν. ταύτης γὰρ καλῶς ὑπιούσης, καθαρώτεραι αἱ οὐρήσεις γένοιντο ἄν. οἱ δὲ ἕτεροι ὅ, τε σιλιγνίτης, καὶ ὁ σεμιδαλίτης, τοὐναντίον ἐφεκτικοὶ, δυσέκκριτοι, καὶ ἐμφρακτικοὶ ἥπατός τε καὶ νεφρῶν, εἰ καὶ πολύτροφοι, καὶ δυναμικώτεροι. ἀπὸ δὲ τῶν πτηνῶν, τὰ μέσα τῶν λεπτυνόντων καὶ παχυνόντων. εἰσὶ δὲ ταῦτα, πέρδικες, ἀτταγῆνες, ἀλεκτρυόνες, ἀλεκτορίδες, περιστεραὶ, καὶ τῶν φασιανῶν ζώων πλῆθος, καὶ τῶν στρουθῶν, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων οἱ πυργῖται καλούμενοι. φυσικὴν γὰρ ἐνέργειαν κέκτηνται. ἀπὸ δὲ τῶν πεζῶν, τὸ χοίρειον κρέας εὐχυμότατον, καὶ πάντων μάλιστα ἀνθρώποις οἰκειότατον καὶ τροφιμώτατον, διὰ τοῦτο καὶ δυναμικώτατον. γλίσχρον δέ τι καὶ παχὺ ἔχει. πλεονάζοντος γοῦν ἐν ταῖς ἐδωδαῖς αὐτοῦ, ἐμφρακτικὸν ἥπατός τε καὶ νεφρῶν, καὶ χρὴ ἐκ μακρῶν διαλειμμάτων τούτου ἀπέχεσθαι. τῶν δὲ μικρῶν χοιρείων κρεῶν ἐὰν ὀλίγῳ καὶ συχνῶς, οὐδὲν βλαβήσῃ. φευκτέον δὲ καὶ τὸ τῆς ἐλάφου, ὡς σκληρὸν, καὶ δύσπεπτον, καὶ μελαγχολικόν. καὶ τὸ τῶν προβάτων ἐκ διαλειμμάτων, ὡς περιττωματικώτερον καὶ κακόχυμον. τὸ δὲ ἀρνῶν καὶ ἐρίφων, ὁσάκις ἂν βουληθείης. ἀπὸ δὲ τῶν ἐνύδρων ζώων οἱ πετραῖοι καλούμενοι ἰχθύες λυσιτελεῖς σοι γενήσονται προσφερόμενοι αὐτοί. εἰσὶ δὲ ταῦτα κωβιοὶ, τρίγλαι, σελάχια, καὶ τὰ λοιπὰ εὔχυμα. καί τινα τῶν πελαγίων, καὶ τὰ μαλακόστρακα, ἀστακοὶ, πάγουροι, καρκίνοι, κάραβοι, καραβίδες, καί τινα τῶν ὀστρακοδέρμων. περὶ δὲ τῶν ὀπωρῶν τί χρὴ καὶ λέγειν; οὐδὲ γὰρ ὡς τροφὴ τὰ πλεῖστα μυσα ἡμῖν αὐτῶν ἐστιν· ἀλλ' ὡς φάρμακα ῥωστικὰ στομάχου τε καὶ γαστρὸς παραλαμβάνεται. καὶ περὶ μὲν βρώσεως, τοσοῦτον. περὶ δὲ πομάτων, νῦν ἤδη λεκτέον, καὶ πρῶτόν γε περὶ οἴνου. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὑγρὰ, ἢ οὐδὲν πρὸς ἀνάτρεψιν συντελοῦσιν, ἢ καὶ ἐναντιοῦνται τὰ πλείω. μόνος δὲ ὁ οἶνος δύναται τρέφειν, ἐπειδὴ πάντων ὑγρῶν πλείστην οἰκειότητα ἔχει πρὸς τὰ ἡμέτερα σώματα. ἔχει γάρ τινα καὶ τὸ ἔλαιον καὶ μέλι, ἀλλ' οὐ τοσαύτην, ὅσην ὁ οἶνος. διαφοραῖς δὲ κρίνεται. καὶ πρώτη μὲν αὐτοῦ διαφορὰ, ἡ κατὰ χρόαν· δευτέρα δὲ ἡ κατὰ τὴν γευστικὴν ποιότητα· τρίτη ἡ κατὰ τὴν σύστασιν· τετάρτη ἡ κατὰ τὴν ὀσμήν· πέμπτη ἡ κατὰ τὴν δύναμιν. ἀλλὰ περὶ τούτων κατὰ μέρος διεξιέναι, περιττόν. ῥητέον τε ἰδικώτερον, ποῖος τῶν οἴνων σοι πρόσφορος. ἄλλος γὰρ ἄλλοις λυσιτελεῖ, καὶ ἑτέρῳ πάλιν οὐχ ὁ αὐτός. σοὶ δὲ φημὶ συμφέρει τὸ λεπτὸν καὶ λευκὸν, καὶ ὀλιγοφόρον. ὁ γὰρ τοιοῦτος τῶν οἴνων εὐανάδοτός τέ ἐστι, καὶ λεπτύνει τοὺς ἐν ἡμῖν χυμοὺς, καὶ δι' οὔρων ἐκκρίνει, καὶ τὴν δύναμιν ῥώννυσιν. ἀσύμφοροι δὲ οἱ λοιποὶ, ὥσπερ ἐπὶ ἄλλων ὠφέλιμοι.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ ὕδατός τε, καὶ τῶν γυμνασίων, καὶ λουτρῶν.

Χρὴ δὲ καὶ περὶ ὕδατος βραχέα προσδιατείνασθαι τοῖς λόγοις. κοινὸν γὰρ τοῦτο καὶ ὑγιαίνουσι καὶ νοσοῦσι παραμύθιον, καὶ ἀναγκαῖον ἐστι μάλιστα· ἐπεὶ τῶν κοσμικῶν τε καὶ μοναχῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἁπλῶς τὸ σῶμα τὴν σύστασιν ὅλην ἓν καὶ αὐτό· διὰ τοῦτο οὕτω οὐ παρέργως ῥηθήσεται ἡμῖν. τρισὶν αἰσθήσεσι κρίνεται τὸ καθαρώτατον ὕδωρ, γεύσει, ὄψει, καὶ ὀσφρήσει. γεύσει, εἰ μηδεμίαν προσλάβοι ποιότητα, ἀλλ' ἀκριβῶς ἄποιον φαίνοιτο. ὄψει, εἰ καθαρὸν, καὶ εἰλικρινὲς, ἢ διαυγὲς ἀκριβῶς. ὀσφρήσει, εἰ μηδὲν αὐτῷ ἔνεστι ὅσα τοῖς μοχθηροῖς ἐνυπάρχει. ταῦτα γὰρ ὀξύτητος, ἢ σηπεδόνος, ἢ δριμύτητος, ἢ ἅλμης, ἢ τινος ἄλλης κακίας μετέχει ἀρρήτου. χρὴ δέ σοι τὸ ὕδωρ παρὰ πᾶσαν τὴν δίαιταν καθαρώτατον εἶναι, καὶ εὐήλιστον, καὶ κοῦφον, καὶ πηγαῖον. τοῦτο δὲ καὶ ψυχρόν ἐστιν κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν· εἰ δὲ δὴ καὶ ταχέως ὑποχωροίη τῶν ὑποχονδρίων, μηδὲν ζήτει ἕτερον βέλτιον. καὶ ὥσπερ καθάπερ οἴνων, τε καὶ σιτίων, καὶ γυμνασίων, καὶ ἐγρηγόρσεως, καὶ ὕπνων, ἄλλων ἄλλοις ἀπολαύειν προσήκει κατὰ τὰς διαφερούσας ἡλικίας τε καὶ κράσεις, οὕτω καὶ ὕδατος. ἀλλ' ὅπερ ἄριστον εἴρηται νῦν, τοῦτο πειρᾶσθαι χρῆσθαι καὶ παῖδα, καὶ νεανίσκον, καὶ πρεσβύτην, κἂν ὁποιασοῦν φύσεως ἔτυχεν. ἐπεὶ δὲ ψυχρὸν ἕτερον μᾶλλον ἑτέρου εὑρίσκεται, διὰ τοῦτο οὐ πᾶσιν ἀδιαφόρως χρῆσθαι τοῖς ψυχροπόταις λυσιτελές· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀμέτρως θερμοῖς, καὶ πιμελώδεσι, καὶ πολυσάρκοις, ἢ διὰ τὴν φυσικὴν κρᾶσιν, ἢ δι' ἐπίκτητον, καὶ σφοδρῶς γυμναζομένοις, καὶ ἔθος ἔχουσιν, ἀβλαβὲς, εἰ τοῦ ψυχροῦ πίνοιεν. εἰ δ' ἄλλως ἔχωνται, ἧττον ἐμφορεῖν τοῦ ψυχροῦ. οἱ δέ γε νέοι τὴν ἡλικίαν, καὶ πράγμασιν ἀσχολούμενοι πολιτικοῖς, ὡς μὴ τεταγμένως γυμνάζεσθαί τε καὶ διαιτᾶσθαι, τοῦ πηγαίου λαμβάνοιεν ἀπεχόμενοι χιόνος. αὕτη γὰρ κἂν μηδὲν ἐκ τοῦ παραυτίκα τὰ νέα τῶν σωμάτων φαίνοιτο βλάπτουσα, λεληθότως γοῦν κατὰ βραχὺ τῆς βλάβης αὐξανομένης, ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ παρακμαζούσης τε τῆς ἡλικίας, δυσίατα, ἢ καὶ παντελῶς ἀνίατα νοσήματα ἐμποιεῖν πέφυκε, κατά τε νεῦρα, καὶ ἄρθρα, καὶ σπλάγχνα. καὶ πάσχει βλαπτόμενον ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ σώματος, ὅπερ ἀσθενέστατόν ἐστι φύσει. ὥστε διὰ ταῦτα δεῖ χρῆσθαί σε τοῖς πηγαίοις, καὶ τούτοις διυλισμένοις, καὶ πλείω τούτων μεταλαμβάνειν, ἢ οἴνου. καὶ περὶ μὲν ὕδατος διὰ βραχέων εἰς τοσοῦτον, καιρὸς δή μοι λοιπὸν καὶ περὶ γυμνασίων ἐρεῖν. χρὴ τοίνυν μὴ ὑπὲρ ἀγωνίας γυμνάζειν τὸ σῶμα· ἕως ἂν δηλαδὴ ἡ δύναμις καταβληθῇ. μὴ μὴν πάλιν ἀτελὲς περιλαμβάνειν γυμνάσιον, ὅπερ οὐχ ἱκανὸν διαφορῆσαι τὰ μόρια, ἀλλὰ τὸ ἀνάλογον τῇ ἑκάστου δυνάμει. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ πρός τι τὸ σφοδρὸν, ὡς εἴη ἂν ἡ αὐτὴ κίνησις ἑτέρῳ μὲν γυμνάσιον, ἑτέρῳ δὲ οὐ γυμνάσιον. συμφέρον δὲ ἑκάστῳ τὸ εἰθισμένον αἱρεῖσθαι, καὶ μὴ τὸ πυκτικὸν, ἢ δρομικὸν, ἢ τὸ διὰ πάλης ὑπέρχεσθαι. χρήσιμα δὲ περὶ τοῦ γυμνασίου τρία τὰ πρῶτα· ἐργάζεται μὲν γὰρ σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἀλλήλοις παρατριβομένων, αὔξησίν τε τῆς ἐμφύτου θερμότητος, καὶ βιαιοτέραν τὴν τοῦ πνεύ-

CAPUT VII.

De aqua, exercitiis, & lotione.

De aqua verò pauca sermonibus consectari decet; ea namque & sanis & ægrotantibus commune solatium, & maximè necessaria est, quòd & mundi & singularium elementorum, ex quibus universis tota nostri B corporis constitutio conflata est, hoc unum sit; quamobrem de ea non otiosè à nobis disseretur. Aqua purissima tribus sensibus judicatur, gustu, visu, olfactu. Gustu, si nullam sibi asciverit qualitatem, sed planè qualitatis expers apparuerit. Visu, si pura, & sincera, vel exquisitè limpida. Olfactu, si nihil ipsi eorum insit, quæ vitiosis aquis adsunt. Hæ namque, acoris, vel putredinis, vel acrimoniæ, vel salsedinis, aut cujusvis alterius vitii abditi sunt participes. Tibi verò aqua in om- C ni victus ratione purissima sit oportet, defœcata, levis, & fontana. Hæc autem & frigida suâ ipsius naturâ est; & sanè si celeriter hypochondria permeet, alteram nullam salubriorem quæras. Et quemadmodum vino, cibis, exercitiis, vigiliis, somno pro ætatum & temperamentorum diversitate, aliis atque aliis, sic etiam *eadem* aqua frui nequaquam decet. Imò quæ nunc optima prodita est, ea citra periculum uti poteris & puer, & adolescens, & senex, & quacunque natura sis præditus. Quia verò aqua una altera frigidior reperitur, D propterea non omnibus indifferenter uti potu confert: verùm supra modum calidis, pinguibus, & carnosis sive naturali temperamento, sive ascititio, & his qui se vehementer exercent, quique consueverunt, innoxium est frigidam bibere. Quòd si aliter se habeant, frigide minùs bibant. Qui verò juvenili sunt ætate, & in rebus civilibus versantur, ita ut & exerceri ordinatè & victitare nequeant, fontanam relicta nive sumant. Hæc namque *nix* etiamsi juvenilia corpora mox lædere non videatur, noxa videlicet, quæ paulatim incre- E scit non percepta, procedente tamen tempore quum ætas declinat, vix sanabiles, aut incurabiles planè morbos invehere solet in nervis, & articulis, & visceribus. Atque affectum subit pars illa corporis, quæ naturâ est imbecillima. Quamobrem tibi fontanis aquis utendum est, iisque defœcatis, earumque copia quàm vini, uberior assumenda. Atque de aqua paucis hactenus. Tempus mihi nunc est de exercitiis reliquam habere orationem. Enimverò corpus vehementiùs exercere non oportet quoad vires prostratæ sint; neque certè imper- F fectum etiamnum inire exercitium, quod partes discutere nequeat, sed cujusque viribus consonum esse. Quippe vehementia relatione ad aliquid est; ita ut motio eadem alteri sit exercitatio, alteri non exercitatio. Utile verò est unicuique consuetum eligere, neque pugilum, aut cursorum, aut luctatorum exercitium subire. Ab exercitatione verò tria in primis commoda *proveniunt*. Nam organorum duritiem, dum sese mutuò affricant, innati caloris incrementum, concitatioremque spi-

ritus motum efficit. Quæ tria universæ utilitates aliæ sigillatim sequuntur, quæ per ea corporibus oboriuntur. Organorum namque duritiem sequitur ipsorum dyspathia, & ad actiones *obeundas* robur. Incrementum caloris *sequitur* robusta alimentorum distribuendorum attractio, promptior alteratio, commodior nutritio, & excrementorum fusio; qua fusione solida corpora mollescere contingit; liquida verò attenuari & discuti, & patentes meatus fieri. Ex valido spiritus motu expurgari meatus necesse est, & evacuari excrementa. Quum autem hæc efficiant exercitia, utendi tempus invenire difficile non est. Quòd enim alimenti distributiones adjuvet crudorum & incoctorum tum ciborum tum humorum multitudinem vel in ventre, vel mesaraicis venis, vel hepate, vel reliquis vasis retineri non oportet, quia periculum esset ne ipsi concocti fierent utiles, ad omnes animalis partes effunderentur. Et quia meatus expurgunt, & excrementa vacuant, opportunius est ante cibum exercitia usurpare. *Impura enim corpora* (inquit Hippocrates) *quò plus nutriveris, eò magis læseris.* Quare ex enarratis clarum est hoc exercitationum tempus esse optimum. Præcipuè verò cura adhibenda est in quocunque exercitio, ut in salubri loco, & puro aëre perficiatur. Hæc itaque de exercitiis sufficiant. Balneis autem utendum crebris, temperatis, & concisis, non propter morbum, sed quòd hæc ad incrementum, nutritionem, conformationemque concurrant. At optimum balneorum tempus *habetur*, quum hesternum alimentum integrè confectum est, & subsedit, & alterius alimenti sumendi obsidet opportunitas, quumque in jecore & venis peræquè concoctio facta fuerit. Hæc sciet qui tibi assidet, tuique perpetuò curam gerit Medicus, nimirum perfectam alvi coctionem ex dejectionibus, jecoris & venarum, ex naturalibus urinis: proinde non à cibo te balneum inire oportet, ne renum & jecoris obstructio oboriatur. A balneo etiam quamprimum vini assumptio vitanda est: caput enim tentat vinum; aqua temperata priùs haurienda est. Igitur non frigidæ aquæ, non vini, non zythi, vel alterius siceræ potio citra læsionem est. Lædunt namque manifestè ipsa ventriculum, jecur, & nervos, si non temperie, tactu saltem. Profuerit quoque tibi non statim ubi à somno surrexeris, lavare, sed priùs uti motione *quadam*, interdum etiam mediocri exercitio licet. Moderata namque exercitia & alterna, tuæ naturæ utilia, concoctionem, sanguificationem, & nutritionem meliorem conficiunt, ob idque ad bonam educationem, & ad virium robur, & ad perfectam tertiæ concoctionis actionem conferunt. De his quoque hæc sufficiant.

ματος κίνησιν. τούτοις δ' ἕπεται τὰ ἄλλα σύμπαντα κατὰ μέρος ἀγαθὰ, τοῖς σώμασι δι' αὐτῶν ἐγγιγνόμενα. τῇ μὲν γὰρ σκληρότητι τῶν ὀργάνων, ἡ δὲ δυσπάθεια αὐτῶν, καὶ ἡ πρὸς τὰς ἐνεργείας εὐτονία. τῇ δὲ αὐξήσει τῆς θερμότητος, ἡ τῶν ἀναδιδομένων ὁλκὴ ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἑτοιμοτέρα ἀλλοίωσις, καὶ ἡ βελτίων θρέψις, καὶ ἡ τῶν περιττωμάτων χύσις, ἐφ' ἣ χύσει τὰ μὲν στερεὰ τῶν σωμάτων μαλάττεσθαι συμβαίνει· τὰ δὲ ὑγρὰ λεπτύνεσθαι καὶ διαφορεῖσθαι, καὶ τοὺς πόρους εὐρεῖς γίνεσθαι. τῇ δὲ τοῦ πνεύματος ἰσχυρᾷ κινήσει ἐκκαθαίρεσθαί τε τοὺς πόρους ἀναγκαῖον ἐστι, καὶ κενοῦσθαι τὰ περιττώματα. ἐπεὶ δὲ ταῦτα ποιεῖ τὰ γυμνάσια, οὐ χαλεπὸν ἐστι τὸν καιρὸν τῆς χρήσεως ἐξευρεῖν. διότι μὲν γὰρ ἀναδόσει συνεργεῖ, οὐ χρὴ πλῆθος ὠμῶν καὶ ἀπέπτων οὔτε σιτίων, οὔτε χυμῶν, ἢ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἢ τὰς μεσαραϊκὰς φλέβας, ἢ καθ' ἧπαρ, ἢ τὰ λοιπὰ ἀγγεῖα περιέχεσθαι, ἐπεὶ κίνδυνος αὐτὰ ἐκχυθῆναι πρὸς ἅπαντα τοῦ ζώου τὰ μόρια, πρὶν χρηστὰ γενέσθαι πεφθέντα. διότι δὲ ἐκκαθαίρει τοὺς πόρους, καὶ κενοῖ τὰ περιττώματα, κάλλιον αὐτὰ πρὸ τῶν σιτίων παραλαμβάνειν. τὰ γὰρ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁπόσον ἂν θρέψῃς, Ἱπποκράτης ἔφη, μᾶλλον βλάψεις. ὥστε ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον ὡς οὗτος ἄριστός ἐστι γυμνασίων καιρός. χρὴ δὲ μάλιστα φροντίδα ἔχεσθαι ἐπὶ παντὸς γυμνασίου ἐν ὑγιεινῷ χωρίῳ ἐπιτελεῖσθαι, καὶ ἀέρι καθαρῷ. ἀρκείτω οὖν καὶ περὶ γυμνασίων ταῦτα. λουτροῖς δὲ χρηστέον συχνοῖς, εὐκράτοις καὶ ἐπιτόμοις, οὐ διὰ τὸ νόσημα, ἀλλὰ διὰ τὸ συνεισβάλλεσθαι ταῦτα τῇ αὐξήσει σου, καὶ θρέψει, καὶ διαπλάσει. ἄριστος δὲ καιρὸς βαλανείων, ἡνίκα ἡ μὲν χθεσινὴ τροφὴ τελέως ἢ κατηργασμένη, ὑποβεβηκυῖα, ἑτέρας δ' ἐφεδρεύει τροφῆς καιρὸς, καὶ ἐν ἥπατι καὶ φλεψὶν ὡσαύτως. ταῦτα δ' εἴσεται ὁ προσκαθήμενος, καὶ ὁ ἀεὶ σοῦ φροντίζων ἰατρὸς, τὴν μὲν τῆς γαστρὸς τὴν τελείαν πέψιν ἐκ τῶν διαχωρημάτων, τὴν δὲ τοῦ ἥπατος καὶ τῶν φλεβῶν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν οὔρων. οὐ δεῖ οὖν σε δὴ μετὰ τὴν τροφὴν λούεσθαί σε, ἵνα μὴ ἔμφραξις κατὰ νεφροὺς καὶ ἧπαρ γένηται. φυλακτέον δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βαλανείου εὐθέως τοῦ οἴνου μετάληψιν· κεφαλῆς γὰρ ἅπτεται οἶνος, ὕδατος εὐκράτου πρότερον μεταλαμβάνων. οὐκοῦν οὐδὲ τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, ἢ οἴνου, ἢ ζύθου, ἢ ἑτέρας σικέρας πόσις ἀβλαβής ἐστι. βλάπτουσι γὰρ καὶ αὐτὰ σαφῶς τήν τε γαστέρα, καὶ τὸ ἧπαρ, καὶ τὰ νεῦρα, εἰ οὐ τῇ κράσει, ἀλλὰ τῇ θίξει. συμφέρει δέ σοι καὶ τὸ μὴ εὐθέως τῇ ἐκ τοῦ ὕπνου ἐξαναστάσει λούεσθαι, χρῆσθαι δὲ πρότερον κινήσει, ἔστιν ὅτε καὶ γυμνασίῳ συμμέτρῳ. τὰ γὰρ σύμμετρα γυμνάσια καὶ κατ' ἄλληλα, καὶ πρόσφορα τῇ φύσει σου, καὶ τὴν πέψιν, καὶ αἱμάτωσιν, καὶ θρέψιν ἐργάζεται βελτίονα, διὰ τοῦτο οὖν καὶ συνεργὰ εἰς τὴν εὐτροφίαν καὶ δύναμιν, καὶ εἰς τελείαν ἐνέργειαν τῆς τρίτης πέψεως. ἀρκείτω οὖν καὶ περὶ τούτων ταῦτα.

CAPUT VIII.

Ordo universæ curationis prædictæ calculorum renibus insidentium.

QUòd si derepente tibi nephritis oboriatur, nuper pastus, & nauseas percipias, omnia evome aut natura, aut arte *provocatus*,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Εὐταξία τῆς ἁπάσης προεγχειρημένης θεραπείας τῶν ἐν νεφροῖς λίθων.

Εἰ δ' αἰφνιδίως ἐπιλήψεταί σοι ἡ νεφρῖτις, εἰ μὲν νεωστὶ βεβρωκὼς εἴης, καὶ ναυτίας ὀφισταμένης, ἐξέμει πάντα ἢ φυσικῶς, ἢ

τεχνικῶς, ὡς τῷ ἰατρῷ σου δοκεῖ, καὶ εἰς ὕπνον ἑαυτὸν ἐπίτρεπε. εἰ δὲ σκύβαλα παλαιὰ ὑποπτεύεις εἶναι εἰς τὴν κάτω γαστέρα, κενώσεις ταῦτα διὰ κλυστῆρος, εἰ μή τι κωλύει, εἰ δ' ἀκαρτερήτως ὀδυνῄς, εἰς θερμὸν σεαυτὸν ἐμβίβαζε ὕδωρ. πλὴν μὴ καταχρῶ τούτῳ, ὡς ἀνώτερον εἰρήκαμεν. ἡ γὰρ τοῦ θερμοῦ κατάχυσις παρηγορεῖ μὲν πως τὰς ὀδύνας, ἐκλύει δὲ τὰς ἐν ἡμῖν δυνάμεις, δι' ὧν ἀποτείβεται πᾶν νοσοποιὸν καὶ ἄχρηστον. μετὰ δὲ τοὺς ἐμέτους καὶ τὰ ἐνέματα διὰ πυριῶν καὶ καταπλάττειν τὰ πάσχοντα μόρια, τοῖς προσφόροις τῇ φύσει φαρμάκοις. εἰ δέ τι ἐστήρικται ἐν τῷ νεφρῷ ὁ λίθος, λαμβάνειν ὄξος, σάκχαρ, καὶ ὄξος σκιλλητικόν, καὶ τὰ ἁπλῶς θρυπτικὰ τῶν λίθων, οἷον ἀγρώστεως ῥίζης ἀφεψήματα, δαμασωνίου, ἀδιάντου, τριχομανοῦς, καὶ τῶν ὁμοίων. εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀπρακτήσουσι, χρῶ τοῖς διαιρετικοῖς τῶν λίθων ὡς τῶν ἀσπαράγων τῶν βασιλικῶν αἱ ῥίζαι, βδέλλιον τὸ ἀπὸ τῆς Ἀραβίας, ἀλθαίας σπέρμα, λιθόσπερμον, βετονίκη, σαξίφραγος, γλήχων, καππάρεως ῥίζα τῆς Αἰγυπτίου, καὶ τῶν σικύων τῶν ἡμέρων τὰ σπέρματα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. εἰ δὲ διά τι καὶ ταῦτα ἀποτύχωσι, χρῶ τοῖς κατὰ κράτος διαιροῦσι· κατὰ κράτος δὲ διαιρεῖ λίθος Ἰουδαϊκός. καὶ εἰ μὲν ἐν τῷ νεφρῷ ἐστήρικται, χρῶ τῷ ἀρρενικῷ. εἰ δὲ ἐν τῇ κύστει, καὶ διὰ μέγεθος οὐκ ἐκκρίνεται, χρῶ τῷ θηλυκῷ· ὁ γὰρ ἄρρην τοὺς ἐν νεφροῖς θρύπτει· ὁ δὲ θῆλυς τοὺς ἐν κύστει. καὶ ὕελος κεκαυμένη, καὶ ὁ Καππαδοκικὸς λίθος, καὶ τὸ τῶν παλιούρων σπέρμα, καὶ ταῦτα κατὰ κράτος διαιροῦσιν. εἰ δὲ χυμὸς παχὺς ἐν τῷ σώματι ἔνεστι, καὶ χρεία ἐστὶ κενώσεως οὔρων παχέων, οὖρα παχέα ἄγουσι σκολύμου ῥίζαι, ἐρυθρόδανον, καὶ τὰ παραπλήσια. εἰ δὲ καὶ συχνῶν οὔρων χρεία· συχνὰ μὲν οὖν κινοῦσιν οὖρα, ἄκορον, σταφυλῖνος, ἄσαρον, ἄμμι, καὶ ὅμοια. εἰ δὲ ἡ φύσις κατά τι ὀκλάσει εἰς τὴν τῶν οὔρων ἀπόθεσιν, διεγερτικὰ τῆς φύσεώς ἐστι, σκόρδιον, χαμαιδάφνη, ἀσπάραγοι τῆς βρυωνίας, καὶ τὰ τούτοις ἰσοδύναμα. τὰ δὲ διουρητικά, ὡς ἀγῶνα ἄθετον τοῖς λίθοις ἔχουσιν. ἐπεὶ εἰ μὲν κρᾶσις τῶν διουρητικῶν δριμεῖα, καὶ διὰ τοῦτο θερμὴ καὶ ξηρά, καὶ προσέτι συνακτική τε καὶ διακριτικὴ συναγόμενον τοῦ ὀρρώδους. ὅσα δὲ τὰς ἐν αὐτοῖς πυρώδεις συστάσεις οὐκ ἔχει, ἐπιτήδεια· τμητικὰ μὲν γὰρ ἱκανῶς ὑπάρχει, θερμότητος δὲ ἥκιστα μετέχει· συνίστησι γὰρ ἀποξηραίνουσα τὸν πῶρον ἡ θερμότης, οὐ τέμνει καὶ διαιρεῖ. τὰ δὲ ἧττον θερμὰ μετὰ τοῦ τέμνειν δύνασθαι, βελτίω, καθάπερ τὰ προρρηθέντα. τὰ δὲ διουρητικὰ ἐστὶ θερμὰ καὶ ξηρὰ καὶ δριμέα, καὶ διὰ τοῦτο διακριτικὰ μὲν τοῦ ὀρρώδους αἵματος, συνακτικὰ δὲ τοῦ πάχεος, καὶ διὰ τοῦτο ἄθετα τοῖς λιθιῶσιν. εἰ δὲ ὡς ποδηγέταις καὶ ὀχηματικοῖς χρησόμεθά ποτε, ὀνίνασι. μετὰ δὲ τὴν τοῦ λίθου ἔκκρισιν, χρῶ τοῖς καταλλήλοις κατακεραστικοῖς διὰ τὴν ἐκ τῆς παρόδου τοῦ λίθου ὁδοῦ δῆξιν, καὶ τραχύτητα, καὶ ζέσιν, καὶ μᾶλλον εἰ μέγας εἴη καὶ γωνιώδης. μετὰ δὲ τὸ ἀκρατώτατον εἶναι τὸ σῶμά σου, διὰ τῶν προειρημένων κατακεραστικῶν χρῶ τοῖς προφυλακτικοῖς ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν. ταῦτα δὲ μὴ μόνον τὸ τέλειον ἀξιοῦσιν, ἐν ὅσῳ δὲ προφυλάττῃ, χρῶ τοῖς καταλλήλοις καὶ προσφόροις ἐν τροφαῖς καὶ πόμασι, καὶ ὅσα πέψαι δύνῃ. ἐκ γὰρ τῶν καταλλήλων τῇ φύσει σου τροφῶν, καὶ πόσεων, καὶ βαλα-

A prout tuo Medico videatur, atque somno teipsũ cõmitte. Quòd si duriora in alvo excrementa & diuturna esse suspiceris, hæc nisi quid prohibeat, clystere vacuabis. Si intolerabili dolore crucieris, in calidam te projice. Ne tamen ipsa, ut paulò antè diximus, abutare. Nam calidæ perfusio dolores quodammodo mitigat quidem, sed vires nostras exolvit, quibus morbi causa & quicquid inutile est propulsatur. Post vomitus & clysteres, fomentis & cataplasmatis partes affectæ naturę congruis medicamentis levare oportet. B At si infixus reni lapis sit, acetum, saccharum, acetum scilliticũ, & quæ absolutè lapides conterunt, assumenda sunt, quale est decoctum radicis graminis, damasonii, adianti, trichomanes, & similium. Quæ si nihil proficiant, lapides destruentibus utere, ut sunt regiorum asparagorum radices, bdellium Arabiæ, althææ semen, lithospermum, betonica, saxifragum, pulegium, capparis Ægyptiæ radix, ficuum domesticarum semina, & his consimilia. Quòd si etiam hæc eodem modo sint irrita, potenter lapides frangentibus utor; potenter autem frangit lapidem lapis Judaicus (etsi fixus in rene sit calculus, masculo utor; C si in vesica, & ob magnitudinem non excernatur, fœmineũ usurpo; nam masculus calculum in renibus conterit; fœmineus in vesica) vitrum ustum, lapis Cappadox, & paliuri semen; atque hæc violentiùs calculos frangunt. Si crassus humor insit corpori, & urinarum crassarum evacuatione sit opus, crassas urinas ducunt cardui radices, rubia, & similia. Quòd si frequentes urinas ducere fuerit opus, frequenter urinas movent acorus, pastinaca, assarum, ammi, & similia. Si natura quodam modo in uri- D narum refusione pigra fuerit, naturam excitabunt scordium, chamædaphne, bryoniæ cauliculi, & quæ his paria sunt facultatibus. Diuretica vehementiorem facultatem lapidibus abdicandam habent. Quòd si diureticorum temperamentum acre sit, ob idque calidum & siccum, præterea quoque sunt facultatis cogentis & secernentis collectam serositatem. Sed quæ ignitas constitutiones in se non habent, idonea sunt; nam incidunt opportunè, & minimum calorem obtinent. Calor enim exiccando calculosam concretionem E astruit, non incidit, non dividit. Quæ verò minùs calida cum hoc quod incidendi facultate polleant, meliora sunt, qualia quæ prædicta sunt. Quæ verò urinam cient, calida sunt & sicca, atque acria; quamobrem secernunt quidem serosum sanguinem, sed hujus crassamentum cogunt; proindeque calculosis non idonea. Hæc tamen si tanquam ductoribus & vectoribus usu quandoque fuerimus, juvant. At post calculi excretionem, idoneis medicamentis contemperantibus utere, ob viæ F à calculo inductam rosionem, asperitatem, & fervorem; magisque, si magnus & angulosus is extiterit. Postquam verò corpus antè commemoratis contemperantibus maximè attemperatum fuerit, præservantibus remediis tum internis, tum externis utere. Sed hæc non tantùm ut remediorum summam asciscunt; imò quoties præservationi studueris, idoneis & conferentibus tam cibis quàm potibus, & quæ concoquere valeas, utitor. Ex his enim naturæ tuæ congruis alimentis, potibus, bal-

neis, exercitiis, & similibus vires roborantur, quemadmodum & ex contrariis dejiciuntur. Ob virium autem robur similium usus desideratus. His enim roboratis quicquid morbum creat, ac noxium est, profligatur. Hæc autem pauca non ad institutionem, sed ad brevem recordationem tuus ego servus offero. Perfectam enim omnium traditionem vetustissimi sapientes docuerunt & exposuerunt. Qui Medicus tibi præest, tuique perpetuò curam gerit, meus conservus & hæc & veterum scripta, & tuæ naturæ congrua, me magis, & aliis pro viribus humanis consequutus est, quibus edoctus est, & ob accuratam naturæ tuæ cognitionem consequi poterit. Quare te huic soli committe. Nam ita te sedulò curat, Deo teste, ac si quis alius. Nam qui novit præcipuè quod secundùm naturam est, celeriùs cætera noverit, etiam quæ præter naturam sunt. Mihi erat animus logica paucis scribere, sed in aliud tempus reservanda sunt. Non enim hæc hujusce temporis sunt; cujusmodi sunt, quinam calculosi curari possint, quique minimè. Et an calculus causa, an morbus, an symptoma. Et si causa sit, an evidens, an antecedens, an conjuncta, an similarium, aut organicorum, aut communium. Si morbus, an similaris sit, an organicus, an communis. Si symptoma, an actio læsa, an excreta, aut retenta. Si affectus sit aliquis, an utrumque illi sic acciderit, ut & causa sit, & morbus, & symptoma.

A νείων, καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ὁμοίων ῥωννύονται αἱ δυνάμεις, ὥσπερ ἐκ τῶν ἐναντίων καταβάλλονται. διὰ τὸ ἀξίωμα τῶν δυνάμεων χρεία τῶν ὁμοίων. τούτων γὰρ ἐρρωμένων οὐσῶν, ἀποτελεῖται πᾶν νοσοποιὸν καὶ ἄχρηστον. ταῦτα δὲ βραχέα οὐκ εἰς διδασκαλίαν, ἀλλ' εἰς μικρὰν ὑπόμνησιν ὁ δοῦλός σου προσφέρω. τὴν γὰρ τελείαν πάντων κατάληψιν οἱ παλαιότατοι τῶν σοφῶν ἤσκησάν τε καὶ ἐξέθεντο. ὁ δὲ προσκαθήμενος καὶ ἀεί σου φροντίζων ἰατρὸς καὶ σύνδουλός μου, καὶ ταῦτα, καὶ τὰ τῶν παλαιῶν, καὶ τὰ τῆς φύσεώς

B σου πλεῖον ἐμοῦ τε καὶ ἄλλων, ὅσον εἰς ἀνθρωπίνην δύναμιν εὗρεν, ἐξ ὧν ἐδιδάχθη, καὶ ἐξευρεῖν δυνηθείη, διὰ τὴν ἀκριβῆ τῆς φύσεώς σου κατάληψιν. ὥστε μόνῳ τούτῳ καὶ σεαυτὸν ἀνάθου. φροντίζει γάρ σου ἐπὶ θεοῦ μάρτυρι, εἴπερ τις ἄλλος. ὁ γὰρ εἰδὼς τὸ κυρίως κατὰ φύσιν, τάχιον τῶν ἄλλων εἴσεται καὶ τὸ παρὰ φύσιν. ἐβουλόμην λογικὰ περὶ ὀλίγων γράφειν, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ ταῦτα μυθηθήσεται. οὐ γὰρ τοῦ νῦν καιροῦ ταῦτα, οἷον τινὲς τῶν λιθιώντων θεραπεύονται, καὶ τινὲς οὔ. καὶ ἆρα αἴτιος ὁ λίθος, ἢ νόσος, ἢ

C σύμπτωμα. καὶ εἰ αἴτιον ἢ προκαταρκτικὸν, προηγούμενον, ἢ συνεκτικὸν, καὶ ὁμοιομερῶν, ἢ ὀργανικῶν, ἢ κοινοῦ. εἰ νόσημα ὁμοιομερὲς, ἢ ὀργανικὸν, ἢ κοινόν. εἰ σύμπτωμα βλάβη ἐστὶν ἐνεργείας, ἢ ἐκκρινόμενον, ἢ ἐπεχόμενον. εἰ διάθεσίς τις, ἢ ἄμφω αὐτῷ συμβέβηκεν, ὡς καὶ αἴτιον, καὶ νόσον, καὶ σύμπτωμα εἶναι.

GALENO ASCRIPTUS LIBER, DE CVRA LAPIDIS.

CANON quem scripsit Alguazir Albuleizor filius Abumelech Filuzer, Imperatori Saracenorum Anly filio Joseph filii Resaphin, de curatione lapidis. Accidentia à quibus convenientius est cavere, & à quorum tractatione cautela est adhibenda, sunt dolores, propter timorem, qui est in eis: debilior namque eorum prosternit virtutem, & solvit inter hominem, & inter suas salutes. Et ipsi quidem non sunt sicut accidentia, in quorum curatione intervenit latitudo. Et ego jam multoties eo præsente dixi, quòd hoc accidens est sicut inimicus. Et oportet, licet det inducias, ut abscindatur in ipsis suis induciis, propter suam debilitatem in resistendo; & non sit contentus in debilitando ipsum, sed abscindat ipsum cum eo, quod acquirit ei vires, aut præparatione. Et canon conferens in segregatione causæ humori accidentis, per cujus assiduationem confido, quod securabitur ab eo, est iste. Dum tempus æstatis perseverat usque quò pertranseat plurimum temporis autumni, & descendat pluvia multa, tunc acceptio unc. 15. de syrupo acetoso, facto cum aceto expressionis uvæ puræ: & medietatis ejus de syrupo violato cum unc. v. aquæ, in qua bullierint cortices radicum fœniculi ʒ. 15. & cubebæ contritæ ʒ. i. donec consumpta sit aquæ pars quinta, & colata, est convenienter: sumat hoc omnibus modis in omnibus xv. diebus. Et accepto aquæ ciceris secundùm quod dixit, est bona, & benedicta. Et si inveniatur aqua, & misceat cum ea in decoctione ejus acetum, quod destruat ipsius caliditatem, & roboret ejus incisionem, & ipsius abstersionem: & ad ultimum quando invenitur in acuitate complexionis, exquirat studium in infrigidando: sumat hunc syrupum, sive medicinas decoctas in aqua quam narravi, & utatur syrupo endiviæ, & syrupo acetoso, & syrupo nenufaris. Et ponatur in omnibus temporibus in aquam cibariorum factorum ei aqua ciceris nigri, nisi apud vehementiam caliditatis aëris: decoquatur ergo cum aceto, quod decoquatur cum aqua ciceris, & sit cum aceto cucurbita: verùm in cibariis de cucurbita multiplicetur origanum. Quando ergo advenerit autumnus (& non intelligo per autumnum illud de quo absolutè dicitur hoc nomen, quoniam tota autumni natura est ex natura temporis æstate, sed volo per ipsum quando complectitur complexio aëris, gradatim ad frigus, & associatur ad illud, ut humectetur aër per descensionem pluviæ) sumat de confectione quam feci ei nunc quatuor drachmas cum decoctione ciceris nigri, condita cum sale, & pauco piperis, die una, & interpolet diem quatuor vicibus, aut quasi illis. Quando ergo vehemens fit frigus aëris, & figitur hyems, accipiat de theriaca magna omnibus decem diebus, aut quasi illis ʒ. j. cum tanta aqua calefacta, quantam capit os semel, permixto ei de syrupo de corticibus citri. Et quando possibile est, ut utatur cibario facto ex olere urticæ, fiat ei cibarium olerum, decoctum factum cum carne hœdi, quod sumat in principio suæ comestionis. Hoc regimen sufficit ad auferendas causas humori accidentes. Et de illis, quæ oportet ipsum in cibo sumere, est lepus, postquam confirmatur hyems, & defectus pluviæ: & in vere die aliquo in diebus. At verò adolescens est multò melior quàm aries bimus in istis duobus temporibus propriè. Et de illis, quibus oportet conservari sanitas ob omnibus accidentibus, quæ de proprietate caloris est, ut faciat accidere, aut ut accidant, causa ejus in tempore autumni, est ut sumat in mense Maii circa finem ejus, & in principio Junii, istud: hordei excorticati, & contriti, & florum nenufaris, & oculorum vaccæ mundatorum ex suis interioribus, omnium ana ʒ. viij. seminis scariolæ, & volubilis exiccatæ, & medullæ seminis croci hortulani, & medullæ seminis melonis omnium ana ʒ. iiij. florum violarum, & capil. veneris, corticum radicis apii recentis, omnium ana ʒ. ij. rhubarbari electi recentis, quartam. ʒ. unius: terantur quæ sunt terenda, & infundantur omnia nocte una in mensura libræ aquæ ferventis, & in mane ponantur super ignem levem: quandoque inceperint bullire, confricentur manibus calida, & colentur: & confricentur manibus in colatura de condito rosato ex saccharo. ʒ. xij. & de medulla casiæ fistulæ mundatæ à suis interioribus, & suis tunicis. ʒ. iij. & coletur, & misceatur cum eo tertia unc. de syrupo juleb, ex saccharo: & sumatur mane alto: & quiescat die assumptionis ejus, & secunda. Illud verò, quod aufert esse lapidis, & ejus prohibet generationem, est esse contentum in cibo, pane fermentato spongioso, cujus farina molita fuit in proximo, cum avibus laudabilibus, sicut pullis, & perdicibus, & interpolatione lepore, & asparago, quando possibile est: & cibarium olerum ex urticis & sicla est benedictum. Et non repleatur comestione multùm; immo dimittat de saturitate sua parum: & non laboret post comestionem penitus. Et si est necessarium, ut frangat illud, quod generatum est ex eo, & extrahat illud, sumat de hac confectione. Recipe corticum radicum asparagi exiccatarum, & corticum radicum fœniculi exiccatarum, & polii, & scolopendriæ, & cubebæ, omnium ana. ʒ. v. ebeni, & gummi prunorum, & lapidis Judaïci contriti super cotem, & casiæ, & cyperi de hatach, & bdellii varii, & ammeos, omnium ana. ʒ. ij. terantur singulariter, & cribellentur, & conficiatur cum syrupo de saccharo: & sumatur

ex ea ex tribus drach. usque ad illud, quod est quasi illud, cum aqua calida, in qua bullitum fuerit parum fœniculi. Et similiter ad ventositatem, & dolorem lapidis, & dolorem capitis, & stricturam anhelitus, & dolorem brachiorum confert ei. Ad ventositatem sufficit regimen, quod ego præcepi ad prohibendum eorum generationem penitus. Ea verò, ex quibus generantur, sunt permixtio in cibo, & intromissio cibi super residuum cibi, & labor post comestionem. Illud autem, quo est utendum apud vehementiam doloris, (nam dolor prædictus non accidit nisi à generatione lapidis stantis in aliquo meatuum urinæ) & quod ego determinavi ei, prohibet ejus generationem, si ei alligetur ita, ut de eo nunquam conqueratur: & non accidit aliquid ex eo, si alligato ceciderit iteratio mundificationis renum: verumtamen non est possibile, nisi imperium mandati auditur administratum in humori dispositionem, & istud. Recipe fœnugræci drach iiij. seminis apii, seminis dauci, amborum ana duas tertias, drach. j. bulliat totum in unc. vij. aquæ, donec redeat ad medietatem: deinde confricetur manibus, donec aliquantulum viscosum fiat: & in colato fricetur manibus de condito violato ex saccharo un. i. s. fricatione ultima, & coletur: & sorbeatur in hyeme super medietatem, drach. j. de theriaca magna, & in æstate, & suo simili de temporibus aëris calidi, sine theriaca penitus. Et vaporetur locus totum cum hoc: Olei anethini unc. iij. sumantur, in quo liquefiat adipis gallinæ unc. j. demum submergatur in eo lana succida, & vaporetur cum ea tepefacta locus multis vicibus post potum medicinæ præcedentis: demum administretur sternutatorium bis, vel quater. Dolor verò capitis quando invenitur, tunc si fuerit in tempore caloris, sumat istud, quod narro: Conditi rosati ex saccharo drach. xij. medullæ casiæ fistulæ mundatæ à suis interioribus, & à suis tunicis, drach. vj. fricentur ambo in unc. v. aquæ calidæ, & colentur, & addatur colato syrupi violati de saccharo unc. j. s. sumatur in mane, & ungantur frons, & anterior pars capitis cum oleo rosato, concusso, cum tertia parte sui ex aceto forti, & infrigidetur: & sit effusio ejus super caput cum vase strictioris ab altitudine mensuræ palmi, quoniam est melius, & velocioris juvamenti. Si autem accidat in tempore frigoris, sumant hanc medicinam: Agarici vehementis albedinis drach j. & tertia ravedseni drach. j. terantur ambo, & conficiantur cum syrupo acetoso de saccharo, & sumat super illa duo, istud quod ego narro: Casiæ contritæ & anisi, uniuscujusque drach. j. ferveant cum unc. vj. aquæ, donec consumatur ex ea mensura tertiæ, & coletur: misceatur in ea syrupi acetosi unc. j. s. & sorbeatur. Et bulliant chamæmeli, & meliloti uniuscujusque ma. iiij. in aqua, quæ cooperiat ea, donec vehemens fiat ejus calefactio: demum inclinentur frons & tempora super illum vaporem ascendentem ex ea. Quum ergo tepuerit aqua, in qua bullitum fuit illud quod dixi, submergatur in ea pannus lenis, & vaporetur cum eo ubi invenitur dolor in capite. Stricturæ verò anhelitus non est causa, nisi additio carnis, & dimissio exercitii in jejuno, & conservatione illius elevatur. Illud verò, quod accidit de dolore brachiis, & membris, inungantur, quando invenitur illud, cum oleo, anethino, quoniam destruet illud.

Ad lapidem.

Et est ei iterum descriptio Suffuf ad lapidem. Recipe gummi prunorum, & cubebæ, & lapidis Judaïci, ana drach. iiij. cortices radicis asparagi, & ebeni, ana drach. ij. seminis dauci drach. s. terantur, & cribrentur, & adjungatur ei media unc. sacchari, & bibatur de eo omni die ex drach. ij. usque ad circuitum ejus, cum aqua, in qua misceatur syrupus acetosus. Et sit cibus tafea ex lepore, aut fœniculum, & cibarium olericum ex urticis. Et est ei descriptio infusionis illa ad illud. Recipe corticum radicum apii, corticum radicum fœniculi, ana drach. ij. corticum radicum asparagi, drach. iij. rubiæ tinctorum drach. j. terantur omnia, & bulliant in vj. unc. aquæ, donec minuatur medietas ejus, & coletur: & misceatur, cum ea de syrupo acetoso scillitico unc. j. s. & bibatur.

Ad lapidem in vesica.

Valet lapidi in vesica, i. frangit illum in vesica hoc modo. Accipe cortices radicum petroselini, fœniculi semina eorum, milium Solis, semen malvæ, & malvavisci, fœnigræci: omnia universaliter habere poteris: & bulliant in aqua, & colabis. In parte istius colaturæ pones unc. prædicti olei: & totum tepidum dabis ad bibendum, sive in balneo: & hoc jejuno stomacho post aliquam horam post cibum: & hoc frequenter, quousque totum lapidem emittat. Verumtamen si fuerit juvenis, & siccus, aut macilentus, & in æstate, dabis ei cum decoctione seminis melonis citruli cucumeris, & cucurbitæ, lactucæ seminis, malvæ, vel malvavisci, omnium æqualiter. Valet ægritudini vesicæ quando impeditur urina humore frigido oppilante collum vesicæ: quod percipies, quando non sentit calorem circa partes illas, nec ardorem in urina: & quod calidis juvatur, & frigidis læditur, & quando sentit frigiditatem circa pectinem: certior eris. Item quando sanies vulnerata, vel sanguis congelatus est in vesica, dabis cum aqua mellis: sed cave ne vulnera recentia sint in renibus: de antiquis ne timeas.

Ad incontinentiam urinæ.

Item si urina præter voluntatem emittatur, da ad bibendum de vino, ubi decocta sint ruta, castorium, cupulæ glandium, semen myrti, & thus: ista eadem faciat si mingat lentè, partes illas frequenter ungens. Provocat urinam ex humoribus frigidis, vel sanie, vel sanguine congelato, aut lapide in collo vesicæ, meatus urinales, aut ipsum collum vesicæ oppilantibus: universa curabit, sicut scriptum est. Item valet doloribus frigidis, passionibus aurium frigidis. Valet paralysi, tremori membrorum, & torturæ oris bibitum: debes ungere membrum læsum in his tribus prædictis passionibus, sed primò & præcipuè principia membrorum patientium, scilicet occipitium, & totam spinam dorsi frequenter. Sed in paralysi, non in principio, sed post quatuor vel quinque dies tunc præsumitur, quod humores non sint superflui. Verùm in paralysi sanguinea nequaquam fiat, nisi in declinatione: & tunc cum cautela, ne sanguis aduratur, & febricitet infirmus, & periclitetur: in aliis duabus in ipso principio usque ad finem. Aut bibitur in hunc modum. Mentam, salviam, calaminthen, nucem muscatam, galangam, facies bullire cum pingui gallina: & in ipsa bullitione pone de oleo: si copiam non habes olei, ad medietatem ponas olei communis; postea de illo jure bibe jejunus: & differas prandium per duas horas: deinde ipsam gallinam comedas cum suo jure: si tantam copiam non habes olei, in parte illius juris, si quod habueris facias bullire, & haurias. Prædicta disciplina poteris cum piscibus uti, addens cum prædictis herbis, & speciebus origanum, &

pulegium: si etiam piscem eo unctum assaveris, utile erit. Item hoc idem oleum cum aceto calido sumat in ore, patitur torturam oris, vel paralysim, & colluat os frequenter: maximum enim consequitur juvamentum. Valet etiam ischiadicæ passioni, quando frequenter locus læsus ungitur, & per clysterem mittitur. Valet etiam podagricis, & arthriticis, ex frigida causa, cum quo fiat frequens inunctio pedum, vel articulorum, addito modico aceti calefacti, & postea in fine ægritudinis sine aceto. Valet dolori dorsi emplastrum ex eo: & ammoniacum in eo dissolvitur, & dorsum emplastretur cum eo: hoc etiam emplastrum apostema splenis, & ejus duritiem dissolvit modico spatio temporis, & omnes duritias, & omnia apostemata dura. Injectum naribus, valet epilepsiæ: & quando epilepticus cadit, destilla in aures ejus cum penna aliquas guttas: & apprehende nares cum manu tua, & agita caput, & si agitatur, sinatur post unam horam: in tempore interpolationis injectum multùm confert. Valet oppilationi narium, quando nares oppilantur ex frigido humore, quod intelligas per absentiam caloris: & ipse infirmus sentit nares frigere, & asserit istud sibi accessisse. Et calefacit cerebrum quando ex eo ungis pollicem, fricans palatum, vel coronam & tempora eo inungis, aut cum cibo sumis, aut cum jure parum ex eo usque ad ij. drach. bibas. Valet contra oblivionem, id est delet eam quando tu radis occipitium, & ungis frequenter illud: & etiam sumptum per os, sive in cibo, sive in vino, in quo bulliat castorium, & salvia, & olibanum. Ista frequentare debes quousque juvamentum sentias: & hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei. Et sedat dolorem dentium, quando est ex frigido humore, vel ex frigiditate cujuslibet rei: & inungendo dentes, vel gingivas eo, parum calefacit. Et injectum in matricem provocat menstrua, quando in matricem cum pessario immittitur, priùs ad ignem calefactum. Aperit orificia venarum, sumptum scilicet per os, sicut superiùs diximus. Et dissolvit sanguinem congelatum in stomacho, & in vesica, quando sumitur sicut diximus, ubi locuti sumus qualiter juvat renes, & solvit urinam, & frangit lapidem in vesica. Valet anhelosis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, sumptum cum decoctione hyssopi, & ficuum siccarum, & liquiritiæ, aut alicujus istorum ad pondus drachmarum duarum, jejuno stomacho.

GALENO ASCRIPTVS LIBER SECRETORVM AD MONTEVM.

PROOEMIVM LIBRI.

Quid sit traditurus explicat.

Rogasti me, amice Montee, ut describerem tibi librum in medicatione ægritudinum secundùm experimentum medicinale, & considerationes rationales ex eis, quæ expertus sum multis sapientum & bonorum in cultu legis. Feci igitur illum, & inscripsi ipsum de Secretis, quæ non est necesse promulgare unicuique hominum, timendo ne fiant pigri, confidendo in ipso, & dimittant quod necessarium est in scientia radicum, & ordine capitulorum, super quam est fabricatio artis. Et ego quidem scripsi tibi in illo secundùm mensuram virtutis, & fideliter. Dico igitur quòd substantia subjecta generationi & corruptioni, mutatur in qualitatibus suis, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas; quæ adinvicem agunt & patiuntur; & eorum æqualitate, complexionis existit bonitas. Quod est, quia complexio est factorum substantiæ cujuscunque membrorum animalis propria. Complexio igitur est substantia corporis, & natura ejus. Et postea sunt res sequentes complexionem necessariò, & sunt dolores, & sapores, & colores, & durities, & mollities, & lenitas. Natura verò de tribus dicitur rebus; quarum una est complexio; secunda est virtus rectrix; tertia est compositio. Et quamvis ars, quæ solicita est de corpore, sit una sicut probatum est jam in libris aliis, tamen partes ejus sublimes sunt duæ, quarum vna est regimen sanorum, & altera est curatio ægrorum. Et sunt ambæ in operationibus suis diversæ, quia ambarum prima intendit ad conservandum corpus secundùm dispositionem, in qua est; & secunda intendit ad permutandum ipsum ab eo, secundùm quod est. Et quoniam sanitas antiquior est morbo, & sublimitate, & tempore, tunc necesse est nobis ut acquiramus in primis, qualiter conservemus sanitatem; & post illud, qualiter sanemus morbos sanatione bona. Via autem communis ad inveniendum eas ex rebus duabus est, ut sciamus dispositionem, quam nominavimus sanitatem, quæ dispositio sit; quia non possumus servare ipsam quando existit, nec reducere ipsam, quando corrumpitur, nisi sciverimus quid sit. Nos verò jam processimus, & ostendimus, quòd sanitas similarium partium, est æqualitas, & quòd sanitas mēbrorum compositorum completur positione membrorum similarium partium, & eorum numero, Illud verò quod surgit per conservationem horum membrorum, est post conservationem sanitatis; sicut si corpora nostra nunquam finirentur, nisi per dolorem communicantem eis, non esset nobis ars necessaria, qua sciremus læsiones eorum omnes. Genera autem morborum corporum nostrorum, & corruptiones eorum, sunt duo, quæ eis sunt necessariæ, quæ sunt ex operatione caloris innati; & sunt eis corporibus à principio esse corporum radices. Et ex eis sunt, quæ non sunt necessariæ, & nos non sumus eas moventes, quæ quidem corrumpunt corpora nostra non minùs illis necessariis. Et ego quidem sum distinguens unumquodque duorum generum secundùm se. Dico igitur, quòd principium nostri esse, est ex sanguine, & spermate; veruntamen sanguis est materia properans in receptione ejus, quod descendit Et nos quidem intelligimus per materiam hylen; sequentem formam in omni parte; sperma autem stat loco Factoris. Et unumquodque istorum duorum est compositum ex elementis, ex quibus compositum est alterum (& nos quidem demonstravimus ita in libro, quem edidimus de Elementis secundùm sententiam Hippocratis.) Verumtamen in mensura mixtionis specierum diversificantur, quia plus est in spermate. Et jam nos quidem demonstravimus secundùm quod diximus, & testificati sumus illud in libro de Morbis & symptomasis. Et mihi quidem videtur, ut vadam ad fundamentum sermonis, in arte medicationis per experimentum, & considerationem, & copulationem, & abbreviationem sermonis, & appropinquationem locutionis. Frater Montee, iste magis juvativus liber est, quem composui in medicina; omnem namque descriptionem ejus expertus sum multoties in complexionibus comparibus. Descriptiones autem quas diximus in almemiri, id est, libro Pharmacorum, & est liber qui nominatur de Medicinis compositis, ubi non sunt nisi compositiones quorumdam quos dixi, sicut Archigenis, & Archelai, & Severi, & aliorum; quibus si uteretur aliquis secundùm quod dixerunt, non fieret juvamentum per eas, immò generarent morbos. Verùm ergo emendavimus eas, & exercitavi super errorem, qui est in eis. Prima ergo descriptionum ejus, quas ego composui, est descriptio medicinæ hujusmodi.

1. *Ad stuporem, & frigus, & paralysin.*

Vir quidam sexagenarius fuit, super quem vincebant humiditates superfluæ, & ventositates phlegmaticæ, & erat mollis corporis, & ipse quidem conquerebatur de stupore in corpore suo, & frigore addito, & incœptione paralyseos. Composui ergo hanc confectionem, quæ est medicina multorum juvamentorum. Et ergo quidem juvamenta ipsius dicam, post artem ejus. *Confectionis permixtio.* Recipe euphorbii, croci, casiæ lig. cinnamomi, apii, acaciæ, costi amari, spicæ, gummi Arabici, seminis urticæ, granorum alkerva, bdelii, olibani, sumach, ellebori, sulfuris citrini, styracis calamitæ, piperis albi, omnium ana. drach. vj. rosarum siccarum, pyrethri, arthanitæ, setefusiæ, seminum apii, omnium ana. drach. iiij. seminis albedarogiez i. ammeos seminum taraxaci, amborum ana. drach. j. medullæ cartami, zingiberis, amborum ana. drach. iiij. tere & cribra; deinde infunde in vino antiquo tribus diebus, donec fiant sicut mel; deinde fundatur super ea mel crassum despumatum; deinde misceatur, & fundatur super ea ex oleo balsami mensura unciæ unius; deinde ponatur super ignem levem, & bulliat ebullitionibus duabus levibus, & fundatur in vase vitreo; & dimittatur sex mensibus; & quantò plus antiquatur, tantò est melius ei. Usus est ea vir, & convaluit usque ad quartam hebdomadam. Et dosis quidem ejus est ex aureo usque ad drach. iiij. Quòd si ille, qui utitur ea, fuerit adolescens, sumat ex ea drach. i. & s. Hæc autem medicina confert morsui facto à cane rabioso juvamentum manifestum statim; & dolori qui fit in acumine verticis antiquo, & cui radiuntur pili capitis, deinde accipitur de hac medicina pondus aurei unius, & solvitur cum aceto vini, & linitur cum eo caput. Et ad dolorem dentium fricatur cum ea. Et ad dolorem auris solvitur cum oleo balsami, & colatur, deinde destillatur in aurem. Et ad anginam datur in potu cum aqua, in qua cocta sunt sebesten, & anethum, & deglutitur post ipsam butyrum tepidum. Et similiter ad asthma, & splenem, drach. i. & s. cum aceto, in quo decoctæ sunt radices capparis, & tamarisci. Et ad renes, & ad dolores eorum cum aqua, in qua decocta est calamintha fluvialis. Et ad serpentes in ventre, drach. i. & s. cum aqua, in qua decocti sunt cortices granati dulcis. Et ad hæmorrhoidas aur. i. cum vino antiquo. Et ad dolorem hepatis, & stomachi, & ad hydropem itaque, quando est complexio declivis ad frigus. Ad ultimum verò serva à me secretum magnum in omni medicatione tua. Cave igitur multiplicationem calefactionis, & inclina ad refrigerationem per comparationem, & non absolutè; & incipe in propinquitate complexionis hominis; & hic quidem est locus considerationis. Serva igitur hunc modum curationis, & intellige ipsum. Et fac medicinam, immittens species boni odoris aromaticas; est enim electuarium magnum, & non errabis; si Deus voluerit. Et fuge à stupefaciente oculum, nisi rarò, & apud necessitatem; nam faciet festinare ad eum, qui utitur ipso debilitatem tunicæ corneæ. Et hoc iterum considerandum est, intellige ergo ipsum.

2. *Ad phrenitidem, & tussim siccam, & febrem conclusam.*

Medicina autem Austri; qui est ex illis de Luca; quoniam conquestus est mihi de phrenitide, & apostemate in cerebro suo ita, qui permiscebatur; & fuerunt cum eo calor, & tussis sicca, & dolor capitis intolerabilis, & febris conclusa. Et jam medicati fuerunt ei quidam Medicorum, & erraverunt super eum. Præcepi ei uti hujusmodi medicina, & sanatus est usque ad hebdomadam unam. *Medicinæ permixtio.* Recipe psyllii infusi in aqua cucumeris Indi q.s. deinde extrahatur, & coletur cum cribro, & coaguletur cum rob uvæ levi igne; & sumatur tragacanthæ albæ, gummi Arabici, medullæ seminis citruli, & medullæ cucumeris, & medullæ seminis cydonii, medullæ seminum cucurbitæ, medullæ amyli, sandali, seminis portulacæ, sem. malvavisci, omnium ana, partem i. terantur contritione bona; deinde misceantur coagulato i. rob. Et administrentur de eo omni mane drach. iiij. & apud somnum similiter. Et cibus ejus sit aqua hordei, in qua decocti sint cancri fluviales, & sebesten. Hoc enim medicamen est, cui non est par.

3. *Ad dolorem capitis, & lacrymas oculorum, & ad insomniam.*

Et conquestus est mihi adolescens vicenarius (cujus complexio erat calida, & cujus color erat fuscus, & erat multæ quietis & tranquillitatis, & erat vincens semper complexionem regionis ejus caliditas) de dolore capitis superfluo inquietante, lacrymis in oculis suis, & dolore in eis, & non dormiebat. Composui ergo ei hoc caputpurgium, convaluit ergo ex vice una. *Modus confectionis.* Recipe croci danik ij. ladani dr. s. condisi drach. i. lache Kirat i. camphoræ Kiratam mediam, lubue, ambuæ, ana drach. iij. opii drach. ij. terantur, & agregentur cum melle medicinæ siccæ, & solvantur humidæ cum sambucino, terantur, & aggregentur cum melle despumato. Quando igitur necessitas ejus est, sumatur, sicut milium, & solvatur in lacte mulieris, & fiat cum eo caputpurgium. Vir autem cujus corpus est forte, sumat pondus sex granorum; hujusmodi enim medicina est ultima. Primum autem quod oportet præmittere in curatione morborum, quando vides repletionem, & tempus non longinquum phlebotomiæ, est ut præmittas phlebotomiam in cephalica, si morbus est in superioribus corporis; & in basilica, si morbus est in inferioribus corporis. Noster autem sermo in hoc jam præmissus est in multis nostrorum librorum. Qui autem vult esse prudens in arte ista, legat libros meos, & nunc utatur istis medicinis, quas ego composui, & expertus sum, postquam cognoverit complexiones utentium eis.

4. *Ad dolores oculorum, & ophthalmiam.*

Quia dolores qui accidunt oculo, sunt multi, & diversi, & ex eis est dolor qui vocatur ophthalmia, multoties accidit oculis in multis dispositionibus, videtur mihi ut præmittam causam ejus super reliquos dolores oculi. Quia cuidam viro qui nominatur Fisulus, advenit dolor inquietans, & ophthalmia calida per causam: & erat quadragenarius; & erat quietus, crassi corporis. Lenivi ego ei naturam cum infusione myrobalanorum; & firmabo, vel ostendam eam in hoc libro. Deinde præcepi ei, ut aperiret cephalicam. Et composui ei hoc sief; & nominavi ipsum juvativum, quia juvatus est per ipsum ipsa vice prima. *Modus Sief.* Recipe cerusæ de plumbo, amyli, amborum ana partes ij. & s. sarcocollæ, croci, opii omnium ana quartam partem illius; teratur cerusa, & cribretur cum orali; & addatur super ipsam de aqua dulci, quantum necesse est; & teratur in mortario diebus x. in hora quieta à vento, & in loco, in quo non sit pulvis; deinde infundatur gummi post illud in aqua dulci in vase mundo. Quando ergo solvitur, & sit sicut aqua, coletur cum panno lini super medicinam in marmore; deinde teratur cum ea. Quando ergo facta est medi-

cina ficut pasta, projiciantur super ipsam reliqui pulveres, & terantur cum ea, donec inspissentur; deinde fac ex ea sief, & exiccentur in umbra in loco tecto; deinde projiciatur super ipsam pannus sabini, aut pannus subtilis, defendens ipsa à pulvere, postea reponantur, & medicetur cum eis. Et sumatur ex eis unum, & solvatur in aqua rosa, & lacte mulieris; & sumatur in venera, & distilletur in oculum. Hoc autem sief est conveniens, vel conferens apostematibus, & inflationi, & vuæ, & ulceri nigro, & vesicis accidentibus in oculo, & pluribus morbis ejus.

5. Ad albuginem oculi.

Alchohol autem, quo usus est Ebinus monachus ad albuginem quæ erat in oculis suis; & omnes Medici convenerunt, quòd sanaretur; posui ipsum ei, & convaluit usque ad triginta dies. *Modus alchohol.* Recipe spumæ maris, quæ natat super aquam, stercoris lacertæ, sachari, massacumiæ, baurach, omnium partes æquales; terantur, & cribrentur; & sumatur ex memirem media uncia, teratur, & decoquatur cum libra aquæ, donec consumatur medietas; & coletur, & imbibatur cum hac aqua in marmore; deinde continuetur cum contritione in Sole diebus aliquot, donec consumatur aqua; deinde fiat pulvis. Hoc enim est ultimum, & secretum magnum.

6. Ad conservandum sanitatem oculi alchohol.

Alchohol autem, quod conservat sanitatem oculi, Montee amice, ego usus sum ad sanitatem amicorum meorum; & nulli qui eo usus est, accidit nocumentum in oculis suis dum remansit. Et ipsum quidem conveniens est omnibus hominibus propter subtilitatem suam. *Modus alchohol.* Recipe alchoroniæ, & est thutia Inda, antimonii, hæmatitis, rubiem, & est sepia abluta, & sit marina, nec aduratur, thutiæ, æris combusti, corticum æris, aloes, folii, croci, omnium ana partem unam; piperis, macropiperis, salis ammoniaci, omnium ana partem mediam; margaritarum minutarum, myrobal. Kebulorum, spumæ maris, cadmiæ aureæ, sachari, musci, camphoræ, omnium ana quartam partem, terantur, & cribrentur, & fricentur in marmore diebus aliquot, donec fiant sicut atomi. Hoc enim est ultimum.

7. Ad impetiginem, & pruritum.

Medicina, cujus descriptionem incœpi pro Serta to, pro qua ipse projecit medicinas multas avarus de ea usquequo accepit illam; & rectificavi ipsam, & curavi cum ea multos homines ab impetigine, quæ in capite, & cruribus, & baras, & pruritu, & casu capillorum, tabal, & alopecia, & lendibus, & pediculis, & scabie ulcerosa: & est certa. *Modus unguenti.* Recipe gallarum drach. iij. granorum almenii baurach aureum, i. sulfuris citrini aurei ij arsenici rubri, aristolo. amborum ana aur. s. salis ammoniaci, frustri testudinis, fimi veteris, amygd. amararum excorticatarum, colocynthidis, æris usti, venarum citrinarum, merda sengi, radicis capparis, foliorum fici siccæ, radicum cannæ siccarum, & ziniar, aluminis, jameni, siefmemithe, myrrhæ, aloes, olibani, omnium ana drach. s. kitram, foliorum olivæ, fellis vaccini, omnium ana aur. i. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum aceto vini, donec permisceantur; deinde leniatur cum eo. Est enim bonum ad tineam, & assafati, & ad ægritudines antiquas.

8. Ad vermen auris.

Ingenium in extractione vermis de aure, quod ego feci multoties. Distilletur in aurem quod distillat caro vaccina, scilicet quando assatur cum aqua almar-

A macur; deinde præparetur cannula cum mensura, quæ ingrediatur in aurem; & sugatur cannula à superiori parte ejus vehementi sugione: egredientur enim vermes, si Deus voluerit.

9. Ad extractionem aquæ cadentis in aurem.

Pro extractione aquæ cadentis in aurem sumatur virga junci triangulata, & est planta quæ oritur super flumina, & involvatur ejus extremitas cum coto, & liniatur cum oleo; deinde intromittatur extremitas ejus secunda in aurem cum mensura, quæ possibilis est, & incendatur extremitas in qua est cotum

B cum igne. Quanto igitur plus comburitur, aqua cadet de aure; & itera illud, donec egrediatur aqua tota.

10. Ad extractionem spinæ de gutture.

Ingenium in extractione spinæ, quando adhæret in gutture, aut transversatur. Elixetur frustum carnis vaccinæ, & ligetur cum chorda, & deglutiatur, deinde extrahatur extractione subtili: egredietur enim spina.

11. Ad dolorem auris.

Ad dolorem autem in aure factum res magis juvativa est, ut sumantur vermes inventi sub urceis aquæ, & decoquantur cum oleo ro. & mandragora, & distilletur in aurem postquam tepet. Quod autem dicitur,

C amice, de ægritudinibus aurium, jam ostendi illud in libro de Ingenio sanitatis, & in aliis libris.

12. Ablutio capitis cerebrum confortans.

Dico igitur quòd quandoque accidunt naribus ægritudines, quæ prohibent ab olfactu, & inspiratione. Dico ergo quòd prohibens ab illo, non est ex ægritudine nervorum, quoniam duæ extremitates anterioris cerebri, quæ sunt similes duobus capitibus mamillarum; & sunt illæ, quas diximus in eo, quod præteriit de sermone nostro, quòd sunt lenes, & quòd ipsæ non numerantur in numero nervorum; com-

D plent inspirationem, & expirationem, sine medicatione nervorum; & ad ipsas ascendit odor ex foramine, quod est in cartilagine intra coronam. Cujus medicinæ descriptionem scripsi Costæ monacho, & fecit ipsam; & similiter scripsi descriptionem ejus Chilichedeo, & Festito, & excusavit eos ab omni cura. Et abscindit nocumenta attracta ad caput, & confortat cerebrum, & cauterizat ipsum, & expellit nocumentum ab ipso, & separat inter ipsum, & vapores, & humiditates, ex quibus proveniunt coryzæ, & delet sodam. *Modus ablutionis confortans cerebrum.*

E Recipe salis gemmæ, salnitri combusti, spumæ maris bauraci albi, omnium ana partem unam; ellebori albi partem mediam; eondisi, staphidis, agriæ, sinapis, fæcis vini, i tartari combusti, omnium ana partem unã; sulfuris, rof. gallarum, sumach, alchanneæ, squinanthi, prassii, gummi Arabici, olibani, cariophyllorum, xyloaloes, lycii, arsenici, aluminis, folii, spicæ, nucis muscatæ, omnium ana partes s. terantur, & cribrentur, & solvantur in aquæ saponis communis par. iiij. cum aceto vini antiqui; & conficiantur cum eo medicinæ, & percutiatur in mortario; & sit acetum bulliens, quando solvis ipsum cum sapone; & fiant trochisci, sitque unus trochiscus drach. v. & exiccentur in um-

F bra. Quando igitur necessarii sunt, teratur unus trochischus, & solvatur cum aqua calida, & abluatur caput cum eo, & caveatur ne cadat aliquid ex eo in oculum; & sit natura lenis.

13. Ad fluxum sanguinis narium.

Et conquestus est mihi vir ex illis bonis de Roma, in primis quando hospitatus fui in ea; & erat quadragenarius, & erat delitiosus, teneri corporis, complexioque ejus declivis ad caliditatem & humiditatem (& hæc est complexio Romæ) quòd ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluum. Et me-

dicati fuerunt ei multi Medicorum, & non contulerat eorum medicina. Composui ergo ei hanc medicinam, cujus descriptionem acceperam à patre meo, & juvavi eum statim. Et ego quidem permutaveram me à domo ejus, sed ipse permutavit me ad eam; & hæc fuit prima domus, in qua quievi. *Modus medicinæ ad fluxum sanguinis narium.* Recipe chartæ Indæ. i. de papyro, cucurbitæ siccæ combustæ, atramenti viridis combusti, olibani, opii, aluminis usti, omnium ana drach. j. terantur, & pulverizentur, & cribrentur super ellychnium, quod submersum sit in aceto, & supponatur in nares ex eo deforis. Et ponatur super tempora, & frontem lutum armenum tritum, confectum cum aceto; & ligentur strictè manus, & pedes, & duo adjutoria cum ligamentis, & testiculi etiam; & surgatur cum ventosis supra hepar sine incisione, & super lienem; & cephalica phlebotometur ex parte sanguinis; & embrochentur pedes cum aqua calida, ut attrahatur sanguis ad inferiora; & dormiat supra dorsum suum; & fundatur super faciem ejus aqua frigida cum aceto, hoc enim est secretum magnum, serva igitur ipsum. Hæc quidem medicina abscindit sanguinem à quocunque membro, & si submergantur in ea pili leporis carminati, erit mirabilis.

14. *Ad mollificationem linguæ.*

Et conquestus est mihi vir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua, & fuit de quadam villa ex villis Romanis. Composui igitur ei hanc medicinam, & sanatus est usque ad paucos dies, qui fuerunt minùs tribus septimanis. *Modus pilularum ab accidentia phlegmatica.* Recipe albotiz, opopanacis, alitit dulcis, nucis muscatæ, omnium ana partem unam, terantur, donec fiant sicut pasta, & fiant sicut cicer pilulæ. Et ponatur sub lingua una post unam, & sugatur, & assiduetur gargarismus cum sinapi, & balneatio cum aqua non dulci. Et sanatus est.

15. *Ad nauseam, & malitiam digestionis, & combustionem in stomacho, & retentionem urinæ.*

Et conquestus est mihi vir quadragenarius, cujus complexio erat declivis ad caliditatem, & siccitatem (fuit in Alexandria regione) de nausea, & malitia digestionis, & combustionis in stomacho, & retentione urinæ. Composui igitur ei hanc medicinam, & juvatus est ea statim. *Modus syrupi de fructibus.* Recipe succi basilici, succi granati dulcis, & succi granati acetosi, aquæ tamarindorum, aquæ casiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cydoniorum, omnium ana lib. una. rob. uvæ vere dulcis, & est carenum, lib. iiij. decoquantur, donec fiat ei spissitudo, ejus malitiam securans, i. ne putrefiat. Et sumatur de ea omni die cochlearium unum cum aqua frigida.

16. *Ad debilitatem stomachi, & vomitum, & solutionem ventris.*

Rob de fructibus conferens debilitati stomachi, & vomitus, & solutioni ventris superfluæ, & angustiæ, & adustioni, quæ fit in stomacho. Composui quidem hanc medicinam Rufo propinqui temporis, qui fuit Persa. *Cujus permixtio.* Recipe granati acetosi, cydoniorum, amborum ana xx. numero, pirorum, jujubarum amborum, ana c. numero; sumach aur. xl. granorum myrti, centaureæ; terantur omnia, & ponantur in vase bireno s. lebete, & fundantur super illud aquæ xx. chist; & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx, & projiciatur, & sumantur lib. tres mellis, & ponatur ipsum cum illa aqua, & accendatur sub ea ignis, donec fiat sicut mel spissum, & coletur, & reponatur. Cujus dosis sit cochlearium unum cum aqua frigida.

17. *Ad febrem adustam, & sitim, & adustionem in stomacho.*

Et conquestus est mihi vicenarius adolescens de febre adusta, & siti, & de adustione in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos. *Modus trochisci febris adustæ.* Recipe seminum citrulorum excorticatiorum sem. portulacæ, liquiritiæ decorticatæ, omnium ana drach. viij tragacanthæ drach. iiij. terantur, & molliantur, & conficiantur cum mucilagine psyllii; & fiant inde trochisci, sitque omnis trochiscus drach. j.

18. *Ad febrem tertianam trochisci.*

Trochisci boni (quos ego sum expertus, & quos composui viro ex bonis, qui habebat febrem tertianam & medietatem quotidianæ, & juvatus est ex eis citò juvamento veloci) ad febrem tertianam, & febrem incensivam, & febres permixtas calidæ causæ; & sunt nobilis quantitatis; serva ergo eos. *Modus trochiscorum febri tertianæ.* Recipe rosarum drach. xx. spodii drach. v. amyli drach. iij. tragacanthæ drach. ij. croci danich. ij. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum aqua, & fiant inde trochisci; sitque omnis trochiscus drach. j. Et sumatur in potu cum aqua & syrupo acetoso.

19. *Ad stricturam anhelitus, & dolorem stomachi, & dolorem duorum laterum, & malitiam digestionis, & eructationem acetosam, & dolorem hepatis, & splenis.*

Et conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de strictura anhelitus, & dolore stomachi sui, & dolore duorum laterum, & malitia digestionis, & corruptione hystimbræ, & eructatione acetosa, & dolore hepatis sui, & splenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Composui ergo ei hanc medicinam, & juvatus est ea multùm usque ad hebdomadam. *Modus syrupi juvativi.* Recipe scillæ lib. ii. ß. sem. fœniculi, petros. anisi, pyrethri, hyssopi, sem. ocimi gariophylati, costi, asari, omnium ana unc. j. sem. apii, piperis, cymini carmeni, omnium ana unc. ij. dauci, ammeos, libystici, cardamomi, omnium ana iiij. ocymi hortulani, satureli i. aceti acetosi, chisti, mell. chist. rob. chist i. tere medicinas, & infunde eas in aceto tribus diebus; deinde coque ipsum, donec consumatur medietas aceti; deinde projice super ipsum vinum, & coque ipsum donec consumatur quantitas medietatis vini; deinde remove ipsum, & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipsum, donec infrigidetur bene; deinde infunde super ipsum mel despumatum, & accende ignem sub ipso, donec fiat sicut mel subtile, & repone ipsum. Sitque potio ejus cochlear unum cum aqua frigida. Et si volueris ipsum solutivum, tunc bibatur ex eo cochlear unum cum aqua tepida, & duobus drach. scammonii, est enim mirabile.

20. *Ad frigus stomachi, & corruptionem ejus.*

Et conquestus est mihi vir, qui erat in ætate & complexione, sicut ille, qui præcessit ante hunc. Composui ergo ei hanc medicinam ad frigus stomachi ejus, & ad corruptionem ejus, & ad malitiam hystimbræ ejus, & febrem quartanam, quæ erat à putrefactione phlegmatis, propter debilitatem, quæ evenerant in corpore ejus, & in manibus ejus, & ipsius renibus. *Decoctio ad febrem quartanam.* Recipe vini antiqui boni odoris albi lib iij. mellis lib. j. zingiberis drach. v. heyl. cardamomi, omnium ana drach. ij. & s. croci drach. ij.

musci, piperis, macropiperis, omnium ana drach. i. & s. terantur, & cribrentur, & pulverizentur super syrupum; & dimitte eum in Sole diebus multis. Deinde utere ex ipso cochleari j. cum aqua frigida.

21. Ad corpus infrigidatum, & humectatum, & alia multa.

Et conquestus est mihi vir infrigidati & humectati corporis; mutati coloris ex fluxu sanguinis superfluo, qui accidit ei propter syncopen, & frigus in hepate suo, & suo corde; & debilitatem in suo stomacho, & corruptione in venis suis, & solutione ventris superflua, & vomitu multo. Composui igitur ei hanc medicinam sublimem. *Modus concoctionis.* Recipe costi, folii, calami aromatici, gariophyllorum electorum, omnium ana unc. ij. casiæ ligneæ, salis Romani, amborum ana unc. j. galliæ acaciæ, foliorum ro. spodii, faufel, thuris masculi, omnium ana unc. s. terantur, & cribrentur; & conficiantur cum rob cydoniorum, & reponatur. Et sumatur ex ea ad magnitudinem nucis, quando necesse fuerit; est enim ultima primaria valde.

22. Ad tristitiam, & cogitationem, & debilitatem, & angustiam.

Et conquestus est mihi vir adolescens ex filiis regum (& erat teneri corporis, & delitiosus) de debilitate nimia, & subtilitate ejus, & angustia, & tristitia, & cogitatione; & erat continens nos aër autumnalis corruptus, alteratus; & locus in quo convenerat, erat horizon civitatis Lucæ, super cujus aërem vincebat caliditas & humiditas. Composui ergo hanc medicinam, & exivit ab ægritudine sua velociter. *Modus confectionis magnæ.* Recipe sem. ocimi, buglossæ siccæ, foliorum propriè menta siccæ, lapidis lazuli adusti, abluti, margaritarum parvarum tritarum, Karabi marini abluti, coralli albi, lapidis armeni, setæ combustæ, omnium ana drach. x. galliæ, spicæ Indæ, myroba. epithymi Cretensis, cinnamomi, thuris, mastiches, zedoariæ, doronici, been albi, & rubri, folii, cardamomi, gariophyl. electorum, usneæ, castorii. liquir. excorticatæ, croci, sem. lactucæ, sem. hyoscyami, ozanorsi i. squinanthi, mandragoræ, xyloaloes bonæ, pæoniæ, ravedsceni sem. armel, nucis muscatæ, darsessaham, carnub, feliniafelelias i. agni casti, sem. coriandri, ana drach. v. limaturæ argenti drac. iiij. limaturæ auri drach. s. camphoræ drach. i. rosarum, spodii, amborum ana drach. vij. musci aur. i. terantur omnia & cribrentur, & leniantur cum unc. i. olei rof. & quarta unc. balsami; & adjungatur ei tantùm sacchari triti, & cribrati, quantùm sunt omnes medicinæ; & conficiatur totum cum miva, & reponatur sex mensibus in primis. Et sumatur ex eo omni die sicut abundachari assiduè.

23. Ad tussim, & ad asthma.

Et conquestus est mihi vir quinquagenarius (cujus complexio erat æqualis, declivis ad caliditatem & humiditatem, crassi corporis, & erat regio ejus multorum ventorum meridianorum) de tussi, & anhelitu latitudinis, & asthmate antiquo. Composui ergo ei hanc medicinam, & juvatus est ea in hebdomade una *Modus medicinæ.* Recipe hyssopi sicci, ocimi, capilli veneris, prasii, liquir. decorticatæ, omnium ana. drach. vj. funde desuper mensuram sacraiati unius de aqua, & coque ipsam, donec perveniat ad medietatem; deinde cola, & funde super ipsam cochlear mellis; deinde da ei in potu.

24. Ad sputum sanguinis, & solutionem ventris.

Et conquestus est mihi Jesas, qui erat ex Armenis, de sputo sanguinis, & ventris solutione; & erat adolescens trigenarius, extenuati corporis, & calidi; & ejus regio calida valde. Composui ergo ei hanc medicinam. *Trochisci nobiles.* Recipe carabi marini adusti, A acaciæ ablutæ, gummi Arabici, spodii, rosarum therathit, omnium ana drach. x. opii drach. i. mastiches drach. iij. coralli drach. iiij. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum mucilaginibus granorum cydoniorum, & fiant trochisci, sitque omnis trochiscus ejus drach. i. Cujus dosis, sit trochiscus unus cum aqua frigida apud somnum. Et si dimiseris hos trochiscos, donec aggregentur partes eorum diebus aliquot, erunt complexiones ad operationem suam.

25. Ad retentionem menstruorum, & multa alia.

B Et conquesta est mihi mulier cujusdam amicorum meorum, quæ erat ex sapientibus mulieribus; & pepererat, & retenta erant ei menstrua, & minoratum fuerat lac ejus; & acciderat ei sputum sanguinis, & saniei, & tussis, & anhelitus dilatatio. Composui ergo ei hanc medicinam, & juvit eam. *Modus electuarii.* Recipe succi prasii unc. vj. boni vini unciam unam, mellis unciam unam, piperis albi, thuris, myrrhæ, omnium ana drachmam unam, conjungatur aqua prasii, & vinum in olla, & coquantur donec consumantur duæ partes tertiæ, & tunc projiciatur super ipsum mel, & accendatur sub ea ignis donec coaguletur, & fiat sicut mel; terantur ergo medicinæ, & C pulverizentur super ipsum, deinde misceantur super ipsum: quando igitur permiscentur, tunc repone ipsum in vitreato. Et lambat ex eo infirmus cochlearium i. jejunus. Juvata est ergo hac medicina in spatio brevi.

26. Ad sputum sanguinis, & solutionem ventris & sanguinis

Emplastrum quod ego composui; & ponitur super pectus, & abscindit fluxum sanguinis; & super ipsum stomachum ex solutione ventris, & super caput ex fluxu sanguinis narium. *Cujus permixtio* Recipe myrrhæ, thuris, aloes omnium omnium ana drach. iiij. D balaustiorum, sanguinis draconis, acaciæ, sief memithe, feluzaharagi, & loco ejus chochol caubem, omnium ana drach. viij. opii, radicis spicæ, hyoscyami, omnium ana drach. iij. aluminis abluti, lacunæ sigillæ, atramenti, omnium ana drach. ij. sumach, gallarum, granatorum summitatum, s. balaustiorum, omnium ana drach. vj. tere illud, & cribra ipsum cum cribro subtili, & confice ipsum vino passularum bono, aut cum aceto vini permixto, donec fiat sicut mel spissum. Deinde line super pectus ex sputo sanguinis, & super caput ex fluxu sanguinis narium, & super omnem locum, ex quo egreditur sanguis, & E line ipsum super stomachum ex solutione ventris. Et hoc ultimum est in eo, quod diximus: serva ergo ipsum.

27. Ad ventositatem ventris, & apostema in hepate, & hydropem.

Et conquesta est mihi mulier de ventositate in ventre suo, & apostemate in hepate suo in superioribus ejus, & inceptione hydropis, & erat mulier tricenaria, aut quasi tantùm, & erat causa ejus retentio menstruorum, & erat vincens continens nos aër calidus, & humidus. Composui ergo ei hanc medicinam, & F juvata est ea usque ad xxx. dies. *Confectio, quæ provocat menstrua, & expellit ventositatem.* Recipe eupatorii, spicæ, corticum casiæ ligneæ, croci, seminis apii montani, & domestici liquir. squinanthi, carpobalsami, rubiæ, omnium ana drach. iiij. revetseni drach. iij. mastiches, laccæ quæ non est est operata, spodii, rosarum rubrarum, aristolo, omnium ana aur. i. terantur omnia; & cribrentur; & conficiantur cum melle despumato. De quo sumatur omni die pondus drach. ij.

28. Ad ictericiam nigram.

Et conquesta est mihi mulier, religiosa, quàm exte-

nuaverat religiositas & abstinentia, de icteritia nigra multùm apparente; & erat corporis macri, quæ jam transierat l. annos, & erat ejus regio Romana, & erat tempus autumni, in diebus, in quibus ego fui ibi. Composui ergo ei hanc medicinam, & accepit ex ea aur. i. & exivit ex ægritudine sua exitu bono. *Medicina ad extrahendum melancholiam.* Recipe aloes pondus drach. vij. masti drach. viij. agarici, polypodii, cartami, epithymi, omnium ana pondus drach. ij. folii, casiæ ligneæ, spicæ, omnium ana drach. ij. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum melle despumato. Sitque dosis ejus aureus i. cum vino, si non fuerit febris.

29. *Ad icteritiam citrinam.*

Et conquestus est mihi vir tricenarius, qui erat monachus bonus, multæ lectionis in libris, & erat calefactus de icteritia citrina multùm apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & juvatus est ea velociter. *Medicina ad extrahendum choleram.* Recipe amygdalarum amararum, amygdalarum dulcium, spodii, folii, rosarum, absinthii, masticbes, spicæ, anisi, omnium ana drach. iij. seminis scariolæ drach. x. coriandri sylvestris drach. ix. aloes drach. vj. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum vino. Et sit dosis omni die drach. ij. pondus.

30. *Ad duritiem splenis, & apostema in hepate, & aquam citrinam, & dolorem stomachi, & renum, & tussim cum icteritia.*

Et conquestus est mihi vir ex amicis meis ex bonis religiosis, de duritie in splene suo, & apostemate in hepate suo, & aqua citrina, & dolore in stomacho suo, & dolore renum, & ex tussi cum icteritia. Composui ergo ei hanc medicinam. *Confectio ad ægritudinem ventris, vel vacuitatis.* Recipe spicæ Indæ, costi, corticum casiæ ligneæ, omnium ana pondus drach. ij. fœniculi drach. iij. piperis, sem. apii, acori, andacochæ, ireos, xylobalsami, omnium ana drach. iiij. venarum cappar. drach. quinque; passularum mundatarum à granis suis drach. x. terantur, donec fiant sicut medulla; & terantur medicinæ, & cribrentur, & conficiantur omnia cum melle despumato. Et sumantur ex eo omni die drach. iij. cum aqua capparum, & calaminthes, & secaniabin pauci aceti. Juvatus est ergo ea juvamento manifesto in spatio parvo. *Emplastrum conferens duritiei splenis, & hepatis.* Recipe ammoniaci, bdellii, ireos, sepi vaccini, omnium ana drach. x. ficus, thuris, opopanacis, galbani, omnium ana drach viij. piperis c. & l. grana; ceræ, picis siccæ, amborum ana drac. xx. aluminis jameni, sulfuris myrrhæ, omnium ana drach. x. pyrethri, radicum capparis, amborum ana drach. v. visci, aristolochiæ, croci cordumeni, amomi, olei nardini, omnium ana drac. iij. terantur bene cum aceto, & conficiantur cũ eo, donec permisceantur; & liquefiat cera, & permisceantur omnia terendo in mortario, donec fiat corpus unum; & ponatur super splenem.

31. *Ad febrem quotidianam, & fluxum ventris, tenesmun, & tussim.*

Pilulæ quas ego composui viro oratori, qui habebat quotidianam, & fluxum ventris superfluum, & punctionem, & tenesmun vehementem, & tussim; & jam erat desiccatus: & desperaverat se, & speraverat mortem. Juvatus est ergo his vice una. *Pilularum permixtio hæc est.* Recipe castorii, myrrhæ, amborum ana aur. i. & semi. seminis hyoscyami albi drach. iij. seminis apii drach. viij. tere illa, & confice cum vino, & fac inde pilulas sicut piper, & sicca eas. Sitque dosis ejus grana v. cum rob myrthi, & aqua. Inquit Galenus, non est nobis necessarium rememorari in hoc libro radicum ægritudinum, quoniam jam eas diximus in aliis libris; hunc autem librum non fecimus, nisi ad descriptionem propriè. Et quamvis nos confortemus per ipsum rationes Empiricorum, tamen quando ego cogito, ratione certa cognosco, quia est unum de secretis medicinæ, & thesaurus ex thesauris ejus. Et omnem medicinam ejus jam expertus sum vicibus multis in eo, qui aptus, & cui convenit, & est conveniens complexio ejus.

32. *Ad dolorem ani, & tenesmun, & ventris solutionem, & puncturam.*

Ellychnium quod supponitur in ano, & efficit opus pilularum, immò melius. *Ejus permixtio.* Recipe myrrhæ, thuris, mastiches, croci, omnium ana partem unam; terantur, & cribrentur, & conficiantur cum vitellis ovorum, aut cum succo psyllii; & fac inde, quod sit simile glandi; & pone in unoquoque eorum filum. Quando ergo facis illud, inunge ipsum antè oleo rosato, & pone ipsum in ano, & præcipe ut teneat ipsum nocte tota. Quando igitur voluerit extrahere, trahat filum, & extrahat ipsum. Hæc autem medicina est sublimis ad dolorem ani, & tenesmo sanguineo, & solutioni ventris, & puncturæ. Scias ergo bonitatem ejus.

33. *Ad colicam, & vomitum, & dolorem stomachi.*

Medicamen ad colicam, quod composui adolescenti trigenario, cui acciderat colica, quæ dicitur ileos, & vomitus, & exiccatio fortis, & dolor stomachi. *Cujus permixtio.* Recipe mirobalanorum citrinorum, & nigrorum, masti, anisi ammeos, seminum apii, corticum thapsiæ, medullæ seminis cartami, omnium ana partem unam; salis Indi partem s. aloes Scotrensis ad pondus omnium medicinarum, terantur & cribrentur, & conficiantur cum aqua foliorum citri humidorum; & fiant inde pilulæ. Sitque dosis ejus aur. ij. cum aqua calida ante cibum: est enim bonum ad digestionem cibi, & lenit ventrem, & ad colicam, & ventositatem, & dolorem dorsi, & crudum humorem.

34. *Ad lapidem renum.*

Et conquestus est mihi vir de lapide, quam habebat in renibus suis, & quandoque exierat in urina; & narravit, quia egessit eum: hoc autem longinquum est, veruntamen ego audivi, quod Archigenes in quibusdam libris dixit hoc, sed nescio causam ejus. Composui ei hanc medicinam; & juvatus est ea usque ad xxx. dies. *Confectio ad lapidem.* Recipe aristolo. dauci, floris squinanthi, carpobalsami, spicæ, croci, meu, phu, apii, casiæ, chamædrios, scorodi, ammeos, prasii, dragacanthi, enulæ, ireos, origani montani, carvi, seseleos, corticum radicum, cappar. gariophyllorum, cymini, seminum fœniculi, scillæ assatæ, sinapis, myrrhæ, seminis erucæ, condisi, omnium ana partem unam; pinearum decorticatarum ex cortice suo, quantum est pondus omnium; terantur & cribrentur, & conficiantur cum melle despumato. Sitque dosis ejus omni die drach. iij.

35. *Ad debilitatem coitus, & ad dolorem vesicæ, & lapidem, & dolorem in utrisque lateribus.*

Et conquestus est mihi adolescens teneri corporis ex filiis Regum philosophorum ex amicis meis, de coïtu, de vesica, de dolore in ea, & lapide, & de dolore in utrisque lateribus. Composui ergo ei hanc medicinam, & juvatus est ea velociter. *Confectio ad coïtum* Recipe pinearum excorticatarum de cortice suo libræ unius quartam; medullæ seminum melonum, medullæ seminum cucurbitæ, been ru. & citrini, sesami decorticati, galangæ, zingiberis, secacul, seminum alphagdi, sepi scindi, omnium ana drachmas decem; seminum urticæ, sinapis, cæpæ albæ, anisi, papaveris

albi, liquiritiæ decorticatæ, seminum bauciæ, omnium ana drach. vij. penidiorum quantum est pondus omnium; terantur, & cribrentur, & conficiantur cum melle despumato. Et accipiatur ex ea mane, & apud somnum, quantum est nux. Et præcipe ei, ut fiat hoc sibi cibarium diebus, quibus accipit confectionem. Recipe bauciarum mundatarum ex venis suis, & cortice suo medietatem libræ; elixetur ergo donec dissolvatur; & projiciatur in eam oleum omphacinum, & mel; formetur cum vitellis v. ovorum. Et quandoque decoquuntur cum eo passeres. Et coloretur cum croco, & zingibere; & aromatizetur cum musco.

36. *Ad Satyriasim.*

Medicamen cui non est simile super terram in satyriasi, & est velocis sanationis. *Cujus permixtio est.* Recipe olei sambucini, vel de zambach. i. de jesemino, libram unam; formicas habentes alas, mille; nemerefin unam, & est fœmina parva vulpes, quæ in Sabano moratur; & cum formicis misceantur; & inungatur cum hoc unguento mirach, & duo testiculi, & virga, postquam suspenditur in Sole duabus hebdomadibus.

37. *Ad testiculorum dolorem, & apostema, & ventositatem, & pruritum.*

Et conquestus est mihi vir ex bonis religiosis & amicis meis de apostemate in testiculis, & ramice, & ventositate in eis, & dolore eorum. Composui ergo ei hoc emplastrum, & juvatus est eo juvamento magno. *Cujus permixtio.* Recipe mastiches, setæ, thuris, sarcocollæ, omnium ana drachmas vj. terantur, & cribrentur, & incorporentur cum vino; & liniatur super apostema, & annectatur super ipsum cotum; & dimitte ipsum donec exiccetur; deinde accipe pannum, & liga duo ova ad duas ancharum pyxides. *Ad pruritum testiculorum.* Ad pruritum in duobus testiculis, sumantur cerusæ drach. vj. sulfuris citrini drach. ij. opii drachma una; terantur omnia cum aceto vini permixto cum aqua, & pone ipsum tribus vicibus. *Ad apostema testiculorum.* Et ad apostema in duobus testiculis, sumantur ciceris partes ij. althææ partes j. terantur cum aceto, & liniantur super apostema: est enim bonum.

38. *Ad dolorem juncturarum.*

Et scripsi ad Glauconem Philosophum, qui erat ex bonis & pnris amicis meis; & erat ejus ætas adolescentia; & erat teneri corporis delicatus; & ipsius regio Beneventum; invaseratque eum dolor juncturarum, & carnium, quæ super dorso in directo ancharum sunt, & podagra, & dolor ancharum. Composui ergo ei hanc medicinam, & est una ex illis quam accepi ab Archigene; & addidi in ea, & rectificavi eam. Juvatus est ergo ea usque ad lxx. dies, & non rediit ad ipsum; & est secretum magnum ex secretis medicinæ. *Pilula ad dolorem juncturarum.* Recipe myrobalanorum Kebul. Indorum, & corticum cucumeris asinini, buzaram loco cujus ponitur zingiber, colocynthidis interioris, salis Indi, hermodactylorum, aloes scotrensis, omnium ana drach. j. sagapeni drach. ij. terantur, & pulverizentur; & conficiantur cum aqua foliorum Kekengi, & aqua albuzaran; & fiant pilulæ sicut piper, desiccentur in umbra. Et bibantur ex eo omni nocte tertia drach. iij. cum aqua calida. Et sumatur post illud hæc medicina, cujus modus est. Recipe buziden, id est satyrionis partem j. hieræ picræ partes ij. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum melle. Et bibantur ex ea drach. iij.

39. *Ad ischiadem.*

Et conquestus est mihi vir ex una villarum Romanarum, super cujus aërem erat vincens humiditas, & vincens super complexionem viri simile illi de ischiade. Purgavi ergo corpus ejus semel cum hac medicina; & excusavi ipsum à cauterio, & unguento. *Medicina ad ischiadem.* Recipe hermodactylorum, turbith carnosi, buziden, id est satyrii, sanæ, medullæ seminis cartami, pulpæ colocynthidis, medullæ seminum citruli, omnium ana drach. j. terantur, & cribrentur; & conficiantur cum butyro & melle. Et est hæc potio una.

40. *Ad humorem crudum lapidosum, & mollificationem crurum, & debilitatem corporis.*

Et conquestus est mihi Abyn, qui erat exiccatus, (cujus erat ætas adolescentia, mediæ habitudinis, delicatus) de humore crudo lapidoso, qui faciebat eum sedere, & mollificatione crurum suorum, & debilitate corporis sui, & stupore in utrisque. Composui ei hanc medicinam, & usus est ea per mensem, & rediit ad sanitatem suam naturalem. *Medicina ad humorem crudum.* Recipe myrobal. Kebul. & emblicorum, & Indorum, & satureiæ, ammeos, apii, origani Persici, hermodactylorum, turbith gummosi in duabus extremitatibus, omnium ana drach. j. buzaran, loco cujus ponitur zingiber, drach. ij. sennæ Arabicæ lib. j. tertiam, spicæ, hebel, amomi, omnium ana drach. viij. cinnamomi, neremisch, piperis, macropiperis, spodii, ro. salis naptici, omnium ana drach. iiij. nasturtii unc. s. salis ammoniaci aur. j. acori drac. iiij. berengi, doronici, zedoariæ, tertiam aur. j. terantur, & cribrentur, & leniantur cum butyro vaccino, præparato cum clississia tritici, id est simila; donec ejiciat ipsum; & adjungatur media libra penidiorum, & conficiatur cum melle despumato. Et sumatur ex eo omni die drach. s. cum aqua, in qua decocta est acorus. Et utatur hoc oleo, est enim ultimum in morbis juncturarum, & mollificatione earum, & corruptione complexionis earum & ipsarum dolore. *Oleum probatum, cujus permixtio.* Recipe costi, carpobalsami, corticis casiæ, omnium ana, drach. xxx. calami aro. buzaran, loco cujus ponitur zingiber, abrengi loco cujus sagagenum, omnium ana drach. xx. macropiperis drach. vij. cordumeni, zingiberis, staphidis agriæ, omnium ana drach. vj. cyperi, drach. xj. venarum squænanthi, ireos, amborum ana drach. xij. cyperi, blactæ byzantiæ, foliorum myrti sampsuci, omnium drach. x. tere medicinas contritione crassa; & infunde eas in vino boni odoris, secundùm mensuram, qua cooperiat eas, die ac nocte; & pone ipsum in olla, & infunde super eam ex aqua quantum est mensura vini; deinde infunde super illud oleum sesami, & oleum lentiscinum, de unoquoque x. asacraiati; deinde accende sub ipsa ignem lentum quantitate viij. horarum; deinde tolle eam ab igne, & permitte illud infrigidari, & funde oleum ab aqua; deinde accipe in decoctione ejus secunda, asari spicæ, amomi, ana drach. x. folii drach. vj. myrrhæ unc. j. tere omnia; & infunde ea die ac nocte; deinde cola eam in ollam, & funde super eam oleum; sitque olla, in qua decoques vice prima, & secunda, & tertia, olla limpida, in qua ponantur medicinæ, & oleum. Et accipe ollam magnam à loco masiam, & funde in eam aquam; deinde pone ollam, in qua sunt medicinæ & oleum in cavitate ejus; & accende sub ea ignem lentum, donec concoquatur oleum, & medicina per calorem aquæ. Quando ergo decoxeris ipsum secundùm terminum quem narravi, & pervenerit ad finem, remove ipsum ab igne, & permitte ipsum infrigidari. Deinde cola ipsum oleum, & coque ipsum tertiò. Et accipe gariophyl. blactæ byzantiæ, nucis muscatæ, omnium ana

drach. iiij bdellii drach. iiij. mellis, styracis calamitæ drach. xxx. olei balsami drach. s. tere medicinas siccas, & infunde eas in vino die ac nocte. Deinde cola eas in ollam; & funde super eas oleum; & accende ignem sub eis secundum quod narravi tibi; deinde cola oleum, & repone: ipsum enim est ultimum in morbis juncturarum. Et in læsione fiat inunctio ex eo, & bibatur: solvit enim naturam, & extrahit humorem crudum; & confert colicæ, & morbis viscerum.

41. *Ad caninum appetitum, & singultum, & eructationem acetosam.*

Electuarium diatrion pipereon, quod ego composui Hedino, qui fuit ex bonis; & erat intra Romam, & erat septuagenarius: conquestus est de frigore in complexione, & humiditatibus superfluis, & canino appetitu, & singultu, & ructu acido. Composui ergo ei hanc medicinam: & juvatus est in hebdomade. *Cujus permixtio.* Recipe piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium ana quartam libræ; xylobalsami unc. j. spicæ, amomi, ana drach. iiij. sem. apii, zingiberis, seseleos, κεισιμ, casiæ mundatæ, enulæ, asari, omnium ana drach. iij. tere omnia, & cribra, & confice cum melle despumato, & repone ipsum. Et sumatur ex ipso quantum bundacha.

42. *Ad tremorem cordis, & inquietudinem, & cogitationem.*

Syrupus quem composui Demicrati, quæ est mulier bona, multi jejunii; cui accidit tremor cordis, inquietudo, & cogitatio, & stoliditas, & mentis ablatio, & quandoque egrediebatur à ratione sua; & erat quadragenaria, constrictæ carnis albæ. *Cujus permixtio.* Recipe buglossi exiccati, foliorum rosarum, foliorum citri, foliorum ocimi citrati, capilli veneris, ocimi gariophyl. omnium ana hosmatum. j. quod est quarta libræ, & tria grana; malorum mandragoræ incisorum drach. viij. frustum panis, karabe contriti, setæ crudæ incisæ, lazuli contriti, nucis muscatæ contritæ, zedoariæ, doronici, been albi, & rubri, sandalorum alborum, margaritarum minutarum, coralli, spodii, berberis, xyloaloes boni crudi, mastiches, thuris masculi, omnium ana aur. j. terantur, & decoquantur omnia in xiiij. libris aquæ fontis, donec consumantur duæ tertiæ; & comprimatur manibus pannus, in quo sunt species, & colentur; & aggregentur duæ libræ aquæ cum x. libris bonis vini, & x. libris mellis despumati, & coquatur, donec fiat spissitudo; & frigidetur, & aromatizetur cum drach. j. musci contriti. Et bibatur septimanis iiij. *Ad tremorem cordis linimentum.* Recipe thuris, ro. xyloaloes, gariophyl. spondii, sandalorum rubrorum, karabe marini, sandarachæ, omnium ana drach. j. aluminis jameni drach. s. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum aqua rosarum aut cum aqua malorum, & ponantur super cor, & stomachum, est enim ultimum.

43. *Ad dolorem hepatis, & splenis, & multa alia.*

Et conquesta est mihi mulier devota magnæ quantitatis nobilis (cujus complexio declivis erat ad caliditatem, & ejus anni xl. erant) de dolore stomachi, & hepatis, & splenis, & duritie in ventre, & apostemate, & inceptione hydropis, & dolore amborum renum, & pulmonis & amborum laterum, & vesicæ, & matricis, dolore in omnibus membris suis, & sputo sanguinis, & pluritide. Composui ergo ei hoc emplastrum. *Cujus permixtio.* Recipe ceræ, hel kalimbat. i. terebinthinæ, bdellii, thuris, ammoniaci, cordumeni, fructus myrti, fructus vitis, tortellarum de seni, amomi, spicæ, croci, myrrhæ, mastiches, omnium ana drach. viij. olei violati, olei sesamini, amborum ana drach. xl. vini boni odoris, quantitate qua infundatur, donec fit emplastrum; & accipe ammoniacum, bdellium, & thus, & myrrham, & tere, & in vino ea infunde, & contere ea, & liquefac ceram cum duobus oleis, & bulliat. Quando ergo liquefiunt repone ea desuper ignem, & tere reliquas medicinas, & pulveriza super ea, & move tamdiu donec permisceantur adinvicem. Deinde line ea super loca, in quibus durities est, & apostema, & dolor.

44. *Ad vomitum immoderatum, & fluxum ventris.*

Emplastrum quod composui mulieri religiosæ devotæ, cui acciderat vomitus immoderatus, & solutio ventris superflua, & febris conclusa, & sitis, & adustio vehemens; & erat trigenaria; & erat tempus æstivum. *Cujus permixtio.* Recipe cydoniorum mundatorum decoctorum cum aceto lib. i. galliæ, seminis myrtæ, sumach, acaciæ, fructus vitis, myrrhæ, mastiches, omnium ana drach. iiij. tortellarum de seni drach. viij. aromatici drach. i. tere illud bene donec permisceatur, & funde super illud oleum ros. & acetum vini, & aquam ro. tali mensura, quod humectetur, & line stomachum. & juvata est ea statim.

45. *Ad febrem quotidianam trochisci.*

Modus trochiscorum ad febrem quotidianam quando maturatur. *Quorum permixtio.* Recipe rosarum, spodii, eupatorii, seminis, cuscutæ, berberis, seminis endiviæ, omnium ana drach. iiii. xyloaloes, tragacanthi, absynthii, anisi, doronici, omnium ana drach. i. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum aqua calida; & fiant inde trochisci, quorum unus sit drachmarum ij. Et bibatur cum syrupo acetoso septem diebus, & eradicabitur.

46. *Ad febrem tertianam decoctio experta.*

Decoctio ad febrem tertianam post tres accessiones experta. *Cujus permixtio.* Recipe tereniabin, id est semen album habens saporem mannæ, medullæ cassiæ, tamarindorum, omnium ana unc. s. myrob. unc. i. decoquantur cum lib. s. aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & coletur. Et bibatur cum media unc. olei sesam; ipsa enim eradicatur statim.

47. *Ad febrem quartanam trochisci.*

Modus trochiscorum ad febrem quartanam inquit G. jam narravi in multis librorum meorum, quod quartana quando invadit per autumnum, pertransit vere; & quando invadit æstate, dimittit in sex periodis, quando Medicus est prudens: nam quando maturatur, & utitur hac medicina, tunc facit eam redire tertianam, deinde medicatur tertianæ cum eo, quod dixi. Quare eradicatur febris tertiana hoc regimine ante horam, quam determinaverunt Medici, qui fuerunt ante me; & ego quidem determinavi illud. Verum ego jam ingeniavi cum hoc, & est secretum magnum; verumtamen nos non utimur, nisi in corporibus fortibus. *Quorum permixtio.* Recipe eupatorii, absynthii, costi, zurumbet, doronici, ammeos, aristol. scorodi, myrrhæ, euphorbii, omnium ana aur. i. aloes, bdellii, pyrethri, sagapeni, opopanacis, harmel, acori, amomi, omnium ana drach. i. infundantur sagapenum, & opopanax in vino, & moveantur; & terantur medicinæ, & cribrentur, & conficiantur omnia, & fiant inde trochisci, sitque trochiscus drach. i. & bibatur cum aqua raphani.

48. *Ad hydropem pilulæ.*

Et conquesta est mihi filia Nicolai Regis, & ipsa quidem monacha erat devota; & senserat de hydrope horrida, & aqua citrina (in qua fatigati erant medicantes) & strictione naturæ. Præparavi ergo ei hanc medicinam, & convaluit intra septimanas quatuor, & exivit ab ægritudine sua egressione bona, & sana.

sana. *Pilulæ ad hydropem.* Recipe spicæ Indæ, & Romanæ, ambarum ana drach. iiij. agarici, aristol. amomi, croci, æris combusti, epithymi, mastiches, hyperici, costi, chamædryos, omnium ana drach. iij. myrræ, kerse medicinalis, squænanthi, tithymali, omnium ana drach. j. aloes viij. tere illud, & pulveriza ipsum, & cerne eum, & confice cum aqua, & fac de ipso pilulas, & inunge manus tuas in cilini. Sitque dosis earum drach. ij. cum vino mixto.

49. *Ad icteritiam sparsam.*

Medicamen ad icteritiam sparsam scilicet super totum corpus, quod ego composui. Recipe euphorbii, epithymi, aloes, sulfuris, omnium ana partem j. tere illud, & da in potu ex eo drach. ij. cum aqua casei; est enim ultimum quando non est calida. *Ad icteritiam causa calida, medicamen quod ego composui.* Recipe aquæ lactis caprini coagulati cum tamarindis lib. j. succi endiviæ lib. j. succi solatri libræ quartam, aquæ absinthii humidi unc. s. berberis, sandalorum alborum, & machoziri, id est citrini, aloes, omnium ana unc. j. spodii, spicæ, ravedseni, omnium ana drach. j. terantur, & cribrentur, & permisceantur omnia, & permaneant in nocte. Et bibatur ex eo omni mane lib. s. colato cum unc. ij. julep. Postea ponas ipsum in loco frigido, aut sumatur cum gelenjabin.

50. *Ad descensum aquæ in oculum, & vertiginem, & ischiadem.*

Modus medicinæ ad descensum aquæ in oculum, quam ego composui viro qui erat ex viris religiosis, qui multiplicaverat comestionem hordei, & assiduitatem vigiliarum; quare evenit super eum malum ex descensu aquæ in oculum suum; & acciderat ei vertigo, & ischias: juvatus est ergo, & convaluit. Et ipsa quidem confert omnibus ægritudinibus melancholiæ, & phlegmatis, & anginæ, accidentibus ex crassitudine humorum; & ad morsum canis rabidi, & habentibus venenum, & præfocationi matricis. *Cujus permixtio.* Recipe epithymi aur. x. scammonii, prasii, stœchados, myrrhæ, ellebori nigri, ana aur. iiij. scillæ assatæ, euphorbii, aloes, croci, gentianæ, petroselini, ammoniaci, opopanacis, omnium ana aur. j. polii, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ, floris squænanthi, calaminthes fluvialis, aristolochiæ longæ, omnium ana aur. ij. teratur illud, & cribretur, & infundantur gummi in vino boni odoris, & conficiantur cum melle despumato, quod sufficit, & dimittatur, donec antiquetur. Sitque dosis ejus aur. iv.

51. *Ad inquietudinem.*

Modus medicinæ, quam ego composui religiosæ mulieri, cui acciderat inquietudo, ut & sola loqueretur secum, & sylvestritas; & medicati fuerunt ei multi Medicorum, & non valuerat eorum medicatio in ea, ita quòd jam desperaverat de se. Composui ergo hanc medicinam, & juvata est per eam. *Cujus permixtio.* Recipe scammoniæ, anisi, karabe, coralli combusti, xyloaloes puræ, seminis coriandri sicci, margaritarum minutarum, foliorum rosarum, spodii, mastiches, omnium ana drach. iiij. myrobalanorum Indorum, citrinorum, chebulorum, omnium post mundificationem ex nucleis suis, ana drach. x. turbith albi aur. xij. agarici aur. viij. zedoariæ, doronici omnium ana aur. ij. sacchari tabarzet ad pondus omnium medicinarum; teratur illud totum, & cernatur cum orali, & permisceantur. De quo sumantur drach. v. in pulvere, & sumantur diebus multis, & bibantur cum aqua frigida. Cibus autem sit illud quod lene est, sicut pulli; & alteretur aqua cum syrupo myrtino, aut cum syrupo de rosis recentibus.

52. *Ad oblivionem, & frigus in renibus, & dolores in juncturis, & alia multa.*

Et conquestus est mihi vir Aburosus religiosus, qui erat amicus mihi; & jam consecutus fuerat de oratione sua, quæ alius in suo tempore consecutus non fuerat, & de ætate consecutus fuerat annos lxx. & erat propinquus mihi, & partes quidem frigoris jam vicerant super eum, quare acciderat & oblivio, & frigus intensum, & dolores in juncturis. Composui ergo ei hanc medicinam, & juvatus est juvamento sufficienti, exivit ab ægritudine sua usque ad duas hebdomadas. Et ego quidem probavi eam in multis, & inveni eam conferre ægritudinibus vesicæ, & humori crudo, & sanatio ejus est ex omnibus ægritudinibus juncturarum, & soda, generatis ex humoribus frigidis, & eo quod elevabatur ad cerebrum ex vaporibus ab illo humore, & à tussi phlegmatica, & præparat stomachum, ut coria præparantur galla, & rectificat ipsum, & fugat ventositatem crassam ex eo, & digerit cibum, & excitat appetitum, & resolvit quod ex phlegmate incrassatur in stomacho, & aliquando abstergit visum, & acuit mentem, & delet oblivionem, & clarificat vocem, & tardat canitiem, & dissolvit podagram frigidæ causæ: & quicunque senex utitur ea, non indiget alio in conservatione sanitatis. *Confectio diatrion pipereon secunda.* Recipe piperis albi, & nigri, macropiperis, galangæ, cassiæ ligneæ, calami aromatici, croci, spicæ Indæ, gariophyl. cardamomi, carpobalsami, asari, zingiberis, seminis myrti siccæ, omnium ana partem j. mastiches partes v. terantur medicinæ, & cribrentur, & conficiantur cum melle despumato; & ponatur in vase vitreo lævigato. De quo sumatur aureus j. apud somnum; & est ex secretis magnis.

53. *Ad dolorem juncturarum, & complexionem corruptam.*

Et conquestus est mihi Arsatus religiosus (qui erat amicus, & erat orator, & jam consecutus fuerat annos lxx. & dicebatur de eo, quòd nunquam irascebatur, neque contrarius fuerat alicui; & erat multæ taciturnitatis, & dilatatæ scientiæ) de dolore in omnibus juncturis suis, & vidi complexionem ejus corruptam, & alterata erat ei mens. Præcepi ergo ei, ut uteretur hac medicina. *Hiera magna.* Recipe chamæpityos, scorodi, ambotum ana unc. s. seminis apii, ammeos, asari, agarici, omnium ana unc. j. gentianæ aur. iiij. centaureæ minoris unc. s. myrrhæ, spicæ, calaminthes montanæ, spodii, petroselini, prasii, omnium ana unc ij. seminis rutæ, hyperici, hyssopi sicci, phu, omnium ana aur. iiij. chamædryos unc. iij. folii unc. j. terantur omnia, & cribrentur cum orali, & leniantur cum ij. unc. olei balsami, & conficiantur cum sufficientia mellis origani despumati, & repone in vase lieni interius, & dimittatur sex mensibus; ipsa namque juvat, hæc enim medicina est melior. Mōtee, si sciveris mensuram ejus, excusabit te ab aliis; ego enim vidi ipsam conferre ei; & est complexio ejus sicut theriaca. Huic quidem viro rediit sanitas ejus. Deinde posui, ut experirer ipsam. Inveni ergo in quibusdam juvamentum ejus, quia excitat virtutes naturales, & præcipuè digestivam, & extrahit melancholiam cum vapore, & subtiliat phlegma, & attenuat ipsum, & allevat exitum ejus ex corpore, & refrænat choleram citrinam, & confert omnibus ægritudinibus hepatis & splenis, quoniam aperit oppilationem; & si profundatur in venis, mirabiliter valet, ita quòd forsitan est ex mundificatione sanguinis; & conservat ipsum ad substantiam suam, si fuerit servans sanitatem, quoniam va-

dit in venas & arterias, & consumit quod invenit in eis de superfluitatibus crassis, & mundificat meatus; propter illud frangit lapidem, & mundificat fæcem humorum ex corpore propter subtilitatem suæ operationis, deinde non solvit superfluè propter suam frigiditatem. Et ejus potio integra est aureus j. cum aqua calida.

54. Ad maciem, & dispositionem senectutis.

Et fuit mihi (ô Montee) amicus ex bonis, qui erat æqualis complexionis subtilium humorum, extenuati corporis; & ipse quidem multiplicaverat lectiones librorum, & jejunium, & orationem; & laborabat multùm; & erat parum obvians cibo; & vigilabat plurimum noctis; & erat trigenarius die, qua cognovi eum; quare minorata est humiditas corporis ejus, & addita est ei macies, & siccitas complexionis; & non consecutus fuerat xl. annos; & jam supervenerant ei modi ægritudinum, & albificatum erat ejus caput, & debilitati erant motus ejus innati, & factus erat in dispositionibus senectutis ultimæ. Præcepi igitur ei comedere, quare humectatus est hora post horam, & paulatim secundùm gradationem. Composui ergo ei hanc confectionem, & præcepi ut uteretur ea. Excitavit ergo ejus caliditatem innatam, & rectificavit ex dispositionibus ejus multùm; & ambulabat super pedes suos, & confortata est quidem virtus. Et est bona senibus multùm, quoniam aperit oppilationes, & confortat caliditatem innatam in eorum corporibus, & resolvit humiditates corruptas, & confortat digestionem, & confert ventositati, & resolvit phlegma à stomacho & à juncturis, & confortat, & expellit nocumentum frigoris, & provocat urinam. *Modus confectionis.* Recipe piperis, macropiperis, cinnamomi calidi, id est acuti, floris squænanthi, spicæ Indæ, galangæ, ammeos, cymini carmeni, omnium ana aur. v. masticʜes, seminis fœniculi, anisi, zingiberis sicci, calaminthes fluvialis siccæ, omnium ana aur. x. folii Indi, cyperi, croci, asari, casiæ ligneæ, costi dul. seminis apii hortulani, omnium ana aur. iij. gariophyl. cardamomi minoris, cubebæ, nucis moscatæ, maceris, xylobalsami, carpobalsami, pyrethri, foliorum agni casti, zarneb i. rorismarini, acori, omnium ana aur. ij. terantur medicinæ, & cribrentur, & ponatur cum eis sacchari tabarzet libræ tertia; & conficiantur omnia cum duplo sui cum melle despumato, & reponatur in brumati leni. Et sumatur ex eo ab aureo, i. usque ad aureos ij. ante cibum, & post cibum.

55. Ad anginam emplastrum optimum.

Iste autem est modus emplastri, quod accepi ex libro antiquo, & rectificavi secundùm sententiam meam, & probavi ipsum in apostematibus gutturis, & inveni ipsum mirabile, & non vidi quod velociùs conferret ipso; & est ex magnis secretis. Recipe unc. merdasengi, id est plumbi usti, super quod projiciatur ex oleo sesamino, & oleo violato, quo coaguletur: postea accipiatur mucilaginis psyllii, mucilaginis seminis lini, & seminis althææ, seminis almaru, omnium ana unc. s. ovorum trium, gummi amygdalarum unc. j. infundantur in aqua coriandri die ac nocte, deinde colentur, & projiciantur in ea chamæmeli, meliloti, amborum ana unc. iij. aggregentur, & percutiantur percussione bona, deinde fiat corpus unum, & fiat ex eo emplastrum.

56. Ad omnes ægritudines emplastrum.

Emplastrum mirabile conferens omni ægritudini. *Fit hoc modo.* Recipe olei, aceti vini, amborum ana lib. iiij. merdasengi lib. j. & s. chalcu cecaumenu drach. xx. ziniar. drach. xvj. colchotar, quod est atramentum album, chalcanthi, corticum æris i. batitura, omnium ana drach. xvj. decoquatur acetum, & oleum, & removeatur ab igne, & projiciatur in eis lithargyrus, & reliquæ medicinæ; deinde reducatur ad ignem, & decoquatur donec inspissetur & rubeat. Deinde utatur in omnibus vulneribus, & ulceribus, & apostematibus.

57. Ad morsum canis rabidi.

Illud autem quod sanat à morsu canis rabidi, est id quod dico tibi; & est ex medicinis nobilibus, & secretis magnis; & est medicina quam faciebat Asinius senex antiquus, qui vituperabat medicinas per eam. Et ipse quidem non vidit aliquem, quem momorderit canis rabiosus, & biberit eam, mori, etsi non consequebatur ipsum in principio, quando momorderat eum canis. Dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, & potabat ipsum ex ea xl. diebus integris; & emplastrum faciebat loco morso, quod dicam post medicinam. *Modus medicinæ canis rabidi.* Recipe cineris cancrorum partes decem, gentianæ partes vij. thuris partem unam. Dosis ejus est cochlear unum magnum; & pulverizetur super aquam, & bibatur: & non bibatur ex ea minus drach. iij. *Modus emplastri.* Recipe aceti vini kisti, opopanacis unc. ij. picis lib. iij. aggregetur illud, & fiat emplastrum ex eo. Et emplastretur ex eo locus morsus: est enim mirabile.

58. Ad strangulationem provenientem ex fungis.

Quid autem sanat ex comestione fungorum illum, cui accidit præfocatio? Dixit Gal. Ego vidi Medicum de terra Alexandriæ, qui utebatur stercore gallinæ in medicatione strangulationis ejus, quòd comederat fungos; usus fui isto, & probavi ipsum, quod fuit; quia exiccavi ipsum, & contrivi ipsum, & dedi in potu ipsum in aceto, & aqua, & melle, & vino; & vomuit statim humorem crassum, & phlegmaticum; & sedatus est, & quievit, & invenit tranquillitatem integram, & evasit ab accidente quod ei acciderat.

59. Ad petram medicamen.

Medicamen ad petram, quod ego composui viro ex Regibus Alexandriæ, cui evenerat lapis; & lassi erant medicantes, donec desperaverat de seipso. Composui igitur ei hanc medicinam, & juvatus est per eam; & exivit ab ægritudine sua egressione integra. *Et ejus modus est.* Recipe opii drach. iij. acori danich. j. & s. pyrethri, euphorbii, castorii, corticis radicum capparis, seminum hyoscyami, galangæ, omnium ana drach. j. cinnamomi, seminum bauciæ sylvestris, seminum apii, costi, petroselini, casiæ ligneæ, mentæ, myrrhæ, chamæpityos, calaminthes fluvialis & montanæ, gentianæ Romanæ, radicis liquiritiæ, enulæ, chamædryos, prasii, scolopendriæ, aristolochiæ rotundæ, seminum ammeos, mastiches, radicis lilii cœlestis, cymini carmeni, cariophyllorum, seminum fœniculi, scillæ assæ, sinapis, granorum pini, anisi, carpobal. seminum erucæ sylvestris, cordumeni, seminum rutæ sylvestris, seminum agni casti, aniuden nigri, ana danich. j. & s. terantur omnia, & cribrentur, & liniantur cum oleo balsami, quantitate quartæ unius unciæ, & conficiatur cum melle despumato. Dosis ejus est kisti. j. & s. usq; ad drach. s. Deinde probavi illud post illud, & inveni ipsum frangere majores lapides, & extrahere omnes. Quod autem dicunt omnes homines de lapide Judaïco, jam expertus sum, & non inveni in lapide vesicæ operationem; verùm ipse in lapide renum est fortis & valdè mirabilis operationis. Et ipse quidem est lapis valdè albi coloris, in quo sunt fila nigra; qui lapis invenitur in Palæstina. Et modus dandi ipsum in potu, est ut fricetur super cotem viridem, donec ex eo resolvatur aliquid; deinde aggregetur limatura illa,

& abluatur; & detur in potu cum aqua calida.

60. *Ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & morpheam.*

Decoctio mirabilis, quam composui ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, ad morpheam sparsam, & ictericiam, & ventositatem, & humorem crudum, viro quinquagenario. *Cujus hæc est permixtio.* Recipe specierum trium myroba. absinth. epith. cum semine, stœchados, suchaha, bedeguard, floris violarum, sem. anisi, sem. fœniculi, polypodii, turbith carnosi, cartami, agarici, centaureæ, chamæpityos, chamædryos, omnium ana drach. s. capilli veneris, fumi terræ, omnium ana cabdati unum; tamarindorum quartam libræ unius, sebesten quinquaginta, jujubas totidem; contundantur medicinæ, & infundantur in x. lib. aquæ bullientis die & nocte; & decoquantur lento igne, donec consumantur duæ tertiæ; confricentur digitis, & colentur cum æquali pondere de rob, & reponantur. Dosis ejus est quarta lib. unius cum quarta libræ aquæ calidæ, & guttis olei sesami, & pondere duorum denariorum scammoniæ Antiochenæ. Cibus ejus sit caro ovis annuæ, & potus sit syrupus de melle.

61. *Ad multam infrigidationem, & humectationem corporis, & ventositatem.*

Electuarium diatrion pipereon, quod ego composui Fortuno, qui jam processerat in ætate, & erat magni corporis humectati, multæ ventositatis, infrigidati corporis. *Cujus permixtio.* Recipe piperis nigri, & albi, quod est lævius ex eo, macropiperis, cinnamomi, zingiberis, seminis fœniculi, anisi, asari, masticheș, omnium ana unc. j. xylobalsami, carpobalsami, spicæ, corticis casiæ ligneæ, amomi, omnium ana unc. j. cardamomi minoris, semi. apii, ammeos, croci, gariophyllorum, costi, mastiches, omnium ana quartam unc. j. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum melle despumato. Et sumatur ex eo omni mane pondus drach. ij. cum aqua mentæ, & mastiches, & anisi, & sit cibus tenuis.

62. *Ad dolorem frontis, & acetositatem in stomacho, & punctionem.*

Tryphera, quam ego composui Monteo, qui habebat dolores frontis, & acetositatem in stomacho, & punctionem. Usus est ergo ea diebus aliquot, & sanatus est ea ab ægritudine sua. *Cujus permixtio.* Recipe specierum trium myrobalanorum, & emblicorum, & sitarabegi, & est butyrum conditum cum melle & lacte, omnium ana aureos x. terantur, cribrentur, & leniantur cum oleo de amygdalis dulcibus; deinde sumatur zingiberis, mastiches, cinnamomi, piperis, asari, croci, omnium ana aur. x. costi dul. macropiperis, setaragi Indi, cortic. casiæ ligneæ, omnium ana aur. iij. nucis muscatæ, maceris, cardamomi, xyloal. Indæ, cubebarum, calami aro. omnium ana aur. ij. penidiorum unc. ij. terantur, & cribrentur, & leniantur cum oleo balsami; conficiantur cum melle despumato. Et sumatur ex ea omni die aureus j.

63 *Ad anxietatem, & humectationem.*

Tryphera, quam composui filio Regis, qui erat religiosus, anxiosus, humectatus. Recipe myrob. kebul. bell. emblicorum, omnium ana quartam libræ unius; coquantur in x. lib. aquæ, donec consumantur tres quartæ, & coletur, & projiciatur illa aqua super myroba. & bell. & emblicos; & ponatur in sufflatione venti septentrionalis, donec bibatur aquositas; deinde exiccentur, & pulverizentur, & cribrentur, & leniantur cum oleo bal. Deinde addatur turbith gummosi pondus drach. xxx. postquam teritur & lenitur cum oleo de amygda. dul. masti. boelii, hoch. i. mororum celsi, ammeos, granorum neræ, cinnamomi, asari, xyloaloes Indæ, setargi Indi, ligni pæoniæ, omnium ana drach. iiij. terantur omnia, & conficiantur cum melle origanali despumato. Et sumantur ex eo omni die drach. iij cum aqua mentæ; est enim ultima ad epilepsiam, & melancholiam, & colicam, quæ est ileos.

64. *Ad diabetem.*

Conquestus est mihi vir de ægritudine quæ nominatur diabetes. Composui igitur ei hanc medicinam. Juvatus est intra hebdomadem. *Medicina ad hanc læsionem.* Recipe spodii, xyloaloes ustæ, sandali, seminis portulacæ, tragacanthæ, gummi Arabici, turbith, berberis, seminis endiviæ, boli Armeni, omnium ana drach. iiij. mastiches, cinnamomi, origani, omnium ana drach. iij. sacchari unc. j. terantur, & cribrentur, & conficiantur cum geleniabin, & reponatur. Et sumantur ex ea omni mane drach. viij. Cibus autem ejus sit aqua hordei, & robub fructuum; & emplastretur dorsum ejus taratit trito, & confecto cum aqua rosarum.

65. *Ad retentionem menstruorum, & dolores.*

Conquesta est mihi mulier, cujus ætas xxx. annorum, de retentione menstruorum cum doloribus; erat æqualis complexionis per comparationem. Composui ergo ei hanc medicinam; & juvata est ea citò. *Medicina ad provocationem menstruorum.* Recipe spicæ Indæ & Romanæ, & corticem casiæ ligneæ, rubiæ tinctorum, asari, anisi, omnium ana quartam unc. j. medullæ seminum melonum, medullæ seminum cucurbitarum, medullæ granorum faseolorum, seminum apii, rutæ, ciceris nigri, seminum endiviæ, berberis, & everberis, i. costi, omnium ana aur. j. terantur, & cribrentur, & leniantur cum melle despumato. Et sumantur ex eo ante adventum menstruorum octo diebus drac. iiij. omni die cum aqua, in qua decoquuntur cicera, aut faseoli.

66. *Ad dolorem juncturarum, & podagras, & ventositatem.*

Et conquestus est mihi Afflius (qui erat ex Manchara, & habebat corpus strictum, ad æqualitatem propinquus) de doloribus juncturarum, & ægritudine podagræ, & ventositate. Composui ergo ei hanc medicinam, quæ est mirabilis medicina ad podagram. Recipe acori, dactyli albi recentis drach. j. ossium vetustorum, lentis excorticatæ, turbith, senæ, omnium ana unc. j. sachari unc. j. terantur, & cribrentur. Et bibantur ex ea omni die drach. iiij. cum aqua calida.

67. *Ad varices.*

Et conquestus est mihi vir prædictus nuper de quo jam dixi, qui erat de illis Manchara, de ægritudine varicum in cruribus suis. Composui ergo ei hanc decoctionem. *Modus decoctionis ad varices.* Recipe epithymi Cretensis, myrobalanorum, kebulorum, amborum ana unc. j. polypodii excorticati, succhaba, bedeguad, floris violarum, tamarindorum, absinthii Romani, squænanthi, centaureæ, herbæ eupatorii, omnium ana unc. s. passul. enucleatarum quartam libræ unius; contundantur, & decoquantur cum tribus libris aquæ, donec consumantur duæ tertiæ. & confricentur manibus, & colentur. Et bibatur ex ea tertia libræ cum unc. olei amygdalini amari in omni die tertio; & fiat emplastrum super crura cum emplastro de adipibus. *Emplastrum de adipibus, cujus iste est modus* Recipe adipis agni, adipis porci, adipis ursi, vituli, cervi, hirci, asini sylvestris, anatis gallinæ, vulturis, ana omnium unc. j olei sesami, olei de kerva, olei lentiscini, medullæ cruris vaccini, olei amyg. amararum,

ceræ albæ, omnium ana unc. s. ceræ rubræ, butyri vaccini, amborum ana libram unam; liquefiat, & coletur, & administretur.

68. Ad hæmorrhoïdas.

Et conquestus est mihi vir, qui mecum conversabatur, & erat multi jejunii, sicci corporis, super quem vicissim eveniebant hæmorrhoïdes, quæ erant in interioribus ejus, & ipsius exterioribus, & illud erat propter multitudinem ciborum suorum frigidorum, sicut est farina hordei, & comestio lentis; & acciderat ei cum illo tremor vehemens. Composui ergo ei hanc medicinam, & evasit ab ægritudine sua usque ad decem dies. *Confectio ad hæmorrhoïdas.* Recipe myrobalanorum cebulorum citrinorum, belliricorum, seremblegi, omnium ana drach. j. terantur, & cribrentur cum ij. unc. olei amygdalarum dulcium, donec projiciant ipsum; deinde adjungatur ei bdellii Indi quarta lib. j. foliorum rosarum, spodii, granorum myrti torrefactorum, scoriæ ferri infusæ scilicet in aceto, karabæ, mastiches, xyloaloes, nervik, abrengi, plumbi usticum sulfure, omnium ana drach. iiij. terantur cum rob coagulato. Et sumantur ex eo omni die drac. vj. cum aqua calida; & utatur hoc emplastro. *Modus emplastri ad hæmorrhoidas.* Recipe plumbi usti cum sulfure & cerusa, lithargyri, cineris vitis, cineris corticum nerigil, balaustiorum, omnium ana drach. j. ceræ albæ, olei sesami, butyri, omnium ana quartam libræ unius, adipis porci unc. ij. medullæ cruris vaccini unc. ij. liquentur, & colentur dum calent in mortario de plumbo nigro, & fit manica ejus ex ipso; & siccentur in Sole diebus aliquot, donec accipiat ex plumbo virtutem. Emplastrum autem de adipibus nuper prædictum est magnorum juvamentorum ad ventositatem gibbositatis, & dolores juncturarum, & ægritudines earum, & ad ventositates, & ad spasmum qui nominatur tortura, & ad omnem spasmum in nervis, & paralyticos siccorum corporum. Et similiter hoc emplastrum, in quo diximus plumbum, confert omnibus ægritudinibus ani, & ægritudinibus nervorum, & ulceribus melancholicis; & administratur in ægritudinibus multis, quando Medicus est prudens.

69. Ad cogitationem, & timorem.

Descriptio electuarii dia pepereon, quod composui viro ex regibus qui erat Caton; & erat septuagenarius, & erat magnus, & acciderat ei cogitatio, & timor. Composui ergo ei hanc medicinam, & juvatus est ea plus aliis medicinis. *Cujus permixtio.* Recipe piperis albi, & nigri, macropiperis, neremisk, galangæ, zingiberis, spicæ Indæ & Romanæ, keisim, amomi, carpobalsami, xylobalsami, corticum cassiæ ligneæ, mastiches, xyloaloes, gariophyllorum, asari, cinnamomi, keffati, abrengi, corticum citri siccorum, omnium ana drach. j. been albi, & rubri, zedoariæ, doronici, ammeos, radicum liquiritiæ margaritarum minutarum, karabi, coralli, lazuli abluti, sandarachæ, croci, nucis muscatæ, aristolochiæ longæ, seminum portulacæ, seminum apii, coriandri, setæ crudæ incisæ, omnium ana unc. j. & s. maceris, fausel, galliæ, omnium ana quartam partem unc. unius; musci drach. iij. terantur, & cribrentur, & leniantur cum duabus unc. olei amygdalarum, & conficiantur cum melle de favis, postquam aufertur spuma ejus. Et sumantur ex eo omni die unc. ij. hoc enim stat loco confectionum magnarum, quum medicinæ speciales sint velocioris juvamenti aliis medicinis, propter susceptionem à natura.

70. Ad torturam, & inclinationem, & spasmum in facie.

Et composui hanc medicinam puero parvo, cui acciderat tortura, & inclinatio, & spasmus in facie sua, à casu virtutis moventis lacertos, exeuntis à ventriculis cerebri. *Medicina ad spasmum & inclinationem faciei.* Recipe calaminthes, rosarum, cinnamomi, zedoariæ, gariophyllorum, omnium ana aurea i. sandalorum, xyloaloes, amborum ana drach. j. musci drach. s. terantur, & cribrentur, & leniantur oleo balsami; & conficiantur cum melle despumato. Et bibatur ex eo omni mane quarta drach. j. usque ad drach. unam cum syrupo de calaminthe, cum quo singillatur liber iste. Juvatus est ergo ea usque ad hebdomadem. Odoramentum quod est caputpurgium, spasmo conferens, & inclinationi, quæ dicitur ventositas torturæ: & ipsum confert statim. Recipe castorii, doronici, been albi, & rubri, condisi, opopanacis, abrengi, spicæ, baurach, omnium ana partem j. terantur & cribrentur, & aromatizent cum musco; & fit sternutatio cum ipso.

71. Syrupus acetosus, quo conservatur sanitas corporis.

Syrupus acetosus purus, quo conservatur sanitas. Recipe aceti albi libras x. mellis despumati libras decem, rob libras decem; decoquantur omnia donec fiat eis spissitudo mellis: hoc est enim ultimum.

72. Syrupus de calamintha, qui est juvativus spasmo, & aliis pluribus.

Syrupus de calaminthe, cujus descriptionem conditionavimus in fine libri: qui est juvativus spasmo accidenti pueris, & decrepitis, & mediis, & hydropicis, & asthmaticis, & anhelitui dilatationis, & ægritudinibus phlegmaticis, & melancholicis, & est gloriosioris quantitatis medicinis omnibus in hoc modo. *Cujus permixtio.* Recipe calaminthes fluvialis, calaminthes montanæ, venarum, radicis liquiritiæ, radicis squinanthi, radicis endiviæ, radicis scariolæ, radicis lilii cælestis, polii, centaureæ, omnium ana quartam libræ unius; contundantur, & decoquantur cum xx. libris aquæ, donec consumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia: & fricetur manibus, & coletur. Et sumatur pannus lenis, & ponatur in eo spicæ Indæ, & Romanæ, & ravedseni, croci, mastiches, squænanthi, gariophyllorum electorum, nucis muscatæ, cyperi, arakieri, cubebæ, omnium ana aur. j. terantur, & ponantur in panno præparato ad modum bursæ, & ligentur ligamento mollificato; & decoquantur cum eo, quod clarificatur ex aqua; & fit sicut aqua mellis despumati; & fit medietas ejus de rob, & decoquantur donec fiat spissitudo, & coletur, & reponatur, & administretur quando necesse fuerit, ad omne quod narravimus. Inquit Hunayn filius Isaac, Istud est quod invenimus ex libro religiosorum Galeni; & est gloriosioris benedictionis, quàm libri ejus alii, & juvamenti. Quòd si acciderit alius liber ab ipso, transferam ipsum.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE MEDICINIS EXPERTIS.

CAPUT I.

Proœmium libri quo quid sit docturus author, declaratur.

IGNIS, qui de cœlo descendit super altare, combussit libros Regis; & cum his combussit plurimos libros Medicorum. Mihi autem combussit plurimos libros, quorum quidam erant completi, & quidam quos incœperam componere. Et non doleo de illis libris, quantùm de quibusdam experimentis medicinæ, quæ erant ibi; quæ adeptus eram à quibusdam bonis viris expertis, & fortè pro uno experimento comparato dabam multa bona experimenta, & interdum dabam pecuniam. Et scio unum, qui curabat lapidem in vesica perfecta curatione, & hoc in multis hominibus; & lucrabatur infinitam pecuniam per hoc; & solummodo per hanc medicinam acquisiverat sibi nomen optimi Philosophi. Et scio alium, qui curabat morsum rabidi canis perfectè; & alii Medici vocabant Bezar, id est, à morte liberantem. Et fortè Medicus ex istis medicinis poterit congregare multa. Et bonus Medicus ex Græcis quando scivit aliquem hominem scire aliquod experimentum, tribuit illi magnam pecuniam, ut ab eo doceretur. Et Thamor de regione Æthiopia, qui inter expertos excelluit, habebat remedia experimentis comprobata; quæ sic custodiebat, ut ea nullus in tempore vitæ suæ potuit habere; & postquam mortuus fuit, pervenerunt illæ medicinæ in manus Satiriorum, qui per ea, mirabilia faciebant; & exultavit eis nomen inter Medicos. Et nos non laudamus hominem ignorantem artem, qui habeat has, quoniam volens prodesse fortè, nocebit. Et propter hoc oportet hominem scire complexiones, causas, & accidentia, ut cognoscat morbos, & eorum symptomata; quoniam qui ignorat hæc, non est securus, quin noceat plurimum, & pro majore parte; & si aliquando proderit etiam, hoc erit ex fortuna. Et fortassis est aliqua medicina composita ex magna scientia experti viri, aut ad fluxum ventris, aut colicam passionem, aut ad sedandum dolores, aut ad alios morbos: & quoniam utetur illa medicina non in suo tempore, nec in suo loco; ideò nocebit. Verbi gratiâ, ponatur quòd aliquis patiatur fluxum ventris jamdiu, donec corpus extenuetur, aut ex humore, qui alterat cibum; aut ex frigore interiorum membrorum, ita ut non attrahant cibum; aut ex debilitate cysteos fellis attrahendo coleram, ita ut cholera impellatur ad intestina, & faciat fluxum; aut ex apostemate duro, A ex genere apostematum melancholicorum, in cavitate hepatis, ita ut cibus non possit pervenire ad ipsum; sed ad intestinum faciat fluxum ventris. Videatur tibi, quòd cura sit eadem, tamen non est. Ego autem dico quòd medicina experta laudata, quando usurpata fuerit ubi non convenit, cum eo quòd non prodest, etiam nocet. Quare nos laudamus Medicos altarium, qui curant cum cibis sacrificiorum, quoniam error velociter corrigitur: error autem medicinæ, fortè ducit ad mortem. Quare oportet ut Medicus consideret B complexiones & curationes consideratione perfecta. Et ego composui hunc librum ex Medicinis expertis, quas ego probavi & acquisivi ex bonis Medicis, & magnæ solicitudinis. Et non ponam in hoc libro id quod notum est jam Medicis, sicut hieram, opiatas, & theriacam, & alias medicinas notas omnibus hominibus; & non ponam in eo nisi medicinas, quas ferè omnes ignorant. Hunc etiam librum fecimus unius tractatus. Et si accidat postea, quòd experiar aliquas medicinas, scribam eas.

C

CAPUT II.

De medicinis Astoronis, advenæ Ægyptiaci, Agargei, Irini Romani, Acostroris, Casionis, & aliorum.

PRima compositio ex eis est medicina, quam accepi ab Astorone ipsam experto, qui erat de civitate Tereste; & curabat cum ipsa febres antiquas: & valet ad complexionem corruptam, aperit venas, & provocat urinam, & adjuvat digestionem; cujus D hæc est confectio. Recipe cinnamomi drach. i. spicæ nardi drach. ij. xyloaloes drach. i. s. mastiches drach. j. anisi drach. ij. spatanæ, gariophyllorum, ana drach. s. conficiantur cum melle optimo. Et accipe ex eo quantitatem avellanæ j. cum aqua calida: & qui est frigidæ complexionis, & habet oppilationes, cum aqua fœniculi, & anisi. Et iste Astoron, quando aliquis patiebatur dolorem acutum, coquebat chamæmælum, & dabat aquam ad bibendum, & ita æger curabatur; & nos experti sumus multoties, & invenimus esse verum. Et experti fuimus medicinam primam sæpe, & non fefellit ex eis, quæ nominata E sunt in laude. Et testificatur hoc ratio ex compositione ejus; quoniam cinnamomum operatur contra putrefactionem, illi autem est bonus odor, quare confert membris interioribus, & subtiliat. Et spica nardi habet bonum odorem, & stypticitatem; & operatio ejus est quasi propinqua operationi cinnamomi, sed cinnamomum est subtilius. Lignum aloes cum eo quod valet ad hoc, ad quod valet cinnamomum, est utilissimum ad frigiditatem stomachi, purgans id;

quod est in humiditatibus per mirabilem ejus proprietatem. Et mastiche dolores sedat stomachi, & digerit humiditatem. Anisum provocat urinam, & aperit oppilationem: est enim valde subtile, & liquefacit superfluitates, & facit dolores quiescere. Spatana aperit oppilationes, & valet spleni utilitate magna. Cariophyli desiccant humiditates extraneas, & confortant membra interiora. Et dabat ad potandum aquam, in qua decocta fuerat radix iridis, patientibus oppilationem crassam, ea prima hora curabantur. Et ego dico quòd decoctio absinthii & centaureæ minoris faciunt hæc, sed radix iridis fortiùs operatur. Alia medicina, quam accepi ab advena Ægyptiaco, qua curabat oppilationes antiquas, & febres, & asthma antiquum; & non est ei similis. Et iste advena acceperat ab uno Medicorum altarium; cujus hæc est confectio. Recipe radi. iridis, aristolo. longæ & ro. succi marrubii, ana drach. iiij. succi gafit, myrrhæ, chamædryos, & camphoræ, ana drach. j. spicæ nardi, spatanæ ana drach. ij granorum balsami, ligni aloes ana drach. ij. & s. pulverizentur, & conficiantur cum syrupo mel. Qui fit secundùm hunc modum. Recipe cariophyl. cinnam. cardamo myrrhæ, ana drach. j. & s. liga has medicinas in panno raro, & pone in j. lib. aquæ die & nocte; deinde cola, & colaturæ admisce lib. j. mellis boni; & coque super prunas sine fumo & flamma, & coque donec fiat syrupus; postea confice cum oleo alias medicinas, & serva. Et da ex eo in ægritudinibus quas diximus, in modum avellanæ, vel castaneæ. Hoc electuarium est de melioribus medicinis, quas vidimus. Et vidi hunc Medicum curare multas ægritudines per medicinas simplices. Et ex eis quas dabat, est drach. j. aristolo. ro. asthmatico. Et dabat decoctionem epity. epileptico ex melancholia; & accipiebat drach. j. ex eo, & ponebat in aqua calida per noctem; mane colabat, & apponebat à sexta parte drach scamoniæ, usque ad octavam partem drach. nos aliquando addidimus agarici drach. j. Et dabat ad bibendum decoctionem agar. contra dolorem capitis. Et dabat ammoniacum contra dolorem juncturarum ex humore crasso; & sæpe curabat taliter. Ego autem semper soleo dare de succo marrubii, & stecados, mixtis cum aqua, in qua decoctum fuerit marrubium viride, & chamædrys: & dabam asthmatico; & ex eo sanavi multos. Aliud medicamen, quod accepi ab advena, cui non est simile: valet epilepticis, & anhelosis, & tussientibus; & est expertissimum ad epilepsiam. Recipe hyssopi sicci, ireos, myrrhæ, piperis nigri, & lon. carda. sed in loco ejus ponitur nastur. & carvi, ana drach. ij. spicæ nardi, costi, ammeos ana drach. j. confice cum aqua, in qua decoctum sit squænanthum; & si volueris quod purget, cum melle confice; & da ex eo tantùm à drach. ij. usque ad iij. & ultimum ad hoc. *Et dicamus decoctiones, quas probavimus, & lucrati sumus ab isto Medico.* Decoctio squænanthi, & granorum balsami; quando biberit ex ea epilepticus, & qui habet humores crassos, quotidie, confert ei. Aquam in qua decocta est assa, quando biberit tristans, curabitur. Decoctio agarici, quam si quis biberit, qui habet dolorem antiquum capitis, sanabitur. Decoctio carvi, & seminis apii, provocat urinam & menstrua fortiter, & attenuat humores crassos. Decoctio centaureæ curat ischiadem. Decoctio corticis fistici confortat stomachum, & mundificat canales pulmonis & hepatis. Decoctio asari provocat urinam & menstrua fortiter. Decoctio mastiches confortat stomachum debilem valde. Istas ergo decoctiones accepimus ab advena Ægyptio expertas; & probavimus eas, & invenimus esse veras. Medicamen, quod accepi à quodam sene, curat splenem durum. Et si positum fuerit super scrofulas, eas dissolvit; & est sublime valde. Recipe ammoniaci drach. iv. dissolvatur in succo chamæmeli, aut in succo anethi, aut in decoctione floris chamæmeli; & misce cum eodem radices capparis; conficiatur, & da ad bibendum drach. ij. cum decoctione carvi. Medicamen expertum, quod habui & accepi à quodam viro experto, valens ad splenem. Recipe scolopendriæ, granorum balsami, granorum tamarisci, rubiæ, ana drach. ij. confice cum melle; & dentur ex eo drach. iiij. & postea bibat acetum, in quo cocta fuit acorus, ita ut de spatana drach. ij. mittantur in octo drach. aceti; & coque usque ad iiij. drach. Medicamen quod accepi ab eo etiam, & valet stomacho frigido, provocat urinam, aperit oppilationes, & est minùs forte. Recipe cinnamomi drach. j. folii corticis fistici, cardamomi, absinthii, agarici, squænanthi granorum balsami, ana drach. ij. succi stœchados, seminis fœniculi, anisi, asari, ana drach. iiij. myrrhæ, aristol. rotundæ, radic. iridis, mastiches, ana drach. j. confice cum melle bono; & sume drach. ij. cum aqua, in qua decoctum sit asarum, & semen fœniculi. Aliud medicamen, quod recepi ab Agargeo, confortat membra frigida, & valet spasmo & mortificationi membrorum, & generaliter omnibus passionibus cerebri frigidis, & nervorum. Recipe agarici, ammoniaci, succi stœchados, piperis trium generum, squænanthi, carvi, ana drach. ij. castorii, asari, scillæ assatæ, ana drach. j. radic. iridis, mastiches, & seminum apii, ana drach. s. spatanæ, scorodi, zingiberis, ana drach. j. s. confice cum melle bono; & sumat ex eo drach. ij. cum aqua calida. Et iste Agargeus fuit ex sapientibus sui temporis. Et erat qui habebat unam medicinam, quam neminem docere volebat. Dabat enim eam habentibus fortem dolorem, & statim provocabat urinam, & ventositatem expellebat, ita ut mox auferretur dolor. Cujus confectio hæc est. Recipe iridis, chamædryos, seminum fœniculi, anisi, apii, asari, ana drach. ij. cinnamomi, zingiberis, carvi, chamæmeli, ana drach. j. succi stœchados, gentianæ, marrubii, ana drach. ij. pulverizentur, & conficiantur cum decoctione asari, squænanthi, seminum fœniculi; fac pilulas drach. j. & da cum aqua, in qua decoquitur flos chamæmeli. Hæc etiam medicina est fortis valdè, & non est ei similis in provocando urinam, & subtiliando humores; & aperit oppilationes, & stomachum frigidum temperat & confortat. Aliud medicamen quod accepi ab eo, & valet ad febres compositas, & digerit humores crudos. Recipe seminum apii, seminum fœniculi, radicis iridis, aristolochiæ longæ, & rotundæ, fol. chamæpityos, meu, phu, ana; confice cum oxymelite scillitico, & sumat ex eo cum aqua calida, in qua decoquitur semen apii. Aliud ad febres compositas & chronicas expertum, & jam probavi multoties. Recipe assæ fœtidæ bonæ, piperis nigri, & longi, & seminum apii, anisi, fœniculi; pulverizentur, & conficiantur cum vino antiquo; & da de eo cum aqua decoctionis fœniculi. Aliud expertum provocans urinam. Recipe asari, seminum fœniculi, rubiæ, costi, ana drach. j. satureiæ, hyssopi sicci, ana drach. ij. pulverizentur, & formentur pilulæ, & detur ex eis drach. j. cum aqua decoctionis fœniculi, & anisi. Aliud ad puncturas scorpionis. Recipe assæ fœtidæ, scorodi, centaureæ minoris, ana drach. ij. seminum rutæ, castorii, ana drach iiij. pulverizentur, & conficiantur vino antiquo. Experimentum probatum, quod laxat humo-

res viscosos; & est optimum contra ischiadem; & est A de experimentis Irini Romani. Recipe satureiæ, mastiches, radic. ireos, succi stœchados, zurungem, ana drachmam unam; agarici, turbith, ana drach. iiij. conficiantur cum succo fœniculi; fac pilulas, & da secundùm virtutem patientis. Aliud constipans naturam arostrocam, & valens ad fluxum ventris, quando fit ex debilitate virtutis retentivæ: confortat intestina & membra interiora. Recipe ro. pul. granorum myrrhæ, sumach, luti Armenici, ana, conficiantur cum succo plantaginis, & fac pilulas B drach. ij. & da cum aqua decoctionis granorum myrthi. Aliud valens ad fluxum ex debilitate hepatis; & est expertum. Recipe ligni al. rof. spicæ nardi, cinnamomi, berberis, ana drach. ij. laccæ, rhu barbari, garyophil. ana drach. s. conficiantur cum aqua decoctionis rosarum; & da drach. ij. Aliud, & est ad fluxum provenientem ex causa frigiditatis membrorum. Et iste modus fluxus quando accidit, vix separatur; & ista medicina est nimis utilis ad hoc. Recipe cinnamomi, ligni al. cariophyllorum, anisi, carvi, chamædryos, aristolochiæ rotundæ, spatanæ, ana drach. j. C pulverizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis ligni al. Medicamen aliud, quod accepi ab Acostror, qui fuit socius Astrocani; & vocabat ipsum electuarium ligni al. & non est ei simile; & jam probavi id sæpe. Et valet ad debilitatem membrorum interiorem, & ad fluxum hepatis, & aperit canales, & subtiliat humores, & confortat hepar valdè. Recipe rhu barbari, laccæ, spicæ nardi, asari, chamæpityos, galangæ, garioph. anisi, ana drach. iiij. rof. majoranæ, mastiches, granorum balsami, phu, meu, ana drach. j. squænanthi drach. j. & s. ligni aloes, chamædryos, succi stœchados, ana drach. j. conficiantur cum aqua de- D coctionis ligni aloes, & spicæ nardi; postea misce mel, quod sufficit, & malaxa, & sume ex eo drach. ij. vel iij. cum aqua decoctionis ligni aloes, & spicæ nardi. Et hæc medicina est de nobilioribus medicinis ad ea quæ diximus, quoniam provocat urinam, & confortat membrum, & aperit canales, & valet ad lapidem. Et iste Acastror dabat ad potandum decoctionem chamæmeli ei qui patiebatur dolorem fortem ex frigida causa; & ponebat patientem in balneo ejusdem herbæ. Et dabat decoctionem utriusque aristol. asthmaticis, & ad provocationem menstruorum. Et dabat saccharum rof. habentibus flammam in stomacho. E Medicinæ breves, quibus utebatur Casion, qui erat ex Armenia anteriori; & fuerunt expertæ, & bonæ inventæ sunt. Medicamen valens ad morsum scorpionis. Recipe assæ fœtidæ, galbani ana; conficiantur cum decoctione scorodi, & aristolochiæ; & accipe ex eo avellanam cum aqua calida. Medicamen valens asthmaticis. Recipe marrubii, aristoloch. ana drach. ij. laccæ drach. iij. conficiantur cum melle; & da drach. iij. Aliud subtilians humores, & valet contra putrefactionem. Recipe spicæ nardi, cinnamomi, carioph. aristolochiæ longæ ana; conficiantur cum vi- F no odorifero, aut cum aqua decoctionis aristolochiæ rotundæ, & gafit. Aliud valens ad hepar, & canales ejus; & extenuat pingues homines. Recipe aristolochiæ ro. laccæ, rhu barbari, spicæ nardi, ana drach. iij. conficiantur cum melle; & da drach. iij. Medicamen provocans urinam fortiter, & est valdè bonum contra febres phlegmaticas & melancholicas. Recipe casiæ, laccæ, anisi, apii ana; conficiantur cum melle; & da drach. iiij. cum aqua calida, in qua coctum fuerit anisum. Medicamen dissolvens naturam citò, & dissolvens ventositates. Recipe mastiches, anisi, zingiberis, ana drach. j. turbith drach. iij. pulverizentur, & conficiantur cum melle bono; & da drach. ij. Aliud hujusmodi expertum. Recipe turbith, agarici, ana drach. j. mastiches, anisi, ana drach. j. & s. conficiantur cum melle; & da drach. iij. Aliud purgans choleram, & datur in qualibet hora, & dissolvit citò. Recipe scammoniæ drach. ij. mitte in coctano, & assa sub cinere calido, postea extrahe, & mitte cum scammonia in cydonio drach. j. mastiches; postea pinse, & fac trochiscos à drach. j. usque ad iij. & da j. Istæ ergo sunt medicinæ confectæ; & sunt valdè bonæ, & expertæ.

CAPUT III.

De medicinis Catilinæ.

Catilinæ medicinæ, qui fuit Medicus Lithois Regis. Medicamen expertum valens hydropi, dissolvens ventositates crassas, & confortans stomachum debilem; & est sicut bezahar ad has ægritudines quas diximus. Recipe anisi, iridis, laccæ, spicæ nardi, ligni al. gariophyl. agarici, ana drach. iij. carvi, hermel, fœniculi, ana drach. ij. aristol. longæ & rotundæ, centaureæ minoris, satureiæ, ammeos, myrrhæ, origani, ana drach. iiij. mastiches, rosarum, ana drach. viij. rhu barbari, gentianæ ana drach. v. squænanthi, myrrhæ siccæ ana drach vj. conficiantur cum melle bono; & sume drach. ij. usque ad iij. cum aqua decoctionis carvi & aristol. Et hæc medicina est nobilis ad ea quæ diximus, & ejus compositio hoc ostendit. Electuarium expertum valens febribus antiquis, & ventositatibus crassis, & purgat urinam. Recipe florum chamæmeli, sem. anisi, laccæ, aristolochiæ rotundæ, ana drach. iiij. mastiches drach. j. rosarum drach. ij. rubiæ drach. j. conficiantur cum melle, & utere. Aliud. Recipe floris chamæmeli, anisi, rubiæ, fœniculi, asari, ana, conficiantur cum melle; & sume ex ea drach. ij. cum aqua decoctionis anisi. Aliud provocans urinam. Recipe asari, rubiæ, seminum cucumeris, & cymini, seminum apii, ana; conficiantur cum syrupo facto ex marrubio & melle. Medicamen expertum valens hydropi; dissolvit enim inflationem. Recipe iridis, aristolochiæ, agarici, ana; conficiantur cum syrupo facto ex asaro, carpobalsamo, & melle; & sumat drach. ij. cum decoctione fœniculi. Aliud provocans urinam. Recipe amygdalarum dulcium, seminum cucumeris, assari, aristolochiæ longæ, ana drach. j. conficiantur cum aqua decoctionis rubiæ; & detur cum aqua decoctionis fœniculi, & apii. Aliud ad hydropem, & asthma. Recipe iridis, succi marrubii, aristolochiæ longæ & rotundæ, laccæ, ana; conficiantur cum decoctione iridis, & detur cum aqua calida decoctionis gentianæ. Aliud provocans urinam. Recipe saliuncæ, seminum cucumeris, laccæ rubræ, ana; confice cum melle, & dentur ex eo drach. iij. Aliud confortans hepar confortatione magna, & valet complexioni frigidæ & humidæ, & est mirabile. Recipe rhu barbari, laccæ, gariophyllorum, ligni aloes, rosarum, rubiæ, ana; conficiantur cum aqua decoctionis corticis fistici, & gafit; & dentur drachmæ duæ ex eo cum aqua decoctionis aristolochiæ rosarum & gafit. Aliud expertum ad splenem. Recipe scolopendrii, ammoniaci, radicis capparis, ana; confice cum melle & & aceto; & dentur ex eo drach. iij. cum decoctione aristolochiæ rotundæ. Aliud valens contra lapides. Recipe sanguinis hirci ficci, lapidis Judaïci, saliuncæ, lapidis qui invenitur in cysti fellis vaccæ, asari amygdalarum amararum, seminis cucumeris, bdellii,

costi, ana, conficiantur cum aqua & melle, in quibus sint decocta rubia & costus; & dentur drach. ij. cum aqua decoctionis asari, & floris chamæmeli. Aliud expertum contra lapidem renum. Recipe sanguinis hirci sicci, lapidis citrini, qui invenitur in cysti fellis vaccæ, fœniculi, saliuncæ amygdalarum amararum, ana; confice cum vino antiquo, vel aqua decoctionis radicum apii & fœniculi; forma trochiscos unius drachmæ, & da unum cum syrupo de saliunca.

CAPUT IV.

De medicinis Socionis.

SOcionis medicinæ. Iste fuit maximus Medicorum Græcorum, qui habebat experimenta plurima in fine nobilitatis; quæ nos acquisivimus à discipulis ejus, scilicet, Teranoz, & Hargemez, & Harcoz. Medicamen magnæ nobilitatis & utilitatis, laxans & dissolvens crassas ventositates, & non est ei simile; quod etiam jam probavimus. Recipe agarici drach. iij. ellebori nigri drach. ij. s. mastiches drach. x. folii, ligni aloes, asari, radicis iridis, turbith, squænanthi, ana drach. ij. anisi, carvi, fœniculi, ammoniaci, ana drach. j. scillæ assatæ drach. iv. rosarum drach. vj. scammoniæ drach. j. confice cum melle bono; & da de eo quasi avellanæ pondus. Decoctio purgans matrices mulierum, & dissolvens ventositates, & provocans menstrua. Recipe florum ammeos, harmel, asari, florum chamæmeli, fœniculi, gentianæ, spicæ nardi, squænanthi, chamæpityos, chamædryos, anisi, rubiæ, ana drach. x. coquantur in tribus libris aquæ, donec remaneat libra una; deinde amoveatur ab igne, & dissolvatur in eadem aqua calida drach. j. ammoniaci, & detur de eo, quoniam est mirabile. Decoctio valens nimis in declinatione febris quotidianæ. Recipe gentianæ, radicis apii, radicis fœniculi, rubiæ, agarici, turbith, assari, rosarum, spicæ nardi, ana drach. j. ponantur in caldario cum tribus libris aquæ, & coquantur super ignem levem sine fumo & flamma, donec remaneat libra una, & solvatur in ea calida drachma j. laccæ, & utatur. Aliud provocans urinam citò. Recipe phu, rubiæ, ana, terantur; & dentur ex eis drach. ij. & s. cum aqua decoctionis hyssopi & satureiæ calida. Aliud dissolvens omnes durities; curat & duritiem splenis, & scrofulas. Recipe tragacanthæ, floris chamæmeli, & picis liquidæ, ammoniaci, medullæ cruris vituli, galbani, ana; conterantur, & dissolvatur ammoniacum in aceto antiquo, liquefiat medulla & pix, & conficiantur pulveres, & misceantur, & super locum ponantur. Aliud hujusmodi. Recipe foliorum capparis, ammoniaci, galbani, capillorum veneris, floris chamæmeli, medullæ cruris cervini, ana, conficiantur, & ponantur super locum durum. Aliud quod citò laxat & dissolvit inflationem, & provocat urinam, & valet hydropicis. Recipe turbith, agarici, fœniculi, anisi, ana drach. j. scammoniæ octavam partem drach. j. radicis iridis, laccæ, spinæ Romanæ, rubiæ, phu, ana drach. j. & semis; conficiantur cum syrupo facto cum melle, hyssopo, & origano, satureia; & utatur. Aliud valdè bonum, subtilians humores; bonum contra asthma, & laxat humorem viscosum. Recipe aristolochiæ rot. rhu barbari, succi marrubii, laccæ, turbith, ana drach. unam; mastiches drach. ij. agarici drach. j. conficiantur cum syrupo facto ex melle & marrubio; & utatur. Aliud valdè bonum, A & dicitur electuarium iridis; & est multarum utilitatum, & est valdè mirabile contra hydropem, & contra debilitatem hepatis; & provocat urinam & menstrua, & laxat humores diversos. Recipe aristol. rotundæ, laccæ, squænanthi, marrubii, ana drach. iij. ligni aloes, rosarum, ana drach. iiij. agarici drach. viij. radicis iridis unc. j. conficiantur cum bono melle; & detur secundùm virtutem cum aqua decoctionis spatanæ, & satureiæ. Aliud electuarium, & dicitur electuarium rhu barbari; & confortat hepar, & est nimis expertum; & nos jam probavimus ipsum sæpe. Recipe aristol. rotundæ, ligni aloes, laccæ, spicæ nardi, B folii rosarum, ana drachmas decem; rhu barbari drach. xx. conficiantur cum syrupo facto ex melle; & detur ex eo quasi avellana cum aqua calida decoctionis folii, & gariophyllorum; est enim optimum in confortatione hepatis, & omnium membrorum interiorum. Aliud electuarium aristolochiæ ad removendum typum in febribus chronicis. Recipe assæ fœtidæ, zingiberis, folii, chamæmeli, piperis nigri & longi, centaureæ, harmel, ana drach. j. arist. rotundæ, ad pondus omnium, conficiantur cum syrupo facto ex melle & aristolochia, & utatur secundùm C virtutem patientis à drach. j. usque ad drachmas ij. Aliud dissolvens ventositates. Recipe assæ fœtidæ, rutæ, satureiæ, castorii, ana drach. ij. anisi, fœniculi, ana drach. j. conficiatur cum melle, & utatur cum vino puro. Aliud dissolvens ventositates, & provocans urinam fortiter & menstrua. Recipe anisi, laccæ, aristol. rotundæ, rubiæ, gentianæ, meu, phu, spicæ nardi, costi; conficiantur cum melle, & dentur ex eo drach. iij. cum aqua calida decoctionis fœniculi.

CAPUT. V.

De medicinis Azariconis Philosophi.

AZariconis medicinæ. Iste vir quamvis non habuerit nomen inter Medicos, recepi tamen ab eo quatuor medicinas nimiùm expertas. Primum medicamen valet ad febres chronicas, quæ fiunt ex humore crasso, & aufert typum, & solvit ventositates, & laxat humorem viscosum, & valet paralysi. Recipe iridis drach. x. piperis nigri & longi, & albi, E assæ fœtidæ, scorodi, castorii, folii, seminis rutæ, asari, ammoniaci, galbani, satureiæ, sanguinis anseris sicci, sagapeni, xylobalsami, carpobalsami, ana drach. s. spicæ nardi, croci, ana drach. iij. chamæpityos, chamædryos, ammeos, mentæ, majoranæ, foliorum rubi agrestis, carvi, gariophyllorum, ligni aloes, cinnamomi, anisi, ana drach. iij. turbith, ad pondus omnium, agarici drach. x. terantur, & confice cum syrupo facto ex melle; & detur ex eo drach. j. & s. cum aqua calida decoctionis gentianæ & asari. Istud enim medicamen est valdè expertum contra infirmitates frigidas juncturarum, & asthma, & dolores frigidos, & dissolvit ventositates, & sæpe probavimus ipsum. F Medicamen confortans membra interiora; & est valdè bonum ad fluxum chronicum, & confortat stomachum, & aufert vomitum. Recipe nucis cypressi, ligni aloes, tamarisci, ana drach. iiij. rosarum, mastiches, laccæ, cinnamomi, ana drach. ij. confice cum aqua decoctionis rubiæ & myrti; & da cum aqua decoctionis cypressi. Tertium medicamen valet ad lapidem renum, & vesicæ; & aperit oppilationes, & expellit fæces per urinam; & est expertum. Recipe capill. veneris, cineris scorpionis, gentianæ, vitri adusti, lapidis Judaici, seminis cucumeris

&

& conficiantur cum aqua decoctionis chamæmeli, vel meliloti, & melle, & sumatur cum decoctione agarici. Quartum medicamen valet hydropicis, & frigiditati hepatis, & citrino colori. Recipe agarici, lilii cælestis, laccæ, aristol. longæ, & rotundæ, succi stæchados, succi marrubii, olibani, phu, chamædryos, chamæpityos, cinnamomi, ana drach. ij. folii, gariophyllorum, ana drach. v. rhu barbari, anisi, ana drach. iij. ligni aloes, ad pondus omnium; pulverizentur, & conficiantur cum melle, & dentur ex eo drachmæ iij.

CAPUT. VI.

De medicinis Gereonis.

GEreonis Græci medicinæ. Ab isto viro habuimus undecim medicinas expertas ad diversas ægritudines; quas nos probavimus; & invenimus ipsas esse mirabiles. Primum medicamen valet ad infirmitatem stomachi frigidi, & confortat ipsum, & est nimis mirabile. Recipe trium piperum, spicæ nardi, zingiberis, ro. ana drach. x. ligni aloes ad pondus omnium; confice cum melle: da cum decoctione ammeos, & mentæ, & gariophyllorum. Secundum valet ad dolorem fortem, & jam probavimus ipsum. Recipe floris chamæmeli, squænanthi, centaureæ, aristol. rotundæ ana, confice cum melle, & da drach. iv. cum aqua calida. Tertium hujusmodi est, sed præcedens securius est. Recipe croci, spicæ nardi, opii Thebaici, ana drach. ij. chamæmeli drach. ij. confice cum melle; & da drach. s. cum aqua calida. Quartum hujusmodi, & est mirabile. Recipe succi coronæ regiæ, chamæmeli quando fuerit viridis, ana drach. iv. & si istæ herbæ non fuerint inventæ virides, accipe earum decoctiones, & pone octavam partem drachmæ croci, squænanthi drach. iij. & bulliant usque ad medietatem; & da bibendam colaturam. Quintum valet ad dolorem ex oppilatione. Recipe radicis lilii cælestis, agarici, ana drach. iv. aristolochiæ longæ, & rot. chamæpityos, ana drach. v. coquantur; & ponantur in lib. iij. aquæ, & bulliant super ignem levem, donec remaneat lib. j. & appone laccæ drach. j. & s. & da ad bibendum tepidum. Sextum dissolvit ventositates, & valet colicæ ex ventositate. Recipe cymini, fœniculi, carvi, anisi, ana; terantur & conficiantur cum syrupo facto ex melle, & ammi, & satureia, & origano; & sumatur ex eo cum aqua decoctionis radicis apii, & cum drach. j. agarici. Septimum hujusmodi. Recipe anisi, cumini, agarici, absinthii, centaureæ ana, terantur, & dentur de illis drach. iij. quando ventositates fuerint multæ; & passio fortis. Octavum laxat humorem viscosum, & est nimis bonum contra epilepsiam & paralysin; quo ego semper utor. Recipe agarici, absinthii, colocynthidis, ana drach. j. anisi, ligni aloes, mastiches, ana drach. ij. sparanæ, ammoniaci, sagapeni, assæ fœtidæ, radicum lilii cælestis, ana drach. j. & s. aggregentur, & conficiantur cum aqua decoctionis anisi, aristol. longæ, & rot. & melle, & sumatur ex eo quasi avellana. Nonum valet tristibus & timidis. Recipe radicis aristol. rotundæ, gariophyllorum, ligni aloes, ana drach. iij. conficiantur cum melle, & aqua majoranæ; & da de eo drach. iij. Decimum valet lapidi renum, & vesicæ; dissolvit ventositates, & laxat diversos humores; & est Bezahar. Recipe turbith, agarici, vitri usti, zingiberis, lapidis Judaïci, sanguinis hirci sicci, anisi, fœniculi, trium piperum, chamædryos, chamæpityos, bdellii ana, drach. iiij. confice cum bono vino decoctionis agarici, & carvi. Undecimum valet ad asthma. Recipe turbith, agarici, aristol. rot. ana drach. j. confice cum decoctione marrubii, & da cum decoctione asari. Istæ sunt medicinæ, quas probavimus sæpe, & invenimus eas optimas.

CAPUT VII.

De medicinis Betarnem.

BEtarnem Siciliæ medicinas modò dicam, & sunt tres, quas probavimus sæpe, & invenimus eas esse veras. Primum valet contra medicinas mortiferas, & est nimis experta. Recipe laureolæ, luti sigillati, phu, meu, apii, cinnamomi, ana drach. j. rutæ, xylobalsami, carpobalsami, ana drach. ij. confice cum melle; & da drach. j. & s. debilibus, vel drach. ij. fortibus. Secundum valet ad morsum scorpionis; & calefacit corpus; & aufert tremorem in febribus. Recipe castorii drach. j. scorodi drach. ij. costi amari drach. j. & s. zingiberis drach. j. conficiantur cum melle; & detur drach. j. & s. cum vino. Tertium provocat urinam & menstrua. Recipe pulegii, cymini, radicis lilii cælestis, aristolochiæ rotundæ; conficiantur cum melle, & dentur drach. iij. Medicamen quod composuit Amaloz de Macedonia; valet ad febres phlegmaticas, & dissolvit humores, liquefacit eos; & est bonum duritiei splenis. Recipe scolopendriæ, squænanthi, chamæpityos, castorii, trium piperum, spicæ nardi, folii, asari, ana drach. j. turbith, radicis lilii cælestis, carpobalsami, xylobalsami, ana pulverizentur, & conficiantur cum melle decoctionis asari, squænanthi, opopanacis; & detur de eo quasi avellana. Medicamen Squilitam; quod valet morsibus scorpionis. Recipe aristol. longæ, & rotundæ ana aur. j. cymini drach. j. assæ fœtidæ, carvi, seminis rutæ, ana drach. ij. castorii drach. iv. confice cum melle; & da drach. ij cum aqua calida decoctionis gentianæ, vel aristolochiæ, vel cum bono vino. Medicamen melius; quod valet ad dolores fortes, & jam probavimus ipsũ, & invenimus melius, quàm theriacam. Recipe cymini, carvi, assæ fœtidæ, aristol. chamæmeli, coronæ regiæ, absinthii, agarici, ana drach. x. trium piperum, opii, ana drach. j. croci, carpobalsami, squænanthi; cinnamomi, ana drach. ij. asari, gentianæ, ana aur. j. pulveriza, & confice cum syrupo facto ex melle, & squænantho, & chamæmelo, & corona regia, & aniso; & da cum aqua decoctionis anisi.

CAPUT VIII.

De medicinis Achaasos.

AB Achaaso experto Athenarum sumptæ medicinæ. Ab isto nobilissimo Medico accepimus tres medicinas compositas, quibus semper usi sumus, postquam novimus eas; sunt enim mirabiles. Et ab eo acquisivimus triginta medicinas simplices expertas in diversis ægritudinibus. Primum medicamen compositum valet ad asthma antiquum, & aperit oppilationes. Recipe asari aureum unum, succi marrubii, hyssopi, styracis sicci, castorii, ana drach. s. trium piperum, anisi, ana aureos duos; conficiantur cum oxymelite scillitico; & detur ex

co à drach. iij. usque ad iv. Medicamen secundum valet ad fluxum antiquum, qui contingit ex frigiditate membrorum. Recip. nucum cupressi, folii, ligni aloes, spicæ nardi, rosarum, ana drach. ij. confice cum aqua decoctionis ligni aloes, & da de eo drach. iij. cum decoctione rosarum. Medicamen tertium confortans virtutem retentivam. Recipe gallarum, sumach, berberis, ana aureum unum; gummi Arabici usti, ligni aloes, ana drach. j. rhu barbari drach. iij. confice cum decoctione seminis lapathi acuti, & granorum myrti; & detur cum decoctione cupressi. Iste vir curabat ægritudines multas cum medicinis; ex quibus elegimus triginta medicinas veraces. Primò dabat mastichen ad dolorem stomachi. Secundò dabat drac. ij. assæ fœtidæ contra morsum scorpionis. Tertiò dabat drach. iij. aceti fortis calidi contra morsum viperæ; & est fortis operationis. Quartò mittebat succum iari, & intromittebat contra maculam oculorum; & sæpe hoc faciebat. Quintò dabat ad purgandum pectus drach. iij. radicis lilii cælestis. Sextò dabat drach. j. asari, & curabat stranguriam. Septimò dabat chamæmelum pulverizatum, & malaxatum cum melle, ad dolorem ventris & renum, propter frigidos humores existentes in illis instrumentis; & provocabat urinam, & curabantur. Octavò dabat drach. ij laccæ contra oppilationes hepatis. Nonò dabat drach iij. ammoniaci splenitico, & curabat eum omnino in paucis diebus. Decimò dabat lac leprosis, & curabat multos. Sed in hoc requiritur scientia in cognoscendo causam lepræ, in qua lac conveniat. Undecimò dabat rhu barbarum ad debilitatem hepatis à frigida causa, & curabat omnes omnino. Duodecimò dabat drach. ij. cubebarum ad aperiendum oppilationes, quæ accidunt in membris interioribus. Tertiodecimò dabat drach. iij. majoranæ cum drach. ij. rubiæ ad provocandum menstrua. Quartodecimò dabat drach. ij. asari ad provocandum menstrua. Quintodecimò dabat carvi Romanum contra ischiadem cum calida, & curabantur ægri. Sextodecimò dabat castorium contra lapidem renum. Decimoseptimò dabat drach. iiij. laureolæ cum aceto, & curabat morsus scorpionum. Decimooctavò dabat drach. iij. zingiberis ad infirmitates frigidas, & calefaciebat; & est nimis forte. Decimononò dabat drach. ij. aloes contra tristitiam; & ad confortandum os stomachi, & curabantur ægri usitando. Vigesimò dabat centauream minorem ad ischiadem, & curabantur. Vigesimoprimò dabat pulverem gariophyllorum contra debilitatem virtutis digestivæ. Vigesimosecundò dabat decoctionem casith contra debilitatem hepatis, & oppilationes, & curabat omnes. Vigesimotertiò dabat oleum viride contra spasmum ex siccitate. Vigesimoquartò dabat decoctionem agarici contra ægritudines cerebri, & hepatis. Vigesimoquintò dabat alfenid, id est penidias, contra infirmitates pectoris, & curabat asthma. Vigesimosextò dabat decoctionem centaureæ, & rutæ contra morsum rutelæ. Vigesimoseptimò dabat decoctionem juniperi ad provocandum menstrua. Vigesimooctavò dabat decoctionem squænanthi ad dolorem mulieris post partum. Vigesimononò dabat decoctionem gentianæ ad frigiditatem membrorum, & ad fluxum provenientem ex ea. Trigesimò dabat galbanum ad provocandum urinam, & ad extrahendum embryum. Nos autem non scripsimus has medicinas, quamvis plures earum cognoscantur ab omnibus, nisi ut non negligantur ab eis; quoniam si utatur illis, ut oportet, erunt mirabiles. Et quoties usus fui decoctione facta ex hyssopo, & asaro, & duabus aristolochiis, curavi de epilepsia. Et cum decoctione solius hyssopi, ex asthmate. Sed oportet Medicum scire, quando oporteat dare has medicinas, & in quo tempore, & in quibus complexionibus valeat; aliter non valent.

CAPUT IX.

De medicinis Andrezeos.

ANdrezeos medicinæ sunt hæ. Iste fuit Philosophus in tempore suo, & habebat multas medicinas compositas; ex quibus elegi quinque expertas, & dimisimus alias, quæ cognoscuntur à pluribus. Primum medicamen valet hydropicis, & frigiditati hepatis; & provocat urinam generaliter & fortiter; & dico quod nulla medicina est ei similis in apertione hepatis. Recipe radicis lilii cælestis, agarici, calami aromatici, laccæ, asari, rosarum, spicæ nardi, cinnamomi, ligni aloes, ana drach. j. gafit, fistici, ana drach. j. mastiches, anisi, ana drach. ij. pulverizentur, & misceantur cum vino & melle; & dentur drach. iiij. cum decoctione radicis lilii cælestis, & gafit. Secundum medicamen valet ad asthma, cujus causa est humor crassus. Recipe gentianæ hyssopi, agarici, ana drach. s. mastiches drach. ij. confice cum melle, & da drach. v. Et non est similis isti medicinæ; laxat enim humorem crassum, & incidit humores crassos. Tertium valet ad dolorem membrorum interiorum; & liberat à colica passione, quæ fit ex crassis humoribus in intestinis. Recipe agarici drach. viij. radicis lilii cælestis, aristol. rot. hyssopi, mastiches, squænanthi, carpobalsami, anisi, ana drach. j. turbith ad pondus omnium; confice cum decoctione agarici, & da drach. iij. cum calida. Quartum valet ad extrahendum embryum, & est valdè forte. Recipe aristol. longæ, & rotundæ, assæ fœtidæ, ana drach. v. spicæ nardi, agarici, ana drach. iij. myrrhæ drach. j. confice cum decoctione aristolochiæ rotundæ, & da drach. ij. Quintum est laxativum diversorum humorum. Recipe turbith, agarici, mastiches, lilii cælestis, ana drach. j. ellebori nigri, mastiches, scillæ assatæ, ana drach. j. colocynthidis drach. ij. scammoniæ drach. s. confice, & da drach. j. & non plus. Electuarium quod valet ad morsum scorpionis. Recipe rutæ, sulfuris vivi non positi ad ignem, ana aur. vj. castorii aur. j. assæ fœtidæ aur. semis, pyrethri, styracis liquidæ, ana aur. j. confice cum melle, & da drach. j. & s. cum vino puro. Electuarium bonum ad dolorem membrorum interiorum; quod habui à quadam muliere, quæ acquisiverat illud à Medicis altarium. Recipe croci aur. v. opii aur. ij. spicæ nardi aur. iiij. spatanæ aur. ij. rad. lilii cælestis aur. vj. floris chamæmeli aur. ij. conficiantur cum bono melle, & utatur eo. Aliud optimum ex compositione Games, & est nimis forte. Recipe cinnamomi aur. vj. croci aureos iiij. & semis, piperis albi aur. iiij. & semis, galbani aur. quatuor, costi aur. ij. & s. confice cum melle, & da drach. ij. vel tres in majori fortitudine. Electuarium Zacharonis de Babylonia contra ventositates, & passionem colicam, & frangit lapidem, & laxat ventrem; & jam probavimus ipsum. Et est valdè bonum, quando dubitamus in ægritudinibus, utrum sit lapis, vel colica, quia commune est ambobus. Recipe turbith,

ſpatanæ, ana aur. vj. cumini, carvi, aur. j. agarici, rad. lilii cæleſtis, ariſtol. ana aur. vj. origani, hyſſopi, ana aur. j. ſquænanthi, maſtiches, ana drach. viij. confice cum melle, & da quaſi avellanam. Theriaca valens ad dolorem capitis chronicum, & ventoſitates, & eſt mirabilis. Recipe ſucci ſtœchados, ſucci marrubii, abſinthii, maſtiches, rhu barbari, chamædryos, chamæpityos, ana. drach. viij. hyſſopi aur. j. agarici ad pondus omnium; pulveriza, & confice cum melle, & da de eo ad infirmitatem cerebri, cum aqua calida decoctionis ſtœchados; & ad aſthma, cum vino bono; & ad provocandum menſtrua, cum ſucco juniperi, & fœniculi; & ad dolorem fortem, cum aqua decoctionis chamæmeli; & ad oppilationem, cum decoctione abſinthii; & ad epilepſiam, cum decoctione pyrethri; & ad iſchiadem, cum decoctione centaureæ minoris; & ad lapidem, cum decoctione radicis lilii cæleſtis. Electuarium laccæ, valens contra oppilationes chronicas, & provocans menſtrua; & eſt bonum valde. Eſt etiam utile ad aſthma chronicum, & ad tuſſim chronicam. Recipe laccæ aur. xx. piperis longi, & nigri, centaureæ minoris, ariſtol. rotundæ, coſti, galbani, ammoniaci, ana aur. x. marrubii, aſari, ana aur. iv. folii, radicis lilii cæleſtis, liquiritiæ, ana aur. vij. pulveriza, & cum bono melle, & da quaſi avellanam cum aqua calida. Electuarium laccæ magnum, quod habuimus ab Aridione filio Meliz; & eſt expertum, & eſt multæ utilitatis. Valet aſthmati & tuſſi, & provocat urinam, & ſedat dolorem fortem, liquefaciendo phlegma; & aufert triſtitiam; & diſſolvit ventoſitatem; & eſt mirabile ad tremorem cordis, & melancholiam; & aquam oculorum, & contra morſum canis rabidi, & contra puncturam viperæ. Et generaliter dico, quòd valet omnibus puncturis mortiferis. Recipe, ariſtol. roſarum, rad. lilii cæleſtis, ana aur. x. ſquænanthi aur. ix. aſari aur. xv. piperis nigri & albi, ana aur. vij. chamæpityos; ſucci marrubii, ſucci ſtœchados, ana aur. viij. ſpicæ nardi; ſpicæ Romanæ, maſtiches, ammoniaci, galbani, ſcillæ aſſatæ, ana aur. x. roſarum, juniperi, ana aur. ij. turbith, agarici, cyperi; ana aur. x. folii, ligni aloes, rhu barbari, croci; olibani, centaureæ min. ana aur. xx. laccæ aur. j. conficiantur cum melle roſato, & detur ex eo ſecundùm quod convenit ægro. Et eſt hæc medicina nimis mirabilis ad dolorem fortem, & laxat humores ſine labore, & confortat cor, hepar, & ſtomachum. Electuarium aſſiſtri, calefaciens corpus, valens oppilationibus hepatis, & ſplenis. Recipe ariſtol. rotundæ aur. xx. marrubii, chamædryos, gaſit, ana aur. v. aſſæ fœtidæ, coſti, trium piperum, ana aur. x. maſtiches aur. viij. pyrethri aur. quatuor; confice, & da cum vino. Decoctio ſquænanthi, valens ad febres chronicas, & aperit oppilationes, & provocat urinam, & ſolvit ventrem. Recipe ſquænanthi drach. viij. marrubii drachmas duas, abſinthii, radicis lilii cæleſtis, ana drachmas tres; ariſtolochiæ rotundæ aur. vj. agarici aur. iij. radicis fœniculi, carvi, ana aur. x. coſti aur. ij. maſtiches aur. iiij. ponatur in caldario, & cum libris tribus aquæ decoquantur, donec remaneat tertia pars; & dentur de eo drachmæ tres. Hæc decoctio eſt valde mirabilis habentibus ægritudines phlegmatis, & debilitatem interiorum membrorum ex cauſa frigida. Decoctio aſari confortans membra debilia ex frigore, & auferens dolores, incidens humores craſſos, & aperiens oppilationes; & eſt expertiſſima. Recipe aſari aur. iv. aniſi aur. viij. abſinthii, gentianæ, ana aur. iv. ſeminum fœniculi, centaureæ minor. ana aur. ij. ponantur cum tribus libris aquæ, & bulliant donec remaneat tertia pars; & da de eo drachmas iv. Decoctio ariſtolochiæ valens ad lapidem. Recipe ariſtolochiæ aur. x. aſari aur. ij. marrubii aureum j. radicis lilii cæleſtis aur. quatuor; ſaliuncæ, ſeminum cucumeris, aniſi, ana aur. vj. coquantur cum duabus libris aquæ, donec remaneat tertia pars; & da de eo drach. iv. Decoctio agarici, valens ad epilepſiam, & purgans matrices, & provocans urinam. Recipe agarici drach x. turbith drach. j. aniſi drach. iij armel drach. ij. radicis apii drach. v. radicis lilii cæleſtis drach. iij. maſtiches drach. ij. radicis pæoniæ drach. vij coquantur cum tribus libris aquæ, donec remaneat medietas; & dentur qualibet dies tres drachmæ: utilis enim eſt valde, & in epilepſia experta eſt. Decoctio aſſæ fœtidæ, valens ad oppilationes aperiendas; & eſt utilis valde. Recipe aſſæ fœtidæ, rad. lilii cæleſtis, rad. apii, radicis fœniculi, ariſtolochiæ rotundæ, ana drach. x. coquantur cum libr. iv. aquæ ſufficienter; & dentur de eo drach. iv. Decoctio pæoniæ, quæ aperit craſſas oppilationes, & eſt valde experta. Recipe pæoniæ drach. x. radicis pentaphylli drach. v. ariſtolochiæ rotundæ drach. vj. coquantur cum libris tribus aquæ ſufficienter; & dentur drach. iv. Decoctio perfecta ariſtolochiæ, & eſt mirabilis hydropicis, & citò curans eos. Recipe duarum ariſtolochiarum, centaureæ min. chamædryos, ſquænanthi, laccæ, ligni aloes, roſarum ana aur. x. ſpicæ nardi, phu, meu, apii, aniſi, radicis lilii cæleſtis, rad. apii, fiſtici, cubebarum, hyſſopi, gariophyllorum, marrubii, ſtœchados, cinnamomi, ana aur. viij. ammeos, myrrhæ, ana aur. v. coſti aur. ij. coquantur in libris tribus aquæ ſufficienter; & dentur drach. iv. cum drach. iv. iſtius electuarii. Recipe ariſtolochiæ rotundæ, granorum juniperi, centaureæ, ana drach. ij. ligni aloes aur. j. ſpicæ nardi drach. j. marrubii drach. iv. conficiantur cum prædicta decoctione. Decoctio chamæmeli, provocans menſtrua, & auferens dolorem fortem. Recipe chamæmeli aur. ix. ariſtolochiæ aur. iv. laccæ drach. ij. ſpicæ nardi, cinnamomi, rad. lilii cæleſtis, ligni aloes, ana drach. j. coronæ regiæ drach. x. decoquantur cum libris decem aquæ in igne lento, & ſufficienter, donec remaneat tertia pars; & dentur drachmæ quinque. Decoctio hyſſopi, contra paſſiones pectoris, & tuſſes chronicas, & ægritudinem aſthmatis, & anhelitum malum. Recipe hyſſopi, agarici, radicis lilii cæleſtis, liquiritiæ, ſquænanthi, pæoniæ, aſari, ariſtolochiæ rotundæ, ammoniaci, ſeminum fœniculi, ſucci ſtœchados, ſucci marrubii, laccæ, ana aur. ij. decoquantur in libris tribus aquæ ſufficienter; & dentur drachmæ quatuor in mane. Electuarium optimum contra ægritudines diverſas; & valet ſcotomiæ, & vertigini; & incidit phlegma viſcoſum, & purgat ipſum; & aufert dolorem frigidum. Et eſt bonum contra venena; & aperit oppilationes; & provocat menſtrua, & urinam; & calefacit corpus; & valet ad febrem chronicam; & purgat matrices. Recipe agarici, ariſtol. rotundæ, ſucci marrubii, laccæ, ana drach. v. aſſæ fœtidæ, galbani, rhu barbari, ſpicæ nardi, phu, ſeminum fœniculi, rad. apii, trium piperum, ana drach. vj. ligni aloes drach. iv. turbith aur. decem; confice cum ſyrupo facto ex melle, & aſaro, & agarico, & ſpica nardi, & lacca, & dentur drachmæ quatuor cum aqua calida. Electuarium expertum contra oppilationes matricis. Recipe ariſtolochiæ,

laccæ, radicis lilii cælestis, ana, confice cum decoctione gafit; & dentur drachmæ quatuor cum aqua calida. Electuarium curans lapidem in vesica; & est expertum. Recipe squænanthi, stœchados ana drach. j. sanguinis hirci ficci drach. vj. lapidis Judaïci drach. ij. anisi drach. iv. pulverizentur, & confice cum decoctione radicis apii. Alium ad lapidem. Recipe sanguinis hirci ficci, anisi, aristolochiæ rotundæ, de lapide invento in felle tauri, vitri combusti, saliuncæ, agarici, lapidis Judaïci, amygdalarum amararum, ana; pulverizentur, & conficiantur cum melle, & dentur drach. iv. cum aqua decoctionis seminum apii. Aliud mirabile contra ventositatem fortem. Recipe anisi, cumini, satureiæ, cavi, ana; conficiantur cum melle, & dentur cum decoctione agarici; quæ sic fit. Recipe agarici, cyperi, folii, radicis squænanthi, aristolochiæ longæ, & rotundæ, radicis apii drach. vj ponantur in caldario in libra una aquæ super ignem levem, & dentur drach. iv. cum duabus drachmis medicinæ prædictæ. Medicamen bonum contra asthma chronicum. Recipe laccæ aur. x. aristol. longæ aur. vj. succi marrubii aur. vij. conficiantur, & dentur quasi nux cum aqua calida. Medicamen quod accepimus ab Acritone contra frigiditatem stomachi, & contra humiditatem ejus. Recipe ligni aloes, cinnamomi, rhu barbari, spicæ nardi, masticheś, cardamoni; confice cum decoctione rosarum, & nucum cypressi; & detur quasi nux. Aliud valens ad colicam ex ventositate & humore crasso. Recipe anisi, cinnamomi, absinthii, cumini, florum chamæmeli, ana drach. x. agarici drach. xx. scammonii drach. j. mastiches drach. v. conficiantur cum decoctione carvi; & dentur drach. iij. cum aqua decoctionis gafit. Aliud ad dolorem capitis, & contra cephalæam, quod est expertum. Recipe succi stœchados drach. viij. gafit, spatanæ, ligni aloes, ana drach. iiij. mastiches drach. vj. agarici ad pondus omnium; conficiantur cum decoctione rosarum, & mastiches; & detur à drach. ij. vsque ad tres drachmas. Aliud quod valet in principio descensionis aquæ ad oculum, quo sæpe curavi multos; & est expertum, & velocis curationis. Recipe spicæ nardi aur. x. cinnamomi aur. octo, agarici aur. ix. mastiches ad pondus omnium; conficiantur cum bono melle, & sumantur de eo quotidie drachmæ duæ, est enim mirabilis operationis.

CAPUT X.

De Medicinis habitis à Zenone.

Zenonis de Athenis medicinæ. Iste fuit unus de magnis Medicis. Ego autem non vidi ipsum; quia non fui temporaneus ejus; sed magister meus vidit ipsum. Et ille habebat experimenta bona; ex quibus discipulus ejus dedit nobis viginti experimenta experta. Et nos probavimus ea sæpe, & invenimus ipsa optima. Primum medicamen, quod dicitur Electuarium spicæ nardi, confortat hepar debile, & cor, & valet contra vomitum chronicum. Recipe spicæ nardi aureos centum, spicæ Romanæ aureos decem, absinthii aureos octo, cinnamomi aureos quindecim, laccæ mundatæ aureos novem, gariophyllorum aureos quinque, gafit aur. xvj. marrubii aur. xij. aristolochiæ rotundæ, rhu barbari, ana aur. xvj. confice cum melle; & da aureos duos cum aqua calida. Medicamen secundum, quod dicitur electuarium centaureæ, valet ad podagram, & ad omnes passiones juncturarum, cui non est simile in hoc. Nam provocat urinam, laxat crassos humores, & diversos, & sedat dolores, & aperit oppilationes; & est optimum ad lapidem, & liquefacit phlegma, & mundificat superflua à pulmone & pectore. Hoc medicamen dedit Zotion de scriptis Zenonis, qui composuerat id per versus. Recipe centaureæ min. aureos centum zirungen aur. decem, anisi, fœniculi, apii, ana aur. vj. olibani, gariophyllorum ana drach. unam; agarici, radicis lilii cælestis, ana aureum unum; cubebæ, galbani, ammoniaci, castorii, trium piperum, spicæ Romanæ, ana aur. xx. spicæ nardi, turbith, ana aur. triginta; aloes succotrinæ aur. xvij. carpobalsami, xylobalsami, scillæ assatæ, ana aur. xvj. mastiches, croci, ana aur. x. scammoniæ aur. viij. pulverizentur, & conficiantur cum melle, & submittantur in hordeo per sex menses; & dentur ex eo drachmæ quatuor. Et hoc medicamen est de maximis medecinis quas habebat ille Medicus. Medicamen tertium, quod dicitur electuarium colocynthidis, quod laxat humores aquosos, & phlegma, & melancholiam; & cum hoc provocat urinam. Et verè dico quòd non est ei simile ad acuendum visum; quia est in hoc mirabile. Recipe colocynthidis, scillæ assatæ, asari, trium piperum ana aur. vj. spicæ Romanæ, anisi, apii, fœniculi, carpobalsami, gafit, croci, ana aur. duos: spicæ nardi, chamædryos, chamæpityos, arist. rotundæ, gentianæ, ana aur. vij. pulverizentur, & conficiantur cum melle; & submittantur in hordeo per sex menses; & detur à drachmis duabus vsque ad tres. Medicamen quartum, quod dicitur electuarium squænanthi, valet ad dolores fortes, & provocat urinam, & aperit oppilationes, confortat hepar confortatione maxima, & frangit lapidem, & valet ad febres chronicas. Recipe squænanthi aur. ccc. aristol. rotun. aur. sex, ligni aloes aureos tredecim, gafit aur. xiij. croci, spicæ nardi, carpobal. opii, ana aureum unum; mastiches aur. iij. trium piperum, folii, chamæpityos, ana aur. septem, conficiantur cum bono vino; & detur de eo quasi avellana cum eo quod convenit tali ægritudini. Medicamen quintum, quod dicitur electuarium capillorum veneris, ad purgandum quod est in pectore ex humore crasso; & est nimis expertum. Recipe capillorum veneris aur. xxv. radicis lilii cælestis, liquiritiæ, pæoniæ, carpobalsami, marrubii, floris chamæmeli, aristol. rotundæ, ana aureos quindecim; pulveriza, & confice cum syrupo facto cum melle, & capillis veneris; & dentur drachmæ iv. cum decoctione chamæmeli. Medicamen sextum, quod dicitur electuarium folii, valet ad ægritudines fortes, quæ accidunt mulieribus in matricibus earum; & provocat menstrua, & valet ad dolorem matricis; & calefacit renes. Recipe folii Indi aureos xx. cinnamomi, spicæ nardi, spicæ Romanæ, rubiæ, castorii, trium piperum, gariophyllorum, ligni aloes, ana drach. xx. rhu barbari, mastiches, thymi, ana aur. xvj. confice cum melle; & detur quasi avellana. Medicamen septimum, quod dicitur electuarium aristolochiæ, valet contra dolorem matricis, provocat menstrua, & confortat stomachum debilem, & intercipit fluxum chronicum, & est mirabilis operationis, & non est ei simile; & sæpe probavimus ipsum: & iste Zotion vtebatur ipso. Recipe aristol. longæ, & rot. ana aur. xx. radicis lilii cælestis, laccæ, squænanthi, marrubii, ana drach. ix. rhu barbari drach. xxv. spicæ nardi, ligni aloes, ana aur. xx. pulverizentur, & conficiantur cum melle; & den-

tur drach. iv. cum aqua calida; & ad fluxum intercipiendum cum decoctione xyloaloes; & ad menstrua provocanda, cum decoctione aristolochiæ rotundæ; & ad dolorem matricis, cum decoctione chamæmeli, & asari. Medicamen octavum, quod dicitur electuarium olibani, quod est valde utile contra humiditatem stomachi, & liquefacit phlegma, & convenit sensibus, quia confortat calorem naturalem in corporibus eorum. Recipe olibani aur. x. mastiches aur. iv. squænanthi, aristol. ana aur. ij. ligni aloes, laccæ, ana aur. j. radicis lilii cælestis drach. j. rosarum, rhu barbari, ana aur. v. anisi aur. vj pulverizentur, & cum melle conficiantur; & detur ex eo quasi avellana. Medicamen nonum, quod dicitur electuarium gasit, valet ad hepar, quia confortat ipsum, & aperit oppilationes ejus; & valet hydropicis, & contra corruptionem complexionis. Recipe gasit aur. xx. laccæ aur. x. ligni aloes aur. vj. gariophyllorum aur. ij cinnamomi aur. xxj. squænanthi, cubebæ, rhu barbari, ana aur. xvj. rosarum aur. xviij. aloes non abluti aur. ij. agarici aur. iv. mastiches aur. x. pulverizentur; & confice cum syrupo facto ex melle & agarico; & est medicamen valde nobile. Medicamen decimum, quod dicitur electuarium rhu barbari, maximè valet fluxibilitati stomachi, & confortat hepar, & valet hydropicis; & non est neque fuit aliquod simile in hoc; & Zenon nemini volebat dare. Cujus compositio non lateat Medicos, quoniam ejus compositionem acquisivit ejus compositor cum magna solicitudine. Recipe rhu barbari aur. centum, laccæ aur. xx. ligni aloes aur. xxxvj. cinnamomi aur. xj. aristol. longæ, & rot. aur. xxx. fistici aur. l. squænanthi aur. lxxx. majoranæ, anisi, luti sigillati, ana aur. xx. agarici, folii, ana aur. vj. gasit aur. xxx. spicæ nardi aur. xvj. trium piperum, zingiberis, ana aur. x. stœchados, origani, ana aur. ix. radicis lilii cælestis, radicis endiviæ, ana aur. vj. hyssopi sicci, mastiches, croci, ana aur. vij. carpobalsami, xylobalsami, ana aur. xvij. pulverizentur, & conficiantur cum melle; & detur à drachmis tribus usque ad iv. Medicamen undecimum, quod dicitur electuarium capparis, valet ad duritiem splenis, & aperit oppilationem ejus; & est optimæ operationis. Recipe capparis aur. xx. opopanacis, scolopendriæ, marrubii, ana aur. v. gasit aur. xvij. ammoniaci aur. x. sagapeni aur. viij. pulverizentur, & conficiantur cum bono aceto; & da drach. ij. cum decoctione carvi, & capparis, & gasit. Medicamen duodecimum, quod dicitur electuarium scolopendriæ, valet ad duritiem splenis, & est expertum. Recipe capparis drach. xx. marrubii drach. v. scolopendrii aur. xvj. confice cum aceto, & fac trochiscos; & da drach. ij. cum decoctione tamarisci, & gasit. Medicamen decimum-tertium, quod dicitur electuarium turbith, valet ad febres chronicas, & laxat humores viscosos, & calefacit renes; & est optimum ad passionem colicam ex ventositate, & provocat urinam, & est mirabile. Recipe turbith aur. l. agarici aur. xvj. croci, mastiches, ana aur. vj. squænanthi, aristol. rot. stœchados, ana aur. viij. confice cum melle; & detur à drachmis duabus usque ad tres. Medicamen decimum-quartum, quod dicitur electuarium ellebori, valet contra vertiginem. Recipe ellebori nigri aur. xx. ligni aloes aur. j. & s. croci aur. j. anisi aur. ij. mastiches aur. iiij. majoranæ aur. j. agarici aur. vj. radicis lilii cælestis, stœchados, ana aur. viij. turbith albi, & gummosi aur. iv. confice cum melle, & da drach. iv. Medicamen decimum-quintum, quod dicitur electuarium agarici; valet contra cephalæam veterem, stomachum confortat, & hepar. Recipe agarici aur. xvj. pæoniæ, centaureæ min. ana aur. v. laccæ, ligni aloes, ana aur. viij. gasit, anisi, chamædryos, chamæpityos, squænanthi, floris chamæmeli, mastiches, ana aur. vij. rhu barbari, spicæ nardi, ana aur. ij. turbith aur. iij. confice cum melle, & da drach. j. & s. usque ad drach. ij. cum aqua calida. Medicamen decimum-sextum, quod dicitur electuarium scillæ, valet ad asthma, & ad oppilationes, & ventositates, sed non debet dari habentibus vulnus in membris interioribus. Recipe scillæ assatæ aur. vj. stœchados aur. iij. agarici drach. xvj. mastiches drach. ij. gasit, costi, trium piperum, ana aur. x. rad. lilii cælestis aur. v. capillorum veneris aur. iij. floris chamæmeli aur. iv. confice cum decoctione agarici, & melle; & da drach. ij. cum aqua calida. Medicamen decimum-septimum, quod dicitur electuarium gummi, & valet contra passiones frigidas, & ventositates crassas, & ad dolorem juncturarum, & ischiadem. Recipe ammoniaci, sagapeni, opopanacis, ana aur. x. sarcocollæ aur. ij. mastiches aur. iv. anisi, cumini, assæ fœtidæ, ana aur. iij. euphorbii drach. ij aristol. longæ & rot. rad. lilii cælestis, ana aur. iij. pone gummi in succo fœniculi, vel in decoctione ejus; & reliqua terantur; & conficiantur cum melle: & da à drach. ij. usque ad tres cum aliquo quod conveniat passioni. Medicamen decimum-octavum, quod dicitur electuarium luti; & est utile contra venenum. Recipe luti sigillati, anisi, salis Indi, agar. ana drach. ij. rhu barbari, avellanarum, rad. pæoniæ, ana aur. iij. pulveriza, & confice cum melle; & detur quasi avellana. Medicamen decimum-nonum, quod dicitur electuarium assæ fœtidæ; valet contra morsum scorpionis, & contra febres chronicas; & liquefacit phlegma viscosum, & dissolvit ventositates. Recipe assæ fœtidæ, costi amari, & dulcis, ana aur. v. arist. rot. zingiberis, asari, ana aur. ij. castorii, cinnamomi, aloes, ana drach. iij. rad. lilii cælestis, sarcocollæ, ana drach. j. & s. aristol. gentianæ, ana drach. vj. pulveriza, & confice cum bono vino, & melle rubro; & dentur drach. iij. Medicamen vigesimum, quod dicitur electuarium rosarum, valet in fine quotidianæ, & hydropicis, & dissolvit ventositates. Recipe rosarum drach. lx. rad. lilii cælestis drach. j. & s. agar. aur. ij. marrubii drach. iv. laccæ, rhu barbari, ligni aloes, cinnamomi, anisi sem. fœniculi, cumini, absinthii, mastiches, ana drach. vj. spicæ nardi, aristol. rot. ana aur. j. confice cum melle, & da drach. iij. Istæ ergo sunt medicinæ Zenonis, & jam probavimus ipsas. Nunc volumus scribere medicinas, quas multoties experti sumus, & deinde abscindetur tractatus. Medicamen subtilians humores, & præparans ad exitum in principiis ægritudinum frigidarum ante acceptionem laxativi. Recipe absinthii, anisi, sem. fœniculi, aristol. rotundæ, squænanthi, carpobalsami, folii, cyperi, agar. rad. lilii cælestis, ana, pulveriza, & confice cum melle, & detur quantum avellana. Electuarium, quod dicitur evadens, valet ad dolores chronicos, & confestim. Recipe spicæ nardi aur. xvj. myrrhæ, opii, laccæ, opopanacis, castorii, olibani, ana aur. septem; galbani aur. vj. mastiches aur. v. folii aur. vj. piperis longi ij. croci aur. x. squænanthi aur. ix. ammeos, cinnamomi, ana aur. iv. scorodi aur. ij. bdellii aur. j. rad. lilii cælestis, agarici, ana aur. xvj. pulveriza, & confice cum melle. Istud electuarium expertum est multoties, & confestim aufert dolorem: sed non debes dare plus quàm drach. ij. Medicamen Amoronis Regis, valet contra podagram,

& dolores juncturarum ex phlegmate viscoso, quo destruitur motus, & valet ad repletionem, & ad debilitatem nervorum, & est optimum mulieribus, in quibus abundant superfluitates phlegmaticæ; & etiam valet contra lapidem. Et generaliter dico, quòd compositio hujus electuarii est per adjuvamen divinum; quod infinitis vicibus probavi, & à me non separavi, nec in civitatibus, nec in villis. Recipe rad. lilii cælestis aur. xx. galbani aur. vj. & danich. iv. ammoniaci aur. x. & drach. ij. ellebori nigri aur. vj. aristol. longæ aur. v. rosarum aur. xx. turbith aur. vj. liquiritiæ aur. x. stœchados aur. viij. satureiæ, centaureæ min. ana aur. viij. & s. squænanthi aur. viij. croci aur. j. meu aur. vj. phu aur. iv. gasit aur. j eupatorii aur. xvj. zirungem aur. xx. & drach. viij xylobalsami, carpobalsami, ana aur. viij. olibani aur. ij. chamæpityos aur. xvj. chamædryos aur. ij. masticheѕ aur. vj. anisi, asari, granorum juniperi, ana aur. v. spatanæ, hyssopi ana aur. v. harmel, cumini agrestis, majoranæ, scillæ assatæ, ana aur. viij. sagapeni, ammoniaci, aloes succotrinæ, ana aur. v. costi, gentianæ, ana aur. ij. origani aur. vij. nasturtii, calami aromatici, ana aur. iv. confice cum melle; & submittatur in hordeo per sex menses; & detur quasi avellana cum aqua calida decoctionis satureiæ, & duarum aristolochiarum. *Medicamen Asirita Romani, valet ad lapidem vesicæ; & provocat urinam.* Recipe amygdalarum dulcium, seminum cucurbitæ & cucumeris, lapidis Judaïci, agarici, floris chamæmeli, gentianæ, ana drach. iiij. aristol. capillorum veneris, saliuncæ, sanguinis hirci sicci, vitri combusti, lapidis qui invenitur in felle vaccæ, anisi, radicis apii, bdellii, myrrhæ, ana aur. v. pulveriza, & confice cum melle; & dentur drachmæ quatuor cum aqua decoctionis radicum apii, & fœniculi. Dixit Galenus: Jam dicimus in hoc libro nostro, quem vocamus librum experimenti medicinarum, quas probavimus, & accepimus à sapientioribus hominibus, & habentibus solicitudinem erga artes; & nos iccirco composuimus hunc sermonem, ut semper Medicus habeat considerationem ad ipsum. Scias autem, quòd Medici altarium curabant per cibos sacrificiorum; unde nobiliores probantur aliis Medicis. Optimè enim debemus laudare virum, qui illa facit per cibum, & plus quàm illum, qui curat per medicinam; quia corpora quæ curantur per exhibitionem diætæ, reducuntur meliùs ad temperantiam, quàm quæ curantur per medicinam. Et Medicus pro virili sua debet considerare, ut cibus, & materiæ, quæ debent propinari, sint propriæ naturæ patientis, vel accipientis; & sint boni saporis, ut æger delectetur in ipsis, & diligat. Et non debet uti eadem medicina diu, ne fiat ei quasi naturalis. Et cave ne præbeas medicinas mali saporis, quoniam medicina, quam infirmus habet in odio, plus nocet quàm prodest. Unde & Medici dignum duxerunt cum medicinis miscere res dulces, & res saporitas, sicut nos fecimus in rob nucum, quod accepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxativis ponere aliqua, quæ stomachum confortant. Et debes cavere in curatione malitiæ complexionis, sine materia, ab evacuatione, & è converso. Et debes laxare naturam à levioribus consuetis generaliter, sicut diximus in libro Interiorum. Sed semper quando volueris evacuare, primò subtilia, pòst evacua parum, deinde mediocriter, deinde fortiùs. Et caveas à medicinis non expertis, sed utaris expertis, & usitatis à bonis Physicis, & expertis. Et scias quòd omnes istæ medicinæ sunt bonæ in locis suis, scilicet ubi conveniunt; & sunt venena in suis contrariis. Nos autem jam diximus in hoc tractatu de istis medicinis plures expertas: & si postea acquisiverimus alias, scribemus eas in fine hujus tractatus.

GALENO
ASCRIPTUS LIBER
DE INCANTATIONE,
ADIURATIONE ET SUSPENSIONE.

QUæsisti, filii charissime, de incantatione, adjuratione, & suspensione, si qua possint prodesse; & si id invenerim in libris Græcorum; & qualiter in libris Indorum inveniri queat. Cui quæstioni compendiosè in hac epistola respondebo. Omnes inquam antiqui in hoc videntur convenire, corporis complexionem animæ sequi virtutem; quæ virtus si sit æqualiter temperata, actio quoque corporis erit perfecta; unde quia virtutes actionis animæ, in pueris, senibus, & mulieribus, imperfectæ plurimùm esse videntur, complexio quoque corporis eorum imperfecta esse probatur. Et hæc imperfectio similiter contingit habitatoribus intemperatæ regionis, utpotè caloris Æthiopiæ, & frigoris Scythiæ. Inde Plato inquit: *Quanto mens humana rem amat aliquam, licèt naturaliter non juvantem, sibi eam prodesse demonstrat.* Ex sola autem mentis intentione, corpus res illas juvat: verbi gratiâ, si quis incantationem sibi prodesse confidat, qualiscunque sit, eum tamen juvat. Si enim, ut diximus, complexio corporis virtutem sequitur animæ, necesse est rem ita se habere: quod confirmatur, quia ex timore, tristitia, lætitia, stupore, non solùm corpus in colore mutatur, sed etiam in multis aliis rebus, ut ventis solutione, sive constipatione, vel nimia defectione. Ego autem vidi ista, sanitatis diuturnarum affectionum fuisse causas, maximè illarum, quæ corruptiones sunt mentium. In sanis autem fuere infirmitatis causæ hæc eadem. Unde Socrates: *Incantationes*, inquit, *verba sunt decipientia rationales animas secundùm spei inceptionem, aut secundùm timoris incisionem.* Indi autem medici tantùm confidunt incantationem, sive adjurationem juvare. Græci verò antiqui medici intendunt his in animam erroneam perfectionem suam revocare, qua revocata necesse est ut corpus revocetur ab ipsa, quum complexionem corporis virtutem animæ constet sequi. Unde Galenus super libro Hippocratis de Humoribus: *Si quis*, inquit, *dixerit humores corporis mutatos immutare actionem animæ, ut animæ actio mutata mutat eosdem, non mentitur.* Quod probatur, quia quando complexio cholerica dominatur, fit inde iracundus; & econtrà in sæpe irascentibus, cholera rubea adaugetur; necesse est enim complexionem animæ corporis complexionem imitari, & corporis animæ. Iterum inquit Galenus, *Intellectus & scientia in anima, ex complexione augetur cholerica; continentia, & studium, ex melancholica; deambulatio verò & delectatio, ex complexione sanguinea; phlegma nihil adjuvat virtutem animæ, nisi in prima gustatorum mutatione.* Constat ergo, quod si Medicus animæ complexionem quoque adjuverit incantatione, sive suspensione, corporis complexionem ad vitam perducit: si autem his conveniens adjungitur medicina, corpus incantatione animæ adjuvatur; quibus conjunctis necesse est sanitatem utriusque citiùs consequi. Item inquit Galenus: *Sunt homines læti naturaliter & deliciosi, qui quando infirmantur, sanos eos subitò futuros confirmet Medicus, & eorum diætam cum exercitiis revocet; quorum spes, sanitatis est causa. Sunt & alii è contrario, naturâ tristes, & unde tristentur & angustentur, eorum animis semper cogitantes*; quorum cogitationes oportet fallere Medicum, & lætificante intentione mutare animas eorum. Sed neque excedere debet lætificandi modum, ne promissionum magnitudine negligat se medicandus. Memini enim quemdam nostræ terræ nobilissimum, murmurasse se esse ligatum, ne cum mulieribus coïret; quem adjuvi fallendo intentionem suam, & hoc magnis ingeniis, sed tamen nunquam revocare potui propter quod asserere, & confirmare incœpi quod ipse priùs intendebat, deinde adducens sibi librum Cleopatræ, quem fecerat de fœminarum formanda specie, legi locum, ubi dixit taliter: *Ligatus fel corvinum accipiat mixtum cum sesami oleo, quo ungens totum corpus, adjuvabitur.* Iste autem audiens, confisus libri verbis, sic fecit, citòque convaluit, & aucta est concupiscentia coëundi. Ego quoque in antiquorum libris multis legi suspensa collo suffragari cum proprietate non ex natura sui, quod non nego posse fieri propter confortationem mentis, ut dixi; de quibus quum sint multa, pauca tibi tangere disposui. Aristoteles in libro de Lapidibus, suspendens smaragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit à casu epilepsiæ suspecto; unde semper mandamus nobilibus, ut è collo filiorum suorum suspendatur, ne in hanc infirmitatem incidant. Item, quodlibet genus hyacinthorum suspendens collo, sive habens in digito, si intret regionem pestiferam, non læditur, sed potiùs in mentibus hominum honoratur, & à majoribus petitiones ejus complentur. Item, sardam. xx. granorum hordei pondus portans è collo, seu in digito, non videbit terribilia in somno. Item, corneolam è collo portans, sive in digito, mitigat iram in contentione: cujus autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxum cujuslibet membri sistit, maximè in fœminis. Onyx suspensus, vel digito portatus, auget in somno terribilia, & tristitiam, & inter homines contentiosa, in pueris autem suspensus salivam oris auget. Galenus ait, stercora luporum ossa comedentium si in ventribus ilia dolentium, vel è collo patientium suspensa fuerint, statim dolorem

mitigant; aliquando & in coxis suspenduntur, & cum fune laneo ligantur, illius scilicet ovis quæ à lupis comesta est, sicque melius juvabuntur, & fortiùs: quòd si filum non inveniatur, cum corrigia cervina ligantur. Idem Galenus in vas argenteum posuit, cujus quantitas fabæ fuit, & in coxis suspendit, & multùm profuit; hoc autem dixit in libro de Simplici medicina. In libro autem eodem ait: Si viperæ suffocatæ collum cum filo lineo suffocandi è collo suspenderis, absolvitur à suffocatione sua, & multùm valet apostematibus faucium. Dioscorides ait: Dentes canini canis rabiosi quando hominem momorderit, in frusto corii ligati, & armo suspensi, defendunt à morsibus canis rabiosi. Idem: Pullis hirundineis parvis in augmento Lunæ acceptis, & primogenitis, si fuerint in ventre scissi, duos lapides invenies, unum unius coloris, & alterum diversi, & oppositi, quos si ligaveris in corio vituli antequam terram tetigerint, & è collo sive armo suspenderis, epilepticis valet, & aliquando persanat. Quidam Medici suspendunt è collo radices herbæ acetosæ propter scrophulas, & valent. Alii suspendunt radices arnoglossi propter easdem, & dissolvuntur. Auricularis digitus abortivi si è mulieris collo suspendatur, non concipit dum collo habebit. Hyoscyamus cum lacte caballino temperatus, & corio cervino impositus, & suspensus è collo mulieris, concipere non permittit, dum in collo erit. Quidam dicunt mulierem ranam accipientem, & os ejus aperientem, terque ibi inspuentem, non concipere illo anno. Alii oculum hirci ligant radici sampsuchi in horto, & irrigant cum urina rufi tauri vespere; mane autem extracta radix ligatur cum eodem oculo in armo, libidinem auget. Galenus inquit: Lapis coralli multùm valet ad passionem stomachi, si suspensus fuerit super stomachum, vel è collo patientis. Dioscorides: Semen croci hortensis ad scorpionis morsum valet, in manu facit, vel è collo suspensum: simile facit radix lauri: idem etiam iris agit. Alii dicunt, quòd radices asparagi siccæ super dentes ligatæ trahunt sine dolore. Item pedes leporis & renes dextro armo ligati canes latrare non permittunt: similiter facit jecur canis, nisi coloris ejus generis fuerit, cujus jecur fuit. Indi dicunt, stercus elephantinum cum melle mistum, & in vulva mulieris impositum, nunquam permittit concipere: testatur hoc, quia arbori suspensum non permittit fructificare. Aaron dicit, stercus elephantis cum lacte caballino mistum, & corio cervino ligatum, & umbilico mulieris suspensum, non permittit concipere. Quidam Medici dicunt, pedem testudinis dextrum pedi podagrici dextro suspensum, juvare, sinistro sinistrum: idem & in manibus. Item radix pæoniæ è collo suspensa, pueris valet epilepticis: similiter pyrethrum: idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos autem hæc ex libris antiquorum excerpsimus, ut mens tua in incantatione, adjuratione & suspensione non refragetur ampliùs. Sed omnia si ex libris antiquorum Philosophorum extrahamus, librum protendemus. Atqui voluntatem nostram hactenus exhibuimus. Hæc autem ego non tentavi, sed nec etiam neganda sunt mihi, licèt non viderimus; quia si magnetem sibi ferrum trahentem non certificamur, nec credimus: similiter quòd plumbum rumpit adamantem, quod ferrum non facit: & lapis qui vocatur nitrum, foco inceditur: piscis autem quidam marinus se capientis sensum aufert: quæ omnia si à nobis non videantur, non creduntur; sed tentata certificant. Et forsitan itidem se habent dicta ab antiquis. Quorum enim actio ex proprietate est, rationibus vnde sit, comprehendi non potest: rationibus autem tantùm comprehenduntur quæ sensibus subministrantur. Aliquando ergo quædam substantiæ habent proprietatem ratione incomprehensibilem propter sui subtilitatem, sensibus non subministratam propter magnam sui altitudinem.

TOMION

ΤΟΜΙΟΝ ΕΞΑΙΡΕΤΟΝ
ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΘ' ΟΜΗΡΟΝ ΙΑΤΡΙΚΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ,

Ἐκ τοῦ κεφαλαίου δ'. τοῦ βιβλίου θ'. τοῦ Τραλλιανοῦ παραβληθέν.

FRAGMENTUM EGREGIUM
GALENI LIBRI
DE HOMERICA MEDICATIONE,

Ex capite 4. Libri 9. Tralliani deprompturm.

QUANDOQUIDEM aliqui etiam veterum, qui naturalia rerum facultate scripserunt, nonnulla quæ calculos jam factos præter opinionem abstergere promittant, & in posterum non ampliùs gigni concedant, prodiderunt; necessarium duxi, quædam eorum enumerare, præsertim virtutis studiosorum gratiâ, ut hominem conservent, morbumque superare possint. Honestum enim est morbum vincere, & omni machina ægris succurrere. Præterea enim divinissimus Galenus, qui ne esse quidem incantationes esse putavit, ex longo tempore multoque usu plurimùm ipsas posse deprehendit. Audi igitur verba ipsius, quæ de medica Homeri tractatione reliquit. Habent autem ea in hunc modum. Nonnulli igitur putant incantationes, anicularum fabulis esse persimiles, quemadmodum ego quoque diu existimavi: temporis autem processu, ab iis quæ evidenter apparent, persuasus sum vim in ipsis esse. Nam in percussis à scorpio, adjumentum sum expertus. Nihil autem minùs etiam in ossibus gutturi infixis, quæ incantatione statim expuebantur. Ac multa præclara singulæ habent incantationes, quum institutum consequunrur. Si igitur divinissimus Galenus & alii plerique veterum testantur, quid prohibet nos quoque, quæ experientia cognovimus, & quæ ab amicis sinceris accepimus, hæc vobis communicare? Multa igitur sunt & alia; sed nullum ita ut annulus ex ære Cyprio confectus. Habet autem in hunc modum. Naturalia. Æs Nicanum aut Cyprium, quod igni in totum non admotum fuerit, accipito, quod in ipso metallo æris invenitur, veluti tesseram facito, ut in digito appareat; & ubi in ea insculpseris leonem, & semilunam, & stellam, hujus circulo nomen bestiæ conscribito, & inclusam aureo annulo gestato in minore digito medico, juxta minimum.

Ἐπειδὴ δὲ καί τινες τῶν ἀρχαιοτέρων, καὶ τῶν τὰ φυσικὰ περὶ ἀντιπαθείας γραψάντων, ἐξέθεντό τινα, καὶ τοὺς ἤδη πεπηγότας ἐπαγγελλόμενα ῥύπτειν παραδόξως λίθους, καὶ τοῦ λοιποῦ μηκέτι τίκτεσθαι συγχωρεῖν, ἀναγκαῖον ἐνόμισα καὶ τούτων ἐκθέσθαι τινά, καὶ μάλιστα διὰ τοὺς φιλαρέτους, ἕνεκα τοῦ σῶσαι ἄνθρωπον, καὶ δυνηθῆναι νικῆσαι πάθος. καλὸν γὰρ νικᾶν, καὶ πάσῃ μηχανῇ βοηθεῖν. ἔτι δὲ καὶ ὁ θειότατος Γαληνὸς μηδὲ νομίσας εἶναι τὰς ἐπῳδάς, ἐκ τοῦ πολλοῦ χρόνου καὶ τῆς μακρᾶς πείρας εὗρε μεγάλως δύνασθαι αὐτάς. ἄκουσον οὖν αὐτοῦ λέγοντος, ἐν ᾗ περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ἰατρικῆς ἐξέθετο πραγματείας. ἔχει δὲ οὕτως. Ἔνιοι γοῦν οἴονται τοῖς τῶν γραῶν μύθοις ἐοικέναι τὰς ἐπῳδάς, ὥσπερ κἀγὼ μέχρι πολλοῦ· τῷ χρόνῳ δὲ ὑπὸ τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἐπείσθην εἶναι δύναμιν ἐν αὐταῖς. ἐπί τε γὰρ τῶν ὑπὸ σκορπίου πληγέντων ἐπειράθην ὠφελείας. οὐδὲν δ' ἧττον, κἀπὶ τῶν ἐμπαγέντων ὀστῶν ἐν τῇ φάρυγγι, δι' ἐπῳδῆς εὐθὺς ἀναπτυομένων, καὶ πολλὰ γενναῖα καθ' ἕκαστόν εἰσι, καὶ ἐπῳδαὶ τυγχάνουσαι τοῦ σκοποῦ. Εἰ οὖν καὶ ὁ θειότατος Γαληνὸς μαρτυρεῖ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν παλαιῶν, τί κωλύει καὶ ἡμᾶς ἅπερ ἔγνωμεν ἐκ πείρας, καὶ ὅσα ὑπὸ φίλων γνησίων, ταῦτα ἐκθέσθαι ὑμῖν; πολλὰ μὲν οὖν εἰσὶ καὶ ἄλλα, οὐδὲν δὲ οὕτως ὡς ὁ ἐκ τοῦ Κυπρίου χαλκοῦ δακτύλιος. ἔχει δὲ οὕτως. Φυσικά. λαβὼν χαλκὸν Νικαηνὸν ἢ Κύπριον, πυρὶ τὸ σύνολον μὴ συνομιλήσαντα, τὸ ἐν αὐτῷ τῷ μετάλλῳ τοῦ χαλκοῦ εὑρισκόμενον ποίησον γενέσθαι ὡς ψηφίδα, ὥστε φαίνεσθαι ἐν δακτυλίῳ· καὶ γλύψας ἐπ' αὐτῆς λέοντα, καὶ ☾. καὶ ἀστέρα, κύκλῳ τούτου γράψον τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, καὶ ἐγκλείσας χρυσῷ δακτυλίῳ, φόρει περὶ τῷ μικρῷ ἰατρικῷ δακτύλῳ.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

GALENI DE REMEDIIS PARABILIBVS LIBER PRIMVS.

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Ἐνθάδε φάρμακα τὰ εὐπόριστα τῇ πολλῶν τῶν νοσημάτων θεραπείᾳ συμφέροντα περιέχονται.

PROPOSITVM LIBRI.

Hìc paratu facilia medicamenta multorum morborum curationi conferentia continentur.

A

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τοῖς ἔξω πόλεων διαμένουσι, καὶ τοῖς κατ' ἀγροὺς καὶ τοὺς ἐρήμους τόπους διατρίβουσι, τὴν εὐπορίστων χρῆσιν προσήκουσαν εἶναι.

ΤΗΝ ἰατρικὴν τέχνην οὐ πόλεσιν, οὐδὲ δημοσίοις τόποις, ἢ ἀνδράσι πλουσίοις, καὶ εὐγενέσιν, ἄρχουσί τε, καὶ μεγάλως δυναμένοις ὁριζομένην· διὰ δὲ τὸ φιλάνθρωπον καὶ πολύχρηστον αὐτῆς ποικίλως ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους διήκουσαν, καὶ ἄχρις ἀγροικίας καὶ ἐρήμων τόπων φθάνουσαν μὲν ὅρων τῇ δυνάμει· ἐλλείπουσαν δὲ τῇ ἐνεργείᾳ διὰ τὸ ἀμελέτητον τῆς περὶ αὐτὴν φιλοτιμίας· δίκαιον ᾠήθην κατ' ἐμὴν δύναμιν εἰσενέγκασθαι ἐπικουρίαν τοῖς ἐν ὁδοῖς, μάλιστα καὶ κατ' ἀγροὺς, καὶ κατά τινας ἐρήμους τόπους διατρίβουσιν, ἐφ' ὧν τὰ μὲν πάθη ῥᾳδίαν καὶ ἀπροσδόκητον ἔχει τὴν κατὰ τῶν σωμάτων φορὰν καὶ δύναμιν· οὐκέτι δὲ καὶ τὴν ἐκ τῶν ἰαμάτων ἐπικουρίαν εὔπορον. οὔτε γὰρ φαρμάκων πολυτελῶν ἐν παντὶ τόπῳ ῥᾴδιον εὐπορεῖν, οὔτε τοὺς χρησομένους αὐτοῖς ἰατροὺς ἀφθόνως ἔχειν ἐπιτηδείους· οὔτε μὴν τὰς περιστάσεις παρεῖναι τῆς ὑποπροσθέσεως καὶ ἀναβολῆς καιροὺς διδούσας, οἷα ἐπὶ συνάγκης, καὶ δηλητηρίων φαρμάκων, καὶ τῶν ἰοβόλων, αἱμορραγίας τε,

PROEMIUM.

Extra urbes, rura, & solitaria loca incolentibus, parabilium medicamentorum usum esse necessarium.

MEDICAM artem (quæ non civitatibus, non publicis locis, non opulentis hominibus, nobilibus, principibus, & potentibus circunscribitur; imò ob amplissimam erga homines hujusce benevolentiam atque utilitatem ad universos mortales longè latéque propagatur, etiam adusque rura, & solitaria loca suos fines potestate prorogat, sed operibus, ob summam eorum qui illi operam navant, negligentiam, è suo splendore decidit) æquum esse duxi, pro meis viribus ad eorum subsidium traducere, tum qui vias moliuntur, tum maximè qui ruri & in locis quibusdam desertis versantur, ubi morbis quidem faciles ac repentini in corpora sunt impetus ac imperia, nequaquam verò etiam facilia ex officinis remedia suppetunt. Neque enim profusis in omni loco medicamentis abundare, neque idoneos qui ipsis uti noverint, affluenter habere Medicos facile est; neque certè circonstantias adesse, quæ & incrementi, & dilationis tempus concedant, ut in angina, venenosis medicamentis, animalibus virus ejaculantibus, hæmorrhagia,

cholera, & his similibus. Quas ob res non accuratam & scientificam curandi rationem, & omnibus suis præceptis absolutam hîc explicare mihi proposui, sed ut quisque etiam plebeius solis ardore, aut alia quacunque causa malè affectis *hominibus* opem ilicò ferat illis sanè usus remediis, quæ in paratorum inopia paratu facilia suppetant. Supponi justum arbitror, accuratissimam ex arte materiæ, atque etiam è scientia prodeuntis usus remediorum, quo tempore tum medicamentorum & Medicorum copia est, tum morbi postulant, administrationem judicari ac necessariam. At ubi præceps occasio est, nec suppetit copiosa remediorum multitudo & ubertas, medicamentorum parabilium facultatem quacunque corporis parte laborantibus necessariam esse mente conjeci. Describam itaque parabilium remediorum materiam, quibusdam etiam in locis, quanquam rarò exquisitiorum, permultis consuetorum, proindéque facilè suppetentium medicamentorum mentionem faciam, à capite ducto exordio. Ipsum enim tanquam arx quædam corporis est, ac domicilium sensuum, qui hominibus pretiosi maximéque necessarii sunt; proindéque ab ipso remediorum principium faciemus, idonea & manifesta potissimum aggredientes. Caput variè afficitur, ab æstu æstuat, à frigore frigescit, ac vaporibus è ventriculo sublatis repletur; & ab externis gravitatem soporosam efficientibus, fœtidis, & cæteris multis. Præterea verò cutis & capillorum deformitatibus obsidetur, alopecia, ophiasi, diversisque ulceribus. Æstus itaque, frigoris & vaporis ab externis rebus exurgentis idonea signa sunt hæ causæ evidentes. Jam verò ab æstu laborantes comitatur dolor pulsatorius totius capitis, quod syderari videtur, cum ignei caloris sensu; vasorum frontis distentio, oculorum rubor, plerunque etiam vigilia. Frigore verò laborantes stupefaciens gravitas, congelatio, vasa secundùm frontem collapsa, si cum humiditate frigeant, etiam vehementior somnus. At vaporibus malè affectos, dolor punctorius, pulsus arteriarum quæ circa frontem sunt, vertigines, hallucinationes, aurium sonitus. Peræquè quibus ab internis vaporibus repletur caput, hæc ipsa accidere consuescunt.

καὶ χολέρας, καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων. διὰ ταῦτ' οὖν οὐκ ἀκριβῶς καὶ ἐπιστημονικῶς θεραπείαν, καὶ πάντη τοῖς οἰκείοις θεωρήμασι συμπληρουμένην ἐνταῦθα λέγειν προῃρούμην, ἀλλ' ὅπως ἄν τις καὶ ἰδιώτης ἐκ τοῦ παραχρῆμα βοηθεῖν ἔχῃ τοῖς κινδυνεύουσιν, ἢ ἄλλως πάσχουσι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, ἐκ τῶν, ὡς οἷόν τε, ἐπ' ἀπορίας εὐπορουμένων βοηθημάτων. ὑποθέσθαι δίκαιον ᾠήθην, τὸ μὲν ἀκριβὲς ἄγαν τὸ κατὰ τὴν τέχνην ὕλης, καὶ τῆς ἐπιστημονικῆς χρήσεως τῶν βοηθημάτων, ἐν οἷς φαρμάκων καὶ ἰατρῶν εὐπορία, καὶ τὰ πάθη συγχωρεῖ, ἀναγκαῖον εἶναι κρίνω. ὅπου δὲ ὀξὺς ὁ καιρὸς, καὶ οὐκ εὔπορος ἡ τῶν βοηθημάτων εὐπορία καὶ ἀφθονία, τὴν ἐκ τῶν εὐπορίστων φαρμάκων δύναμιν ἀναγκαιοτάτην εἶναι λογιζόμενος, τοῖς ὁποιουοῦν μέρος τοῦ σώματος πάσχουσιν. ἀναγράψω τοίνυν τὴν τῶν εὐπορίστων βοηθημάτων ὕλης ἐνίοτε ποὺ πολυτελεστέρων μὲν, συνήθων δὲ τοῖς πολλοῖς, καὶ διὰ τοῦτο εὐπορουμένων φαρμάκων μνημονεύσομεν, ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι. αὕτη γὰρ καθάπερ τις ἀκρόπολίς ἐστι τοῦ σώματος, καὶ τῶν τιμιωτάτων καὶ ἀναγκαιοτάτων ἀνθρώποις αἰσθήσεων οἰκητήριον. διὸ καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν βοηθημάτων ἀπ' αὐτῆς ποιησόμεθα, τῶν δυνατῶν μάλιστα καὶ σαφῶς στοχαζόμενοι. πάσχει δὲ αὕτη ποικίλως· ἐγκαιομένη τε καὶ ψυχομένη, καὶ ὑπὸ ἀναθυμιάσεων τῶν ἐκ τῆς κοιλίας πληρουμένη, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, τῶν καρωδῶν, καὶ δυσωδῶν, καὶ διὰ πολλὰ ἕτερα. ἔτι ἐπὶ μέρους καὶ τοῖς κατὰ τὸ δέρμα καὶ τὰς τρίχας ἀπρεπείαις ἁλισκομένη, ἀλωπεκίαις, ὀφιάσεσι, διαφόροις ἑλκώσεσιν. ἐγκαύσεως μὲν οὖν, καὶ ψύξεως, καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἀναθυμιάσεως ἱκανὰ σημεῖα ταῦτα προκατάρχοντα αἴτια. ἤδη δὲ τοῖς μὲν ἐξ ἐγκαύσεων ἄλγημα παρακολουθεῖ σφυγματῶδες ὅλης σφακελιζούσης δοκεῖν τῆς κεφαλῆς μετὰ πυρώδους αἰσθήσεως· καὶ διάτασις τῶν περὶ τὸ μέτωπον ἀγγείων, καὶ ὀφθαλμῶν ἔρευθος, τὰ πολλὰ καὶ ἀγρυπνία. τοῖς δὲ ἀπὸ ψύξεως ναρκῶδες βάρος, καὶ πῆξις, καὶ τῶν κατὰ τὸ μέτωπον ἀγγείων σύμπτωσις· εἰ δὲ μεθ' ὑγρότητος καταψύχοιτο, καὶ καταφορώδης ὕπνος. τοῖς δ' ἐξ ἀναθυμιάσεων ἄλγημα νυγματῶδες, καὶ σφυγμὸς τῶν περὶ τὸ μέτωπον ἀρτηριῶν, ἴλιγγοί τε καὶ παροράσεις, καὶ ὤτων ἦχοι. ὁμοίως καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐντὸς ἀναθυμιάσεων πληρουμένοις, τὰ αὐτὰ ταῦτα συμπίπτειν εἴωθεν.

CAPUT I.

Ad internos capitis affectus; ac primùm pro capitis dolore ab æstu solis.

Dolore capitis ab æstu solis *laborantibus* idonea erit embroche ex oleo omphacino frigido; si adaugeatur dolor, ex rosaceo & aceto; at si non adsit rosaceum oleum, omphacino utendum. Olei partibus quatuor aceti unam commisceant, si mediocriter refrigerare velint, alioqui plus aceti adjiciendum. Æstuante verò vehementer capite commiscendus aceto succus sanguinariæ, aut arnoglossi, aut portulacæ, aut lactucæ, aut uvæ acerbæ, aut alicujus ejusmodi facultatis. Constat autem quod & liberaliorem & parciorem eorum usum tum ardoris magnitudo, tum corporis præparatio indicabit. Sed præstat etiam ipsos ægrotos in frigidiore domo decumbere, strata foliis vitis, &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Πρὸς τὰ ἐντὸς τῆς κεφαλῆς πάθη, καὶ πρῶτον περὶ τῆς ἐξ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας.

Ἀρρώστοις δὲ τοῖς μὲν ἐξ ἐγκαύσεως ἐμβροχὴ ἐλαίου ὀμφακίνου ψυχροῦ· εἰ δὲ ἐπιτείνοιτο, δι' ὀξυρροδίνου· μὴ παρόντος δὲ τοῦ ῥοδίνου ἐλαίου, χρηστέον ὀμφακίνῳ. τέτρασι μέρεσι τοῦ ἐλαίου συμπλέκοντας ὄξους μέρος ἕν, εἰ συμμέτρως ψύχειν βούλοιντο, εἰ δὲ μὴ, πλεῖον ἔτι ὄξους. διακαιομένης δὲ σφοδρῶς τῆς κεφαλῆς, συμπλέκειν χρὴ τῷ ὄξει πολυγόνου χυλὸν, ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ ἀνδράχνης, ἢ θριδακίνης, ἢ ὄμφακος σταφυλῆς, ἢ τῶν τοιούτων τινός. δῆλον δὲ ὡς τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον τῆς μίξεως αὐτῶν δηλώσει τὸ μέγεθος τῆς ἐγκαύσεως, καὶ ἡ τοῦ σώματος κατασκευή. ἀνακλίνειν δὲ αὐτοὺς ἄμεινον καὶ ἐν ψυχροτέροις οἴκοις εἰσφέροντας ἀμπέλου φύλλα, καὶ

βάτου, μήλων τε, καὶ τῶν τούτοις παραπλησίων, ὅσα χωρὶς τοῦ κάρου ψύχειν δυνήσεται. παραπλήσιαι δὲ ταύτῃ διαθέσεις, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν δυσκρασιῶν συμβαινόμεναι. ἀλλ' αἱ μὲν ἀπὸ θερμοτέρας καὶ ξηροτέρας, ἔτι τε ψυχροτέρας καὶ ξηροτέρας δυσκρασίας, ὀδύναι μεγάλαι γίγνονται, ἥκιστα δ' ἐν τῇ ὑγρᾷ δυσκρασίᾳ πόνοι συμβαίνουσι. θεραπεύονται δὲ καὶ αὗται ὁμοίως ταῖς ἐπὶ τοῖς προκατάρχουσι γιγνομέναις κατὰ ἐναντίωσιν τῶν διαθέσεων.

Περὶ τῆς ἀπὸ ψύξεως κεφαλαλγίας.

Τοῖς δὲ ἀπὸ ψύξεως ἁρμόζουσιν αἱ θερμότεραι τῶν ἐμβροχῶν. ὅτε μὲν συμμέτρως εἴη ἡ ψύξις ἀρκουμένοις ἀνηθίνῳ καὶ πηγανίνῳ ἐλαίῳ θερμῷ· εἰ δὲ ἐπιτείνοιτο μεγάλης τῆς ψύξεως ὑπαρχούσης, σικύου ἀγρίου ῥίζαν ἐμβαλεῖν δεῖ, ποτὲ δὲ καὶ εὐφορβίου βραχύ. χρῆσθαι δὲ καὶ ἰρίνῳ ἐλαίῳ, ἤ τινι τῶν τοιούτων, λεπτῶν εἰρημένων τινὰ τούτοις ἐμβαλόντα· ἐλάττω δέ, ἢ πλείω, κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν ψύξιν σκοποῦντα καὶ συμμετρούμενον.

Περὶ τῆς ἐξ ἀναθυμιάσεως κεφαλαλγίας.

Ὅσοις δὲ ἀπὸ ἀναθυμιάσεων αἱ κεφαλαλγίαι γίγνονται, ὑπάγειν τε τὴν γαστέρα, καὶ ἄγειν αὖθις εἰς εὐπνουστέρους οἴκους, καὶ λεπτὸν ἀέρα ἔχοντας· ἐπιτηδεύειν τε καὶ πταρμούς, μάλιστα εἰ ἀπύρετοι εἶεν, ἐμβαλόντας τοῖς πόροις, ἢ στρούθιον λεῖον, ἢ πέπερι, καὶ ἀνέλκειν κελεύοντας. κενουμένων γὰρ τῶν ἀτμῶν, ῥᾷον διαφορηθήσεται ἡ κεφαλή. ἐμβρέχειν δ' αὖθις καὶ ἐλαίῳ, βραχὺ ὄξους παραχέοντας. ἥ τε γὰρ ἄμετρος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῶν ἀτμῶν φορὰ ἀποκρουσθήσεται, καὶ τὸ ἐνιζάνον ταῖς κοιλίαις τοῦ ἐγκεφάλου διαφορηθήσεται, μὴ ἐᾶν καθεύδειν, καὶ μάλιστα μεθ' ἡμέρας.

Περὶ τῆς ἐξ ἀπέπτων βρωμάτων κεφαλαλγίας.

Εἰ δ' ἀπέπτων ἐγκειμένων τῇ γαστρὶ συμπάσχοι τι ἡ κεφαλή, διδόντας πιεῖν ὕδατος χλιαροῦ συχνῶς, ἐμεῖν κελεύειν. γίγνονται δὲ πολλοῖς τῶν στομαχικῶν ἐξ ἀναστάσεως κεφαλαλγίαι, ἐφ' ὧν αἱ προσθέσεις τῆς τροφῆς, αὐτίκα κουφίζειν εἰώθασιν. εἰ δ' ἀπὸ μεγάλης ποτὲ ἀλγηδόνος τῆς κεφαλῆς ἄφωνοι γίγνονται ἄφνω, μηδὲ τῆς αἰτίας καταλαμβανομένης, καταντλεῖν προσήκει τὴν κεφαλὴν ὕδατι θερμῷ δαψιλεῖ, ἐγχέοντας τοῖς ὠσὶν ἔλαιον καὶ ἔριον ἐμβαλλόντας.

Περὶ τῆς ἐξ οἴνου κεφαλαλγίας.

Ὅτι μὲν οἱ θερμότεροι τῶν οἴνων τὰς κεφαλαλγίας γεννῶσιν, ἀτμῶν πληροῦντες ῥᾳδίως τὴν κεφαλήν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ χυμῶν, καὶ ὅτε χωρὶς οἴνου πόσεως πρὸς τὴν κεφαλὴν ἑτοίμως οὗτοι ἀναφέρονται, καὶ μάλιστα οἷς φύσει θερμότεραι τὴν κρᾶσιν αἱ κεφαλαὶ τυγχάνουσιν, ἅπασιν οἶμαι φανερὸν εἶναι, σκοπὸς τοίνυν τῆς ἰάσεως ἡ κένωσις αὐτῶν. ἐπειδὴ δὲ θερμότεροι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ πεπληρωκότες τὴν κεφαλὴν ἀτμοί, καὶ τῆς ἐναντιούσης αὖθις βοηθείας δέονται. ἔλαιον οὖν ῥόδινον καὶ πάνυ ψυχρὸν προσφερόμενον, ὕπνος τε καὶ ἡσυχία, καὶ μετὰ ταῦτα εἰς ἑσπέραν λουτρόν, καὶ τροφαὶ εὔχυμοι, οὐ μέντοι θερμαίνουσαι. τοιαῦται δ' εἰσὶν ὁ πτισάνης χυλός, καὶ τὰ ὑγρὰ τῶν ὠῶν δίχα γάρου, καὶ ἐξ ὕδατος ἄρτος, θριδακίνη τε ὡς ἐμψύχουσα, καὶ κράμβη ὡς ἀτμῶν ξηραντική· ποτῷ δὲ ὕδατι χρηστέον. ἀλλ' ἐπί τινων ὁ στόμαχος ἐπὶ ταῖς ὑδροποσίαις ἀνατρέπεται, ῥοιὰν οὖν αὖθις ἐπιδοτέον, ἢ μῆλον, ἢ ἄπιον

rubi & pomi, & aliis horum similibus, quæ citra veternum refrigerare valuerint. Consimiles ipsi sunt affectus qui ab intemperie oboriuntur. Verùm ab intemperie tum calidiore quidem & sicciore, tum etiamnum à frigidiore & sicciore dolores maximi nascuntur, sed minimè ab humida intemperie dolores contingunt. Curantur verò etiam ipsi dolores eodem modo, quo qui ab externis causis ortum ducunt per remedia affectibus contraria.

Pro capitis dolore à frigore.

A frigore verò caput dolentibus medentur embrochæ calidiores. Quòd si moderatum fuerit frigus, anethino, & rutaceo oleo calido uti satis erit; si autem intendatur ex vehementi grassante frigore, cucumeris agrestis radicem infundere oportet, ac interdum euphorbii pauxillum. Utendum quoque irino oleo, aut talium tenuium enarratorum aliquo, quædam his inserendo; sed pauciora, aut plura pro ratione exuperantis frigoris observando ac commetiendo.

Pro capitis dolore à vaporibus.

Quibus dolores capitis à vaporibus excitantur, subducenda est alvus, iique in domos quæ ventis magis perflentur, tum tenui aëre gaudeant, ducendi sunt; sternutamenta cienda, præsertim si febre vacent, injecto, & ex præscriptis attracto per narium meatus aut struthio trito, aut pipere. Vacuatis enim vaporibus faciliùs discutietur capitis dolor. Irrigandum autem eorum caput est etiam oleo, cui aceti nonnihil effundatur; immoderatus namque ad caput vaporum ascensus reprimetur, & quæ portio cerebri ventriculis insedit, discutietur. At dormire non sinendum est, ac potissimum interdiu.

Pro dolore capitis ab eduliis crudis ventriculi.

Quòd si ab eduliis crudis ventriculo incumbentibus per consensum doleat caput, aqua tepida liberaliùs potui exhibenda est, vomitusque imperandus. Multis autem stomachicis à surrectione, capitis dolores oriuntur, quos statim ciborum assumptiones levare consueverunt. Quòd si à vehementi aliquando dolore capitis derepente quidam obmutescunt, neque causa deprehendatur, caput aqua calida liberaliùs perfundere convenit, & auribus oleum infundere, & lanam inserere.

Pro capitis dolore ex vino.

Quòd vina calidiora capitis dolores procreent, faciléque caput oppleant vaporibus, interdum etiam humoribus, quódque citra vini potum ad caput hi promptè efferantur, iisque potissimum qui calidiora temperamento capita sortiuntur, omnibus manifestum esse arbitror. Proinde scopus curationis ipsorum est vacuatio. Quoniam verò hi vapores calidiores sunt, caputque repleverunt, egent remedio ipsos refrigerante. Oleum itaque rosaceum admodum frigidum admovendum est, somnus quoque congruit & quies, & postea sub vesperam balneum, & cibi boni succi, qui tamen non calefaciant. Ejusmodi sunt hordei cremor, ova sorbilia absque garo, panis aqua maceratus, lactuca, & brassica quæ vapores exiccando discutit; aquæ potu utendum. Cæterùm quorum os ventriculi aquæ potu subvertitur, iis granatum offerendum, seu malum Punicum, aut pyrum, ea-

que cocta exhibenda sunt. Hæc autem ita coquenda. Primùm infusa in ollam aqua fervida, deinde suspensis in vase his fructibus autumnalibus, sub olla ignem succendemus, quoad vapor elevetur, qui hosce fructus coquere queat. Quin & uvæ passæ stomachum corroborant. A palmulis prorsus abstinendum, quòd proprietate quadam polleant doloris capitis effectrice. Si his peractis ægri probè dormire nequeant, ad balnea ipsi postridie ducendi sunt, & in balneo aqua calida sæpe perfundendi, postea pauxillo temporis interjecto, denuò similiter lavandi, ac tandem, ut priùs dictum est, cibandi. Si verò aliquando elatorum ad caput & vaporum & humorum nonnihil relinquatur exilibus meatibus impactum, ob idque doloris capitis residuum quidpiam permaneat, rosaceo parcendum, & caput perfundendum chamæmelino moderatè calido, & postea irino, quod ejusmodi affectibus magnopere confert; sed eorum nulli vino uti concedatur.

Pro dolore capitis ex ictu & casu ab alto.

Quoniam verò & ob casus quosdam ab alto & ictus dolores capitis obveniunt, utile quoque est, ad ea, pauca proferre. Conveniet igitur fotus spongia aut molliori lana oleo calido inebriata, præterea quies, alimenti subtractio, ventris inferioris vacuatio. Vitanda sunt sol, balneum, vini potus, clamor, & contentio, etiam edulia acria, acida, salsa. Liquet autem pro diversis morborum causis efficientibus, plures fore inveniendorum remediorum indicationes.

Pro dolore capitis à contusione.

Caput etenim etiam contundi accidit, interdum cum vulnere, interdum sine vulnere contusionem fieri, adeò ut ex his curationis scopi implicentur. Enimverò contusioni propria remedia sunt mitigantia, cujus generis sunt aquæ calidæ affusio, & panniculus oleo inebriatus. At divisioni nisi casus aliquis conglutinari prohibeat, priùs spongia vino madente detersæ sideritim herbam alligabis. *Aliud.* Resinam frictam ut cataplasma vulneri alligato. *Aliud.* Aloëm tritam & melli admixtam admove. *Aliud.* Terræ intestina concisa ac trita impone. *Aliud.* Ulmi folia virentia contusa ac trita applicato. Quin etiam ulmi cortex pro vinculo vulneri circunvolutus idem præstat.

Ad cataphoram.

Coagulum hœdi conjice in meracum vinum Ægyptium, dáque par pondus, & exhibe potui jejuno per tres dies.

Ad capitis dolores ex ebrietate & solis æstu.

Quandoquidem Archigenes capitis doloribus amuleta scripsit, haud absurdum duxi hæc etiam ad capitis dolores ex ebrietate & solis æstu obortos ascribere. Duos polygoni ramulos coronæ instar connexos admove. *Aliud.* Polygono trito cum lactis cremore caput sub vesperam inunge, ac leporis pellem superponito adusque auroram, tumque pellem tolle, & sanatus comperietur. *Aliud.* Cichorum Romanè intybum olus dicitur, laborantis capiti impone. *Aliud.* Rosarum coronam capiti admove, ex recentibus rosarum floribus recenter factam. *Aliud.* Corona caput callitricho, quod quidam adiantum vocant, nonnullique trichomanes. *Aliud.* Summopere conferre capitis dolori nar-

A ἑψημένα. χρὴ δὲ ἕψειν οὕτως αὐτά. πρῶτον ἐν χύτρα ὕδωρ ἐγχέοντας θερμὸν, εἶτα κρεμάσαντας ἐν ἀγγείῳ τὰς ὀπώρας, ὑποκαίειν τὴν χύτραν, ὅπως ὁ ἀναφερόμενος ἐκ τοῦ ὕδατος ἀτμὸς, ἕψειν οἷός τε εἴη. καὶ σαφίδες δὲ ῥωννύουσι τὸν στόμαχον, φοινίκων δὲ παντελῶς ἀπέχεσθαι, ἔχουσι γάρ τινα ἰδιότητα κεφαλαλγίας ποιητικήν. εἰ δὲ ἐπὶ τούτοις ὑπνῶσαι καλῶς δυνηθεῖεν, ἐπὶ λουτρὸν μὲν ἄγειν αὐτοὺς κατὰ τὴν ὑστεραίαν, καὶ καταχεῖν ἐν τῷ βαλανείῳ θερμὸν ὕδωρ πολλάκις, εἶτα μικρὸν ἠρεμήσαντας, αὖθις

B παραπλησίως λούειν, εἶθ' οὕτως τρέφειν, ὡς πρόσθεν εἴρηται. εἰ δέ ποτέ τι τῶν ἀνελθόντων ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀτμῶν τε καὶ χυμῶν ὑπολείποιτό τι λείψανον ἐσφηνωμένον πόροις λεπτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο παραμένοι τι τῆς κεφαλαλγίας, ἀφίστασθαι μὲν τοῦ ῥοδίνου, ἐμβρέχειν δὲ τῷ χαμαιμηλίνῳ συμμέτρως θερμῷ, καὶ μετὰ ταῦτα ἰρίνῳ, μεγάλως ὠφελοῦντι τὰς τοιαύτας διαθέσεις· μηδενὸς δὲ τούτων ὄντος, οἴνῳ χρῆσθαι.

Περὶ τῆς ἐκ πληγῶν καὶ συμπτωμάτων κεφαλαλγίας.

C Ἐπεὶ δὲ καὶ διά τινα συμπτώματα καὶ πληγὰς γίνονται κεφαλαλγίαι, χρήσιμον βραχέα καὶ πρὸς ταῦτα ὑπαγορεῦσαι. ἁρμόζει τοίνυν ἡ διὰ σπόγγων πυρία καὶ μαλακῶν ἐρίων ἐλαίῳ θερμῷ δεδευμένων. πρὸς δὲ τούτοις ἡσυχία, ὑποστολὴ τροφῆς, κένωσις τῆς κάτω γαστρός. φυλακτέον δὲ ἥλιον, λουτρὸν, οἰνοποσίαν, κραυγὴν καὶ διάτασιν, καὶ τῶν ἐν τροφῇ προσφερομένων τὰ δριμέα, καὶ ὀξέα, καὶ ἁλικά. δῆλον δὴ ὡς σκοποὶ πλείονες ἔσονται τῆς τῶν ἰαμάτων εὑρέσεως κατὰ τὰς ποιούσας τὰ πάθη αἰτίας.

Περὶ τῆς ἐκ θλασμάτων κεφαλαλγίας.

D Καὶ γὰρ κεφαλὴν καὶ θλᾶσθαι συμβαίνει, καί ποτε μὲν μετὰ τραύματος, ποτὲ δὲ καὶ χωρὶς τραύματος γίνεσθαι τὴν θλάσιν, ὡς καὶ τούτων ἐπιπλέκεσθαι σκοποὺς θεραπείας. θλάσει μὲν οὖν οἰκεῖα τὰ παρηγορικὰ τῶν βοηθημάτων, οἷον θερμοῦ κατάχυσις ὕδατος, καὶ ἐπίβλημμα ἐλαιοβρεχές. τὴν δὲ διαίρεσιν πρὶν εἴ τι αἰτία προσοῦσα εἰ μὴ κωλύει κολληθήσεσθαι, σιδηρῖτιν βοτάνην λειώσας, καὶ ἀποσπογγίσας οἴνῳ ἐπιδέσμει. Ἄλλο. ῥητίνην φρυκτὴν καταπλάσας, τὸ ἕλκος ἐπιδέσμει. Ἄλλο. ἀλόην λειώσας, καὶ μέλι προσμίξας, ἐπιτίθει. Ἄλλο. γῆς ἔντερα κόψας ἐπιτίθει. Ἄλλο. πτελέας φύλλα χλωρὰ κόψας

E ἐπιτίθει, πρότερον τρίψας· καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τοῦ αὐτοῦ δένδρου περιειληθεὶς ὡς ἐπίδεσμος, τὸ αὐτὸ ποιεῖ.

Πρὸς καταφοράν.

Πιτύαν ἐρίφου βάλε εἰς ἄκρατον οἶνον Αἰγύπτιον, καὶ δὸς ἴσον, καὶ δίδου πίνειν νηστικῷ ἐπὶ ἡμέρας γ.

Πρὸς τὰς ἐκ μέθης καὶ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας.

Ἐπεὶ δὲ τὰ περίαπτα ἔγραψεν ὁ Ἀρχιγένης τοῖς κεφαλαλγοῦσιν, οὐκ ἄτοπον ᾠήθην καὶ ταῦτα ἀναγράψαι πρὸς τὰς ἐκ μέθης καὶ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας, πολυγόνου δύο

F κλωνία πλέξας, στεφάνωσον. Ἄλλο. πολύγονον τρίψας μετὰ κορυφῆς γάλακτος, καὶ ἀλείψας τὴν κεφαλὴν τῷ βάθει τῆς ἑσπέρας, καὶ ἐπάνω, λαγωοῦ δέρμα βαλὼν, ἕως πρωΐ, ἆρον τὸ δέρμα, καὶ ἰαθήσῃ. Ἄλλο. κιχώριον τὸ Ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ἰντυβολάχανον, ἐπιτίθει τοῦ πάσχοντος τῇ κεφαλῇ. Ἄλλο. ῥόδινον στέφανον ἐπιτίθει τῇ κεφαλῇ, νέα ἄνθη ῥόδου ἐκ νεαρῶν ῥόδων. Ἄλλο. καλλιτρίχῳ στέφε τὴν κεφαλὴν, ὃ τινες καλοῦσιν ἀδίαντον, ἔνιοι δὲ τριχομανές. Ἄλλο. ἄκρως δὲ ἀπαλλάττειν τῆς κεφαλαλγίας φι-

σὶν Ἀρχιγένης, περιστερεῶνα, ἣν τινες ἱερὰν βοτάνην καλοῦσι, καὶ στεφομένην, καὶ καταχριομένην μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου. Ἄλλο. χελώνης λιμναίας, ἣν τινες ἀμύδα καλοῦσιν, αἷμα ἐπίσταζε ἐπὶ τὸ βρέγμα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ εὐπορίστων πρὸς τὰ ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς πάθη, καὶ πρῶτον πρὸς ῥεούσας τρίχας.

Λάδανον ἀποβρέχων οἴνῳ εὐώδει καὶ στύφοντι λείου, παραχέων καὶ μύρσινον, καὶ γλοιῶδες ποιήσας, κατάχριε. Ἄλλο. κάρυα χλωρὰ, ἀκμάζειν ἀρξάμενα, θλάσας ρ'. μίξας τε ἐλαίου ξέστας β'. στυπτηρίας ὑγρᾶς λίτρας γ'. καὶ βαλὼν εἰς σκεῦος καινὸν ὀστράκινον προβραχὲν, ὡς μὴ ἀναποθῆναι τὸ ἐμβληθὲν ὑγρὸν, ἐπιμελέστατα περίχρισον, καὶ καταθέμενος ἐν εὐαέρῳ οἴκῳ ἐπὶ ἡμέρας μ'. καὶ μετὰ ταῦτα ἀνελόμενος, χρῶ τῷ ἐλαίῳ. Ἄλλο. λάδανον, καὶ ἀψίνθιον, καὶ ἀρκευθίδας λειώσας, εἰς ὀθόνην ἔνδησον, καὶ ἔμβαλε εἰς ἔλαιον, καὶ μετὰ ἡμέρας ε'. χρῶ. ἢ, μυρσίνης μελαίνης, ἢ κηκίδος μέρη β'. μετ' ἐλαίου. τὸ αὐτὸ δὲ πιτυριάσιν ἰᾶται. Ἄλλο. λάδανον λειώσας μετὰ γλυκέος οἴνου, γλοιῶδες ποιήσας χρίε. Ἄλλο. ἀνεμώνης τὸ ἄνθος λειώσας μετ' ἐλαίου κατάχριε, τὸ αὐτὸ καὶ μελαίνει. Ἄλλο. περιστερεῶνα τὸν ὀρθὸν σὺν ταῖς ῥίζαις ξηράνας, καὶ εὖ μάλα λειώσας, μίξον ἐλαίου, ὡς πάχος ἔχειν γλοιοῦ, καὶ ἐάσας σαπῆναι κατάχριε.

Περὶ πιτυριάσεως.

Προσμήξας τὴν κεφαλὴν σεύτλου χυλῷ, καὶ τηλίνοις ἀλεύροις, καὶ νίτρῳ λείοις ἴσοις σμῆχε. Ἄλλο. Κιμωλία γῆ ὄξει καὶ βοείᾳ χολῇ φυραθεῖσα, χρίε. Ἄλλο. ἀμυγδάλοις πικροῖς μετ' ὀξυκράτου ἀπόσμηχε. Ἄλλο. ἀφρονίτρου καὶ χάλκανθον ἴσα λειώσας, μετ' οἴνου χρῶ. Ἄλλο. βολβοῖς ὀπτοῖς καὶ νίτρῳ λείοις, ἴσοις, σμῆχε.

Περὶ φθειριάσεως.

Σταφίδος ἀγρίας μέρη β'. σανδαράχης μέρος α'. νίτρου μέρος α'. σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ ἄλειφε τὴν κεφαλήν. Ἄλλο. στυπτηρίᾳ σχιστῇ μετ' ἐλαίου χρῶ.

Περὶ ἀχώρων καὶ κηρίων.

Ἀχῶρες συνίστανται περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ συμπτώματος, λεπτὰς γὰρ ἔχει κατατρήσεις, δι' ὧν ἀποῤῥεῖ ἰχὼρ γλίσχρος. ὅμοιον δὲ αὐτῷ πάθος ἐστὶ, καὶ τὸ καλούμενον κηρίον, τὰς κατατρήσεις μείζονας ἔχον, ὑγρὸν ἐχούσας μελιτῶδες. ἔστι δὲ ἑκατέροις ἡ γένεσις ἐξ ὑγρότητος περιττωματικῆς. συμβαίνει δὲ αὐτοῖς τὸ πρῶτον κνησμὸς, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ εἰς ὄγκον ἐπανάστασις. θεραπεία δὲ, μεγάλης οὔσης τῆς διαθέσεως, προηγουμένη μὲν κάθαρσις τῶν καταποτίων διὰ σκαμμωνίας, καὶ ἀλόης, καὶ κολοκυνθίδος, ἑκάστου δὲ αὐτῶν ἴσον, λειωθέντα δὲ ἀναλαμβάνεται χυλῷ κράμβης, καὶ ἀναπλάσσεται καταπότια, ὀρόβου μέγεθος ἔχοντα. δέδοται δὲ τοῖς ἰσχυροτέροις ἑπτακαίδεκα τῆς τελείας δόσεως, τοῖς ἄλλοις πρὸς ἀναλογίαν τοῦ σώματος. ἐπὶ δὲ τῶν μικρῶν διαθέσεων ἀρκεῖ καὶ τὰ τοπικὰ τῶν βοηθημάτων. ἔστι δὲ ταῦτα κιμωλία μετὰ ὄξους δριμυτάτου καταχριομένη. Ἄλλο. κρήτην μετὰ ὄξους δριμυτάτου κατάχριε. ὁμοίως δὲ καὶ Σαμία γῆ, καὶ πομφόλυξ. Ἄλλο. λιθαργύρου

tat Archigenes verbenam, quam quidam herbam sacram vocitant, tum coronæ modo impositam, tum ex aceto & rosaceo inunctam. *Aliud.* Testudinis lacustris (quam amyda quidam vocitant) sanguinem instilla sincipiti.

CAPUT II.

De parabilibus ad externos capitis affectus; primumque ad defluentes capillos.

Ladanum inebriatum vino odorato ac astringenti lævigato, affundens myrteum, & lentitiam factam illine. *Aliud.* Recipe nuces virides adolescere incipientes confractas centum, olei sextarios ij. aluminis liquidi lib. iij. misce, ac injice in novum vas testaceum priùs irrigatum, ne conjectum humorem combibat, quod postea accuratissimè oblitum reponitur in domum salubris aëris diebus xl. & postea aufer, & oleo utere. *Aliud.* Recipe ladanum, & absinthium, & juniperi baccas, contere, linteoque illigata in oleum conjice, & post dies v. utitor. *Vel.* Recipe myrti nigræ, aut gallæ partes ij. ex oleo. Id autem medetur etiam capitis furfuribus. *Aliud.* Ladanum lævigatum ex vino dulci lentitiam consequutum illine. *Aliud.* Anemones florem lævigatum ex oleo illine, id quoque capillos denigrat. *Aliud.* Verbenam rectam cum radicibus desiccatam, deinde exactè admodum lævigatam misceto oleo, quoad luti crassitiem consequatur, sinitoque putrefieri; illine.

Pro capitis furfuribus.

Præfricatum caput betæ succo, fœnigræci farina, & nitro æqua portione contritis deterge. *Aliud.* Terra Cimolia aceto & bubulo felle macerata, illinatur. *Aliud.* Amygdalis amaris cum oxycrato deterge. *Aliud.* Aphronitri & chalcanthi æquis portionibus tritis ex vino utere. *Aliud.* Bulbis coctis & cum nitro tritis æquis partibus deterge.

Pro capitis pediculis.

Recipe staphidos agrestis partes ij. sandarachæ partem i. nitri partem i. ex aceto & oleo caput illine. *Aliud.* Alumine scissili ex oleo utere.

Pro achoribus & favis.

Achores manantia cutis capitis ulcera sunt; ab ipso autem symptomate nomen ducunt, tenuia siquidem foramina præ se ferunt, per quæ lenta sanies effluit. Similis ipsi affectus est favus appellatus, majora habens foramina melleum humorem continentia. Utriusque ortus ab excrementoso humore ducitur. His autem accidit primùm pruritus, postea etiam in tumorem eruptio. Curatio fit, quum magnus est affectus, purgatio quæ præcedat, catapotiis ex scamonio, aloe, & colocynthide, singulorum pari pondere, contrita brassicæ succo excipiuntur, ac formantur in pilulas ervi magnitudinem æmulantes. Dantur autem robustioribus septemdecim pro integra dosi; cæteris verò ad corporis analogiam. Sed in parvis affectibus topica remedia sufficiunt. Hæc autem sunt cimolia ex acerrimo aceto illita. *Aliud.* Cretam cum aceto acerrimo illine. Similiter quoque Samia terra, & pompholyx admoventur. *Aliud.* Lithargyri

& chartæ ustæ lychno ex aceto utere. At quibus ulceratio dolorem excitat, eos aqua calida quotidie fovere convenit, in qua decocta sit aut myrtus, aut rubus, aut morus, aut asparagi radix, atque illine. *Aliud.* Salicis foliis ex aqua; aut lente ex melle; aut decocta asparagi radice, etiam deline; aut betæ succo fœnigræci farina excepto. Idonea præterea medicamenta sunt, pini cortex cum cera, vel cadmia ex oleo, aut lithargyrus, aut cerussa. Proderit etiam abstergere in balneo cimolia ex betæ succo. Constat autem mollioris carnis mulieribus hæc remedia non aceto, sed vino illinenda.

Pro alopecia & ophiasi, i. areis.

Recipe fœnigræci unc. j. hordeaceæ farinæ unc. iij. stercoris columbini unc. iv. frixæ resinæ lib j picis lib. j. ceræ lib. j. axũgiæ veteris lib. ij liquato liquanda, demum addito cætera ex aceto trita, ac utitor. *Aliud.* Recipe fimi caprilli sicci lib. ij. coque in oxycrato, & cataplasma impone.

Ad colicos.

Anethum & cuminum in olei unc. iij. coquito, & simul exhibeto, & injicito. *Aliud.* Rutam coctam similiter in pari olei mensura, adjecto resinæ terebenthinæ cochleario præbeto.

Ad refrigeratos.

Anethino cui additum sit triti castorei cochlearium, utere.

Ad inflammationes.

Anethino utitor, cui admixta sint casei non saliti duo cochlearia. Additur similiter vel pinguedo anserina, vel cervi medulla.

Ad dysentericos.

In dysenterieis curandis scire necessarium est,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Πρὸς ἄλλα τοῦ ἐπιγαστρίου πάθη, καὶ πρῶτον πρὸς ὑδρωπικούς.

Τήλεως ℥ α'. κριθῶν ἀλεύρων ℥ γ'. κόπρου περιστερᾶς ℥ δ'. ῥητίνης φρυκτῆς λίτραν α'. πίσσης λίτραν α'. κηροῦ λίτραν α'. ἀξουγγίου παλαιοῦ λίτρας β'. τὰ τηκτὰ τήξας, κατάχεε τῶν ἄλλων προλελειωμένων ἐν ὄξει, καὶ χρῶ. Ἄλλο. βολβίτου αἰγείου ξηροῦ λίτρας β'. ἕψε ἐν ὀξυκράτῳ, καὶ κατάπλασσε.

Πρὸς κωλικούς.

Ἄνηθον καὶ κύμινον ἐναφεψήσας εἰς ἐλαίου ℥ γ'. δίδου ἅμα, καὶ διάκλυζε. Ἄλλο. πήγανον ὁμοίως ἐναφεψήσας ἴσῳ ἐλαίῳ, καὶ ἐμβαλὼν ῥητίνης τερμινθίνης ὅσον κοχλιάριον, χρῶ.

Πρὸς τοὺς ὄντας κατεψυγμένους.

Ἀνηθίνῳ ἐμβαλὼν κοχλιάριον καστορίου λελειωμένου, χρῶ.

Πρὸς τὰς φλεγμονάς.

Ἀνηθίνῳ ἀναμίξας κοχλιάρια β'. ἀνάλου τυροῦ, χρῶ. ὁμοίως καὶ στέαρ χήνειον, ἢ μυελὸν ἐλάφου.

Πρὸς δυσεντερικούς.

Ἐπὶ δὲ δυσεντερικοῖς, εἰδέναι ἀναγκαῖον ὅτι ἐξαιρε-

τον δυσεντερίας ἐστὶ φάρμακον, ὀλιγοσιτία. χρὴ δὲ καὶ τὰ προσφερόμενα ὡς ἐνὶ μάλιστα κοῦφα καὶ ἀβαρῆ τυγχάνειν, καὶ πρὸς τὰς πέψεις εὐκόλως ἔχοντα. ποτίζειν δὲ καὶ ἐνιέναι τούτοις ῥοὰς ὁλοκλήρους καὶ κυδώνια ἀφεψήσαντας ἐνιέναι τῷ ἀφεψήματι, καὶ καταῤῥοφεῖν διδόναι. Ἄλλο. ἀρνόγλωσσον βοτάνην ὀρύζῃ συνεψήσαντας ἐπιμελῶς ἐσθίειν διδόναι, καὶ τῷ χυλῷ δὲ τῷ αὐτῷ παραπλέξαντας στέαρ τράγειον, διδόναι. Ἄλλο. μυρσίνας ἑψήσαντας οἴνῳ, εἰ ἀπύρετοί εἰσιν, ἐνιέναι· εἰ δὲ πυρέττοιεν, ὕδατι. Ἄλλο. κοχλιῶν ὁλοκλήρων κεκαυμένων ℥ α΄. κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου ℥ β΄. ἀναλάμβανε χυλῷ ἀρνογλώσσου, καὶ δίδου κυάμου μέγεθος, ἀπυρέτοις οἴνῳ, πυρέσσουσιν ὕδατι.

Πρὸς κοιλιακοὺς καὶ δυσεντερικούς.

Μύρτων ξηρῶν κεκομμένων ℥ α΄. ῥόδων ξηρῶν ℥ α΄. ἀρκευθίδων τὸν ἀριθμὸν ι΄. ἀπίων ξηρῶν κεκομμένων κγ΄. κερατίων κεκομμένων ℥ α΄. πίτυος φλοιοῦ ℥ δ΄. δίδου ξηρὸν ἐν οἴνῳ κοχλιάριον. τὸ δὲ ἁδρομερὲς φοίνιξι λιπαροῖς ἀναλαβὼν ἐπιτίθει τῇ γαστρί. Ἄλλο. πιτύαν λαγωοῦ, ἢ νεβροῦ, ἢ αἰγάγρου οἴνῳ πότιζε, καὶ ἐνιέμενοι δὲ μετὰ χυλοῦ ὀρύζης βοηθεῖ.

Πρὸς τὰς κεχρονισμένας δυσεντερίας.

Χάρτου κεκαυμένου ℥ α΄. ἀσβέστου ℥ α΄. ὀμφακίῳ σταφυλῆς ἀναλαβὼν, ποίει τροχίσκους ἔχοντας ʒ γ΄. καὶ β΄. καὶ α΄. ὡς ἐπὶ πάσης ἡλικίας ἔχειν τὸ μέτρον. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας οἴνῳ αὐστηρῷ λύσας, καὶ μίξας ὀρύζης χυλὸν, ἐνίεσθαι κέλευε. Ἄλλο. ὠοῦ χηνείου ἑψηθέντος τὸ λέπυρον λειώσας ἐπιμελῶς, πότιζε ἡμιδράχμον οἴνῳ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ΄.

Περὶ τῶν τῆς ἕδρας παθῶν, καὶ τῶν ἑδρικῶν φαρμάκων.

Περὶ τὴν ἕδραν γίνεται διάφορα πάθη, ῥαγάδες τε, καὶ κονδυλώματα, καὶ ἄλλαι φλεγμοναί. ἁρμόζει δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν τὰ ἁπαλὰ τῶν φαρμάκων, καὶ ἄδηκτα διαχριόμενα.

Ἑδρικὸν πρὸς τὰς πυρώδεις ὀδύνας.

Ὠοῦ τὸ λέκυθον λειώσας οἴνῳ λευκῷ, καὶ ῥοδίνῃ κηρωτῇ ἀναλαβὼν, διάχριε, καὶ ἐμπλάστρῳ χρῶ. ἁρμόζει δὴ ἐπ᾽ αὐτῶν τὰ ἁπαλὰ τῶν φαρμάκων, καὶ ἄδηκτα διαχριόμενα. Ἄλλο. στέαρ χήνειον νεαρὸν διάχριε, καὶ ἐμπλάστρῳ χρῶ· ἁρμόζει δὴ ἐπ᾽ αὐτῶν καὶ κατάπλασμα ἄρτου καθαροῦ λυομένου καὶ ἑψομένου ὕδατι καὶ ῥοδίνῳ· κάλλιον δὲ γίνεται, εἰ προσβάλλῃς καὶ λεκύθους ὠῶν ὠπτημένους. Ἄλλο. τῆλιν ἑψήσας καὶ λειώσας κατάπλασσε, προσβάλλων καὶ βούτυρον. Ἄλλο. στέατι χηνείῳ διάχριε. Ἄλλο. ῥόδων ℥ γ΄. ὠῶν ὀπτῶν λεκύθους β΄. οἴνῳ λευκῷ λειώσας, καὶ ῥοδίνῃ κηρωτῇ ἀναλαβὼν, διάχριε.

Πρὸς τοὺς ἐν δακτυλίῳ κνησμούς.

Γῆν τὴν καλουμένην κιμωλίαν οἴνῳ λειώσας, ἀναλάμβανε κηρωτῇ μυρσίνῃ, καὶ χρῶ.

Πρὸς τοὺς προπίπτοντας ἀρχούς.

Σκωρίας μολύβδου ℥ α΄. ῥόδων ξηρῶν ℥ δ΄. εὖ μάλα λειώσας ξη-

eximium dysenteriæ remedium cibi esse paucitatem. Oportet autem & quæ exhibentur, ea quantum licet levia, minimè gravia, & concoctu facilia esse. Porro decoctum malorum punicorum integrorum, & cotoneorum his tum ad sorbendum propinatur, tum per clysterem injicitur. *Aliud.* Plantaginem herbam cum oriza exactè decoctam da in cibo; quin hujus ipsius succum adjecta pinguedine hircina commodè subministrabis. *Aliud.* Myrti baccas vino incoquito, si febre careant: si verò febricitent, aquæ; ac immittito. *Aliud.* Recipe cochlearum integrarum ustarum unc. j. cornu cervi usti unc. ij. excipe succo plantaginis, exhibetoque fabæ magnitudinem, febrem carentibus cum vino, cum aqua febricitantibus.

Ad cœliacos & dysentericos.

Recipe baccarum myrti siccarum contusarum unc. j. rosarum aridarum unc. j. baccas juniperi decem, pyra arida tusa xxiij. siliquarum contusarum unc. j. corticis pini unc. iv. propinato excreti ex his pulvisculi aridi cochlearium ex vino. Porrò quod crassiorum est portium, pinguibus palmulis coactum ventri imponito. *Aliud.* Potum leporis, tum hinnuli, tum etiam capreæ coagulum ex vino; nec non immissum cum orizæ cremore juvat.

Ad diuturnam dysenteriam.

Recipe chartæ ustæ unc. j. calcis vivæ unc. j. uvæ immaturæ succo excipiens in pastillos formato, continentes alios drach. iij. alios drach. ij. alios drach. j. ut cuique ætati apta sit ad manum quantitas. At in usu unum vino austero dissolve, & adjecto oryzæ cremore per clysterem injice. *Aliud.* Cocti anserini ovi putamen minutissimè tritum dimidiæ drachmæ quantitate ex vino propinato.

CAPUT XIV.

De sedis affectibus ac propriis sedi medicamentis.

SEdi diversi oboriuntur affectus, rhagades, condylomata, aliæque inflammationes. His autem conveniunt quæ tenera, mollia, omnisque morsus expertia medicamenta illinuntur.

Ad sedis ex ardore dolores topicum.

Ovi luteum ex vino albo tritum, & rosaceo cerato exceptum illine, emplastrique modo utere. Conveniunt autem his quæ mollia, & morsu carentia medicamenta illinuntur. *Aliud.* Recentem anseris adipem inungito, & ut emplastro utitor: utilè his etiam cataplasma ex pane puro soluto coctoque in aqua & rosaceo; quod fuerit efficacius, additis ovorum luteis aliquot coctis. *Aliud.* Fœnumgræcum elixum tritumque adjecto butyro ut cataplasma applicato. *Aliud.* Anserinum adipem inungito. *Aliud.* Recipe rosarum unc. iij. coctorum ovorum lutea duo, trita ex vino albo, rosaceoque cerato excepta, illine.

Ad ani pruritus.

Recipe terram vocatam cimoliam, tritam cum vino, qua cerato myrteo excepta utere.

Ad procidentem anum.

Recipe recrementi plumbi unc. j. rosarum siccarum unc. iv. accuratè admodum trita, sic-

ca ano appone, eloto priùs vino myrteo. *Aliud.* Cyclamini succum & mel æqua portione decoque in vase æreo, donec cerati habeat crassitudinem, & inunge.

ἕδρᾳ προσάπτου, προαπονίψας οἴνῳ μυρσίνῳ. Ἄλλο. κυκλαμίνου χυλοῦ καὶ μέλιτος ἴσον ἕψε ἐν ἀγγείῳ χαλκῷ, ὥστε κηρωτῆς ἔχειν πάχος, καὶ κατάχριε.

CAPUT XV.

De renum & vesicæ affectibus.

Potio ad renum & vesicæ affectus inflammatorios, & exulcerationes.

Recipe seminum lini unc. ij. amyli unc. j. propinato ex aqua cochlearium.

Ad vesicam ulceratam, & urinæ difficultatem.

Recipe pineos nucleos, & amygdala ana xx. palmulas xv. tragacanthæ unc. iv. dato cum aqua.

Ad renum obstructionem.

Apii decoctum dato in potu febre carentibus ex condito; febrientibus ex aqua. *Aliud.* Decoctum cicerum arietinorum appellatorum cum condito detur in potu.

Ad calculosos.

Lini semen exactè tritum da bibendum cum condito. *Aliud.* Recipe seminum cucumeris domestici frixi unc. vj. seminum malvæ unc. v. nucleorum pineorum frixorum unc. vj. seminum apii unc. viij. amygdalorum amarorum mundatorum unc. ix. passo excipe, da cochlearium, ut antè dictum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Περὶ τῶν ἐν νεφροῖς τε καὶ κύστει παθῶν.

Πρὸς τὰς φλεγμονώδεις διαθέσεις καὶ ἑλκώσεις τῶν νεφρῶν καὶ τῆς κύστεως πότιμα.

Λινοσπέρμου Γο β'. ἀμύλου Γο α'. δίδου ἐν ὕδατι κοχλιάριον.

Πρὸς ἡλκωμένην κύστιν, καὶ δυσουρίαν.

Στροβίλους, ἀμύγδαλα ἀνὰ κ'. φοινίκια ιε'. τραγακάνθης Γο δ'. δίδου μεθ' ὕδατος.

Πρὸς ἔμφραξιν νεφρῶν.

Σελίνου ἀφέψημα πότιζε ἀπυρέτους κονδίτῳ, πυρέσσοντας ὕδατι. Ἄλλο. ἐρεβίνθων τῶν καλουμένων κριῶν ἀφέψημα μετὰ κονδίτου προπότιζε.

Πρὸς λιθιῶντας.

Λινόσπερμον λειώσας ἐπιμελῶς, πότιζε μετὰ κονδίτου. Ἄλλο. σικύου ἡμέρου σπέρματος πεφρυγμένου Γο ϛ'. μαλάχης καρποῦ Γο ε'. στροβίλων πεφρυγμένων Γο ϛ'. σελίνου σπέρματος Γο η'. ἀμυγδάλων πικρῶν κεκαθαρμένων Γο θ'. ἀναλάμβανε γλυκεῖ, καὶ δίδου κοχλιάριον καθὰ προείρηται.

CAPUT XVI.

Ad ischiades, podagram, & arthritidem.

Hi morbi ejusdem inter se sunt generis, proinde eandem ferè postulant curationem. Hi differunt efficientibus ipsos fluxionibus, quarum hæ calidæ sunt, illæ frigidæ. Dignoscuntur autem, quòd calidiorem fluxionem comitentur rubedo, incendium & (si fuerit inflammatio) vehementes dolores. Frigidiorem verò tumor albus, laxus, mollis. Porro utriusque curatio hæc est, ut calidæ refrigerantia, frigidæ calefacientia discutientiaque applicentur. Itaque si copiosus vexans humor fuerit, purgatione primùm utendum est vexantis humoris. Quòd si corpus plethoricum fuerit, omnium primam venæ sectionem præscribimus, ac repellimus fluxiones oxycrato, etiam frigidioribus medicamentis utentes. (De his autem nobis abundè scriptum est tum in meis ad Glauconem curationum libris duobus, tum in cæteris pluribus; proinde mihi in parabilibus haud immorandum est de his differenti.) Cæterùm in ischii dearticulatione affecta seu ischiade id moliri cavemus. Quum enim hæc in alto sit, ad eam à circunstantibus vasis musculisve sanguis compellitur, vehementerque cruciat. Mitigantibus itaque medicamentis utendum est. Nam in ischii dolore neque magnopere refrigerantium, neque vehementer calefacientium usus est. Ab his enim fluxiones exacerbantur, quum ipsas quidem multus calor attrahat, magisque discuti prohibeat; frigus verò concretioni quiddam simile moliatur, fluxionesque discussu difficiles effi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Πρὸς ἰσχιάδας, καὶ ποδάγραν, καὶ ἀρθρῖτιν.

Ὁμογενῆ εἰσι ταῦτα ἀλλήλοις τὰ νοσήματα, διὸ καὶ τῆς αὐτῆς σχεδὸν θεραπείας χρήζει, διαφορὰ δὲ τῶν ποιούντων αὐτὰ ῥευμάτων. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσι θερμὰ, τὰ δὲ ψυχρά. διάγνωσις δ' αὐτῶν ἐπὶ μὲν τοῖς θερμοτέροις, ἔρευθος καὶ πύρωσις, κἂν ᾖ φλεγμονή τε, καὶ ἀλγήματα σφοδρά· ἐπὶ δὲ τῶν ψυχροτέρων οἴδημα λευκὸν ἐπίσομφον. ἑκατέρων δὲ ἴασις αὕτη ἐστίν· ἐπὶ μὲν τῶν θερμῶν τὰ ψύχοντα, ἐπὶ δὲ τῶν ψυχρῶν τὰ θερμαίνοντα καὶ διαφοροῦντα. Εἰ μὲν οὖν πολὺς εἴη ὁ ἐνοχλῶν χυμὸς, καθάρσει πρότερον χρηστέον τοῦ λυποῦντος χυμοῦ. εἰ δὲ πληθωρικὸν εἴη τὸ σῶμα, πρώτης ἁπάντων παραλαμβανομένης φλεβοτομίας, ἀποκρουομένων τὰ ῥεύματα ὀξυκράτῳ, καὶ τοῖς ψυχροτέροις φαρμάκοις χρωμένων. (Εἴρηται δὲ ἡμῖν περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ἐμοῦ πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικοῖς γεγραμμένοις δυσὶ βιβλίοις, καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσι, διὸ βραδύνειν οὐ χρὴ ὡς ἐν εὐπορίστοις περὶ τούτων λέγοντα.) ἐπὶ δὲ τῆς κατ' ἰσχίον διαρθρώσεως φυλαττομένων τοῦτο δρᾶν. ἐν βάθει γὰρ οὔσης αὐτῆς, συνελαύνεται τὸ ἐκ τῶν περιεχομένων ἀγγείων τε καὶ μυῶν αἷμα πρὸς ἐκείνην, καὶ ἄγαν λυπεῖ, παρηγορικῶν γοῦν δέονται φαρμάκων. ἐπὶ γὰρ τῆς κατ' ἰσχίον ὀδύνης οὔτε ψυχρῶν σφοδρῶς, οὔτε θερμαινόντων ἰσχυρῶς χρεία. παροξύνεται γὰρ ὑπ' αὐτῶν τὰ ῥεύματα. τῆς μὲν πολλῆς θερμασίας ἑλκούσης αὐτὰ, μᾶλλόν τε κωλυούσης διαφορεῖσθαι, τῆς δὲ ψύξεως πήξει ὅμοιον ἐργαζομένης, καὶ δυσδιαφόρητα ποιούσης τὰ ῥεύ-

ματα. ὠφελοῦσι δ᾽ ἔμετοι μᾶλλον τοὺς ἰσχιαδικοὺς τῆς διὰ τῆς κάτω γαστρὸς κενώσεως ἀντισπῶντες τὴν κάτω ῥοπὴν τῶν χυμῶν. χρηστέον δ᾽ αὖθις ἐν ἀρχῇ μετὰ τὴν ἐδωδὴν, ὕστερον δὲ καὶ διὰ ἐμετικῶν βολβῶν τε καὶ ῥαφανίδων. δεῖ δὲ τοὺς μὲν βολβοὺς ἐν ὕδατι ἑψήσαντας μετ᾽ ὀξυμέλιτος προσφέρειν· τὰς δὲ ῥαφανίδας εἰς λεπτὰ κόψαντας καὶ ἐναποβάλλοντας ὀξυμέλιτι ἐσθίειν. καὶ ὥραν πολλὴν διαλιπόντας ἐπὶ τοὺς ἐμέτους ἄγειν, κἄπειτα ἑξῆς μακρὸν διαλιπόντας χρόνον λούειν· εἶτ᾽ αὖθις διαλιπόντας ὡς ἄπασαν καταστῆναι τὴν ταραχὴν, λεπτῶς διαιτᾷν.

Πρὸς παροξυσμοὺς ποδαγρικούς.

Κράμβης φύλλα καθεψήσας καὶ λειώσας, πρόσβαλε τρύγα ὄξους, καὶ ὠῶν ἀνέφθων λεκύθους β´. καὶ βραχὺ ῥόδινον, καὶ μίξας ἐπιμελῶς, καὶ χλιαρὰς κατάπλασσε, ἀμείβων συνεχῶς. Ἄλλο. τῷ καταπλάσματι τῷ συνήθως διὰ τῶν σύκων ἑψημένῳ, πρόσβαλε ὑοσκυάμου φύλλα, καὶ συνεψήσας κατάπλασσε.

Πρὸς πυρώδεις φλεγμονάς.

Φακὸν τὸν ἐπὶ τῶν τελμάτων ὄξει καὶ ῥοδίνῳ κατάπλασσε. Ἄλλο. πτελέας φύλλα χυλίσας καὶ ἑψήσας, κηρωτῇ κατάχριε.

Πρὸς τὰς ὑπερβαλλούσας πυρώσεις.

Θριδακίνης φύλλα ἐπιμελῶς τρίψας σὺν ἄρτῳ κατάπλασσε, συνεχῶς ἀμείβων. Ἄλλο. κορίανδρον τὸ χλωρὸν λειώσας σὺν ἀλφίτῳ, κατάπλασσε.

Πρὸς τὰς χαύνας φυσιώσεις.

Ἀλέλαιον ἐπιμελῶς λειώσας κατάπλασσε, ἐπιτιθεὶς οἰσυπηρὸν ἔριον.

Πρὸς ἰσχιαδικούς.

Σκορόδων ὄνυχας τρεῖς καθαρείσας ὑγιεῖς κατάπιε, μετὰ τὸ δειπνῆσαι πίνων συγκερασικὸν, τοῦτο συνεχῶς ποιεῖν πεπείραται. Ἄλλο. χελιδόνιον ἄγρευσον, καὶ ἐὰν ᾖ ὁ δεξιὸς πούς ὃν πάσχεις, τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὰ πτερὰ πατήσας τῷ πάσχοντι, καὶ κνήσας ἕλκε τὸ αἷμα ἀπὸ ἄνωθεν τῆς κοτύλης ἕως τοῦ ἀστραγάλου σύρων τὸ αἷμα ὅλῳ τῷ χελιδονίῳ, καὶ λεπίσας καὶ ὀπτήσας φάγε, μηδὲν βαλὼν ἔξω, καὶ φαγὼν παραυτίκα ἄλειψον ἐλαίῳ ἕως ἐπὶ τὸν ἀστράγαλον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ θαυμάσεις. πεπείραται δὲ πάνυ καὶ τοῦτο. Ἄλλο. κορώνην ἀγρεύσας, σπούδασον ἀσινῆ διαφυλάξαι, καὶ ἐὰν μὲν τὰ δεξιὰ μέρη τὰ πάσχοντα ᾖ, τὸν μικρὸν δάκτυλον τὸν ὄπισθεν τῆς κορώνης τοῦ δεξιοῦ ποδὸς κόψας περίαπτε. μύρῳ δὲ χρίσας τὰς πτέρυγας τῆς κορώνης ἔα ἵπτασθαι. ἐὰν δὲ τὰ ἀριστερὰ μέρη πάσχῃ, τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς τὸν προδεδηλωμένον κόψας περίαπτε. ποίει δὲ τἄλλα ὡσαύτως, πεπείραται δὲ τοῦτο συνεχῶς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ´.

Περὶ θανασίμων φαρμάκων.

Περὶ τῶν θανασίμων φαρμάκων οὔτε ἀδιορίστως ἐνθάδε γράφειν ἀσφαλὲς, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἐκτιθέμενον μετὰ τῶν ἑπομένων συμπτωμάτων, ἐπάγειν οὕτως τὰς θεραπείας χαλεπόν· παρέχει γὰρ ἂν ἡ τοιαύτη πραγματεία ἀφορμὴν κακίας τοῖς κακουργεῖν βουλομένοις. ἃ δὲ κοινῶς βοηθεῖν πεπίστευται τοῖς εἰληφόσι τὰ δηλητήρια, ταῦτα γράφω. παραυτίκα μὲν πεπωκότας ἐμεῖν κέλευε, ποτίζων πλεῖστον ὑδρέλαιον συνεχῶς, καὶ πολυποδα-

ciat. Sed ischiadicos juvant magis vomitus, qui vacuationibus ad superiorem ventrem humorum deorsum irruentium impetum revellunt. Hi vomitus per initia provocandi sunt ab accepto cibo *spontanei*, imò etiam postea bulbis vomitoriis, & raphanis. Exhibentur autem in aqua cocti bulbi cum oxymelite: radicula verò in tenues partes concisa, & oxymelite immersa editur. Atque his usi quum diuturnam horam intermiserint, ad vomitum ducendi sunt, posteaque deinceps longo interjecto tempore lavandi; rursusque demum ipsi quiescentes quoad omnis turbatio desierit, tenui victu reficiendi sunt.

Ad podagricas accessiones.

Brassicæ foliis decoctis ac contritis addito aceti fæcem, lutea duorum ovorum crudorum, ac rosacei parum; quæ accuratè mixta in modum cataplasmatis tepida imponito, frequenter renovans. *Aliud.* Cataplasmati vulgari & usitato ex caricis elixo adjecta hyoscyami folia incoque, & admove.

Ad fervidas inflammationes.

Lenticulam palustrem ex aceto & rosaceo imponito. *Aliud.* Ulmi foliis expressum succum, & coctum cum cerato, illine.

Ad exuperantes ardores.

Lactucæ folia exactè cum pane trita, applica frequenter iterando. *Aliud.* Coriandrum viride tritum cum polenta admove.

Ad laxas inflationes.

Salem ex oleo diligenter tritum, succidaque lana exceptum, ut cataplasma admove.

Ad ischiadicos.

Alliorum aglitas tres purgatas integras degluttiendas exhibe post cœnam, contemperatum bibens; id crebrò effice, expertum est. *Aliud.* Hirundinem cape, atque si sit pes dexter quo laboras, dextra manu alas contere ægrotanti, incide, trahe sanguinem à superiore acetabuli parte adusque talum trahens sanguinem ex tota hirundine, & extracta pelle & assa comede, nihil foras projiciens, & confestim comedens inunge oleo usque ad talum per tres dies, & miraberis. Expertum est admodum. *Aliud.* Cornicem capies, stude illæsam conservare, & si dextræ partes affectæ sint, parvum digitum posteriorem cornicis dextri pedis concisum circumpone, unguento verò illitas alas cornicis finito volare. Si verò sinistræ partes ægrotent, sinistri pedis priùs declaratum digitum concisum admove. Effice & alia eodem modo, id sæpe exploratum est.

CAPUT XVII.

De mortiferis medicamentis.

DE lethalibus medicamentis neque indistinctè hìc scribere tutum est, neque parvi laboris de omnibus singulatim, deque comitantium hæc symptomatum curatione disserere. Ejusmodi autem tractatio iis malitiæ occasionem præberet, quibus maleficiendi est animus. At ea scribo quæ vulgò creduntur iis opitulari qui lethalia medicamenta devoraverint. Quamprimùm jube eos vomere, epoto prius hydrelao & plurimo & frequenter; & va-

ria cibaria exhibe, à quibus tempestivè rursum vomant jubeto: sic enim aut simul rejicietur mortiferum medicamentum, aut evictum obtusiorem habebit facultatem. Quòd si ventriculus à vomitu aduratur, aquam rosaceo oleo mixtam potui offerto, & eos vomere rursus jubeto. Da verò si sit opus, & theriacen bibendam ex vino, aut juniperi baccas novem, & rutæ trita viginti folia, aut herbæ chamæpityos. A somno prorsus arce, extremarumque partium utitor frictione. Quòd si malum videatur tibi altiùs in ventrem nunc descendisse, quod ex ventris inferioris irritatione cognosces, utendum acribus clysteribus, cujus generis sunt, qui ex melle copiosiori & aphronitro constant, aut alio quovis, cui irritandi ventris sit facultas. At strangulationi à devoratis fungis medetur nardus ex oxymelite pota. Idem potest gallinarum domesticarum fimum ex oxymelite. Cæterùm suffocationi ex concreto in ventriculo lacte auxiliatur potum cum vino coagulum.

Quartus itaque mihi liber (ô Glauco) hic finem habeto. Quòd si *pluribus* tibi opus sit, ea in eo quod ad Salomonem Medicorum principem scriptum est opere declaravi, facile usurpabis, & admodum probata admiraberis.

πα σιτία δίδου, εἰς καιρὸν αὖθις δ' ἐμεῖν κέλευε· ἢ γὰρ συνεξεργασθήσεται τὸ φάρμακον, ἢ ἐπικρατηθὲν ἀμβλυωτέραν ἕξει τὴν δύναμιν. εἰ δὲ διακαίοιτο τὴν γαστέρα μετὰ τὸν ἔμετον, ὑδροροδίνῳ ποτίσας αὖθις ἐμεῖν κέλευε. δίδου δὲ εἰ χρή, καὶ τῆς θηριακῆς μετὰ οἴνου, ἢ ἀρκευθίδας θ'. καὶ πηγάνου κ'. φύλλα λειώσας, ποτίζειν, ἢ χαμαιπίτυος βοτάνης. καὶ ὕπνου παντελῶς εἶργε, καὶ ψηλαφίᾳ τῶν ἄκρων χρῶ. εἰ δὲ καὶ ὑποβιβασθῆναι τὸ κακὸν ἔμφασιν ἔχοι, δακνομένης καὶ ἐρεθιζομένης τῆς κάτω γαστρός, κλυσμοῖς δριμέσι χρηστέον, μέλι δαψιλὲς καὶ ἀφρόνιτρον, ἢ ἕτερόν τι τῶν συνεργούντων συμπλέκοντας. τοὺς δ' ἀπὸ μυκήτων πνιγμοὺς κουφίζει ὀξύμελι μετὰ νάρδου πινόμενον, καὶ ὀρνίθων τῶν κατοικιδίων ἀφόδος μετ' ὀξυμέλιτος. ἐπὶ δὲ τυρωθέντος γάλακτος, καὶ διὰ τοῦτο πνιγμὸν ἐπάγοντος, πιτύαν ἐν οἴνῳ δοὺς πότιζε.

Ὁ μὲν οὖν τέταρτός μοι λόγος, ὦ Γλαύκων, ἐνθάδε πέρας ἐχέτω, εἰ δέ σοι χρεία γένηται καὶ τοῦ πρὸς Σαλομῶντα τὸν ἀρχίατρον γεγραμμένου ἡμῖν συντάγματος δηλώσας, ἑτοίμως λήψῃ, θαυμάσεις δὲ πάνυ δεξάμενος.

ΓΑΛΗΝΩ

ΠΡΟΣΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β'.

ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ

ΤΩ ΚΛΑΥΔΙΑΝΩ ΣΟΛΩΝΙ ΑΡΧΙΑΤΡΩ.

GALENO

ASCRIPTVS LIBER II.

DE REMEDIIS PARABILIBVS

Ad Claudianum Solonem Medicorum principem.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐπειδὴ μὲν ἠξίωσας ὡς περὶ εὐπορίστων σοι γράφειν, ὦ Σόλων τιμιώτατε, χαρίζεσθαί σοι νενόμικα, τὰ μοι διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένα γράφειν τε καὶ σοι ἐπιστέλλειν, ἀπὸ τῶν τριχῶν πρὸς τοὺς πόδας προβαίνων, ὅπως ἂν ὁ ἄνθρωπος ῥᾳδίως αὐτὰ προσλαμβάνειν δύνηται). ἀρχόμεθα μὲν οὖν πρῶτον ἀπὸ τῶν τριχῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Περὶ εὐπορίστων τῶν τοῖς ἔξωθεν τῆς κεφαλῆς διαθέσεσι θεραπευομέναις προσηκόντων.

Περὶ βαμμάτων τῶν τριχῶν.

Καταχρίσεις τῶν τριχῶν, ὡς αἱ πολιαὶ μελανόχροοι γίνονται. Σκωρίαν σιδήρου καὶ μόλυβδον ἐν ὄξει ἑψήσας μέχρι τὸ τρίτον λειφθῇ, ἐπίχριε, ἐλαίου ἀπεχόμενος τῶν τριχῶν ἅπτεσθαι. Ἄλλο. καππάρεως ῥίζα λεία σὺν γάλακτι ὀνείῳ μέχρι τὸ τρίτον λειφθῇ ἑψήσας, καὶ χρῶ. τοῦτο φύλαττε, τελέως γὰρ τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας μελαίνει. Ἄλλο. χολὴν τῆς χελώνης θαλασσίας διαλύσας σὺν ἐλαίῳ, καὶ τὰς τρίχας κατάχριε. Ἄλλο. ἀπὸ καρύας τὰ ὡσαμεὶ βοτρύδια ἐλαίῳ ἑψήσας ὑγρὰν ἄσφαλτον μίξον, καὶ κατάχριε. Ἄλλο. μόλυβδον σὺν ἐλαίῳ ἐν τῷ ἀγγείῳ ἀπολαβὼν, αὐτῷ τὰς τρίχας κατάχριε. Ἄλλο. χερσαῖον ἐχῖνον κατακαύσας, καὶ σὺν ἐλαίῳ διαλύσας, τὰς τρίχας κατάχριε, καὶ ἔα διὰ τῆς ὅλης νυκτός. Ἄλλο. προφυλακτικὸν ὥστε μὴ γενέσθαι πολιάς. κολοκυνθίδα ἀγρίαν τρυπήσας, καθαρὸν τὰ ἔσω εὖ μάλα· εἶτα πλήρωσον αὐτὴν ἐλαίου δαφνίνου, καὶ πρόσβαλε

PROOEMIVM.

Quia petiisti, ut de facilè parabilibus remediis ad te scriberem, Solon charissime, gratum tibi esse putavi, quæ mihi per experientiam cognita sunt, scribere, & ad te mittere, à capillis usque ad pedes procedens, ut homo facilè possit ipsa adipisci. Incipiamus igitur primò à capillis.

CAPUT I.

Parabilia externis capitis affectibus curandis idonea.

1. De tincturis capillorum.

Vnctiones capillorum, ut etiam cani fiant nigri. Scoriam ferri, & plumbum coque in aceto usque ad tertiam partem, & illine; & oleo tangi capillos prohibe. *Aliud.* Radices capparis tere, & coque in lacte asinæ usque ad tertiam partem, & utere; hoc serva, quia prorsus denigrat pilos capitis. *Aliud.* Testudinis marinæ fel dissolve cum oleo, & unge capillos. *Aliud.* Racemulos in nucibus pendentes in oleo coque, butimen liquidum adde, & unge. *Aliud.* Plumbum cum oleo repone in vase plumbeo, & eo unge capillos. *Aliud.* Echinum terrestrem combure, & cum oleo dissolvens, unge capillos, & dimitte per totam noctem. Aliud quod ne cani fiant prohibet. Recipe colocynthidem, & perfora eam, & purga ipsam bene ab iis quæ sunt intus; deinde imple oleo laurino, & adde

semen hyoscyami non contritum, dimitte unum diem, & unge semel in anno. *Ad dealbandos capillos.* Stercus hirundinis terens cum felle tauri, unge, & albi fient. *Aliud.* Verbasci albi combure florem, & extingue aceto, & misce, & mixtura utere. *Vt flavi fiant capilli.* Alumen coque in aqua, & madefacito capillos duobus diebus: & post hoc lava cum aqua, in qua est dissoluta fæx vini usta. *Aliud.* Decocto lupinorum amarorum madefacito capillos; vel ipsos lupinos amaros crudos terens, & permiscens cum aqua, illine. *Aliud.* Fæcem vini veteris ustam ac tritam permisce cum oleo balanino ad cerati crassitudinem, & unge caput, quando vadis dormitum. *Aliud.* Folia ligustri trita infunde in succo lanariæ, & utere hoc diluto. *Aliud.* Rubiam, stœchadem citrinum, polytrichum, absinthium, & lupinos conjice in aquam, reponens in vase vitreo; & dimitte per novem dies, movens bis in die; tempore verò usus accipiens dictæ aquæ quod sufficit, mitte in eam spongiam, & dimitte, ut imbibat aquam: & quando fuerint desiccati capilli ea aqua prius irrigati, ablue cum aqua calida & sapone.

2. De capillorum defluvio.

Ad casum capillorum, ulmi radicem, & foliorum manipulum j. macera in iiij. cyathis aquæ, & unge, & post hoc unge cum oleo. *Aliud.* Sambucum combure, ac misce cum cerato liquidissimo, & unge. *Aliud.* Aloen permisceto cum vino nigro austero, & ungito. *Aliud.* Myrrham, & ladanum illine cum vino, aut oleo myrtino. *Aliud.* Accipe apes multas, & combure, & misce cum oleo, & unge, cavens ne ungas ea, quæ sunt circa. *Aliud.* Recipe nigellam, combure, & tritam miscens cum aqua illine; maximè autem hoc confert superciliis.

3. De capillis, qui cadunt iis qui reficiuntur ex morbo.

Ladanum cum vino & oleo rosaceo coquito, ad crassitudinem cerati, & ungito. *Aliud.* Radicem mori decortica, & combure, & coque, ut dictum est. *Aliud.* Pulicariæ semen terens, pone in lixivio, & lava caput; deinde coque lentiscum, & collue caput. *Aliud, quo in loco combusto ab igne oriantur capilli.* Folia ficus terantur, & in farinam vertantur, & apponantur loco.

4. Psilothra.

Cerebrum vespertilionis terito cum lacte mulieris, & illine. *Aliud.* Fel thunni misce cum lachryma vel gummi hederæ, & illine. *Aliud.* Accipe sanguinem recentem leporis, & adhibe. *Aliud.* Sanguinem cervi permisce cum aceto, & obline. *Aliud.* Semen urticæ sylvestris accipe, tere cum oleo, & frica ipso locum. *Aliud.* Vespertiliones plures vivos pone in bitumine, & dimitte ut putrefiant, & unge quemvis locum.

5. Ad alopecia.

Murem combure, & tere, & pulverem permisce cum adipe vrsino, & unge, priùs fricans locum cepa alba. *Aliud.* Cantharidas combure, & tere, & pulverem permisce cum melle, & ungito. *Aliud.* Foliis ficulneis frica diligenter,

ὑοσκυάμου λευκοῦ σπέρματος μὴ τρίψας, καὶ ἄφες αὐτὸ μίαν ἡμέραν, καὶ ἄλειφε χρησίμως ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Πρὸς τὸ λευκὰς ποιῆσαι τρίχας. χελιδόνος κόπρον τρίψας σὺν χολῇ ταυρεία σμῆχε, καὶ γίνονται λευκαί. Ἄλλο. φλόμου λευκῆς τὸ ἄνθος καύσας, ὄξει σβέσον, καὶ συμμίξας, καὶ σμήγματι χρῶ. Πρὸς τὸ πυῤῥὰς ποιῆσαι τρίχας. τὴν στυπτηρίαν ἐν ὕδατι ἑψήσας, καὶ διάβρεχε δυοῖν ἡμεραῖν τὰς τρίχας, καὶ μετὰ τοῦτο διάκλυζε σὺν ὕδατι, ἐν ᾧ τρυγίας κεκαυμένος διαλελυμένος ἦ. Ἄλλο. ἑψήματι τῶν θερμῶν πικρῶν τὰς τρίχας διάβρεχε· ἢ αὐτοὺς θερμοὺς πικροὺς τρίψας, καὶ διαμίξας σὺν ὕδατι, κατάχριε. Ἄλλο. τρυγίαν οἴνου παλαιοῦ κεκαυμένην, καὶ σὺν ἐλαίῳ βαλανίνῳ λειωμένην συμμίξας πρὸς τὸ κηρωτῆς πάχος, καὶ τρίχας σύγχριε, ὅταν μέλλῃς καθεύδειν. Ἄλλο. κυπρέου φύλλα λεῖα τῷ στρουθίου χυλῷ ἐπίβρεχε, καὶ χρῶ τούτῳ ἀποβρέγματι. Ἄλλο. ἐρυθρόδανον, στοιχάδα κιτρειοειδῆ, πολύτριχον, ἀψίνθιον, καὶ θερμοὺς ἐς τὸ ὕδωρ καταβαλλε, ἀναθήσας ἐν τῷ ἀγγείῳ ὑαλίνῳ, καὶ ἄφησον ἡμέρας ἐννέα, ἀνακινέων δὶς ἐν ἡμέρᾳ· τῷ δὲ χρήσεως χρόνῳ ἀπολαβὼν τὸ προειρημένου ὕδατος ἱκανόν, ἐπιβάλλων εἰς τὸ τοῦτο σπόγγιαν, καὶ τὸ ἀφήσας τὸ ὕδωρ ἐναπολη[illegible]φθῆναι· καὶ ὅταν ἐξηρανθεῖσαι τρίχες ὦσιν, αἱ τούτῳ ὕδατι προκαταβρεχεῖσαι, αὐτὰς μετὰ τοῦ θερμοῦ ὕδατος καὶ σάπωνος ἔκκλυζε.

β΄. Περὶ ῥεουσῶν τριχῶν.

Πρὸς ῥύσιν τριχῶν, τῆς πτελέας ῥίζαν τε καὶ φύλλων δράγμα α΄. ἐναποβρέξας τοῖς ὕδατος κυάθοις δ΄. κατάχριε, καὶ μετὰ τοῦτο τῷ ἐλαίῳ σύγχριε. Ἄλλο. ἀκτῆν καύσας, καὶ μετὰ κηρωτῆς ὑγροτάτης μίξας, χρίε. Ἄλλο. ἀλόην μίξας σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ μέλανι, ἐπίχριε. Ἄλλο. σμύρναν καὶ λάδανον σὺν οἴνῳ ἢ ἐλαίῳ μυρσίνῳ κατάχριε. Ἄλλο. λαβὼν μελίσσας τὰς πλείστας, καὶ συγκαύσας, καὶ μίξας ἐλαίῳ, καὶ τὰς τρίχας κατάχριε, φυλάττων ἵνα μὴ τὰ πέριξ καταχρίῃς. Ἄλλο. μελάνθιον καύσας, καὶ μετὰ ὕδατος τρίψας, καὶ μίξας κατάπλαττε· μάλιστα δὲ τοῦτο τοῖς ὀφρύσιν συμφέρει.

γ΄. Πρὸς τὰς ἐκ νόσου ἀποῤῥεούσας τοῖς ἀναλαμβανομένοις τρίχας.

Λάδανον σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ ἑψήσας πρὸς τὸ κηρωτῆς πάχος, καὶ κατάχριε. Ἄλλο. ῥίζαν τῆς μορέας φλοιαθεῖσαν σύγκαιε καὶ ἕψε, ὡς εἴρηται. Ἄλλο. τὸ ψυλλίου σπέρμα τρίψας τίθετι ἐν τῇ κονίᾳ, καὶ τὴν κεφαλὴν σύγκλυζε. Ἄλλο. ᾧ ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ πυρὸς προκεκαυμένῳ τόπῳ αἱ γίγνωνται τρίχες. φύλλα τῆς συκέας τριβέσθωσαν, καὶ εἰς ἄλευρον στρεφέσθωσαν, καὶ τόπῳ ἐπιτιθέσθωσαν.

δ΄. Ψίλωθρα.

Ἐγκέφαλον νυκτερίδος τρίψας μετὰ γάλακτος γυναικείου, καὶ ἐπίχριε. Ἄλλο. χολὴν θύννου κισσοῦ τῷ δακρύῳ ἢ κόμμεως, καὶ κατάχριε. Ἄλλο. λαβὼν τὸ αἷμα λαγωοῦ θαλερὸν νεόσφαγες, ἐπιτίθετι. Ἄλλο. αἷμα τῆς ἐλάφου συμμίξας ὄξει, καὶ ἐπίχριε. Ἄλλο. τὸ κνίδης ἀγριωτέρας σπέρμα λαβὼν, σὺν ἐλαίῳ τρίψας, καὶ αὐτῷ τὸν τόπον τρίβε. Ἄλλο. νυκτερίδας πλείστας ζώσας τίθετι ἐν ἀσφάλτῳ, καὶ ἐάσας ὡς σήπωνται, καὶ τόπον ὁποιονοῦν κατάχριε.

ε΄. Πρὸς ἀλωπεκίας.

Μῦν καύσας, καὶ λεῖον ἀρκτείῳ στέατι μίξας, κατάχριε, προσμήξας κρομμύῳ λευκῷ τὸν τόπον. Ἄλλο. κανθαρίδας κατακαύσας, καὶ τρίψας, κόνιζον τῷ μέλιτι ἀναλαβὼν, κατάχριε. Ἄλλο. τοῖς φύλλοις συκίνοις τρίψον ἀκριβῶς,

ἔπειτα χρῖε σὺν τῷ ἀρκτείῳ στέατι. Αλλο. ἀφρὸν θαλάσσης συγκαύσας, καὶ τρίψας, καὶ συμμίξας ἐλαίῳ, κατάχριε. Αλλο. βατράχιον τὸ μακρόσκελες κατακαύσας, καὶ λεῖον μετὰ πίσσης ὑγρᾶς, καὶ προσανατρίβων τὸν τόπον αὐτὸν κατάχριε. Αλλο. ἵππου ποταμίου τὸ δέρμα συγκαύσας, κατάχριε τὸν τόπον. Αλλο. τῷ αἵματι χελώνης θαλασσίας τὸν τόπον κατάχριε. Αλλο. λαβὼν μυόχοδον, καὶ τρίψας, καὶ συμμίξας τῷ ὄξει πρὸς τὸ μέλιτος πάχος, καὶ προσανατρίβων τὸν τόπον κατάχριε. Αλλο. ἀσφόδελον τρίψας, καὶ μίξας τῷ ὄξει ἢ τῷ οἴνῳ, καὶ προξυρίσας, τὸν τρῖβε τοῖς συκέας φύλλοις, ἢ τῷ πωμίῳ ὑφάσματι τραχεῖ, καὶ κατάχριε. Αλλο. ῥίζαν καλάμου καύσας, καὶ μίξας τῷ ἀρκτείῳ στέατι, καὶ κατάχριε. Αλλο. τιθύμαλλον τρίψας, κατάχριε τὸν τόπον.

ϛʹ. Περὶ πιτυριάσεως.

Κιμωλίαν προβρέξας ὕδατι, μίξον χυλὸν τεύτλου, καὶ κατάχριε, καὶ ἔα ἕως ἂν ἀποξηρανθῇ· εἶτα ἀποπλύνας λεῖον λιβανωτὸν σὺν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, κατάχριε, καὶ ἔα ἕως ἂν ἀποξηρανθῇ· τῇ ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ σαφίδα ἀγρίαν βοτάνην σὺν ἐλαίῳ κατάχριε. Αλλο. λαβὼν νίτρου, καὶ τρυγὸς οἴνου, καὶ μυροβαλάνων, ἀνὰ λίτραν αʹ. βοτάνης σαφίδος ἀγρίας λίτραν αʹ. καὶ ϛʹʹ. μίξας ἐλαίῳ παλαιῷ, κατάχριε. Αλλο. πρὸς δὲ τὰς ὑγροτέρας πιτυριάσεις, ἅλμῃ ἀπόκλυζε, ἢ θέρμων ἀποβρέγματι· πεπείραται γάρ. Αλλο. τῷ τῆς ἀνδράχνης χυλῷ τὴν κεφαλὴν ἀπόκλυζε. Αλλο. κατάχριε τὴν κεφαλὴν χυλῷ τεύτλου ἑψηθέντι, ἢ ὠμῷ τῷ μέλιτι μεμιγμένῳ. Αλλο. κιμωλίαν μίξας τῷ τήλεως ἑψήματι, κατάπλαττε. Αλλο. σικύου ἀγρίου ῥίζαν ἑψήσας, τῷ ἀφεψήματι χρῶ. Αλλο. σκίλλαν ὀπτήσας, καὶ ὅταν μαλακὴ γένηται, ἐκπιάσας τὸν χυλὸν, καὶ μίξας ἐλαίῳ, κατάχριε.

ζʹ. Πρὸς ψυδράκια καὶ ἐξανθήματα γιγνόμενα ἐν τῇ κεφαλῇ.

Ψυδράκιά εἰσι μικραὶ τῆς κεφαλῆς ὑπεροχαὶ φλυκταίναις ὅμοιαι, ὑπερκείμεναι τῆς ἐπιφανείας. τὰ δὲ ἐξανθήματα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐπιπόλαιαι ἑλκώσεις ὑπέρυθροι καὶ τραχεῖαι. ἀμφότερα δὲ θεραπεύονται δυνάμεσι ταῖς ὑποτεταγμέναις. πρῶτον λαβὼν τὸ λείωμα, καὶ προσβαλὼν ἐν τῷ οἴνῳ καὶ τῷ κηρωτῇ προστιθέντι. Αλλο. ποίει κηρωτὴν ἐκ κύπρου καὶ τοῦ ψιμμυθίου, καὶ κατάχριε. Αλλο. προσλαμβανόμενον ἀμύλου, ψιμμυθίου, στυπτηρίας, πηγάνου φύλλων χλωρῶν ἀνὰ < δʹ. σὺν ὄξει μίξας καὶ ἐλαίῳ μυρσίνῳ, κατάχριε. Αλλο. προσλάμβανε λιθαργύρου, ψιμμυθίου ἀνὰ < αϛʹ. θείου ἀπύρου < ηʹ. ἐλαίῳ μυρσίνῳ ἀναλάμβανε, καὶ κατάχριε.

ηʹ. Περὶ ἀχώρων καὶ κηρίων.

Αχὼρ πάθος ἐστὶν ἐν τῇ κεφαλῇ γινόμενον, τὸ λεπτοῖς πάνυ τρήμασι τὸ δέρμα κατατιτρῶν, δι᾽ ὧν ἰχὼρ ἀποδίδοται γλίσχρος. ὅμοιον δὲ αὐτῷ πάθος κηρίον, ἀλλὰ τὰς κατατρήσεις ἔχει μείζονας, ὑγρότητος μελιτώδους περιεκτικάς. οὕτω δὲ θεραπεύονται. ξυρήσας τὰς τρίχας πυρία δὶς, ἢ καὶ τρὶς, ἢ καὶ πλεονάκις ὕδατι θερμῷ ἐναφεψηθείσης μυρσίνης, ἢ βάτου, ἢ φακοῦ, ἢ πικρῶν θέρμων, ἢ ἀσπαράγου ῥίζης· ὅταν δὲ πλείονες ἰχῶρες ῥέωσι κατάπλασσε φύλλοις ἰτέας μεθ᾽ ὕδατος, ἢ φακῷ ἐν ὕδατι ἑψηθέντι. συμφέρει δὲ τὴν κεφαλὴν τῷ θείῳ τε καὶ περδικιάδος καὶ σάπωνι περιχρίειν. λαβὼν λιθαργύρου < ιϛʹ. πηγάνου φύλλων < ηʹ. σαφίδος ἀγρίας < δʹ. χαλκάνθου < βʹ. ὄξει καὶ μυρσίνῳ ἐλαίῳ ἀναλάμβανε.

deinde unge cum adipe ursino. *Aliud.* Spumam maris combure, & terens permisce cum oleo, & unge. *Aliud.* Ranam habentem longa crura combure, & terens misce cum pice liquida, & unge locum præfricando ipsum. *Aliud.* Equi fluvialis pellem combure, & unge locum. *Aliud.* Sanguine testudinis marinæ unge locum. *Aliud.* Accipe muscerdam, & tere, & permisce cum aceto, ad mellis crassitudinem, & unge præfricato loco. *Aliud.* Asphodelum tere, & permisce cum aceto, vel vino, & præradens locum frica foliis ficus, vel panno aspero, & illine. *Aliud.* Radicem cannæ urito, & permisceto cum adipe ursi, & ungito. *Aliud.* Tithymallum tere, & unge locum.

6. De porrigine.

Cimoliæ aqua priùs maceratæ misce succum betæ, & illine, & sinito dum inaruerint; deinde lava; pòst thus masculum tere, permisce cum vino & oleo, atque unge, ac sinito quousque desiccetur; sequenti verò die herbam pedicularem ex oleo illinito. *Aliud.* Accipe nitri, fæcis vini, mirobolanorum, singulorum libram, herbæ pedicularis sesquilibram, permisce cum oleo antiquo, & unge. *Aliud.* Humidas autem porrigines aqua salsa, vel decocto lupinorum, ablue; est enim usu probatum. *Aliud.* Lava caput succo portulacæ. *Aliud.* Unge caput succo betæ cocto, vel crudo permixto cum melle. *Aliud.* Cimoliam permisce cum decocto fœnigræci, & impone. *Aliud.* Radicem cucumeris sylvestris coque, & ejus decocto lavato. *Aliud.* Scillam coque, ubi fuerit mollis, exprime succum, & ei parum olei admisce, & unge.

7. De psydraciis, & exanthematibus capitis.

Psydracia sunt parva tubercula facta in capite, similia vesicis eminentibus in superficie. Exanthemata verò sunt ulcerationes factæ in summa cutis subrubicundæ, & asperæ. Curantur autem utraque remediis ordine subsequenti positis. Primùm accipe lomentum, & funde in vinum, & appone ut ceratum. *Aliud.* Fac ceratum ex ligustro & cerussa, & illine. *Aliud.* Accipe amyli, cerussæ, aluminis, foliorum viridium rutæ, singulorum drachmas quatuor, permisce cum aceto & oleo myrtino, & unge. *Aliud.* Accipe spumæ argenti, cerussæ, singulorum sesquiunciam, sulfuris ignem non experti drachmas octo; dilue oleo myrtino, & unge.

8. De achoribus, & favis.

Achor est affectio oriens in capite, perforans cutim tenuibus foraminibus, per quæ exit sanies parum viscosa. Affectio similis est favus; sed facit foramina majora continentia humiditatem melli similem. Curantur autem sic. Abrasum caput fove bis, aut ter, aut sæpius aqua calida decocti myrti, aut rubi, aut lentis, aut lupinorum amarorum, aut radicis asparagi; quum autem effluet multa sanies capiti, folia salicis, aut lentem coctam in aqua imponito: confert etiam ante caput sulfure, & parietaria, & sapone oblinere. *Aliud.* Accipe lithargyri drach. xvj. foliorum rutæ drach. viij. herbæ pedicularis drach. iv. attramenti sutorii drach. ij. aceto & oleo myrtino excipito.

CAPUT II.

CAPUT II.

De internis capitis affectibus.

1. De tremore capitis.

Stœchadem da bibendam ex aqua. *Aliud.* Artemisiæ succum parva habentis folia permisce cum oleo rosaceo, & unge nervorum origines. *Aliud.* Spinæ albæ semen bibendum exhibe. *Aliud.* Castoreum aquâ dilue, & bibendum præbe.

2. De dolore capitis.

Cornu cervi combure, & tere, & permisce cum oleo rosaceo, & unge frontem, ac tempora. *Aliud.* Cerebrum vulturis terens, illine caput & tempora. *Aliud.* Psyllium suffundens oleo rosaceo permisce, & utere; hoc autem confert & ad hemicraniam. *Aliud.* Styracem liquidam permisce cum oleo, & applica. *Aliud.* Asellos sub hydriis degentes, coque in oleo, & unge caput. *Aliud.* Flores mali punici, vel ipsa balaustia, coque in vino aut aqua marina usque ad consumptionem tertiæ partis, & tere, & cum cerato permiscens admove. *Aliud.* Pulegio, & fœniculi radice cum farina hordei line tempora. *Aliud.* Mentam aut sinapi cum aceto permisce, & madefac tempora bis in die.

3. Ad dolorem capitis, & temporum.

Accipe opii magnitudinem fabæ, & pulegii partes sex, & lentisci; & excipe aceto, ac oleo rosaceo, & ungito. *Aliud.* Rumicem acidum, & gallam tere, & unge tempora & frontem. *Aliud.* Castoreum dissolve cum oleo rosaceo, & aceto; unge frontem & tempora. *Aliud.* Iridem siccam, & cardamomum minus aceto resolve, & line capillos, sicut faciunt mulieres quum inungunt eos. *Aliud.* Succum peucedani oleo irino diluens imponito. *Aliud.* Hirundinum nidum ne permittas in terram cadere; & lutum, quod est stercori mixtum, capito; & aceto in vase ligneo subigito, & illine frontem. *Aliud.* Gummi hæderæ aceto, & oleo rosaceo diluens unge tempora. *Aliud remedium.* Pilulas, hoc est caprinum stercus, ex aceto, & oleo rosaceo terito, fronti illinito, & fasciâ deligato; id facito manè, ac vesperi, & caput dolentem sanitati restitues. *Aliud.* Euphorbio, & atramento scriptorio unà cum aceto detritis frontem illine. *Aliud.* Puer impubes in limine ægroti januæ mingat; tu verò acetum infundito, atque utrumque in unum super limen commisceto, donec sordium acquirat crassitudinem; ac eadem illa hora fronti imponito. *Aliud.* Si qua ex partu capitis dolore tentetur, cinerem cum aceto admiscens fronti superdato. *Aliud.* Hederæ lacryma cum aceto & rosaceo mixta tempora, & frontem obline. *Epithema ad idem.* Nasturtium cum aceto & rosaceo misceto ad cerati crassitudinem; imponitoque ita, ut à tempore ad tempus pertineat; illico dolorem auferes.

4. Ad eos qui ex altera capitis parte dolent.

Acaciam rosaceo cerato excipiens utere. *Aliud.* Cichorium impositum, & capitis dolores, & exustiones à Sole factas tollit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ τῶν τῆς κεφαλῆς παθῶν.

α'. Περὶ τρόμου τῆς κεφαλῆς.

Στοίχαδα δίδου πίνειν σὺν ὕδατι. Ἄλλο. ἀρτεμισίας λεπτοφύλλου χυλὸν μίξας ἐλαίῳ ῥοδίνῳ, καὶ τὰς τῶν νεύρων ῥίζας κατάχριε. Ἄλλο. ἀκάνθας λευκῆς σπέρμα δίδου πίνειν. Ἄλλο. καστόριον ὕδατι διακλύσας δίδου πίνειν.

β'. Περὶ κεφαλαλγίας.

Κέρας ἐλάφου καύσας, καὶ τρίψας, καὶ μίξας ἐλαίῳ ῥοδίνῳ, κατάχριε τὸ μέτωπον καὶ κροτάφους. Ἄλλο. ἐγκέφαλον γύπειον τρίψας, τὴν κεφαλὴν κατάχριε καὶ κροτάφους. Ἄλλο. ψύλλιον κατάχεε ἐλαίῳ ῥοδίνῳ μίξας, καὶ χρῶ. τοῦτο δὲ συμφέρει καὶ πρὸς τὴν ἡμικρανίαν. Ἄλλο. στύρακα τὴν ὑγρὰν μίξας ἐλαίῳ, περίπλεκε. Ἄλλο. ὀνίσκους τοὺς ὑπὸ ὑδρίαις διαγομένους ἐν ἐλαίῳ ἑψήσας, τὴν κεφαλὴν κατάχριε. Ἄλλο. κυτίνους ἢ τὰ βαλαύστια ἐν οἴνῳ ἑψήσας ἢ ὕδατι θαλάσσῳ μέχρι τοῦ τρίτου μέρους καταναλώσεως, καὶ τρίψας καὶ μετὰ κηρωτῆς μίξας, κατάχριε. Ἄλλο. τῷ γλήχωνι, καὶ μαράθρου ῥίζῃ σὺν ἀλεύρῳ κριθίνῳ τοὺς κροτάφους κατάχριε. Ἄλλο. ἡδύοσμον ἢ σίνηπι σὺν ὄξει μίξας κατάχριε κροτάφους δὶς ἐν ἡμέρᾳ.

γ'. Πρὸς τῆς κεφαλῆς τε καὶ τῶν κροτάφων ἀλγήματα.

Προσλάμβανε ὀπίου, τὸ κυάμου μέγεθος, καὶ γλήχωνος καὶ σχίνου μερίδας ἕξ, καὶ ἀναλαβὼν ὄξει καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ κατάχριε. Ἄλλο. ὀξυλάπαθον καὶ τὴν κηκίδα τρίψας, τὸ μέτωπον καὶ κροτάφους κατάχριε. Ἄλλο. καστόριον διαλύσας ἐλαίῳ ῥοδίνῳ καὶ ὄξει, κατάχριε μέτωπον καὶ κροτάφους. Ἄλλο. ἴριδα ξηρὰν καὶ καρδάμωμον ἔλαττον ὄξει διαλύσας, χρῖε τρίχας ὡς γυναῖκες ποιοῦσιν αὐτὰς καταχρίουσαι. Ἄλλο. χυλὸν πευκεδάνου ἐλαίῳ ἰρίνῳ διαλύσας ἐπιτίθετι. Ἄλλο. νεοττείαν χελιδόνων μὴ συγχωρέσῃς εἰς γῆν πίπτειν, καὶ πηλὸν τὸν τῇ κόπρῳ μεμιγμένον λαβών, καὶ τῷ ὄξει ἐν ἀγγείῳ ξυλίνῳ συμβρέξας καὶ ὑποτάξας, τὸ μέτωπον κατάχριε. Ἄλλο. τὸ κόμμι κισσοῦ τῷ ὄξει τε καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ διαλύσας, τοὺς κροτάφους κατάχριε. Ἄλλο βοήθημα. σπυράθους, τουτέστιν, ἀφοδεύματα αἰγὸς σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ ῥοδίνῳ λειοτριβήσας, κατάχριε τὸ μέτωπον, καὶ κατάδησον φασκίᾳ· ποίει δὲ πρωΐ, καὶ δείλης, καὶ ἰάσῃ τὸν κεφαλαλγοῦντα. Ἄλλο. εὐφόρβιον, καὶ μέλαν γραφικὸν λειώσας μετ' ὄξους, κατάχριε τὸ μέτωπον. Ἄλλο. παῖς ἄφθορος οὐρησάτω ἐπὶ τὴν οὐδὸν τῆς θύρας τοῦ πάσχοντος. σὺ δ' ἐπιβάλλων ὄξος, τρίβε ἀμφότερα εἰς ἓν ἐπὶ τὴν οὐδόν, ὡς γλοιοῦ γίνεσθαι πάχος, καὶ κατάχριε τὸ μέτωπον αὐθωρόν. Ἄλλο. ἐάν τις τίκτουσα, κεφαλὴν πονῇ, σποδὸν ὄξει φυράσας κατάχριε· Ἄλλο. δάκρυον κισσοῦ, μετὰ ὄξους καὶ ῥοδίνου λειώσας, κατάχριε τὸ μέτωπον καὶ κροτάφους. ἐπίθεμα πρὸς ταυτά. κάρδαμον φυράσας ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, καὶ ποιήσας κηρωτῆς τὸ πάχος, ἐπιτίθει ἀπὸ κροτάφου ἐπὶ κρόταφον, παραχρῆμα τὴν ὀδύνην παύει.

δ'. Πρὸς ἑτεροκρανίαν.

Ἀκακίαν λαβὼν κηρωτῇ ῥοδίνῃ, χρῶ. Ἄλλο. κιχώριον ἐπιτιθέμενον, καὶ πόνους κεφαλῆς, καὶ τὰς ἐγκαύσεις τὰς γινομένας ἀφ' ἡλίου, παύει.

ε'. Πρὸς ἐπιληπτικοὺς πότημα.

Ἰκτῖνον καύσας ζῶντα ἐν χύτρᾳ, δίδου πίνειν τὴν τέφραν, καὶ ὑγιάσεις. Ἄλλο. ἧπαρ αὐτοῦ καύσας, καὶ τρίψας, δίδου δι' ὕδατος. Ἄλλο. κόπρον ὀνείαν φρύξον, καὶ λάμβανε ἀπ' αὐτῆς ἕως κοχλιάρια β'. καὶ πότιζε καθ' ἡμέραν, καὶ ἀπαλλαγήσεται τοῦ πάθους. τοῦτο τῶν λίαν πεπειραμένων ἐστίν. Ἄλλο. οὖρον κάπρου ἐν καπνῷ ξηρὸν ποίει, ποτιζόμενον δι' ὀξυμέλιτος· ἔστω δὲ τοῦ οὔρου τὸ μέγεθος κυάμου Αἰγυπτίου, μάλιστα δὲ συάγρου. Ἄλλο. κόπρος τράγειος ποιεῖ διδομένη ἕως πεντεκαίδεκα σφαιρῶν. Ἄλλο. μαλάχης ἀγρίας χυλὸν δίδου ἐπὶ ἡμέρας λ'. πίνειν νηστικῷ, καὶ ἰάσῃ. Ἄλλο. γαλῆς αἷμα κατάξηρον δίδου δι' ὕδατος. τοῦτο δὲ ποίει, ὅταν ἤδη παραυτίκα πεσούμενος ὁ κάμνων. Ἄλλο. ὀλίγον ἐλαίου τῇ λαγῴῃ πιτύᾳ κατάχεε, καὶ καταπότια ποίει, ἐξ ὧν ὁτὲ ἕν, ὁτὲ δύο δίδου. Ἄλλο. γαλῆς αἷμα περίχριε, καὶ τὴν γαλῆν δίδου φαγεῖν, ἀποκόπτων αὐτῆς τοὺς πόδας καὶ τὴν κεφαλήν· ποιεῖ ὁμοίως καὶ πρὸς χοιράδας διδομένη γαλῆ. Ἄλλο. μυὸς ἀνατεμὼν ἐν ληγοσεληνίῳ, δέξαι αὐτοῦ τὸ ἧπαρ, καὶ ὀπτήσας, δὸς φαγεῖν τῷ πάσχοντι. ὠφελεῖ καὶ τὸ ὀξύμελι σκιλλιτικὸν καὶ τὸ Ἰουλιανοῦ, καὶ ἡ θηριακή.

ϛ'. Ἄλλο ὀσφραντικὸν πρὸς ἐπιληπτικούς.

Τιθύμαλλον τρίψας μετ' ὄξους καὶ ἀλφίτων, μαζία ποιήσας, δίδου ὀσφραίνεσθαι τῷ ἐπιληπτικῷ, καὶ οὐ πεσεῖται. καὶ συμφέρει τοῦ πευκεδάνου τε καὶ πίσσης ὀσφραίνεσθαι.

ζ'. Ἐπιθυμίαμα τῷ γνῶναι εἰ ἔστιν ἐπιληπτικός.

Λίθον ἐπιθυμίασον τὸν γαγάτην, αὐτῷ συμπεριβάλλων, ὡς μὴ διασκίδνασθαι τὴν ὀσμήν, καὶ καταπεσεῖται εἴπερ ἑάλω τῷ πάθει.

η'. Πότημα πρὸς τὸ γνῶναι εἰ ἀθεράπευτοί εἰσιν οἱ ἐπιληπτικοί.

Ἀκακίας δραχμὴν ὕδατι διεὶς πότιζε· ἐὰν ἐμέσῃ, ἀνίατόν ἐστιν· ἐὰν δὲ πυρέξῃ, πότερον συμφέρει αὐτῷ.

θ'. Ἀστροπλήκτων θεραπεία.

Ὄνου οὖρον κατάχεε αὐτοῖς, καὶ θεραπεύονται.

ι'. Ἐὰν πεπτωκότα ἐπιληπτικὸν θέλῃς ἐγεῖραι παραχρῆμα.

Θύμον ἢ γλήχωνα τρίψας, προσένεγκε αὐτοῦ τοῖς μυκτῆρσι.

ια'. Καθαρτικὸν διὰ μυκτήρων.

Ἀναγαλλίδος τῆς τὸ κυάνεον ἄνθος ἐχούσης τὸν χυλὸν εἰς τοὺς μυκτῆρας ἐνθείς, κέλευε ὕπτιον ἀνασπῶντα. τοῦτο δὲ βοηθεῖ πᾶσι τοῖς περὶ κεφαλὴν ὀχλουμένοις. Ἄλλο. χυλὸν τοῦ κισσοῦ λευκοῦ ἔγχει εἰς μυκτῆρας. Ἄλλο. μελάνθιον χυλίσας μετ' ὑδρομέλιτος, καὶ ἶριν, οὕτως χρῶ, ἔλαιον παλαιὸν μίξας. Ἄλλο. σεύτλου ῥίζαν χυλίσας, ἔγχει εἰς μυκτῆρας, καὶ καθαίρει.

5. Ad comitialem morbum.

Milvum in olla cremato viventem, cineremque propinato, & sanabis. *Aliud.* Ejusdem jecur ustum, & tritum ex aqua, potui dato. *Aliud.* Asini stercus frictum cochleariorum duorum pondere quotidie exhibeto, atque ægrotus morbo liberabitur; id remedium longâ experientiâ comprobatum est. *Aliud.* Urina verris in fumo arefacta ex oxymelite pota bene facit; esto autem urinæ portio ad Ægyptiæ fabæ magnitudinem; sed optima est apri. *Aliud.* Hircinum stercus ad morbum comitialem proficit, si ex eo quindecim globuli ad summum exhibeantur. *Aliud.* Agrestis malvæ succum ægrotus per triginta dies jejunus bibat, & curabitur. *Aliud.* Mustellæ jecur aridum ex aqua propinato; id facias autem, quum ægrotus mox est casurus. *Aliud.* Parum olei leporis coagulo infundito, & pilulas facito; ex quibus modò unam, modò duas præbeto. *Aliud.* Mustellæ sanguine oblinito, ac mustellam pedibus capiteque abjectis edendam apponito. Pariter & strumis exhibita mustella prodest. *Aliud.* Murem dissecans per Lunæ silentium, jecur ipsius extrahito, & assum ægro, ut comedat, exhibeto. Juvat etiam oxymel scilliticum, & Juliani, & theriaca.

6. Aliud odorabile ad comitialem affectum.

Tithymallum cum aceto & polenta terens placentulas conficito, olfaciendasque laboranti offerto, & non cadet. Confert etiam odorari peucedanum, & picem.

7. Suffimentum comitialem morbum detegens.

Lapidem gagatem suffito, ipsum circumvelans, ne odor dissipetur, caderque, si re vera comitiali morbo affectus est.

8. Potiones, per quas dignoscitur, utrum comitialis morbus sanabilis sit.

Acaciæ drachmam aquâ diluens bibendam dato; si vomuerit, insanabile malum est: sin autem febricitaverit, potio ipsi prodest.

9. A sidere percussorum curatio.

Asini lotio ipsos consperge, & sanescent.

10. Si comitiali morbo humi prostratum confestim excitare vis.

Thymum aut pulegium conterens, ejus naribus admoveto.

11. Materiam per nares detrahentia.

Anagallidis cæruleum habentis florem succum naribus instillato, jubetoque supinum ægrotum spiritum adducere; hoc enim omnibus ex capite laborantibus opitulantur. *Aliud.* Succum hæderæ albæ naribus instillato. *Aliud.* Nigellæ expressum succum cum mulsa instilla. Ad eundem modum, & iride veteri oleo admixto utitor. *Aliud.* Betæ radicis succum in nares infunde, & caput purgat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Πρὸς τὰ ὤτων πάθη.

α'. Πρὸς τὰς διαθέσεις τὰς ἐν τοῖς ἀκουστικοῖς πόροις.

Ἔγκλυσον οἴνῳ κεκραμένῳ, ἢ ὑδρομέλιτι τὸ οὖς, ἔνσταζε λύκιον, λειώσας ἐν λεπυρίοις.

CAPUT III.

Ad aurium affectiones.

1. Ad eas quæ in auditoriis meatibus fiunt.

Vino diluto, aut mulsa, aurem subluito; ac lycium in ovi putamine macerans infundito.

2. *Ad inflammationes & dolores.*

Allii capitula contusa cum oleo in olla calefacito, oleumque in aurem infundito, & dolor sedabitur.

3. *Ad magnum dolorem.*

Anserinum jecur salsum cum nardo eliquato, & repurgans in aurem indito.

4. *Ad aures sanie manantes.*

Liquidum alumen aquâ diluens in vitreum vas conde, & maceratum instilla.

5. *Ad aures purulentas & graviter dolentes.*

Porri succo melle diluto vtere. *Aliud.* Opium dulci vino eliquans ac tepefaciens, in aurem injice. *Aliud.* Cedri lacrymam ex pauca nardo immittito. *Aliud.* Mel & oleum vnà in vasculo priùs tepefacta instillato.

6. *Ad teredines, & saniem.*

Alumen scissile cum aceto & dulci vino elixum ad mellis crassitudinem infusum, tam in recentibus quàm antiquis vitiis efficax est.

7. *Ad sonitus aurium intra seipsas, & acres dolores.*

Cedri lacrymam cum melle mixtam instilla. *Aliud.* Aloen jecorariam cum mulso ad sordium crassitudinem temperatam, infunde. *Aliud.* Vulpis adipem eliquatam infunde. *Aliud.* Nardum tepefactum infundito. *Aliud.* Cassiam ex rosaceo injicito. *Aliud.* Blattas domesticas oleo rosaceo infervefactas instilla.

8. *Ad dolores paulatim ingruentes.*

Lanam succidam in aceto fervefactam exprimito, & humorem ex ipsa lana in aurem impone, superpositâ lanâ. *Aliud.* Mali punici immaturi succo cum melle utere; aut succo lentisci, aut herbæ parietariæ, aut ligustri, aut rubi; horum cujusque succum, aut per se, aut melli admiscens, & elixans, utere; aut plantaginis, aut lactucæ, aut sanguinalis succo similiter utere.

9. *Ad dolores absque ulcere.*

Sulfur ignem non expertum per calamum naribus insuffletur. *Aliud.* Opium muliebri lacte temperatum instilla.

10. *Ad gravem auditum.*

Absinthium in aqua decoquens, aurem decocto eluito.

11. *Ad surditatem naturalem.*

Capræ nuper jugulatæ cornu caprino lotio impleto, & ad fumum per dies ix. suspendito, & utere.

12. *Ad sonitus ex profundo.*

Acetum, & oleum rosaceum, rutam, & cuminum cum melle macerans, utitor.

13. *Ad tinnitus sonosque repente exortos.*

Acetum acre tepefactum in aurem demitte. *Aliud.* Vitis albæ, mellis, veratri albi, & rosacei olei portionem, in unum permiscens, in aurem dato.

14. *Ad aurem dolentem, & sanie manantem.*

Acetum, mel, roseumque permisce, & tepefactis utere.

15. *Ad acerbos dolores.*

Subactam oleo adipem infundito, & spongiâ locum occludito; facit & ad nervorum morbos cum vulpino adipe atque suillo æqua portione permixta.

16. *Ad dolores aurium, ac phlegmonas.*

Hastulæ regiæ radicem mundato, & in oleum vase vitreo contentum demittito, & per con-

β'. Πρὸς φλεγμονὰς καὶ πόνους.

Σκορόδου τὸ ἐντὸς ἀμυγδαλοειδὲς θλάσας μετ' ἐλαίου εἰς ξύστραν θερμάνας, ἔγχει τὸ ἔλαιον εἰς οὖς, καὶ ἄπονος ἔσται.

γ'. Πρὸς περιωδυνίαν.

Ἧπαρ χήνειον τεταριχευμένον τήξας μετὰ νάρδου, καὶ ἀπομάξας, εἰς τὸ οὖς ἐντίθει.

δ'. Πρὸς ὦτα πυορροοῦντα.

Στυπτηρίαν ὑγρὰν ἀνιεὶς ὕδατι ἔμβαλον εἰς ὑέλινον ἀγγεῖον, καὶ λειώσας ἔνσταζε.

ε'. Πρὸς τὰ πυορροοῦντα καὶ περιωδυνῶντα.

Πράσου χυλὸν μέλιτι ἀνιεὶς, χρῶ. Ἄλλο. ὄπιον ἀνιεὶς γλυκεῖ, εἰς τὸ οὖς ἔνσταζε χλιαίνων. Ἄλλο. κεδρίαν ἐν ὀλίγῳ νάρδῳ ἔνσταζε. Ἄλλο. μέλι καὶ ἔλαιον ἐν κενώμασι προχλιάνας ἔνσταζε.

ς'. Πρὸς τερηδόνας, καὶ πυορροοῦντας.

Στυπτηρίαν σχιστὴν μετ' ὄξους καὶ γλυκέος ἑψήσας, ἔνσταζε ποιῶν μέλιτος πάχος, ἐνεργὲς ἐπὶ προσφάτου, καὶ ἐπὶ χρονίου.

ζ'. Πρὸς ἤχους, καὶ περιωδυνίας.

Κεδρίαν μέλιτι μίξας, ἔνσταζε. Ἄλλο. ἀλόην ἡπατικὴν μετ' οἰνομέλιτος, ποιῶν γλοιοῦ πάχος, ἔνσταζε. Ἄλλο. ἀλώπεκος στέαρ ἀνειμένον ἔνσταζε. Ἄλλο. νάρδον χλιαρὰν ἔνσταζε. Ἄλλο. κασίαν μετὰ ῥοδίνου ἔνσταζε. Ἄλλο. σίλφας τὰς κατοικιδίους μετὰ ῥοδίνου θερμήνας ἔνσταζε.

η'. Πρὸς τὰς κατὰ μικρὸν περιωδυνίας.

Ἔρια οἰσυπηρὰ περιζέσας ὄξει, ἐκχυμάτιζε, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἐρίου ἐντίθει εἰς τὸ οὖς. Ἄλλο. ῥοιᾶς ἀώρου τῷ χυλῷ μετὰ μέλιτος χρῶ· ἢ σχίνου τῷ χυλῷ, ἢ περδικίου βοτάνης, ἢ κυπρέου, ἢ βάτου. τούτων τὸν χυλὸν κατ' ἰδίαν ἑκάστου, ἢ καὶ μετὰ μέλιτος μίσγων, καὶ ἑψῶν, χρῶ· ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ θριδακίνης, ἢ πολυγόνου χυλοῦ ὁμοίως χρῶ.

θ'. Πρὸς πόνους χωρὶς ἑλκώσεως.

Θεῖον ἄπυρον ἐμφύσα διὰ συριγγίου. Ἄλλο. ὄπιον ἀνιεὶς γυναικείῳ γάλακτι, ἔνσταζε.

ι'. Πρὸς δυσηκοοῦντας.

Ἀψίνθιον ἀφέψων διὰ ὕδατος, κλύζε τὸ οὖς τῷ ἀφεψήματι.

ια'. Πρὸς τοὺς ἐκ γενετῆς κωφούς.

Αἰγὸς νεωστὶ ἐσφαγμένης τὸ κέρας πλῆσον οὔρου αἰγὸς, καὶ κρέμασον εἰς καπνὸν ἐπὶ ἡμέρας θ'. καὶ χρῶ.

ιβ'. Πρὸς τοὺς ἐκ βάθους ἤχους.

Ὄξος, καὶ ῥόδινον, πήγανον, κύμινον λεάνας μετὰ μέλιτος, χρῶ.

ιγ'. Πρὸς βόμβους καὶ ἤχους ἐξαπίνης γινομένους.

Ὄξος δριμὺ χλιαίνων ἔνσταζε. Ἄλλο. βρυωνίας, μέλιτος, καὶ ἐλλεβόρου λευκοῦ, καὶ ῥοδίνου λεάνας, ἔνσταζε.

ιδ'. Πρὸς ἀλγοῦντα καὶ πυορροοῦντα.

Ὄξος, καὶ μέλι, καὶ ῥόδινον μίξας καὶ χλιάνας, χρῶ.

ιε'. Πρὸς περιωδυνίας.

Εὐθύπαστον ἐλαίῳ στέαρ ἔνσταζε, καὶ σπόγγῳ τὸν τόπον ἐπέχε· ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ νευρώδη μισγόμενον καὶ μετ' ἀλωπεκίου στέατος καὶ ὑείου, ἴσα ἴσοις.

ις'. Πρὸς ἀλγηδόνας καὶ φλεγμονάς.

Ἀσφοδέλου ῥίζαν καθάρας, βάλλε εἰς ἔλαιον ἐν ἀγγείῳ ὑελίνῳ, καὶ ἡλίαζε τοῖς ὑπὸ κυνὸς καύμασιν

ζε τῆς ὑπὸ κυνὸς καύμασιν ἡμέραις μ'. καὶ χρῶ.

ιζ'. Πρὸς τὰ ἡλκωμένα καὶ πυορροοῦντα.

Σαύρας τὰς μικρὰς λαβὼν, τῆξον ἐλαίῳ καθαρῷ, καὶ οὕτως ἐγχυμάτιζε, καὶ ἐὰν σκώληκας ἔχῃ, ἰᾶται.

ιη'. Πρὸς τὰ ἐν ὠσὶ σκωλήκια καὶ τὰ παρεισδυόμενα εἰς τὰς ἀκοάς.

Κρόμμυα καὶ ὕσσωπον τρίψας, οὔρῳ παλαιῷ ἐγχυμάτιζε. Ἄλλο. κολοκυνθίδος τοῦ σπέρματος τῆς ἐντεριώνης, στυπτηρίας Αἰγυπτίας ἴσα, μετὰ κεδρίνου ἐλαίου λειώσας ἐγχυμάτιζε.

ιθ'. Πρὸς τὸ ῥύπον ἐξελεῖν.

Κροκίδα βρέξας μυροβαλάνῳ ἔνθες, καὶ εὑρήσεις τὴν κροκίδα πλήρη τοῦ ῥύπου. Ἄλλο. νίτρον λεπτὸν ἔμβαλλε εἰς τὸ οὖς, καὶ ἐπίσταξον ὄξος, καὶ πρόσθες ἔριον, ἔασον ἐννυκτερεῦσαι· τῇ δὲ ἐπιούσῃ κλύσον ὑδρελαίῳ θερμῷ.

κ'. Πρὸς ὠταλγίαν.

Ἁλὸς ἄνθος μετὰ ῥοδίνου καὶ ὄξους ἔνσταζε.

κα'. Πρὸς τὰ πυορροοῦντα καὶ περιωδυνῶντα.

Νίτρον μετὰ ῥοδίνου διεὶς, ἐγχυμάτιζε τὸ οὖς. Ἄλλο. ἐλλέβορον λευκὸν μετὰ οἴνου ἢ ὄξους ἔνσταζε σὺν στυπτηρίᾳ· καὶ χυλὸν καλαμίνθης ῥίζης συλλειοτριβήσας μετ' ὄξους ἐγχυμάτιζε.

κβ'. Πρὸς τὰ χρόνια.

Λύκιον καὶ μέλι ἴσα μίξας χρῶ.

κγ'. Πρὸς φλεγμαίνοντα.

Σκωδειῶν κελύφη κόψας εἰς ὠμήλυσιν ἕως τρίτου μέρους, καὶ ἑψήσας ἐν γλυκεῖ κεκραμένῳ, κατάπλασσε.

κδ'. Πρὸς τὰ πυορροοῦντα καὶ περιωδυνῶντα.

Μύελον μόσχειον χυλίσας, ἔνσταζε. Ἄλλο. σκωρίαν σιδήρου τρίψας ἐν τῷ ὄξει δριμυτάτῳ ἔνσταζε.

κε'. Πρὸς χοιράδας καὶ παρωτίδας.

Χοιράδας κοινῇ μὲν θεραπείᾳ τὰ τῶν σκίρρων διαφορητικὰ διαφορέουσι· ἰδίᾳ δὲ οὕτως. ἄλευρον θέρμων πικρῶν ἑψήσας ἐν τῷ ὀξυμέλιτι κατάπλασσε. Ἄλλο. βοείαν κόπρον ἢ αἰγείαν ἐν ὄξει ἑφθὴν ἐπιτίθει. Ἄλλο. ἄσβεστον μέλιτι, ἢ ἐλαίῳ, ἢ στέατι χοιρείῳ ἀναληφθεῖσαν ἐπιτίθει. Ἄλλο. ἄλευρον ἴρεως καὶ κόπρον περιστερᾶς ἑψήσας οἴνῳ, κατάπλασσε. Ἄλλο. λαβὼν στέατος παλαιοῦ, καὶ σπέρματος ὑοσκυάμου, καὶ πίσσης, καὶ ἐλαίου παλαιοῦ, καὶ κόπρου ἀλεκτορίδος μηλίνης τὰ ἴσα συμμίξας κατάπλασσε.

A tinuos quadraginta dies sub Canis æstu insolato, deinde utitor.

17. *Ad ulceratas aures, & purulentas.*

Lacertas pusillas venatus mundo oleo eliquato, atque ita in aurem demittito, & vermes, si in aure fuerint, sanabis.

18. *Ad aurium vermiculos, & ad ea quæ in aurem subierunt.*

Καππάρεως ῥίζης φλοιοῦ μεθ' ὕδατος λίτραν α'. καὶ ὄξους λίτρας ς''. ἕψει ἕως ἂν ἀποτριτωθῇ, καὶ δίδου Γο. α'. ς''. Ἄλλο. φύλλα κισσοῦ ἑψήσας σὺν ὄξει, καὶ κοπανίσας, ἐκπίασον τὸ ὑγρὸν, καὶ τοῖς μὲν ἰσχυροτέροις δίδου ἐξ αὐτοῦ, τοῖς δὲ τρυφεροῖς ὕδωρ μιγνύων· περιπατείτω δὲ, καὶ οὕτως ποτιζέ. Ἄλλο. καππάρεως ῥίζαν κοπανίσας, καὶ ζέσας μετ' ὄξους καὶ μέλιτος, δίδου πιεῖν νήστει.

Πρὸς σπλῆνα.

Λαβὼν κυπαρίσσου κώνους, κόψον εὐτόνως, καὶ ἄλευρον ὀρόβινον λεπτότατον βάλε εἰς ὄξος, καὶ ἕψε ἕως γένηται ὡς ἔμπλαστρον· ἐπιτίθει εἰς τὸν σπλῆνα ἕως ἡμερῶν γ'. καὶ μετὰ γ'. ἡμέρας λῦσον, καὶ εὑρήσεις τὸ ἔμπλαστρον πεπληρωμένον. Ἄλλο. Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ἐναποβρέξας ὄξει σκιλλητικῷ ἐπὶ ἡμέρας γ'. καὶ λειώσας, εἰς ῥάκος ἐπιθὲς, καὶ μὴ λύσῃς, ἕως τὸ ἔμπλαστρον ἀποπέσῃ. Ἄλλο. φύλλα συκαμίνου χλωρὰ ψύξας ἐν σκιᾷ, καὶ τρίψας, ποίησον ξηρίον γραμμάρια δ'. καὶ μετ' ὀλίγου πεπέρεως καὶ καρυοφύλλων μετ' οἴνου ἀκράτου θερμοῦ, εἰς ἔμβασιν δίδου πιεῖν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ'.

Πρὸς ὑδρωπικοὺς πόμα ὥστε ἐξουρεῖν τὸ παρακείμενον ὑγρόν.

Χαλκοῦ κεκαυμένου ὅσον κυάμου Αἰγυπτίου, καὶ περιστερᾶς Γο. α'. οἴνου κυάθους γ'. δίδου. ἔστω δὲ μία πόσις. Ἄλλο πεπειραμένον ἡμῖν ἐπὶ πολλῶν. Τιθυμάλλου χαρακίου τὴν ῥίζαν δίδου ἐσθίειν πρὸς δύναμιν, καὶ παραχρῆμα κενοῖ. Ἄλλο. κόκκον Κνίδιον κεκομμένον καὶ σεσησμένον ἀναλάμβανε μέλιτι, ποιῶν πάχος γλοιοῦ, καὶ δίδου κοχλιάριον α'. πλῆρες δι' οἰνομέλιτος κυάθων γ'. καὶ ὀλίγου θερμοῦ ὕδατος. ὡς εἶναι γαλακτῶδες, ἢ διὰ ᾠοῦ ῥοφητοῦ. ὑδραγωγὸν κάλλιστον πάνυ. χαμαιάκτης τὸν χυλὸν τὸν ἐκ τῆς ῥίζης, κυάθων β'. καὶ οἴνου κυάθους β'. ἀπαλλάσσει δίχα τοῦ τὸν στόμαχον ἀνατρέπειν. Ἄλλο. ἀγρώστεως ἀφέψημα πινόμενον ἐστὶ διουρητικόν. Ἄλλο. στρύχνου χυλοῦ κυάθους δ'. μέλιτος κυάθους ις'. δὸς πιεῖν. Ἄλλο. ὕσσωπον, καὶ γλυκεῖ, τράγου οὖρον ποτιζόμενον, διουρητικόν ἐστιν. ὁμοίως ἐὰν αἴγειον ἔχῃς.

Ἐπίθεμα πρὸς ὑδρωπικούς.

Κισσὸν κεκαυμένον ἐπιμελῶς κατάπλασσε. Ἄλλο. ῥαφανίδας καθεψήσας δι' ὕδατος ἕως τακηραὶ γένωνται, κομισάμενος κρίθινον ἄλευρον μίξας ἕψε, καὶ κατάπλασσε.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ'.

Πρὸς πρόπτωσιν ὀμφαλοῦ.

Τινὲς διὰ φαρμακείας εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανῆλθον οὕτως. κηκῖδας καύσας ἢ τρίψας καὶ διαμίξας σὺν φλοιῷ λιβάνου καὶ ᾠοῦ λευκῷ καταπλάττε. Ἄλλο. στυπτηρίας σχιστῆς < ε'. τρυγὸς οἴνου Ῥοδίνου < ι'. κηκῖδων ὀμφακίνων < β'. οἴνῳ λύεις, καὶ μέλιτος ποιήσας πάχος ἐπίβρεχε, ἔξωθεν ἐπιῤῥίπτων σπογγάριον ὀξυκράτῳ δεδευμένον καὶ ταινιδίῳ καταλάμβανε. Ἄλλο. ἐρεγμοῦ λεπύρων καὶ κηκῖδων, καὶ βαλαυστίου τὸ ἴσον· ἕψε ἐν ὕδατι. ὅταν δὲ διαλυθῇ τρίψας ἐπιμελῶς ἐπιτίθει σὺν τῷ σπόγγῳ, καθάπερ προείρηται. Ἄλλο. μολίβδου ῥινήματος < ις'. κωνίου, μάννης, ψιμυθίου ὑποκυστίδος χυλοῦ ἀνὰ < α'. οἴνῳ διαλύσας χρῶ καθὼς προείρηται.

CAPUT XXIII.

Ad umbilici prolapsum.

QUidam medicamentis ad naturalem statum ita reversi sunt. Gallas ure vel tere, & permisce cum cortice thuris, & albo ovi, & appone. *Aliud.* Recipe aluminis scissi drach. v. fæcis vini Rhodii drach. x. gallarum omphacinarum drach. ij. vino diluta, & ad mellis crassitudinis redacta impone, extrinsecusque spongiolam poscâ imbutam superpone, & fasciâ deliga. *Aliud.* Recipe corticum fabæ fresæ, gallarum, balaustii ana æquales partes in aqua coquito. Ubi verò dissoluta fuerint, diligenter trita imponito cum spongia, ut dictum est. Recipe ramenti plumbi drach. xvj. cicutæ, mannæ thuris, cerusæ, succi hypocystidis ana drach. j. vino dissoluta utere ut dictum est.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Πρὸς τὰ γαστρὸς πάθη, καὶ πρῶτον πρὸς στρόφον, καὶ ὀδύνην γαστρός.

ΑΡιστολοχίας ῥίζαν ἐν οἴνῳ δὸς πιεῖν. πρὸς στρόφον, καὶ λυγμὸν, καὶ κεφαλαλγίαν, καὶ δυστοκίας καλῶς ποιεῖ. ἁρμόζει πταρμὸς πρὸς στρόφον, καὶ πάντα τὰ ἐντὸς πάθη. Ἄλλο. τῆς λυχνίτιδος ἡ ῥίζα πλυθεῖσα, καὶ ἑψηθεῖσα μετὰ γλυκέος, εἶτα διυλισθεῖσα, καὶ ποθεῖσα, ποιεῖ καλῶς. εἰ δὲ μὴ, βρώματι σαυτοῦ πρόσβαλε ὀλίγην κασίαν καὶ ὀλυρίδα, μὴ κόψας.

Πρὸς στρόφον ἐντέρων καὶ κοιλίας.

Κυμίνου πεφρυγμένου, καὶ κεκομμένου κοχλιάριον α'. ἢ β'. μεθ' ὕδατος κυάθων τριῶν δίδου πιεῖν· καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις ὄξος ζέσας, καὶ ψύξας· ἔπειτα σελίνου σπέρματος τρίβε, παραζέων τὸ ὄξος, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ δίδου πιεῖν. Ἄλλο. ἐρύσιμον βοτάνην μετὰ ὕδατος τρίψας, δίδου πίνειν. Ἄλλο. ἐκ τοῦ λαμπρῶ ὅσον τὸ ἀρκοῦν τρίψας μετ' ὄξους δίδου πίνειν νήστει. Ἄλλο. δάφνην μασησάμενος νῆστις, τὸν χυλὸν καταπινέτω. καὶ τὸ μάσημα ἐπιτιθέτω ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν, καὶ παραχρῆμα παύσεται.

Πρὸς κάθετον δακτύλιον, καθαρτικὸν κοιλίας.

Εἰς χολὴν ταύρου, κροκίδα βρέξας ἐντίθει εἰς τὸν δακτύλιον. Ἄλλο. σάπωνα Γαλλικὸν εἰς ἔριον ἐνδύσας ὑπόθου, ἢ μάλιστα στυπτηρίαν ὑγράν.

Πρὸς δυσεντερικούς.

Φακὸν ἑψήσας σὺν βάτου ῥίζῃ τρυφερὸν κεκομμένον ἐπίβαλε, καὶ δὸς φαγεῖν. Ἄλλο. κυτίνους καθεψήσας, εἰς ὀξύγαλα λειοτριβήσας, ἔμβαλλε ἔλαιον τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ δίδου φαγεῖν. Ἄλλο. κέγχρον κεκομμένον ἑψήσας, βάλε στέαρ μόσχου. καὶ ποιήσας λιπαρώτατον δὸς ῥοφῆσαι θερμότατον, εἶτα ψυχρότατον τὸ ὕδωρ ἐπιρροφείτω, καὶ παραχρῆμα ὑγιὴς ἔσται. Ἄλλο. κηκῖδος τὸ ἐντὸς λαβὼν, τρῖψον λεῖον, καὶ μίξας ἄλευρον, καὶ ᾠοῦ τὸ λευκὸν φυράσας, ποίησον ἀρτίσκον, καὶ ὀπτήσας κατάκλα, καὶ ἔγχει εἰς οἶνον ἀπαράχυτον, καὶ δὸς φαγεῖν.

CAPUT XXIV.

C

Ad ventris affectus, ac primùm ad tormina, & ventris dolores.

ARistolochiæ radicem in vino potui dato: ad tormina, singultum, capitis dolorem, & partus difficultatem bene facit. Sternutatio ad tormina & omnes internas affectiones proficit. *Aliud.* Lychnitidis radix lota, dulci vino incocta, deinde percolata & pota, magnificè prodest; sin minùs autem cibis tuis adjice modicum cassiæ, & olyræ non contusæ.

Ad tormina intestinorum & ventris.

D

Cumini fricti & contriti cochlearium unum, duove ex aquæ cyathis tribus potandum est. Et adversus inflationes acetum fervefacito, ac refrigerato; postea apii semen tusum admisceto, ac iterum acetum fervefacito, ex eoque potionem dato. *Aliud.* Irionem herbam ex aqua tritam potandam dato. *Aliud.* Ex lampro, quod satis est, tritum ex aceto jejuno exhibe. *Aliud.* Laurum commanducans jejunus succum devorato; partem commanducatam umbilico imponito; ilicò tormina finientur.

E

Medicamentum ano immittendum alvi purgatorium.

In fel tauri lanæ hapsum intingito, anoque immittito. *Aliud.* Gallicum saponem lana involutum submittito, aut liquidum alumen potissimùm.

Ad intestinorum tormina.

Lentem teneram contusam cum rubi radice elixam imponito, ac esui dato. *Aliud.* Flores mali punicæ domesticæ acido lacti incoctos contere, & oleum eodem modo infunde, & edendos appone. *Aliud.* In milium contusum elixum vitulinum adipem infunde, & quàm pinguissimum calidissimumque sorbendum exhibe; postea gelidissimam aquam sorbeto, & confestim erit incolumis. *Aliud.* Gallæ interiorem partem tritam ac lævigatam accipito, farinaque admixta, & ovi albo pastillos effingito, atque assos frangito, vinoque simplici madefacito, & esui dato.

F

Linctus

Linctus ad dysentericos, cœliacos, & lienteriam.

Laserpitii ramenta melli commiscens, linctui dato. *Aliud.* Ovum, mel, vinum, mali punici putamina, pari portione in unum miscens frigito, & piperis modicum inspergito, ac potionem dato; vehementer facit. *Aliud.* Ova tria accipiens, in aceto conjicito, ac ita per triduum macerari sinito; deinde similaginis modicum capiens, cum tribus ovis subigito; mox assans, & meraco vino madefaciens, exhibeto.

Potiones ad dysentericos, cœliacos, & lientericos.

Vinum astringens, cui rhus obsoniorum usque ad tertias incoctus sit, potandum jubeto, quibus ventriculus malè se habet. *Aliud.* Vinum austerum, cui galla incocta sit, illis potui pro viribus concedito, quorum ventriculus fluxione vexatur.

Ad tortiones & dolores ventris.

Da cuminum mandendum & devorandum. *Aliud.* Cnicum & fœnumgræcum tere, & coque, & da decoctum bibendum. *Aliud.* Baccas lauri siccas & excorticatas tere, & da bibenda cochlearia novem. *Aliud.* Serpyllum terens da cum vino bibendum. *Aliud.* Decoctum sampsuci da cum vino in potum. *Aliud.* Eryngii radicem da cum vino potui, vel decoctum spicæ, vel castoreum. Ad dolorem autem dysentericorum, cotonea cum cerato roseo, aut myrteo, æquis portionibus, ventri impone.

Ad colicam.

Spolium serpentis in vase æneo frigens cum oleo quousque comburatur, dissolve ipsum in illo oleo, & unge ex eo cum tuo digito. *Aliud.* Glandulam opio in succo lactucæ liquato oblinc, & ano indito.

Ad ventris profluvium.

Gallitrichi ex aqua decoctum potui dato. *Aliud.* Stœben, qua ad testacea vasa uti solent, spinis asperam, in pila contundito, & aquæ incoquito, & aquam in dolore ventris absque vino propinato quum febrem habent; quum febre vacant, vinum commisceto. *Aliud.* Nucum putamen, quod nucleos includit, tritum, ex aqua potui dato cochleariorum trium mensurâ. *Aliud.* Cornu cervinum molliùs ustum, cum gallæ pari portione in potum dato. *Aliud.* Rumicis semen contritum, & potioni cibove inspersum optimè facit. *Aliud.* Nucum internum illud, quod instar columellæ est, & capitum papaveris, quod veluti operculum est, pari portione ex vino exhibeantur. *Aliud.* Quernas glandes contusas, & diutius cribratas, ut polentam in vinum austerum spargito, potionemque concedito. *Aliud.* Carabi testas frictas & tritas ex aqua porrigito. *Aliud.* Struthiocameli ventriculus, & gallinarum similiter, cochleariorum duum mensura ex vino potus febri absente, præsente verò ex aqua. *Aliud.* Thuris grumus fabæ magnitudinis in vini nigri cyatho uno, solani succi cyathis duobus, eliquatus, in potum detur. *Aliud.* Gummi albi contusi unciam ex vini nigri cyathis sex bibito, ad idem ano impositum facit. *Aliud.* Cochleam Africanam sumens, in eam liquidam picem infunde, & calefactæ carnem exime, & in anum bis aut ter immitte. *Aliud.* Serpentis senium in vase æneo ex oleo frigens, quoad in carbonem vertatur, contere; & digito in oleum intincto anum

A Ἔκλειγμα πρὸς δυσεντερικούς, καὶ κοιλιακούς, καὶ λειεντερίαν.

Σιλφίου ξύσματα μέλιτι συμμίξας, δὸς ἐκλείχειν. Ἄλλο. ᾠὸν, μέλι, οἶνον, σίδια, ἴσα διαβάλλων, τηγάνιζε, καὶ πεπέρεως μικρὸν ἐπιπάσσων, δίδου πιεῖν, ἄκρως. | Ἄλλο. ᾠὰ τρία βαλὼν εἰς ὄξος, ἔα ἐμβρέχεσθαι ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, καὶ λαβὼν σεμιδάλιον, φύρασον τοῖς ᾠοῖς τοῖς τρισὶ, καὶ ὀπτήσας, καὶ ἐμβάψας εἰς ἄκρατον, δός.

B Πότημα πρὸς δυσεντερικοὺς, καὶ κοιλιακοὺς, καὶ λειεντερίαν.

Ῥοῦ καθεψήσας δι' οἴνου στύφου εἰς τρίτον, δίδου πιεῖν, οἷς ἡ κοιλία οὐ καλὰ φέρει. Ἄλλο. Κηκίδα δι' οἴνου αὐστηροῦ καθεψήσας, πότιζε τοὺς ῥευματιζομένους τὴν κοιλίαν πρὸς δύναμιν.

Πρὸς στρόφον καὶ ὀδύνην γαστρός.

Δίδου κύμινον μασσώμενον καὶ καταπινόμενον. Ἄλλο. κνῆκον καὶ τῆλεα τρίψας καὶ ἑψήσας, δίδου ἀφέψημα πίνειν. Ἄλλο. δαφνίδας ξηρὰς καὶ φλοιωθείσας τρίψας, δίδου πίνειν κοχλιάρια θ'. Ἄλλο. ἕρπυλλον τρίψας, δίδου σὺν οἴνῳ πίνειν. Ἄλλο. ἀφέψημα σαμψύχου δίδου πίνειν σὺν οἴνῳ. Ἄλλο. ἠρυγγίου ῥίζαν δίδου σὺν οἴνῳ πίνειν, ἢ ἀφέψημα στάχυος, ἢ καστόριον. πρὸς τὴν δὲ ὀδύνην τῶν δυσεντερικῶν κυδώνια σὺν κηρωτῇ ῥοδίνῃ ἢ μυρσινῇ τὰ ἴσα τῇ γαστρὶ ἐπίθετε.

Πρὸς κωλικήν.

Γῆρας ὄφιος ἐν ἀγγείῳ χαλκείῳ φρύξας σὺν ἐλαίῳ μέχρι τοῦ καῆναι, αὐτὸ δὲ διαλύσας ἐν ἐκείνῳ ἐλαίῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ σὺν δακτύλῳ σου κατάχριε. Ἄλλο. βάλανον ὀπίῳ ἐν χυλῷ τῆς θρίδακος τετηγμένῳ περιχρίσας, εἰς δακτύλιον ἐντίθετι.

Πρὸς διάῤῥοιαν γαστρός.

Καλλίτριχον ἑψήσας ἐν ὕδατι, δίδου πιεῖν. Ἄλλο. στοιβὴν τὴν εἰς τὰ κεράμια, τὴν ἀκανθώδη, κόψον εἰς ὅλμον, καὶ ἕψε δι' ὕδατος, καὶ δίδου πιεῖν τὸ ὕδωρ κοιλιαλγοῦντι, ἀπυρέτῳ δι' οἴνου, πυρέττοντι χωρὶς οἴνου. Ἄλλο. καρύων φλοιὸν τὸν περικείμενον περὶ τὰ τρωγάλια, λεῖον δι' ὕδατος, δίδου πιεῖν κοχλιάρια γ'. Ἄλλο. κέρας ἐλάφειον τρυφερὸν καύσας, δίδου μετὰ κηκῖδος ἴσης πιεῖν. Ἄλλο. λαπάθου σπέρμα λειώσας, καὶ ἐπιπάσας εἰς τὸν ποτὸν, δίδου, ἢ εἰς τὸ βρωτόν. Ἄλλο. καρύων τὸ ἐντὸς, τὸ ἐοικὸς κιόνιον, καὶ μήκωνος κωδειῶν τὸ ἐπικείμενον ὡς πῶμα, ἴσον δίδου δι' οἴνου. Ἄλλο. δρυὸς βαλάνους κόψας καὶ σήσας, πλεῖον ἐπίπασσε εἰς οἶνον αὐστηρὸν ὡς ἄλφιτα, καὶ δίδου πιεῖν. Ἄλλο. καράβου τὰ ὄστρακα φρύξας λεῖα διὰ ὕδατος. Ἄλλο. στρουθοκαμήλου κοιλία πινομένη, καὶ ὀρνίθων ὁμοίως ὅσον κοχλιάρια β'. ἀπυρέτοις δι' οἴνου, πυριάζουσι δὲ δι' ὕδατος. Ἄλλο. λιβάνου χόνδρον κυαμιαῖον διεὶς οἴνῳ μέλανι κυάθον α'. καὶ στρύχνου χυλοῦ κυάθους β'. δίδου πιεῖν. Ἄλλο. κόμμι τὸ λευκὸν κόψας μετ' οἴνου μέλανος κυάθων ϛ'. δίδου γο α'. πίνειν, ποιεῖ ἀποτιθέμενον τοῖς αὐτοῖς. Ἄλλο. κοχλιάριον Ἀφρικανὸν λαβὼν, βάλλε εἰς αὐτὸ πίσσαν ὑγρὰν, καὶ θερμάνας, ἔξελε τὸ κρέας, καὶ ἀπόθες εἰς τὸν δακτύλιον δὶς, ἢ τρίς. Ἄλλο. ὄφεως γῆρας ἐν χαλκώματι μετὰ ἐλαίου φρύξας ἕως ἀνθρακωθῇ, συλλειώσας, τῷ ἐλαίῳ διάχριε τὸν δακτύλιον

τῷ δακτύλῳ. Ἄλλο. βοτάνη ὑποκάτω ὕδατος μὴ ἁπτομένη. Ἄλλο. σεύτλιον κεκομμένον μετ' ὄξους καταπλαττόμενον ἀπ' ἄνωθεν μέχρι κάτω καλῶς ποιεῖται δυσεντερικοῖς. κερατίων ὀστᾶ κόψας, κατάπλασσε τὴν κοιλίαν.

Πρὸς ἀλγήματα δυσεντερικῶν.

Μῆλον κυδώνιον ὀπτὸν μετὰ κηρωτῆς ῥοδίνης, ἑκάστου τὸ ἴσον μίξας κατάπλασσε, παραχρῆμα ἄπονον ποιεῖ.

Πρὸς κωλικούς.

Ὀστρέων ὄστρακα καύσας καὶ λεάνας, δίδου πιεῖν κοχλιάρια β'. δι' ὕδατος θερμοῦ κυάθων γ'. Ἄλλο. θύμον Κρητικὸν καθεψήσας διὰ ὕδατος ἕως εἰς τρίτον καταστῇ μέρος, μετὰ μέλιτος Ἀττικοῦ δὸς πιεῖν. Ἄλλο. ἱερὰν ῥίζαν λεπτὴν κόψας, βάλε εἰς ὕδωρ, καὶ ἕψει εἰς ἥμισυ, καὶ δίδου πιεῖν τὸ ἀφέψημα ἐπὶ ἡμέρας ε'. καὶ ἰᾶται. ἐπὶ πολλῶν δεδοκίμασται. Ἄλλο. ἡδύοσμον χλωρὸν καθεψήσας, δὸς ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ οὐδέποτε πονήσει. Ἄλλο. τῆς δάφνης οἱ ἀκρέμονες τρυφεροὶ ξύλοι τρωγόμενοι ἐπὶ ἡμέρας ἰῶνται. τὸ δὲ ποτηρίδιον ἐν ᾧ ἕψεις τὸ ἡδύοσμον, βλέπε μὴ γῆς ἅψηται ἐπὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας.

Πρὸς διάφραγμα.

Φραξίνου ξύλου κύαθον δὸς ἐπὶ ἡμέρας γ'. πιεῖν ξύσματα, καὶ ὑγιὴς ἔσται. Ἄλλο πολύχρηστον. κολοκυνθίδα Ἀλεξανδρεινὴν τρήσας μὴ σιδήρῳ, καὶ ἐκκενώσας, βάλε εἰς οἴνου Κῴου κοτύλην α'. καὶ ἀναζέσας, καὶ εὔκρατον ποιήσας, δὸς πιεῖν, καὶ περιπατείτω, καὶ ἀνάλγητος ἔσται. κατάγει ἀπολύματα πολλὰ τουτὶ πότημα. κατέχειν δὲ ἅλας ἐν τῷ στόματι, ἵνα μὴ ναυτιάσῃ. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἰσχιάδας.

Πρόσθετον κωλικοῖς.

Ὄπιον Σπανὸν ἀναλάμβανε θρίδακος, καὶ πεσσὸν ποιῶν, ἐντίθει τῷ δακτυλίῳ. Ἄλλο. σκορόδου σκελίδιον α'. κονίᾳ θερμάνας, θὲς εἰς τὸν δακτύλιον, καὶ σκύβαλα καταπάσας, ὑγιάσει. Ἄλλο. ἐὰν κῶλον πονῶν, κύνα κοιμώμενον ἐγείρῃ, κατὰ δὲ αὐτὸν τόπον, οὗ ἐκοιμᾶτο ὁ κύων, οὐρήσῃ, εὐθέως ἄπονος ἔσται, ὁ δὲ κύων ἀποθανεῖται.

Ἐπίθεμα κωλικοῖς καὶ ἐμπνευματουμένοις.

Κηρωτῇ Κυπρίνῃ σίλφιον ἀναλάμβανε πολύ, καὶ ἐπιτίθει· ἐγὼ δὲ σμήγω καὶ καστόριον ὀλίγον, καὶ γίνεται ἐνεργέστερον.

Πρὸς στρόφον.

Κύμινον Ἑλληνικὸν μασσάσθω, καὶ καταπινέτω. Ἄλλο. κνίκον κόψας, καὶ τῆλιν ἑψήσας, πότιζε τῷ χυλῷ. Ἄλλο. κτένα εἰς θερμὸν ὕδωρ ἐμβρέξας καὶ ἀποκλύσας, πότιζε. Ἄλλο. δαφνίδων ξηρῶν λεπισμάτων, ὅσον κοχλιάρια θ'. δίδου πιεῖν. Ἄλλο. ἕρπυλλον λειώσας μετὰ ἀκράτου, δίδου πιεῖν.

Πρὸς πάντα τὰ ἐντὸς ἀλγήματα.

Ἔντερα ἀλγοῦντι, εἴ τις τοὺς πόδας νίψῃ, δὸς πιεῖν τὸ ἀπόνιμμα, ἄπονος ἔσται παραχρῆμα.

Πρὸς διακοπὴν ἐντέρων.

Λαβὼν ἀκάνθης Αἰγυπτίας ῥίζαν, καὶ κρέα ἐρίφεια σὺν ταῖς θριξὶ καὶ τῷ δέρματι, ἢ αἴγεια λείωσον, καὶ ἐκ σεμιδάλεως γλυκαινομένων κρομμύων, καὶ ἐν οἴνῳ συγκεράσας, δίδου πίνειν. αὐτὴ ἡ ῥίζα ἐπειράθη. καὶ ἐπὶ πνευμονιακοῖς πινομένη· ἡ δὲ αὐτὴ καὶ περιαπτομένη ποιεῖ πρὸς τριταῖον καὶ ἀμφημερινόν, καὶ μετὰ ἐλαίου πινομένη, ἐστὶ τραυματική.

perunge. *Aliud.* Herbâ sacrâ inferius foveto; aquam ne attingito. *Aliud.* Beta ex aceto contusa, & cataplasmatis more à superioribus ad inferiora usque imposita, dysentericis magnificè prodest. *Aliud.* Cornorum ossa contusa ventri illinito.

Ad dolores dysentericorum.

Malum cotoneum assum, cum cerati rosei pari portione impositum, ilicò dolorem levat.

Ad colicis doloribus vexatos.

Ostreorum testæ crematæ & tritæ potui dentur cochlearia duo ex calentis aquæ cyathis tribus. *Aliud.* Thymum Cretense aquæ usque ad tertias incoctum ex Attico melle propinetur. *Aliud.* Sacram radicem tenuem contusam, in aquam mitte, & ad dimidias elixa; decoctum per quinque dies potui detur, & morbo liberat: hoc in multis probatum est. *Aliud* Viridis menta elixa per triduum exhibeatur, & nunquam dolebit. *Aliud.* Lauri summitates teneræ ligneæ esæ per triduum, liberant; ollula verò, ubi mentha incocta sit, cave ne per triduum illud terram attingat.

Ad interseptum.

Fraxini ligni ramentorum cyathus triduum potui datus sanitatem restituit. *Aliud ad multa faciens.* Colocynthidem Alexandrinam excavatam non ferro, & expurgatam, in vini Coi sextarium mitte, & fervefacito; vinum postea ad temperatum calorem reversum bibito, & deambulato, & dolore solutus eris. Detrahit multa excrementa hæc potio; salem autem, ne nauseet, ore contineto. Bene facit & ad coxendicis dolores.

Medicamentum ad coli dolores ano immittendum.

Opium Hispanum lactucâ excipe, & in pessum redactum sedi immitte. *Aliud.* Allii nucleolum lixivio calefactum in anum indito, & arido stercore detracto sanescit. *Aliud.* Si coli dolore tentatus dormientem canem expergefecerit, & in locum ubi canis dormiebat, meierit, statim dolore levabitur, & canis moritur.

Epithema colicis & inflatis.

Cerato ligustrino laserpitium comprehende, & impone; ego verò & modicum castorei admisceo, & efficacius redditur.

Ad tormina.

Græcum cuminum manducato, ac devorato. *Aliud.* Cnici contusi, & fœnigræci elixi succum potui offer. *Aliud.* Pectinem in aqua calida madefactum & ablutum propina. *Aliud.* Baccarum lauri aridarum corticis cochlearia novem in potum dato. *Aliud.* Serpillum tritum cum mero da potui.

Ad omnes intestinos dolores.

Ex intestinis dolenti si quis pedes laverit, & ex aqua ea potui dederit, dolor confestim evanescit.

Ad intestinorum scissuram.

Ægyptiæ spinæ radicem, & carnes hœdi capræve cum pilis & corio capiens, terito, & similagini commixtas cæpas vino temperatas potionem facito. Eadem radix & phlegmone pulmonum laborantibus in potu auxiliatur. Eadem suspensa tertiana febre, & quotidiana liberat, & ex oleo pota vulneribus medetur.

Ad renum & coxendicis dolores.

A Accipe farinam iridis, & acetum potens, permisce eis resinam pini, & lupinos, & pyrethrum, & terebinthinam, & sulfur, & nitrum, & baccas lauri; miscens omnia cum melle, appone.

Ad coxendicis dolores purgatorium.

Tithymalli succi guttas quinque in ficum instillato, & esui dato; purgat.

Epithema ventris solutivum.

Granum Cnidium cortice liberatum cerato comprehende, & ventri puerorum super umbilicum imponito. *Aliud.* Felle tauri umbilicum perungito. *Aliud.* Suillus talus ustus tritusque ex aqua potui detur. *Aliud.* Herbam chamæmelum ex oleo terito & inungito; statim dolor finietur. *Aliud.* Reticulum, cujusmodi volueris, de mulieris capite detractum, capiti laborantis imponito, sanitatem ei restitues; melius fuerit autem, si priùs calefactum reticulum imposueris. *Aliud.* Coriandrum ustum, oleo maceratum, umbilico superimponito, & lanâ contegito.

CAPUT XXV.

Ad urinæ difficultatem, & calculos.

Scorpii usti edantur; illis autem, qui forsitan aborrerent, cum adipe mixti, tostique clam & citra suspicionem exhibeantur; mirificè prosunt. Calculus etiam urina redditus olivæ nucleo similis, contritus, & igne candens, si bibatur, eos qui in vesica sunt, calculos exterit. Felis jecur ustum tritumque ita, ut bibi possit, calculosis remedio est. Jaspis quoque lapillus potui datus vesicæ calculos dissipat. *Aliud.* Umbilici verris radix elixa, & trita unciæ pondere in diem ex diluto vino bibatur: ad renum calculos vehementer proficit. *Aliud.* Succi uvæ immaturæ, & rufæ hederæ corymborum, par modus ex albo vino teratur, succo illinito mictus difficultate malè habitos.

Topicum calculosis imponendum.

Urinâ redditâ butyro veteri remollito penem oblinito, & cubitum eunti lana apponatur per triduum.

Epithema urinam proritans; prodest & calculosis renibus.

Calaminthām cum aceto & pipere cerato colligito, & umbilico superdato. *Aliud.* In sampsuci decocto desideat. *Aliud.* Herbam parietariam, oleo incoctam, super locum vesicæ imponito; illicò urina decurret.

Ad calculosos.

Montana trixago mulsæ incocta potanda offeratur; hoc remedio Samius Priscus utebatur. *Aliud.* Albæ hederæ corymbi ex vino poti lapillos confringunt. *Aliud.* Salicis folia tusa ex vino austero tantisper accipiatur, dum sanitas restituatur.

Ad eos qui nolentes urinam reddunt.

Galli guttur ustum cochlearii mensura jejuno ex aqua propinato. *Aliud.* Leucanthemi flores septem tritos ex aqua potui dato. *Aliud.* Leporis testiculum aridum minutatim concisum ex vino odorato potandum præbe. *Aliud.* Cimices tres contusos ex vino austero propinato per

Πρὸς νεφρῶν καὶ ἰσχιάδος ἀλγήματα.

Λαβὼν ἄλευρον ἴρεως, καὶ τὸ ἰσχυρὸν ὄξος, αὖθις ἐπιμίγνυθι ῥητίνην πιτυίνην, καὶ θέρμους, καὶ πύρεθρον, καὶ τερεβινθίνην, καὶ θεῖον, καὶ νίτρον, καὶ δαφνίδας, πάντα μίξας σὺν μέλιτι, πρόσθες.

Ἰσχιάδος καθαρτικόν.

Τιθυμάλλου τοῦ ὀποῦ ἐνστάξας σταλαγμοὺς ε'. εἰς τὸ σῦκον, δίδου φαγεῖν, καθαίρει.

Ἐπίθεμα κοιλίας λυτικόν.

B Κόκκον Κνίδιον λεπίσας ἀναλάμβανε κηρωτῇ, καὶ ἐπιτίθει ἐπὶ τῆς κοιλίας τοῖς παιδίοις ἐπὶ τὸν ὀμφαλόν. Ἄλλο. χολῇ ταύρου διάχριε τὸν ὀμφαλόν. Ἄλλο. ἀστράγαλον χοίρειον καύσας καὶ λειοτριβήσας, δὸς πιεῖν διὰ ὕδατος. Ἄλλο. τὴν ἄνθεμιν βοτάνην τρίψας μετὰ ἐλαίου, ἄλειφον, καὶ παύσεται. Ἄλλο. κροκοφάντιον λαβὼν, οἷον θέλεις, ἀπὸ κεφαλῆς γυναικὸς, ἐπίθες ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ πάσχοντος, καὶ ἰάσῃ. κάλλιον δὲ ἐὰν θερμάνας αὐτὸ, οὕτως ἐπιθῇς. Ἄλλο. κορίανον καύσας, καὶ δεύσας ἐλαίῳ, ἐπίθες ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν, καὶ ἐπάνω ἔρια.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κε'.

Πρὸς δυσουροῦντας καὶ λιθιῶντας.

Σκορπίοι ὠπτημένοι τρωγόμενοι· πρὸς δὲ τοὺς ἀποθύμως ἔχοντας, στέατι ἐμφυράσας καὶ ὀπτήσας, δίδου φαγεῖν κρυπτομένως, παραδόξως ποιεῖ. καὶ οὐρηθεὶς δὲ λίθος, πυρῆνι ὁμοίως ἐλαίας τριβόμενος ἂν εἴη ἔμπυρον λευκὸν, οὕτως ποτιζόμενος τοὺς ἐν κύστει λίθους τήκει. καὶ αἰλούρου δὲ ἧπαρ καυθὲν καὶ τριβὲν ὥστε ποθῆναι, τοὺς λιθιῶντας ἰᾶται. καὶ ὁ ἴασπις λίθος πινόμενος θρύπτει τοὺς ἐν κύστει λίθους. Ἄλλο. κοτυληδόνος ῥίζα ἑψηθεῖσα καὶ λεία, πινομένη καθημέραν ὁλκὴ μία κατὰ κέρματος, ποιεῖ πρὸς τοὺς ἐν νεφροῖς λίθους λίαν καλῶς. ὀμφακίου καὶ κισσοῦ πυῤῥοῦ τῶν κορύμβων μετ' οἴνου λευκοῦ τετριμμένων, τῷ ὄμφακι περίχριε τοὺς δυσουροῦντας.

Πεσσὸς πρὸς λιθιῶντας.

E Ὅταν οὐρήσῃ, βούτυρον παλαιὸν μαλάξας, περίχριε τὸ αἰδοῖον· εἰς δὲ τὴν κοίτην, ἔριον προστεθείσθω ἡμέρας γ'.

Ἐπίθεμα διουρητικὸν, ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς νεφριτικούς.

Καλαμίνθην μετ' ὄξους καὶ πεπέρεως κηρωτῇ ἀναλάμβανε, καὶ τῷ ὀμφαλῷ ἐπιτίθει. Ἄλλο. εἰς ἕψημα σαμψύχου ἐγκάθιζε. Ἄλλο. βοτάνην περδίκιον καθεψήσας, δι' ἐλαίου κατάπλασσε τὰ περὶ τὴν κύστιν, καὶ παραχρῆμα οὐρήσει.

Πρὸς λιθιῶντας.

F Χαμαίδρυν ὀρεινὴν καθεψήσας δι' ὑδρομέλιτος, δίδου πιεῖν· τούτῳ ἐχρήσατο Σάμιος Πρίσκος. Ἄλλο. κισσοῦ λευκοῦ κορύμβους πότιζε ἐν οἴνῳ, τήκει λίθους. Ἄλλο. φύλλα ἰτέας λειοτριβήσας ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ, πότιζε ἕως ὑγιάσῃς.

Πρὸς ἀκουσίως οὐροῦντας ἀπροαιρέτως.

Ἀλέκτορος λαρύγγια καύσας, δίδου πιεῖν νῆστι ἐν ὕδατι κοχλιάριον α'. Ἄλλο. ἄνθη λευκανθέμου τὰ ζ'. πότιζε ἐν ὕδατι τρίψας. Ἄλλο. λαγωοῦ ὄρχιν ξηρὸν ξύων εἰς οἶνον εὐώδη δίδου πιεῖν. Ἄλλο. κόρεις γ'. θλάσας μετὰ οἴνου αὐστηροῦ, δὸς πιεῖν ἐπὶ

ἡμέρας θ'. Ἄλλο. καλαμίνθην καὶ σμύρναν ἐν ὕδατι δὸς πιεῖν πρὸ τοῦ δειπνῆσαι. Ἄλλο. χηνείας γλώσσας ἑφθὰς δὸς φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας γ'. ἀνὰ μίαν. Ἄλλο. πηγάνου ἀγρίου σπέρμα δὸς φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας γ'. Ἄλλο. καταχριέσθω αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον κιμωλίας μετὰ περδικίου χυλοῦ.

Πρὸς δυσουρίαν.

Ῥοῦ καὶ τοὺς κισσοῦ ἐρυθροῦ κορύμβους τρίψας σὺν οἴνῳ λευκῷ κατάχριε μόρια τὰ τῶν δυσουριόντων ὀμφαλῷ ὑποκείμενα.

Ὡς διαβήτης ἵσταται.

Λαβὼν ὑμένα τὰ τῆς ἀλεκτορίδων κοιλίας ἔσωθεν, καὶ ξηράνας ἐν ἡλίῳ, ἀναλάμβανε ἐξ αὐτῶν < α'. Ἄλλο. λαβὼν σταγονίου καὶ βαλάνου ξηρᾶς, καὶ βαλαυστίου, καὶ κηκίδων, ἀνὰ < γ'. τρίψας δίδου ἐξ αὐτῶν νήστει σὺν μέλιτι ῥοδίνῳ ἐν ὕδατι ψυχρῷ.

A novem dies. *Aliud.* Calamintham, & myrrham ex aqua ante cœnam potui dato. *Aliud.* Anserinas linguas per triduum, quoque die unam, edendas apponito. *Aliud.* Rutæ sylvaticæ semen per triduum esui dato. *Aliud.* Ipsius penis cimolia ex muralis herbæ succo oblinatur.

Ad difficultatem mingendi.

Rhum, & corymbos hederæ rubræ tere ex vino albo, & unge partes, quæ sunt sub umbilico patientium dysuriam.

Ad sistendum exuberantiam urinæ excuntis.

B Accipe pelliculas, quæ sunt in ventre gallinarum, & sicca in Sole, & sume ex eis drachmam. *Aliud.* Recipe thuris masculi, & glandis siccæ, & floris punici sylvestris, & gallarum, ana drach. iij. tere, & da ex eis jejuno cum melle rosaceo, ex aqua frigida.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ'.

Πρὸς γυναίκεια πάθη.

α'. Πρὸς σύλληψιν.

Ἰσχάδας νήστει μετὰ φύλλων ἐλαΐνων δὸς φαγεῖν. Ἄλλο. προβάτου μηρυκωμένου ἄρας τῷ δακτύλῳ τὸν ἀφρὸν, δὸς πιεῖν μετὰ οἴνου. Ἄλλο. κάρδαμον λεῖον μετ' ὄξους δίδου φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας δ'. μετὰ τὴν κάθαρσιν. Ἄλλο. ἀλώπεκος ἀφόδευμα ἐν πεσσῷ προστιθέμενον καὶ ὑποχριόμενον συγγινέσθω. Ἄλλο. ἀρτεμισίαν λείαν πρόσθες, καὶ συλλήψεται. χριέσθωσαν δὲ τὴν φύσιν κόμμι, ὅταν ἡ ἀπὸ τῶν ἐμμηνίων τρίτη, καὶ συλλήψεται.

β'. Πρὸς σύλληψιν.

Ὑστέραν λαγωοῦ ξηράνας καὶ τρίψας, δίδου πίνειν μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἐμμηνίων κάθαρσιν.

γ'. Ἐὰν γυνὴ ἄρρενα γεννῆσαι θέλῃ.

Φασκίᾳ λευκῇ παιδικῇ δῆσον τὸν δεξιὸν πόδα, καὶ συγγίνου.

δ'. Ἐὰν δὲ θῆλυ.

Φασκίᾳ μελαίνῃ τὸν ἀριστερόν.

ε'. Πρὸς γνῶναι ἢ ἄρρεν ἢ θῆλυ τὸ ἐν γαστρί.

Σέλινον μὴ γινωσκούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιθὲς, καὶ ὃ ἂν φωνήσῃ πρῶτον, εἴτε ἄρρεν, εἴτε θῆλυ, ἐκεῖνο τέξεται. ἀπαράβατόν ἐστιν. Ἄλλο. λαβὼν τῆς ἐν γαστρὶ ἐχούσης οὖρον, ὄρυξον βοθρίσκους δύο, καὶ εἰς τὸν ἕνα βάλε κριθὰς, καὶ εἰς τὸν ἕτερον πυροὺς, καὶ ἐπίχεε γῆν μετὰ τὸ ἐμβαλεῖν τὸ οὖρον αὐτῆς, καὶ ἐὰν πρῶτον ἐκβλαστήσωσιν οἱ πυροὶ, ἄρρεν τέξεται· ἐὰν δὲ αἱ κριθαὶ, θῆλυ.

ϛ'. Πρὸς σύλληψιν ἀρρενοτόκιον.

Χηνὸς στέαρ καὶ ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ διαχριέσθω ἐπὶ ἡμέρας β'. τῇ δὲ γ'. συγγινέσθω, καὶ συλλήψεται. Ἄλλο. ἀνὴρ τὸν δεξιὸν ὄρχιν ἀποδήσας συγγινέσθω· ἐὰν δὲ θῆλυ, τὸν ἀριστερόν.

ζ'. Κατόχιον ἐμβρύων.

Ἀετίτην λίθον περίαπτε· κατέχει γὰρ ἔμβρυον λίθος ὁ βλαστήσας εἰς ἀχράδα, καὶ περιμείνας, εἶτα περιαπτόμενος. καὶ μαλάχης δὲ ἀγρίας ῥίζαν ἀπτόμενος, καὶ ἐπίβοσκον λέγουσι· κατέχει καὶ σαρδὼ ἔμβρυα μέχρι τέλους. χρὴ δὲ τῇ κοιλίᾳ περιάπτειν. ἔστι δὲ καὶ ἡ σιδηρῖτις βοτάνη τῶν ἐμβρύων τηρητικὴ περιαπτομένη.

CAPUT XXVI.

Ad fœminarum affectiones.

1. *Ad conceptum.*

C Caricas jejunæ cum oleæ foliis esui dato. *Aliud.* Ruminantis pecudis spumam digito sumens, ex vino in potum exhibe. *Aliud.* Nasturtium tritum ex aceto per quatriduum edito post purgationem. *Aliud.* Vulpinum stercus in pesso apponatur, & loci muliebres sublinantur, atque ita venere utatur. *Aliud.* Artemisiam tritam apponito, & concipiet. Inunge autem muliebre pudendum gummi, quum à purgatione D menstrua tertius fuerit dies, & concipiet.

2. *Ad conceptionem.*

Uterum leporis sicca, & tere, & da potui quando à menstruis fuerit purgata.

3. *Ut mulier marem generet.*

Albâ fasciâ puerili dextrum pedem ligato; & coëat.

4. *Ut fœminam.*

Nigrâ fasciâ sinistrum pedem.

5. *Nota maris & fœminæ in utero.*

E Apium inscia muliere super caput imponito, quodque primùm voce protulerit, aut marem, aut fœminam, illud pariet; comprobatum est. *Aliud.* Gravidæ mulieris urinam accipiens, duas foveolas facito, in unam hordeum, in alteram triticum conjicito; deinde urinâ conspergito, atque ita demum terram superjacito; si priùs triticum expullulaverit, mas pariet; sin verò hordeum, fœmina.

6. *Ut mas concipiatur.*

Anserino adipe, & resinâ terebinthi loci perungantur per biduum; tertio die, cum viro conjungatur, & marem concipiet. *Aliud.* Vir F sinistro teste ligato venere utatur; ut fœmina, dextro.

7. *Ut fœtus retineatur.*

Lapis Aëtites appendatur. Fœtum quoque, & lapis ille retinet, qui in pirastro adnatus inhærescit, iste similiter pensilis gestetur. Et malvæ agrestis radix, quam epiboscon nominant, appensa. Sardonius etiam lapis retinet fœtus usque in finem; ventri autem eum deligare oportet. Est herba quoque sideritis, cujus appensu fœtus custodiuntur.

8. *Ad difficultatem partus.*

Ajugam & bitumen pone super carbones, & suffumiga; vel ipsa appone.

9. *Ad extrahendum fœtum mortuum.*

Fellis tauri magnitudinem amygdalæ dissolvens in vino aquato, da cochlearia ij. potui, & emittet confestim. *Aliud.* Lycium crudum trito caule junge cum cedria, & calefacias, & da bibendum jejuno. *Aliud.* Artemisiam coque in mulsa, & propina. *Aliud.* Super lapidem, quem mordet canis, quando projicitur in eum, positum in sole, transeat mulier quæ patitur difficultatem partus.

10. *Ad educenda menstrua.*

Marrubium, nepetam, rutam, corticem capparis, ana drachmas iij. coque in vino, aut aqua, & da bibenda. *Aliud.* De aqua, qua dissolvitur fermentum vetus quando fit panis, potui dato.

11. *Ad dolores uteri.*

Pæoniæ radicem propina; vel radicem iridis; vel seminis pæoniæ granula xv. vel pulicariæ, aut urticæ succum appone, vel folia apiastri cocta in vino. *Aliud.* Accipe rutam viridem, & tere, & cum butyro & adipe porci fac unguentum.

12. *Vt mulier violata appareat virgo.*

Accipe gallarum immaturarum, ligustri, xylocasiæ, rosarum siccatum, piperis albi, grani gnidii, ana exagium unum; tere, & prius lotæ vulvæ apponat ista. Confert autem & semen rumicis acidi tritum, & appositum.

13. *Vt partus acceleretur.*

Bulbi amari triti ex vino dulci potui dentur, ilicò pariet. *Aliud.* Dictamnum ex vino, aut aqua, propinatum idem facit. *Aliud.* Suillum lac ex melle bibitum. *Aliud.* Galbanum ex aqua tritum potumque, confestim educit fœtum.

14. *Suffitus ad ægrè parientes.*

Ajuga super carbones posita; aut bituminis, quo fabri ferrarii utuntur, duplum carbonibus injectum, mirificè prodest. *Aliud.* Pulegii fasciculum in aquam calidam mittito, in eaque mulierem desidere jubeto; ipsique in aurem dicito, Chy. ca. mi. dus. *Aliud.* Oleum manibus continens ejus ilia perfricato, atque ita dicito; Secundæ sistite corpus, quoniam præcipit vobis magna Dei genitrix.

15. *Ad lac attrahendum & creandum.*

Radiculas cum tritico vino incoctas percola, & vinum potui offeras. *Aliud.* Aquam, cui furfures cum fœniculi radicibus incoctæ sint, propinato. *Aliud.* Nigellæ drachmam in mulsa mixtam da potui. *Aliud.* Mulsa hederæ folia contusa habens potui detur.

16. *Ad lac resiccandum.*

Aquâ maris foveto, & astringere siccareque valentia superimponito. *Aliud.* Muriam calidam spongiis exprimens, & thuris pulvisculum inspergens, deligato, & chartas eodem modo.

17. *Quòd si mammæ duræ inflammataque fuerint.*

Lini semine aceto mulso incocto illine; aut fœnogræco similiter elixo; aut sesamo non loto refrigerato, trito, & melli admixto; aut ex ficis cataplasma facito. *Aliud.* Cuminum tritum mulso temperatum ad cerati crassitudinem linteolo illitum impone.

η'. Πρὸς δυστοκίας.

Χαμαιπίτυν καὶ ἄσφαλτον ἐπὶ τῶν ἀνθράκων θεὶς, ὑποκάπνιζε, ἢ αὐτὰ πρόσθες.

θ'. Εκβόλιον ἐμβρύου τεθνηκότος.

Χολῆς ταύρου τὸ μέγεθος ἀμυγδάλου διεὶς οἴνῳ ὕδατι κεκραμένῳ, κοχλιάρια β'. δὸς πιεῖν, ἐκβαλεῖ παραχρῆμα. Αλλο. λύκιον ὠμὸν καυλίσκου συγκεκομμένῳ κεδρίᾳ χρίσον, καὶ θερμάνον, καὶ δὸς πίνειν νήστῃ. Αλλο. ἀρτεμισίαν ἑψήσας μετὰ μελικράτου δὸς πίνειν. Αλλο. λίθον κυνόδηκτον πρὸς κύνα ἀπερριμμένον, ἐν γῇ τεθειμένον μεταβαινέτω δυστοκίαν ἡ φέρουσα γυνή.

ι'. Πρὸς ἐξάγειν καταμήνια.

Λαβὼν πρασίου, νεπέτης, πηγάνου καὶ καππάρεως φλοιοῦ ἀνὰ < γ'. ἐν οἴνῳ ἑψήσας ἢ ὕδατι, δίδου πιεῖν. Αλλο. τὸ τοῦ ὕδατος, ἐν ᾧ διαλύεται ἡ ζύμη παλαιὰ ὅτε ποιεῖται ἄρτος, δὸς πίνειν.

ια'. Πρὸς πόνον ὑστέρας.

Παιονίας ῥίζαν πότιζε· ἢ ἴρεως ῥίζαν· ἢ παιονίας σπέρματος κόκκους ιε'. ἢ ψυλλίου, ἢ ἀκαλήφης χυλὸν πρόσθες. ἢ τὰ φύλλα μελισσοφύλλου ἀφεψήματα ἐν οἴνῳ. Αλλο. λαβὼν πήγανον χλωρὸν, καὶ κόψας σὺν βουτύρῳ καὶ στέατι χοιρείῳ, ποίει χρῖσμα.

ιβ'. Ως γυνὴ ἡ βεβιασμένη παραφαίνηται παρθένος.

Λαβὼν ὀμφακιτίδων, κύπρου, ξυλοκασσίας, ῥόδων ξηρῶν, πεπέρεως λευκοῦ, καὶ κόκκου κνιδίου ἀνὰ ἐξάγιον α'. προλελουμένῃ ὑστέρᾳ προσθέτω ταῦτα· ὠφελεῖ δὲ καὶ σπέρμα ὀξυλαπάθου τετριμμένον καὶ πρόσθετον.

ιγ'. Ωκυτόκιον.

Βολβοὺς πικροὺς τρίψας διὰ γλυκέος δὸς πιεῖν, καὶ παραχρῆμα τέξεται. Αλλο. δίκταμνον διὰ οἴνου ἢ ὕδατος πότιζε. Αλλο. ὕειον γάλα ἐν μέλιτι πινέτω. Αλλο. χαλβάνην τρίψας ἐν ὕδατι, δὸς πιεῖν, καὶ τέξεται παραχρῆμα.

ιδ'. Υποθυμίαμα δυστοκούσαις.

Χαμαίπιτυν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων θεὶς, ἢ ἄσφαλτον ᾗ οἱ χαλκεῖς χρῶνται, β'. προσαιθαλούσθω, καὶ εὐθέως ποιεῖ. Αλλο. γλήχωνος δεσμίδιον εἰς ὕδωρ θερμὸν βαλὼν, ποίει προκαθίσαι τὴν γυναῖκα, καὶ λέγε εἰς τὸ οὖς αὐτῆς, χυδ. κα. μι. δους. Αλλο. λαβὼν ἔλαιον εἰς τὰς χεῖρας, ἀνάτριψον αὐτῆς τὰ ἰσχία ἐπιλέγων· χορίον στῆθι σῶμα, ὅτι ἐπιτάσσει σοι μεγάλη ἡ θεοτόκος.

ιε'. Γάλα κατασπᾶται.

Ραφανίδας μετὰ πυρῶν ἀναζέσας ἐν οἴνῳ, καὶ διηθήσας, δὸς πιεῖν. Αλλο. πίτυρα μετὰ μαράθρου ῥιζῶν ἑψήσας, τὸ ὕδωρ δὸς πιεῖν. Αλλο. μελάνθιον διεὶς ἐν μελικράτῳ δραχμὴν δίδου πιεῖν. Αλλο. κισσοῦ φύλλα διεὶς ἐν μελικράτῳ, δὸς πιεῖν.

ις'. Γάλα σβέσαι.

Καταντλεῖ θαλάσσῃ, καὶ καταπλάσσε τοῖς στύφειν δυναμένοις, καὶ ἀναξηραίνειν. Αλλο. ἅλμην ποιήσας θερμὴν, καὶ σπόγγοις ἐκθλίβων, καὶ μάννα ἐπιπάσσων ἐπίδει καὶ χάρτας ὁμοίως.

ιζ'. Εαν δὲ σκληροὶ ὦσι, καὶ φλεγμαίνωσι.

Καταπλάσσε λινοσπέρμῳ δι' ὀξυμέλιτος ἑφθῷ, ἢ τήλει ὁμοίως ἑψηθείσῃ, ἢ σησάμῳ ἀπλύτῳ, ψυχθέντι καὶ λειωθέντι μίξας μέλιτι, ἢ σύκοις κατάπλασσε. Αλλο. κύμινον τρίψας μετ' οἰνομέλιτος, καὶ κηρωτῆς πάχος ποιήσας, ἔμπλασσε εἰς ὀθόνιον ἐπιθείς.

ιη'. Πότημα ἐκβόλιον ἐμβρύου τεθνηκότος, ἢ μὴ φερομένου κατὰ φύσιν.

Χολῆς ταύρου τὸ μέγεθος ἀμυγδάλου μετὰ οἴνου παλαιοῦ κεκραμένου, κοχλιάρια β'. δὸς πιεῖν, ἐκβάλλει παραχρῆμα. Ἄλλο. ᾠὸν ὠμὸν κεδρίᾳ χρίσον καὶ θέρμανον, καὶ δὸς ῥοφῆσαι νήστει. Ἄλλο. ἀρτεμισίαν ἑψήσας μετὰ μελικράτου, δὸς πιεῖν. Ἄλλο. ὁ φοινικίτης λίθος ἐγχριόμενος, ἐκβόλιόν ἐστιν· ἀτελὲς δὲ ἔμβρυον ἐκβάλλει λίθος κυνόδηκτος ἐὰν τεθῇ, καὶ ὑπερβῇ αὐτὸν ἡ κύουσα, ὡς τάχιον ἐκβάλλει τὸ κατὰ γαστρός.

ιθ'. Γυναῖκα γνῶναι εἰ ἐκτρώσει τὸ ἐν γαστρί.

Ἐὰν οἱ μαστοὶ ἰσχναίνοιντο, σημαίνει ἔκτρωσιν.

κ'. Κατάπλασμα φθόριον.

Ἐρεβίνθου καθαροῦ κύαθοι δύο ἕψει ἐν πολταρίῳ μετ' ὄξους· μετὰ δὲ τὸ ἡμίεφθον γίνεσθαι ἀλόης οὐγ. α'. καὶ μαλαγματῶδες ποιήσας, ἐπιτίθει κατὰ τοῦ ὀμφαλοῦ μέχρι κτενὸς, καὶ ἐπίδει.

κα'. Κατάπλασμα ὥστε φθεῖραι ἄνευ πάσης βλάβης καὶ βασάνου.

Κυπαρίσσου φύλλων ἑψήσας μέρος ὕδατι λεῖον ἐπιμελῶς ὡς μαλαγματῶδες γίνεσθαι, καὶ ἐπίθες ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἐπιγάστριον, καὶ κατάδει φασκίᾳ· κέλευσον ἐπικαθίσαι ὑπτίαν, ἢ ἐπὶ κουρικοῦ βάθρου καθίσαι, καὶ κοιμωμένη ἀπόνως ἐκβαλεῖ.

κβ'. Ἐκβόλιον ἀκίνδυνον, ὥστε μηνῶν τριῶν ἢ δ'. ἐκβάλλειν.

Ὀποπάνακος ὀβολοῦ κολλύριον ποιήσας ὑπόθες, ἀκίνδυνόν ἐστι, καὶ πεπείραται ἐπὶ πολλῶν. Ἄλλο. στρουθίον λεῖον μετὰ μέλιτος ἀναλαβὼν, ἀνάπλασσε πεσσοὺς μικροὺς, καὶ ὑπόθες. ἄγει καὶ τὰ δεύτερα καὶ καταμήνια. Ἄλλο. ἀρτεμισίας τῶν φύλλων λειοτριβήσας μετὰ ῥοδίνου, καὶ ποιήσας γλοιοῦ πάχος, πρόσθες· καταμηνίων ἀγωγόν. Ἄλλο. ἰσχάδας β'. s''. νίτρου ὀβολὸν πεσσὸν ποιήσας, ἐπιτίθει. Ἄλλο. ἀρτεμισίαν τρίψας, ἐπιτίθει. Ἄλλο. πηγάνου ἀγρίου σπέρμα πρόσθες. Ἄλλο. γαγάτης λίθος ὑποθυμιώμενος ταῖς μὴ καθαιρομέναις καθαίρει.

κγ'. Ἐὰν τεκούσῃ αἷμα μὴ ἐκκριθῇ.

Ἄρου σπέρμα τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ νηστικῇ δίδου πιεῖν.

κδ'. Πρὸς τὰς ἐκ τοκετοῦ χλωράς.

Πάνακος ῥίζας τρίψας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, δίδου πιεῖν νηστικῇ. Ἄλλο. κυτίνων ἄνθος ῥοῶν μετὰ μύρου ἑψημένων δὸς πιεῖν. Ἄλλο. λαβὼν τρύγα οἴνου παλαιοῦ, καὶ ῥίζαν κρίνου, καὶ σκόροδα λεάνας, κατάχριε πρόσωπον δείλης, καὶ πρωῒ ἀπόπλυνε, καὶ τοῦτο ἕως ἂν τὸ πρόσωπον ἐρυθρὸν γένηται.

κε'. Πρὸς κοιλίας κατερρωγυίας, καὶ μαστοὺς, καὶ μηροὺς, καὶ ἰσχία.

Κοχλίου θαλασσίου τὸν ὑπόμακρον καύσας καὶ λειοτριβήσας, πρόσβαλε ᾠοῦ τὸ λευκὸν, ἢ ὄνειον γάλα, καὶ κατάχριε. Ἄλλο. διαφανὲς κόψας καὶ τρίψας ὅταν εἰς βαλανεῖον εἰσέρχεται, καὶ κατάχριε πρὶν ἀλείψασθαι ἐπὶ ἡμέρας κ'. ἀφανίζονται.

κς'. Πρὸς τὸ κοιλίας, ἢ ὑποχόνδριον, ἢ μηροὺς ἱδροῦντας ἐκ τοκετῶν.

Κιμωλίας καὶ μάννης, ἑκάστου ἴσον ἀναλάμβανε ᾠῷ λευκῷ, καὶ κατάχριε μετὰ κηρωτῆς κυπρίνης.

18. *Potio fœtum mortuum, aut non ritu naturali exeuntem, ejiciens.*

Fellis tauri quanta est nux amygdala, vini veteris diluti ligulis duabus temperatum, potandum offeras; statim fœtum excludit. *Aliud.* Ovum crudum cedri lacrymâ illinito, calefacito, & jejunæ sorbendum dato. *Aliud.* Mulsam artemisiam incoctam habentem propinato. *Aliud.* Lapis phœnicites vocatus illitu fœtum detrahit. Item lapis demorsus à cane fœtum nondum perfectum evocat, si prægnans mulier super ipsum transeat; nam quod in ventre est, valde citò expellit.

19. *Ut cognoscatur, mulier an abortum fecerit.*

Mammæ gracilescentes abortum significant.

20. *Cataplasma ad abortum impellens.*

Fabæ fresæ mundæ cyathi duo in ollula ex aceto decoquantur; quum ad dimidium consumptum fuerit, aloes uncia adjiciatur, ut malagmatis instar reddatur; deinde illinito ab umbilico ad pectinem usque, & adalligato.

21. *Cataplasma ad necandum fœtum citra noxam ullamque suspicionis notam.*

Cupressi foliorum partem aquâ elixam curiosè terito ad malagmatis temperaturam; atque umbilico & abdomini imponito, fasciaque deligato; deinde supinam jacere jubeto, aut in sella sedere, qua in partu mulieres uti solent: & sopita sine dolore fœtum emittet.

22. *Medicamentum periculi expers, ut trimestris, aut quadrimestris fœtus ejiciatur.*

Opopanacis obolum accipe, & collyrium fac; & locis muliebribus submitte; tutum est, atque multis expertum. *Aliud.* Radiculam tritam melle exceptam pessis illine parvis, & eos mulieris genitalibus impone; educit hoc secundas, & menstrua purgamenta. *Aliud.* Artemisiæ folia teras ex roseo, & sordium crassitudinem faciens appone; menses citat. *Aliud.* Caricas duas & semissem, nitri obolum accipe; pessum facito, & submitte. *Aliud.* Artemisiam tritam impone. *Aliud.* Rutæ agrestris semen immitte. *Aliud.* Gagates lapis suffitus non purgatis mulieribus menses ducit.

23. *Ad mulierem, quæ à partu non purgetur.*

Ari semen tritum ex vino albo jejuna bibito.

24. *Ad pallorem mulieris à partu.*

Panacis radices contusæ ex dulci vino à jejuna potæ pallorem discutiunt. *Aliud.* Flores mali punici domesticæ odorato oleo incocti potui dentur. *Aliud.* Accipe fæcem vini antiqui, & radicem lilii, & allia, & lenias; & unge faciem vespere, & manè lava; & hoc quousque facies rubefiat.

25. *Ad ventris, mammarum, femorum, coxendicumque scissuras.*

Marinam cochleam oblongam cremato, & conterito, deinde ovi albo, aut asinino lacte adjecto illinito. *Aliud.* Lapidem diaphanes contere, contritumque in ingressu balnei, antequam inungatur, illinito; & vicesimo die scissuræ evanescent.

26. *Ad sudores ventris, hypochondriorum, femorumque à partu.*

Cimoliæ & pulveris thuris par modus ovi albo exceptus cum ligustrino cerato illinatur.

27. *Ad inflationes in coxendicibus.*

Panis medullam, & melanteriam unà subigito, & imponito; bene facit.

28. *Ad prominentes umbilicos.*

Gallas ustas tritasque ex aqua superdato.

29. *Vt umbilicus à partu magnus ac elegans fiat.*

Operculum urcei chartaceum sumens panniculo involve, deinde thuris pulvisculum ovi albo comprehendens illine, & in umbilicum mitte, tenaciterque alligato.

30. *Ad uteri strangulatus.*

Testudinis terrestris jecur tritum in pesso naturalibus imponito; perpetuò respondet, cuiquam ne communices.

31. *Potio ad uteri dolorem.*

Leporis cor aridum, & in ramenta concisum, potui detur.

32. *Ad tormina uteri à partu, corruptiones, & strangulatus.*

Leptosphæros accipito ad oboli semissem, (oresinema vocant) tribus digitis & ex dulci bibito.

33 *Ad uteri dolores.*

Mali punici dulcis radicem ex vino propinato.

34. *Ad uteri duritias.*

Cuminum tritum, & rutæ folia pice liquida excepta, & butyro, in pessu ex lana facto impone.

35. *Alia potio ad mulieres ex utero laborantes.*

Castoreum cum aniso propina. *Alia.* Cuminum tritum, & nigellæ semissem, ex aceto mulso propina.

36. *Potio ad muliebre profluvium.*

Peucedani radicis, & cupressi baccarum, pares portiones ex vino albo potentur. *Alia.* Uvæ nigræ acinorum arida semina ex vino nigro austero potui dentur. *Alia.* Hœdi coagulum acerrimo aceto maceratum jejuno propinato. *Alia.* Corallium ex nigro vino dato, & confestim supprimetur profluvium. *Alia.* Ferulæ cinerem, & papaveris pulverem ex aqua pauxillum exhibeto; quòd si largiùs effluat, spongiæ combustæ drachmas iij. exhibeto. *Alia.* Cornu cervinum ustum potui dato.

37. *Medicamenta naturalibus imponenda.*

Malum punicum in lana more cataplasmatis appone. Aut mali punici coria elixa, in lanaque trita, in pesso apponenda sunt. *Aliud.* Gallæ interiora, & thuris tantundem, in pesso accipiens, ex aqua appone. *Aliud.* Pulegium tritum lanâ mundâ comprehendens naturalibus impone. Opitulatur etiam spongia ferventi aceto madida, & mediocriter expressa: femorum præterea coitio, extremorum deligatio, atque in caput decubitus.

38. *Vt mulierum naturalia in concubitu non humescant.*

Gallæ immaturæ grana quatuor, cinerulæ, qua in oculorum vitiis uti consueverunt, mystra duo; terito, in unum misceto, & in nitido ut vitreo vase reponito; ex hoc mystrum sumens veteri vino dilutum, eo primis diebus nupta naturalia sublinat, ac per totam vitam locorum illorum humiditatem non præcipiet. *Aliud.* Gallas per octo dies in aqua macerato; deinde lanam mollem sulfure suffumigatam, aquâ illâ madefacito, & non expressam siccescere sinito; ex lana pessum faciens naturalibus immittito;

κζ'. Πρὸς τὰ ἐν τοῖς ἰσχίοις ἐμφυσήματα.

Ἄρτου τὸ ἐντὸς καὶ μελαντηρίαν συμφυράσας, ἐπιτίθει· τοῦτο καθίστησιν.

κη'. Πρὸς ἐξομφάλους.

Κηκῖδας καύσας, τρίψας μετὰ ὕδατος κατάπλασσε.

κθ'. Ὀμφαλὸν ἐκ τοκετοῦ μέγαν καὶ καλὸν ποιῆσαι.

Λαβὼν βῦσμα ἀπὸ ληκύθου βίβλινον, περιείλησον ὀθονίῳ, ἔπειτα μάνναν αὐτὸ τῷ λευκῷ ἀναλαβὼν, κατάχρισον, καὶ εὐθὺς εἰς τὸν ὀμφαλὸν, καὶ ἐπίδει προσφύτως.

λ'. Πρὸς ὑστερικὰς πνίξεις.

Χελώνης χερσαίας ἧπαρ λεῖον ἐν πεσσῷ ὑποτίθει, ἀπαράβατόν ἐστι, μηδενὶ μεταδίδου.

λα'. Πόμα πρὸς πόνον ὑστέρας.

Λαγωοῦ καρδίαν ξηρανθεῖσαν, ἐπιξύων δίδου πιεῖν.

λβ'. Πρὸς τοὺς γινομένους στρόφους ἀπὸ τοκετοῦ, καὶ φθορὰς, καὶ πνιγμούς.

Λεπτοσφαίρους ὀβολοῦ 𐅵. ὀρεσίνημα καλοῦσι, τοῖς τρισὶ δακτύλοις μετὰ γλυκέος πινέτω.

λγ'. Πρὸς ὑστέρας πόνους.

Γλυκείας ῥοᾶς ῥίζαν ἐν οἴνῳ πινέτω.

λδ'. Πρὸς τὰς ἐκ μήτρας σκληρίας.

Κύμινον λεῖον καὶ πηγάνου φύλλα ἀναλαμβάνε πίσσῃ ὑγρᾷ καὶ βουτύρῳ, καὶ πεσσὸν ποιήσας, δι' ἐρίου ἐντίθει.

λε'. Πόμα πρὸς ὑστερικὰς γυναῖκας.

Καστόριον μετὰ ἀνίσου πότιζε. Ἄλλο. κύμινον τρίψας καὶ μελανθίου μέρος 𐅵. μετὰ ὀξυμέλιτος πότιζε.

λϛ'. Πόμα πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον.

Πευκεδάνου ῥίζαν, καὶ κυπαρίσσου σφαιρίων ἴσα ἑκάστου ἐν οἴνῳ λευκῷ δίδου πιεῖν. Ἄλλο. γίγαρτα σταφυλῆς μελαίνης ξηρὰ λειώσας ἐν οἴνῳ μελαναυστηρῷ, δίδου πίνειν. Ἄλλο. πιτύαν ἐρίφου λαβὼν, λείωσον σὺν ὄξει δριμυτάτῳ, καὶ δίδου νήστει πιεῖν. Ἄλλο. κοράλλιον δίδου ἐν οἴνῳ μέλανι, καὶ παραχρῆμα στήσεται. Ἄλλο. νάρθηκος σποδὸν, καὶ μήκωνος κονίαν ἐν ὕδατι δίδου πίνειν πρὸς ὀλίγον· εἰ δὲ εἴη πλέον φερόμενον, σπόγγον καύσας, δίδου ὅσον ∠ γ'. Ἄλλο. κέρας ἐλάφειον καύσας, δὸς πιεῖν.

λζ'. Πρόσθετα.

Ῥοιὰν σὺν ἐρίῳ καταπλάσας, προστίθει. ἢ σίδια ἑψήσας, καὶ τρίψας ἐν ἐρίῳ, δεῖ προστίθεσθαι ἐν πεσσῷ. Ἄλλο. κηκῖδος τὸ ἐντὸς, καὶ λιβάνου ἀναλαβὼν, ἐν πεσσῷ προστίθει διὰ ὕδατος. Ἄλλο. γλήχωνα λεῖον ἀναλαβὼν ἐρίῳ καθαρῷ, προστίθει· βοηθεῖ δὲ ὄξει ζεστῷ σπόγγος βαπτόμενος καὶ ἐκθλιβόμενος συμμέτρως, καὶ μηρῶν δὲ συναγωγὴ, καὶ δέσις ἄκρων, καὶ κατάκλισις ἐπὶ κεφαλήν.

λη'. Πρὸς τὸ μὴ καθυγραίνεσθαι τὸ αἰδοῖον ἐν ταῖς συνουσίαις τῶν γυναικῶν.

Κηκῖδος ὀμφακίνης κόκκους δ'. σποδίου, ᾧ χρῶνται εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, μύστρα δύο, τρῖψον καὶ μῖξον εἰς τὸ αὐτὸ, καὶ ἀπόθου εἰς ἀγγεῖον καθαρὸν, καὶ τούτου λαμβάνουσα μύστρον οἴνῳ παλαιῷ δεῖσα, καὶ τούτῳ ὑποχριέσθω ταῖς πρώταις ἡμέραις, ἡ γαμηθεῖσα καθόλου τοῦ βίου διαμενεῖ, τοὺς τόπους μὴ καθυγραινομένη. Ἄλλο. κηκῖδας ἐμβρέχων εἰς ὕδωρ ἡμέρας η'. εἶτα βρέχε ἔριον τεθυμιαμένον θειώδει τῷ ἀποβρέγματι, καὶ μὴ ἐκπιέζων ἔα ξηρανθῆναι, καὶ πεσσὸν ποιῶν τοῦ ἐρίου, δίδου ὑποτίθεσθαι·

καὶ ἔσται ὡς παρθένος ἐν τῇ συνουσίᾳ. αἱρείτω δὲ ἔριον, καὶ ξηραινέτω, καὶ πάλιν χρήσθω, εἰ θέλῃ. Ἄλλο. ὀξυλαπάθου σπέρμα τρίψας, δίδου ὑποτίθεσθαι, καὶ ἔσται ὡς παρθένος. Ἄλλο. κηκίδας κόψας εἰς ὕδωρ, ἔμβαλε, καὶ δίδου προσκλύζεσθαι, καὶ θερμοτέρας ποιεῖ τὰς γυναῖκας. Ἄλλο. ὀθόνια ἰσχνὰ ἀποβρέχειν εἰς στυπτηρίαν μετὰ ὕδατος λελειωμένην, καὶ ξηραίνειν· εἶτα κυπέρου, καὶ κασσίας, καὶ κηκῖδος ἴσον ἑκάστου τρῖβε ἐν οἴνῳ παλαιῷ, πάχος ποιεῖν μέλιτος. τούτῳ τὰ ὀθόνια βρέχων ἀναξήραινον, καὶ δίδου προστίθεσθαι. καὶ κέλευε συνέχειν ὥραις δυσὶ ταμιευομένην πρὸς τὴν χρείαν· ὅταν δὲ ὁμιλεῖν μέλλῃ, τότε ἀφαιρείτω ἐκεῖνα. Ἄλλο. λαβοῦσα δὲ μέλι καὶ νίτρον, καταχριέτω τὸ μόριον μέχρι τοῦ ἐφηβαίου. οὕτως συγγίνου.

A in congressu venereo virgo putabitur; deinde lanam tollito, exiccatoque, atque iterum, si lubet, utitor. *Aliud.* Acidi rumicis semen tritum submittendum exhibeto, & erit ut virgo. *Aliud.* Gallas contusas in aquam demitte, ex qua subluantur mulierum naturalia: angustiora enim reddentur. *Aliud.* Panniculos tenues in aquam alumen liquatum habentem demergito, & exiccato; deinde quadrati junci, cassiæ, gallarum, singul. parem modum ex vino veteri contetito, donec mellis crassitudo fiat; in hoc panniculos madefaciens resiccato, utque imponant concedito, atque ita per duas horas retineant, vel prout requirit necessitas; & quum venere uti volent, eximant. *Aliud.* Melle & nitro usque ad pubem naturalia oblinito, atque ita concubito.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ.

Πρὸς τὸ ἀνέντατόν τινα γενέσθαι.

Κήρυκα καύσας, σβέσον οὔρῳ βοὸς τομίου, καὶ λάμβανε ἀπὸ τούτου ἢ ἐν ποτῷ, ἢ ἐν βρωτῷ. τὸ δὲ ἄλλο εἰς ἀγγεῖον ἀπόθου. Ἄλλο. λύσις. ἀνάπτον τὸ ξυλάριον, καὶ παύεται. Ἄλλο. ὀξύσχοινος ἐντεθεῖσα, καὶ γενομένη κηρύκου σχῆμα, τοῦ ὄξεως ἐκκριθέντος εἰς τὴν κοίτην ἐπιτεθῇ ὑπὸ τὰ στρώματα, καὶ κατέχει τὰς ἐπὶ τὰ ἀφροδίσια ὁρμάς. Ἄλλο. κορίανον ἢ γλήχων ἐσθιόμενος πολλάκις, ἀνέντατον ποιεῖ. Ἄλλο. χολὴ νάρκης ἐάν τις τὸ μόριον ἀνέντατον ἔσται. Ἄλλο. ἀπὸ λύχνου αὐτομάτως σβεσθέντος λαβὼν πομφόλυγα τὴν ἔτι ζῶσαν, βάλλε εἰς τὸ πόμα, καὶ δὸς πιεῖν, γενήσεται γὰρ ἀνέντατος ὅλην τὴν νύκτα ὁ πιών.

β'. Εντατικὰ τοῦ αἰδοίου.

Αἰδοῖον ἐντείνουσι, καὶ ἐξορμῶσι πρὸς ἀφροδίσια τάδε· κωνείων, πεπέρεως, πετροσελίνου, ἐλαφίου αἰδοίου ῥινήματος, τερεβινθίνης, ἀνὰ ἴσα μέλιτι ἀναλάμβανε, καὶ σὺν οἴνῳ δίδου πίνειν. Ἄλλο. λαβὼν ἐρεβίνθων ὠμῶν, κωνείων ℥ο β'. εὐζώμου σπέρματος, πεπέρεως λευκοῦ, ἀνὰ ℥ο α'. μέλιτος τὸ ἀρκοῦν, δίδου δίδραχμον σὺν οἴνῳ. Ἄλλο. αἰδοῖον κατάχριε τῷ μέλιτι πρὸ ἀφροδισίας. Ἄλλο. εὐζώμου σπέρμα σὺν μέλιτι δίδου πίνειν. Ἄλλο. χυλοῦ τοῦ εὐζώμου κυάθους β'. μετὰ πεπέρεως λευκοῦ τὸ ἀρκοῦν δίδου διὰ τριῶν ἡμερῶν τῶν ἐπαλλήλων ἡμερῶν. ἢ χυλοῦ εὐζώμου καὶ πεπέρεως λευκοῦ δίδου κοχλιάριον α'. νήστ. συμφέρει καὶ ὄστρακον ἐχίνου θαλασσίου πινόμενον, καὶ τὸ γάλα βόειον πιόν. Ἄλλο. πολυγόνου βοτάνης σπέρμα, καὶ σάρκα ἰχθύων ποταμίων ξηρὰν τρίψας, δίδου πίνειν· ἐντατικὸν γάρ ἐστι. ὁμοίως σπέρμα τῆς ἀνδράχνης ἑψηθὲν μετὰ γάλακτος βοείου δίδου· πάνυ βοηθεῖ. ὁμοίως ὠὰ πέρδικος ἐσθιόμενα. Ἄλλο. σπέρμα πράσου σὺν ἀκράτῳ οἴνῳ δὸς πίνειν. Ἄλλο. χυλὸς πολυγόνου βοτάνης πινόμενος ποιεῖ ἀφροδίσια ἑτοιμοτέρους. Ἄλλο. τὸ ὕδωρ ἐν ᾧ σβεσθῇ σίδηρος, πίνε σὺν οἴνῳ. Ἄλλο. ὄρχεως ξηροῦ ἀλώπεκος κοχλιάριον α'. πίνε. Ἄλλο. χυλὸν ἀσφοδέλου ῥίζης ἐκπιέσας δίδου πίνειν. Ἄλλο. ὅταν ὁ ταῦρος μετὰ συνουσίαν οὐρήσῃ γῆν συμμίξας, τῷ πηλῷ τῷ ἐξ οὔρου καταπλασσομένῳ αἰδοῖον κατάχριε. Ἄλλο. κόπρῳ τῇ βοείᾳ προσφάτῳ αἰδοῖον κατάχριε. Ἄλλο. κόκκον γνίδιον τρίψας, καὶ σὺν ἐλαίῳ ῥοδί-

CAPUT XXVII.

1. *Vt ne cui penis arrigi possit.*

Buccinum ustum lotio bovis castrati extinguito; hoc in cibis aut potionibus utitor; C quod remanet, in vase reponito. *Aliud.* Parvulum lignum appendito, & desinit. *Aliud.* Acutus juncus impositus, ut in figuram cyrici redactus illius qui citò semen excernit, sub stragulis vestibus positus, impetum in venerem cohibet. *Aliud.* Coriandrum, aut pulegium si frequentiùs edatur, penem flaccidum reddit. *Aliud.* Fel torpedinis si quis potui det, genitale membrum minimè rigebit. *Aliud.* Lucernæ spontè extinctæ scintillam adhuc vivam si in poculum conjeceris, & potui dederis, per totam noctem penis arrigi non poterit.

D

2. *Ad arrectionem pudendi.*

Pudendum intendunt, & movent ad coïtum ista; nucum pinearum, piperis, petroselini, scobis pudendi cervini aridi, terebinthinæ, singulorum partes æquales excipe melle: & ex vino bibendas præbe. *Aliud.* Recipe cicerum crudorum, nucum pinearum, singulorum unc. ij. seminum erucæ, piperis albi, ana unc. j. mellis quod sufficit; da drach. ij. cum vino. *Aliud.* Unge pudendum melle antequam coëas. *Aliud.* E Semen erucæ bibendum exhibeto cum melle. *Aliud.* Succi erucæ cyathos ij. cum pipere albo, quod sufficit, da tribus diebus alternis diebus. Vel succi erucæ & piperis albi da cochlear unum jejuno. Confert etiam testa marini erinacei bibita; & lac bubulum bibitum. *Aliud.* Sanguinalis herbæ semen, & carnem piscium fluvialium siccam terens, bibendam præbe; tentiginem enim facit. Similiter semen portulacæ coctum cum lacte bubulo mirè prodest. Item ova perdicis, si comedantur. *Aliud.* Semen F porri cum vino mero bibendum exhibe. *Aliud.* Succus sanguinalis herbæ bibitus facit promptiores ad coïtum. *Aliud.* Aquam, in qua extinguitur ferrum, bibe cum vino. *Aliud.* Testiculi vulpis sicci bibe cochlear unum. *Aliud.* Succum expressum, è radice hastulæ regiæ da bibendum. *Aliud.* Quando taurus, postquam coïverit, minxerit, terram commisce; & luto, quod fit ex urina, unge pudendum. *Aliud.* Stercore bovis recenti unge pudendum. *Aliud.* Granum gnidium tere, & permisce cum oleo rosaceo,

ceo, & unge. *Aliud.* Succo verbenacæ unge pudendum.

3. Ad somnum conciliandum.

Lauri folia inscripta capiti clanculum subjicito, nominans Concophon brachereon

4. Ad eos qui coïre nequeunt.

Scammoniam ex aqua illinito.

CAPUT XXVIII.

Ad morsum venenosorum animalium.

AD morsum venenosorum animalium fraxini folia tere, & succi da cochlearia tria non febricitantibus cum tribus cyathis vini. *Aliud.* Corticem arboris glandis, vel erucam, quæ in oleribus nascitur, vel ajugam, vel allium, unum ex his terens da cum vino non aquato jejuno bibendum. *Aliud.* Sanguis anatis adversatur omnibus venenosis, & mortiferis. Hoc idem etiam faciunt carnes gallinæ nuper occisæ, si morsibus imponantur; obsistunt enim omnibus venenosis, & medentur, præter aspidis morsum. *Aliud.* Rutam da cum vino bibendam. *Aliud.* Cerebrum gallinæ bibitum juvat.

Inunctio ad morsus viperæ.

Galbanum cum cyprino unge. *Aliud.* Serpyllum cum aceto similiter illine.

Suffitus fugantes venenosa animalia.

Pyrethrum & sulfur incende, & fugient. *Aliud.* Cornu cervi, & ejus pinguedo idem facit; pellis etiam, & pedes dextri si infigantur januæ, prohibent ingressum cujuslibet venenosi. Pulmo asini si fumigetur, omne venenosum fugat.

Ut vipera non mordeat.

Dracunculum tere, & obline manum, & non morderis. Semen verò ipsius herbæ tritum cum aqua, & positum in aquis peregrinantium, fugat eas. *Aliud.* Ex succo solani manus illine.

Epithema in morsis à vipera.

Viperæ caput abscindens applica partem cruentam loco demorso, liga, & dimitte sic.

Fomentum ad morsum viperæ, & muris aranei.

Trifolium bituminosum coque; & decocto calido locum demorsum fove. Nullus autem fomento illo utatur, qui non patitur: transit enim affectus in eum, ut putet se à vipera, vel araneo mure demorsum.

ἄνῳ διαμίξας, κατάχριε. Ἄλλο. χυλῷ περιστερεῶνος αἰδοῖον κατάχριε. γʹ. Πρὸς ὕπνον.

Εἰς φύλλον δάφνης ἐπίγραφε, καὶ ὑποτίθει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λεληθότως, ὀνομάζων κόνκοφον βραχερέον.

δʹ. Πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους συνουσιάζειν.

Σκαμμωνίαν μετὰ ὕδατος χρίου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κηʹ.

Πρὸς τὸ δῆγμα τῶν ἰοβόλων ζώων.

B Πρὸς δῆγμα τῶν ἰοβόλων τρίψας τὰ μελίας φύλλα κόψας, χυλοῦ δίδου κοχλιάρια γʹ. ἀπυρέτοις μετὰ τῶν γʹ. κυάθων τοῦ οἴνου. Ἄλλο. φλοιὸν δένδρου βαλάνου, ἢ εὔζωμον τὸ ἐν τοῖς λαχάνοις γινόμενον, ἢ χαμαιπίτυα, ἢ σκόροδον, ἓν ἐξ αὐτῶν τρίψας σὺν οἴνῳ ἀκράτῳ νήστει δίδου πίνειν. Ἄλλο. αἷμα τῆς νήττης ἐναντιοῦται πᾶσι τοῖς δηλητηρίοις καὶ θανασιμοῖς. τοῦτο μὲν αὐτὸ ποιοῦσιν αἱ σάρκες τῆς ὄρνιθος προσφάτως ἀναιρεθείσης τοῖς δήγμασιν ἐντεθεμέναι· ἐναντιοῦνται γὰρ τοῖς ἰοβόλοις ἅπασι, καὶ ἰῶνται πλὴν δήγματος τῆς ἀσπίδος. Ἄλλο. πήγανον σὺν οἴνῳ δίδου πίνειν. Ἄλλο. ἐγκέφαλος τῆς ὄρνιθος πινόμενος ὠφελεῖ.

C

Πρὸς τὰ τῆς ἐχέως δήγματα.

Τὴν χαλβάνην σὺν κυπρίνῳ περίχριε. Ἄλλο. ἕρπυλλον σὺν ὄξει ὁμοίως κατάχριε.

Ὑποθυμιάματα τῶν ἰοβόλων φευκτικά.

Τὸ πύρεθρον καὶ θεῖον ἐμπύριζε, καὶ φεύξονται. Ἄλλο. ταὐτὸ ποιεῖ τὸ κέρας ἐλάφου, καὶ τὸ στέαρ αὐτοῦ· ἔτι καὶ τὸ σκῦτος καὶ πόδες, τὰ μὲν ταῖς πύλαις ἐμπηγνύμενα τὴν ἁπάντων ἰοβόλων εἴσοδον κωλύουσιν. Ἄλλο. πνεύμων ὄνου ὑποθυμιαζόμενος ἅπαν ἰοβόλον φυγαδεύει.

D

Ὡς ἔχιδνα μὴ δάκῃ.

Δρακόντιον τρίψας, τὴν χεῖρά σου κατάχριε, καὶ μὴ δηχθήσῃ. σπέρμα δὲ ταύτης βοτάνης τετριμμένον σὺν ὕδατι, καὶ τεθὲν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν ἀποδημούντων, αὐτὰς φυγαδεύει. Ἄλλο. χυλῷ στρύχνου χεῖρας κατάχριε.

Ἐπίθεμα πρὸς τὰ δήγματα τῆς ἐχίδνης.

Ἐχίδνης κεφαλὴν ἀποκόψας, τὸ μέρος αἱματηρὸν τῷ τόπῳ ἀποδηχθέντι πρόσθετε, καὶ ἐπίδει, καὶ οὕτως ἔα.

Πυρία πρὸς τὸ δῆγμα τῆς ἐχίδνης καὶ μυγάλης.

Τρίφυλλον ἀσφάλτιον ἕψε, καὶ ἀφεψήματι θερμῷ τόπον ἀποδηχθέντα πυρία. οὐδεὶς δὲ πυρίᾳ ταύτῃ χράσθω ὁ μὴ πάσχων. μεταβαίνει γὰρ ἡ διάθεσις εἰς αὐτὸν, ὡς νομίζειν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἐχίδνης ἢ μυγάλης ἀποδηχθέντα.

ΓΑΛΗΝΟΥ
ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ Γ'. ΠΡΟΣΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ.

GALENI
DE REMEDIIS PARABILIBVS
LIBER III. ASCRIPTITIVS.

Περὶ τῆς σταφυλῆς παρούσης θεραπείας.

Θεραπεύσεις σταφυλὴν οὕτως· ἐν ἀρχῇ μὲν αὐτῆς τῆς φλεγμονῆς δίαιτα λεπτή, καὶ εὔχυμος ἔστω, καὶ ῥοφήματα, καὶ ἀναγαργαρίσματα δι' οἰνομέλιτος, ἢ μελικράτου, ἢ ἑψήματος χλιαροῦ, ἢ ὀξυμέλιτος ἀναγαργαριζομένου, καὶ ἀποχεομένου, καὶ μὴ καταπινομένου· καὶ μασήματα διὰ πυρέθρου, ἢ πεπέρεως, ἢ σταφίδας ἀγρίας λειώσας μετὰ νίτρου καὶ ἁλός, παράτριβε τὸν οὐρανίσκον καὶ τὴν σταφυλήν, καὶ παύει τὴν φλεγμονήν· ἔξωθεν δὲ ἐπίθετα τὰ αὐτά, καὶ τὰ ὁμοίως θερμαίνοντα, καὶ τὴν φλεγμονὴν παρηγοροῦντα, καὶ τὴν ὀδύνην παύοντα· ἐπιθέματα δὲ καὶ καταπλάσματα ἐπιτήδεια.

Περὶ τῆς ἀνακρεμασθείσης σταφυλῆς.

Ὑσσώπου ῥίζαν, καὶ ἰσχάδων χυλὸν μίξας, ἀναγαργάριζε, ὁμοίως καὶ εἰς παρίσθμια καὶ σταφυλὴν ὁμοῦ ζέσας, ἀναγαργάριζε, φοίνικας δηλονότι καὶ φακήν.

Εἰς τὸ τηρεῖν ἀδίψους ἀείποτε.

Γλυκυῤῥίζης χυλὸν πότιζε, ἢ ἀνδράχνης ὅσον κύαθον καταπιέ. Ἄλλο. ἀνίσου ℥ α'. γλυκυῤῥίζης χυλοῦ ℥ β'. τραγακάνθης βεβρεγμένης ℥ β'. ἀνάπλασον τροχίσκους, καὶ ξήραινον ἐν σκιᾷ, καὶ ἐκ τούτων δίδου κατέχειν ὑπὸ τὴν γλῶτταν ἕνα τροχίσκον, καὶ τὸν χυλὸν καταπίνειν, καὶ οὐ διψήσει.

Πρὸς δυσηκοΐας καὶ κωφώσεις.

Χολὴν αἰγείαν πρόσφατον ἴσα μίξας μέλιτι ἀκάπνῳ, χλιαρὸν ἔνσταζον εἰς τὸ οὖς. Ἄλλο. λαγωοῦ χολὴν νεαρὰν μέλιτι μίξας ἐπίσης, καὶ χλιάνας ἐν φλοιῷ κρομμύου, ἐπίσταζον εἰς τὸ οὖς· καὶ γὰρ καὶ τοὺς μηδόλως ἀκούοντας ποιεῖ ἀκούειν. Ἄλλο. συὸς ἡμέρου χολὴν ἴσα μέλιτι ἀκάπνῳ ἑνώσας, χλιαρὸν ἐγχυμάτισον· ἢ σκίλλης χυλὸν καὶ ῥόδινον μίξας, χρῶ. Ἄλλο. ὀρόβου χυλὸν ἔνσταζον, ἐπίθες στυππίῳ μετὰ ῥοδίνου.

Πρὸς κοιλιακοὺς ἐργαλεῖον.

Μύρτων χλωρῶν, ῥόδων ξηρῶν, σιδίων ῥοιᾶς, βαλαύστια, κηκῖδας ε'. οἰνομέλιτι φυράσας, διὰ γα-

A

De uvæ affectibus curandis.

Sic uvam laborantem curaveris; per inflammationis initia, victus tenuis, & boni succi nstituatur; sorbitiones & gargarismata fiant ex mulso, vel ex mulsa, vel sapa tepida, vel aceto mulso quod gargarizetur, & effundatur, nec sorbeatur. Manducetur autem pyrethrum, vel piper, vel staphisagria, quæ cum sale & nitro trita, palato uvæque affricta, phlegmonem sedat; ea itidem exteriùs apposita, & id genus alia calefacientia, & phlegmonem mitigantia, doloremque sedantia; B epithemata verò, & cataplasma idonea sunt.

Ad pendentem uvam.

Hyssopi radicem & caricarum succum simul mixta gargarizato; ita etiam ad tonsillas, columellam, palmulas & lentem simul fervefactas gargarizato.

Vt diu sine siti quis servetur.

Radicis dulcis succum bibat, aut portulacæ cyathum devoret. *Aliud.* Recipe anisi unc. j. succi radicis dulcis unc. ij. tragacanthæ madefactæ unc. ij. ex his trochiscos confice, eosque in umbra exicca, & trochiscum unum sub lingua contineat, succumque ejus devoret, nec sitiet.

Ad gravem auditum, & surditatem.

C Fel caprinum recens cum pari portione mellis sine fumo cocti mixtum, in aures tepidum instillato. *Aliud.* Leporis fel recens cum mellis portione pari in cortice cæpæ tepefactum in aures instillato, hoc enim eis etiam qui nihil prorsus audiunt, auditum restituit. *Aliud.* Domestici suis fel cum melle non fumoso ad pares portiones mixtum, tepidum in aures instillato; aut scillæ succum cum rosaceo mixtum in usu sit. *Aliud.* Ervi succum instilla, & stuppam rosaceo imbutam desuper appone.

Ad cœliacos.

Myrteas baccas virides, rosas aridas, malicoria, balaustia, gallas v. mulso subactas in ventri-

culum demitte; vel fabæ cortices in vino fervefactas clysteri supponito; vel lentis infervefactæ succum tepidum per clysterem imponito; simili modo, & orizæ non purgatæ, vel sideritis herbæ succum, vel acaciæ pariter succum injice, vel cerusam & argenti spumam tritam ex melle & vino per clysteres impone.

Ad ventris tormina.

Cuminum ex melle esui dato, & miraberis; vel calami radicem ustam potui dato ex vino calicis unius mensura.

Ad sistendum alvi profluvium.

Aquam in qua fuerit incoctum origanum, bibendam dato. *Aliud.* Sepiæ testam & capillamentum usta & trita ex veteri vino da potui. Vel fructus rubi cum foliis ad tertias decoctos potui dato. *Aliud.* Cuminum Græcum, & gallam non tritam urito, & ex veteri vino bibendum dato per triduum; priùs tamen ad tertias redigito.

Ad internas eminentias, fissuras, ficosque in sede.

Auripigmenti fissi unc. iij. cariei quercus unc. iv. ex his simul tritis aridum medicamentum confice, quum verò usus occasio ingruerit, urinâ pueri impubis locum detergito, ac medicamentum inspergito.

Ad eminentias tam internas, quàm externas.

Laserpitii radicem tusam & tritam in modum cataplasmatis apponito.

Aridum medicamentum ad gingivas corrosas, & labantes dentes.

Mastiches unc. j. thuris unc. ij. myrrhæ, rosarum aridarum, utriusque unc. iij. sarcocollæ, gallarum utriusque unc. iv. omnia simul terito, & gingivas conspergito; eas tamen priùs decocto sedi, aut myrti, aut lentisci, aut viticis, aut foliorum oleæ tepido colluito.

Ad dentium dolores.

Aceto cui incoctum fuerit hyssopum, aut origanum colluat; aut pyrethrum, & piper, & zemma, & mastichem, pari pondere, data commanducet. *Aliud.* Uvæ taminiæ grana iv. mastiches grana viij. offer manducanda.

Ad dentes ab ictu decidentes.

Passulis oleo incoctis locum fovero, ac deinde aceto, dolore nimirum ingravescente, post triduum idipsum facito, & iterum renascentur dentes.

Ad corrosas gingivas.

Aristolochiâ cum melle tritâ gingivas inspergito; aut cornu cervinum ustum quoad album reddatur, & cerussam, & argenti spumam, & nardum, & pumicem cerato excipe & illine; aut testam testudinis exustam & tritam, & oleo mistam in gingivam instillato. *Aliud.* Erucæ semen cum succo, & fel capræ; aut nigellam eodem modo cum melle illinito.

Ad dolores oculorum.

Medullâ caprinâ illinito, & curabitur: aut caprinam ovillamve adipem aquâ calidâ madentem admove, aut succum seminis lini, aut lac muliebre illine.

Ad oculorum albuginem; veteres cicatrices curandas; idem etiam visum mirificè acuit.

Æruginis rasæ unc. iv. guttæ ammoniaci unc. iv. cerussæ unc. ij. gummi unc. j. Sit autem liquidum medicamentum; succus radicis cucumeris sylvestris. *Aliud.* Recipe baccarum lauri mundatarum lævigatarumque, gummi quod

στρὸς παράπεμψον, ἢ κυάμου λέπυρα σὺν οἴνῳ ἀποζέσας ἔνιε διὰ κλυστῆρος· ἢ φακῆν ἀποζέσας, τὸν χυλὸν χλιαρὸν ὁμοίως ποίει· ἢ ὀρύζης μὴ κεκαθαρισμένης τὸν χυλὸν ὁμοίως, ἢ σιδηρίτιδος βοτάνης τὸν χυλὸν χλιαρὸν ὁμοίως, ἢ ἀκακίας χυλὸν ἔνιε, ἢ ψιμμύθιον καὶ λιθάργυρον λειώσας μετὰ μέλιτος καὶ οἴνου παράπεμψον.

Εἰς στρόφον κοιλίας.

Κύμινον μετὰ μέλιτος δίδου φαγεῖν, καὶ θαυμάσεις· ἢ καλάμου ῥίζαν καύσας, πότισον μετὰ οἴνου κύλικος ἑνός.

Εἰς τὸ στῆσαι κοιλίαν.

Ὀρίγανον μετὰ ὕδατος ἑψήσας δίδου πιεῖν. Ἄλλο. σηπίας ὄστρακον καύσας, καὶ τρίψας μετὰ οἴνου παλαιοῦ, δὸς πιεῖν· ἢ βάτου καρπὸν σὺν τοῖς φύλλοις ἀποτριτώσας, δὸς πιεῖν. Ἄλλο. κύμινον Ἑλλαδικὸν, καὶ κηκίδα ἄτριπτον καῦσον, καὶ μετὰ οἴνου παλαιοῦ δὸς πιεῖν, μετὰ τὸ ἀποτριτωθῆναι ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς.

Πρὸς ἐσωχάδας, ῥαγάδας, καὶ συκάμινα.

Ἀρσενικοῦ σχιστοῦ ℥ γ'. σφέκλης δρυΐνης ℥ δ'. λειώσας πάντα ὁμοῦ ἔχε ξηρίον, ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ἀποσμήξας οὔρῳ παιδὸς ἀφθόρου τοὺς τόπους ἐπίπασσον.

Πρὸς ἐσωχάδας καὶ ἐξωχάδας.

Ῥίζαν σιλφίου κόψας καὶ λειώσας, κατάπλασσον.

Ξηρίον πρὸς βεβρωμένα οὖλα, καὶ ὀδόντας σειομένους.

Μαστίχης ℥ α'. λιβάνου ℥ β'. σμύρνης, ῥόδων ξηρῶν ἀνὰ ℥ γ'. σαρκοκόλλης, κηκίδος, ἀνὰ ℥ δ'. ὁμοῦ λειώσας, ἐπίπασσε τὰ οὖλα, προδιακλύσας ἀειζώου, ἢ μύρτων, ἢ σχίνου, ἢ ἄγνου, ἢ ἐλαίας τῶν φύλλων τῶν χλιαρῶν.

Πρὸς ὀδονταλγίας.

Ὕσσωπον ἢ ὀρίγανον μετὰ ὄξους ἑψήσας, δὸς διακλύζεσθαι· ἢ πύρεθρον, καὶ πέπερι, καὶ ζέμμα, καὶ μαστίχην, ἐξ ἴσου δίδου διαμασᾶσθαι. Ἄλλο. σταφίδας ἀγρίας κόκκους δ'. μαστίχης κόκκους η'. δίδου διαμασᾶσθαι.

Εἰς πεσόντας ὀδόντας ἀπὸ πληγῆς.

Σταφίδας ἐν ἐλαίῳ ζέσας, πυρίαζε τὸν τόπον, καὶ γλυ ἑξῆς τῷ ὄξει, τῆς ὀδύνης δηλονότι ἐρεθιζούσης, ἐπὶ ἡμέρας δὲ τρεῖς ποίει, οὕτως καὶ πάλιν ἀναφύονται οἱ ὀδόντες.

Πρὸς οὖλα βιβρωσκόμενα.

Ἀριστολοχίας τρίψας μετὰ μέλιτος ἐπίπασσον τὰ οὖλα, ἢ κέρας ἐλάφειον κεκαυμένον ἕως ἂν γένηται λευκὸν, καὶ ψιμμύθιον, καὶ λιθάργυρον, καὶ νάρδον, καὶ κίσσηριν κηρωτῇ ἀναλάβου, καὶ κατάχριε· ἢ χελώνης ὄστρακον καύσας καὶ τρίψας, μίξας τε μετ' ἐλαίου, ἔνσταξον εἰς τὸ οὖλον. Ἄλλο. εὐζώμου σπέρμα σὺν τῷ χυλῷ, καὶ χολὴ αἰγὸς, ἢ μελάνθιον μέλιτι κατάχριε.

Πρὸς ὀφθαλμοπονίαν.

Μυελὸν αἴγειον περίχριε, καὶ ἰᾶται· ἢ στέαρ αἴγειον, ἢ προβάτειον ἀποβρέχων εἰς ὕδωρ θερμὸν, ἐπιτίθει, ἢ λινοσπέρμου χυλὸν, ἢ γάλα γυναικεῖον ἐπίχριε.

Πρὸς λεύκωμα, καὶ οὐλὰς παλαιὰς, ἐν ἐλαχίσταις ἡμέραις· ἔστι δὲ καὶ ὀξυδορκικὸν θαυμαστόν.

Ἰοῦ ξυστοῦ ℥ δ'. ἀμμωνιακοῦ ℥ δ'. ψιμμυθίου ℥ β'. κόμμεως ℥ α'. τὸ δὲ ὑγρὸν ἔστω σικύου ἀγρίου χυλὸς ὁ τῆς ῥίζης. Ἄλλο. δαφνοκόκκων κεκαθαρισμένων, καὶ λελειωμένων, κόμμεως τὸ

ἀρκοῦν, πρόσπλεξον, καὶ ποίει κολλύρια, ἐπὶ δὲ τῆς χρείας, λειώσας οὔρῳ παιδὸς ἀφθόρου ἀναλάμβανε, καὶ οὕτως χρίε. πεπείραται γάρ.

Πρὸς αἰγίλωπας.

Κόπρου περιστερᾶς ξηρᾶς Γο δ΄. σὺν λιβάνῳ ἄρρενι λειώσας, ἐπίπασσε ἕως οὗ παύσῃ. ἐδοκιμάσθη γάρ.

Πρὸς λευκώματα δόκιμον καὶ γὰρ πολλοὺς ὤνησεν.

Πέρδικος ἄρρενος χολὴν μετὰ μέλιτος χρίε. Ἄλλο. λαδάνου Γο β΄. λειώσας μετὰ καλλίστου οἴνου καὶ ἐλαίου ἀφ' ἱκανοῦ, χρίε τοὺς ὀφθαλμούς.

Πρὸς ὑπόχυσιν, ὑπερφυῶς παραχρῆμα τὸ βλέπειν ποιοῦν.

Αἷμα μυὸς, καὶ χολὴν ἀλέκτορος, καὶ γάλα γυναικεῖον ἴσα μίξας καὶ λειώσας, χρῶ· ἐδοκιμάσθη γὰρ, καὶ ἄκρως ὠφέλησεν.

Ἄλλο πρὸς ὑποχύσεις παλαιάς τε καὶ νέας, καὶ ἀμβλυωπίας, καὶ πᾶν ἐπισκοτοῦν τὴν ὅρασιν.

Δαφνίδας ἐκλελεπισμένας ἀριθμὸν κοκκίων ι΄. κόμμεως Γο β΄. ὕδατι ὀμβρίῳ ποιήσας κολλύρια, χρίε τοῖς ὑποκεχυμένοις μετὰ οὔρου παιδίου ἀφθόρου, τοῖς δὲ ἀμβλυωποῦσι μετὰ ὕδατος ὀμβρίου.

Πρὸς πόνον ὀφθαλμῶν καὶ ἀγρυπνίας.

Μελίκρατον ἐγχυματίσας, καὶ περιβρέξας ᾠὸν, καὶ περικαθάρας, καὶ τεμὼν εἰς β΄. δῆσον ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ὑπνώσει.

Πρὸς ἄνθρακας ὀφθαλμῶν καὶ παντὸς τοῦ σώματος.

Περδικιάδα βοτάνην μετὰ ψιχίων λειώσας, προβρέξας τὰ ψίχια ὀξυκράτῳ, χρῶ.

Ὀξυδερκικόν.

Μαράθρου ξύλον τρίψας καλῶς μετὰ μέλιτος πωλίου νεαροῦ, ἀκάπνῳ χρῶ ἐπιχρίων.

Περὶ τῶν ἐν βλεφάροις κριθῶν.

Ἀκακίαν σὺν οἴνῳ χρίε.

Πρὸς ῥευματισμοὺς τῶν ὀφθαλμῶν.

Ἐπὶ δὲ τῶν ῥευματιζομένων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν ἀρχῇ μὲν ἁρμόζει ὀλιγοσιτία, καὶ ὑδροποσία, καὶ ἀποχὴ συνουσίας, καὶ ἡ κοιλία ὑποσυρέσθω, καὶ πολλῷ ψυχρῷ πρῶτον, καὶ ὀλίγου μιγνυμένου ὄξους, συνεχῶς τὸ πρόσωπον νιπτέσθω, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ ὀσφραινέσθω, κονιορτοῦ τε, καὶ καπνοῦ, καὶ τῆς ἀφ' ἡλίου καὶ λύχνου αὐγῆς ἀποφευγέτω· ἔπειτα ῥόδα χλωρὰ ἢ ξηρὰ βρέξας ἐν γλυκεῖ λείανε, καὶ μίξας ᾠοῦ λεκίθῳ κατάπλαττε, ἢ κριθίνου ἀλεύρου σὺν γλυκεῖ ἑψηθέντος· ἐὰν δὲ ἡ ὀδύνη μεγίστη ᾖ, πρόσμιξον καὶ ὑοσκύαμον.

Κατάπλασμα εἰς ῥευματιζομένην κεφαλήν.

Τοῦτο τὸ μίγμα οὐκ ἐᾷ κεφαλὴν ῥευματισθῆναι, οὔτε ὀφθαλμὸν ἀδικηθῆναι ποτέ. κιμωλίας, νίτρου, βρυωνίας ῥίζης ξηρᾶς, σικύου ἀγρίου ῥίζης, κυάμου ἀλεύρου ἀνὰ Γο β΄. λειοτριβήσας ὁμοῦ, καὶ ἑνώσας εἰς γλοιοῦ πάχος, χρῶ ἐν βαλανείῳ, ὡς κάλλιστον.

Ἀποφλεγματισμὸς κατασπῶν ἐκ τοῦ κρανίου φλέγμα.

Ἀγριοσταφίδας μετὰ μαστίχης δίδου μασᾶσθαι, ἢ μαστίχην, καὶ ζίγγιβερ, εἰ δὲ ἡ μαστίχη σκληρὰ εἴη, πρόσπλεξον καὶ ὀλίγον κηρόν.

Πρὸς κεφαλαλγίαν.

Πήγανον κόψον ἐπιμελῶς, καὶ σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ κατάχριε τὸ μέτωπον.

Πρὸς ἡμικρανίαν.

Πράσου κεφαλὴν καὶ κόμην ἑψήσας, ἐλαίῳ βρέχε τὴν κεφαλὴν, καὶ παύεται εὐθέως ἡ ὀδύνη. Ἄλλο. κισσοῦ ἀκρέμονας ἐλαίῳ ἑψήσας,

satis sit, ex eis permixtis confice collyria, at ubi eis uti volueris terito, & ex lotio pueri impubis illinito, medicamentum probatum est.

Ad ægilopas, i. oculorum fistulas.

Recipe fimi columbini aridi unc. iv. tritas cum thure masculo inspergito, quoad morbus tollatur; experientiâ comprobatum est.

Ad albugines medicamentum comprobatum, quod multos juvit.

Perdicis masculi felle ex melle illinito. *Aliud.* Recipe ladani unc. ij. terito ex optimo vino & oleo quantum sit satis, & oculos illinito.

Ad suffusiones admirabile, quod confestim visum restituit.

Sanguinem muris, galli fel, & muliebre lac paribus portionibus misce, & tritis utere, probatum est, & mirum in modum profuit.

Aliud ad suffusiones novas veteresque, ad visus etiam hebetudinem, & ad omnia tandem quæ visum obtenebrant.

Recipe baccas lauri à cortice mundatas numero decem, gummi unc. ij. ex aqua pluviali facito collyria, & illine; suffusos quidem, ex urina pueri nondum experti venerea; quibus autem hebes est visus, ex aqua pluviali.

Ad oculorum dolores & vigilias.

Mulsam facito, ovumque à cortice mundatum, & in duas partes dispertitum, in ea madefacito, ac super oculum deligato, à somno corripietur.

Ad oculorum totiusque corporis carbunculos.

Parietariam herbam cum panis micis, priùs posca madefactis terito, ac utitor.

Medicamentum quod visum acuit.

Fœniculi caulem probè ex melle alvearii novi cocto sine fumo terito & illinito.

Ad ordeolos in palpebris exortos.

Acacia cum vino inunge.

Ad oculorum fluxiones.

Oculi fluxione laborantibus, inter initia cōfert parcitas cibi, aquæ potus, abstinentia à venere, alvus cieatur, primumque multa frigida pauco permixto aceto assiduè facies lavetur, eam etiam in lectulo olfaciat, à pulvere, fumo, solis lucernæque splendore caveat; rosas deinde virides aut aridas passo madefactas terito, mixtasque ovi vitello ut cataplasma imponito, aut ex farina hordei ex passo cocta facito cataplasma. At si dolor maximus fuerit, altercum quoque admisceto.

Cataplasma ad caput fluxione vexatum.

Hæc compositio caput à fluxione servat, oculos etiam ab omni injuria. Recipe cimoliæ, nitri, radicis bryoniæ aridæ, cucumeris sylvestris radicis, farinæ fabarum singulorum unc. ij. his simul tritis, & ad sordium crassitudinem deductis in balneo utere, præstantissimum remedium est.

Apophlegmatismus pituitam è capite detrahens.

Staphisagriam cum mastiche manducandam exhibe. Vel mastichem & zingiber; quòd si dura mastiche sit, ceræ modicum admisceto.

Ad capitis dolorem.

Ruta probè trita ex aceto & rosaceo frontem illinito.

Ad hemicraniam.

Porri caput cum coma decoquito, eoque caput imbuito, statim namque dolor sedatur. *Aliud.* Hederæ summitatibus oleo incoctis

caput perfundito, & miraberis. *Aliud.* Amaris amygdalis tritis frontem delinito.

Probatum ad clavos, si etiam in capite sint.

Recipe sandarachæ, aluminis scissi, atramenti sutorii, mysios, calcis vivæ, saponis, cæterorum omnium parem modum, calcis tantummodo duplum, ex primo saponis jure lævigato, & utere. Admirabile est.

Ad hemicraniam.

Accipe seminis erucæ unc. iij. rutæ viridis unc. vij. piperis grana xxxj. albumina ovorum trium, aceti quod satis fit, misce, & locum illine.

Pastillus celebris Socratis ad capitis dolorem & hemicraniam, ad omnesque capitis affectus ex fluxione obortos mirabilis.

Recipe euphorbii drach. iv. succi thapsiæ drach. vj. zingiberis drach. j. opii drach. iij. opopanacis drach. ij. omnia simul ex aceto dissolvito, indeque pastillos fingito, quum in usum ducere volueris, aceto excipe, & frontem delinito; potest præterea suffiri, & partibus fluxioni obnoxiis mirum in modum confert.

Ad clavos, & verrucas, i. formicas.

Clavos numera, totidemque formicas accipe, easque in linteo deliga, atque cum his cochleam unam, ac urito, & ex aceto terito, atque illinito; vel accipe fimum bubulum cum aceto lævigatum, per triduumque apponito, quia cadent clavi.

Ad clavos, & formicantes verrucas.

Palmularum ossa usta tritaque cum sale, & ammoniaci gutta, in sole mixta imponito, & curabis.

Ad hemicranium dolorem celebre medicamentum.

Accipe terrestres lambricos xv. piperis grana xv. aceti quod sufficiat; simul tritis oblinito.

Ad morsus & ictus ferarum venenosarum.

Morsus ferarum venenosarum rabidorumque canum sanat interiorum cancri cinis ex aqua semel aut bis pota, quantum manus una capere potest.

Ad dolorem capitis ex vini potu.

Sertum ex duobus coliculis sanguinalis herbæ contextum imponito capiti.

Ad hemicranium dolorem.

Nasturtii semen tritum, albumineque ovi exceptum fronti adhibeto, stupâ desuper appositâ; aut os capitis aquilæ appende simile simili, eodem modo & vulturis. *Aliud.* Lapilli qui in capite lupi piscis reperiuntur, capitis dolorem sanant, appensique hemicraniæ conferunt, dexter parti dextræ, & sinister sinistræ.

Ad capillos tum è capite, tum è barba defluentes.

Betam cum myrteo oleo & polytrichis, capillis illinito; vel adiantum & ladanum paribus portionibus trita ex oleo immaturo, vel myrteo, vel lentiscino, illinito. *Aliud.* Ladanum ex aminæo vino & oleo myrteo terito ad spissitudinem mellis, caputque in balneo inungito. Sed adiantum (quod polytrichum quidam vocant) melius est, si ejus pars septima ladano adjiciatur & inungatur.

Ad profluvium capillorum, & ut plures suboriantur.

Accipito muris stercoris drach. iij. cannarum (quas conatelos vocant) ustarum drach. iv. amygdala amara lxxij. succi balsami, la-

βρέχον τὴν κεφαλὴν, καὶ θαυμάσεις. Ἄλλο. ἀμύγδαλα πικρὰ λειοτριβήσας, κατάχριε τὸ μέτωπον.

Πρὸς ἥλους δόκιμον, κἂν ἐν κεφαλῇ ὦσιν.

Σανδαράχης, στυπτηρίας σχιστῆς, χαλκάνθου, μίσυος, καὶ ἀσβέστου ζῶντος, καὶ σάπωνος, ὅλα μίξας ἐξ ἴσου, τὸ ἄσβεστον διπλοῦν λειώσας μετὰ πρώτου ζωμοῦ τοῦ σάπωνος, χρῶ. θαυμάσιον γάρ ἐστι.

Πρὸς ἡμικρανίαν.

Λαβὼν εὐζώμου σπέρμα ℥ γ΄. πηγάνου χλωροῦ ℥ ζ΄. πεπέρεως κόκκους λα΄. ὠῶν τριῶν τὸ λευκὸν, ὄξους τὸ ἀρκοῦν, χρῖε τὸν τόπον.

Τροχίσκος ὁ ἔνδοξος Σωκράτους πρὸς κεφαλαλγίαν, καὶ ἡμικρανίαν, καὶ πρὸς πάντα τὰ ῥευματικὰ πάθη, θαυμάσιος.

Εὐφορβίου < δ΄. θαψίας χυλοῦ < ς΄. ζιγγιβέρεος < α΄. ὀπίου < γ΄. ὀποπάνακος < β΄. λύσον τὰ πάντα ὁμοῦ μετὰ ὄξους, καὶ ποίει τροχίσκους, ἐπὶ δὲ τῆς χρήσεως, ἀναλαβὼν ὄξει, χρῖε τὸ μέτωπον. ἔστι δὲ καὶ καπνιστικὸν, καὶ τοῖς μέρεσι τοῖς ῥευματιζομένοις ποιεῖ θαυμαστῶς.

Περὶ ἥλων, καὶ μυρμηκιῶν.

Ἀριθμήσας τοὺς ἥλους, καὶ λαβὼν τοσούτους μύρμηκας, δῆσον ἐν λινῷ πανίῳ, καὶ κοχλίαν ἕνα μετ᾽ αὐτῶν, καὶ καύσας αὐτοὺς, λείωσον σὺν ὄξει, καὶ ἐπίχριε, ἢ κόπρον βόειον μετὰ ὄξους λειώσας ἐπίχριε, ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς καταπλάσσων, καὶ πεσοῦνται οἱ ἧλοι.

Πρὸς ἥλους, καὶ μυρμηκιασμούς.

Ὀστέα φοινίκων καύσας, καὶ τρίψας μετὰ ἅλατος καὶ θυμιάματος, καὶ μίξας ἐν ἡλίῳ ἐπίθες, καὶ θεραπεύσεις.

Πρὸς ἡμικρανίαν, δόκιμον.

Λαβὼν γῆς ἔντερα ιε΄. κόκκους πεπέρεως ιε΄. ὄξους τὸ ἀρκοῦν· λειώσας ὁμοῦ, χρῖε.

Πρὸς θηριοδήκτους πληγάς.

Θηριοδήκτους καὶ λυσσοδήκτους ἰᾶται καρκίνου τῶν ἐντὸς ἡ τέφρα σὺν ὕδατι πινομένη ἅπαξ καὶ δὶς ἀνὰ δρακὸς μιᾶς.

Πρὸς τὰς ἐξ οἴνου κεφαλαλγίας.

Πολυγόνου κλῶνας β΄. πλέξας στεφάνωσον.

Πρὸς πόνον ἡμικρανίου.

Καρδάμου σπέρμα τρίψας, μίξον μετ᾽ ὠοῦ λευκῷ, καὶ κατάχριε τὸ μέτωπον, καὶ ἐπάνω θὲς στυπία, ἢ τοῦ ἀετοῦ τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστοῦν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ περίαπτε, ὁμοίως καὶ τοῦ γυπός. Ἄλλο. οἱ ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ λάβρακος εὑρισκόμενοι λίθοι, κεφαλαλγίαν ἰῶνται, καὶ εἰς ἡμικρανίαν περιαπτόμενοι δεξιὸς δεξιᾷ, καὶ ἀριστερὸς ἀριστερᾷ.

Πρὸς τρίχας ῥεούσας ἀπὸ κεφαλῆς, καὶ πώγωνος.

Σεῦτλον μετὰ μυρσινελαίου, καὶ πολυτρίχων τρίχας κατάχριε, ἢ ἀδίαντον καὶ λάδανον ἴσα λειώσας μετ᾽ ἐλαίου ὀμφακίνου, ἢ μυρσινίνου, ἢ σχινίνου, ἐπίχριε. Ἄλλο. λάδανον ἀποβρέξας σὺν οἴνῳ ἀμιναίῳ καὶ μυρσινελαίῳ, λειώσας ἄμφω πάχος μέλιτος, καὶ χρῖε τὴν κεφαλὴν ἐν βαλανείῳ. βέλτιον δ᾽ ἐστὶ καὶ τὸ ἀδίαντον, ὃ τινες καλοῦσι πολύτριχον, τὸ ζ΄. μέρος λαδάνῳ πρόσβαλλε καὶ χρῖε.

Πρὸς τρίχας ῥεούσας, ἵνα δὲ καὶ πλεῖον φύωνται.

Μυοχόδων < γ΄. καλάμων κονατήλων κεκαυμένων < δ΄. ἀμύγδαλα πικρὰ οβ΄. ὀποῦ βαλσάμου, λα-

δανίου, ἀνὰ < η'. πολυτρίχων < ζ'. νάρδου Κελτικῆς < α'. ἐν ὑγροπίσσῃ βρέξας τὸ λάδανον, καὶ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ λειώσας. τὰ δὲ ξηρὰ κόψας εἰς χνοῦν, μετὰ τῶν ὑγρῶν μίξας, χρῶ, ἀλειφόμενον καθημέραν, ἐμοὶ δοκεῖ καὶ φαλακροὺς τριχῶσαι.

Βηχὸς θεραπεῖαι διάφοροι.

Ἀρκευθίδος ὁ καρπὸς ἐσθιόμενος καὶ πινόμενος· ἢ βδέλλιον πινόμενον· ἢ δαῦκος Κρητικὸς σὺν οἴνῳ, πινόμενος· ἢ δρακοντίου ῥίζα ὁμοίως ἑψηθεῖσα, καὶ λειωθεῖσα μέλιτι· ἢ ἑλενίου βοτάνης καὶ περδικιάδος χλιαρὸς, νηστικῶς καταῤῥοφούμενος ὁ χυλὸς, σὺν ὕδατι πινόμενος· ἢ πολυγόνου χυλὸς σὺν ὕδατι πινόμενος· ἢ ἀρκείου βοτάνης ἡ ῥίζα· ἢ στροβιλίου σὺν ὕδατι πινόμενον· ἢ πρόπολις θυμιωμένη· καὶ ῥητίνη πινομένη· καὶ τερεβινθίνη θυμιωμένη· ἢ ἀρσενικὸν σχιστὸν μετὰ χαλβάνης θυμιωμένης· καὶ ὁ καπνὸς καταπινόμενος· ἢ ἄσφαλτον, καὶ λίβανον, καὶ στύραξ, καὶ κύμινον θυμιαζόμενα· ἢ κιννάμωμον σὺν μέλιτι χλιαρῷ πινόμενον· ἢ κυπαρίσσου σφαιρία τριβέντα μετὰ γλυκέος καὶ σμύρνης νηστικῶς λαμβανόμενα· ἢ μαράθρου ῥίζας καὶ σπέρμα, σὺν οἴνῳ ἑψηθέντα καὶ πινόμενα· ἢ νάρθηξ χλωρὸς, σὺν οἴνῳ ἑψηθεὶς καὶ ποθείς· ἢ ὀρίγανον σὺν μέλιτι ἑψηθὲν, καὶ ποθέν· ἢ μυρίκης ἄνθος, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ τὰ φύλλα σὺν οἴνῳ ἑψηθέντα καὶ πινόμενα· ἢ πευκίου ὁ φλοιὸς, σὺν ὕδατι πινόμενος· ἢ λεύκης φύλλα καὶ τὰ κλωνία σὺν ὕδατι, ἢ οἴνῳ πινόμενα· ἢ φλόμου ῥίζα σὺν οἴνῳ πινομένη ἐν βαλανείῳ· ἢ σκόροδον ὠμὸν καὶ ἑψημένον ἐσθιόμενον· ἢ στρουθίου βοτάνης ἡ ῥίζα, σὺν μέλιτι ἀναλαμβανομένη τοὺς πάνυ ἐσχάτως ἔχοντας ἐν τῷ πάθει· λαγωοῦ κόπρος λεία σὺν οἴνῳ θερμῷ ποθεῖσα ὠφελεῖ. ἀρτηριακοὺς, καὶ κιονικοὺς, καὶ δυσπνοϊκοὺς, μεγάλως θεραπεύει ἀετοῦ γλῶσσα περιαπτομένη· ἢ στροβίλιον ἀκέραιον καύσας καὶ τρίψας μετὰ πεπέρεως ὀλίγου, καὶ ἀναλαβὼν μέλιτι, δίδου τῷ πάσχοντι κοχλιάριον ἕν.

Πρὸς χρόνιον βῆχα.

Θεῖον ἄπυρον τρίψας καλῶς, ἐμβαλὼν ὠὸν, ῥόφησον ἐν βαλανείῳ· ἢ σίνηπι τρίψας καὶ μίξας μέλιτι δίδου δακτύλους τρεῖς· ἢ καρδαμόσπερμον λεῖον σὺν ὕδατι πινόμενον εἰς κοίτην· ἢ λίβανον τριβόμενον μετὰ μέλιτος, καὶ ἐκλειχόμενον πρωῒ καὶ εἰς κοίτην· ἢ ῥαφάνου χυλὸς μετὰ μέλιτος καταῤῥοφούμενος τῷ πρωΐ. Ἄλλο. ἀρκευθίδες ε'. ἢ ζ'. μετὰ μέλιτος πινόμεναι. Ἄλλο. πεπέρεως < η'. καρύων < β'. στροβίλου, ὑσσώπου ἀνὰ < α'. γλήχωνος < δ'. ἴρεως < η'. κνίδης σπέρμα < η'. μέλιτος, ἡ δόσις κοχλιάριον α'. Ἄλλο. σίνηπι, καὶ κύμινον, μελάνθιον, κάρδαμον, ἴσα ὁμοῦ κόψας, ἀναλάμβανε οἴνῳ, καὶ δίδου. Ἄλλο. γλήχωνα δίδου μασᾶσθαι συνεχῶς, καὶ συντρίψας μετὰ οἴνου καὶ λειώσας, δίδου πιεῖν. Ἄλλο. κυμίνου πεφρυγμένου < α'. μελανθίου πεφρυγμένου < α'. πεπέρεως κοκκία μ'. συντρίψας, καὶ ζυμώσας μέλιτι δίδου νήστει, καὶ εἰς κοίτην.

Κάπνισμα.

Ἀρσενικὸν σχιστὸν, πέπερι, πράσιον, κριθῆς ἄλευρον, χαμαίδρυν, ἀμπέλου ῥίζης δέρμα, χαμαιλεύκην, μαστίχην, κόστον, κρόκον ὠῶν, πάντα ἑνώσας πλάττε κολλύρια, καὶ κάπνιζε νήστει, καὶ εἰς κοίτην. Ἄλλο. πέπερι, κάρυα, ἀρσενικὸν σχιστὸν συντρίψας καὶ μίξας μέλιτι,

dani, utriusque drach. iv. polytrichi drach. vij. nardi Gallici drach. j. immersum ladanum in picem liquidam, vinumque & oleum lævigato; arida verò trita in pulverem redigito, & cum liquidis misceto, & utere quotidie inungens; mihi quidem visum est etiam calvis capillos restituisse medicamentum.

Ad tussim varia remedia.

Fructus juniperi comestus & potus valet; aut bdellium potu sumptum; aut daucus Creticus ex vino potus; aut radix dracunculi elixa, & ex melle trita; aut helenii, aut herbæ perdicialis succus tepidus ante cibum potus ex aqua. Aut succus herbæ sanguinalis eodem modo acceptus. Aut personatæ herbæ radix. Aut nuclei pineæ ex aqua bibiti. Aut propolis suffita. Aut resina pota; & terebinthina suffita. Aut arsenicum scissile cum galbano suffitum, & fumus devoratus. Aut bitumen, thus, styrax, cuminum, hæc omnia suffita. Aut cinamomum ex tepido melle potum. Aut cupressi baccæ tritæ cum passo & myrrha jejuno exhibeantur. Aut fœniculi radix & semen ex vino decocta & bibita. Aut decoctum viridis ferulæ ex vino bibitum. Aut origanum cum melle decoctum & potui datum. Aut flos myricæ cum foliis & fructu ex vino elixus & bibitus. Aut piceæ cortex ex aqua bibitus. Aut populi albæ folia, & ramuli ex aqua aut vino bibantur. Aut verbasci radix ex vino bibita in balneo. Aut allium crudum vel elixum comestum. Aut lanariæ herbæ radix accepta ex melle, pessimè affectos liberat. Leporis stercus tritum, & ex vino calido potu assumptum prodest affectibus gurgulionis, arteriæ, ac difficilè spirantibus. Magnopere prodest lingua aquilæ appensa collo; aut nucleus pineus integer ustus, tritus, cum pauco pipere, melleque exceptus detur ad cochlearium laboranti.

Ad veterem tussim.

Sulfur ignem inexpertum probè terito, ac ovo injectum in balneo sorbeto. Aut sinapi tritum cum melle misce, & da tres dacolos. Aut tritum nasturtii semen eunti dormitum da potui ex aqua. Aut summo mane thus tritum cum melle lingendum dato, vel eunti cubitum. Aut raphani succus ex melle diluculo sorbeatur. *Aliud.* Juniperi baccæ quinque aut septem ex melle bibantur. *Aliud.* Recipe piperis drach. iv. nucum drach. ij. nucleorum pinearum, hyssopi, utriusque drach. j. pulegii drach. iv. iridis drach. iv. seminis urticæ drach. iv. mellis quod satis sit, detur cochlearium unum. *Aliud.* Sinapi, cuminum, nigella, nasturtium, simul paribus portionibus terantur, ex vino excipiantur & offerantur. *Aliud.* Pulegium assiduè commanducetur; præterea verò tritum ex vino potui detur. *Aliud.* Recipe cumini fricti drach. j. nigellæ drach. j. piperis grana xl. hæc simul trita, & melle fermentata, jejuno & cubitū eunti dato.

Suffimentum.

Accipe auripigmentum scissum, piper, marrubium, farinam hordei, trissaginem, corticem radicum vitis, chamæleucen, mastichen, costum, ovorum croccum, omnia simul misce, & collyria confice, quibus suffumigato ante cibum, & quum cubitum iturus est. *Aliud.* Accipe piper, nuces, auripigmentū scissile, eaque unà terito, ac melli immisceto, & po-

tui dato. *Aliud.* Butyrum, adipem anseris, resinam, omnia simul trita ex melle da jejuno & cubitum ituro. *Aliud.* Virgulam fœniculi semenque, & piper unà trita, & ex melle fermentata exhibeto. *Aliud.* Herbam vesicariam unà cum radicibus elixam potui dato.

Ad tussim & sanguinis rejectionem.

Recipe costi, cinnamomi, rhabarbari, singulorum drach. j. simul omnia contrita, & in unum redacta ex vino tepido bibenda præbeto.

Aliud quod & tabescentibus benefacit.

Thuris, piperis, auripigmenti scissilis, cariophylli par pondus, omnia simul mixta, trita, & cum melle fermentata exhibe jejuno, & cubitum eunti. Aut auripigmentum scissile pro sale in ovum injicito, & sorbendum præbeto. Aut auripigmentum tritum ex vino tepido bibat in balneo. Aut auripigmento scissili cum croco trito, & cum ovo mixto bombicem imbue, & per cichonem suffumigato. Quum verò qui suffumigatur deficere videbitur, da illi devorandum butyrum quanta est nux avellana, ac deinde iterum suffumigato, idque septies faciendum est. *Aliud.* Styracem optimum, & brassicæ succum simul terito, & fermentatum da jejuno, & dormitum ituro: aut oleum laurinum, & vinum optimum accipe, utriusque drach. iij. misce, & tepidum in balneo bibendum dato, & vino oleoque mixtis, & in olla calefactis stomachum foveto; ne dato œnoleum bibendum phthisico; sed ænoleum probè paratum calefacito, & spongiâ madefactâ stomachum foveto. *Aliud.* Lupinorum decocto myrrham stactem macerato, tussientisque pedes foveto, & spongiâ detersos butyro illinito, iterumque foveto; hoc ter facto, curabitur. *Aliud.* Hederæ granis, aut lignis, aut foliis suffumigato tussientem. Aut resina ex veteri vino lævigatum ante cibum bibita; aut canabis sylvestris semen tritum, & ex aqua potum; aut liquorem cedri potui jejuno datum, aut hyssopus & pulegium ex posca cocta bibenda dentur; aut beronicen melle subactam edendam præbe. Vel raphani tosti quum manè ac vespere eduntur, conferunt. Chamæleuce quoque suffita. *Aliud.* Lauri baccas cum pipere, pineos etiam nucleos cum melle dato mane, & cubitum eunti.

Ad tussientes, arteriæ asperitate laborantes, voce captos, & sanguinem expuentes.

Recipe tragacanthæ, gummi, utriusque drach. j. myrrhæ optimæ drach. j. succi radicis dulcis & passi, quantum satis sit, omnia contere simul, & ubi fuerint lævigata, arida cum aliis misce.

Aliud ad tussim & exulceratam arteriam.

Recipe terebinthinæ, gummi, mellis optimi, singulorum drach. j. mel, & terebinthinam simul coquito, mox gummi indito, & præbe oleæ magnitudinem ore continendam. *Aliud.* Recipe gummi, lycii, utriusque unc. iv. ea in aquam injice donec liquescant, postea adde heminam passi Cretici, & coque quoad acceperit sordium spissitudinem, & delingendo sumatur.

Aliud ad tussiculas, raucedines, & sanguinis rejectionem.

Recipe tragacanthæ drach. ij. seminis lini

κάπνιζε. Ἄλλο. βούτυρον, στέαρ χηνὸς, ῥητίνην μέλιτι συντρίψας, δίδου νήστῃ καὶ εἰς κοίτην. Ἄλλο. ῥάβδον μαράθρου, καὶ σπέρμα πεπέρεως συντρίψας, καὶ μετὰ μέλιτος ζυμώσας δίδου. Ἄλλο. φυσαλίδας ἑψήσας σὺν ταῖς ῥίζαις δὸς πιεῖν.

Βηχικὸν, καὶ εἰς ἀναγωγὴν αἵματος.

Κόστον, κιννάμωμον, ῥῆον βάρβαρον ἀνὰ < α΄. συντρίψας, καὶ ἑνώσας μετ᾽ οἴνου χλιαροῦ, πότισον.

Ἄλλο, ποιοῦν καὶ ἐκτηκομένοις.

Λαβὼν λιβάνου, πεπέρεως, ἀρσενικοῦ σχιστοῦ, καρυοφύλλου, πάντα ὁμοῦ συντρίψας μετὰ μέλιτος, καὶ ζυμώσας, δίδου πρωῒ καὶ εἰς κοίτην· ἢ ἀρσενικὸν σχιστὸν, ἀντὶ ἅλατος εἰς ὠὸν ῥυφητὸν, καὶ ῥόφησον νῆστις· ἢ ἀρσενικὸν συντρίψας μετ᾽ οἴνου χλιαροῦ, πότισον ἐν λουτρῷ· ἢ ἀρσενικὸν σχιστὸν, καὶ κρόκον ὠοῦ μίξας, ἐπάλειφε εἰς βάμβυκα, καὶ κάπνιζε διὰ κιχώνης, ὅταν δὲ ὀλιγωθῇ ὁ καπνιζόμενος, δίδου αὐτῷ καὶ καταπιεῖν βούτυρον, ὅσον λεπτοκαρύου μέγεθος, καὶ πάλιν καπνιζέσθω, ποίει δὲ ἑπτάκις. Ἄλλο. στύρακος καλοῦ καὶ κράμβης χυλὸν συντρίψας καὶ ζυμώσας δίδου νήστει καὶ εἰς κοίτην· ἢ δαφνελαίου καὶ οἴνου καλοῦ ἀνὰ < γ΄. μίξας χλιαρὸν πότιζον ἐν λουτρῷ καὶ οἰνέλαιον θερμὸν κέραμον, πυρίαζε τὸν στόμαχον, τὸ οἰνέλαιον μὴ δίδου φθισικῷ πίνειν, ἀλλὰ τὴν σκευασίαν τοῦ οἰνελαίου ἀκριβῶς σκευάσας, καὶ χλιάνας πυρίαζον μετὰ σπόγγων τὸν στόμαχον. Ἄλλο. Θέρμων ἀφέψημα θερμὸν σακτὴν βρέξας, πυρίαζε τοὺς πόδας βήσσοντος, καὶ ἀποσπογγίσας αὖθις ἐπάλειφε βούτυρον καὶ πυρίαζε, τοῦτο τελέσας, ἰαθήσεται. Ἄλλο. κισσοῦ κόκκοις, ἢ ξύλοις, ἢ φύλλοις κάπνισον τὸν βήσσοντα· ἢ ῥητίνην σὺν οἴνῳ παλαιῷ συντρίψας πότισον νῆστι· ἢ ἀγριοκανάβης σπέρμα τρίψας πότισον μετὰ ὕδατος· ἢ κεδρίαν πότισον νηστικῷ, ἢ ὕσσωπον, καὶ γλήχωνα μετὰ ὀξυκράτου δὸς πιεῖν προεψήσας· ἢ βετονίκην φυράσας, μετὰ μέλιτος δίδου φαγεῖν· ἢ ῥάφανοι ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι πρωῒ καὶ ὀψέ· ἢ χαμαιλεύκη θυμιωμένη. Ἄλλο. δαφνίδας μετὰ πεπέρεως, καὶ στροβίλους μετὰ μέλιτος δίδου πρωῒ καὶ εἰς κοίτην.

Εἰς βήσσοντας, τετραχωμένους τὴν ἀρτηρίαν, ἀποκεκομμένους τὴν φωνὴν, καὶ ἀναφορικούς.

Λαβὼν τραγακάνθης, κόμμεως ἀνὰ < α΄. σμύρνης καλῆς < α. γλυκυῤῥίζης χυλοῦ, καὶ γλυκέος τὸ ἀρκοῦν, κόψας πάντα, καὶ ἑνώσας, ἐπειδὰν λειωθῶσιν, τὰ ξηρὰ μίξον μετὰ τῶν λοιπῶν.

Ἄλλο πρὸς βῆχιον, καὶ ἑλκομένην ἀρτηρίαν.

Λαβὼν τερεβινθίνης, κόμμεως, καλοῦ μέλιτος ἀνὰ < α΄. τὸ μέλι καὶ τὴν τερεβινθίνην προεψήσας, βάλλε τὸ κόμμι ὕστερον, καὶ δίδου ὅσον ἐλαίας μέγεθος διακρατεῖν ἐν τῷ στόματι. Ἄλλο. κόμμεως, λυκίου ἀνὰ ℥ δ΄. βάλλε εἰς ὕδωρ, καὶ ἔασον τακῆναι, εἶτα βάλλε κοτύλην Κρητικοῦ γλυκέος μίαν, καὶ ἕψε ἕως οὗ γένηται γλοιῶδες, τῷ χρῶ ἐν ἐκλεικτῷ.

Ἄλλο εἰς βηχία, καὶ βράγχους, καὶ αἵματος ἀναγωγάς.

Λαβὼν τραγακάνθης < β΄. λινοσπέρμου πεφρυγμέ-

νου < δ'. ἀμύγδαλα λελεπισμένα ι'. στροβίλου ὠπτημένης στέατι < γ'. τὴν τραγάκανθαν ἐν ὕδατι βρέχε χλιαρῷ, καὶ τὰ λοιπὰ μίξον γλυκεῖ καὶ διάβρεχε, λειοτρίβει. πρὸς δὲ τὰς ἀνακοπὰς τῆς φωνῆς, καὶ ἐὰν ἀναγῇ αἷμα, χρῶ μέλιτι ἀντὶ τοῦ γλυκέος. Ἄλλο. ῥαφάνους κατακόψας, καὶ στρογγύλα ποιήσας, ὄπτησον ἐπ' ἀνθράκων, καὶ μετὰ μέλιτος φάγε νῆστις.

Πρὸς βῆχα χρόνιον.

Λαβὼν πεπέρεως < α'. θέρμων ἀλεύρου ℥ γ'. καὶ μέλιτος κοχλιάριον α'. δὸς ῥοφεῖν. Ἄλλο. τῆς ἀκοῆς τοῦ χοίρου τὸ τετριμμένον ὀστοῦν περιαφθὲν τραχήλῳ, προφυλακτικόν ἐστι βηχός.

Βηχικὸν καὶ κιονικὸν, καὶ ἐν φλεγμονῇ παρισθμίων.

Οἱ ἐν ταῖς καλιαῖς τῶν νοσσιῶν τῶν χελιδόνων εὑρισκόμενοι λίθοι περιαπτόμενοι, προφυλακτικόν ἐστι βηχός.

Βηχικοῖς, καὶ ἐν ῥίζῃ σταφυλῆς, καὶ εἰς κατάρρουν.

Λαβὼν ζιγγιβέρεως < α'. χαλβάνης, ὀπίου, στύρακος, ἀνὰ < α'. γλυκεῖ ἀναλαβὼν ποίει ὀροβιαῖα, καὶ ἀντὶ καταποτίου παρέχε ἐν κοίτῃ δύο, καὶ ἐπιρρόφα καὶ τὸ γλυκὺ κεκραμένον. Ἄλλο. ζιγγιβέρεως < δ'. στύρακος < δ'. γλυκεῖ ἀναλάμβανε, καὶ ποίει ὀρόβια, καὶ ἀντὶ καταποτίου δίδου εἰς κοίτην γ'. ἐπιρροφῶντι γλυκὺ κεκραμένον.

Εἰς κατάρρουν καὶ βῆχα, δόκιμον.

Λαβὼν ὀπίου < β'. καστορίου < α'. ποίει ὀροβιαῖα, καὶ δίδου εἰς κοίτην πρὸς δύναμιν.

Ἄλλο, ᾧπερ ἐχρήσατο ὁ σοφώτατος Ἀλέξανδρος.

Πυρέθρου < β'. κόστου < α'. κόψας καὶ σήσας, ἐν δὲ τῇ χρήσει κέλευε ἅπτεσθαι τῶν μυκτήρων, καὶ στέλλε εὐθύς.

Πρὸς τοὺς ἐκ καταρρόου τὴν ἀρτηρίαν ῥευματισθέντας καὶ βήσσοντας.

Λαβὼν στύρακος < η'. καστορίου < δ'. ζιγγιβέρεως < δ'. χαλβάνης < δ'. ἑνώσας ποίει ὀροβιαῖα, καὶ παρέχε εἰς νύκτα β'. ἢ γ'. καὶ μὴ ἐπιπινέτω ὁ πίνων παραχρῆμα, καὶ ὠφεληθήσεται.

Πάσμα κρανίου παῦον ῥεῦμα αὐτοῦ.

Λαβὼν ὑπερικοῦ, σχοίνου ἄνθους, ἴρεως, ξυλοβαλσάμου ℥ α'. κόψας καὶ σήσας, χρῶ, ἐπιπάσσων τῷ κρανίῳ.

Πάσμα κρανίου ἀναξηραντικόν.

Λαβὼν κόστου, φύλλων μαλαβάθρου, κηκίδων, ναρδοστάχυος, ἴρεως, νάρδου Κελτικῆς, ῥόδων ξηρῶν, ἀνὰ ℥ α'. κόψας καὶ σήσας ἐπίπασσον.

Ἄλλο πάσμα.

Λαβὼν ἐρείκης καρποῦ, κηκίδων, σχοίνου ἄνθους, σαμψύχου, κόστου, ἴρεως, ξυλοβαλσάμου, ἀνὰ ℥ α'. κόψας καὶ σήσας, ἐπίπασσον τὴν κεφαλήν.

Ἀποφλεγματισμὸς χειμερινός.

Λαβὼν ὑσσώπου < δ'. ὀριγάνου < δ'. γλήχωνος < β'. καλαμίνθης < α'. σταφίδος ἀγρίας < α'. πυρέθρου < β'. πρασσίου < α'. σινήπεως < α'. ἑψήματος ξέστην α'. ὄξους ξέστην α'. ἑνώσας ἕψε ἕως οὗ ἀποτριτωθῇ, καὶ ἀποφλεγμάτιζε.

Ἀποφλεγματισμὸς ἐαρινός.

Λαβὼν ὑσσώπου ℥ δ'. ὀριγάνου ℥ γ'. γλήχωνος ℥ β'. καλαμίνθης ℥ α'. ἑψήματος ξέστην α'. ὄξους ξέστας τρεῖς.

fricti drach. iv. amygdala decorticata decem, nucleorum pineorum adipi incoctorum drach. iij. tragacantham aquâ calidâ macerato, ac cætera misceto, passumque infundito & lævigato; ad abscissam verò vocem, sanguinisque screatum, pro passo melle utere. *Aliud.* Raphanum in taleas rotundas concidito, & super prunas toreto, & jejuno comedendum ex melle præbeto.

Ad tussim diuturnam.

Recipe piperis drach. j. farinæ lupinorum unc. iij. mellis cochlearium unum, sorbendum præbeto. *Aliud.* Os perforatum auriculæ porci, collo appensum, à tussi præservat.

Medicamentum quod tussi & columellæ affectibus, & inflammationi tonsillarum medetur.

Lapilli qui reperiuntur in nidis pullorum hirundinum appensi à tussi tuentur.

Ad tussientes, & uvæ radice laborantes, & ad destillationes.

Recipe zingiberis, galbani, opii, styracis, singulorum drach. j. eâque passo exceptâ in globulos ervi magnitudine redigito, & ex his duos loco catapotiorum da dormituro; sorbeat etiam passum dilutum. *Aliud.* Recipe zingiberis drach. iv. styracis drach. iv. excipe passo, & fac orobia, & ex his tres cubitum eunti da pro catapotiis, qui sorbeat passum dilutum.

Ad destillationem & tussim, probatum.

Recipe opii drach. ij. castorii drach. j. confice trochiscos ervi magnitudine, & pro viribus dormituro exhibe.

Aliud, quo usus est sapientissimus Alexander.

Recipe pyrethri drach. ij. costi drach. j. terito & cribrato; in usu jube nares tangere, ac statim constringe.

Ad eos quibus in arteriam fluit catarrhus, & ad tussientes.

Recipe styracis drach. viij. castorii drach. iv. zingiberis drach. iv. galbani drach. iv. ex his unitis facito pilulas, ad ervi formam; duas autem vel tres eunti dormitum præbe, neque statim pòst bibat; juvabitur etenim.

Pulvis cephalicus reuma sedans.

Recipe hyperici, junci odorati, iridis, ligni balsami, singulorum drach. j. trita & cribrata calvariæ insperge.

Alius, qui caput exiccat.

Recipe costi, foliorum malabathri, gallarum, spicæ nardi, iridis, nardi Celtici, rosarum aridarum, singulorum drach. j. ea trita & cribrata insperge.

Alius pulvis.

Recipe ericæ fructus, gallarum, junci odorati, sampsuchi, costi, iridis, ligni balsami, singulorum drach. j. trita & cribrata capiti inspergito.

Apophlegmatismus hyemalis.

Recipe hyssopi drach. iv. origani drach. iv. pulegii drach. ij. calaminthæ drach. j. staphisagriæ drach. j. pyrethri drach. ij. marrubii drach. j. sinapis drach. j. sapæ sextarium j. aceti sextarium j. omnia simul ad tertias coquito, & gargarizet.

Apophlegmatismus vernus.

Recipe hyssopi unc. iv. origani unc. iij. pulegii unc. ij. calaminthæ unc. j. sapæ sextarium, aceti sextarios tres.

Apophleg-

Apophlegmatismus æstivus & autumnalis.

Recipe hyssopi unc. iv. origani unc. iij. pulegii unc. ij. calaminthæ unc. j. spicænardi unc. j. caryophyllorum unc. j. cinnamomi unc. iij. marrubii unc. iv. iridis unc. iij cyperi unc. ij. pyrethri unc. j. sapæ sextarium j aceti sextarium j. ad tertias coquito, & gargarizandum præbeto.

Ad destillationem.

Recipe origani fasciculos ij. pulegii fasciculum j. injice in ollam mundam cum aceto, & adjicito caricas vj. & passulas xij. decoquito ad tertias, & deinde percolato, ac id in calicem conjectum gargariza.

Ad humores in pectore residentes.

Urticæ folia ptisanæ incocta offerto; discutit inflationes, & quæ in pectore sunt educit.

Ad tussim, & spirandi difficultatem à stomacho, & sanguinis excreationes.

Acceptam spongiam albam novamque urito, & terito, cinerem illum cum melle misceto, & piperis quod satis sit adjicito, indeque linctum componito, atque sero à cœna quantum tribus digitis capi potest, assumito.

Ad anginam.

Collum felle bovis masculi obline.

Exsiccatorium ad tussim.

Fœnumgræcum ad tertias elixato, jusculumque id summo mane cum melle exhibeto.

Pastillus tussi commodus, in quibus fluxio ad pectus destillat.

Recipe pulegii, hyssopi, piperis, nasturtii, singulorum drach. j. ex his melle exceptis confice pastillos pendentes singulos drachmam, & eis utere.

Ad tonsillarum vitia.

Salicis folia & fructus plurimum ex aqua decocta gargarizentur; hoc medicamentum crassam pituitam maximè à pelle evellit; probè etiam facit ad anginam. *Aliud.* Decoctum myrti, & lenticulæ gargarizandum præbe.

Ad anginam.

Caprinum stercus gargarizetur, aut ore hianti fauces succo rutæ illinito.

Ad destillationem.

Hyssopum, ficus, mel & ruta ex aqua coquantur, id decoctum gargarizetur.

Ad clarificandam vocem.

Tragacantha vino macerata & epota vocem claram præstat.

Ad abscissam vocem.

Styracem aquâ macerato, catapotia fingito ciceris magnitudine, ex illis tria dato, statim loquetur.

Ad inflammationem erysipelatis.

Anchusæ folia in cataplasma redacta cum polenta imposita. Aut portulacæ folia etiam cum polenta. Aut brassicæ, aut cannarum virentia folia trita, & imposita. Aut rubi, aut rhamni, & rosarum folia in modum cataplasmatis imposita.

Ad lumbricos.

Polypodii radicem cum sapa mistam edat. Aut raphani semen ex aqua bibat. Aut allium rodat. Aut ulmi radicem ex mulsa epota. Aut cortex radicis sycamini ex aqua decocta, &

A

Ἀποφλεγματισμὸς θερινὸς καὶ φθινοπωρινός.

Λαβὼν ὑσσώπου ℥ δ΄. ὀριγάνου ℥ γ΄. γλήχωνος ℥ β΄. καλαμίνθης ℥ α΄. ναρδοστάχυος ℥ α΄. καρυοφύλλου ℥ α΄. κινναμώμου ℥ γ΄. πρασίου ℥ δ΄. ἴρεως ℥ γ΄. κυπέρου ℥ β΄. πυρέθρου ℥ α΄. ἑψήματος ξέστην μίαν, ὄξους ξέστην α΄. ἕψει ἕως ἀποτριτωθῇ, καὶ ἀποφλεγμάτιζε.

Εἰς κατάρρουν.

Λαβὼν ὀριγάνου δεσμίδας β΄. γλήχωνος δεσμίδα α΄. μετὰ ὄξους βάλων εἰς χύτραν καθαράν, καὶ ἰσχάδας ς΄. καὶ σταφίδας ὀπτὼ ιβ΄. ἕως ἀποτριτωθῇ, καὶ ἐκχέλισον, καὶ βάλλε εἰς ποτήριον, καὶ λαβὼν ἀναγαργάριζε.

B

Πρὸς τοὺς ἐν τῷ θώρακι χυμούς.

Κνίδης τὰ φύλλα συνεψηθέντα πτισάνῃ δίδου. λύει γὰρ καὶ ἐμπνευματώσεις, καὶ ἀνάγει τὰ ἐν τῷ θώρακι.

Πρὸς βῆχα καὶ δύσπνοιαν ἐν στομάχῳ, καὶ ἀναγωγὰς αἵματος.

Λαβὼν σπόγγον λευκὸν καὶ καινόν, καὶ καύσας, καὶ λειοτριβήσας, μίξον τὴν σποδιὰν σὺν μέλιτι καὶ πεπέρει τῷ ἀρκοῦντι, καὶ ποιήσας ὡς ἔκλειγμα λάμβανε ὀψὲ μετὰ τὸ δεῖπνον, ὅσον αἴρεις τοῖς τρισὶ δακτύλοις.

C

Πρὸς συνάγχην.

Χολῇ βοὸς ἄρρενος χρίε τὸν τράχηλον.

Πρὸς βῆχα, ξηραντικόν.

Τῆλιν ἑψήσας ἕως ὅτου ἀποτριτωθῇ, καὶ τὸ ζωμάτιον λαβέτω πρωῒ μετὰ μέλιτος.

Τροχίσκος βηχικὸς τοῖς τὸν θώρακα ῥευματιζομένοις.

Γλήχωνος, ὑσσώπου, πεπέρεως, καρδάμου ἀνὰ ℥ α΄. μέλιτι ἀναλαβών, ποίει τροχίσκους ἀνὰ < α΄. καὶ χρῶ.

D

Περὶ παρισθμίων.

Ἰτέας φύλλα καὶ καρπὸν ἑψήσας ὕδατι ἐπιπολὺ δίδου ἀναγαργαρίζεσθαι. τοῦτο ἀποσπᾷ τὰ παχέα τῶν δερμάτων μάλιστα, καὶ εἰς συναγχικοὺς ποιεῖ. Ἄλλο. μυρσίνην καὶ φακὸν ἑψήσας δίδου ἀναγαργαρίζεσθαι.

Πρὸς συνάγχην.

Αἰγεία κόπρος σὺν μέλιτι ἀναγαργαριζέσθω· ἢ πηγάνου χυλόν, ἀνοίξας τὸ στόμα, ἐπίκλυζε τὸν φάρυγγα.

E

Πρὸς κατάρροιαν.

Ὕσσωπον ἑψήσας μετὰ σύκων, καὶ μέλιτος, καὶ πηγάνου, μετὰ ὕδατος δὸς ἀναγαργαρίζεσθαι.

Εἰς καλλιφωνίαν.

Τραγάκανθα ἀποβραχεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ ποθεῖσα φωνὴν λαμπρὰν ποιεῖ.

Πρὸς ἀποκοπὰς φωνῆς.

Στύρακα λειώσας μετὰ ὕδατος, ποίει καταπότια ἴσα ἐρεβίνθου, καὶ δίδου τρία, καὶ εὐθέως λαλήσει.

F

Πρὸς φλεγμονὴν ἐρυσιπέλατος.

Ἀγχούσης φύλλα σὺν ἀλφίτοις καταπλασσόμενα· ἢ ἀνδράχνης φύλλα σὺν ἀλφίτοις καταπλασσόμενα· ἢ κράμβης φύλλα καταπλασσόμενα, ἢ καλάμου φύλλα χλωρά, λεάνον καὶ κατάπλασον· ἢ βάτου φύλλα καταπλασσόμενα, ἢ ῥάμνου, καὶ ῥόδων φύλλα καταπλασσόμενα.

Πρὸς ἕλμινθας.

Πολυποδίου ῥίζα μιγνυμένη μετὰ ἑψήματος, καὶ ἐσθιομένη· ἢ ῥαφανίου σπέρμα σὺν ὕδατι πινόμενον· ἢ σκόροδον τρωγόμενον· ἢ πτελέας ῥίζα σὺν μελικράτῳ πινομένη· ἢ συκαμίνου ῥίζης ὁ φλοιὸς σὺν ὕδατι ἑψηθείς, καὶ

ποτκίς· ἢ μελάνθιον πινόμενον, καὶ καταπλασσόμενον· ἢ κράμβης σπέρμα σὺν ὕδατι πινόμενον· ἢ ἡδυόσμου χυλὸς πινόμενος· ἢ κάρδαμος μετὰ ἡδυόσμου πινόμενος.

Ἰδία πεῖρα.

Κανναβεως σπέρμα ξηρὸν κόψας καὶ σήσας, ὕδατι μίξας καὶ χυλῶδες ποιήσας, καὶ ῥάκει καθαρῷ ἀποπιάσας, δὸς πιεῖν· ἢ βόλβιτον ξηρὸν καύσας, καὶ ποιήσας ξηρίον ἐξ αὐτοῦ δὸς πιεῖν < α'. μετ' οἴνου.

Πρὸς ἕλμινθας πλατείας, καὶ ἀσκαρίδας.

Λαβὼν νίτρου, καρδάμου, πεπέρεως ἀνὰ ℥ α'. ποιήσας ξηρίον, δίδου κοχλιάριον α'. μετὰ οἴνου.

Εἰς τὸ κινεῖν ἱδρῶτας, καὶ ἀποπαύειν πυρετούς.

Κάγχρυος σπέρμα, μετ' ἐλαίου συγχριόμενον· ἢ πύρεθρον μετὰ ἐλαίου θερμανθὲν, καὶ ἐπιχρισθὲν πρὸ μιᾶς ὥρας τῆς ἐπισημασίας.

Ἄλλο πρὸς πυρετὸν, δόκιμον.

Ἔλαιον κινναμωμέλαιον, χαμαιμήλινον, ὄξος, νίτρον ἅμα φύλλοις δάφνης καλῶς συνεψήσας, χρῖε τὸν κάμνοντα, καὶ σκεπάσας ἐπιεικῶς αὐτίκα ἱδρώσει.

Σύγχρισμα πυρετοῦ.

Λαβὼν βουτύρου μέτρα δύο, μέλιτος μέτρον α'. μίξας καὶ χλιάνας χρῶ. Ἄλλο. λαβὼν θρίδακος φύλλων χυλοῦ μέτρον α'. ἐλαίου κοινοῦ μέτρα β'. μίξας καὶ ἀνασκεύψας ἐπιμελῶς, σύγχρισον ὅλον τὸ σῶμα. δόκιμον γάρ ἐστιν. Ἄλλο. λαβὼν ἀρτεμισίας χυλοῦ μέτρον α'. ῥοδίνου μέτρα β'. μίξας χρῶ.

Πρὸς πόνον ἡμικρανίου.

Στρύχνου χυλὸς μετ' ἐλαίου συγχριόμενος πάνυ ὠφελεῖ. Ἄλλο. σινήπεως σπέρμα μετὰ μέλιτος κατάπλασον. Ἄλλο. πηγάνου ἡμέρου σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ ἑψηθέντος καταχριομένου.

Πρὸς κυνοδήκτους.

Κνίδης σπέρμα καταπλασσόμενον· ἢ πρασίου μελαίνης τὰ φύλλα καταπλασσόμενα· ἢ μελανόφυλλον σὺν οἴνῳ πινόμενον, καὶ τοῖς δήγμασιν ἐπιτιθέμενον· ἢ σκόροδα καταπλασσόμενα, καὶ ὀπτὰ ἐσθιόμενα, καὶ πινόμενα.

Πρὸς τοὺς φοβουμένους τοὺς κύνας.

Ῥοδοδάφνης ῥίζαν περίαψον τὸν τράχηλον, καὶ ἀπαλλαγήσεται· ἐὰν δὲ θέλῃς πειρᾶσαι, ὅταν κύων μαίνῃ, ἐπίθες περὶ αὐτὸν, καὶ εὐθέως ἀφίσταται τῆς μανίας.

Πρὸς λυσσοδήκτους.

Λυσσοδήκτων τοῖς τραύμασι, κράμβης φύλλα λεῖα μετὰ σιλφίου καὶ ὄξους ἐπιτιθέσθω. καθ' ἑαυτὴν γὰρ λυττῶντος κυνὸς δῆγμα ὠφελεῖ, καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον, ἑφθὴ δὲ κράμβη προτρωγομένη φθισικοὺς θεραπεύει, καὶ τὰς περὶ τὴν ἀρτηρίαν διαθέσεις ἰᾶται. λειοτριβηθεῖσα δὲ, καὶ καταπλασθεῖσα ἐπὶ σπληνὸς τοῦτον ὑποτήκει.

Πρὸς συνάγχην, καὶ πόνον τραχήλου.

Λεύκη ξηρὰ, μέλιτι λειωθεῖσα, καὶ ἐπιχρισθεῖσα τῷ τραχήλῳ, ἢ καρδάμου σπέρμα, καὶ κόπρον περιστερᾶς, σὺν μέλιτι ἐμπλασσόμενα, σὺν μέλιτι χλιαρῷ ἀναγαργάριζε. ἢ κυνείαν λευκὴν λεάνας μετὰ ὄξους ἐπίχριε εἰς τὸν τράχηλον.

Πρὸς δυσωδίας μυκτήρων.

Κισσοῦ τῶν φύλλων ὁ χυλὸς χλιαρὸς ἐγχυματιζόμενος τοῖς ῥώθωσιν· ἢ καλαμίνθης χυλὸς ὁμοίως χλιαρὸς ἐγχεόμενος· ἢ σμύρνα λειωθεῖσα σὺν γάλακτι γυναικείῳ, καὶ ἐγχεομένη.

Πρὸς αἱμορραγίαν μυκτήρων.

Ἀκακίαν σὺν ὄξει λειώσας ἔγχεε τοῖς ῥώθωσιν.

A epota valet. Aut nigella in potu accepta, & in cataplasmate administrata. Aut brassicæ semen ex aqua bibitum. Aut succus menthæ epotus. Aut nasturtium cum mentha potum.

Proprium experimentum.

Semen canabis aridum tritum cretumque, & aquâ mistum, ut succi habeat spissitudinem, ac linteo mundo percolatum potui detur. Aut fimum bubulum aridum & tritum potandum dato pondere drachmæ j. ex vino.

Ad lumbricos latos & teretes.

B Recipe nitri, nasturtii, cardamomi, piperis, ana unc. j. il pulverem redigito, da cochlearium ex vino

Ad proritandos sudores, finiendamque febrem.

Semen canchrycos ex oleo illitum benefacit. Item pyrethrum ex oleo calefactum, & per horam ante invasionem inunctum.

Aliud ad febrem probatum.

Oleum cinnamomelæum, chamæmelinum, acetum, nitrum cum lauri foliis coquito, & febricitantem illinito, probeque tegito, statim C enim sudabit.

Illitus ad febricitantes.

Recipe butyri partes duas, mellis partem unam, misce, & tepido utere. *Aliud.* Recipe succi foliorum lactucæ partem unam, olei communis partes duas, misce, & eis probè agitatis universum corpus illine, probatum est medicamentum. *Aliud.* Artemisiæ partem unam, rosacei partes duas, misce & utere.

Ad hemicranium dolorem.

Solani succus cum oleo illitus plurimum confert. *Aliud.* Ex sinapis semine, & melle con- D fectum cataplasma administra. *Aliud.* Ruta domestica ex aceto & rosaceo cocta & illita valet.

Ad canis morsum.

Urticæ semen in modum cataplasmatis appositum confert. Aut folia nigri marrubii. Aut apiastri folia ex vino pota, & morsibus apposita. Aut allia in cataplasmatis modum apposita, atque etiam tosta, comesta, & bibita.

Ad timentes canem irruentem.

Radicem nerii collo appendito, & liber evadet; id verò si experiri volueris, furenti cani radicem circumponito, illico enim furor mi- E tescet.

Ad morsus rabidi canis.

Vulneribus ex morsu rabidi canis factis folia brassicæ cum lassere & aceto trita apponito: brassica enim per se valet ad morsus rabidi canis, ejusque decoctum in potu acceptum. Elixa etiam brassica si estur ante alios cibos, phthisicos sanat; etiam affectus arteriæ curat. Sed & contusa, & in modum cataplasmatis lieni apposita, ipsum attenuat.

Ad anginam, collique dolores.

Populus alba arida, & ex melle trita, & cer- F vici illita. Aut nasturtii semen cum columbino fimo ex melle appositum, aut tepidum cum melle gargarizatum. Aut canino stercore albo ex aceto illine collum.

Ad fœtidos narium odores.

Valet succus foliorum hederæ tepidus naribus instillatus. Aut calaminthæ succus simili modo tepidus instillatus. Aut myrrha ex muliebri lacte lævigata & infusa.

Ad profluvia sanguinis, è naribus.

Acacia ex aceto lævigata naribus infundatur.

Aliud. Accipe acetum cum sale, idque in ollam aut mortarium mittito, lanamque acceptam illis imbuito, tepefactamque quantum laborans ferre potest, capiti imponito, pluribus deinde vestibus statim tegi jubeto.

Medicamentum nares expurgans.

Thymum & origanum melle excepta in pastillos redigito, & eos commanducandos exhibeto.

Ad pleuriticos.

Bdellium ex vino potum valet; itemque ex aqua. Aut fructus balsami ex aqua bibitus, aut delinctus ex melle. Aut radix aristolochiæ ex aqua epota. Aut ruta ex mulsa etiam pota.

Ad acutam febrem.

Confert succus peponis illitus. Aut succus ramentorum cucurbitæ inunctus. Aut rosa ex oleo, aut cataplasma ex plantagine appositum.

Præsagium in febricitantibus.

Rosaceo inunge primùm, mox semen apii tritum impone, stuppamque rotundam in modum rotæ cordi impone, ovique luteum affunde, & reticulo contegito; si fiat ovi dissipatio, mortem instare noveris; nam anima hoc facere dicitur.

Ad vulnera conglutinanda.

Radix graminis trita, ut aridum medicamentum imponatur. Aut sideritidis herbæ folia suspendentur.

Curatio dolorum auris.

Amygdalinum oleum in aures instillatum confert. Aut oleum ex nucibus confectum; item instillatum. Aut laurinum, aut balsaminum oleum. Aut succus fructus dracontii herbæ infusus. Aut succus herbæ perdiciadis cum rosaceo tepidus in aures instillatus. Aut oleum in quo ruta incocta sit, tepidum instillatum. Aut myrrha & mel tepefacta & instillata. Aut rutam cum lacte muliebri ejus quæ masculum pepererit, tepidam instillato. Aut expressum ex allio succum in aures instillato. Aut porri succum, vel ejusdem decoctum tepidum. Aut porri succum cum melle mixtum instillato. Aut ore assumptum oleum in aures insufflato. Aut cucurbitæ succum cum rosaceo infundito.

Ad scabiem & pruritum.

Recipe frustuli panis non fermentati, non conditi, putrefacti lib. j. nigellæ tziaricam j. semicontusæ menthæ, calaminthæ, bunisæ aridæ, singulorum semilibram; rutæ, thymbræ sylvestris, fœniculi, singulorum tramia quadraginta, anisi tramia triginta, nanachuam tramia xl. uvarum passarum, pinguium maurarum semilibram, palmularum mundatarum tziaricam j. mellis veri, hilari melisii semilibram, sacchari cantii tziaricam j. rosarum siccarum, aut liquoris ab eis per ignem extracti tramia c. hæc in dolio ponenda sunt cum aqua, & per xl. dies soli exponenda; ipsa præterea dejicienda sunt in linteo mundo deligata ligni aloes tramia v. spicæ tramia vij. caryophyllorum tramia ij. croci tramia iij. masticHes tramia x. thuris tramia x. corticis struthii tramia xv. musci tramium j. ambræ tramium j. hæc omnia linteolo inclusa in dolioli medium succum demittito, & per xl. dies quotidie terito & exprimito, suspendens videlicet in dolio in medio succo, & post quadragesimum diem, aquam succo supernatantem projice in aliud vas, & succo aquam alteram impone, atque utraque illa iterum soli expone; postquam autem totum jus coactum fuerit, imponito in altero vase, in cacaboque nitido, aut olla decoquito ad tertias, maturisque cotoneis impleto, neque ex medio garo unquam linteolum eximas, sic enim optimum garum habeas, & omnibus hominibus utile.

Ad capitis dolorem Barlamæ monachi.

Recipe fabaceæ farinæ pugillum, mastiches parum cum modico etiam cumino; hæc in unum miscenda sunt, indeque cum succo ma-

lorum cotoneorum emplastrum faciendum est, quod membranæ illitum fronti apponendum est.

Ad dysuriam.

Optimum unguentum injice in urinarium meatum, & statim minget; aut mel cum canabi sylvestri in unum mixtum perinæo impone: aut muscum impone urinario meatui.

Ad sanguinem è naribus profluentem.

Canabis folia arida & trita in narem insufflato. Aut lineum pannum ustum, & ex acri aceto tritum in nares insufflato.

Ad muliebres uteros.

Obsonium ex jusculo, & verum amanetarium, & cardid, ustum ex vino veteri bibendum dato.

Vt fructus arbor non amittat.

Lilii radicem arbori suspendito, fructusque stabilis manebit nec decidet.

Ad vulnus, dulce.

Cor cum pelle & cornu cervi comburito, & ex oleo illinito.

Ad stomachum.

Rutam, & thymbram cum ovo, & cuminum, & menthæ radices potui dato.

Ad impetigines.

Piper ex muliebri lacte terito, & illinito, curabitur etenim.

Ad dolores dentium.

Ovi putamina, sepiæ testam, & oleum simul misceto, & ad tertias decocta tepida dolenti loco apponito.

Ad lumbricos.

Cornu cervi ramenta ex vino veteri à balneo potui dato.

Ad urinæ difficultatem.

Coriandrum, menthamque ex aqua & melle ad tertias decoque, & bibenda dato.

Ad vulnus, dulce.

Suillum stercus cum oleo & aceto acri misceto, & locum panno setaceo excoriatum prius illinito.

Ad laterum dolores.

Paliuri radicem donec tertia pars remaneat ex vino coctam, à balneo bibendam dato.

Ad jecur & stomachum.

Aloes & spicæ, utriusque miliarium unum, ex vino potandum exhibeto à balneo, & curabis.

Ad somnum conciliandum.

Luto facto ex stercore capræ & trisagine faciem illine.

Ad tussim.

Semen raphani fœniculique ex melle potui dato.

Ad cordis dolorem.

Rutam, lini semen, & fœniculi cordi imponito.

Ad lumbricos.

Lupinos, baccas lauri, & fel tauri simul mixta umbilico imponito.

Ad hæmorrhoïdas.

Testudinis testam suffito.

Ad exustionem.

Vitellos ovorum tostos in sartagine in modum emplastri impone.

νίων μήλων, καὶ ποίησαι ἔμπλαστρον, καὶ ἐπιθεῖναι τῷ μετώπῳ ἀπὸ μηνίγγος.

Περὶ δυσουρίας.

Μύρον χρηστὸν βάλλε εἰς τὸν οὐρητῆρα, καὶ εὐθέως οὐρήσει· ἢ μέλι καὶ ἀγριοκάνναβον ἑνώσας, ποίησον ἐπίθεμα, καὶ θὲς ὑπὸ τὸν ἀφεδρῶνα· ἢ μόσχον θὲς ἐν τῷ οὐρητῆρι.

Πρὸς αἷμα ἐκ ῥινῶν.

Καννάβεως φύλλα ξηράνας, καὶ τρίψας, ἐμφύσα εἰς τὸ ῥώθωνα· ἢ πανίον λινὸν καύσας μετ' ὄξους δριμέος ἐμφύσα εἰς τὰς ῥῖνας.

Περὶ ὑστέρας γυναικός.

Ὄψον ζωμίου, καὶ ἀμανιτάριον ἀληθινόν, καὶ καρδίδι, καύσας μετὰ οἴνου παλαιοῦ, δὸς πιεῖν.

Περὶ τοῦ μὴ ἀπολλύειν τὸ δένδρον τὸν καρπόν.

Κρίνου ῥίζαν κρέμασον εἰς τὸ δένδρον, καὶ στήκει ὁ καρπὸς αὐτοῦ, καὶ μὴ πίπτει.

Πρὸς τραῦμα, γλυκύ.

Καρδίαν μετὰ τοῦ φλοιοῦ, καὶ κέρας ἐλάφου καύσας, μετὰ ἐλαίου ἄλειφε.

Πρὸς στόμαχον.

Πήγανον καὶ θύμβραν μετὰ ὠοῦ, καὶ κύμινον, καὶ ἡδυόσμου τὰς ῥίζας δὸς πιεῖν.

Πρὸς λειχῆνας.

Πέπερι τρίψας μετὰ γυναικείου γάλακτος ἐπάλειφε, καὶ ἰᾶται.

Πρὸς πόνον ὀδόντων.

Λεπίδας ὠῶν καὶ σηπίας καὶ ἔλαιον μίξας, ἀποτρίτωσον καὶ χλιαρὰς βάλλε εἰς τὸν τόπον.

Πρὸς ἕλμινθας.

Κέρας ἐλάφου ῥινίσας μετὰ οἴνου παλαιοῦ δὸς πιεῖν ἀπὸ λουτροῦ.

Πρὸς δυσουρίαν.

Κορίανδρον, καὶ ἡδύοσμον, καὶ ὕδωρ μετὰ μέλιτος ἀποτριτώσας δός.

Πρὸς τραῦμα, γλυκύ.

Ἀφόδευμα χοίρου μετ' ἐλαίου καὶ ὄξους δριμέος μίξας, καὶ τὸν τόπον ἐκδείρας μετὰ τριχίνου πανίου, ἐπάλειφε.

Πρὸς πόνον πλευροῦ.

Παλιουρέας ῥίζαν μετὰ οἴνου ἀποτρίτωσον, καὶ δὸς πιεῖν ἀπὸ λουτροῦ.

Πρὸς ἧπαρ καὶ στόμαχον.

Ἀλόην καὶ στάχυν, ἀνὰ μιλιαρίου ἑνὸς μίξας μετὰ οἴνου ἀπὸ λουτροῦ πότισον, καὶ ἰᾶται.

Πρὸς ὕπνον.

Αἰγὸς κοπρίαν μετὰ χαμαίδρυος πηλὸν ποιήσας, ἄλειφε τὸ πρόσωπον.

Πρὸς βῆχα.

Ῥαφάνου σπέρμα καὶ μάραθρον μετὰ μέλιτος δὸς πιεῖν.

Πρὸς καρδιόπονον.

Πήγανον, καὶ λινόσπερμα, καὶ μάραθρον κατὰ τῆς καρδίας θές.

Πρὸς ἕλμινθας.

Λουπινάρια, καὶ δαφνόκοκκα, καὶ χολὴν ταύρου μίξας, ἐπίθες εἰς τὸν ὀμφαλόν.

Περὶ αἱμορροούσης.

Χελώνης κάκκαλον ὑποκάπνισον.

Πρὸς καῦσιν.

Ὠὰ ὀπτά, τοὺς κρόκους καύσας εἰς τηγάνιον, καὶ ἀποπλάσας, ἄλειφε.

Περὶ κνησμονῆς.

Γάρος, καὶ θεῖον ἄπυρον, καὶ ἔλαιον ἄλειφε, καὶ θαυμάσεις.

Πρὸς ἴκτερον.

Χρυσολαχάνου σπέρμα, καὶ μέλι, καὶ κρόκον ταράξας εἰς τὸ κράββάτιον χρίε, καὶ ὠφελεῖ.

Περὶ σκωλήκων.

Χαμαιλέοντος τὴν ῥίζαν βάλλε, καὶ κνίδης τὰς κορυφὰς λειώσας ἐπίβαλλε.

Περὶ βηχός.

Μαράθρου τὰς ῥίζας τρίψας δὸς πιεῖν νήστει ἐπὶ ἡμέρας θ'. καὶ θαυμάσεις.

Πρὸς κεφαλίου πλοκάμους.

Μολόχην, καὶ ἐλελισφάκου τὴν ῥίζαν λειώσας κατὰ λόγον, καὶ βάλλε εἰς ἀγγεῖον μετὰ οἴνου καλοῦ, καὶ ἀπὸ λουτροῦ χρίε τοὺς πλοκάμους.

Πρὸς ὤτων πόνους.

Τοῦ βάτου ὁ χυλὸς ἐκπιεζόμενος, καὶ χλιαινόμενος, καὶ ἐνσταζόμενος εἰς τὸ οὖς, παύει τὸν πόνον.

Πρὸς ἴκτερον.

Χρυσολάχανον κοπανίσας κοχλιάριον ἕν, καὶ μέλιτος κοχλιάριον ἕν, καὶ οἶνον θερμὸν δὸς νήστει.

Ἄλλο πάνυ καλόν.

Εἰς τὸ δεξιὸν ὠτίον τοῦ ἐπικειμένου λεπτὴν φλέβα κόψον, καὶ ἐξερχομένου τοῦ αἵματος θαυμάσεις, ἐὰν δὲ πονήσῃ σπλῆνα, ποίησον ὁμοίως εἰς τὸ ἀριστερόν.

Πρὸς ἡπατικούς, σπληνικούς, καὶ στομαχικοὺς ἀπαράβατον.

Ἀγνοκόκκια δίδου ἐσθίειν καὶ πίνειν, καὶ οἴνου, πρωῒ καὶ ὀψέ. Ἄλλο. σελίνου σπέρμα, καὶ μακεδονίου, καὶ ἐρεβίνθων καὶ ἀγνόκοκκα πάντα συντρίψας μετὰ οἴνου θερμοῦ δὸς πιεῖν.

Βοήθημα περὶ νεφριτικούς.

Εὐζώμου σπέρμα, καρδάμου σπέρμα, ῥαφάνου σπέρμα, λειώσας εἰς ἓν μετὰ μέλιτος Ἀττικοῦ, καὶ δίδου < α'. μετὰ οἴνου παλαιοῦ.

Βασιλείου ἰκτοῦ τοῦ μελιτηνιώτου δίαιτα πρὸς βασιλέως νοτάριον τὸν γραμματικόν. σκευασία οἴνου εἰς τὸ ποιῆσαι ἄγνωστον καὶ κόκκινον.

Οἶνον ὥστε μέτρα εἴκοσι πληρώσῃς γέμισον πίθον, καὶ ἆρον ἐξ αὐτοῦ μέτρα β'. καὶ βάλλε ἐν χύτρᾳ λιθίνῃ, ἐπίβαλλε μαράθρου μιλιάρια ρ'. σελινόσπερμον μιλιάρια ρ'. ἀνίσου μιλιάρια ν'. μετὰ τούτων δεῖ βράσαι καλῶς, καὶ σακκελίζειν, καὶ ξέστου ὄντος, ἐνστρέφειν ἐν τῷ πίθῳ, εἶτα ἔπαρον τριψίδιον μιλιάρια ρ'. καρυοφύλλων μιλιάρια ε'. κρόκου μιλιάριον α'. μαστίχης μιλιάρια γ'. κυπέρου μιλιάρια ε'. ξυλαλόης μιλιάρια ε', τρίψας ὅλα ὁμοῦ καὶ σήσας, ἔμβαλλε ἐν ὀθόνῃ λινῇ, καὶ θὲς μέσον τοῦ πίθου, καὶ χρῶ.

Τοῦ αὐτοῦ, περὶ ἐνδυναμοῦμενα στομάχου διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὰ φλέγματα ἐν αὐτῷ, καὶ ἀνενέγκαι κεφαλαλγίαν.

Δεῖ σε λαβεῖν ῥοδομέλιτος καθ' ἑκάστην ἡμέραν μιλιάρια κ'. σελινόσπερμον μιλιάριον ἕν, ἀνίσου μιλιάριον τὸ S. καὶ ἐπινηστεύειν τὸ μεσημβρινόν, καὶ τότε γεύεσθαι, καὶ γὰρ διὰ τοῦτο ὡρισάμεθα ποιεῖν οὕτως, διὰ τὸ εἶναι τὸ ῥόδον ἐνδυναμοῦντα τὸν στόμαχον, τὸ δὲ μαστίχην θερμαῖνον, τὸ μάραθρον, καὶ τὸ σέλινον, διὰ τό, ἐὰν εὕρωσιν ἐν τῷ ἥπατι, καὶ τῷ σπληνὶ πλῆθος χυμῶν μελαγχολικῶν, αἴρωσι καὶ κατάγωσι διὰ τῶν οὔρων ἀνωδύνως, τὸ ἄνισον, διὰ τὸ διώκειν τὰ πνεύματα ἀπὸ τῆς γαστρὸς καὶ ῥωννύειν τὸν στόμαχον, καὶ διὰ

Ad pruritum.

Garo, & sulfure ignem non experto, & oleo illinito, & miraberis.

Ad morbum regium.

Chrysolachani semen, mel, & crocum confundito, & lectulo cubantem illinito, bene faciet.

Ad vermes.

Chamæleontis radicem tritam adjectis summitatibus urticæ tritis imponito.

Ad tussim.

Fœniculi radices tritas da per novem dies jejuno bibendas, & mirabere.

Ad comam.

Malvam & salviæ radicem diligenter tritas cum vino optimo in vas conjice, post ablutionem comam illinito.

Ad aurium dolores.

Rubi expressus succus, tepefactus, in aurem instillatus dolorem sedat.

Ad regium morbum.

Recipe chrysolachani triti cochlearium j. mellis cochlearium j da jejuno calidum ex vino.

Aliud admodum bonum.

Tenuem venam auriculæ dextræ decumbentis secato, & sanguine effluente, effectum mirabere; quòd si lien malè habeat, idem facito in sinistra aure.

Ad hepaticos, lienosos & stomachicos remedium quòd non fallit.

Viticis grana in potum & in cibum dentur cum vino mane & vesperi. *Aliud.* Apii & petroselini macedonici semen, & cicer, & viticis grana, omnia trita ex vino calido dentur bibenda.

Remedium ad renum vitia.

Erucæ semen, nasturtii semen, raphani semen trita simul in unum misce, & cum melle Attico exhibe drach. j. ex vino veteri.

Basilii icti melitinoti victus ratio ad notarium Regis Grammaticum. Confectio vini perspicui & coccini.

Dolium quod viginti mensuras capiat, vino reple, & ex eo exime mensuras duas, & in ollam lapideam injice, & adde seminum fœniculi, apii, utriusque miliaria centum, anisi miliaria l. postea verò oportet ut ferveat bene, deinde ut coletur, & quum sextarium fuerit, in dolium infunde, deinde accipe tripsidii miliaria c. caryophillorum miliaria v. croci miliarium j. mastiches miliaria iij. cyperi miliaria v. ligni aloes miliaria v. trita omnia simul & creta impone in lineum linteolum, & in medio dolio collocato, & utere.

Ejusdem ad roborandum ventriculum pituitâ refertum, & capiti dolorem afferente.

Oportet ut mellis rosacei quotidie accipias miliaria xx. seminis apii miliarium, anisi seminis miliarium semis, & usque ad meridiem à cibo te contineas, deinde comedas; nam sic te facere instituimus, quia rosa stomachum roborat, mastiche calefacit, fœniculum & apium si in jecore aut liene reperierint copiam atrorum humorum, detrahunt, ac per lotium vacuant absque ulla molestia, anisum, quia è ventre flatus propellit, atque stomachum firmat, & propterea

jussimus ut à cibo ad meridiem se contineat, ne morbus quispiam alius appareat, & ut herbarum vis in ventriculo permaneat: postquam autem decem pertransierint dies, eundem ordinem servato assiduè cum rosaceo saccharo, ut robur stomacho addatur, & sine dolore vivas. Sed & alimenti rationem in hunc definivimus modum.

Ratio victus in cibo & jejunio.

Primo die amygdala amara decem comedas cum pane & vino quantum sit satis, oportet. Secundo verò die comede mel cum pane & vino quantum satis est. Tertio die agni aniculi carnem comedito, ejusque scapulam elixam igne torreto, cum biscocto pane & vino quod satis sit, edito. Quarto die oryzam soli aquæ incoctam apposito melle comede cum pane & vino quantum sit satis. Quinto die grana mali punici, amygdala, allium, cum dauco, ficis aridis, & passis uvis, melleque coquito, & cum pane & vino quantum sufficiat comede. Sexto die eodem modo aniculam carnem in sartagine cum dauco coque, & cum pane comede, vinoque quantum satis sit, ut videlicet punici mali facultas reprimatur, quæ frigida est, & propterea institutum est ut administraretur malum punicum, ut ea refrigerarentur quæ prioribus quinque diebus sunt assumpta: erant enim revera calida. Die septimo carnem minutim concisam cum ciceribus & condimentis coque, & quantum videatur satis comede. Octavo die carnem cum aceto, caricis, amygdalis, nucibus syriacis, croco, dauco, uva passa, cum aliis carnibus concisis coquito ex melle sufficienti quantitate, & comedito cum ea vini portione quæ sit satis. Sed decimo die in esu carnium & jejunio ea sit ratio, ut mali punici grana, quemadmodum & prædicta decoquas, & edas cum vino quæ sint tibi satis. Hæc sit victus ratio quantum ad sumendos cibos pertinet. In hora cœnæ utere mentha ex melle, ut cibos concoquas, ne multa in ventriculo gignatur pituita. Dum autem sanus degis, ne citra affectum venam seces. At quum morbus aliquis caput invadit, venam secato cephalicam, & detrahes sanguinem ad miliaria decem, quod sanè bis feceris, mense videlicet Aprili, & Septembri, atque per tres dies antea, & per tres postea abstinentiam institue, auxiliumque assumito bis prædictis mensibus. Utere præterea propter somnum capitibus papaveris, & à venere te contineto, nisi fortè semel in hebdomada, si ita volueris, & post mediam noctem. Julio autem mense & Augusto per duos dies ciendus est vomitus; & utrumque, quia unico die non videtur stomachus posse purgari: quum verò vomueris, cave ne antè, neve pòst aquam bibas: quum etiam vomis, oculos vela & deliga, stansque ex loco edito, aut super flumen, vomito. A vomitu si sitias, sitim tolera, & jejuna. Oportet autem à mense Aprili usque ad Novembrem universum balneo utaris: mensibus autem quibus id vetatur, à balneo abstineto; quòd si lavari volueris, id in hebdomada semel fiat, semper verò jejunus lavator. Sed si sitias, temperatam aquam bibito, atque postquam exieris, caput oleo vel lacte muliebri, quæ fœmellam pepererit; pedes verò per noctem aquâ calefactâ cum furfuribus ablue.

τῶν προειρημένων νηστεύειν ἕως τοῦ μεσημβρινοῦ, ἵνα μὴ φανῇ ἕτερον νόσημα, καὶ ἀπομείνῃ ἡ δύναμις τῶν βοτανῶν. μετὰ δὲ τὸ διαβιβάσαι τὰς ι'. ἡμέρας, τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν ἀείποτε ποίει μετὰ ῥοδοσακχάρεως διὰ τὸ ῥωννύειν τὸν στόμαχον, καὶ ζῆν ἀνωδύνως. ὡρισάμεθα δὲ καὶ περὶ τροφῆς δικάλεγον τρόπῳ τοιῷδε.

Διαγωγὴ ἐν κρέασι καὶ νηστείαις.

Τὴν πρώτην ἡμέραν δεῖ σε φαγεῖν ἀμύγδαλα πικρὰ τὸν ἀριθμὸν ι'. σὺν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τὸ ἀρκοῦν. τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ φάγε μέλι μετὰ ἄρτου καὶ οἴνου τὸ ἀρκοῦν. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κρέας ἀμνοῦ ἐνιαυσιαίου ὠμοπλάτην κοπανίσας καὶ ἑψήσας, ὄπτα πυρί, καὶ τρέφου σὺν οἴνῳ τῷ ἀρκοῦντι καὶ ἄρτῳ καὶ παξαμαδίῳ. τῇ τε τετάρτῃ ἡμέρᾳ ὄρυζαν μόνον ἕψει ἐν ὕδατι, καὶ τίθει μέλι, καὶ τρέφου μετὰ ἄρτου καὶ οἴνου τὸ ἀρκοῦν. τῇ ε'. ἡμέρᾳ ῥοίδια, καὶ ἀμύγδαλα, καὶ σκόροδον, μετὰ δαύκων, καὶ σύκων, ἰσχάδων, σταφίδων, καὶ μέλιτος ἕψει, καὶ τρέφου μετὰ ἄρτου καὶ οἴνου τοῦ ἀρκοῦντος. τῇ ς'. ἡμέρᾳ κρέας ὅμοιον ἐνιαυσιαῖον τίθει ἐν τηγάνῳ μετὰ δαύκων, καὶ ἕψει, καὶ τρέφου μετὰ ἄρτου καὶ οἴνου τὸ ἀρκοῦν, διὰ τὸ τὴν δύναμιν τῶν ῥοιῶν σε σβέσαι· ψυχραὶ γὰρ ὄντως εἰσί, καὶ διὰ τοῦτο ὡρίσθησαν αἱ ῥοιαὶ πρὸς ψυχρασίαν, δηλονότι τῶν προωρισθέντων ἔμπροσθεν εἰς τὰς ε'. ἡμέρας. θερμὰ γὰρ ὄντως. τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ κρέας κοπανιστὸν μετὰ ἐρεβίνθων καὶ ἀρτυμάτων ἕψει, τρέφου τὸ ἀρκοῦν. τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ κρέας σὺν μέλιτι, καὶ ὄξει, συκάδων, ἀμυγδάλων, καρύων συριακῶν, κρόκου, δαύκου, σταφίδων σὺν ἑτέροις κρέασι κοπανιστοῖς ἕψει μετὰ μέλιτος ἱκανοῦ, καὶ τρέφου σὺν οἴνῳ τὸ ἀρκοῦν. τῇ ι'. ἡμέρᾳ ἐν κρέασι καὶ ἐν νηστείαις ῥόας κόκκον ὁμοίως τοῖς προειρημένοις ἕψει, καὶ τρέφου σὺν οἴνῳ τὸ ἀρκοῦν. αὕτη ἐστὶν ἡ δίαιτα τῶν τροφῶν. ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου ἀεὶ χρῶ ἡδυοσμομέλιτι, διὰ τὸ τὰς τροφὰς χωνεύειν, καὶ οὐκ ἐᾶν πληθυνθῆναι φλέγμα ἐν τῷ στομάχῳ. καὶ ὡς ἂν ὑγιὴς μένῃς, μηκέτι φλεβοτόμει ἄνευ πάθους. ὅταν δέ σοι συμβῇ νόσημα περὶ τὴν κεφαλήν, φλεβοτόμησον τὴν κρανιακὴν φλέβα, καὶ ἔμβαλε ὅσον μιλιαρεία ι'. συσκεύαζε δὲ τὸν χρόνον δὶς τὸν Απρίλλον μῆνα, καὶ τὸν Σεπτέμβριον, ποιῶν ἀποχὴν ἡμέρας γ'. ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν πίνειν, καὶ βοήθημα τὸν χρόνον δὶς τοῖς προειρημένοις μησί. καὶ κωδείαις χρῶ διὰ τὸν ὕπνον· δεῖ σε ἀπέχεσθαι τῶν συνουσιῶν, εἰ δὲ βούλει ἅπαξ τὴν ἑβδομάδα μετὰ τὸ διαβῆναι τὸ μεσονύκτιον. τὸν δὲ Ιούλιον μῆνα, καὶ τὸν Αὔγουστον δεῖ σε ἐμεῖν ἡμέρας β'. ἄμφω, διὰ τὸ εἰς μίαν ἡμέραν ὁ στόμαχος κάθαρσιν οὐ λαμβάνει· ὅταν δὲ ἐμεῖς, βλέπε μήποτε πίῃς ὕδωρ ἢ ἔμπροσθεν ἢ ὄπισθεν· ὅταν δὲ ἐμεῖς, τοὺς ὀφθαλμοὺς σκέπασον καὶ δῆσον, καὶ ἱστάμενος ἔμει ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, ἢ ἐν ποταμῷ. μετὰ τὸ ἐμέσαι εἰ διψεῖς πιέζου λαβών, καὶ ἐπινήστευσον· δεῖ σε λούεσθαι τὸν Απρίλλον μῆνα, μέχρι καὶ ὅλου τοῦ Νοεμβρίου μηνός, καὶ τοὺς ἀπηγορευμένους μῆνας ἀπέχου τοῦ λούεσθαι· ὅταν δὲ λούεσθαι τὴν ἑβδομάδα ἅπαξ, ἀεὶ δὲ πότε νῆστις λούου. καὶ ἐὰν διψῇς, πίε εὔκρατον ὕδωρ, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν, ἄλειφε τὴν κεφαλὴν ἔλαιον, ἢ γάλα γυναικεῖον θηλυτρόφου, τοὺς δὲ πόδας κατὰ νύκτα ἄντλει θερμῷ ὕδατι σὺν πιτύροις.

Περὶ κεφαλαλγίας.

Ἀμύγδαλα λίτ. γ΄. σπέρμα κολοκύνθης λίτ. α΄. ἔκβαλον τὸ ἔλαιον τῶν ἀμφοτέρων, καὶ ἄλειφε τὴν κορυφὴν, καὶ τοὺς μυκτῆρας, τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας.

Πρὸς βλάβην οἴνου βοήθεια.

Ἔπαρον κυδώνια ὥριμα καὶ γλυκέα, καὶ καθαρά, καὶ ἆρον τὸν ζωμὸν, καὶ ἔνιε τῷ οἴνῳ.

Ἄλειμμα δόκιμον πρὸς ἀρμοπονίαν, καὶ τρίσμα χειρῶν καὶ ποδῶν, καὶ ἀποφθοράς, καὶ ἀπόκαυσιν χειμῶνος, καὶ ἀνέμου καπουλίων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, λεγομένου Σαρακηνιστὶ τλεν. ἡ σκευασία αὕτη.

Ἔπαρον ἀξούγγιον χηνὸς μοίρας β΄. μυελὸν ἐλάφου ἐκ τῶν ἀτζῶν, καὶ μαρτασάγκην ταπρῶν, καὶ μέλι ἄκαπνον ὑλιστὸν, καὶ τίθει ἐν πετρίνῳ τηγάνῳ, καὶ βράσον, ὥστε λυθῆναι τὰ ῥηθέντα ἀλείμματα, καὶ θερμοῦ ὄντος, ἔμβαλλε τὸ μαρτασάγκην, καὶ ὅταν ψυχρανθῇ τελικῶς βάλε τὸ μέλι, καὶ μάλαξον καλῶς δίκην μαλάγματος, καὶ ἄλειφε ἐν πυρὶ, ἢ ἐν κλιβάνῳ, καὶ τύλιξον καλῶς, ἄλειφε δὲ ἕως ὅτι ἀπέλθῃ ὁ πόνος.

Περὶ αἰγίλωπος.

Χολὴν βοὸς, καὶ ὑγρόπισσον, καὶ ὄξος ἑνώσας, ποίει ἔμπλαστρον, καὶ ἐπίθες· ἢ πηγάνου φύλλα μετὰ χωρυγίου ἐπίθες εἰς τὰς ὀπάς.

Πρὸς τραύματα δυσίατα.

Ἀειορεπτανίου ῥίζαν βάλλε μετ᾽ οἴνου γλυκέος, καὶ δὸς πιεῖν τῷ κάμνοντι.

Πρὸς περιπνευμονίας.

Τρίψον πεπέρεως κόκκους ιε΄. καὶ ἅλας ὁμοίως βάλλε ἄπλυτον, καὶ τεάφην, καὶ ἑνώσας, μετὰ ἀφοδεύματος ὀρνιθίου ξανθοῦ, σὺν ἐλαίῳ ἄλειφε· ἢ δαύκου σπέρμα, καὶ μελάνθιον, καὶ πράσον λειώσας πότισον.

Πρὸς ἀσπάλακας.

Λαβὼν χαμαίδρυν, καὶ κριθάλευρον, καὶ ζυμώσας ταῦτα μέλιτι ἐπίχριε, καὶ κατάπλαττε.

Πρὸς πόνον κοιλίας καὶ στομάχου.

Βάλλε δενδρολίβανον εἰς τζουκάλιον μετὰ οἴνου παλαιοῦ, καὶ ἀποτριτώσας, ἐν λουτρῷ πότισον· ἢ ἔλαιον καὶ οἶνον ὁμοίως ποίησον, καὶ πότισον ἐν λουτρῷ χλιαρόν.

Πρὸς στομαχικούς.

Κύμινον καὶ κιννάμωμον κοπανίσας ἀμφότερα, καὶ βαλὼν σμύρνην, καὶ μαστίχην, καὶ βλυσκουνίου ὀλίγον, καὶ ἑψήσας, καὶ προσμίξας, δὸς πιεῖν· ἢ ἡδυόσμου κλῶνας γ΄. καὶ ῥοΐδιον, καὶ φοινίκια πότισον.

Πρὸς ἀδυναμίαν γονάτων.

Φέρε ὕδωρ, καὶ βράσον λινόσπερμα μετὰ μέλιτος, καὶ κατάπλασον εἰς τὴν καρδίαν.

Πρὸς πόνον πλευροῦ.

Κύμινον, καὶ σίτινον ἄλευρον, καὶ οἶνον παλαιὸν, ποίησον κατάπλασμα, καὶ τίθει ἐπάνω τῆς καρδίας.

Πρὸς σπληνικούς.

Κράμβης φύλλα, καὶ ἀμμωνιακὸν, καὶ ὄξος δριμὺ τρίψον, καὶ μίξας ἐπίχριε τὸν τόπον ἡμέρας γ΄. ἢ πλατάνου φύλλα ἕψησον μετὰ ὕδατος, ἕως οὗ ἀποτριτωθῇ, καὶ πότισον· ἢ κραμβίου φύλλα, φλόγισον ἐν πυρὶ, καὶ λειώσας μετὰ οἴνου πότισον.

Περὶ αἱμόῤῥοιαν γυναικός.

Ταύρου κέρατα ξυόμενα, καὶ μετὰ ὕδατος πινόμενα, αἱμορ-

Ad capitis dolorem.

Recipe amygdalarum lib. iij. seminis cucurbitæ lib. j. & oleo ex utrisque expresso inunge capitis verticem, nares, manus, & pedes.

Ad vini noxam remedium.

Recipe cotonea mala matura dulcia, & mundata, & succum ex ipsis expressum vino inde.

Inunctio experta ad artuum dolores, & intertrimenta manuum pedumque, & corruptiones, adustiones hyemis, & venti manus pedesque lædentis, qui linguâ Saracenicâ dicitur Tlen. Confectio se habet in hunc modum.

Recipe anserini adipis partes ij. medullam cervi juvenis, & martasancem raparum, & mel coctum sine fumo & percolatum, eaque in lapideam sartaginem imposita fervefacito quoad prædicta pinguia liquescant, quibus adhuc calidis martasancem injice, & ubi prorsus refrixerint, mel addito, & perinde ac malagmata subigito, ad ignemque, aut in furno inungito, & bene perfricato; inungito autem donec dolor abierit.

Ad ægilopas, i. fistulas angulorum oculi.

Fel bovis, & picem liquidam cum aceto in unum misceto, fac emplastrum, & imponito. Aut folia rutæ cum chorygio in foramina imponito.

Ad vulnera incurabilia.

Ariorepanii radicem in vinum dulce imponito, & bibendum dato ægrotanti.

Ad pulmonum inflammationes.

Terito xv. grana piperis, totidemque micas salis, & teaphen addito; simulque cum fimo gallinaceo flavo ex oleo illinito. Aut dauci semen, & nigellam, & porrum, omnia trita in potum dato.

Ad talpas.

Recipe trisaginem & hordeaceam farinam, & hæc cum melle fermentata illine, & cataplasma impone.

Ad dolorem ventris & stomachi.

Conjice thus in cacabum cum vino antiquo, idque decoquito donec tertia pars reliqua sit, quod bibendum in balneo dato. Aut oleum & vinum eodem modo coquito, & in balneo propinato.

Ad stomachicos.

Cuminum & cinnamomum conterito, & myrrham, mastichen, & blyscunæ modicum adjicito, deinde cocta & mixta potui offerto. Aut menthæ ramulos tres, & grana punici mali, & palmulas propinato.

Ad debilitatem genuum.

Lini semen & mel in aqua fervefacito, & cordi cataplasma imponito.

Ad dolorem lateris.

Ex cumino, triticea farina, & vino veteri cataplasma facito, & cordi superdato.

Ad lienosos.

Brassicæ folia, ammoniacum, acre acetum, misceto, conterito, & locum per triduum oblinito. Aut platani folia aquæ incoquito, quoad tertia pars supersit, & potui dato. Aut brassicæ folia igne torreto, & trita ex igne propinato.

Ad profluvium sanguinis muliebre.

Taurini cornu ramenta ex aqua pota sanguinis profluvium

profluvium sanant. Aut lulacem, & brassicæ semina, & scammoniam in unum misceto; & potanda exhibeto.

Ad stomachi compressionem.

Accipe gallas tritas, & rhoi flores, aut malicoria, & usque ad tertiam partem decocta, potui dato. Aut fœnigræci melli incocti jus potui dato.

Ad cœliacos, i. ventriculosos.

Nasturtii semen in novam ollam conjice, & decoque, deinde ovum separatim elixa, & ejus putamen detrahito, & ipsum diligenter conterito, & nasturtii semini elixo adjicito, & unà fervefacito, atque si velit ægrotans, edito; si id non possit, aquam potato. Aut taurinos renes frictos potui dato. Aut veterem caseum acri aceto incoctum jejuno esui dato.

Ad urinæ difficultatem.

Pagurum fluviatilem conterito, & panniculo expressum potui exhibeto. Aut fœniculi radices ad tertiam partem decoctas laboranti propinato.

Ad exteriùs prominentes ani tumores.

Vivam calcem, & recens arsenicum in unum mixta imponito.

Ad artuum dolores.

Quinquenervium, & scorpidium, & acetum modicum misceto, & locum oblinito. Aut sinapi & caricas in unum conterito, & in balneo superdato.

Ad dolorem genuum.

Malvam, hordei farinam, lini semen unà contere, & in sartagine cum oleo fricta loco impone.

Ad ossa fracta.

Recipe picem, thuris pulverem, palmulas, malvæ florem, ovi album, mixta imponito, & stupâ superadditâ, calamis ac fascia deligato, sanabitur.

Ad quartanam, aliud.

Vinum vetus trisaginem incoctam habens ter potui dato.

Ad morsum scorpii.

Testam igne candentem impone. Aut alam ex melle potui dato. Aut humum respiciens, quem lapidem premebas, eum imponito.

Ad veneficia & præstigia.

Caridion, & latum cuminum, & zochii radicem ad tertiam partem decoque, & ex vino vetere potui da. Gestet & glanorum ossa; hæc enim suffita dæmonas abigunt.

Vt mulier concipiat.

Leporis uterum frige, tritumque assiduè propina; habeat autem & leporis sanguinem. Aut vulpis stercus cum sevo bubulo misce, & muliebris virique genitalia inunge.

Ad fœtum in utero mortuum.

Muliebre lac cum melle & radicibus amaranthi potui dato, & exibit.

Vt lac abundet.

Fœniculum & anethum cum melle & vino decoque, & quotidie mammas obline; lacte mulier affluet.

Ad uteros.

Galinam jugulato, & festucam lineo panniculo involutam intra avem condito, atque ita elixato, & jus potui dato; suito verò avis oculos, & manetarem verum, & caridion ure, & propina.

ῥοίας ἰᾶται. ἢ λουλάκιω, καὶ κραμβόσπερμα, καὶ σκαμμωνίας, ἑνώσας τὰ τρία, δὸς πιεῖν.

Πρὸς βιασμούς.

Κηκῖδας τετριμμένας, καὶ ῥοὸς ἄνθη, ἢ τὰ σίδια μετ' οἴνου ἀποτριτώσας, δὸς πιεῖν. ἢ τῆλιν ἑψήσας μετὰ μέλιτος, δὸς πιεῖν τὸν ζωμόν.

Πρὸς κοιλιακούς.

Βάλλε καρδαμόσπερμον εἰς καινὸν τζουκάλιον ἕως ἑψηθῇ, καὶ λαβὼν ᾠὸν, ἔκζεσον χωρὶς, καὶ ἐκλέπισον, καὶ ἔπαρον τὸ ὄστρεον αὐτοῦ χωρὶς, καὶ κόψον αὐτὸ λεπτῶς, καὶ ἔμβαλον τῷ ἑψηθέντι καρδαμοσπόρῳ, καὶ βράσε ἅπαξ μίαν, καὶ εἰ θέλει ὁ νοσῶν, φαγέτω αὐτὸ, εἰ δὲ οὐχὶ, ἕως πίνηται ὕδωρ, καὶ ἀπόθες αὐτό· ἢ ταύρου νεφροὺς φρύξας πότισον· ἢ τυρὸν παλαιὸν ἑψήσας μετ' ὄξους δριμέος, δὸς φαγεῖν νήστει.

Πρὸς δυσουρίαν.

Πάγουρον ποτάμιον κοπανίσας, καὶ εἰς πανίον ἀποπιάσας, δὸς πιεῖν· ἢ μαράθρου ῥίζας ἀποτριτώσας, δὸς πιεῖν τῷ πάσχοντι.

Πρὸς ἐξοχάδας.

Ἄσβεστον, καὶ ἀρσενικὸν νέον ἑνώσας, ἐπίθες.

Πρὸς ἀρμοπονίας.

Πεντάφυλλον, καὶ σκορπίδιον, καὶ ὄξος βραχὺ ἄλειφε τὸν τόπον· ἢ βάλλε σίνηπι καὶ ἰσχάδας, καὶ κοπάνισον, καὶ ἐπίπλασον ἐν λουτρῷ.

Πρὸς πόνον γονάτων.

Μαλάχην, καὶ κριθάλευρον, καὶ λινόσπερμον κοπανίσας, καὶ τηγανίσας μετ' ἐλαίου, ἐπίθες τῷ τόπῳ.

Πρὸς κλάσμα ὀστέων.

Λαβὼν πίσσαν, καὶ κόνιν τοῦ λιβάνου, καὶ φοινίκια, καὶ ἄνθος μαλάχης, καὶ τοῦ ᾠοῦ τὸ λευκὸν, ἐπίθες καὶ ἐπάνω στυππεῖα, καὶ καλάμωσον, καὶ φασκίωσον, καὶ ἰᾶται.

Ἄλλο πρὸς τεταρταῖον.

Χαμαίδρυν ἑψήσας μετ' οἴνου παλαιοῦ δὸς πιεῖν τρίτον.

Πρὸς δῆγμα σκορπίου.

Ὄστρακον πυρωθὲν ἐπίθες· ἢ πτερύγιον μετὰ μέλιτος δὸς πιεῖν· ἢ κύψας, οἷον λίθον πιάσῃς, ἐπίθες.

Πρὸς φαρμακείας.

Καρίδιον, καὶ πλατυκύμινον, καὶ ζωχίου ῥίζαν ἀποτριτώσας δὸς πιεῖν μετ' οἴνου παλαιοῦ, καὶ φορείτω καὶ γλανέων ὀστᾶ, καὶ γὰρ καπνιζόμενα δαίμονας διώκει.

Εἰς σύλληψιν γυναικός.

Λαγωοῦ μήτραν φρύξας καὶ λειώσας, πότισον συνεχῶς. ἐχέτω δὲ καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ· ἢ ἀλώπεκος κόπρον μίξας μετὰ βοείου ἀλείμματος, ἄλειφε τὸ αἰδοῖον τῆς γυναικὸς ὁμοίως καὶ τοῦ ἀνδρός.

Περὶ τεθνηκότος ἐμβρύου ἐν τῇ μήτρᾳ.

Γάλα γυναικεῖον μετὰ μέλιτος, καὶ ῥίζας ἀμαράνθου δὸς πιεῖν, καὶ ἐξέρχεται.

Εἰς τὸ πλεονάσαι γάλα.

Μάραθρον καὶ ἄνηθον μετὰ μέλιτος ἑψήσας καὶ οἴνου, χρίε καθημέραν τοὺς μαστοὺς, καὶ ποιεῖ γάλα ἡ γυνή.

Πρὸς ὑστέρας.

Ὄρνιθα σφάξας, καὶ καρφίον τυλίξας πανίῳ λινῷ, καὶ βάλλε ἔσωθεν τῆς ὄρνιθος, καὶ ἂς ἑψηθῇ, καὶ δὸς πιεῖν τὸν ζωμόν, ῥάψον δὲ τὴν ὄρνιν, ἢ ὄψιν ψωμίου, καὶ μανιτάριον ἀληθινὸν, καὶ καρίδιον καύσας, δὸς πιεῖν.

Περὶ τῶν ἀκουσίως ἐνουρούντων.

Κόψον γοῦλαν ἀλέκτορος καθὼς ἐστὶ μετὰ τοῦ λάρυγγος, καὶ καύσας, καὶ τρίψας καλῶς, μετ' οἴνου παλαιοῦ δὸς πιεῖν.

Περὶ ἐνδυναμώσεως αἰδοίου.

Ῥεπανόσπορον τρίψας ἕνιε μετὰ μέλιτος, καὶ ἤθου εἰς ῥάκος, καὶ τύλιξον τὸ αἰδοῖον.

Πρὸς λεπριῶντας ὄνυχας.

Σίνηπι καὶ ἡδύοσμον ἕψε μετ' ὄξους, καὶ ἐπίθες.

Εἰς παρίσματα.

Ὕδωρ θαλάσσιον, βρύον θαλάσσης ἐκζέσας καὶ ἀποπιάσας, ἐπίθες.

Περὶ ποδαλγίας.

Σμύρναν λεγόμενον μούρ, καὶ ψύλλιον, ἤτοι πυζουρκατοῦ μύστρον μετ' ὄξους, ἄλειφε τοὺς πόδας.

Περὶ ἐνδυναμώσεως στομάχου.

Λαβὼν ξυλαλόην, καὶ ἄκορον, κύπειρον, καὶ μαστίχην, λίβανον, μελάνθιον, μάραθρον, καὶ σπάντως, τρίψον λίαν, καὶ ἕνωσον μεθ' ὕδατος ῥοιᾶς, καὶ μέλιτος ἀκάπνου, δίδου νήστει.

Περὶ πτύσεως.

Ῥοσάτον τοῦ ζουφᾶ, ἤτοι τοῦ ὑσσώπου, ὅπερ ὠφελεῖ εἰς τὴν βῆχα, καὶ τὴν στένωσιν, καὶ εἰς τὸν πόνον τοῦ στήθους, ἡ σκευασία. μανουσιάκων < β'. οὐνάπια, ἤτοι ζιζύφα κ'. ζεπιστάνια, ἤτοι μυξία κ'. συκάδια ἄσπρ. γλυκέα ιε'. ἤτοι γλυκύρριζαν μισότριπτον < α'. χασχάσι κεκοπανισμένον, ἤτοι κωδείας < ε'. παρησαυσά, ἤτοι πολύτριχον < β'. ἀνησούν, ἤτοι γλυκάνισον < β'. τάλμε καράους, ἤτοι σελινόσπερμον < β'. σταφίδας, κοκκία καλὰ λογαρικῆς S. ζουφᾶ, ἤτοι ὕσσωπον < γ'. ῥαζιανέ, ἤτοι μαραθόσπορον < β'. σταφίδας κόκκια, τὰ ἀμφότερα ἀναμίξας πλῦνον, καὶ ἀμοσχάσον μεθ' ὕδατος κρύου ἡμέραν α'. καὶ τῷ πρωῒ ἵν' ἑψηθῇ μετὰ τοῦ ῥηθέντος δηλονότι λογαρικίου ℥ δ'. καὶ ἀνεψηθῇ ἕως γένηται τὸ ὕδωρ λογαρικὴ α S. καὶ τὸ τεσακκελιαθῇ, καὶ ἵνα καταστῇ μὴ ἔχειν ὕλην, καὶ ἔπειτα βάλλε σάκχαρ λογαρικὴν α'. ἵνα γένηται ζουλάπιον, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν α'. πίε δὲ αὐτοῦ ἕως ἡμέρας η'. ἐπίσταξον ἀμυγδαλέλαιον.

Περὶ χολεμεσίας.

Τοῖς χολὴν ἐμοῦσι κατάπλασμα προσακτέον διὰ φοινίκων, συκιδίων, κηκίδων ἑψημένων ἐν οἴνῳ, ἢ ὀξυκράτῳ συνελεομένων ἄρτῳ· καὶ ἀκακία δὲ, καὶ ὑποκυστὶς, καὶ βαλαύστιον, καὶ ῥοῦς συμπλεκέσθω τῷ καταπλάσματι, καὶ σικύα δὲ προσβαλλομένη μεγάλη ὠφελεῖ μετὰ φλογὸς πολλῆς. τὴν δὲ τροφὴν πολλάκις κατὰ βραχὺ δώσομεν. ἐπὶ δὲ τῶν χολὴν μέλαιναν ἐμούντων, καὶ φυσωμένων τὸν στόμαχον, σπόγγους ὄξει δριμυτάτῳ θερμῷ βεβρεγμένους ἐπίθες· ἢ κισσοῦ φύλλοις ἑφθοῖς ἐν οἴνῳ κατάπλασσε.

Περὶ λυγμοῦ.

Λυγμὸς γίνεται, ἤτοι διὰ πλήρωσιν, ἢ διὰ κένωσιν, ἢ δριμέων χυμῶν δακνόντων τὸν στόμαχον, ὧν ἐμεθέντων παύεται· πολλοὶ δὲ καὶ τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων λαβόντες, εὐθέως δὲ ἐπιπίωσιν οἶνον, λύζουσιν, ὅτι δὲ καὶ διαφθείροντές τινες λύζουσι, ἔμετον

De involuntario mictu.

Gallinæ gulam gutturi annexam conterito; & urito, ac iterum diligenter terito, & ex vino vetere potui dato.

Ad roborandum penem.

Rapi semen tritum melli admisceto, & panniculo attrito illitum peni circundato.

Ad scabiem unguium.

Sinapi menthamque ex aceto coctam imponito.

Ad intertrigines.

Muscum marinum aquæ marinæ incoquito, & expresso humore imponito.

Ad podagram.

Accipe myrrham mur vocatam, herbamque pulicarem, aut pyzurcatum mystri mensurâ ex aceto, pedes illinito.

Ad roborandum stomachum.

Accipe lignum aloes, acorum, cyperum, mastichem, thus, nigellam, fœniculum, & spantos, valde conterito, & in unum corpus redigito, & ex succo punici mali, & melle super carbones cocto, potui jejuno offeras.

Ad sputum.

Rosaceum zupha, aut hyssopi, quod ad tussim facit, & angustiam, & dolorem pectoris; compositio hæc est. Recipe manusiacorum drach. ij. unapia, vel zinzipha xx. zepistania, vel myxia xx. ficos aspr. dulces xv. aut dulcem radicem semitritam mensurâ drach. j. chaschasis contusi, vel papaveris capitulorum drach. v. paresausa, vel polytrichi drach. ij. anesuen vel dulcis anisi drach. ij. tolme caraus, vel apii seminis drach. ij. uvas passas, grana bona logarices s. zupha, vel hyssopi drach. iij. rhazani, vel seminis fœniculi drach. ij. uvas passas, granaque mixta lavato, & emoschasum ex aqua refrigera per diem unum & summo mane; & elixatum cum prædicto videlicet logaricyon unc. iv. & tantisper decoquatur, donec aquæ remaneat logarica una & semis; & tunc percoletur, ut certè sciatur in ipsa nullam remanere materiam, deinde sacchari logaricam unam addito, ut zulapion fiat; & quotidie unum potato per dies viij. & oleum amygdalinum instillato.

Ad vomitum biliosum.

Bilem vomentibus cataplasma adhibendum est, quod ex his constat; palmulis, ficis, gallis in vino aut posca incoctis, & pane exceptis; acacia præterea, hypocystis, & balaustia, & rhus cataplasmati adjiciantur; item cucurbitula magna cum multa flamma stomacho si affigatur, benefacit; cibus paucus & crebro exhibendus est; verùm ad atram bilem vomentes & stomachum inflatum spongias aceto acerrimo calido imbutas adhibeto, aut ex hederæ foliis vino incoctis cataplasma facito.

De singultu.

Singultus aut ex repletione, aut ex inanitate, aut ob acres humores stomachum mordentes excitatur, quibus vomitu rejectis desinit. Plerique autem, si compositione ex tribus piperibus devorata, mox vinum biberint, singultire solent. Cibo præterea immordacem qualitatem corrupto quidam singultiunt; vomitum

sanè ob plenitudinem aut morsum singultientibus remedio esse invenimus ; caliditatem iis, qui ex refrigeratione ; si verò ex humorum copia singultus fiat, evacuare vehementiùs oportet : id sternutatio præstabit : si ab evacuatione singultus sternutatio non curat. Singultientibus autem ruta ex vino danda est, aut nitrum ex mulsa, aut seseli, aut daucum, aut cuminum, aut zingiber, aut calamintha, aut nardum Gallicum ; hæc singultibus ex cibi corruptela, aut ex frigore, aut ex multitudine ciborum auxilia sunt. Ad eos verò qui ob frigidorum, aut crassorum succorum multitudinem singultiunt, castorium ex posca potui datum benefacit ; cuti quoque ex oleo vetere cucumerino illitum prodest; scillinum quoque, aut mulsum acetum potum juvat : item spiritus retentio magnificè singultum discutit.

Ad pedum inflationes, scissuras, & perniones.

Rubricæ, vel synopidis, & cimoliæ paribus portionibus ex caprifici succo illinito. *Aliud.* Hederam, calaminthàm & salem in aqua simul incoquito diligenter, ac pedes semel atque iterum lavato, & sanitatem recuperant. *Aliud.* Muriam crassam calidæ aquæ admisceto, ex ea pedes ac perniones foveto tertiùm, sal, cuminum, oleumque misceantur, & priùs inunctos pedes illinito curiosè ; nam materia elabitur per insensiles meatus.

Ad podagram.

Sempervivi succum diligenter coque, & utere. *Aliud.* Vini succum asinini lacti, ac passo misceto, & illinito. *Aliud.* Phocæ, aut leonis, aut lupi, aut vulpis corium, siquis elaboret, & calceos gestet, pedes non dolebit. *Aliud.* Tres vespertiliones pluviali aquæ incoquito, & deinde huic aquæ sic imponito, lini seminis triti unc. iv. ova cruda iij. olei ciathum unum, bubuli stercoris unc. j. cæræ unc. iv. omnia in unum corpus redacta subigito, & eunti cubitum semel atque iterum applicato.

Confectio aceti scillini ex Galeno.

Salubre ac optimum est quod à Pythagora de scilla scriptum est, quo Imperatores omnes usi sunt. Ab authore fertur, diuturnam iis vitam reddere qui illud assumunt, eorumque extrema integra ad finem usque perduratura. Et ipse quidem senex Samius (neque enim ignoras quanto ille tempore vixerit) in suo de hac re libro narravit, se suos congeneres hujus medicamenti participes fecisse ; quumque hoc medicamento uti cœpit, quinquagesimum agebat annum, & ad centesimum decimum septimum pervenit integer & absque morbo. Hæcque author medicamenti, qui vir Philosophus erat, & mentiri nescius. Nos autem de huisce viri fide facto periculo, affirmamus facultatem hujus medicamenti firmam esse, & que minimè fallat. Oportet itaque scillam montanam ponderis libræ unius accipere, duraque circumcidere, mollia verò minutim concidere, atque in vitreum vas injicere aceti acerrimi sextarios octo, & id obturare, & ita per triginta dies canicularibus caloribus macerari sinere. Deinde verò exemptam scillam exprimito, ex hoc parum manè sorbeto. Hoc enim assequeris, ut faucium & oris partes nunquam molles reddantur ; & ut os ventriculi bene valeat ; utque respiratio facilis

μὲν γὰρ εὑρόμεν αὔταρκες ἴαμα τῶν διὰ πλῆθος ἢ δῆξιν λυζόντων, θερμασίαν δὲ τῶν διὰ ψύξιν· ὅταν δὲ ὑπὸ πληρώσεως ὑγρῶν γίνηται λυγμὸς, βιαίας δεῖται κενώσεως. τοῦτο δὲ ὁ πταρμὸς ἐργάζεται. τοὺς δ᾽ ἐπὶ κενώσει λυγμοὺς, οὐκ ἰᾶται πταρμὸς, διδόναι δὲ τοῖς λύζουσιν πήγανον μετ᾽ οἴνου, ἢ νίτρον ἐν μελικράτῳ, ἢ σέσελι, ἢ δαῦκον, ἢ κύμινον, ἢ ζιγγίβερ, ἢ καλαμίνθην, ἢ νάρδον Κελτικήν· ταῦτα τῶν ἐπὶ διαφθορᾷ σιτίων, ἢ ἐπὶ ψύξεσιν, ἢ ἐπὶ πληρώσει, βοηθήματα. τοῖς δὲ ὑπὸ πλήθους λύζουσιν ἐπὶ ψυχροῖς ἢ γλισχροῖς χυμοῖς, καστόριον δίδου πίνειν δι᾽ ὀξυκράτου. καὶ κατὰ τοῦ δέρματος δὲ ἐπιτιθέμενον ὠφελεῖ ἅμα σικυωνίῳ παλαιῷ ἐλαίῳ. ἁρμόζει καὶ τὸ σκιλλητικὸν ὄξος. ἢ ὀξύμελι πινόμενον, καὶ κατοχὴ πνεύματος, μεγάλως ὀνίνησι.

Πρὸς πρήσματα ποδῶν, καὶ ῥαγάδας, καὶ πτέρνας.

Μιλτάριον, ἤτοι σινωπίδα, καὶ κιμωλίαν τὸ ἴσον μετὰ χυλοῦ ἀγριοσύκης χρῖε. Αλλο. κισσὸν, καὶ καλαμίνθην, καὶ ἅλας συνεψήσας ὕδατι καλῶς, νίπτε τοὺς πόδας ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ ἀποπωρίσκονται. Αλλο. ποιήσας ἅλμην δασεῖαν μετὰ θερμοῦ ἄντλει τοὺς πόδας, καὶ τὰς πτέρνας τρίτον, ἅλας, καὶ κύμινον, καὶ ἐμβαλὼν ἔλαιον ἀνάλαβε· καὶ προαλείψας τοὺς πόδας, κατάχρισον καλῶς· καὶ διὰ τῶν ἀδήλων πόρων ἐξέρχεται ἡ ὕλη.

Πρὸς ποδαλγίαν.

Ἀειζώου τὸν χυλὸν ἕψει καλῶς, καὶ χρῶ. Αλλο. οἴνου χυλὸν μίξας ὀνείῳ γάλακτι καὶ γλυκεῖ οἴνῳ, κατάχριε. Αλλο. Φώκης δέρμα, ἢ λέοντος, ἢ λύκου, ἢ ἀλώπεκος, ἐάν τις ἐργάζηται, καὶ φορῇ ὑποδήματα, οὐκ ἀλγήσει τοὺς πόδας. Αλλο. νυκτερίδας τρεῖς, ἕψει ἐν ὕδατι ὀμβρίμῳ ὡσεὶ γ΄. εἶθ᾽ οὕτως ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι βάλλε λινοσπέρμου τετριμμένου Γο δ΄. εἶτ᾽ ὠὰ ὠμὰ γ΄. καὶ ἐλαίου κύαθον, βοείας κόπρου Γο δ΄. κηροῦ Γο δ΄. ἑνώσας ἀμφότερα καὶ μαλάξας, χρῶ εἰς κοίτην ἅπαξ καὶ δίς.

Γαληνοῦ σκευασία σκιλλητικοῦ ὄξους.

Ὑγιεινὸν κάλλιστον τὸ περὶ σκίλλης Πυθαγόρᾳ γραφὲν, ᾧ πᾶς μὲν αὐτοκράτωρ κέχρηται, λέγεται δὲ παρὰ τοῦ δεδωκότος ὅτι μακροβίους ποιεῖ τοὺς τοῦτο λαμβάνοντας, καὶ τὰ ἄκρα ἄρτια ὑπάρχει ἕως τέλους. καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Σάμιος γέρων (οὐκ ἀγνοεῖς γὰρ ὅσον χρόνον περιέγραψεν) μέμνηται ἐν τῷ συντάγματι, ὡς τῷ κατ᾽ αὐτὸν γένει μεταδεδωκὼς τὴν δύναμιν. ὅτε δὲ ἤρξατο τούτῳ χρῆσθαι, πεντηκονταέτης ὑπῆρχεν. καὶ ἐβίωσεν εἰς ἑπτὰ καὶ δέκατον καὶ ἑκατοστὸν ἔτος, ἄρτιος, καὶ ἄνοσος διατελέσας. καὶ ταῦτα μὲν ὁ πατὴρ τοῦ φαρμάκου, καὶ τάχ᾽ ἀνὴρ φιλόσοφος, καὶ ψεύσασθαι μὴ δυνάμενος. ἡμεῖς δὲ, τῆς τοῦ ἀνδρὸς πίστεως πεῖραν ἐπιθέντες, βεβαίαν καὶ ἀδιάπτωτον τὴν δύναμιν ἐπιφαινόμεθα. χρὴ τοίνυν λαβόντα σκίλλαν ὀρεινὴν λίτρ. α΄. περιελεῖν τὰ σκληρὰ, καὶ κατατεμεῖν τὰ ἁπαλὰ, καὶ βαλεῖν ὄξους δριμυτάτου ξέστας η΄. εἰς ἄγγος ὑέλινον. εἶθ᾽ οὕτως καταδύσας ἔασον ἀποβρέχεσθαι ἐν τοῖς τοῦ ἀπὸ κυνὸς καύμασιν ἡμέρας λ΄. εἶτα ἐξελὼν τὴν σκίλλαν, καὶ ἀποπιάσας, ἐκ τούτου δεῖ τῷ πρωῒ μικρὸν καταρροφεῖν. συμβήσεται δέ σοι περὶ τὸν φάρυγγα, ἢ τὸ στόμα μηδέποτε μαλακισθῆναι. καὶ τὰ περὶ τὸ στόμα τῆς κοιλίας ὑγιαίνειν. εὔπνοιάς τε ὑπαρ-

ἕξεις, καὶ τὰ περὶ τὴν φωνὴν εὐεκτεῖν, σπουδαῖον, καὶ τὰ περὶ ὄμματα ὀξυδερκέστατον, καὶ περὶ τὴν ἀκοὴν ὀξύκοον. οὐδὲν γὰρ πνεῦμα ἐν κοιλίᾳ ποτὲ συστήσεταί σοι, οὔτε σπλάγχνον μετέωρον ἕξεις. εὔπνοος τε, καὶ εὔχροος διαμενεῖς, καὶ πρὸς τὰ ἀστεῖα πάντοτε εὖ διακείμενος. οὐκ ὀξυρεγμίσεις, οὐ λύξεις ἁλυκῶς. ἐὰν πᾶς τις τι δὸς ἐξ αὐτοῦ, καὶ κελεύω μετὰ τὸ ῥοφῆσαι τοῦτον νηστικὸν ὄντα κινεῖσθαι σταδίους ζ΄. καὶ διαλυθήσεται. ὁ δὲ τούτῳ χρώμενος, περὶ τὴν δίαιταν παρρησίαν ἀγέτω ἣν τινα βούλεται, πάντα γὰρ κατεργάζεται ταῦτα, ὡς ἀπὸ μηδενὸς βλαβῆναι ποτὲ, μήτε εἰς πλησμονὴν ἐλθόντα, μήτ᾽ ἐφ᾽ ᾧ δοκοῦμεν συμφέρειν, περισσὸν δὲ οὐδὲν καταλειφθήσεται ἐν τῷ σώματι, οὐ πνεῦμα, οὐ χολὴ, οὐ σκύβαλον, οὐκ οὖρον· ἀλλὰ πάντα εὐέκκριτα καὶ εὐανάγωγα ποιεῖ, κοιλία διὰ παντὸς εὔλυτος ἐστι. καθαρτικὸν δὲ τοῦ σώματος τὸ βοήθημα, κἂν ἐν τοῖς ὀστέοις ἡ ῥυπαρία. φθισικούς τε τοὺς ἐκ πάντων ἀπηγορευομένους, ἀπὸ τοῦ φαρμάκου τούτου θεραπευθέντας εἴδομεν. ἐπιληψίας τὰς μακρὰς ὤνησεν ἱκανῶς, ὥστε ἀπὸ διαλειμμάτων χρόνου πολλοῦ γίνεσθαι. τὰς δὲ ἀρχομένας, καὶ νέας εἰς τέλος ἰᾶται. καὶ τὸ πάθος γίνεσθαι οὐκ ἐᾷ, ποδάγρας τε, καὶ ἀρθρίτιδας, καὶ σκληρίας ἥπατος καὶ σπληνὸς ἐθεράπευσε. καὶ αἱ μὲν κατὰ μέρος ἐνέργειαι αὗται. αἱ δὲ κοιναὶ καὶ πλεῖσται, καὶ ὑφ᾽ ὧν κινηθέντες, ἐκδεδώκαμέν σοι τὸ ὑγιεινὸν φάρμακον τοῦτο, ὑγείας καὶ ἀρτιότητος ἕνεκα ἀποτελοῦνται.

Γαληνοῦ σκευασία οἴνου τοῦ σκιλλητικοῦ.

Οὗτος ὁ οἶνος πινόμενος, πάσης ὑγείας ἐστὶ παρεκτικός. λεπτύνει γὰρ τοὺς χυμοὺς, καὶ ἐξαιρέτως τὸ φλέγμα, καὶ οὐκ ἐᾷ συστῆναι ἐν τῷ στομάχῳ, ἢ ἐν τῇ κοιλίᾳ, ἢ ἐν κεφαλῇ, ἢ ἥπατι, ἢ σπληνὶ, ἢ νεύροις, ἢ ὀστέοις, ἢ τι τοιοῦτον γλίσχρον χυμὸν, καὶ ποιοῦντα τὰς ἐμφράξεις· ἀλλὰ πάντα λύει, καὶ γαστέρα μαλάσσει, καὶ οὕτως ὑπάγει, καὶ οὖρα κινεῖ, καὶ δι᾽ αὐτὴν τὰς αἰτίας λεπτομερεῖ καὶ ἐκκρίνει. οὕτως δὲ καθαίρει κεφαλὴν, ὡς μηδὲ τοὺς μυκτῆρας ὑγρότητα ἔχειν. πεποίηται δὲ ποδαγρικοῖς, ἀρθριτικοῖς, ἐπιληπτικοῖς, οὕτως γὰρ πάσης ὑγείας ἐστὶ περιποιητικός. ἔχει δὲ οὕτως. λαβὼν σκίλλαν ἐξ ὀρέων λευκὴν περὶ τὴν κυνὸς ἐπιτολὴν λίτρ. α΄. διάψυξον ἐν σκιᾷ ἡμέρας ι΄. καὶ δι᾽ ἐμβάλλας εἰς ὕελον τὰ φύλλα τὰ διαψυχθέντα τῆς σκίλλης, βάλλε οἴνου λευκοῦ παλαιοῦ ξέστας ιβ΄. καὶ κρεμάσας ἡμέρας μ΄. ἔπαρον τὴν σκίλλαν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ῥῖψον, καὶ τὸν οἶνον χρῶ πρὸς τὰ ἐπαγγελθέντα, καὶ εὑρήσεις αὐτοῦ τὴν δύναμιν, χρώμενος ἑκάστοτε πρὸ σιτίων ἐκ τοῦ οἴνου ℥ β΄. εἰ δ᾽ ἀπὸ κοίτης ℥ S΄. εἰ δὲ βούλει πρὸς πόμα αὐτὸ ποιῆσαι, διὰ τὴν ἡδύτητα πρόσμιξον καὶ μέλιτος ξέστας δύο, ἢ γ΄.

Ἀποφλεγματισμὸς, ἀνασπῶν ἐκ τοῦ στομάχου φλέγμα, ἐσθιόμενος· ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς, ἀναγαργαριζόμενος.

Ὀριγάνου, κόμμεως, ὑσσώπου, σαμψύχου, γλήχωνος, θύμου, ταῦτα ἕψει μετὰ γλυκέος ℥ γ΄. ἕως οὗ γένηται α΄. καὶ δίδου ἀναγαργαρίζεσθαι. ἐκκινάσσει γὰρ καὶ τὰ ἐν τῷ πνεύμονι, ἐσθιόμενος. ποίει δὲ τοῦτο ἐπὶ ἡμέρας, πεπείραται γάρ.

Πρὸς δυσουροῦντας, καὶ μὴ δυναμένους οὐρῆσαι.

Κόρεις ἀπὸ κλίνης λειώσας, κατάχριε τὸν οὐρητῆρα, καὶ εὐθέως οὐρήσει. τοῦτο δὲ καὶ παιδίοις μὴ δυ-

sit; bene etiam vox habebit, oculi acutissimè cernent, aurésque audient; nullus flatuosus spiritus in ventre consistet; viscera non habebis suspensa; bene spirans, bonique coloris eris; ad civilia negotia semper bene affectus; non acidum ructabis, non salsum; si jejunus aliquid aceti acceperit quispiam, eumque instituèris ut septem stadia perambulet, nam sic dissolvetur. Qui præterea eo usus fuerit, ea abutatur victus licentia quam voluerit, nam omnia conficiet, ut à nullo unquam lædatur; ad nimiam plenitudinem nunquam deveniet, sed in melius semper tendet; nullum in corpore excrementum acervabit; non flatum, non bilem, non stercus, non lotium. Id enim omnia ad excretionem & eductionem prompta reddit, alvus omnino lubrica evadit; est enim hoc medicamentum corporis purgatorium, quamvis ossibus sordes infixæ sint. Sæpe vidimus phthisicos ab omnibus destitutos, hoc medicamento pristinæ valetudini restitutos; comitiales præterea morbos diuturnos non parum juvit, ut nonnisi per longa intervalla invadant; incipientes autem & novos perfectè curat; hominem etiam ab hoc morbo tuetur; podagras quoque, & articulares dolores, jecoris lienisque duritias tollit. Particulares effectus hujusce aceti hi sanè sunt; communes verò plurimi unde commoti sumus, ut hujus medicamenti te faceremus participem, sanitatis nimirum ac integritatis gratiâ.

Confectio vini scillini ex Galeno.

Vinum hoc epotum omnem sanitatem elargitur; attenuat enim humores, præcipuè verò pituitam, quam nec in stomacho, neque in ventre, neque in capite, neque in jecore aut liene, neque in ossibus nervisve consistere permittit, neque alium præterea viscidum humorem, qui obstructiones possit efficere; imò omnia solvit, & alvum mollit & subducit; sed & lotia ciet, & per ipsa causas attenuat & educit; sic etiam caput purgat, ut nares humiditate careant; confert podagricis, arthriticis, epilepticis, & tandem omnis sanitatis elargitor est; conficitur autem hoc pacto. Accipe scillam albam montanam circa Canis ortum libræ pondere, & per dies decem in umbra refrigera; deinde refrigerata folia in vas vitreum conjice, desuperque vini albi veteris sextaria duodecim infunde, suspensumque vas per dies xl. servato, mox scillam extrahe ex vino, & abjice, vinoque ad jam enarrata utere, & vim ejus percipies, quotidie ante cibum assumptis unciis duabus vini hujus; sin à cibo, unciam mediam: quòd si velis ipsum gratius ad bibendum parare, ut magis delectet, sextarios duos aut tres mellis addito.

Gargarismus, quo qui sumptus è stomacho pituitam, gargarizatus è capite detrahit.

Origanum, gummi, hyssopum, sampsucum, pulegium, thymum, hæc omnia unciis tribus passi incoquito quatenus una remaneat, & gargarizandum dato; si manducetur, materias è pulmone excutit: quotidie id facito, probatum enim est.

Ad eos qui urinandi difficultate laborant, aut etiam eam reddere nequeunt.

Lectuli cimices terito, & eis urinarium meatum illine, statim urinam reddet, id ipsum pue-

ris mingere nequeuntibus confert.

Ad calculosos, & lotium ciendum celebre.

Lauri baccas & piper æquis portionibus terito & cribrato, atque ex mensura una mulsæ præbeto; sit verò mulsa calida.

Aliud quod lapides atterit, mulieribus ac viris urinam provocat.

Lauri corticem aquæ incoctum & subactum sorbendum exhibeto; efficax remedium est.

Ad sanguinis mictum.

Recipe zingiberis drach. ij. seminis brassicæ drach. iv. papaveris drach. j. hæc succo excipe, & facito catapotia, & da laboranti.

Ad urinæ stillicidium.

Thymi & fœniculi æquales partes terito, & ex aqua temperata calida potui dato.

Ad dolorem urinarii meatus, urinæ & spirandi difficultatem, mictum sanguinis, & calculos.

Recipe asari, misyos, nardi Celticæ pares portiones, & melle Attico cocto & despumato excipe, & magnitudinem nucis Ponticæ exhibe; nam & seniores convalescere facit, quibus etiam siccior sit effluxus, validiorem efficit.

Ad eos qui mingunt involuntariè.

Lilii radicem elixam da potui. Aut alterci succum, vel fructum in vino & lacte maceratum inde in corium cervi, dextroque femori alligato, & effectum miraberis. *Aliud.* Apri ungulas ustas ex vino bibendas dato. Aut galli testem tostum dato edendum. *Aliud.* Cochleam cum testa ustam & tritam, potui exhibe eunti cubitum.

Ad difficultatem urinæ, & calculum.

Lini semen, piper, petroselinum, tusa & cribrata ex condito accipe cochlearium unum.

Expertum ad exterendos calculos.

Scorpiones marinos tres integros parvos urito, & cinerem ex condito in potum dato.

Ad sistendum alvum.

Rhum oryzamque vino incoquito ad tertias, & per clysteres immittito. Aut jecur hirci, ex vino austero coctum in potum dato. Aut gallas ustas probè terito, & adipem suillam commisceto, frixasque ex aceto laboranti da edendas: vel recipe piperis drach. j. farinæ lupinorum drach. iij. mellis cochlearium.

Ad sudores ciendos, & febrem tollendam

Cachryos semen ex oleo inunctum. Aut pyrethrum ex oleo calefactum, & inunctum post horam unam insultus accessionis.

Ad morsum canis.

Urticæ semen cataplasmate appositum. Aut nigri marrubii folia cataplasmate apposita. Aut apiastrum ex vino potum, vel morsibus impositum. Aut allia cataplasmate imposita, aut assa, esui potuique data.

Ad morsus rabidi canis.

Vulneribus à rabido cane illatis imponito folia brassicæ trita cum lassere & aceto; nam & ea per se conferunt morsui rabiosi canis; & ejus præterea decoctum bibitum; sed & elixa, & aliis cibis præassumpta phthisicos curat, sanatque affectus arteriæ; trita verò, & facto ex ea emplastro, lienique imposita, illum extenuat.

ἀναμθύοις οὐρῆσαι ποιεῖ.

Πρὸς λιθιῶντας, καὶ διουρητικὸν δόκιμον.

Δαφνίδων, καὶ πεπέρεως ἴσα κόψας, καὶ σήσας μετὰ ὑδρομέλιτος μέτρον α'. δίδου. ἐκάστῳ δὲ τὸ ὑδρόμελι θερμόν.

Ἄλλο θρυπτικὸν λίθων, καὶ παρασκευάζον οὐρεῖν ἄνδρας καὶ γυναῖκας.

Δάφνης φλοιὸν ἀναζέσας ὕδατι συμφύρα, καὶ δίδου ἐκ τούτου ῥοφᾷν. ἐνεργεῖ γὰρ λίαν.

Πρὸς αἷμα οὐροῦντας.

Ζιγγιβέρεως < β'. κράμβης σπέρμα < δ'. μήκωνος < α'. χυλὸν ἀναλαβὼν ποίει καταπότια, καὶ δίδου τῷ πάσχοντι.

Οὐρητικὸν στραγγουριῶσιν.

Θύμου καὶ μαράθρου ἐξ ἴσου κόψας ἐν εὐκράτῳ θερμῷ δὸς πιεῖν.

Πρὸς πόνον οὐρητῆρος, καὶ δυσουρίαν, καὶ δύσπνοιαν, καὶ οὐροῦντας αἷμα, καὶ λιθιῶντας.

Ἀσάρου, μίσυος, νάρδου Κελτικῆς ἴσα ἀναλάμβανε μέλιτι Ἀττικῷ ἀπηφρισμένῳ, καὶ δίδου καρύου Ποντικοῦ τὸ μέγεθος, εὐρωστεῖν γὰρ ποιεῖ καὶ πρεσβύτας, τοὺς ξηρὰν ἔχοντας ῥύσιν, καὶ εὐτονωτέραν ποιεῖ.

Πρὸς ἐνουροῦντας.

Ῥίζαν κρίνου δὸς πιεῖν παρεψήσας· ἢ ὑοσκυάμου χυλὸν, ἢ καρπὸν μετὰ οἰνογάλακτος φυράσας, ἔμβαλλε εἰς δέρμα ἐλάφου, καὶ περίαπτε τὸν δεξιὸν μηρὸν, καὶ θαυμάσεις. Ἄλλο. συάγρου ὄνυχας ὀπτήσας μετ᾽ οἴνου πότισον. ἢ ἀλέκτορος ὄρχιν ὀπτήσας, δὸς φαγεῖν. Ἄλλο. κοχλίαν καύσας μετὰ τοῦ ὀστράκου καὶ λειώσας, δίδου πιεῖν μετὰ οἴνου εἰς κοίτην.

Εἰς δυσουρίαν, καὶ λιθίασιν.

Λινοσπέρμου, πεπέρεως, πετροσελίνου κόψας καὶ σήσας, μετὰ κονδίτου λάμβανε κοχλιάριον α'.

Λίθων θρυπτικὸν δόκιμον.

Σκορπίους θαλάσσια τρία μικρὰ καύσας ὁλόκληρα, τὴν τέφραν πότιζε μετὰ κονδίτου.

Εἰς τὸ στῆσαι κοιλίαν.

Ῥοῦν μετὰ οἴνου καὶ ὀρύζης ἑψήσας, καὶ ἀποτριτώσας ἔνιε. ἢ τράγου ἧπαρ ἑψήσας μετὰ οἴνου αὐστηροῦ, δὸς πιεῖν. ἢ κηκίδας καύσας λείωσον καλῶς, καὶ μίξας στέαρ χοίρειον, καὶ τηγανίσας μετὰ ὄξους δὸς φαγεῖν τῷ πάσχοντι· ἢ λαβὼν πεπέρεως < α'. θερμίνου ἀλεύρου, ἤτοι λουπιναρίου < γ'. καὶ μέλιτος κοχλιάριον α'.

Πρὸς τὸ κινεῖν ἱδρῶτας, καὶ ἀποπαύειν πυρετούς.

Κάχρυος σπέρμα μετ᾽ ἐλαίου συγχριόμενον. ἢ πύρεθρον μετ᾽ ἐλαίου θερμανθὲν καὶ ἐπιχρισθὲν μετὰ μίαν ὥραν τῆς ἐπισημασίας.

Πρὸς κυνοδήκτους.

Κνίδης σπέρμα καταπλασσόμενον· ἢ πρασίας μελαίνης τὰ φύλλα καταπλασσόμενα. ἢ μελισσόφυλλον σὺν οἴνῳ πινόμενον, ἢ τοῖς δήγμασι ἐπιτιθέμενον. ἢ σκόροδα καταπλαττόμενα, καὶ ὀπτὰ, ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα.

Πρὸς λυσσοδήκτους.

Λυσσοδήκτων τοῖς τραύμασι κράμβης φύλλα λεῖα μετὰ σιλφίου καὶ ὄξους ἐπιτιθέσθω· καθ᾽ ἑαυτὴν γὰρ λυττῶντος κυνὸς δῆγμα ὠφελεῖ. καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον. ἑφθὴ δὲ κράμβη προεσθιομένη, φθισικοὺς θεραπεύει. καὶ τὰς περὶ ἀρτηρίαν διαθέσεις ἰᾶται. λειοτριβηθεῖσα δὲ, καὶ καταπλασθεῖσα ἐπὶ σπληνὸς, τοῦτον συστέλλει.

Πρὸς συνάγχην, καὶ πόνον τραχήλου.

Λεύκη ξηρὰ μέλιτι λειωθεῖσα καὶ ἐπιχρισθεῖσα τῷ τραχήλῳ. ἢ καρδάμου σπέρμα καὶ κόπρον περιστερᾶς σὺν μέλιτι ἐμπλασσόμενον.

Πρὸς ἐσωχάδας.

Ἀμάραντον ἀποβρέξας μεθ' ὕδατος ὄψε καὶ πρωῒ πότισον.

Εἰς σπλῆνα κατάπλασμα πάνυ καλόν.

Ἑλενίου, σινήπεως, δαφνίδων κατὰ λόγον κοπανίσας, εἶτα ἐξελὼν φλοιοῦ καρύας νέας κόψον μικρόν. Εἶτα βάλλε ἐν ὅλμῳ, καὶ κόψον αὐτὸν ἰσχυρῶς, καὶ ἐκβαλὼν ἀπόβρεξον ἐν ὄξει δριμεῖ ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἑνώσας ἀμφότερα μετὰ χυλοῦ τιβεριάδος ἕψει ἕως γένηται κατάπλασμα, καὶ τίθει ἐπάνω τῆς σπληνὸς ἀπὸ πρωῒ ἕως ἡμέρας η'. προκενώσας τὴν γαστέρα, καὶ θαυμάσεις.

Ἄλλο πρὸς τῆξιν σπληνός.

Καππάρεως ῥίζης ℥ο γ'. ἀσβέστου ℥ο δ'. κόψας καὶ σήσας, καὶ ὄξει μίξας ἐπίθες μὴ πλέον ὥρας μιᾶς, καὶ ὅλον τήκεται. Ἄλλο. κράμβης ζωμὸν ἕψει μόνον, μετὰ δὲ ὀξυμέλιτος πότισον νηστικῷ· ἢ βάτου ῥίζαν μετ' ὄξους ἀποτριτώσας, δίδου πιεῖν ἡμέρας τρεῖς. Ἄλλο. φλοιοῦ καρύας μετ' ὄξους καὶ μέλιτος ἑψήσας, πότισον νηστικῷ. ἢ σίδηρον πυρώσας ἐν οἰνομέλιτι σβέσας, ἐν ποτηρίῳ δὸς πιεῖν, καὶ θαυμάσεις.

Πρὸς ὀδόντας μέλανας.

Φοινίκων ὀστᾶ, καὶ μαστίχην, καὶ μέλι τρίβε, τοὺς ὀδόντας ἐπὶ ἡμέρας ζ'. καὶ λευκαίνονται.

Πρὸς ἕλμινθας.

Θέρμους, καὶ δάφνης φύλλα, καὶ χολὴν ταύρου μίξας ἐπίθες ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν τῆς κοιλίας, καὶ ὠφελεῖ.

Πρὸς ἐσωχάδας καὶ ἐξωχάδας.

Ἄμυλον, καὶ πίσσαν, καὶ ὕδωρ ζεννύμενα δὸς πιεῖν ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ μετὰ τὸ ἀποτριτωθῆναι τὸ εἰς τὸ ἕψημα.

Πρὸς πόνον ὀδόντων.

Ἀμπελοβότρυα κερατήσας τηγάνισον μετ' ἐλαίου, καὶ ἔμβαλλε τῷ ὠτίῳ, καὶ ὑγιαίνει.

Πρὸς βδέλλας.

Τρίψας ἀριστολοχίαν ἀλάπιζε.

Πρὸς λιθιῶντας διουρητικά.

Δαφνίδων πεπέρεως ἴσα, δίδου μύστρον α'. μετὰ ὑδρομέλιτος.

Ἄλλο θραῦον λίθους.

Δάφνης φλοιὸν ἀνάζεσον ὕδατι ἕως ἀποτριτώσεως, καὶ δίδου ῥοφεῖν. Ἄλλο ὅμοιον. τρυγόνος ὀρνέου κόπρον καύσας, πρόσεχε μετὰ μελικράτου, ποιεῖ γὰρ ἐξουρεῖσθαι τοὺς λίθους.

Πεπειραμένον εἰς λιθιῶντας.

Στρουθίου, ῥέου Ποντικοῦ, καππάρεως, ἀνὰ < α'. δίδου σὺν οἴνῳ λευκῷ καθ' ἡμέραν < α'. καὶ οὐρήσεις ὑποστάσιν ἐν τῷ οὔρῳ λιθώδη. Ἄλλο. ὀρίγανον ἀποζέσας ἕως ἀποτριτώσεως μεθ' ὕδατος πρόσεχε κύαθον ἐκ τοῦ ἀποζέματος πιεῖν.

Εἰς στραγγουρίαν.

Μαράθρου σπέρμα, δαφνίδων Θηβαϊκῶν ἐξ ἴσου κόψας σὺν εὐκράτῳ, δίδου θερμόν.

Πρὸς δυσουρίαν καὶ στραγγουρίαν.

Κόστου, μέλιτος, ὕδατος κυάθους θ'. δίδου πιεῖν κρατῆρα, τὸν μισθὸν προαπαιτῶν. Ἄλλο. Κυπέρου Ἀσιατικοῦ κο-

Ad anginam, & colli dolorem.

Alba populus arida ex melle trita & illita confert. Aut nasturtii semen & fimum columbinum ex melle imponito.

Ad internas ani prominentias.

Amarantum aqua maceratum coque, & summo mane bibendum offer.

Ad lienem cataplasma valde bonum.

Inulam, sinapi, baccas lauri, secundùm proportionem accipe, & tere; ac deinde exime corticem novæ nucis, & parum contundito, deinde in pilam conjice, & validiùs contunde, ac extractum in aceto per triduum macerandum ponito, atque in unum cum succo herbæ tiberiadis redige, & coque quoad fiat cataplasma, & lieni impone summo mane per dies octo, corpore priùs evacuato, & mirabere.

Aliud ad attenuandum lienem.

Cappparis radicum unc. iij. calcis vivæ unc. iv. contunde & cribra, & ea cum aceto mixta appone lieni, nec ultra horam sinito; universum lienem absumet. *Aliud.* Decoctum brassicæ solum ex aceto mulso da jejuno bibendum. Aut rubi radicem usquequo tertia pars remaneat decoquito, & decoctum per triduum dato. *Aliud.* Corticem nucis & aceto & melle coctum jejuno potui dato. Aut candens ferrum in mulsum extinguito, & potui dato, & mirabere.

Ad dentes nigros.

Palmularum ossa, mastichen, & mel terito, & dentes per dies septem fricato, & candidi reddentur.

Ad alvi lumbricos.

Lupinos, lauri folia, & fel tauri misceto, & umbilico imponito, nam proderit.

Ad interiores & exteriores ani prominentias.

Amylum, picem, & aquam fervefacito donec tertia pars relinquatur, & per dies septem potui dato.

Ad dentium dolorem.

Vitis racemum in sartagine frigito ex oleo, & in aurem instillato, & bene habebit.

Ad hirudines.

Aristolochiam tritam insperge.

Ad calculosos diuretica.

Baccarum lauri & piperis partes æquales misceto, & ex eis da mystrum unum ex mulsa.

Aliud quod calculos frangit.

Corticem lauri aquæ incoque donec ad tertiam partem deveniat, & sorbendum exhibe. *Aliud simile.* Turturis avis stercus ustum ex mulsa præbeto, calculos enim per urinam ejicit.

Aliud expertum ad calculosos.

Recipe struthii, rheu pontici, capparis, ana drach. j. & ex his dato quotidie drach. j. ex vino albo, & minget sedimentum lapidosum. *Aliud.* Origanum ad tertias decoquito ex aqua, ex eo decocto in potum dato cyathum unum.

Ad urinæ stillicidium.

Fœniculi semen, palmulas Thebaïcas ad portiones pares conterito, & ex aqua temperata calida bibenda dato.

Ad urinæ difficultatem & stillicidium.

Recipe costi, mellis, aquæ cyathos ix. ex his in potum da craterem, mercede tamen priùs expetita. *Aliud.* Cyperi Asiatici triti co-

chlearium j. ex vino meraco, aut ex melle exhibe: probatum est.

Ad urinæ difficultatem.

Petroselini Macedonici triti da cochlearium.

Ad stillicidium.

Cucurbitam aridam tritam instar farinæ, da ex aqua quantitate cochlearii parvi ad bibendum.

Ad mingentes in stragulis.

Leporis cerebrum ex vino bibat. *Aliud.* Vesicam assam comedendam dato per triduum. Aut cyperum tritum bibendum dato, vel testem leporis ex vino odorato tepido potui dato.

Ad stillicidium.

Arborem thuris diutius fervefacito in vino, & per triduum potui dato. Accipe raphida marinum pisciculum, urito, & cinerem bibendum offerto.

Ad impetigines.

Cornu cervi ramenta ad tertias ex acerrimo aceto coquito, ac illinito.

Ad ferinas impetigines.

Hordeaceam farinam acri aceto misce, & illine. Aut hastulæ regiæ radicem ex aceto terito, & inungito frequenter. Aut linteum lineum urito super ferro candenti, & illinito. Aut folia virentis nucis coquito, & facto cataplasmate apponito, hoc valet etiam ad scabiem.

Ad dolorem & inflammationem penis.

Cuminum & ovi putamina plurimum decoquito, & foveto, & mirabere.

Ad impetigines.

Allium & theaphen, aquam & oleum simul misce & illine.

Cataplasma ad recentia vulnera ex ense vel ligno.

Salicis folia trita imponito, & sanguinem reprimes, & vulnera conglutinabis, sanitatemque restitues. Aut fimum ovillum ex oleo tritum in modum cataplasmatis imponito.

Ad medicamenta perniciosa.

Rutam, ficum, & nucem terito, & ex vino da in potum. Aut fulicæ sanguis liquidus cum oleo bibitus eos servat qui medicamentum venenosum auferunt, & eos quos momordit vipera.

Ad fluxionem gutturis.

Hirundinis nidum ex aceto terito & illinito.

Ad tumores mammarum mulierum.

Si caprinum stercus aridum teras ex vino meraco, & imponas, inflammationem solves.

Ad lupinum capitis dolorem.

Stercus suillum urito, cineremque cum melle misceto, & caput prius rasum illinito, appositis desuper brassicæ foliis.

Ad tussim & febrem hecticam.

Styracem & brassicæ succum simul terito, & ea fermentata jejuno & eunti cubitum exhibeto. Aut recipe olei laurini & optimi vini utriusque drach. iij. & misce, & tepefac in balneo interius; & vinum oleumque calidum temperato, & stomachum foveto. *Aliud.* Lixivio collato calido pedes foveto, & spongia detersos illinito & foveto, hoc tusses curat.

Ad tusses.

Resinam tritam ex vino veteri jejuno bibendam dato. Et decoctum pulegii ex posca bibatur. Et beronicem cum melle fermentatam

χλιάριον α'. μετὰ ἀκράτου δίδου λεῖον, ἢ μετὰ μέλιτος· ἔστι γὰρ δόκιμον.

Πρὸς δυσουρίαν.

Πετροσελίνου Μακεδονικοῦ κόψας δίδου κοχλιάριον α'.

Πρὸς στραγγουρίαν.

Κολοκύνθην κοπάνισον ξηρὰν, ὡς ἄλευρον, καὶ κοχλιάριον μικρὸν μεθ' ὕδατος δὸς πιεῖν.

Πρὸς τοὺς ἐνουροῦντας εἰς τὰ σάγια.

Λαγωοῦ ἐγκέφαλον σὺν οἴνῳ πότισον. Ἄλλο. φύσιν ὀπτήσας, δὸς φαγεῖν ἐπὶ ἡμέρας γ'. ἢ κύπειρον λειώσας πότισον. ἢ λαγωοῦ ὄρχιν ἐν οἴνῳ εὐώδει χλιαρῷ δὸς πιεῖν.

Πρὸς στραγγουρίαν.

Δενδρολίβανον λαβὼν, βράσον μετ' οἴνου πλεῖστον ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς πρόσεχε πίνειν. λαβὼν ῥαφίδα τὸ θαλάσσιον ὀψάριον καύσας, καὶ τὴν σποδιὰν δὸς πιεῖν.

Περὶ λειχήνων.

Κέρας ἐλάφου ῥινήσας μετ' ὄξους δριμυτάτου ἀποτριτώσας ἐπάλειφε.

Πρὸς ἀγρίους λειχῆνας.

Κριθάλευρον μετ' ὄξους δριμέος ἐμμίξας ἄλειφε· ἢ ἀσφοδέλου ῥίζαν σὺν ὄξει λειώσας, χρῖε συχνῶς· ἢ καῦσον λινοῦν πανίον ἐπάνω σιδήρου, καὶ ἄλειφε. ἢ φύλλα καρύας χλωρὰ ἀποζέσας, κατάπλαττε. τοῦτο καὶ ἐπὶ ψώρας.

Πρὸς αἰδοίου πόνον, καὶ φλεγμονήν.

Κύμινον ἑψήσας πολλὰ, καὶ λέπυρα ᾠῶν ἐπάντλει, καὶ θαυμάσεις.

Πρὸς λειχῆνας.

Σκόροδον, καὶ θεάφιν, ὕδωρ καὶ ἔλαιον συμμίξας, ἄμφω ἄλειφε.

Κατάπλασμα πρὸς τραύματα πρόσφατα ἀπὸ ξίφους ἢ ξύλου.

Ἰτέας φύλλα τρίψας ἐπίθες, καὶ τὸ αἷμα στήσεις, καὶ τὰ τραύματα συγκολλᾷ, καὶ ὑγιαίνει. ἢ βολβοὺς προβάτων ἅμα ἐλαίῳ λειώσας κατάπλασον.

Πρὸς δηλητήρια φάρμακα.

Πήγανον, καὶ σῦκον, καὶ κάρυον τρίψας πότισον μετ' οἴνου. ἢ τῆς νύσσης τὸ αἷμα ὑγρὸν σὺν ἐλαίῳ πινόμενον, σώζει τοὺς πιόντας δηλητήριον φάρμακον, καὶ τοὺς ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντας.

Πρὸς ῥεῦμα ἐν τῷ λαιμῷ.

Χελιδόνος νεοττιὰν λειώσας μετ' ὄξους, κατάχριε.

Πρὸς μαστῶν γυναικῶν ὄγκους.

Αἰγὸς ἀφόδευμα ξηρὸν μετὰ οἴνου ἀκράτου ἐπίθες, καὶ λύει τὴν φλεγμονήν.

Εἰς λυκοκεφαλίαν.

Χοίρου ἀφόδευμα καύσας, καὶ λαβὼν σποδὸν, μίξας μετὰ μέλιτος, ξυρήσας τὴν κεφαλὴν ἄλειφε, καὶ ἐπίθες ἐπάνω κράμβης φύλλα.

Βηχικοῖς καὶ ἑκτικοῖς.

Στύρακος, καὶ κράμβης χυλοῦ συντρίψας, καὶ ζυμώσας δίδου νήστει καὶ εἰς κοίτην. ἢ δαφνελαίου, καὶ οἴνου καλοῦ, ἀνὰ < γ'. συμμίξας, καὶ χλιάνας ἐν λουτρῷ ἔσωθεν, καὶ οἰνελαίου θερμοῦ κέρα, καὶ συμπυριάσας τὸν στόμαχον. Ἄλλο. θερμὴν πυρίαν στακτὴν βρέξας, πυρία πόδας τοῦ βήσσοντος, καὶ ἀποσπογγίσας αὖθις ἐπάλειφε, καὶ πυρίαζε. τοῦτο δὲ βῆχας ἰαθήσεται.

Εἰς βῆχας.

Ῥητίνην συντρίψας μετὰ οἴνου παλαιοῦ πότισον νήστει. καὶ γλήχωνα μετὰ ὀξυκράτου προεψήσας, δὸς πιεῖν. ἢ βεττονίκην ζυ-

μώσας μετὰ μέλιτος δίδου φαγεῖν. ἢ ῥαφανίδα ὀπτὴν ἐσθιομένην δίδου πρωῒ καὶ ὀψέ. ἢ βούτυρον ἄναλον καταπινέτω βασιλικοῦ καρύου μέγεθος.

Πρὸς τοὺς ἐν τῷ θώρακι χυμούς.

Κνίδης τὰ φύλλα συνεψηθέντα πτισάνῃ δίδου πίνειν. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς πνευματώσεις, καὶ ἀνάγει τὰ ἐν τῷ θώρακι.

Πρὸς βῆχας.

Τῆλιν ἑψήσας ἕως ὅτου ἀποτριτωθῇ, τὸ ζεμάτιον λάβε τῷ πρωῒ μετὰ μέλιτος.

Εἰς καλλιφωνίαν.

Τραγάκανθα ἀποβραχεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ ποθεῖσα, φωνὴν λαμπρύνει.

Πρὸς ἀποκοπὰς φωνῆς.

Στύρακα λειώσας μετὰ ὕδατος ποίει καταπότια ἴσα ἐρεβίνθοις, καὶ δίδου τρίτον, καὶ εὐθέως λαλήσει.

Αὐξητικὰ πλοκάμων καὶ πώγωνος, εἰ ἐπιῤῥέουσι.

Τεῦτλον μετὰ μυρσινελαίου καὶ πολυτρίχου μίξας, κατάχριε τὰς τρίχας· ἢ ἀδίαντον, καὶ λάδανον ἴσα λειώσας μετ᾽ ἐλαίου ὀμφακίνου, ἢ μυρσίνου, ἢ σχινίνου ἐπίχριε. Ἄλλο. λάδανον ἀποβρέξας σὺν οἴνῳ ἀμιναίῳ καὶ μυρσινελαίῳ, λειώσας ἄμφω, ποίει πάχος μέλιτος, καὶ ἐπίχριε τὴν κεφαλὴν ἐν βαλανείῳ. βέλτιον ἐστὶ καὶ τὸ ἀδίαντον, ὅ τινες καλοῦσι πολύτριχον, τὸ ἕβδομον μέρος λαδάνῳ ἐπιβαλὼν καὶ χρίε.

Πρὸς ὀδύνας νεφρῶν.

Γλήχωνι συνεψείσθωσαν πίτυρα ἐξ ἀλεύρων, καὶ ἐγχαλάσας τὸν ζωμὸν, καὶ σπόγγῳ τοῦτο βρέξας, πυριαζέσθω οὕτως.

edendam dato. Aut raphanum tostum comedendum offerto mane & vesperi. Aut butyrum sine sale quantitate nucis avelanæ devoret.

Ad humores in pectore detentos.

Urticæ folia ptisanæ incocta potui dato; sed ad inflationes benefaciunt, materiamque ex pectore educunt.

Ad tusses.

Fœnumgræcum decoctum quousque tertia pars supersit, & ejus jusculum summo mane ex melle bibat.

Vt vox canora fiat.

Tragacantha vino madefacta & epota vocem claram efficit.

Ad amissam vocem.

Styracem terito, ex qua catapotia ex aqua formato magnitudine ciceris, & ter dato, statimque loquetur.

Ad augendos capillos, & barbam, si decidant.

Betam cum oleo myrteo, & polytrichum misce, & illine capillos. Aut adiantum & ladanum paribus portionibus terito ex immaturo oleo, vel myrtino, vel lentiscino, & illine. *Aliud.* Ladanum madefactum in vino amineo & oleo myrtino terito ambo ad mellis spissitudinem, & in balneo caput illinito; melius autem est adiantum, quod nonnulli polytrichum vocant, si septimam partem ladano indideris & inunxeris.

Ad dolorem renum.

Pulegium cum farinæ furfuribus decoquito, & in jus collatum demissâ ac imbutâ spongiâ foveto.

FRAGMENTUM

FRAGMENTVM LIBRI PRIMI
DE DVNAMIDIIS,
GALENO ASCRIPTI,

cujus principium desideratur.

Verùm hæc est virtutis demonstratio omnium medicamentorum, quæ ad artis medicæ scientiam pertinet; quam si plenissimè intelligent ij qui artem medendi profitentur, semper his remediis & curis homines juvabunt. Quòd si non negligens assiduitatem, & plenus hujus disciplinæ & doctrinæ aliquo modo fuerit, facilè recipiuntur in gratiam. Hi magis decipi possunt, qui doctrinam ignorant; qui quantò negligentiores fuerint, tantò magis periculum hominibus victuris faciunt, permixta, & præposita, & non congruentia valetudinibus, & jam magis vulneribus, medicamenta componunt. Ne igitur errore curantes frustrentur experimento, hanc doctrinam priùs memoriæ commendare oportet. In principio ergo, omnium elementorum, vel humorum, atque urinarum, sive pulsuum, atque phlegmonarum ferè, composui confectionem ad Glauconem conscriptam. In secundo tibi, clarissime Paterniane, omnium pigmentorum intellectum, & qualitatem, & defectum posui. Nunc verò dunamidiam eorum nominum exponere institui, quæ multis generibus, & ex dissimilibus rationibus constat, sicut infrà ostenditur. Sunt autem genera nominum, & eorum effectuum hæc. Hypnotica sunt, quæ somnum vel soporem faciunt. Peptica sunt, quæ digestionem faciunt. Eustomacha, apta stomacho. Styptica, quæ & stringunt partes laxatas. Leia sunt lenia, quæ leniunt asperitatem. Orectica sunt, quæ auferunt fastidium. Colletica sunt glutinatoria: quæ omnia soluta, vel fluxa glutinant, & alligant. Diuretica sunt, quæ urinam provocant. Cathartica sunt, quæ ventrem & viscera solvunt & purgant. Picra sunt amara, quæ amaritudine sua morbos & humores expellunt. Drimea sunt acria, quæ nequitiam humorum vel morborum extinguunt. Glycea sunt dulcia, quæ aliquando purgant, & interdum acres humores indulcant. Thermantica sunt calefactoria, quæ calore suo omnem perfrictionem & stricturam calefaciunt. Psyctica sunt refrigeratoria, quæ omnem calorem & lassitudinem mitigant. Paregorica sunt, quæ mitigant ne malum crescat, non persanant. Trachea sunt aspera, quæ suffocata loca ulcerant, & exasperant. Staltica sunt, quæ carnes supercrescentes vulneribus æquant. Catulotica sunt, quæ cicatrices crassas exedendo æquant, & lympidas reddunt. Anaplerotica sunt, quæ cicatrices crassant; quæ altiora vulnera complent, & lympidas faciunt. Metasyncretica, confirmatoria, quæ persanant. Malactica sunt, quæ omnem duritiem emolliunt & solvunt. Toxica sunt venena, quæ nocumentum inferunt mortis.

Et hæc sunt, ex quibus medicamina sunt prodeuntia. Sanationes constant ex animalibus marinis, vel terrenis, herbis, vel seminibus, lignis, vel lapidibus, aut floribus, succo, vel lacryma; cætera omnia metallicis rebus constant. Omnium ergo qualitas & potentia quatuor modis probatur, visu, tactu, odore, & sapore. Visus omnium similitudinem foliorum, vel florum, & cujuslibet materiam & colorem demonstrat. Tactus cujuscunque rei mollitiem, vel duritiem, ponderis seu levitatis æstimationem docet. Odore intelliguntur ea quæ odorata sunt, thermantica, styptica, austera, & putrida. Sapore intelliguntur ea quæ sunt amara, dulcia, salsa, acria, styptica, & lenia. Jam nunc ipsam medicinam leviter demonstro corporibus ex his omnibus contrariis prodesse; & ex contrariis sibimet vinci, ut ignis ab aqua vincitur, & ipsa aqua calore siccatur; interdum & calore nimio majori adhibetur, ut contrariis prodesse possit. Sic ergo & omnis causa contrariis sibimet causis vincitur, vel mitigatur. Consequens ergo est ratio, ut priùs causam curandi intelligas, deinde causæ rationem reddas, postremò de curis dicam. Febres validæ stypticis, chalasticis, & paregoricis rebus mitigantur; interdumque & perfrictione, quando causa concepta fuerit. Similiter & omnis causa valida curatur. Stricta & dura causa malacticis & metasyncreticis rebus curatur. Aspera causa chalasticis, & dulcibus, & lenibus rebus curatur. Fastidia morborum orecticis rebus curantur. Humores acres & salsi amaris catharticis rebus & dulcibus indulcantur. Cancrosa causa stalticis, & catharticis, & acerrimis rebus, & igne curatur. Verrucæ, & extantia corporis, stypticis rebus curantur. Difficilia vulnera, & cicatrices crassæ catuloticis & colleticis rebus curantur. Alta, & cava vulnera, & lympida anapleroticis & lenibus rebus curantur. Dolores omnes vetusti & sanabiles, metasyncreticis & malacticis rebus curantur, aut paregoricis mitigantur, aut igne peruruntur. Hæc quidem doctrina complectens omnia experimenta non debet Medicum latere. Quoniam si huic doctrinæ operam dederit, omnes valetudines, & universas imbecillitates humanorum corporum per hanc doctrinam salubri auxilio superare poterit. Igitur totius corporis medicamina ad tria rediguntur adjutoria, medicamentum, ferrum, & ignem. Quod enim medicamento curari non potest, ferro curare tentes; quodque ferro sanari non permittitur, igne curari conceditur; quod autem nec medicamento, nec ferro, nec igne curari poterit, incurabile cogitabis, quia nulla cura jam superari poterit.

DE DVNAMIDIIS
LIBER SECVNDVS,
GALENO ATTRIBVTVS.

CAPUT I.

De quatuor humoribus.

LIBELLVM, quem roganti tibi promisi, omni curâ adhibitâ descriptum misi optimè ordinatum tuæ salutis custodiæ; quem debebis eâ diligentiâ intueri, quâ scriptus est. Ad curationem tui corporis omnia explorata sunt, quæ cum rerum affectu comperi, celeriter connexui. Namque diligenti cura, licèt summa brevitate, comprehendi singula curationum genera, sicut proximè te interposito Cæsari nostro fecimus, quæ per te etiam æstimare poteris. Sapientis enim ratio consilium invenire consuevit. Omne itaque corpus hominum, vel pecudum, aliorúmque, ex quatuor humoribus constat, sed præcipuè hominum, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur viscera unde spiramus. Calido continetur anima, qua vivimus, inde est, quod sentimus. Sicca sunt ossa, quæ vires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus est sanguis, quo alitur vita. Per ossa verò & viscera venæ currunt, quæ sanguinem regunt. Sanguis animam, anima vitam sustinet, spiritus autem aër est, ossa verius munita virtutem corpori præstant. Sanguis quando abundat, valetudinem vitiat. Ex eo enim nascitur sanies, quam in vulneribus videmus: nascitur ex eo pituita, quæ nauseam facit: nascitur ex eo bilis etiam acida & amara, quæ dicitur mater morborum. Bilis enim ubi est, concitat calorem & pruritum; pruritus perfricationem; inde fiunt dolores intestinorum: oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur, ut rumpi videatur. Sanguis autem ex nimio cibo nimiaque potione incipit abundare, & cruditate corrumpi, qui quando vagatur extra cursum naturæ, infert vitia corpori; & quacunque parte corporis incubuerit, vitiat, fatigat, & lædit; idem etiam animum vitiat, & inde os hominis incendit, incipitque exinde fœtere. At quando est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus caloremque fortiter sustinere. Quando abundat calor, vel frigus, facit corporis languorem, vel malum generat odorem. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor constat humoribus, sanguine scilicet, & phlegmate, & utraque cholera, quæ dominantur in suis locis. Sanguinis virtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate, quod jecur vocamus. Cholera verò nigra in sinistro latere est, in liene, qui & splen dicitur. Phlegmatis autem alia pars in capite, alia in stomacho, alia in vesica est. Sanguis calidus est, & humidus; colera rubra amara, viridis est, & sicca; cholera nigra acida, frigida est, & sicca; phlegma, frigidum & humidum. Hæc omnia in suis temporibus crescunt; sanguis veris tempore, cholera rubra æstate, cholera nigra in autumno, phlegma in hyeme. Isti humores dominantur sive per diem, sive per noctem. Sanguis dominatur ab hora noctis nona usque in horam diei tertiam; cholera rubra, ab hora diei tertia usque in horam nonam; cholera nigra ab hora diei nona usque in horam noctis tertiam; phlegma ab hora noctis tertia usque in horam noctis nonam. Hi etiam habent respirationes per singulas partes corporis; sanguis per nares; cholera rubra per aures; cholera nigra per oculos; phlegma per os, & per nares. Hi quatuor humores per quatuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur usque in annum xiv. & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominatur usque in annum xxxv. vel quadragesimum; deinde à trigesimo quinto, vel quadragesimo anno magna pars sanguinis dominatur usque in suam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in unoquoque homine. Sanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formosos: cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leves, macilentos, comedentes multùm, & ventre solubiles: phlegma facit compositos corpore, invigilantes, & intra se cogitantes, & canos citò producentes: cholera nigra facit subdolos, avaros, perfidos, tristes, seditiosos, & timentes. Qui habent virtutem calidam, dominantur in superiori parte; qui verò frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores, pulsus suos habent; sanguis facit pulsum plenum & humidum, cholera nigra tardum & segnem; cholera rubra tenuiorem, asperum, percutientem; phlegma honestum, plenum, & æqualem. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habentur ætatibus: si unus ex his minuitur, aut decrescit, longam facit ægritudinem: simili modo, si augeri cœperit, & si imperitum Medicum habuerit, qui non intelligat, ex quo humore fiat ægritudo. Scias autem, charissime frater Mæcenas, quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida & sicca, & amara; quia sanguis calidus, & humidus, & dulcis est; si verò cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia, quia cholera rubra amara est, & ignea, & sicca: si cholera nigra, da ei calida, & humida, & dulcia, quia cholera nigra acida est, & frigida, & sicca: si ex plegmate facta est ægritudo, da ei assiduè dulce, calidum, & siccum, quia phlegma frigidum, & humidum, & salsum est. Et quando hoc factum fuerit, perduces ad propriam sanitatem ægrotum. Igitur, ut faciliùs commodis fruamur, & incommoda vitemus, percurrentia vitia signis naturalibus cognoscamus, cognitaque mortifera emendemus.

CAPUT II.

Ex quibus membris sanitas, vel infirmitas perpendatur.

QUatuor corporis partibus origo infirmitatis, vel sanitatis ostenditur, capite, thorace, ventre, & vesica; quæ ita oportet cognosci. Homines sani erunt, si urinam manè albam, ante prandium candidam, item ante cœnam roseam emiserint. Candida enim urina debet esse, ubi cruditas non est. Quòd si manè mutaverit colorem, ostenditur subesse vitium; quod autem genus vitii, ita intelligemus. Quando à capite morbus oritur, solet capiti dolor accidere, vel temporibus; tunc supercilia gravantur, & tempora saliunt, & aures sonant, oculi lachrymantur, nares repletæ odorem non sentiunt. Ergo quando ex his aliquid acciderit, caput purgari oportet hac ratione; hyssopi, aut coronæ, burbulæ fasciculum unum fervescere facias, inde aquam continebis ore, usque dum caput calidum habueris, ut fluat pituita. Quòd si quis negligat eam, caveat epiphoras, aut dentium aut aurium dolorem; interdùm etiam parotides nascuntur, & vitia circa aures & cervicem oriri solent; interdum destillatio vulvæ, aut gravitas, interdum ulcera nascuntur in capite, aut capilli defluunt. Quando autem à thorace morbus oritur, incipit sudare caput, lingua fit gravior, aut os amarum, aut mamillæ dolent, oscitatio sequitur sine somno & quiete, gravitas & prurigo corporis aut dolor, brachia manusque intumescunt, subitque tussis arida. Ex his igitur quando aliquid acciderit, vitabis vitium si vomueris, sive jejunus, sive post cœnam, vel in balneo; plus enim prodest si jejunus bilem projecerit, eam enim dicimus esse matrem morborum. Sed qui vomere volunt, & stomacho laborant, si decimo quoque die abstineant, omne vitium evitabunt; namque frequenter vomendo solet stomachus corrumpi. Quòd si ex ventre morbus oritur, hæc sunt signa. Venter uritur, & turbatur, & sentit dolorem, ut cibus & potus amari videantur, genua subsidunt, lumbi gravantur, inter scapulas contrahitur, totumque corpus particulariter gravescit, tardantur pedes, gravia sunt crura, renes indolescunt, & incurrunt febriculam. His itaque cognitis, prima est abstinentiæ utilitas; tunc etiam medicamentis satis est alvum purgare, ut grave corpus levamentis adjuvetur. Quòd si morbus major premere videtur, adjicies alterum diem in abstinentia, si vires tamen patiuntur; sin minùs, quàm maximè levissimum sumant cibum, sicut ovum sorbile, aut aliquid ovo simile. Hæc qui neglexerint, fiunt cœliaci, torminosi, dysenterici, & nascuntur tertianæ & quartanæ; fiunt podagrici, chiragrici; morbus etiam in articulis accidere solet. Quidam etiam fiunt amentes, quibus etiam solet sanguis à naso erumpere; oportet autem custodire, & emendare vitium. In vesica qui nascitur morbus, hæc habet signa. Pleni videntur, & citò saturi sentiuntur; frequenter sentiuntur inflationes ventris, & strepitus; videntur oscitare, nec oscitant, sed tantùm os diducunt; sequitur totius corporis stupor, somnus gravis, quasi macri corporis sint; urina livida, & vix exit, tumescunt etiam verenda, & inde calculosi fiunt. Hæc vitia sic emendantur. Fœniculum, vel apium vino austero madefactum, vel etiam radices eorum conteres cum vini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ, vel dauci semen, & myrtæ pusillum tritum cum vini

A cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ; vel cicer album madefactum cum vino, ut suprà scripsi, bibe, vel radices asparagi, vel orobum erraticum, vel serpyllum decoque in aqua vino mixta, & bibe. Quòd si negligunt, fiunt hydropici; sequitur & jecoris, renum, & vesicæ dolor; fiunt quoque calculosi: sequitur & stranguria, & venter tumescit. Intueri autem oportet ægri vires, ut possit sustinere medicinam: ita & febris cruditate careat. Sed etiam cataplasmata adhibenda sunt, quæ apta sint capiti, vesicæ, cruditati, frigori, calori, prout tempus erit. Uti etiam oportet roseo aceto, oleo violaceo, & irino; & linguam B asperam melle fricabis, vel menthæ folio, & reliqua diligenti Medico permittenda sunt, quia morbus acutus est.

CAPUT III.

Prologus Libri.

QUoniam petenti tibi, corporis sani & imbecillis per urinam notas dedi, adjeci etiam ad curationem rationis consilia. Nunc autem medicamentorum compositiones adjiciam, & unde nascan- C tur corpori vitia, & si nata fuerint, quæ emendatio ad sanitatem perducat. Adversus autem omnes impetus morborum, duo sunt remedia certissima. Primum est, ut decimo quoque die à cibo & potu abstineas, deinde postero die laveris, ciboque firmo utaris; si sic feceris, oportet ut nihil vitii omnino accidat, perpetuaque sanitate utaris. Altera res, salubris est potus, qui lenitudinem confirmat. Ejus potionis compositiones habes per annos jam complures, amicissime Mæcenas, ex quo tempore cum Cæsare nostro commorari meministi, & hæc faciendo, nunquam te in ullum languorem corporis decidisse, nec nostrum Au- D gustum. Itaque me tecum habebis, libellum meum legendo. Adjeci etiam quod plenius tibi consilium præstare poterit petenti, quod in ultimis leges Dunamidiis. Sed expedit ut crescentibus numeris lunam observes, quando tollere, & quando ponere velis curationem. Si itaque non feceris, & ad diminutionem lunæ sustuleris, minùs valere scire te oportet. Etenim mare per lunam augetur, imminuitur; cerebrum etiam & corpora hominum augentur crescente luna: quando autem luna minuitur, ita quoque unaquæque earum rerum diminutionem sentit. Quæ licet co- E gnoscere ex iis hostiis, quæ quotidie immolantur, in quibus vides omnibus augeri, & minui cerebrum per lunam. Ita quoque in herbis, & componendis medicamentis. Sanè etiam totius anni dies tibi scripsi, per quos scias quibus rebus uti debeas, aut abstinere. Incipiamus ergo ab hyemis conversione, quæ fit solstitiali die, id est octavo Cal. Januarii. Tunc incipit se diffundere humor increscens usque ad conversionem veris. Utendum est ergo calidis & aperientibus rebus F illo tempore, & vino aliquatenus indulgendum. Sunt autem dies in supradicta conversione nonaginta tres. Nam incipit veris conversio à duodecimo Cal. Aprilis. Ex eo phlegma crescit, & sanguis. Utamur ergo bene olentibus, & acribus omnibus. Corpus exercere & laborare debemus usque ad ortum Pleiadum, diebus scilicet xlvij. nam Pleiades oriuntur sexto Idus Maii. Ex supradicta igitur conversione usque in hanc diem fel crescit, & amaritudo ejus augetur, ex quo febribus subministratur alimonia usque ad æstivam conversionem. Utamur ergo dulcibus, venere, & vino parciùs, labore nihilominus exercitabimur.

Sunt autem dies isti à supradictâ conversione xxxiij. Conversio verò æstiva octavo Cal. Julii incipit. Tunc nigrum fel. i. melancholia, augmenta suscipit usque ad conversionem autumnalem. Utamur ergo frigidioribus, & dulcibus, & bene olentibus. A labore tunc corpus abstinebimus, sed à venereo usu continere debemus, maximè diebus xij. Conversio autem autumnalis incipit sexto Cal. Octobris. Tunc etiam fel crescit, & pinguis humor, i. pituita, usque ad occasum Pleiadum. Utamur ergo acidis, & acerbis, & parciùs laboremus, & abstineamus à venere. Sunt autem Pleiadum occasus dies xlv. quod est quarto Idus Novembris. Tunc crescit in corporibus hominum sanguis. Oportet ergo cibis levioribus uti, & vinum sanum sumere, & à venere non abstinere. Inde ad conversionem hyemalem dies sunt xij. His ergo utere, & sanus transibis omne ætatis tuæ tempus, nec medicinis indigebis.

CAPUT IV.

De Catharticis.

QUoniam quidem de naturalibus qualitatibus specierum & ciborum in superioribus satis diximus, nunc de catharticis dicendum est, quæ diminuunt humores, quos auxerunt cibi incongruè sumpti. Sana habentes corpora laboriosum est purgare; etenim torsionibus & strophis gravissimè affliguntur, & graviter eos consequitur purgatio, & deinde citiùs deficiunt purgati. Oportet igitur aliquem purgare volentem præextenuare, & incidere crassos humores, & poros adaperire, per quos accipiuntur & extrahuntur humores à catharticis, & crudos quidem & tenues humores à principio morborum evacuare oportet. Expectare autem oportet concoctionem in crassis & glutinosis humoribus, sicut est phlegma, & cholera nigra. Et in omnibus diuturnis affectibus semper coctionem expectare convenit. In acutis autem quando moventur humores, & circa initia purgandum est cum cautione multa; in motione etenim, & ductione, & cursu existentibus humoribus, timendum est, ne quod viscerum debile existens natura, materiam motam recipiat, & maximè thorax. In quolibet autem membro infixos humores, sicuti in phlegmonis viscerum fit, purgare non oportet, antequam maturentur. Quicunque enim phlegmonas habentes, dicit Hippocrates, in principiis solvere tentaverint, nihil extendentis, & phlegmonem facientis auferent. Non enim concedit cruda affectio, sed salubria, & morbo repugnantia deliquat: sicque corpore debilitato prævalebit morbus: quoniam verò morbus prævalet, honestum est humores educere. Utimur autem catharticis in cephalæa, & scotomate, & hemicrania, & epilepsia, asthmate, & synanche, & orthopnæa, & in ischiadica, & arthritica, & podagrica, & nephritica, & in vesicæ & matricis affectionibus, si prolixæ fuerint. Similiter autem quando rheuma frequenter nocet auribus, vel naribus, vel oculis, vel stomacho, vel ori, vel omni superficiei, & neque desiccantur ab aliis adjumentis, neque per se stare potest: solet enim ventris purgatio rheumatismos stringere. Hîc quoque ordinabo quo modo expurgetur melancholicus humor, post phlebotomiam, post retentionem hæmorrhoïdum. Ad expurgandam verò & removendam prolixam humorum dispositionem utimur cathartico in paralysi, & apoplexia, & atrophia, & in pessimo morbo, qui caros dicitur, & in gravitate permanente in aliqua parte corporis. Ad restaurandum verò corporis habitudinem, utimur catharticis, & in prolixis febribus vel quotidianis, vel quartanis, mania, melancholia, ecstasi, cachexia, atrophia de malis humoribus facta, in elephantiasi, vel epilepsia quoque, scabie, & lepra, exanthematibus, satyriasi, in ulceribus multis spontaneis, & vix cicatricem coëuntibus, & rheumatizantibus: & ut abundantem & molestum educamus humorem, utimur catharticis in hydropico, & icterico. Hoc quoque ordinandum est de rheumatismis ventris, in quibus utimur catharticis. Aliquando etenim acer & inutilis humor considet pelliculis ventris, aut intestinorum, similiter ut acria suppositoria, & acria clysteria commovens intestina, & ad desidendum conatum excitans. Ubi enim est acredo, ibi attrahitur humor de membris in circuitu, vel de toto corpore. In his verò dignum est uti catharticis, ut talis humor expellatur à toto corpore, & venter & intestina mundificentur. Universaliter autem catharticis utendum in robustis virtute, & promptis ad exercitia, stomachumque robustum habentibus, & multam inutilem materiam in corpore congregantibus. Nimis verò pingues, nimisque graciles ad purgandum incongrui, multo abundantes sanguine, & frequenter deficientes, & vix curabiles, & citò vomentes pro qualibet occasione, & pueri, & senes, & mulieres validè menstruosæ, & purum valde corpus habentes, & qui benè caverint in diæta, & quibus valde restringitur venter, secundùm naturam, sed & etiam in dysenteria, & qui leviter apprehenduntur cœliaca: omnes enim cœliaca passione gravati, ad purgationem sunt incongrui. Nunc igitur incipiendum est à pharmacis choleram purgantibus.

CAPUT V.

De purgantibus choleram rubram.

CHolagoga dicuntur, quæ choleram rubram expurgant; quibus utendum est, si opus est omni tempore, præterquam hyeme: in ætate quidem adolescentiæ & juventutis, habitudine autem sicca, & gracili, & nigra, vel rufa; & in viris magis, quàm in mulieribus, & in iis qui frequenter cibum corrumpunt, & in habentibus ventrem constrictum, & amara cholera abundantibus, faciléque irascentibus, & urinas modicè egerentibus, cibisque utentibus calidis & siccis: in passionibus autem ictericis, hepaticis, spleneticis, pleuriticis, phreneticis, synanchis, mania, cephalalgia, ophthalmia, erysipelate, lepra, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita dispositis, notandum quòd cathartica non simplici aliqua qualitate evacuant, ut per calorem: nam si hoc esset, omnia calida purgarent, ut piper, sinapi; sed potiùs purgant proprietate quadam, eo quidem modo, quo magnes ferrum trahit. Sed catharticorum quædam, quæ ventrem molliunt, tantum malactica dicuntur, de quibus superiùs diximus. Nunc verò de fortiter educentibus sermo imminet, quibus utimur, aut ubi materiam per metathesin medicamur, aut induratum morbum commovemus, sive ut reficiamus corpus, & ad suam temperantiam convertamus, aut humorem molestum educamus. Sunt autem alii quidam modi mixti, & compositi adinvicem. Purgantibus verò tempus est aptum ver magis, & maximè autumnus.

De Aloe.

Aloe totum corpus non evacuat, sed choleram in stomacho, ventre & intestinis existentem educit perfectè & suaviter, cum suppositis scybalis, quæ nimis educit. Datur autem capite gravatis propter fumigationes à stomacho frequenter ascendentes. Datur autem ophthalmicis propter eandem causam; & iis, qui propter choleræ abundantiam sitiunt, & quibus lingua & os facilè desiccatur: & quibus stomachi fit subversio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, sive propter aliquam infirmitatem. Detur quoque citrinis extra rationem factis: & ubi necesse est educere superfluitates, & clystere pro aliqua occasione intromittatur. Dentur aloes drachmæ duæ, cum melicrato. Optimum autem erit siquis acceperit eum quotidie vespere, sive quod melius est, mane, quia vespere post cibum, cibum corrumpit. Quibus verò insuavis est propter amaritudinem, cum succo corticis citri, vel brassicæ, vel cum terebinthina, & melle cocto, ervi magnitudine confice pilulas, & da ex eis secundùm quod opus fuerit. Est autem eustomachicum, plus omnibus catharticis.

De Scammonia.

Scammonia choleram rubram educit, stomacho maximè dolorem inferens, & insuavis, & graviter olens, & valde sitim faciens: & quum omnia cathartica cacostomacha præter aloen sint, scammonia est præ omnibus. Abstinere igitur ab ea oportet debilem habentem stomachum: levissima enim existens, facilè ad corpus attrahitur, & de eo purgat quod purgandum non est: sed impeditur ejus evacuatio frequenter à calore febrium, ut de superfluitatibus parum educat. Danda est igitur non febrientibus, & eustomachis, & difficulter vomentibus, & non facilè deficientibus. Dosis verò ejus est scrup. ij. sive plus, sive minus, secundùm virtutem: cui admisceatur sal, aut thymi cymæ, aut pulegii, aut aloe magis: quibus detur cum melle, vel succo ptissanæ.

De Peplio.

Peplii semen, aut cymæ in umbra siccatæ dentur scrup. iv. in melicrato modico aceto asperso: educit enim choleram rubram, & nigram, & phlegma, & ventositates. Et secundùm quod Isaac dicit, maximè convenit passionibus ex ventositate factis, & melancholiæ. In vitio splenis quoque prodest, inflationibus prolixis & matricis, & colli, & profundis tumoribus, qui fiunt in ventre.

De Elleboro nigro.

Elleborus niger purgat inferiùs choleram rubram, maximè & nigram de toto corpore sine molestia aliqua. Ideo febricitantibus non graviter, sed in circuitu, & per longum tempus datur, & manentibus chronicis, in cephalæa diuturna: utilissimus visceribus, & matricis passionibus. Maximè verò ejus virtus est ad educendum ex toto, si quid quod corrumpat sanguinem, est admixtum. Unde utilis est ictericis diuturnis, & exasperationibus circa superficiem, ut est lepra, & impetigines, & similia: ad elephantiacos quoque facit. Dosis autem ejus est scrup. iv. sive plus, sive minus. Tenuibus autem radiculis priùs aquæ infusis, deinde earum ablato cortice, & in umbra desiccato, diligenterque trito, datur cum sapa, aut cum oxymelite: cui adjungitur causa boni odoris, modicum petroselini, vel dauci, vel pulegii, vel satureiæ. Quòd si fortius volueris facere, scammoniæ modicum adjunge.

CAPUT VI.

De purgantibus choleram nigram.

CHoleram nigram educentibus utimur in melancholicis, & scotomaticis, & furiosis, & iis qui atrophia laborant, & qui se abscondunt, & epilepticis. Detur autumni tempore maximè.

De Epithymo.

Epithymum igitur nigram choleram educit inferiùs. Dandum ergo perfectis scrup. iv. cum sapa, vel oxymelite, & sale modico. Convenit autem affectionibus ex ventositate natis, hypochondriacis, & quibus hepar gravatur, & dyspnoicis. Similiter purgat illud superfluum quod nascitur, super satureiam, sed debilius est.

De Polypodio.

Polypodium choleram nigram maximè educit, & phlegma. Dentur autem radicis mundatæ scrup. vij. Elixa eas in melicrato aquoso, vel Sole siccatas da comedendas ante cibum. Purgat quoque mediocriter in viscello gallinæ, vel ptisana cocta.

De Pulegio.

Pulegium quoque educit choleram nigram: & tragoriganum, & pantheminum, quod levitate modò dicitur & alyxon, & alypon. Dentur autem de unoquoque scrup. vj. Meliùs autem dantur cum aceto, & sale modico, & aqua, siccata & trita.

De lapide Armenio.

Armenius lapis nigram purgat choleram, & omne pingue & viscosum. Ideoque datur melancholicis, & elephantiasis, & similibus, & phreniticis, & asthmaticis. Dosis autem ejus est scrup. iv. sive plus, sive minus.

De Centaurio minore.

Centaurium minus choleram pinguissimam purgat, & muccilagines. Et ideo prodest spleniticis, & ischiadicis. Bibitur autem elixatura ejus. Sumantur quidem centaurii scrup. vj. aquæ cotyla una, & bulliat ad dimidias.

CAPUT VII.

De purgantibus phlegma.

PHlegmagoga dicuntur, quæ phlegma purgant: quibus utendum est in frigidis habitudinibus, & ætatibus & ægritudinibus, tempore quidem hyemis, ut in paralyticis, apoplecticis, tumentibus tumore frigido, & qui multùm & frequenter pinguia phlegmata meiunt, & quibus phlegmata abundant in ventre & pectore, & stomacho, & mulieribus rheumatizantibus, & qui pinguia excreant, & fastidiosis, & ischiadicis de muccilagine articulorum factis, elephantiacis, maximè autem iis qui hydropem anasarca patiuntur.

De Colocynthide.

Colocynthis phlegma purgat maximè, & choleram, & muccilagines. Unde nervorum eorumque affectionum est purgativa. Detur igitur utiliter omnibus capitis passionibus, & orthopnoicis, & ischiadicis, & arthriticis, & iis qui in renibus & vesica diuturnam affectionem habuere: est quoque utilis aliis affectionibus, quæ sunt ex materia vix extirpabili & dura. Dantur autem scrup. ij. de interioribus in melicrati cyathis duobus, debilibus autem scrup. j,

datur. Eligenda est autem alba & mollis interioris A colocynthidis pulpa, nam sicca & denigrata inutilis est. Terenda est autem, & solvenda diligenter, & multoties cribranda. Et quando uti ea volumus cum melicrato, diligenter solvatur: nam trita antequam infundatur, tenuissima videtur; sed quando in melicrato infusa fuerit, tumescit valde, ut non facilè credatur quòd cribrata fuerit: quæ si sic bibitur, tumescunt ejus partes recentes in ventre & stomacho, & maximè in intestinorum circulis & revolutionibus propter mollitiem: quæ acres existentes natura, & demordentes, intestina ulcerant quibus B insederint, & affectiones nervorum inferunt, & strophos, & validas torsiones. Unde cum multa cautione cum melicrato oportet eam solvere. Quòd si mitiùs purgare volueris, colocynthidem desuper aperi, & omne semen projice, & solum pulposum absque semine in ea relinque, & reple eam elixatura, vel vino dulci & veteri, & sic infundatur per diem & noctem: deinde colabis vinum cum panno, & calefacies, & dabis bibendum. Optimè quidem purgat ictericos, & habentes lividas pustulas in superficie. C

De Tithymalo.

Tithymalus educit phlegma & choleram nigram. Dantur autem cymæ virides in vasculo quodam ad ignem desiccatæ, & sic diligenter tritæ. Misceantur autem earum scrup. iij. cum polenta & aqua, & sic bibantur, nam siccæ comæ ejus debiliores sunt. Cum caricis autem tithymali radix siccata in umbra reponatur: & quando ea uti volueris, corticis ablati diligenter triti scrup. iv. immitte in vino dulci veteri, & D sic infundi permitte die & nocte: & per pannum colans calefacies modicum, dabis ad bibendum cum vino: optimè purgat. Succus autem tithymali datur à quibusdam cum caricis, vel cum polenta, stagones, j. guttæ iv. aut v. sed multùm ulcerant linguam, & quæ circa eam sunt, & ventri calorem inferunt maximum. Sed si vis benefacere, in ficu matura & recenti, supradicti lactis iij. guttas immitte, de lacte ejusdem ficulneæ secundùm vires sumentis, & sic da ad comedendum. Et si volueris servare toto anno, poteris. Quacunque hora dederis, facilè purgat: sed tanquam de fortissimo cathartico observato, quoniam E mirabiliter solvit.

De Isio.

Ision phlegma purgat, maximè cujus cortices siccæ, & infusæ, ut prædictum est, in aliquo dulci vino. Da scrup. vj. Bene purgat quantumcunque volueris, donec anum aqua non laveris, sed cum panno lineo illum absterge: & quando tibi videtur sufficienter purgasse, lava anum frigida aqua, & extrema manuum & pedum in aquam mitte, & stabit fluxus.

De Elaterio.

Elaterium purgat nimis phlegma & choleram. Dabis autem obolos iij. cum lactis confestim mulcti cotyla una. Sed eligendum est, quod viride sit in colore, & leve, & non vetus. F

De Cocco Cnidio.

Coccus cnidius phlegma purgat, & choleram mediocriter, sed magis crudos & aquosos humores: est enim igneus & acutus. Dantur autem grana xxx. si verò leviùs purgare volueris, dentur grana xx. vel xv. Dentur autem sic: quod interius est ex granis, cum polenta teres & vino, & da ad bibendum: & postea modicum olei rosei, vel melini sorbere facias, ne fauces exuras. Ideoque melius est ex eis cum melle cocto catapotia formare: quia aquosos humores magis purgat. Inter aquosos purgantia est magis habendum.

De Agarico.

Agaricum purgat phlegma, & choleram, sed mediocriter. Dabis drach. ij. cum melicrato, vel oxymelite. Est autem cacostomachum: & quia leve est, superiora petit. Sit autem albissimum, & facile, & non valde lignosum, neque robustum.

De Cnico.

Cnicus, id est semen croci hortensis, sive hortulani, purgat phlegma, sed non fortiter. Tritum ad drach. ij. & in jusculo gallinæ, vel prissana mixtum & colatum, sic bibitur. Quidam autem quod interius est cnici accipiunt, & terunt cum amygdalis, & aniso, & melle: & catapotia formantes servant ictericis utilia quidem, sed leviora.

De Lathyride.

Lathyrides, i. catapotia, purgant phlegma magis. Dentur de majoribus grana xv. de minoribus xxx. & amplius purgari indigentibus: diligenter, ut mandant præcipe. Iis verò qui multa evacuatione non indigent, integra da bibenda, maximè si patientes fuerint cacostomachi.

De Aristolochia.

Aristolochiæ rotundæ semen siccum, tritum drach. j. bibatur cum melicrato: phlegma purgat & choleram: est autem eustomachos.

De Linozostide.

Linozostis, i. mercurialis, si elixetur, & sola folia comederis, sufficienter stercus expellit.

De Cucumere agresti.

Cucumeris agrestis radix, obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter sine molestia, & stomachum non evertit.

De Styrace.

Styrax pinguis & flavus datur drach. j. cum terebinthina mensura æquali in catapotiis, & phlegma satis educit.

De Thymo.

Thymi cymas cum floribus teres cum oxycrato, & sale modico, drach. x. aut minus: & expurgat sine molestia satis phlegma & choleram.

De Cyclamino.

Cyclamini radices solutæ drach. iij. aut iv. secundùm virtutem, cum hydromelite potæ, purgant phlegma & choleram, maximè autem per sudorem. Ideoque bibentem oportet jacere, & cooperire, & calefacere corpus, ut sudoris exitum adjuvet.

De Allio.

Allii drach. iv. solutæ, & cum hydromelite potæ, phlegma educunt.

De Chamæpity.

Chamæpityos tritæ drach. ij. cum ficubus, vel cum melle cocto sumptæ in catapotiis, educunt phlegma.

De Bdellio.

Bdellii Arabici clari, atque flavi drach. iv. solutæ cum hydromelite bibantur, & phlegma purgabunt. Proprium autem est oculis rheumatizantibus.

De radicibus Olivæ & Pyrethri.

Olivæ radicum corticum drach. j. cum vino, vel aqua sumpta, phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli viij. cum aqua & ligdos semine scrup. iiij.

De Galla.

Gallæ quoque grana xl. excoriata comeduntur, & similiter operantur.

CAPUT VIII.

De Hydragogis.

Hydragoga dicuntur quæ aquosos expurgant humores: quibus utendum ex in hydropicis, & mulieribus quas malè habuit per longum tempus aliquis fluxus, rheumatizantibus.

De Squama aëris.

Aëris squamæ drach. j. sed in melicrato data, non solùm aquosos humores, sed etiam phlegmaticos educit. Quædam verò prædictorum phlegma educunt aquosum, ut coccus cnidius, & cnicus, & linozostis, & agrestis cucumeris radix, quæ hydropicis est utilissima.

De Euphorbio.

Euphorbium phlegma educit, sed maximè aquosum. Acutissimum autem est nimis igneum, & cholericum: ideóque colicis datur, & ventres frigidos habentibus: alios verò fortiter turbat, sitimque validam infert: sed admisce ei aliquod odoriferum semen. Dabis ex eo iij. obolos cum melicrato: melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De Chamælea.

Chamælea cocta in mulsam & pota, aquosa magis expurgat: purgat quoque phlegma & choleram. Mitte autem ex ea drach. v. in duabus cotylis aquæ, & coque ad quartam: in fine autem coctionis superadjice mellis modicum, & parum coque, & colans da in potum. Quidam verò erunt valdè chamæleæ drach. j. cymarum absinthii duplum, & cum melle conficientes formant catapotia.

De Ammoniaco.

Ammoniaci, thymi, ana mixtas drach. iij. in melicrato bibe: aquam educunt. Quidam spleniticis illud dant cum acetoso melicrato.

De Sambuco.

Sambuci radicis corticum succus potus drach. ij. aquosum humorem educit.

CAPUT IX.

De purgantibus sanguinem.

Sanguinem verò purgant porri capitati succus, i. ejus quod dicitur aratillum: mercurialis quoque, albæ violæ, agrestis malva, & salvia.

CAPUT X.

Ratio quorundam conficiendorum.

De Opio.

Opium sic fac. Mense Julio papaveris viridis folia teras per linteolum extorquens: semen ipsius papaveris viridis teras, & ipsi juri miscens coque ut spissum sit, & ad solem siccabis: & serva: illud est opium.

De Omphacomelite.

Omphacomeli sic fac. Recipe bottos mundos non maturos, nec acerbos, & repone in umbra, ut possint suæ humiditatis aliquantulum deponere: deinde exicca, & mitte de ipso succo partes iv. & mellis despumati partem unam, & mitte in vase fictili, & gypseo cum calamo perforato, & suspende ad solem per dies

A quadraginta. Valet ad crassas ventositates rheumatizantes, ad fastidium & debilitatem stomachi, flaccida corpora confirmat, & maximè quæ syncopen patiuntur.

Alia confectio ejusdem.

Omphacomeli sic fac. Uvæ non maturæ succi partes ij. mellis partem j. in vase duplici coque, donec densior liquor ipse fiat, & utere.

De Oesypi ceroto.

Oesypi cerotum sic fac. Ceram, axungiam sine sale, colophoniam, jus lanæ, vetus oleum, ana li. i. B juris fœnugræci unc. vj. adipis anserini & pullini, ana unc. j. coque oleum cum jure lanæ & fœnigræci diligentissimè, donec ad mensuram olei veniat. Iterum pone ad focum, additis suprascriptis speciebus.

De jure de lana.

Jus verò de lana sic fac. Lanam succidam in aquam multam pone, ut molliatur, diebus sex: septima verò die coque, & ipsam pinguedinem desuper collige suprascripto penso, & exinde confice cerotum.

De Hydromelite.

Hydromel sic fac. Mellis optimè despumati libras xx. succi cydoniorum libras v. aquæ fontis libras xl. C misce diligenter in vase fictili tenui, & picato, reconde, & claude: & mitte ad solem sub tecto diebus xlv: hoc est ex die Calendarum Julii usque in iv. Idus Augusti, ita ut intra quinos dies vas convertas, ut partes quæ quinque diebus fuerunt superiores, fiant infimæ. Hoc genus poculi vino vetusto melius redditur, ut nescientes quid bibant, putent se optimum vinum bibisse.

De Gariophyllato.

Gariophyllatum ad catarrhum sic fac. Gariophyllos, zingiber & piper tere, adde vinum, & paucum D mellis, & pone ad focum ut bene ferveat: deinde pone in cuppa lignea radicem apii, petroselini, libystici, costi, fœniculi: & super istas herbas in ipsa cuppa mitte gariophyllatum ferventem: & tandiu ibi sit, donec temperetur ut bibi possit: per dies tres, mane & serò hoc facias.

De Chalcocecaumeno.

Chalcocecaumenon sic fac. Limaturam de cupro in ollam rudem mitte, adde acetum in ipsa olla gypsea de argilla: & mitte in focum, ut intus & foris ipsa olla rubra sit quasi focus: tolle à foco, & mitte intus E fusticulos parvos, & ipsam ollam ad solem mitte usque dum refrigeretur: & illud est chalcocecaumenon.

De Amylo.

Amylum sic fac. Mitte frumentum mundum in aqua per noctes & dies tres, & per singulos dies aquam renova: postea in pila macera: adde aquam, & per linteum extorque in concha, & sinas residere: & tunc ipsam aquam diligenter expurga, ut imum non moveas: quod remanet, ad solem sicca: & hoc est amylum.

De Cerussa.

F Cerussam sic fac. De plumbo fac tenues laminas, & mitte in vas opertaculum aceti modium medium, & super acetum mitte ipsas laminas plumbeas, ita ut acetum non contingant: tunc ipsum vas gypsato ut nullum spiraculum habeat: ibi maneat diebus xv. postea tolle laminas, & rade pulverem quem ibi inveneris, & erit cerussa.

De Ærugine campanæ.

Æruginem campanæ si fac. Laminas de cupro tenues facias, & sicut de plumbo diximus ad faciendam cerussam, facias, & habebis æruginem campanæ.

De Medulla cervina.

Medullam cervinam albam si fac. Frange os cervi,

& tolle medullam, & sine manere in vino horis quatuor: de ipso vino tolle, & in aquam mitte, & manibus macera donec alba sit: fac rotulas inde, & repone, & utere.

De Sapa.

Sapam sic fac. Musti de peculo drach. xv. tolle, cydonia integra viij. caricas xv. dactylos iij. anethi ramorum m. j. fœniculi similiter, apii similiter: coque ad tertias: & quando refrigeratum fuerit, cola, & repone in vase fictili & picato.

De Careno.

Carenum sic fac. Musti dulcis modios xx. mellis unc. x. cydonia partita xx. poma similiter pulegii m. v. cannabis rad. m. j. cyperi m. iij. apii rad. & seminis m. j. scariolæ ramorum & seminum, petroselini ramorum & sem. costi hortulani, radicum fœniculi, radicum libystici, ana m. j. hæc omnia coque ad medium, & refrigeratum repone in vase picato.

De Hydromelite.

Hydromeli sic fac. Musti dulcis modios x. balsamitæ siccæ m. iij. cyperi rad. m. iij. petroselini rad. fœniculi rad. apii rad. libystici rad. ana m. iij. nuces pineas integras v. cydonia partita xij. coque ad medium, postea cola, & adde mellis cocti modium j. commisce bene, & quando refrixerit, repone in vase fictili picato.

De Garo cathartico.

Garum catharticum sic fac. Polypodii pul. lib. j. piperis al. gra. 50. diagridii unc. j. gariophyllorum cochlearium j. terens commisce cum melle, & repone in vase vitr. deinde accipe ad quodcunque volueris cochlear j. vel ij. secundùm vires: maximè humorem educit melancholicum.

De Lycio.

Lycium sic fac. Baccas de caprifolio collige mense Septembri, & tere, per linteumque extorque, & succum ejus ad solem in concha sicca; & erit lycium.

De Acacia.

Acaciam sic fac. Mense Septembri baccas ex nigra spina tere, per linteum extorque, succumque ejus in vase argenteo siccabis, & erit acacia.

De Flora.

Floram sic fac. Cerussam tritam cum oleo & cera modica coque in vase cupreo, aut æreo: cataplasma ubi necesse est apponere, celeriter corium adducit.

De Ptissana.

Ptissanam sic fac. Mitte hordeum pinsitum in ollam rudem, cum aqua bene coque, per linteum extorque, condias de sale, butyro aut oleo, cum pipere & cinnamomo modico: repone & utere.

De Chalcidio.

Chalcidium sic fac. Aëris florem in aceto vehementissimè subigito, sicca ad Solem, fac pulverem, & utere.

De Opopanace.

Opopanacem sic fac. Herbam virgultam, & radicem panacis sive meu, tere, extorque succum ejus, in Sole siccabis, & erit opopanax.

De Omphaco.

Omphacum sic fac. Acinos expressos accipe, carnes ipsas & nucleos in Sole siccatos tunde in pulverem, & erit omphacum.

De Diagridio.

Diagridium sic fac. Mense Augusti collige herbam tithymali, & ejus radices pinse: jus ipsius, id est lac, in vase argenteo mittas, ut coaguletur; sit ad Solem diebus undecim: & pro necessitate, quando opus fuerit, utere.

De Aphronitro.

Aphronitrum sic fac. Nitri partes ij. & saponis j. distempera cum prima gutta saponarii: factisque trochiscis ad Solem pone.

De Polenta.

Polentam sic fac. Hordeum quando cœperit habere quasi lac, mitte in furnum: & quando exsiccatum fuerit, paleis munda, & fac farinam.

De Elaterio.

Elaterium sic fac. Succum cucumerum agrestium non maturorum exprime, expressumque super plenum vas aquæ infunde, & quod supernataverit collige, & ad Solem sicca.

De Resina frixa.

Resinam frixam sic fac. Recipe resinam pineam, in ollam missam durissimè coque, & sic proba an frixa sit. Gutta posita in marmore si in pulverem eat, tolle ab igne.

De Aqua ignita.

Aquam ignitam sic fac. Recipe salis lib. ij. sulfuris vivi, tartari, ana. unc. j. vinum forte, & fac ad disciplinam aquæ rosatæ.

De Hydrelæo.

Hydrelæon sic fac. Recipe partes ij. aquæ, & iij. olei.

De Hydromelite.

Hydromeli sic fac. Recipe partes ij. aquæ, & iij. mellis.

De Posca.

Poscam sic fac. Recipe aquæ partes ij. vini tres, & coquantur.

CAPUT XI.

De Cephalæa.

Si quis cephalæam patitur, & unum de brachiis tumuerit, vel caput, & ex utraque parte, seu sinistro oculo signum apparuerit in modum lenticulæ, moriturus erit Si verò ex nullo alio signo moriturus est, demus ei hæc antidota, Esdram. f. vel philonium, hieram picram, blaucam. Et pulvis fiat ex spica nardi, & squinantho, & ammoniaco, & succo tithymali virginalis, & interioris: & opium, & semen papaveris, & flores centaurii addantur, ex nullo magis, sed æqualiter ex omnibus fiant: & diagrigdii unc. j. his omnibus in pulverem redactis, dabis scrup. j. cum vino calido: & anethino, ac rosaceo oleo perfunde caput. Item Esdræ potio cum vino calido temperata, & pota, sine unctione facta, dolorem capitis sedat. Item Theodoricon emperiston magnum, ad omne vitium capitis facit: hoc idem facit diaolibanum.

Ad dolorem capitis, & calorem.

Accipe cymas salicum, & in fortissimo aceto ad ij. partes decoque, & exinde caput & pedes fove, & ex cymis caput confove. Item galbanum chartæ impone, & pone in parte illa, qua caput dolet, & prodest. Item savinam tere cum albumine ovi, & cum aceto fortiter distempera, & emplastrum fac super caput ejus, & ibi finito iij. diebus, & ambo crura ejus usque ad genua mitte in aquam frigidam, & da ibi ei potum ad solvendum.

Ad febrem capitis, quæ non permittit hominem dormire, vel quiescere.

Tolle capita papaveris sicca, vel viridia, & semen lactucæ, violas, & folia myrti, & pone in cacabo aqua pleno, & coquatur usque dum omnes herbæ dissolvantur: & ex decoctione ipsarum pedes & crura laventur,

laventur, & extergantur linteo fortiter, deinde ungantur oleo violato: & sic somnum præstabis, & dolorem & angustiam auferes.

Potio ad dolorem capitis.

Fœniculum, rutam, libysticum, mel, piper, vinum, totum commixtum jejunus bibat.

Item ad somnum.

Succus papaveris agrestis cum farina hordei inunctus dat somnum.

Item ad dolorem capitis.

Folia hederæ terrestris cum albumine ovi in fronte ligata prosunt.

Electuarium ad capitis & stomachi dolorem.

Recipe mastiches, anisi, fœniculi, polypodii, thuris, myrobalanorum Indorum, croci, spodii, sandali albi & rubri, portulacæ seminis, diagridii, ana drach. iv. zacaræ, amygdalæ, ana unc. s. tragacanthi drach. ij. camphoræ scrup. j. musci scrup. s. violæ quantum de aliis omnibus speciebus, tempera cum syrupo viol.

Vnguentum laxativum, quod caput allevat, stomachum purgat, appetitum confirmat, oculos clarificat.

Recipe succi apii unc. ij. foliorum rubri succi unc. iij. polypodii succi unc. iv. laureolæ succi unc. j. fœniculi succi unc. xiij. mercurialis succi unc. xiij. olei lib. ij. adipis gallinæ, & verris, ana lib. v. resinæ unc. j. thuris, mastiches, ana unc. s. casiæ fistulæ medullæ unc. ij.

Ad tineam.

Elleborum nigrum tritum cum unguine appone super totum caput.

Ad idem.

Ficatum porcinum crudum, & calidum cataplasma diebus novem, postea lava de aqua frigida, & sanabitur.

Ad furfures.

Accipe semen urticarum, & trita parumper, pone in aceto per diem & noctem, & postea lava caput de qua re volueris, deinde verò de ipso aceto, ad ultimum autem de pura aqua: hoc fac bis vel ter.

Ad idem.

Coque cyclaminum in vino, & caput ablue: deinde coque salviam in vino, & caput ablue: & super hoc, pulverem nepitæ asperge super totum caput nocte, & mane iterum lava cum salvia.

Ad capillos cadentes.

Apes quàm plures in olla nova include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & exinde in caput mitte, & scarificatum perunge.

Ad diuturnam alopeciam, & ad renascentes capillos.

Pyrethrum tritum mixtum cum felle vituli sæpius perunges. Stercus etiam felis idem præstat cum aceto illitum. Euphorbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur.

Ad idem.

Caprarum stercus, & ungulas ipsarum combustas, & cum aceto solutas adhibe.

Ad idem.

Testudinem vivam super sarmenta incende, & cinerem ejus in cacabo novo cum aluminis unc. iij. & medullæ cervinæ totidem, cum vino coque, & alopeciam inde frica.

Item ad uriones in capillis.

Accipe fel terræ, & fel bovinum, seu taurinum, & acetum, & pone in cucurbita de creta, facque fortiter ferveat, & refrigerato, & colato, lava semel vel bis, deinde lava cum aqua calida si vis.

Ad idem, & ut capilli citiùs crescant.

Olibanum cum stercore murium pari pondere tere cum aceto, & perunge, sed antè loca nitro frica. Idem facit git ustum, cum aqua tritum & illitum. Item lathyris trita, & cum oleo cocta, & illita mirabiliter capillos auget. Item fimum caprinum combure in testa, & tempera cum oleo, & raso capite inuncto, spissos capillos præstat. Flos agrimoniæ tritus cum oleo, & affrictus, nigros capillos facit.

Item ad capillos cadentes.

Agrimoniam tritam cum lacte caprino impone.

Ad idem.

Verbenam cum absinthio in lixivio coque, & lava caput assiduè.

Vt capilli nascantur ubi volueris.

Panem hordeaceum & chartam cum sale æqualiter combure, & tere cum adipe ursino, & unge locum.

Ad idem.

Unge caput oleo myrtino, quod sic fit. Recipe flores myrti, & coque cum oleo communi, & eo colato pone recentes alios flores myrtinos, & stet sub dio xl. diebus: sic fit omne oleum, ut rosatum, &c. Item corticem medium de ulmo in aqua coque, & de ipsa aqua caput lava, deinde pulverem rutæ superasperge.

Item ad capillos & pilos, ut nascantur.

Pellem de capite vulpis calybitidis, i. tugurialis, excoriatam combure, & lacertæ viridis corpus, ejecto capite, uno die aut nocte suspende, & postea coque in oleo simul cum pulvere, & unge ubi volueris.

Ad idem.

Ex cortice capparis incenso cum melle inunge. Similiter ex pulvere renarum, & muris fimi cum pice liquida, & ex cinere quercus novellæ unge sæpius.

Ad pilos de facie, vel alia parte corporis auferendos.

Psilothri calcis vivæ lib. j. in vase fictili ad ignem, sine aqua per diem & noctem dimitte: in crastinum autem aquæ quantum sufficit infunde, & diu agita: postea adde lepnias pulveris, i. auripigmenti, unc. ij. quando verò probare volueris, an perfectè coctum sit, penna immissa & abstracta si depilatur, coctum est: tunc in balneo antequam laveris unge: post horam quando jam pili cadunt, de furfure absterge, & lava.

Vt pili ita ablati nunquam renascantur.

Cicutæ semen, vespertilionis sanguinem, verbenæ succum commisce, ut multùm spissentur, unge nocte priùs ablatis pilis.

De hemicrania.

Si quis in hac affectione nullum cibum sumere quærit, & dormire nequit: nauseare iterum non valuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua non habuerit ut debet, sed hæsitaverit ut ictericus, ista signa mortem significant. Si verò nulla sint mortalia, dabis ei picram Galeni, & sal catharticum. Unguento thermantico, seu calefacere apto, unge caput ejus. Item succo foliorum hederæ cum oleo & aceto unge nares, & statim dolor sedatur.

Pilulæ ad hemicraniam.

Recipe myrobalanorum citrinorum, kebulorum Indorum, ana unc. s. croci orientalis, mastiches ana unc. ij. & scrup. ij. scammoniæ unc. j. s. aloes hepaticæ quantum pendet totum, tempera cum succo fœniculi, & da eunti dormitum.

Ad idem, & ad quoslibet alios morbos.

Baccarum lauri cum foliis unc. j. bryoniæ unc. j. mastiches unc. j. aloes unc. ij. tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patienti post cibum xi. vel xii. secundum virtutem, eunti dormitum.

Ad idem.

Herba quinquefolia in vino aut in aceto trita perunge.

De scotomia.

Qui villam jugiter circuit per gyrum, vel contra Solem respicit, seu in puteum, seu in quemlibet locum manum mittit, ut inde aliquid attingat, & statim cadit, & spumat, mortale est. Si autem nullum mortale sit signum, abrotanũ da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hieram, & anacardinum theodoricon.

Item ad capitis vertiginem.

Balsamitam cum oleo tritam & expressam, cerebro

& fronti tepidam unguento appone.

Ad caput fractum.

Aranea tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit, & sanat.

De epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem, & contraxerit omnia membra in unum, non tamen spumat, & postea libenter manet solus, & cum nemine propria voluntate loquitur, signa mortalia sunt. Si quis lunaticus spumat, & oculos convertit, & fremit, & mugit, & cadit, & membra contraxerit, & colorem similem croco habuerit, moriturus est: si autem hæc signa desunt, cum blanca, aut sancti Pauli antidoto, aut Esdræ, cum scammonia, ei subveniatur. Item epilepsia nascitur ex tribus humoribus, i. phlegmate, colera rubra, & melancholia. Si quis cadens fecerit spumam multam & albam, & stridet dentibus, erit de phlegmate. Si verò quando ceciderit claudit oculos quasi dormiat, & non projicit spumam, & citò resurgat, erit cholera. Si autem vultum nigrum habebit, & distorquebit os, & caput, & linguam, & manus strinxerit, & fecerit spumam parvam, & continebit se quasi ad mortem, de melancholia erit. Item per urinam potest cognosci, ex quo horum trium æger patiatur, quia si fuerit alba & crassa, erit de phlegmate: si citrina, & parum nigredinis habuerit, de cholera rubra: si alba & nigra & crassa, erit de melancholia: hoc potest probari in sequenti nocte sui casus, vel præcedenti in urinis. Patentes autem melancholiæ causâ vel phlegmatis, sic curari possunt. In primis talem diætam accipiant xv. diebus vel xx. comedant carnem ovillam non pinguem, coquinatam, & agnos parvos. De volatilibus, comedant gallinas, gallos, anseres, anates, pullos columbarum domesticos, phasianos. De oleribus, porros coctos cum oleo, buglossum coquinatum, pastinacas coquinatas, fœniculum, asparagos, jus cicerum cum oleo. De fructibus verò nullum, nec pisces. Bibant vinum subtile cum aqua.

Potio ad idem.

Recipe pœoniæ grana, salviam, absinthium, urticam, marrubium, secundùm æstimationem in aqua frigida temperabis.

Item ad idem.

Lasar, i. assæ fœtidæ, malvæ, betonicæ, abrotani, phu, cinnamomi, piperis albi, rhu pontici, euphorbii, salis, ficuum, opopanacis, salviæ, origani, diagridii, scillæ, casiæ fistulæ, ammoniaci, masticHes, hyoscyami, costi, rutæ, castorii, ana unc. j. s. sagapeni, mandragoræ, mercurialis, sampsuchi, thuris, ana unc. iv. da ei cum aqua calida in modum avellanæ.

Item pulvis ad caducos, & qui spumant, & paralyticos.

Recipe olibani, mastiches, myrrhæ, sanguinis draconis, aspalathi, antimonii, æquali pondere, opopanacis unc. j. olivæ smaragdinæ, bdellii varii, petræ de capite corvi marini nigræ unc. iij. crystalli, sadib. j. folia nucellæ, nascam, i. fungum quercinum, carbones sambuci, petræ sancti sepulchri, nascam vitis, pannum blathæ Byzantiæ, nascam myrtinam, crucem marinam, herbam occasionis, cicerellum, furfura, matrissylvam, herbam hircinam, betonicam, majorem malvam, marcoram, id est marrubium, baccarum, malum styracis, ungulam ursinam, corium vituli marini, fel & ficatum ursinum, fel & ficatum corvi, fel & ficatum erinacei, cingulum de corio capreoli, os de corde cervi, sulfur, pallam maris, radicem de carduo albo, ana drach. ij. pulverem fac, & da cum aqua frigida.

Ad idem.

Ova corvorum comesta prosunt, expertum est. Qui perdit loquelam culpâ epilepsiæ, succum rutæ agrestis naribus injicies: hoc sæpe facto eam recuperabit.

Unguentum ad idem.

Centumnerviam, violam, brancam ursinam, allium, farfaram, apium risus, batrachion, linguam caninam, sisymbrium, fœniculum, libysticum, aquilegiam, æqualiter, herbam fœtidam plusquam de aliis: his omnibus pinsitis cum axungia scrofæ recenti, & in axungia valdè coctis, exprime fortiter per pannum in aqua frigida, & quod supercoagulaverit collige, & repone, & utere. Infirmus autem secludatur diebus xxx. prius tamen accepta potione, quæ optimè purgat. capite raso, & bene calefacto, mane totum caput hoc unguento, & totum collum in circuitu unge, & sero similiter eunti dormitum: & hoc xxx. diebus facto, recipe castorium, & olibanum, & antimonium, æquali pondere, & pulveriza, & distempera cum fœniculi succo, & da ad bibendum mane jejuno, & sero eunti dormitum, & hoc per xxx. dies, & custodi à cibis contrariis.

Item probatum unguentum epilepsiæ.

Recipe linguam caninam, brancam lupinam, plantaginem de aqua sulfurea, sisymbrium, fœniculum, libysticum, centrum galli, violam, salviam: hæc omnia æquali pondere cum recenti axungia scrofæ in aqua decoque, & cola fortiter, & quod supernataverit infrigidatum, collige. Et quando operari volueris, cathartico patientem purga, prout res postulare videtur, deinde abraso capite abundanter inunge, habens idem supra caput & circum amplam testam calefactam, ut affatim calorem ministrare possit: hoc per triduum, vel quantum opus fuerit, fac. Et aquam aliquantulum mellitam & calidam bibat. Antimonium, castorium, olibanum, linguæ caninæ radicem, fœniculi radicem, æquali pondere, & in pulverem factis utatur in supradicta aqua, vel ejus succo expresso.

Item ad idem.

Fac bullire centumnerviam, id est barbaram sylvanam, in ix. phialis vini, ut redeat ad tertiam: da phialam j. per dies novem.

De apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexiam, & de multis rebus desiderat sibi cibum afferri & potum, & statim quando videt hæc abominatur, sive masculus fuerit, sive fœmina, mortem sibi imminere significat: qui autem non habuerit hæc signa, curari poterit cum supradictis antidotis & unguentis. *De phrenitide.*

Qui ex phrenitide multum alienatur, aperiatur ei media vena frontis, quantum ovi testa capere potest. Si vocem perdiderit, sternutamento utatur, quod conficitur ex condisi herba. Si autem præ nimia angustia dormire nequierit, crura & pedes laventur ex decoctione violarum, & rosarum, & semine lactucæ, & myrti, & sic colatis linteo, ungatur oleo violato: & si non alienatur, & desiderat balneum, sine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur totum caput, & ex calido pulmone pecoris obvolvatur totum caput, & maneat ibi per totam noctem, & super foliis cucurbitæ: & totus stomachus similiter obvolvatur de foliis: & matutina hora præ nimio fœtore auferantur. De cibis, utatur cucurbitis, & portulacis conditis cum pauco oleo & aceto, & comedat far, & bibat ptissanam: de pomis autem mala granati, & mala syria, & pira.

Item ad phrenitin.

Succus hederæ in naribus infusus, & ruta mixta cum aceto, cerebroque superposita, nimis adjuvat.

Item ad somnum.

Semen hyoscyami fortiter tere, & cum lacte mulieris, & oleo violato vel rosato tempera, & tempora & frontem inunge.

De Melancholiâ.

Qui melancholiam patitur, si semper vomit, & fastidium patitur, & nihil de cibo & potu accipere potest, tamen hoc tantillum, quod sumit, non proficit ei: & Solis, vel ignis ardorem nequit sustinere: & dormire non potest; tamen quando dormit, supinus jacet, & nunquam firmiter dormit, & post dormitionem pigritia in eo sentitur, & ambo labia viridia sunt: moriturus est. Item si multùm sitit, & lateris patiatur dolorem ex utraque parte, talis est ei curatio. Calami, nardi, casiæ, fistulæ, euphorbii, costi, ana drach. ij. esulæ drach. iv. hæc omnia in pulverem redige, & cum vino bibat jejunus valde diluculo, & tunc jejunet ad horam nonam.

Item ad idem potio.

Ireos tunsum & cribratum missum in vino jejunus bibat mane.

Aliud catharticum.

Tartarum & farinam tritici mitte in vino serò, alia die fac inde pilulas, & dabis ad manducandum jejuno.

Item ad idem medicamentum purgatorium melancholiæ, quod hunc humorem propriè purgat, & liberat corpus.

Recipe anisi unc. j. petroselini unc. iv. epithymi drach. iij. mel quod sufficit: dabis cum aqua, vel cum vino.

De Lethargo.

Qui in lethargum ceciderit, & libenter est solitarius, & multùm comederit, & eo quod amplius desideraverit, & loquitur quod non decet, & jugiter salivam suam foras mittit, moriturus est, maximè si sudor frigidus in facie & cervice fuerit. Si verò talia signa defuerint, ita curabis. Ante diem tertium nihil est adhibendum: jacere debet in loco luminoso: frequenter pulsando, nomen ejus vocetur. Quòd si prævaleat plurimùm ei somnus, ungenda sunt ex oleo dulci & calido ejus præcordia, & lanâ mundâ & calidâ fascianda: cibo autem dato, fricentur illius manus & pedes. Quòd si iterum dormiverit, mulsam accipiat, & clysteria injiciantur, & caput pressiùs tundatur: ferulæ incensæ fumus ejus naribus apponendus est, sicut etiam lucernæ extinctæ odor olfaciendus est. Sic ruta in aceto trita ejus naribus adhibenda est. Sisymbrium in aceto tritum infundimus in capite, aut testudinis sanguinem in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare convenit: alii sanguisugam fronti & temporibus adhibent. Ex cornu cervino & galbano fieri fumum ejus naribus, valde approbamus.

CAPUT XII.

Ad Oculorum vitia.

Super panem hordei calidum, & per medium scissum, pulverem carvi asperges, & ante oculos patientis tenebis.

Ad sanguinem & vulnus oculorum.

Primùm tere pinguedinem, & postea adde farinam milii, & distempera cum vino in modum unguenti, & linteolo superposito, cui opus fuerit impone. Item tolle crocum orientalem, & lycium, & succum ocymi, & lac fœminæ marem nutrientis, & dactylorum carnes: omnia tere fortiter, & cum aqua rosata, vel cum succo ipso & lacte distempera in modum unguenti, & super oculos pone.

Item ad oculos sanguinolentos.

Tolle pullum columbinum, & sub ala incide, & sanguinem qui inde exierit, in oculos infunde: probatum est.

Ad lacrymas oculorum.

Tolle rapas sylvestres, & tere fortiter, & cum aqua rosacea distempera, & super oculos pone: probatum est.

Ad lippitudinem oculorum.

Atramentum, mel, albumen ovi æqualiter tere, & oculis superpone, mane & sero lacte mulieris inunges.

Item ad lacrymas oculorum.

Rutæ succum & mel commisce, & oculos unge: certum est.

Item ad sanguinem & dolorem oculorum.

Aloen & opium tempera cum lacte mulieris, quæ nutrit masculum.

Item ad tumorem, & caliginem, & sanguinem.

Verbenam cum albumine tere, & tritam impone: optimum est. Item cynoglossi succus in oculis immissus, & herba trita & superposita oculis, mirè prodest.

Item ad caliginem oculorum.

Rorem qui cadit in matutino, & succum rutæ collige in unum, & in oculos mitte.

Ad pannum oculorum.

Pulvis olibani cum melle & aceto, ac stercore majorum murium mixtus atque inunctus, caput denudatum capillis vestit: & pannum oculorum diluit: dysenteriæ obsistit cum aqua sumptus occasione frigoris; lumen amissum pulverizatus & injectus restaurat.

Item ad pannum & sanguinem oculorum.

Membranam olivæ fortiter tere, & misce cum albumine ovi, & pone super oculos, multùm valet.

Ad ungulam oculorum.

Tolle anguillam vivam, & extrahe inde sanguinem, & mitte in oculum: multùm valet.

Item ad idem.

Recipe nitrum, & mitte per ix. dies in ignem, & postea fac tenuissimum pulverem, & mitte in oculum: expertum.

Item ad sanguinem oculorum.

Recipe succum apii, & albumen ovi, misce simul, & mitte in oculum serò eunti dormitum: probatum est.

Ad idem.

Recipe salicem siccum, combure fortiter in ignem, postea fac tenuissimum pulverem, mitte in oculum eunti dormitum: probatum est.

Aliud ad pruritum, & pinguem pituitam.

Succum vel folia apii misce cum bono vino, & dimitte per unum diem, postea unge oculos, vel lava: mirè prodest.

Ad albuginem oculorum.

Succus agiolæ, fœniculi, instillatus eunti dormitum, multùm valet. Stercus album tantum lacertæ cum vino temperatum idem facit. Item succus hederæ terraneæ in nare ejusdem partis oculi, in quo fuerit albugo, immissus, capite vehementer reflexo manente, albuginem ejicit.

Item ad clarificandum visum.

Fel vulturis cum stercore humano mixtum, & vino bene colatum, & oculis immissum, mirè facit. Fel arietinum immissum hoc idem facit.

Pilulæ ad visum expertæ.

Recipe squinanthi, spicæ, xylocasiæ, xylobalsami, carpobalsami, agarici, asari, rosæ, violæ, epithymi, absinthii, colocynthidis, terebinthinæ, cinnamomi, croci orientalis, stœchados, mastiches, ana drach. j. diagridii drach. iv. aloes hepatici

unc. v. tempera cum succo absinthii, & fac pilulas.

CAPUT XIII.

Ad aurium vitia.

Ad aurem percussam, vel vulneratam.

CAlidi panis interiora cum melle tere, & frequenter pone.

Item ad aurium dolorem.

Tolle cæpas, & tere fortiter, & adde cyminum, & mitte in frixorio, & fac in modum cataplasmatis, & tepidum pone super aurem.

Item ad auditum.

Micam panis hordeacei impone calidam.

Ad aurium dolorem.

Succum menthæ tepidum infunde.

Item ad aurium dolorem.

Rutæ cymam, & cyminum tempera cum lacte mulieris, misce, & cola: & succus inde extractus tepidus auribus instillatus valet.

Item ad aurium dolorem, ventositatem, & surditatem.

Cæpulam albam, & allium, simul tere, & exprime inde succum, & auribus instilla. Item tolle malum terraneum, & cava, & immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem præstat.

Item ad diuturnos sonitus.

Euphorbium cum oleo cyprino tritum & calefactum, in ore missum, singulare præsidium est.

Item ad dolorem calidum, & tumorem.

Succus cucurbitæ cum oleo rosaceo calefactus, & immissus sanat. Item lycium, & opium lacte mulieris admixtum, & auribus immissum nimios dolores mitigat, si tamen opium vetus fuerit. Item ova formicarum tere, & per linteum cola, & adde polygoni succum, & auribus infunde: vetustissimum emendat surdum.

Si vulnus in auribus fuerit, aut auditus gravetur.

Urinam puerilem tepefactam infunde: humorem desiccat, & celeriter sanat. Item hederæ succum cum vino mixtum infunde.

CAPUT XIV.

De fluxu sanguinis narium.

Ad narium sanguinis fluxum.

TEstas ovorum, & maxillas cancri, & sanguinem draconis, & stercus bovinum siccum, & parum de psilothro unguento sicco, quod remanet in vase, in quo conficitur: hæc omnia tere, & in pulverem redige: & quantum tres digiti levare possunt, vel quantumcunque potest cum nare, unde sanguis fluit, levare, attrahat, & liberabitur. Hic pulvis cum aqua frigida temperatus, mane & sero potatus cum prædicta mensura, scilicet trium digitorum, curat fluxus mulierum, dysentericos, & hæmoptoïcos.

Item ad idem.

Gypsum cum aceto forti, aut argillam, fronti vel temporibus illine, & testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lumbricos terrestres cum thure & tenui albumine ovi contere, & fronti & naribus impone. Item bombacem aliquantulum ustum, & vino & oleo infusum, in nare, de qua sanguis exit mitte, eamque exinde oppila. Item herba sanguinaria pinsita, & naribus imposita sanguinem sistit. Pulvis urticæ combustæ naribus insufflatus idem facit. Item vitellus ovi assatus, & durus, naribus immissus sanguinem stringit.

Ad nares malè olentes.

Rutæ semen, absinthii semen, vel pyrethri accipe: fac pulverem, & in naribus pone.

Ad polypos naris.

Recipe aluminis scissi, myrrhæ, sandaracæ, ana drach. iv. æris usti, galbæ, ana drach. j. diligenter tere, & calamo insuffla, prælotis tamen naribus bono vino: & bene valebit. Emplastrum Leneadi diapiperon, solutum cum succo mali granati acidi idem præstat.

CAPUT XV.

Ad vitia oris.

SI quis ulcerationem oris patitur intrinsecam; tolle oculum lucidum, id est lycium, & cum aqua rosea distempera, & in ore tenere facias: & sanabitur. Si ex rheumate tamen fuerit, abrotanum tritum, & cum melle mixtum in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxilium hoc est, & ad dolorem dentium valet.

Ad fœtorem oris.

Folia fragi manduca, pulegium & serpyllum simul: & quando perrexeris dormitum, aceto bono lava. Si anhelitus olet, quando perrexeris dormitum, aceti boni cyathum j. per partes bibe.

Unguentum ad vitium oris, vel vulnus.

Jus de chelidonio pleno ovo, mel pleno ovo, piperis grana 51. coque ad medietatem, & utaris.

Ad linguæ vulnus.

Arundinem in melle missam, & coctam pone: mirificè sanat.

CAPUT XVI.

De dentium vitiis.

NAsturtii succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sotira & eucharistum potata dolorem dentium sedant & placant. Item tithymali radicem coque in vino ad medietatem, & bis per mensem os lavetur, & dentes nunquam dolebunt.

Item ad idem.

Recipe radicem urticarum, & coque in aceto: acetum tene in ore, de radicibus verò emplastrum facias super maxillas dolentes.

Ad idem.

Tolle membranam radicibus thapsiæ, & coque in aceto, & ablue dentes, prius tamen scarificatos, ut sanguis inde exeat: hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasura corticum ovi tene deforis, & cum aceto forti decoque, & tepidum in ore tene.

Ad idem.

Chamædryos cum aceto forti tene, & longè in ore tene: statim dolor deficiet. Item hederæ radicem in vino coque, & in ore tene radicem; & vinum prodest. Item quinquefolium cum radicibus in aceto aut vino coctum jejunus in ore tene. Item vinum cum pipere miscebis, & parum bullies ad focum, & tepidum in ore tenebis. Item succus allii cum pipere triti, in aure alterius partis missus prodest. Vel sal combustum super dentem positum perfectè idem opera-

tur. Item pulvis olibani cum staphide agria tritus prodest dentibus, & linguam expeditam reddit. Item recipe 33. grana piperis, & tere fortiter, cum forti vino bulliant: & teneas in ore, & rejicias, & iterum bis vel ter, aut amplius sumas, donec dolor cesset. Cortex pyrethri bene tritus, & super dentes positus prodest: pulvis ejus idem operatur. Hoc idem facit vena incisa, quæ retrò est in media aure, vel alia ligata inter pollicem & indicem contrariæ partis.

Ad maxillas tumidas, & ad dolorem dentium.

Bullire fac tithymalum in aqua, & cola, herbam fasciam lavando, & ponendo in gingiva.

Ad dentes continendos.

Corticem pyrethri incende: & bolum armenicum, & mastichen misce: & facto pulvere unge gingivas. Idem faciunt piperis grana 33. calx cum melle prius mixta, & postea assata, & galla, & mastiche, & balaustia: omnia æqualiter pulveriza, & unge gingivas.

Ad vulvam destillantem, & fauces tumentes.

Succo absinthii sufficienti lava. Item sinapi in aceto gargarizatum cum melle multùm juvat.

CAPUT XVII.

Contra vitia faciei.

Ad impetiginosam faciem, & rubram.

Recipe succum carduncelli albi, & morgellinæ, tantundem de olibano, & melle, & absinthio, & cerusa; & his commixtis unge: & lava faciem cum mica panis in aqua infusa: deinde teneras cymas rubi cum melle Luna decrescente confice: postea inunge cerusam novies ablutam: deinde commisce oleum, psimythium, i. cerusam, & olibanum.

Ad lentigines.

Recipe ovum, & pone in aceto, donec testa maceretur: & accipe sinapi, & pulveriza, & cum ovo confice: & unge faciem eunti dormitum: postea lava cum farina hordei.

Ad idem.

Succus bryoniæ, & cucumeris agrestis, ana unc. j. gummi hederæ unc. s. accipe: & faciem lava superiori modo: & si intumuerit facies, cum succo strychni, i. solani, & albumine ovi lava.

Item ad impetiginem.

Recipe radicem plantaginis, & sal, & acetum fortissimum, tere fortiter, & de illo aceto distempera, & lava. Item radix minoris lapathii in aceto cocta, & super impetiginem fricata liberat. Item hieralogodion, & hiera Rufi, facit in initio impetiginem habentibus, & variis alphis.

Vnguentum ad impetiginem.

Lacertam vivam, & vitem albam pone in oleo, & quoque ad tertiam: & colato oleo, adhibeatur cera purissima, probatum est.

Ad idem.

Recipe olei libram j. olibani, cozumbri, pegulæ, sulfuris, saponis, lycii, auripigmenti, ceræ, ana libram mediam.

Trochisci ad morpheam albam, vel nigram.

Recipe ellebori albi, piperis longi, careos j. carvi, halcyonii, i. spumæ maris sulfuris vivi, calami aromatici, andrachnes, i. portulacæ, sandarachæ: omnia æquali pondere tere, & fac trochiscos cum aceto, & utere.

Ad maculas albas, vel nigras.

Ova trita, & cretam, lithargyrum, & cerusam, ex æquo cum aceto & oleo rosato confice: & loca priùs cum linteo perfricata usque ad ruborem perunge: probatum est.

Ad maculas rubras.

Cum melle & absinthio inunge faciem. Item aloe trita cum melle inuncta faciem juvat.

Ad rugas de facie tollendas, & omnem ægritudinem depellendam.

Cucumeris agrestis radices siccas tere, & scerne, & misce cum aqua: & faciem lava: hinc alia aqua frigida lava faciem: quod si per triduum feceris, mirum effectum videbis.

Vnguentum ad morpheam.

Recipe staphidos agriæ, sulfuris, lithargyri: fac pulverem, & vade ad balneum, & lava te: & postquam lotus fueris, lava te cum aceto, & unge supradicto unguento: & post tridum iterum lava te.

Aliud ad morpheam albam, & nigram, & serpiginem.

Recipe succi mali terranei, i. cyclaminis, vel panis porcini, succi hyari, succi draconteæ, viticellæ succi, saponis, sanguinis draconis, & aliquantulum capitelli: frica fortiter sicut unguento, & unge ubi opus fuerit.

Ad scrophulas.

Recipe radicis raphani agrestis rotulas ix. & tantum de eadem radice, ut tantum succi possit exprimi, quod sit ad mensuram trium digitorum in ampulla vitrea: & da ut bibat in die Martis Luna crescente, & in die Jovis Luna deficiente: & scrophas super scrophulas pone.

Vt tota facies sit candida.

De sanguine tauri faciem linias; maculas de facie tollit, & limpidam reddit.

Item ad idem.

Aphronitrum, lithargyrum, picem rufam, olibanum, cimoliam, raphanum, cum aqua pluviali confice, & faciem linias.

Vt totum corpus hilaris fiat coloris.

Vini veteris fæcem cum oleo tere, & totum corpus perunge.

Ad faciem clarificandam.

Recipe crystalli, amenti dulcis, & salsi, dentalis, & antalis, coralli albi, & rubri, umbilici marini, nitri, salis gemmæ, sarcocollæ, ana unc. cerusam circa omnia supradicta contere: ubi ergo cutem laveris, distempera paululum de prædicto pulvere in manu tua, & inde tange cutem.

Item ad idem.

Olibani, ceræ virginis, cornu cervini, lithargyri, cerusæ, ana drach. iij. terebinthinæ scrup. iij. confice, & utere.

Vt facies albescat, & mollescat.

Cerusam, & ceram albam teras valdè cum roseo, & unge. Theodoricon pemeriston malè coloratis, anacardinum pallidis valdè facit.

CAPUT XVIII.

De passionibus gulæ.

Potio ad scrophulas.

Recipe ellebori nigri, mali terranei, herbæ maturæ, i. trifolii, matrissylvæ, caudæ lupinæ: has bene ablutas fortiter pinsito, & ad tertiam decoque: & patienti de tertio in tertium diem dabis.

Item ad idem.

Recipe radicem spathulæ, & radicem herbæ mau-

ræ, & testiculos agni, & novies ablue, & tere, & in vase pleno aquæ ad cœlum liberum suspende nocte una, & singulis diebus bibe. Et frondes tritas herbæ mauræ in patientibus locis fascia, & dimittatur una nocte.

Item ad idem.

Recipe stercus porcinum, & fac pulverem ex eo, & lava priùs ulcus de fortissimo aceto, vel vino, & postea imple de pulvere illo, donec sanetur: expertum est.

Ad idem.

Fabæ lupinæ radices vino novies laventur, & aqua in diversa projiciatur loca: quarum radicum una pars teratur mediocriter, alia pars dimittatur integra, & ix. grana piperis integra, & cinnamomi integri scrup. ij. & mellis unc. ij. imponantur in olla cum vini cyathis ix. quæ omnia bulliant ad tertiam: & sic tribus diebus detur infirmo ad bibendum Luna deficiente.

Ad idem.

Recipe brusci radices, asparagi radices, radices fœniculi, radices violæ, cymas olivæ, cortices fagi, paululum radicum acori, cortices ulmi, flores stœchados, rosæ agrestis, vel rosæ caninæ: quæ omnia laventur novies in aqua, & concoquantur in vino usque ad tertiam, & postea misceatur paululum mellis & piperis, & ita bibat. Item vitis albæ radicem tritam cum axungia superpone frequenter.

Ad idem.

Succus capparis, & succus fumiterræ mixti, & bibiti, valdè prosunt.

Ad glandulas.

Obuli cataplasma impone, & glandulas deficere certum est. Item folia persici cum sale tere, & superpone, mirificè prosunt. Sed si fuerint duræ ipsæ glandulæ, fimum caprinum tere cum aceto, & in panno involve, & superpone.

Item ad scrofulas.

Tolle lacertam vivam, & mitte in ollam rudem olei libram unam, & ibi se decoquat, penitus aquam non tangat: postea unge mane, & sero, vel decies in die.

Item potio ad idem.

Enulæ radices, gladioli, asphodeli, folia lauri: omnia coque in vini fortis phyalis novem, quousque ad tertiam redeat: dabis Luna deficiente.

CAPUT XIX.

Contra vitia palati, & gutturis.

Diamoron de rubis, quod facit ad omnes causas palati, & gutturis: uvam sublevat cadentem, & humorosam desiccat.

Recipe succi mororum, rubi libras duas, mellis libram unam, sapæ libram unam: quod conficitur sic. Succum cum melle & sapa in vase æneo stagnato ad leves prunas decoque, & ad perfectam decoctionem fervefacere desine: quando verò coctum fuerit scies, quia posita de eo gutta super marmore, si se retinuerit ut mel, bene coctum est: tunc in vase stagnato reconde, & usui reserva: quando opus fuerit, ex eo palatum, & uvam unge, aut ad gargarizandum dabis.

Alind ad idem, & ad vulnera faucium alba, vel nigra.

Recipe balaustii, succi corticis granati sicci, amborum ana drach. iv. aluminis scissi, mastiches, ana drach. j. tere, & in pulverem redige, & cum decoctione croci collige, & quando opus fuerit, locis dolentibus inunge.

Ad vocem clarificandam electuarium.

Recipe cymini assi unc. ij. seminis sinapis, piperis, ana drach. xv. calaminthes, pyrethri, cinnamomi, ana unc. j. mellis quod sufficit.

Ad tussim veterem, & novam.

Sotira magna cum vino detur eunti dormitum. Simili modo eucharistum detur cum sotira mixtum tussientibus. Utile etiam est diabutyrum pectori, & tussientibus. Idem facit diacalaminthes.

Item ad raucedinem.

Apii seminis, cymini syriaci, seminis fœniculi, seminis anethi, seminis pulegii, ana cochleare j. in pulverem redige: & cum fœnigræci succo da ad bibendum per triduum: res est nimis salubris.

Pilulæ ad tussim probatæ.

Recipe styracis drach j. opii, galbani, sulfuris vivi, terebinthinæ, ana drach. ij. piperis nigri drach. xv. tempera cum succo apii, & da eunti dormitum, aut iij. aut v.

CAPUT XX.

De præcordiorum passionibus.

Quibus color rubeus apparet in facie, & aliquando post hoc in pallorem convertitur, & tunc vadit dolor inter scapulas vel tibias, & tussit: & quod projicit ab ore, saporem salis habet: & memoriam non habet: & videntur esse aspera, quæ videt: hunc devita, quia moriturus est: sin minus, ita curabis. Diaprassu utile est, diaireos vitiis pectoris, sic diacalaminthes, aut clymax j. aristol. vel vitis alba, & diaolibanum catarrho & tussi.

Electuarium expertum ad vitium pulmonis, & ad omne rheuma descendens à capite ad thoracem, & qui sanguinem expuunt, & ad raucedinem vocis, & qui malè ructant ab ardore stomachi, & synanchen, quæ in faucem rumpit, & stranguriam quæ ex phlegmate fit, curat.

Recipe spicæ nardi, anisi, cinnamomi, tragacanthæ, gonphitæ, i. styracis, hyssopi, petroselini, piperis albi, gariophyllorum, seminis fœniculi, dactyli, carvi, rhu pontici, ana unc. j. mellis quod sufficit: da mane & sero.

Item aliud probatum ad vitium pulmonis, & omnem tussim.

Recipe raphani, pyretri, enulæ, elenii, iridis illyricæ, piperis, ana unc. j. dabis mane & sero.

Electuarium dianthu, quod optimè facit contra cardiacos, phthisicos, hepaticos: confortat illos qui sunt debiles naturâ, & ex longa infirmitate curat.

Absinthii florum libras duas, & frondis ejus libram unam, sandali rubri & albi ana libram unam, gariophyllorum, spicæ, galangæ, ana unc. s. piperis longi, drach. iij. mastiches ana drach. ij. liquiritiæ libram unam, succi ejus unc. j. sacchari libram unam, rosæ unc. iv. mel quod sufficit.

Diapenidion magnum, quod facit asthmaticis, arthriticis, siccè tussientibus: vocem perditam ex calore perfectè reparat: phthisicis, peripneumonicis & pleuriticis subvenit.

Recipe penidiarum drach. c. pinearum, amygdalarum purgatarum, seminis papaveris albi, omnium trium drach. xxx. cinnamomi, gariophyllorum, zingiberis, succi liquiritiæ, tragagan. gummi. Arab. amyli, seminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbita-

rum purgatarum, ana drach. xi. camphoræ scrup. iv. syrupi violati quod sufficit. Conficitur sic, penidiæ cum syrupo, lento igne aliquantulum bulliant, & inde pulvis terendorum temperetur: detur mane & sero cum tepida.

Diapenidion minus, faciens ad vulnera, quæ intrinsecus sunt maturanda: omnes putredines expurgat, & constipata pectora mollit.

Recipe zingiberis, tragacanthæ, pinearum purgatarum, amygdalarum, anisi, seminis citruli, melonis, cucurbitæ, papaveris, omnium novem, ana drach. xij. spicæ, croci, ana drach. vj. mellis rosaf. quod sufficit: detur mane & sero cum tepida.

Epithema ad tumorem, vel dolorem, vel inflammationem hepatis.

Recipe rosarum, trium sandalorum, farinæ hordei, æquale pondus: tempera cum succo solani, & cum aqua frigida.

Tryphera magna, quæ facit ad dolorem stomachi ex frigiditate, sic ut quando accepta fuerit, statim patientem ad sudorem provocet: phreneticis, & mulieribus quæ ex melancholia de matrice insomnia patiuntur, suaviter somnum præstat: rheumaticis, & qui faciunt ventrem cum sanguine, utilissima est: ascaridas & lumbricos educit, & menstrua provocat cum mulsa data.

Recipe opii unc. ij. cinnamomi, gariophyllorum, galangæ, spicæ, zingiberis, costi, styracis, calami aromatici, cyperi, iridis, peucedani, acori, mandragoræ, celticæ, rosæ, piperis, anisi, apii, petroselini, fœniculi macedonici, dauci, hyoscyami, ocymi seminis, omnium xxv. ana unc. j. mellis quod sufficit.

Ad infusionem.

Recipe squamam ferri, & tere, & misce cum melle, & cum succo menthæ sanicenæ, id est herbæ sanctæ Mariæ, & succo abrotani, & pastillato, mitte in testa posita super caveam terræ, & sic coque, donec siccetur multùm, & reserva: quando opus est accipe cochlearium unum pulverizatum usque ad dies novem, & bibe post acceptionem: vel misce in vase vini pulverem, & quassatum bibat: similiter probatum est.

Triasandali expertum ad dolorem hepatis ex calore, ictericorum colorem emendat potenter, & omnem calorem intraneorum usitatum extirpat, & sitim intolerabilem temperat.

Recipe diagridii in cytoniis cocti drach. xxvij. zaccaræ, spodii, rosarum babylonicarum, ana drach. ix. sandali albi, rubri & citrini, succi liquiritiæ, seminum portulacæ, omnium ana drach. iv. rhubarbari, croci orientalis, amborum ana drach. iij. camphoræ drach. j. & scrup. j. sirupi Galeni quod sufficit: dosis ejus drach. iij. cum tepida.

Ad ictericos.

Accipe virgam quæ fit de ære, & intinctam in forti aceto pone in oculos. Itidem facies de succo pomorum granatorum amarorum.

Ad idem.

Rosmarinus coquatur in vino optimo, & decoctione ejus infrigidata, nocte & die utatur.

Electuarium diaprassiu, sive sancti Petri, quod valet ad causas pectoris, & ad febres ex his natas, & ad tussim maximè prodest.

Recipe hyssopi, serpylli, fœnigræci, ana drach. ij. iridis illyricæ drach. iv. origani, pulegii, calaminthes, scillæ, prassii sylvestris & domestici, ana drach. iij herbæ virides concoquantur in quindecim sextariis aquæ, ut ad tertiam redeant: pinsantur, & exprimantur fortiter: jus aquæ decoctionis misceatur cum mellis unc. v. lentè super carbones bulliant, donec aqua consumatur: deinde mitte pinearum, dactylorum, caricarum pinguium mundatarum & pinsitarum, ana unc. iij. tragacanthæ: postremò his optimè expressis, addantur pulveris liquiritiæ unc. iij. galliæ muscatæ unc. j. gariophyllorum, galangæ, zedoariæ, spicæ, cinnamomi, raphontici, ana drach. iij. confice, & usui reserva. Sotira asthmaticis auxiliatur. Theodoricon anacardinum ictericis medetur: hiera fortissima idem facit.

Pilulæ probatæ ad tussim.

Recipe myrrhæ, croci, castorii, styracis, galbani, piperis, opii, ana unc. j. olei laurini unc. xv. costi, casiæ fistulæ, ana unc. s.

Aliæ ad idem.

Recipe myrrhæ, castorii, galbani, tragacanthæ, opii, styracis, ana unc. s. croci scrup. iij.

Ad vocem meliorandam.

Accipe lardum recentem de porco multùm crasso, cum aqua tepida depilato, & tantundem enulæ, facque in olla bullire per totum diem: & carne consumpta fac iterum bene excoqui jus ejus: quo excocto utatur quilibet sicut voluerit, probatum est.

Antidotum ad splenem.

Recipe costi, spicæ celticæ, pulegii, rha pontici, aristolochiæ longæ, casiæ fistulæ, squinanthi, ana drach. iij. dabis drach. ij. Item accipe verbenam & chelidonium, fac tortellos, & comede.

Item ad splenem res probata.

Cortices fraxini excoque in vino, & bibat quotidie, donec sanetur. Si vis probare, da porcello per triduum ut bibat, & in quarto occide ipsum, & non invenies splenem. Item radix ebuli cum sylvestri rapa decocta, & superposita, splenis duritiem valdè remollit.

Item ad idem.

Tamarisci in vino decocti, & lx. diebus continuis bibendo ejus decoctum, mirificè prodest: scypho etiam de eo facto, si cum eo assiduè potetur, splenis duritia dissolvitur. Item potio Esdræ cum diagridio mirificè prodest. Item acetum scilliticum splenem citò extenuat: conficitur autem sic. Scillam sume, & ejus durissima & tenerrima remove, & medium per aliquot dies dimitte, ut consenescat: & postea libram unam, & uncias sex sume, & in aceti lib. xij. pone ad Solem per viginti dies: quibus expletis per sacculum diu exfrica, & projectâ scillâ in vase vitreo conde, & utere. Facit etiam hydropicis & stomachicis.

CAPUT XXI.

Contra vitia stomachi.

Ad stomachi dolorem, & rugitum.

Siler & cyminum coque in vino falerno, & pone super stomachum.

Item ad ventositatem, & dolorem non solùm stomachi, sed etiam ventris & ilium ex frigiditate nata, expertum est.

Recipe baccarum lauri partes duas, & tantundem rutæ, & cymini partem unam, & his tritis commisceantur; & mixtis apponatur de melle quantum sufficit, & supponatur in frixorio super ignem, donec fiat calidum satis; & dolenti loco superponatur. Diatrion pipereon stomachis cibos non digerentibus, & postremò ad omnem imbecillitatem stomachi valet,

Idem facit diapipereon.

Ad idem.

Zingiber conditum, quod recipit radices eringii bene mundatas, & purgatas atque lavatas, libras quinque: deinde immutatâ aquâ bene coquantur, postea de aqua colando siccentur: sic pulverem illis libræ unius zingiberis in aqua rosata per noctem vel amplius mollificati cum melle sufficienti bene despumato commisceas, ita tamen quod radices ipsæ in prædicto melle prius bene bulliant: & tunc demum omnibus bene junctis aliquantulum, vel usque ad mellis spissitudinem coque, & sic repone.

Item ad idem, confectio marmoridarum, i. penidiarum habentium duritiem marmoris.

Recipe sacchari libras duas, solve cum frigida: quibus commisce pulveris cinnami, zingiberis, ana drach. iv. gariophyllorum, galangæ, spicæ, ana drach. ij. pone super ignem, & tandiu coqui dimitte semper agitando, usque dum aqua consumpta fuerit, sed spathula nunquam recedat: deinde tres guttas olei super mundum marmor mitte, quod sit in modum tabellæ, & incide, & utere. Sed si vis laxativum facere, mitte ibi unc. ij. diagridii.

Ad vomitum superius & inferius.

Recipe thapsiæ lib. s. cataputiæ lib. s. agarici unc. iij. atriplicis, rapæ radicis, ana unc ij. croci drach. iij. mellis quod sufficit.

Aliud.

Recipe thapsiæ unc. ix. cinnamomi unc. ij. s. mellis quod sufficit.

Vomitus suavissimus, & sine angustia purgans choleram ustam.

Recipe thapsiæ libram mediam, castaneolæ, condisi, cinnami crassi, lathyridum mundatarum, croci hortulani, ana unc. iij. mellis quod sufficit: dabis in modum nucis cum calida.

Alius vomitus.

Recipe thapsiæ libras duas, croci libram unam, condisi unc. iij. cinnami unc. iij. mellis quod sufficit: detur ut supra.

Vomitus sine periculo.

Recipe succi cyclaminis, atriplicis seminis, spermatis genestellæ, ana unc. iij. cinnami unc. s. mellis quod sufficit.

Item alius, qui sic fit.

Recipe mellis cyathum unum, aquæ cyathos duos, aceti cyathos tres, coque ad medietatem: deinde rafanum ibi intingas, & manduca, & bibe de ipso oxymelite.

Ad vomitum.

Mitte in vase fictili libram unam aceti, & tantundem aquæ, & tandiu bulliant donec aqua consumatur.

Ad vomitum & dolorem, & concussionem stomachi cum ventris dolore.

Recipe sumac, masticheś, carpobalsami, ana drach. ij. seminis bauciæ, carvi, cardamoni, ana drach. ij. spicæ drach. j. trita in vino mitte cum drach. s. de croco: pòst addes corticum citri viridis, aut menthæ unciam unam, & succum menthæ, & succum turionis vitis: confice, durat per annum.

Ad vomitum stringendum.

Nymphæam bibe cum vino distemperatam per tres dies.

Ad idem.

Nepitam coquas in lacte caprino: prodest si bibas per triduum. Item tolle olibanum, & succum menthæ, & parum aceti, & simul confice, & facto emplastro pone in furcula gulæ, & super stomachum.

Ad vomitum nimium, & ventris solutionem.

Recipe ciminum, & fac bullire in aceto, & da patienti ad bibendum & manducandum.

Electuarium ad vomitum provocandum.

Recipe ellebori albi lib. s. tritum sicca, cribella: fac tegulam calidam, & desuper pone pulverem modicâ horâ: deinde mitte tres phialas mellis despumati in olla, & ipse pulvis insimul bulliat in ipso melle, & repone: quandoque opus fuerit, da cochleare unum: & facit vehementer vomere sine angustia.

Ad venam ruptam interius restringendam.

Bibat parum nasturtii seminis, aut adrianum balsamatum cum mulsa calida, aut athanasiam cum succo plantaginis, aut trypheram magnam cum mulsa, quæ etiam vomitum & dysenteriam cum calida mirè curat. Similiter oleum muscellinum vomitum stringit, & angustiam tollit.

Ad idem.

Boli armeni partem unam, gummi saracenici partem alteram, & tragacanthæ tertiam: hæc omnia temperabis cum vino veteri, fac pilulas, & exinde dabis iij.

Ad idem.

Lac caprinum coque simul cum tragacantha, & utere uno die in modum lactis.

CAPUT XXII.

De stringendo sanguine.

Ad stringendum omnem sanguinem.

Folia enulæ tere, & impone. Hæc etiam cum sale & urtica imposita fistulam stringit.

Aliud.

Corticem medium caprifici rasum impone: probatum est. Item cæpam finde, & impone: satis probatum est.

Ad hemoptoïcos.

Sanguinem draconis, aloen, symphytum, alumen, ex æquo trita dabis cum aqua frigida, vel cum succo arnoglossi.

Electuarium ad stomachum, quod asthmaticis peculiariter prodest.

Recipe galangæ, gariophyllorum, piperis, zingiberis, costi, ana drach. ij. spicæ, mastiches, ana drach. iv. xylobalsami drach. iv. gomphitæ, myrrhæ, ana drach. s. cinnamomi unc. j. liquiritiæ unc. ij. rosarum unc. ij. s. croci drach. ij. s. mellis quod sufficit.

Item ad eos qui sanguinem fundunt ex ruptura venæ.

Recipe symphytum, & bolum, ana drach. ij. fac pulverem, & bibe cum aqua pluviali per triduum mane.

CAPUT XXIII.

De singultu.

Ad singultum tollendum.

Mitte manus & pedes in aqua calida, & postea apprehende spongiam, & intinge in aceto, & superpone stomacho. Item tere rutam viridem & cyminum in oleo frigido, & in stomacho fascia. Item aquam pluvialem, & zingiber bibant, & cyminum manducent. Item in aqua calida sedeant, & aquam decoctionis zingiberis & galangæ bibant.

Ad

Ad idem.

Sotira cum mulsa bibita mirificè prodest. Item accipe castorium, & tere, & fac pulverem, & da patienti ad comedendum.

Oleum ad debilitatem stomachi, ad ventositatem: facit etiam debilitati hepatis.

Recipe olei rosati unc. j. mastiches unc. iij. vel unc. j. ceræ albæ unc. ij. hoc in æstate fit. Si autem fuerit hyems, adde laurini unc. ij. costi drach. j. hæc omnia concoquantur lento igne in testa: & bene liquefacta, tepidè totus stomachus ungatur, & tegatur stupâ.

CAPUT XXIV.

De signis hepaticorum, & spleniticorum vitæ & mortis.

Qui tussit nimiùm, & in latere dextro nequiverit quiescere, & quod projicit ex ore dulce est, hoc accidit ex jecore: & si nullam memoriam habet, & frequenter nares ejus sanguinentur, & pes ejus dexter tumuerit, & nihil sumere desideraverit præter aquam, post vesperam & circa vesperam pigritiam vel lassitudinem passus fuerit, qui ista signa habuerit, morietur. Quicumque verò apostema patitur, & ista signa non habuerit, hunc debes curare ita cum antidoto apii, quod ita conficitur. Succi apii cyathos duos coque in similitudinem mellis: tunc cum pauco vino, & butyro, & terebinthina, ana unc. j. pyrethri unc. s. commisce, & lento igne decoque, & da mane & sero in modum avellanæ. Super latus autem illud pone emplastrum oxyracroceum, & da illi hieram Gal. & picram ejusdem. Herbam artemisiam tritam cum vino, & cum ferro candente calefactam, quotidie bibat, & sanabitur. Sed & alia superiùs experimenta, & potiones scriptas, si hæc non plenè profuerint, ut cures dabis.

CAPUT XXV.

De splenitica passione.

Qui in illa jugiter die noctuque tristis apparet, & dolorem in sinistro latere patitur semper, & in eodem loco ubi dolet tumescit, & pedes & tibiæ ejus tumescunt, & dormire nequit, & nihil delectat edere, & urina sua croco similis fit, & fastidium habet, moriturus est: si autem hæc signa non habuerit, suprascriptis medicinis curetur.

Ad splenem probatum.

Recipe splenem erinacei terreni recentem, vel siccum, tere cum vino albo, infirmo acum in manu sinistra tenenti die Jovis Lunâ deficiente dato.

CAPUT XXVI.

De passionibus ventris.

Qui in illa die multùm nauseat: & si quid manducat aut bibit, illi non proficit, & pedes ejus semper calorem generant, & dolorem patitur, sicut de passione nescia: ista signa mortalia sunt; sin minus, ita curetur. Eucharistum ei dabis.

Item cataplasma tale fac.

Incende fustem caprifici, & fac cinerem, & tempera cum pice liquida, & pone calidum ubi dolor

A sentitur. Item portulacas siccas tere, & cum calido oleo desuper pone.

Pilulæ ad laxandum multùm.

Recipe aloës, scammoniæ, cocci cnidii, lathyridum, æquale pondus, mastiches quantum medietas scammoniæ, confice cum lacte tithymali: dabis tres in modum ciceris, & postea dabis mulsam calidam, & jejunet usque ad horam nonam.

Pannus ad ventris solutionem.

Succum ellebori viridis exprime, & ex eo totum umbilicum perunge, & pannum de oleo linitum superpone. Et si de viridi elleboro habere non poteris, siccum in pulverem redigas, ipsumque cum succo polypodii, & mercurialis, & cucumeris agrestis temperes, & ut suprà dictum est, umbilicum perungas: & si vis ut vomat, stomacho superponas doctrinâ prædictâ.

Item ad ventris solutionem.

Lac anabulæ in carica fac fluere, & ignorante patiente ad comedendum dato: vel cum prædicto lacte farinam tempera, & inde facias fritulas in frixorio cum adipe porcino frixas, ad comedendum dato.

Item ad idem.

Recipe cocci cnidii, euphorbii, croci orientalis, æquale pondus, mellis quod sufficit, purgat per superius & inferius.

Electuarium bonum ad laxandum.

Recipe esulæ unc. iij. gariophyllorum, epitymi, ana drach. j. baccaræ, elaterii, polypodii, mastiches, piperis, ana unc. ij. mellis quod sufficit.

Item ad solvendum ventrem.

Fel taurinum involutum lanâ, ad umbilicum positum, ventrem solvit, & infantibus lumbricos necat.

Ad idem catapotia Galeni:

Recipe diagridii drach. iij. colocynthidis, aloes, ana drach. iv. myrrhæ drach. ij. mastiches drach. j. fac pilulas in modum ciceris.

Ad ventrem laxandum.

Accipe sabinam, & mitte in cacabo, & bulliat fortiter: & postea extrahe, & pinse fortiter cum pinguedine porci: & iterum pone in caldario, & bulliat, & cola, & fac unguentum, & unge umbilicum.

Ad idem.

Fel lupi pone ad umbilicum.

Aliud unguentum mirabile adeò secessum provocans, ut stercora constipatissima in momento provocet.

Fel taurinum, aloen, sal gemmam, & oleum commisce, & orificium ad ignem fortiter unge: probatum est.

Clyster.

Recipe aloes lib. j scammoniæ unc. iij. succi ebuli, succi betæ atque malvæ palustris, & mercurialis semen, & oleum, & furfur coctum in aqua salsâ, & sic super pulverem succi mittantur, & tepefactum injice.

Clyster ad renum dolorem.

Recipe ellebori nigri unc. j. radicis cucumeris agrestis unc. iv. caricas numero ix. aquæ Alexandrinæ unc. j. cucurbitæ mundæ unc. ij. coque ad tertiam, & injice.

Ad dolorem ventris.

Stercoris porcini, baccarum lauri, seminis fœniculi, apii, ana unc. j. rutæ fasciculum unum, mastiches unc. ij. fac pulverem: bulliat cum olei libris duabus, & cum lana infunde, & in ventre ligabis.

Ad puncturam sub ubere.

Mitte mel in sartagine, & fac tepidum, & extende super stupam, & desuper asperge pulverem cymini, & impone loco dolenti: probatum est.

Clyster qui facit ad nimiam solutionem ventris.

Recipe cymas lentisci, cymas myrtæ, nepitæ, radices rubi, & cymas ejus coque omnia in vino, & injice.

Antidotum ad ventrem stringendum de quacunque distemperantia: valet iliacis, dysentericis, & ad omnem solutionem.

Recipe myrrhæ, opii, acaciæ, prunellæ, styracis, ana drach. j. olibani, mastiches, ana drach. ij. stœchados unc. s. confice cum succo cymarum rubi aut arnoglossi, fac catapotia: dabis quinque aut septem, & est mirabilis effectus.

Pilulæ ad omnem solutionem ventris.

Recipe balaustii, corticum mali granati, gallæ, acaciæ, tartari, sumach, croci orientalis, galliæ, myrtillæ, æquale pondus, opii quantum pensat medietas unius: & trita tempera cum succo myrtæ & lentisci, & fac pilulas in modum ciceris, & da v. vel vij. eunti dormitum.

Ad nauseam, vel fluxum stringendum.

Pulverem masticheS tempera cum albumine ovi, & fac velut emplastrum in purpureo panno, & stomacho imponas, & prodest.

Item ad vomitum stringendum, & tensionem stomachi, & defectionem.

Baccarum lauri drach. iv. cymini, rorismarini, absinthii, ana drach. iij. pulegii drach. ij. masticheS drach. j. panis usti drach. ix. perunge stomachum de melle calido, & superasperge pulverem, & cooperi cum lana & fascia.

Ad lumbricos necandos.

Recipe folia herbæ mauræ, coque in vino, & misce parum mellis, expellet omnes mortuos. Item recipe absinthii viridis, git, lupini, pulveris fellis taurini, medullæ cervi, ana unc. j. ceræ unc. s.

Contra dysenteriam.

Sotira temperata cum succo sponsæ Solis, vel myrtæ, utilissima est, vel athanasia cum succo plantaginis, seu solus succus sempervivæ.

Ad idem.

Accipe cotonea, & munda interiùs & exteriùs, & gallas, & cyminum, & coque: coctis autem, accipe decoctionem, & misce cum saccharo & aqua, & bibe de tertia in tertiam diem, & liberaberis à fluxu.

Item ad idem.

Tryphera magna cum tepida potata omnem dysenteriam omninò sanat, & vomitum stringit.

Ad eos qui sine voluntate egerunt.

Accipe succum symphyti, & hypocystidos, & fæcem olei, & ceram, fac inde magdaleones, & postea mitte in anum.

Ad sanguinem reprimendum, si alicui cum sanguine anus exierit foras.

Pulverem aspalathi & gallæ superasperge: si solus anus exierit, aquam in qua cocti fuerint caules immitte. Item unge ex aloe cum vino veteri distemperato.

Ad dysenteriam & lienteriam probatum.

Poma sylvestria in aqua coque, & calida super umbilicum & super renes pone, more emplastri inducta: & illis refrigeratis, alia tepida assiduè superponantur: in die una vel nocte etiam desperatis citò subveniunt. Quòd si hoc suppositorium adjungas, citiùs restringit: quod sic facies. Accipe porrum cum capillis suis de terra abstractum, non lavatum, sed à terra excussum: tere, & exprime succum, remotis priùs foliis: & misce succum cum resina super tegulam calidam, & exinde cum lana succida fac suppositorium: & quando frigidum fuerit, calefac cito: & quando siccatum fuerit, renova ter vel quater, certum est.

Ad eos quibus anus exit foras.

Aquam ubi cocti fuerint caules tolle, & ano immitte. Item unge ex aloe, & cum vino veteri distempera.

Ad idem.

Pulverem aspalathi & gallæ superasperge.

Item ad dysenteriam.

Calefac petram molendini, & frondes porri pinsitas superpone cum aceto forti: & homo in sella perforata sedeat circumquaque involutus, & totum fumum per anum recipiat bis vel ter.

Item ad pondus.

Vinum coctum, cyminum coctum, cum nitro & pice de romania fac bullire, & supersedeat. Sic etiam salvia juvat. Tegula quando calida fuerit, si supersedeat patiens, multùm juvat.

Suffumigium ad lienteriam.

Spolium serpentis, aut carnem ejus siccam suffumiga.

Pilulæ ad dysenteriam probatæ.

Recipe opii, styracis, croci orientalis, galliæ, maceris, masticheS, myrtilli, rosæ siccæ, gummi de Babylonia, myrrhæ, rotis syraci, aluminis, gallæ, acaciæ, balaustii, æquale pondus: tempera cum aceto, & fac catapotia, & da mane & sero iij.

CAPUT XXVII.

Contra vitia renum & ilium.

Ad dolorem renum.

Folia lauri pinse fortiter, & coque in vino optimo quousque coaguletur, & superpone renibus modo emplastri. Adrianum balsamatum utile est nephriticis, & turbulentam urinam facientibus, & in vesica lapidem habentibus. Philanthropon ad idem valet. Sic diapipereon, & euchariston.

Potio probata ad ilium dolorem, & ad frangendum lapidem.

Recipe dactyli mundati intus & foris, saxifragiæ, radicis capparis, petræ lyncurii, ossis de corde cervi, petræ de corde cervino, gariophyllorum, seminis citri, cucumerum, seminis apii, aluminis de Africa, seminis Alexandrini, & petroselini seminis, radicis asparagi, ana unc. j. mellis quod sufficit, bibant in balneo cum vino vel aqua calida in modum avellanæ: urinam enim movet, & lapidem frangit.

Ad idem.

Cardui radicem cum oratione dominica collige, & lava novem vicibus, & pinse fortiter: & mitte novies novena grana piperis: colabis, & succum ad bibendum dabis, probatum est.

Emplastrum ad idem.

Recipe ladani, adipis ursini, olibani, saxifragiæ, petræ lyncurii, myrrhæ siccæ, opopanacis, ana unc. j. ceræ unc. iv. olei quod sufficit.

Sorbitivum ad idem.

Recipe galangæ unc. j. zedoariæ, saxifragiæ, granorum Solis, seminis apii, anisi, asari, squinanthi, omnium æquale pondus: pone in vj. lib. aquæ, bulliant ad medietatem, cola, & projice species, & da ut bibat mediam phialam.

Ad ilium dolorem, & frangendos lapides, & stranguriam, & dysenteriam.

Recipe seminis hederæ, gummi ejus, saxifragiæ, petroselini Macedonici, apii, piperis, pyrethri, ana unc. j. dauci, granorum Solis, cardamomi, myrrhæ, asparagi, agarici, cinnami, seminis citri, spermatis cervi, ana unc. j. sanguinis hirci de mense Aug galangæ, diagridii, ana unc. ij. aloes unc. iv. spicæ nardi unc. ij. mellis quod sufficit.

Selirosmon faciens nephriticis, dysentericis, sanguinem vomentibus, ad dolorem stomachi, arthriticis, & ischiadicis.

Recipe cinnamomi, styracis, spicæ, zingiberis,

xylobalsami, castorii, costi, pyrethri, smyrnidis, id est genus vernicis, terebinthinæ, sagapeni, opopanacis, galbani, dauci, hyoscyami, piperis, petroselini, ana unc. viij. gariophyllorum, opii, ana drach. iv. balsami unc. s. mellis quod sufficit: datur in modum avellanæ cum tepida.

Item ad ilium dolorem.

Tolle hederam terraneam, fac bullire, ut fomentetur: & tolle grana caudæ vulpinæ, & lava ix. aquis, & tere, & da succum patienti: & tolle tres cymas rubi, & tres urticæ, pinse: & accipe lilii radices siccas, & tere ut pulvis inde fiat: & accipe petram quam homo mingit, & fac pulverem, & misce eum pulvere lilii: & accipe radicem pastinacæ & lava ix. aquis, & cum aqua ipsius pastinacæ tempera omnia supradicta, & da patienti: probatum est.

Fomentum ad ilium dolorem, & ad lapides projiciendos, & urinam provocandam.

Furfur calidum infusum in aceto, vel arena marina cum sale calido, vel asphodeli frixi in oleo calido: hæc omnia singillatim missa in sacculo, dolenti superponantur loco. Davitica potio iliacis efficaciter prodest.

Antidotum ad lumborum dolorem, & frangendos lapides, ut & lumbi pinguescant.

Recipe nucleorum mundatorum, amygdalarum, avellanarum, nucum, fisticorum, ana unc. iv. zingiberis drach. iij. cinnamomi, aliptæ, ana drach. ij croci orientalis, galangæ, gariophyllorum, ana drach. j. anisi mastiches, ana drach. ij. mellis quod sufficit.

Potio probatissima ad ilium dolorem, ad petram rumpendam, & ad eos qui urinant cum tormento.

Recipe gariophyllorum unc. j. cinnamomi unc. iv. zingiberis drach. iij. costi unc. j. thuris unc. ij. sem. asparagi unc. vj. & radicis ejus unc. iij. galangæ unc. iij. pyrethri unc. ij. spicæ unc. viij. croci orientalis unc. iij. myrrhæ unc. j. macedonici seminis uncias iv. peucedani unc. ij. saxifragiæ unc. iv. granorum Solis tantundem, opii unc. ij. sem. lapathii unc. iij. hyoscyami unc. iij. coriandri unc. j. celticæ unc. j. asari unc. ij. petroselini unc. ix. meu unc. x phu unc. j. lithospermatis, libystici, ana unc. iv. piperis nigri unc. j. mellis quod sufficit.

Potio ad petram frangendam probata mirabiliter.

Recipe petroselini Macedonici, asparagi sem. granorum Solis, seminis urticæ, saxifragiæ, petræ, lyncurii, serpylli, seseleos, chamædryos, xylobalsami, sisymbrii, ligni aloes, manna, rhapontici, ana unc. ij. amomi, seminis anethi, seminis apii, seminis basiliconis, cinnamomi, aliptæ, galangæ, gariophyllorum, zingiberis, zedoariæ, gonphitæ, carvi, piperis, ana unc. iv. liquiritiæ, casiæ, fistulæ, mastiches, spicæ, ana drach. ix. anisi drach. ix. amygdalarum drach. xix. seminis citruli, melonis, cucurbitæ, ana unc. ix. misce cum melle. Item scarabæum nigrum siccum potui dato, mirè prodest.

Ad lapidem frangendum.

Recipe radices fœniculi, apii, petroselini Macedonici: pinse, & succum cum vino in potu da.

Ad colicam.

Recipe radicem lapathii, chamædryn, eupatorium, i. salviam agrestem, plantaginem, trifolium, verbenam, gariophyllatam, violam, fœniculum, apium, hypericon, cyminum, piper: fac potionem cum vino & melicrato.

Ad idem.

Succi foliorum rhamni drach. ij. piperis grana vij. aut ix. mellis cochlearia ij. da ut bibat in Sole, & miraberis: hoc etiam nephriticis valet.

Ad idem.

Hydrelæon cum mulsa temperata bibitum, & injectum, mire valet, maximè si est obstructio stercoris. Item farinam seminis lini, & hordei æquali pondere, cum oleo chamæmelino coque, & calidum impone.

Ad idem.

Cæræ unc. v. ovorum vitelli unc. vj. farinæ fabæ unc. iv. olei chamæmelini & rosati, ana unc. ij. succi seminis lini quantum sunt vitelli ovorum, & farinam cum succo seminis lini bene commisce, & sic ceram & oleum adde, & bene infrigidari permitte: & quando opus fuerit, circa loca dolentia impone.

CAPUT XXVIII.

Contra vitia hæmorrhoidum.

Ad hæmorrhoïdas.

Tolle cymas pulicariæ minoris, & pinse, & mitte in anum tribus vicibus, & postea pulverem de fungo, qui vesica lupina dicitur, superpone.

Ad hæmorrhoïdas quæ interiùs sunt in intestinis, unde æger facit sanguinem ad sellam die noctuque.

Omne calidum comedat, & bibat, quia de frigiditate sunt: & utatur balneo calidæ aquæ, in qua sit absinthium, sampsucum, & pulegium, & ceteræ calidæ herbæ: & calefac latam tegulam: fac eum sedere super sellam perforatam, & pone tegulam subtus, & asperge interdum merum desuper, ut fumus & calor sursum saliat: hoc fac quotidie. Et postea accipe zingiber, & galangam, anisum, masti, & cortices mali gran. & gallas, & hypocysti: hæc omnia coque in libra j. vini usque ad unc. iv. & bibat: hoc quoque faciat ter, vel quater, vel pluries: & de hac decoctione pone in prædicto fumigio super tegulam. Comedat gallinas, anseres, perdices, agnos non multùm pingues, arietem infra annum, non pisces, non fructum: omnia prædicta assata comedat, & quando assaveris, asperge merum super carnem porcinam guttatim: accipiat omnia electuaria styptica, & bibat vinum album cum aqua.

Ad idem.

Piper, aloen, saponem spatarenticum, pulverem gallæ, unum vitellum ovi assatum, nepitæ frondes, cymas rutæ, stercus hominis recens, inde, & fac pulverem: hæc omnia simul tunde, & fac sicut cerotum, & confice cum vitello ovi, & succo salviæ, & appone quousque sanetur.

Emplastrum ad idem.

Sume symphytum, auripigmentum, coria mali granati, ammoniacum; fac pulverem, & distempera cum castorio, calaminthe, & terebinthina: induc in panno, & impone.

Magdaleo ad idem.

Recipe Gummi hederæ, saponem spatarenticum, panem siccum incisum, æquali pondere, fac magdaleonem longum v. digitorum, & immitte.

Item ad idem.

Semen tassi subtiliter pulverizatum, & super pinguissimam caricam seminatum; si cum eadem carica est immissum, utilissimum est. Oleum etiam fraxini injectum mirè prodest.

Ad idem.

Atramentum, alumen, carbonem, corticem arboris nucis, separatim pulveriza: quæ cribrata, in melle ad medietatem decoque, & calidum dis-

tempera non nimis spissum: postea induc in panno lineo, & loco patienti ter vel quater superpone. Item gummi hederæ coctum in oleo lini superponatur hæmorrhoïdibus, & intus mittatur, procuïdubio liberabitur. Et pulvis radicis tassi combusti idem facit. Et sanguisugæ prosunt positæ.

Vnguentum ad idem probatum.

Salviam, rutam, olibanum, ceram, oleum, & lac caprifici liquefac, & commisce, & utere.

Ad idem:

Aristol. rot. fellis terræ: fac pulverem, & liga in iij. frustis panni, & olla plena aceto forti bulliat, & ista iij. frusta desuper stent cum suprascripto pulvere: & calidum quantum durare poterit, super ipsas pone: & levando unum, aliud ponas.

Ad idem.

Lappam manducabis; & castaneæ cortex, & galla coquantur in aqua, & dolentia loca frequenter inde abluantur, & satis proficit.

Ad hæmorrhoïdas intrinsecas, & extrinsecas.

Recipe cyperi, millefolii, marrubii, mentastri, plantaginis, centumnerviæ, æquale pondus, sed minus ponatur de marrubio; hæc omnia tere, & cum forti vino distempera, & bibat æger octo diebus, vel amplius, mane & sero.

Ad hæmorrhoïdas.

Tolle corticem virginis nucis, & quercus, & aristolochiæ rotundæ, & marinam spongiam, & pone in testa nova calida calefacta ad ignem: induc in pulverem, & unge ipsas hæmorrhoïdas de calido melle, & postea superpone pulverem istum.

Ad ficus.

Recipe aristolochiæ rotundæ, piperis nigri, æquale pondus; fac pulverem, & sic utere. Herba calendula trita & superposita, multùm juvat.

Emplastrum ad ficum qui apparet.

Mel, stercus pullinum, saponem gallicum, cymas lauri, & baccas commisce, & superpone: tertia verò die solve, & invenies sanum.

Ad idem res probata.

Plantaginis m. iv. millefolii, mentastri, ana m. iv. hæc omnia tere, & succum exprime: cui piperis gra. viij. mastiches grana vij. commisce: & jejunus bibe per triduum, & renova potionem diebus ix.

Ad ficum qui sanguinat.

Quinquefolium in lacte caprino decoque, & bibe per triduum. Item corallos, chelidonium cum pipere & cerussa tere, & distempera: jejunus calicem unum bibat plenum: optimum est.

Ad idem.

Radicis raphani rotellas manduca ix. jejunus infusas in melle diebus ix.

CAPUT XXIX.

De renalis mictus signis, & cura.

Signa eorum qui lapidem patiuntur in vessica. Natura eorum subtumida est, pruriginem patiuntur in ano, & mingere non possunt: nascitur hæc causa magis infantibus, quàm juvenibus, qui minores lapides mingunt. *Cura.* Petróselini semen, apii semen, betonicæ, saxifragiæ, zingiberis, elemi, radicem seseli, arteriacæ, s. confectionis, baccarum lauri, urticæ majoris semen, asari radicem, spicæ, roris marini, costi hortulani, radicem cardui, radicem agari, marrubii albi, anisi, ana scrup. i. mellis modicum, teres omnia: dabis quando non febricitat, mane & sero, cum vino. Item gallum annicùlatum occide, & in grosserio ejus invenies albos lapides, quos cum vino tere, & da febrienti cum tepida.

De mingentibus furfures.

Signa eorum qui furfures mingunt, quia per urinam in calice natant: signa hæc si videris, scias lapides majores valde in vesica haberi: natura enim illorum si fuerit manibus fricata, intus redeunt lapilli, & ex confricatione in labiis vesicæ fit scabies, & emittunt per urinam velut furfures. *Cura.* Dulcia comedant, & lac caprinum mox mulctum bibant: si non febriunt, cancros fluviales dabis comedendos.

Antidotum ad hoc.

Recipe cymini, seminis apii, melanthii, seseleos, æquum pondus: cum lacte, & melle, & cochlearia singula omnia commisce: dabis mane jejuno cochlearium. Item olera manducent, malvas, pastinacas, asparagos, ova sorbilia, succum hordei cum dulcore & pipere comedant quotidie, & utantur balneis.

Antidotum ad vesicæ preclusionem probatissimum.

Recipe saxifragiæ, spicæ, betonicæ, squinanthi, cinnamomi, carpobalsami, costi, absinthii, croci, suc. liquiri. acori, hyperici, rha pontici, chamæleontis, petroselini, dauci, ireos, opopanacis, ana unciam unam, confice, & utere. Item, petroselini, saxifragiæ, apii succum simul bibat, & sanabitur. Item saxifragiæ, asari, gummi, betonicæ, piperis, ana unc. j. mellis libram unam, vinum quod sufficit: hoc in balneo bibat.

Ad vesicæ dolorem cura talis est.

In initio oleum rutaceum per clysterem ægro frequenter injicias. Fœminæ verò matrix infundenda erit, & extrinsecus pectinem & inguen ex oleo cyprino calido, & cum lana succida fasciabis. Aliquando miscebis castorium, si fortè plus calidum fieri oporteat: item clyster ex decoctione fœnigræci, aut radicum malvæ cum oleo mixta, & calefacta: & si vesica stricta fuerit, subtili fomento relaxare, & urinam adducere oportet.

Ad frangendum lapidem.

Succus radicis valet: vesicæ verò patienti calculum, adrianum si dederis cum decocto radicum alexandriæ, & semine ocymi, aut brusci, sive asparagi, aut pleni pugilli ciceris rubei. Similiter potio Justini, cum vino calido, si dederis, facit. Philanthropos calculos frangit. Mulsa lapidem in vesica frangit.

Ad petram vesicæ.

Recipe saxifragiam, grana Solis, petroselinum, quinquefolia, asparagum, bruscum, agrimoniam: & coquantur omnia in vino ut ad tertiam redeant: & postea cola, & adhibe paululum mellis, gariophyllorum drachmam unam, petræ de lucubio drachmam unam: da ad bibendum mane tepidum quasi phialam unam: & si potest bibat succum erysimi, & ipsam herbam comedat.

Diachryson ad petram.

Recipe saxifragiæ, radicis brusci, asparagi, petroselini, apii, piperis, ana drach. j. grana Solis, alexandri, libystici semen, ana solidum unum, mellis quod sufficit.

Ad eos qui mingere non possunt.

Oleastri radicem, cyminum, & cepulas teras, & in oleo coquas, & super pectinem ponas. Item parietariam tere, & calefactam super pectinem fascia, & miraberis. Item sanguis hirci triennalis, aut vetustiori cum decocto nardi, & cinnamomi, & sic-

carum cicadarum pulvere datus, mirabiliter & cum celeritate lapidem expellit.

CAPUT XXX.

De genitalium causis.

Vnguentum album pro mentula.

Recipe olibani, mastiches, aloes, assæ fœtidæ, myrrhæ, ana unc. i. cerussæ unc. ij. temperentur cum melle & sambuco, & ponantur in membro.

Aliud fuscum.

Pix græca, & aloe, cum melle temperentur.

Ad vulvam stringendam, quasi virgo sit.

Recipe myrrhæ, olibani, mastiches, colophoniæ, picis nigræ, arsenici, boli, gallæ, gypsi, cornu cervini incensi, aristol. longæ & rotundæ, omnia æquali pondere: fac pulverem, & in vulvam injice.

Pulvis ad idem.

Recipe symphyti, aluminis, balaustii, myrrhæ, olibani, mastiche, colophoniæ, picis nigræ, boli, gallæ, gypsi, cornu cervini incensi, arist. rotundæ, galliæ, ana drach. v. fac pulverem, & in vulvam injice, quæ priùs fomentetur aqua pluviali, in qua cocta sint grana uvæ, cortex castaneæ, & pulegium.

Confectio ad idem.

Recipe symphyti, corticum mali gra. & mespilorum, & quercus foliorum rosæ caninæ, hypocystidos, ana unc. j. maceris, cinnamomi, gariophillorum, nucis muscatæ, anisi antheræ pulveris, ana unc. v. ista omnia trita & pulverizata collige cum aqua ros. vel pluviali, in qua rosæ decoctæ fuerint: & inde trochiscis formatis ad Solem siccentur: & quando opus fuerit, unum eorum in aqua ros. vel pluviali resolve, & inde stricta vulva post balneum diutissime fomentetur. Symphyti decoctio idem operatur.

Ad idem.

Tolle symphytum, & gallam, & gummi pineæ, & cinnamum, & amentum dulce, & fac pulverem, & misce cum pauca aqua, & lava locum, & miraberis.

Ad menstrua provocanda.

Recipe ammoniaci albi, galbani, opopanacis, aloes hepatici, colocynthidis interioris, myrrhæ, cicutæ seminis, ana drach. ij. tere, & cum succo porrorum confice, & fac pilulas ad modum pisi: & da drachmas duas vel tres in aqua tepida.

Item ad idem.

Ante dies iv. venam de tibiis incide, aut tibias scarifica: aut in ambobus tali venam incide, ita ut in una die unam incidas, & in alia aliam: & post hoc dabis tenues cibos: & sic post vij. dies castorium cum pulegio ad bibendum dabis, aut calamento: educit enim menstrua pulegium, & calamentum coctum cum mulsa. Est autem tempus dandæ decoctionis, vel potionis, utile post balneum in sabanis, quia sic data multùm operatur: & plus his dictamus, & sabina data similiter. Utiliter etiam datur picra, quæ recipit aloes drachmam j. Quando autem ex plenitudine & pingui superfluitate retinentur menstrua, centaurii majoris succo, & radicibus minoris excludantur.

Ad idem.

In duabus aquæ partibus, & una vini, artemisiæ & salviæ, brathyos, calamenti, matrissylvæ, ana m. j. allii quantùm de omnibus aliis, lento igne ad tertiam decoque: de quo ter in die fomentatio fiat mane, & meridie, & sero eunti dormitum. Climax detur cum decoctione cymini: quæ recipit elemi unc. iv. fœniculi unc. iij. piperis, sesami, syriaci, ana unc. ij. erucæ, seminis sileris montani, ana unc. j. mellis quod sufficit.

Item ad idem.

Artemisiæ, rutæ, dauci, dictami, phu, meu, nasturtii, ana: trita in aqua, fac balneum, & da ad bibendum trypheram magnam cum aqua tepida.

Item ad idem.

Urticæ major. radicem, asari, hyperici, epithymi, polypodii, ana: hæc omnia coque in vino ad medietatem: da mane, & sero.

Ad idem.

Baccas lauri xxxvij. tritas cum vino bibat. Item accipe artemisiam & rutam æqualiter, & adde oleum laurinum, & calefac parumper ad ignem, & facto ex panno pessario intinge, & in os vulvæ injice.

Ad sanguinem stringendum.

Recipe myrrhæ unc. iij. cinnamomi, mastiches, ana unc. ij. facto pulvere, accipiatur cum succo strychni, vel morellæ.

Si qua mulier post partum se purgare non poterit.

Esdræ potionem, aut eucharistum accipiat: vel solum suffumigium de fungis siccis, aut de assa, aut phiala plena succo caulium. Sotira & tryphera accepta menstrua educit.

Ad menstrua superflua.

Aluminis scissi, myrrhæ, rubi, thuris, ana unc. j. tere, & cum aceto confice pessarium de lana munda, & intinctum in eo suppone vulvæ.

Ad idem.

Recipe sponsam solis, & tere, & succum da ad bibendum. Pastellum verò in vulva suppone, & athanasiam dabis.

Ad menstrua provocanda.

Ex sagapeno, opopanace, myrrha & felle fac pessarium.

Ad sanguinis profluvium.

Fæcem quæ ex quercu exit da ad bibendum mulieri cum aqua calida pluviali.

Ad idem.

Accipe lignum sylvatici lybistici, & mediam corticem quercus, & testas marinas rubras, quæ inveniuntur juxta mare: & pone in vase aliquo, & fac bullire ad ignem cum aqua pluviali, & fomenta: Item tolle polygonon, & coque cum aqua pluviali, & da ut bibat.

Vt mulier concipiat.

In novem phialis optimi vini mitte novem rotulas mandragoræ, & fœniculi radices tres, & ad tertiam bullire fac, & bene cola: & phialâ mellis additâ, novies novem grana piperis sparge in pulverem, & iterum aliquantulum bullire permitte: quando autem infrigiditatum fuerit, tempore menstruorum per vij. dies bibat mane phialam unam: & in obscuro loco jaceat, remotis amicis præter pedissequam, quæ eam custodiat: circa sextam verò horam pullus gallinaceus elixus, cum pipere, aniso, & modico aneto conditus, simul cum jure suo offeratur, ut manducet, & de jusculo ad satietatem bibat: vinum leve & modicum accipiat, & in nocte jaceat cum viro: & vir ejus vespere, & mane diacameron, aut climacem, aut alexandrinam sumat.

Ad concipiendum eadem die sine periculo.

Myrrhæ drach. j. piperis grana xl. staphidis agriæ scrup. j. dabis in vino post balneum. Item nepitam cum vino coque ad tertiam, & mitte ibi calamentum

aromaticum, galangam, irim Illyricam, ſpicam nardi, æquo pondere: coque ad tertiam, & da ut bibat per tres dies jejuno. Item centaurium cum foliis tere, & miſce cum aqua, & fac pilulas ad ſimilitudinem oſſis dactyli, & involve cum terebinthina, & deſuper mitte lanam, ne terebinthina cadat, & injice. Item viſcum qui eſt in arboribus, tritum cum vino da bibere menſtruo incipiente, aut deſinente. Item in phialis novem optimi vini de radice herbæ barbæ ſylvanæ lib j. coque ad medietatem: & decolato ſucco, mellis adde phialas duas, & pulveris cymi. unc. j. & modicum fac bullire: tempore verò menſtruali per quinque dies ſingulas phialas jejunæ propina mane: & ſero in decoctione illius herbæ ſedeat, diuque caleſiat, & ſic cum viro ſuo coëat. Item coaguli leporis, corticum mandragoræ, ana drach. iij. opii drach. ij. trita cum melle deſpumato confice: & mane ad modum avellanæ majoris cum tepido vino ſumat non jejuna. Item teſticuli cervi pulverizati, & in vino bibiti, & fel capreoli ſuppoſitum, idem præſtant.

Item ut mulier concipiat.

Leporis vulvam aſſatam tere, & da cum vino in balneo in ſabanis ſedenti, ut bibat: & in ipſa die aut nocte ſi tacta fuerit à viro, ſtatim concipiet.

Potio ad eas quæ non concipiunt, & quibus menſtrua non apparent.

Recipe matriſſylvæ, rutæ, artemiſiæ, cicutæ, radicum brancæ urſinæ ſingularum faſciculos: quæ pinſitæ, & mixtæ cum vino albo uſque ad tertiam coquantur: & eidem decoctioni cochlearia tria de cinere de corde cervi adhibeantur priuſquam ad tertiam redeat decoctio: deinde coletur cum panno, & colaturæ adhibeantur tria cochlearia olei, & tragacanthæ drachmæ tres de Conſtantinopoli, & ſimul omnia bulliant; & unaquaque die mane accipiat phialam unam illa cui neceſſe eſt.

Si matrix deſcenderit.

Cum bonis odoribus nares ſuffumigabis; ſin minus, aſpalathum ſit inferius fumigatum ita, ut in vulvam fumus ingrediatur; & peſſarium de ſtyrace calamita cum lana ſuccida imponatur. Si verò volueris ut concipiat, priùs purgetur cum theodorico anacardino, & poſt purgationem balneetur. Et coagulum leporis in balneo bibat, & etiam viro ſuo tribuat, & pòſt cum ipſo jaceat; & ſi coagulum fuerit maſculi, maſculum; ſi fœminæ, fœminam concipiet.

Vt mulier non abortiat, & fœtum contineat.

Cancrum fluvialem contere, & in vino veteri da ad bibendum. Aut leporem prægnantem vivum accipe, & tolle ei catulos de ventre, & coagulum ejus cum vino potui dato, & ultra non ejiciet.

Vnguentum ad omnes dolores matricis poſt partum.

Recipe adipis pullini, ſampſuci, ana uncias ſeptem, myrrhæ uncias duas, butyri, ceræ, ana uncias ſex, adipis anſerini, medullæ cervinæ, terebinthinæ, caſiæ, mellis, ana uncias ſeptem, aloes uncias duas; confice, & utere.

Ad idem.

Fac bullire oleum, & anethum, & mitte unum birrum de lana ſuccida; & calidum pone ad matricem.

Ad apoſtema.

Succus frondium porrorum, ſuccus cichorii, vel heliotropii, ſuccus petroſelini, æquali pondere, pulvis ferruginis, pulvis paleæ hordei; hæc omnia bulliant, & bibat.

Si matrix foras exierit, aut tumorem habuerit.

Folia cicutæ, abrotani, herbæ camphoratæ, pinſe fortiter, & pone deſuper.

Ad retinendum partum.

Spolium ſerpentis cum mica panis dabis comedendum neſcienti; mirè prodeſt.

Ad matricem revocandam.

Teſtas ovorum gallinæ, ex quibus pulli excluduntur, incende; deinde ſuperaſperge picem nigram, & ſuperextende, & revocabitur ex toto.

Ad excitandam mulieris libidinem.

Sanguis verſpertilionis in floccello lanæ collectus neſcienti ſub capite ponatur.

CAPUT XXXI.

De paſſionibus genuum, & tibiarum.

Centri galli ſuccus, genibus & cruribus ad ignem vel ad ſolem illinitus, omnem dolorem extirpat, & nervorum contractionem penitus tollit: probatum eſt.

Ad ulcera tibiarum.

Fel caprinum cum reſina & ceruſa miſce, & pone ſuper ulcera.

Emplaſtrum ad inflationem quæ fit in cruribus & in coxis.

Stercus columbinum album cum forti aceto mixtum & tritum, & in aluta inductum ſuperpone.

Aliud probatum ad inflationem, quæ fit cum rubore & calore.

Farinam hordei & fabæ tolle, & in aqua coque, & ſuperpone.

Ad omnem ulcerationem tibiarum, cicatricem, vel maculam nigram, vel albam.

Pulveris plumbi uſti facti cum ligno avellanæ, aut lentiſci unc. viij. olibani, myrrhæ, aloes, maſtiches, ana unc. j. oleum viride, & modicum aceti exagita miſcendo in corpus unum, & in foliis hederæ inductum ſuperpone.

Ad tumorem genu.

Fac bullire radicem bruſci bene, & poſtea pinſe cum axungia, & pauco ſalviæ, & infaſcia; omnem tumorem tollit.

Vnguentum ad tibias fractas de phlegmate ſalſo.

Folia perſici, hederæ terreſtris, colophoniam, picem, oleum de ſpica, oleum commune, ſepum, & ceram, & lithargyrum de auro.

Ad dolorem genuum.

Bibe ſuccum rutæ.

Pro dolore podagræ.

Tere, & fac pulverem de gith, & unge ubi dolor eſt, ſuperpone ſtagnum, & inſuper ſtupam unge de ipſo pulvere, & ſtatim dolor recedet.

Vnguentum ad idem, & ad qualemcunque dolorem.

Recipe maſtiches, olibani, ana drach. j. adipem urſinum, & albumen ovorum inſimul miſce, & accipe cymulas virides lentiſci, & tolle ex eis ſuccum, & adjunge vetus oleum, & diſtempera: & fac unguentum theodoricon emperiſton: iſchiadicis, & podagricis ſubvenit: idem facit philanthropos.

Ad idem.

Recipe gariophyllorum, zingiberis, cinnamomi, ana unc. ij. hermodactylorum unc. v. coſti, diagridii, ana unc. ij. mellis, quod ſufficit.

Item ad calidam.

Succus radicis filicis cum oleo roſeo mixtus & inunctus prodeſt.

CAPUT XXXII.

Ad hominem subtiliandum.

PUlvis ciricus vel ciricon, utilis ad pinguem hominem subtiliandum, & crassitiem superfluam deponendam, ita ut ad temperiem tenuitatis & siccitatis patientem deducat: curat etiam leprosos & herniosos, pruriginosos, & scabiosos: & si quis hoc usus fuerit, podagrico, vel arthritico, seu alio aliquo dolore non molestabitur. Quicunque hoc pulvere fricari voluerit, in balneo postquam sudare cœperit, fricetur, & hoc tribus diebus vel amplius interpositis: diebus autem quibus utitur, nullo unguento patiens fricetur: à pipere, & salsamentis, & acrimoniis caveat. Recipe nitri assati, myrrhæ assatæ, sulfuris vivi, opocissi, i. succi hederæ, iridis Illyricæ, ana unc. iv. baccarum lauri siccarum, sampsuci, ellebori albi, pumici marini assati, chamæleontis nigri pyrethri, sinapis, gallæ Alexandrinæ, peucedani, pollinis fœnigræci, cimoliæ, tartari, aristolochiæ longæ & rotundæ, gith, orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthii, cardamomi, marrubii, cantharidum, succi sicci elaterii, ana drach. ij. confice sic, hæc omnia subtiliter tere, & in vase vitreo conde, & quando opus fuerit, utere.

Electuarium ad idem.

Recipe gariophyllorum, spicæ, galangæ, zingiberis, ana drach. s. sacchari lib ij. & semis, musci scrup. j. saccharum coque cum aqua rosata, & ipsa pigmenta pinse diligenter, & misce cum ipsis saccharum super ignem, semper agitando, & quando decoctum fuerit, infunde super marmor.

Ad hominem nimis crassum.

Imple patellam floribus avellanæ, & superfuso vino agita fortiter, & bulliat die ac nocte: & semper quando siccatur, funde vinum: & cola, & bibat jejunus unc. iij. per dies quinque, & comedat ad prandium: hoc faciat mense Februario.

Ad idem.

Tolle tartarum, & fac pulverem, & de omni cibo intincto in eo comede: desiccat enim pinguedinem. Hiera rufina scabiosis & leprosis utilissima.

Unguentum ad mala nascentia.

Aloes, olibani, mastiches, myrrhæ, arsenici, boli Armeni, colophoniæ, sandarachiæ, terebinthinæ, æruginis campanæ, spumæ argenti, galbani, ammoniaci, sagapeni, resinæ, gummi Persici, picis navalis, ana lib. ij. tragacanthæ, aristolochiæ longæ, gomphitæ, castorii, floris plumbi, ana unc. iij. ceræ libras duas, sepi taurini unc. iv.

Oleum frumenti ad scabiem, & ad herpetas, quod ita conficitur.

Pone frumentum inter duo ferramenta calida, & exprime fortiter oleum.

Ad sacrum ignem.

Accipe picem, & vitellum ovi crudi, & fac emplastrum, & pone desuper. Unguentum etiam de oleo frumenti, probatum est.

Ad morfeam nigram.

Erysimon cum vino bibat, & sanabitur.

Ad sanguinem stringendum undecunque exeat.

Testiculos in aceto pone, pedes infrigida, & statim cessabit.

Ad carbunculos.

In primis liga malvas coctas cum butyro vel sagimine, & appone, & mutetur in die: deinde appone A emplastrum istud, quod carbunculum citò aperit. Recipe ficuum pinguium passarum, cæpæ coctæ galbani, ammoniaci, lactis mulieris, malvarum coctarum, carbonum, vel cinerum vitis vineæ, testudinis vivæ unius, pinguedinis porci recentis vel veteris, æquale pondus, tere, & appone usquedum aperiat.

Ad idem.

Accipe cinerem pruni, & distempera cum vitellis ovorum, & pone super: & postea accipe ficus siccas, & parum olei, & arsenici, & tempera totum simul, B & appone: deinde appone terebinthinam, & galbanum, quando putredo exire cœperit. Si multi carbunculi exierint, tolle sanguinem de brachiis, & da laxativum.

Ad pustulas quas habet infans in manibus & pedibus ultra modum.

Accipe scillam, & hyoscyamum ipsam herbam, & sambuci frondes, æquo pondere, & pinsito, & coque in aceto, inde multùm, & appone.

Ad omnia apostemata exteriora, sive tumores.

Agrimoniam, verbenam quinquefolium, æquis si teres & impones ponderibus, cum aceto coquas C adjectâ sempervivâ, sanabis.

Ad rumpendum apostema.

Fermentum, olibanum, axungia, lac fœminæ.

Ad apostema subtiliandum.

Libysticum fervefacias in aqua, pinsito cum pinguedine, & pone desuper.

Ad sacrum ignem, vel calorem membrorum, qui per aliquam occasionem nascitur.

Recipe sisymbrii, rutæ, rubi, solani, omnium quatuor, cymarum m. j. radicis lilii domestici unc. j. aloes drach. ij. cymini unc. j. albumen ovi unum, D aceti phialam unam, olei phialam unam: prædictas herbas tere fortiter, & succum earum cum prædictis commisce, fortiterque cola, & cum penna unge loca languentia, & miraberis.

Ad scabiem.

Radices lapathioli coque, & axungiam porcinam cum eis vehementer tere, & argentum vivum cum cinere & sputo distempera, & cum eis misce, & vehementer confice: inunge, & miraberis.

Unguentum ad pustulas, vel lepram, sive pruritum.

Florem tithymali cum aceto coque fortiter, & oleum modicum misce, & inunge usque dum sanus E fuerit.

CAPUT XXXIII.

De modo dignoscendi cancrum à carbunculo.

SIc poteris dignoscere cancrum à carbunculo in principio. Carbunculus quippe durus est, & rubens nimis, & ardens, & dolet quamplurimum in F ossibus & nervis, & citò facit caput. Sed cancer non tantùm rubet, neque tantùm dolet, sed durior est, & non tam citò facit caput, & plus occupat: qui quando mollescere incipit, perfora cum ferro quasi carbunculum: & nepitæ, apii, betonicæ, agrimoniæ, chamædryos, trifolii, satureiæ, pimpinellæ, subtusillæ, cardui, fragifolii, millefolii, ana m. unum, teras, & cum vino, & pipere dabis in potum mane & sero.

Item alia optima, sed valdè gravior.

Aloes drachmas duas, aristolochiæ longæ drach. v. sanguinis draconis drachmas tres, castorii drach.

ii præoniæ drach. v. thuris, myrrhæ, ana drach. iv. ammoniaci drach. ij. succi salviæ vel foliorum, ana drach iij. decoque usque ad dimidium lento igne, ipsumque in vase picato mitte: & pigmenta in linteolo mundissimo ligata in medium liquorem pendere facias: & de populo arbore pulverem facias: de supradicta potione calicem medium dabis quotidie, & de pulvere populi quantum tribus digitis levare poteris in vino cocto distemperato.

Ad idem.

Accipe albi secessus canis, prassii, plantaginis, ana unc. s. calcis vivæ drach. ij. pulveriza totum, & supra malum pone: & postea pone unguentum marciaton, mane & sero muta illud, & ablue in omni mutatione de vino calido. Si verò aliqua pars mortuæ carnis remanserit, abscinde cum ferro. Si autem longi temporis fuerit malum, & per prædicta sanari non poterit, oportet incidere circumcirca, & postea apponere prædicta.

Ad idem.

Lenticulæ quæ in stagnis nascitur, vel fontibus, vel aliis aquis, succus supra cancrum positus eum occidit. Similiter facit doliachæ succus cum porcina pinguedine mixtus: & ipsa herba pinsita, & superposita cum succo, & pinguedine dictis prodest valdè.

Ad idem.

Succum ebuli, succum aristolochiæ rotundæ, aut pulverem ejus & albumen ovi fortiter commisce, sed non ut durum sit sed molle: & taliter totum cancrum ex eo pennâ linies, & de frondibus septemnerviæ illum cooperies: sed per singulos dies mane & sero mutabis, & quando mutate volueris, cum penna in vino infusâ cancrum priùs ablue, & unge doctrinâ supradictâ.

Pulvis ad cancrum.

Calcis vivæ novies ablutæ, novem grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis, & farinæ hordei: fac focaciolam, & sub testa coque usque dum incendatur: & pinsito, & facit pulverem, & ubi opus fuerit mitte.

Unguentum ad serpiginem, & carnem mortuam manducandam.

Recipe aristolochiam rotundam, radices enulæ, cortices caprifici, cortices alburni, lotium hominis: hæc omnia simul coque fortiter, postea pinse, & confice cum axungia, & utere.

Ad cancrum.

Ulcus primùm forti & calido aceto bene lava, deinde cum panno lineo detergendo exsicca: quo facto, pulverem gallæ subtilem superasperge: hoc fac bis vel ter die, donec sanetur.

Ad idem.

Sume mentastrum, & eo siccato fortiter frica inter manus: cui mentastro tertiam partem salis misce, & simul omnia fortiter tere: quibus tritis super stipites ardentes pone, ut utrunque bene comburatur: quod quando fuerit combustum, bene iterum teratur, quorum pulvis ter die aspergatur.

Pro carne sananda.

Linguæ bovis radicem tere, succum cujus, ut pastillum superpone.

Res probata ad cancrosa vulnera, quæ depascuntur in circuitu.

Accipe quotquot habere poteris folliculorum, & scinde, & extrahe succum, ut sit dimidia phiala: sed priùs lava plagam de vino tepido: & tunc accipe tres petiolas de panno lineo; & in succo illo infunde, & ad ignem calefactæ una post aliam super vulnus apponantur: & postea de farina tenuissima panis hordeacei cum supradicto succo eidem plagæ superponatur.

Ad cancrum res probata.

Caput gruis, & ventriculum, cum petris omnibus quæ in eis sunt, sicca in furno, & fac pulverem, & superasperge: hoc non solùm cancrum, sed omnia vulnera sanat.

Item aliud probatum ad idem.

Mustellam vivam mitte in ollam novam, & bene cooperi de tegula & argilla, & mitte in furnum calidum: & eâ combustâ fac pulverem, & de ostreæ testa similiter: & asperge, & post diem tertium lava de vino.

Probatum ad fistulam.

Accipe terram francigenam, & galetum, id est gallam rotundam, & pulveriza, & pone desuper, & sanabitur. Cortice quercino siccetur fistula primò, postea sanatur, si mumia sæpe bibatur. Majorum pulchris hominum quæ est rapta sepulchris.

Ad scabiem probatum.

Accipe figiam Græcam, & olei communis partem j. & duas aceti, & coque in modum unguenti, & unge in balneo.

Pulvis ad cancrum.

Recipe atramenti, sarcocollæ, amenti salsi & dulcis, salis gemmæ, olibani, mastiches, ana unc. j. piperis unc. vj.

Ad idem.

Brancam lupinam, quæ inferiùs est rotunda, tere cum sale, & fuligine, & parum de sanguine, & pone eo mortuo. Ad sanandum, pulverem aloes pone.

Ad carnem malam, vel ad cancrum.

Pinse tartarum fortiter temperatum, cum melle, & mitte in panno lineo, & liga cum licio, & mitte in foco ut ardeat, & fac pulverem, & superpone. Item testam allii, fabas, & panem frumenti incende in olla, & cum isto pulvere misce pulverem gallæ & salis; lava priùs de vino, & postea sparge de hoc bis vel ter die.

CAPUT XXXIV.

De fistula.

Radicem lapathioli, qui rufum semen habet, in fistulã mitte; & donec purgata fuerit, per singulos dies singulas radices mutabis; & quando purgata fuerit, cognosces quia non ut aqua pus, sed quasi putredo fluit tantùm: quando autem hoc videris, hoc unguento sanabitur. Recipe picem, galbanum, ammoniacum, aloen, sepum porcinum non multum, ceram, & parum olei; prædictas guttas, & gummi genera, & picem, & aloen æqualiter commixta liqua ad ignem: & postea ceram, & sepum semotum liquefacta desuper addas, & agita donec conficiatur.

Ad fistulam.

Raphanum pulverizatum, & quolibet modo fistulis immissum, antea tamen ex aceto in fistula valde abluta, valet: & modo quocunque superpositum: & infra vel intra eam liberat.

Ad idem.

Sume herbam escuminatam nomine, & tere: cujus succum infirmanti mane, quando jejunus fuerit, da ad potandum: & de ipso succo per ipsum foramen pone donec sanus fiat æger. Item accipe costam folii raphani, & mitte usque ad profundum plagæ ita ut sanguis egrediatur: aliquanto spatio intermisso accipiatur fel taurinum, & calefacito ita, ut duritiem perdat: & ossa gallinarum combusta, & in subtilissimum

mum pulverem redacta, ex his ellychnium componatur, & ad fundum plagæ mittatur; & interdum ellychnium de combusto pulvere saccharo aspergatur, & ipsum interdum minuas, donec sanetur fistula.

Ad idem.

Recipe sepi arietis unciam j. gummi unc. s. colophoniæ drach. ij. s. opopanacis, aristolochiæ longæ, sarcocollæ, æris viridis, ana drach. ij. ceræ citrinæ drach. ij terenda tere, & de oleo parum pone, ut possint ibi temperari; & super ignem pone, donec sepum & gummi genera liquefiant, & utere quando opus fuerit.

Ad fistulas tollendas, & vermes occidendos.

Succum plantaginis mitte sæpius.

Item ad idem.

Potentillam bibat per dies triginta; probatum est.

Ad fistulam claudendam.

Thus masculum diligenter tere cum vino veteri, & inde perunge.

Ad idem.

Recipe in primis de carne salsa lardonem, & mitte ibi per tres dies, & postea emplastrum fac hoc modo: Accipe frondes libystici sylvatici, & tere fortiter, & misce ibi de sale cocto pulverizato tantum quantum sunt frondes, deinde adde axungiam veterem sufficienter, & tere hæc omnia insimul, & fac emplastrum.

Ad idem.

Recipe tithymalum cum sua radice, & mitte in clibano ut exsiccetur, & fac pulverem, & insuffla intus. Item recipe piper, aloen, galbanum, ceram & oleum, & fac emplastrum, & utere.

Ad idem.

Pone emplastrum de farina, & alburno, & sinapi, & sale cocto, & de calce extincta, & de sapone spatulano, & de capitello per novem dies; deinde tere tres cymas rubi, & tres urticæ per tres dies. Item recipe piper, allium, ficus siccas, radicem petroselini, misce & tere simul, & fac emplastrum, & superpone, & statim interficiet. Item recipe marmor quod videtur esse sicut sal, & fac pulverem, insuffla intus.

Ad idem.

Recipe farinam lupini, raphani, sinapis, mel arsum, alburni carbonem, omnibus tritis distempera cum sapone spathulano, & admixto de capitello fac tentatam de licio torto ad mensuram fistulæ, & ablue eam mane & sero de capitello.

CAPUT XXXV.

De paralysi.

Hiera fortissima G. theodoricon emperiston, potio sancti Pauli, & opopyri, prralyticis, arthriticis, & aliis diversis causis succurrit.

Potio ad paralysin, Ioannis filii Liguri Medici.

Recipe mandragoræ uncias quatuor, castorii uncias tres, piperis grana trecenta, nepitæ manum plenam, vini optimi phialas vigintiquatuor, bulliat ad medietatem, & jejunus bibat phialam j. & usque ad nonam jejunet.

Ad idem.

Recipe salviæ, satureiæ, dictami, sabinæ, menthæ nigræ, cerfolii, foliorum teneræ lauri, quinquefolii, betonicæ, febrifugæ, peucedani, agrimoniæ, pimpinellæ, artemisiæ, chamædryos, hiperici, millefolii, balsamitæ, pulegii, trifolii, hypocystidos, hyssopi, prassii, origani, ana m. j. dabis cum vino: probatum est.

Vnguentum ad paralysin.

Recipe sabinæ pulveris, salviæ, menthæ, ocymi, pulveris urticæ, balsamitæ pulveris, ana uncias duas, olei lauri phialam j. ceræ libram unam, olei drach. ana uncias sex, omnia arbitrio tuo tere & coque, unge.

Ad idem.

Herbam centumnerviam, id est barbam sylvanam lava cum novem aquis, & tere, in succo adde duo cochlearia mellis, & sic unge digitos in phialis; da primo galli cantu, si laxat, non evadet.

Item ad arthriticum dolorem.

Accipe micam panis madefactam aquâ, & tere, deinde distimpera cum succo morgellinæ, vel solatri, vel portulacæ, vel sempervivæ, vel alicujus refrigerativæ; deinde superpone loco dolenti, primùm inuncto oleo roseo, postea verò ne nimis loca nervosa desiccentur, adde emplastrum hoc: Recipe radicem althææ, atque semen lini, & coque in aqua, atque fomenta; ad ultimum accipe farinam lentis, & coque in quatuor partibus mellis, & aquâ quantum sufficiet, & sic superpone; probatum est.

Vnguentum ad guttam.

Recipe radicis bryoniæ, corticis mediani sambuci, absinthii, rutæ, salviæ, hederæ, chelidoniæ, arnoglossi, saliuncæ, aloes, thuris, mellis, olei, ceræ quantum tibi videtur, & confice.

Emplastrum ad idem.

Absinthii, radicis ebuli, furfuris tritici, stercoris caprini, sal pulverem, acetum mitte in cacabo, & salis satis; fac bulliat fortiter, & superpone.

Item unguentum ad guttam.

Recipe rutæ, hederæ terrestris, absinthii, abrotani, barbæ Jovis, omnium ana m. j. sabinæ m. ij. simul tere, & coque in oleo, & butyro, & adipe taurino vel vervecino, æqualiter, cola, & ubicunque fuerit gutta, unge, & postea in albo panno indue, & pone.

CAPUT XXXVI.

De ratione medendi ad os fractum.

Recipe betonicæ, violæ albæ, panem mundum ad cernendum, melangiæ, hederæ terrestris, pilosellæ, agrimoniæ, sinymphæ, salviæ, ne intumescat. Item betonica sanat, & tolli dolorem: salvia aufert dolorem: hedera terranea curat & mundat: viola sanat: plantago solvit dolorem, & mundat: agrimonia & pilosella sanant: melangia juvat ut non claudatur vulnus. Quòd si ex omnibus his habere non poteris, accipe salviam, betonicam, hederam terraneam, violam, agrimoniam, plantaginem; contere, & succum vino mixtum, donec sanus fit æger, solum accipiat potum. Foliis suprascriptorum deficientibus, radices indifferenter aut pulverem ad eundem accipies usum. Abstineat verò patiens ne comedat herbas, caseum, lac, fructus, carnes nisi de castratis, ova, & panem, nisi azymum, pultes.

Ad idem.

Recipe farinæ de germano, id est de filigine, partes ij. absinthii partem j. tere, & misce cum melle, & panno impone, & de raso lardo superpone ei, & super plaga pone, bis mutando per diem.

CAPUT XXXVII.

De plaga.

Piloſellæ ſuccum da bibere; ſi rejicitur, morietur; ſi non, vivet. Prima die plantaginem & fragam in vino dabis, ſecunda die gariophyllatam adjunge prædicto vino, tertia die piloſellam, quarta die pimpinellam, quinta die hederam terreſtrem, ſeptemnerviam ſexta die: tranſactis verò diebus ſeptem, ſubtrahere debes ſingillatim, è converſo incipiens ab hedera uſque ad primam, quæ eſt fraga.

Antidotum contra plagas.

Angelicam, betonicam, agrimoniam, piloſellam, hederam terreſtrem, ſeptemnerviam, violam minorem de angelica, coque in vino, & potet tribus vicibus in die. Si ſanguinaverit plaga, cum cultello minuatim incide urticam; & intinctam in forti aceto, pone in plaga, ſtatimque ceſſabit ſanguinis fluxus.

Vnguentum ad plagas.

Anguillas coque in aqua, & collige adipem qui ſupernataverit, & de gallinis, & de anſeribus, & de ſcrofino ſine ſale: ſalviæ ſuccum, ruthæ, abſinthii, hederæ terreſtris, linguæ canis, artemiſiæ, matriculæ, cicutæ, herbæ citri, hyoſcyami, ſtricniboli, olibani, aloes, myrrhæ, ammoniaci, de ſpeciebus ana unciam j. farinæ de molendino collectæ in gyro, dactyli oſſium, croci orientalis, ſandali, acaciæ, ceræ quantum ſufficit, ut album fiat.

Tractum ad aperiendum, purgandum, ſanandum dolorem, & carnem mortuam, & carbunculum auferendum.

Recipe ſucci ebuli, abſinthii, cymarum rubi, urticæ, carvi, apii, omnium æqualiter, mellis cochleare unum, & albumen unius ovi gallinæ, farinæ ſiliginis, vel cujuſlibet eorum, quæ ſunt ad tenuitatem, confice ſic: Succos & cætera pone in vaſe, & commiſcendo exagita donec ſpiſſum ſit & tenax: ſi plaga profunda ſit, pone ex hoc ellychnium perunctum; ſi verò patula, id eſt plana, pone ſuper pannum donec ſanetur: ſi verò tractum nimium deſiccatur, renova cum ſucco folius apii.

Vnguentum ad idem.

Recipe ceræ citrinæ unciam s. picis, colophoniæ, ana unc. ij. s. ſepi arietis uncias duas, infunde cum oleo, & pone ſuper ignem donec unguentum fiat.

Potio ad plagatos.

Recipe betonicæ, agrimoniæ, fragifoliæ, aſari, violæ, linguæ bovis, ambroſiæ, plantaginis minutæ, quinquefolii, hyperici, picis, linguæ cervinæ, pimpinellæ, ana m. j. tere, & adde aquæ libras tres, mellis cochlear unum; cola, & appone piperis grana centum; & quantò frequentiùs biberit, tantò celeriùs ſanabitur; ſed à venere abſtineat & omnibus contrariis.

Ad idem.

Fac ſaginem de lardo, & accipe mel, & farinam de ſigale, & vinum, & coque ſimul, & mitte ſuper plagam: mirè curat & ſanat. Item ſuccus apii, & albumen ovi, quibus adde pulverem thuris, & tantum de farina frumenti, ut ſatis ſpiſſum ſit.

Ad capitis plagam.

Diligenter inquire utrùm longa ſit, an non: an os fractum ſit, an non. His præmiſſis, ſi profunda fuerit, & teſta rupta, primitus capillos tunde, & deinde panni ellychnium abſque ullo medicamine, vel lardi fructum excoriatum, juxta plagæ quantitatem inciſum, in ipſo oſſis hiatu, ne ſanies irruens meningas ſua putredine extendat, vel aliquid morbi generet, pone; & pòſt pone primò embrocham, quæ ſic fit. Vinum, & oleum, & panem non ex toto arſum fac fervere in ſartagine, vel aliquo vaſe; deinde unguentum fuſcum unaquaque die in plagella pone. Memento tamen ut prædictum ellychnium ſemper adſit, donec caro creſcat. Quòd ſi os ruptum non fuerit, ſue cum acu in duobus vel tribus locis: hoc dico, ſi plaga magna fuerit; deinde tunſis capillis, embrocham prædictam ad prædictum terminum, & unguentum fuſcum in plagella pone.

Ad plagam profundam cum lancea factam, qualibet parte corporis, excepto capite.

Primùm pone lardum quantum tibi videtur, & unguento fuſco unge: & tunc pultes hoc modo compoſitas pone: vinum, farinam, oleum commune, mel, rutam, ſalviam, abſinthium, trita cum axungia porcina, omnia æquali pondere fac fervere in ſartagine; quo facto, cum panno ſuperpone quouſque plaga deſiccetur. Memento ut unaquaque die bis mutetur, niſi prima die; & lardum impone ſemper æqua quantitate, uſque ad ſeptem dies; deinde unaquaque die, prout caro ſolideſcet, paulatim minue, quouſque plaga clauſa videatur; & tunc impone emplaſtrum aliquod. In capite autem non oportet imponere pultem hanc, ſed embrocham prædictam; quia non convenit, niſi pili naſcantur, propter conſtrictionem pororum.

Vnguentum fuſcum ſic fit.

Recipe olei libram j. ſepi, ceræ, ana unc. vj. picis unc. iij. ſalviæ, ſiſymbrii, lentiſci, ſavinæ, allii, cymarum rutæ, ana m. j. confice ſic. Herbas cum ſevo diu contuſas cum oleo coque, & cola, deinde ceram adde, ultimò picem; quandoque liquefactum fuerit, remove, & uſui reſerva.

Potio ad plagam ſanandam.

Recipe agrimoniam, betonicam, ſalviam, plantaginem, folia hederæ terreſtris, herbæ venti; pinſitis his, confice cum vino, da bibere quouſque ſanus ſit.

Emplaſtrum ad plagam ſanandam.

Recipe farinam ſiliginis, abſinthium, oleum de oliva, axungiam porcinam veterem, mel quod ſufficit.

Vnguentum album.

Recipe ceruſæ drach. iij. lithargyri unc. ij. maſtiches, condiſi, ana unc. j. s. olibani unc. olei roſei, & aceti quod ſufficit.

CAPUT XXXVIII.

Ad ossa fracta.

Ratio medendi ossa fracta, hæc est. Primùm provide ut levissimis manibus aptes ad proprium locum malè incisas fracturas; quo facto, sal & mel in sartagine compone, & diutissimè fervere dimitte, & prout pati poterit, calidum superpone cum stuppa aut bombace, deinde lignulâ rectâ planâ ad invicem restibus concatenatâ circumliga: hoc per triduum fieri necesse est. Post triduum verò, rejectis his, diu aquâ calidâ fomenta, & facta fomentatione, agrippa aut dialthæa marciato circumlinies, & bombace vel stuppa circumvolve, & sic unguentum circumvolvere, & circumligare, & fomentare contemplata ætate, bis in die, mane & vespere, oportet; usque ad viginti enim dies solidantur, habitâ tamen diligenti curâ: juvenis verò usque ad septemdecim dies; senum autem usque ad viginti unum, viginti duo, vel viginti quatuor: puerorum itaque expectatio usque ad quindecim dies. In his ergo diebus constrictorium juxta prædictam rationem facies ità. Recipe olibani, mastiches, ceræ, boli Armeni, æquali pondere; ceram solve, & horum pulverem triconizatum superasperge, & ad modum ceroti coque, & tepidum superpone. Memento tamen ut priùs sapone & aquâ calidâ, vel aliquo tali optimè lavetur; & sic cerotum superpone: non enim adhæret appositum propter unguentum. Oportet etiam scire si ulcus affuerit: non enim debet apponi in ulcere. Quòd si aliquo casu accidente disjuncta fuerit, ex utraque parte trahatur manibus, ut ad pristinum locum redeat junctura: quo facto palmâ utrarumque manuum locus constringatur, & postea fomentetur aquâ calidâ; deinde circumliniantur agrippâ, & tabulæ superponantur. Hujus autem mutatio fiat de tertio in tertium diem semper cum fomentatione, & pòst suprascriptum constrictorium appone. Si qua verò costarum hominis fracta fuerit, & interiùs plicata, costam hoc modo reduces ad exteriora. Fac constitui ignem longum ad longitudinem hominis, & nudus calefaciat ventrem & costam; tunc verò habens mel coctum, unge manus utrasque ex eo melle, & paulatim manibus perunctis blandè tange locum, & trahe suaviter: sic sæpe facies trahendo, donec æqualis sit aliis costis: deinde marciato, cæterisque unguentis foveantur, & emplastrum apostolicon, vel diachrysu, vel aliquid quodlibet, donec sanetur, exteriùs ponatur.

Emplastrum diachrysu, quod Latinè aureum dicitur, ossium fracturam sanat; parotidas, glandulas sanat; spleniticum, callum pedis & hemicranium mirè curat; apostemata, & nascentias, & carbunculos dispergit; emprosthotonum, vel cui in capite, vel cervice, vel scapulis nervi contrahuntur, & omnem indignationem vel phrenitin infantium sanat.

Recipe colophoniæ, resinæ, ana uncias duas, olei uncias tres, picis libram unam, olibani, auripigmenti, aluminis, ana uncias duas, aceti quod sufficit. Parotidas glandulas sic incidas: Cutem superincide ferro, deinde cum hamulo ferreo subtilissimo glandulas ad te trahe; & tandiu abstrahe pelliculas, circumcidendo cum spathula, donec omnes venulas earum habeas; & sic embrocham de panno incenso superpone, vel aliquod idoneum, ut sanguis stringatur & sanies: embrocha tunc cavatura lavetur, deinde unguentum fuscum apponatur.

Ad os fractum.

Cerebrum canis cum aceto calido distempera, & superpone in panno lineo, & per tres dies dimitte.

Item ad os fractum vel scissum.

Insimul albumen ovi cum stuppa induc, & circumduc, & desuper liga.

Ad idem.

Ceræ novæ, ammoniaci, rosæ, myrrhæ, croci, ana, malagma facito, & in linteolo apponito.

Tractum ad omnem plagam.

Aloes, myrrhæ, libani, mastiches, ana unciam unam; picis, ceræ, colophoniæ, ana uncias duas; sicca tere, liquida solve, cola per linteolum, fac magdaleonem.

CAPUT XXXIX.

De febribus, & diebus timendis.

Rubra ad febrem tollendam.

Recipe cymini, cozumbri, myrrhæ, anisi, croci, dauci Cretici, hyoscyami, ana unciam j. opii drachmam j. seminis apii unc. j. mellis quod sufficit.

Hydropoton ad febrem quotidianam, tertianam, sed maximè quartanam, & ad omnes accessiones & angustias: somnum facit, fastidium tollit, sudorem provocat.

Recipe ameos, myrrhæ, anisi, croci, hyoscyami, opii, ana drachmas duas, chamædryos, apii, petroselini, spermatis mandragoræ, thuris, ana drachmam unam, mellis quod sufficit; dabis cum aqua calida.

Ad quotidianam.

Si cum typo fuerit, accipiat potionem rubram mixtam cum hydropoto ante horas accessionis; pòst bibat aquam frigidam: si verò frigus fuerit, magnum vinum bibat, aut aquam calidam: si verò non profuerit istud, accipiat panchreston, pòst bibat mulsam. Si verò stomachus fuerit plenus humore, ut vomat, bibat oxymeli, quod recipit aceti phialas duas, mellis libram unam, seminis radicis & atriplicis, ana unciam unam, quæ coquantur usque ad medietatem, & ante accessionem bibat, & jejunet unâ horâ; postea si non vomuerit, accipiat aquam calidam, & bibat. De cibis, jus album manducet de gallina confectum cum oleo phar. porcellos, hœdos; de volatilibus, phasianos, turdos, perdices, ficedulas; de piscibus, saxatiles, aut assos, aut elixos; de pomis, mala cydonia, & uvas, & mala granata; de vino, album & leve.

Potio probata ad frigiditatem & febrem.

Recipe seminis trifolii acuti, opopanacis, serpylli, ana drach. iij. anisi, fœniculi, amyli, apii, ana drach. ij. farinæ orobi unciam j. hæc simul tere, & pone in vino bono paululum, & pòst colligantur in modum victorialis ponderis scrup. iij. dantur cum vino calido.

Electuarium quartanariis & quotidianariis.

Recipe siler. piper. amyli, marathri, ana unc. j. pyrethri drach. iij. gariophyllorum, galangæ, ana drach. j. mellis quod sufficit.

Ad quotidianam, tertianam, & quartanam.

Recipe rosarum drach. xx. sacchari drach. xl. costi dulcis, rheubarbari, arsenici, cinnamomi, nardi, mastiches, spodii albi, sandali citrini & albi, berberis, gariophyllorum, croci, ana drach. ij. & confice cum syrupo violato: dosis ejus drach. iij. ante accessionem, & post.

Epithema ut sudor febris exeat.

Semen lini fac bulliat in aqua, induc in panno, & pone super stomachum.

Ad quotidianas acutas in æstate.

Si habuerint turbidam urinam, ex sanguine est; prima, vel secunda die, vel usque ad septimam phlebotomabis. Si nimius fervor irruerit, hoc fac emplastrum, vel epithema, quod valet ad febrem acutam. Succum solani tempera cum farina hordei, & induc in panno, & pone super stomachum. Item panem assatum diu, ita ut fiat velut carbo extinctus, postea tere, & cribra pulverem, & tempera cum vino, & fac epithema. Diæta utantur tali: succo ptissanæ expurgato hordeo; nam hordeum positum in aqua una nocte, tundatur, & ad mensuram unius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ, & coquatur lento igne usque ad tertiam partem, & coletur per linteolum: & utantur farre molli: & de pomis, malo serico, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua, & de electuario supradicto. Quòd si in tempore autumni venerit, & sine typo fuerit, similiter curabitur. Si cum typo, vomitum provocabis cum aqua calida, & oleo, aut cum oxymelite suprascripto. Et si fuerit constrictus, oxymeli catharticum dabis, quod conficitur sic: mitte acetum, & mel, & elaterii scrup. s. vel secundùm vires ægroti. De cibis, superiùs dictum est. Quòd si fuerit solutus, cibos stypticos damus. Potu utere vino Græco. Si verò in suo tempore venerit cum typo, aut sine typo, primum catharticum dabis ad phlegma deponendum, i. diacalaminthes cum adriano, vel omnes potiones calidas, ut picra, mulsa, athanasia, hydrocopion cum aqua calida: cibos suprascriptos: pannis autem, aut ceronium, aut oxyocroceum cum cerotis. Cataplasma recipit hæc: micam panis, fabæ, absinthii, farinæ fœnigræci, omnia æquali pondere: confice cum ovo molli assato, & cum oleo laurino, aut cyprino, & induc in panno, & supra viscera impone, expertum est. Si autem in tempore veris, curabitur cum potione rubræ, & Esdræ. Cibos autem dabis, gallinas, carnes porcorum, & omnium volatilium: de leguminibus, cicer, far: de oleribus, fœniculos, betas, coctana: de piscibus, saxatiles: vinum album, & leve.

De febribus tertianis cum typo.

Mulsam potionem ante accessionis horam accipiat, & pòst bibat aquam calidam.

Ad duplices tertianas.

Utatur hydrocopio, & mulsa, & rubra quasi una potione.

Ad tertianam mixtam quotidianæ.

Panchresto, rubra, hydrocopio, quasi una potione utantur.

Ad tertianas acutas.

Si vomitu egent, ponatur mel & acetum, quibus adhibeantur atriplicis drach. iij. & utantur. Si constipati fuerint, accipias pulveris violæ unc. s. & bibant interpolato die cum aqua frigida, & utantur epithemate, quod recipit farinæ hordei unc. iij. rosæ siccæ unc. j. sandali albi drach. s. spodii drach. ij. mastiches drach. j camphoræ scrup. j. tempera cum succo solani, & quasi unguento ungantur, & utantur desuper tegumento stuppæ; & bibant quotidie succum mali granati mane; & post septem dies si urina fuerit turbida & rufa, & nihil superiora profuerint, balneo utatur, & fomentetur ex aqua & oleo, & post fomentum phlebotometur de media vena dextri brachii.

Epithema ad omnes acutas febres.

Recipe ro. seminis portulacæ, sandali albi & rubri, ana drach. ij. tragacanthæ parum, tempera cum aqua rosea, aut succo mali granati, vel uvæ lupinæ: si verò volueris ut dormiat, ungantur frons & nares & aures ex oleo violato & lacte mulieris; & pedes loti in aqua, in qua papaver & semen lactucæ, vel ipsæ herbæ decoctæ sunt, ungantur.

Antidotum ad idem.

Recipe sandali albi, citrini & rubei drach. j. tragacanthæ unc. s. rosarum unc iij. sacchari drach. iij. syrupi quod sufficit. Cibos dabis succum orizæ aut alicæ, jus galli, pisces saxatiles, poma frigidissima; de oleribus, lactucas cum aceto, portulacas, solanum, omnes cibos parum salitos; dabis aquam frigidam, & mulsam de hydromelite; & si fuerit solutus, dabis ei cydonium melle confectum ita. Succi mali cydonii partem j. mellis partes ij. coque ad lentum ignem, donec veniat ad spissitudinem mellis; & dabis exinde mulsam.

Epithema ad idem.

Recipe mastiches, thuris, fœnigræci, seminis lini, farinæ hordei, croci, omnia æquali pondere; trita distempera cum vitello ovorum, & cum oleo rosato hoc modo confecto. Tolle oleum & rosas cum rore suo, & mitte simul in puteum, aut in aquam vivam per viginti dies, postea tolle exinde, & pone ad solem undecim diebus, postea habeas ad umbram. Hoc oleum frigidissimum est, & si unxeris igneam febrem de hoc oleo, mitigat eam, & solet eam amputare. Hæc eadem febris si fuerit in autumno, curabitur, si diatessaron temperabitur cum vino, rubra & mulsa. Cibandi sunt talibus, ut est far, simila, & granum bene coctum, carnes pecudum, & pedes porcini, & gallinæ, vinum album & leve. In tempore hyemis, si fuerit cum typo, curabitur cum mulsa & hydrocopio, & rubra; & si sine typo fuerit, prolongabitur: lixopericum dabis cum aqua calida; cibos, carnes porcellorum, cerebella eorum, phasianos, & agrestia volatilia. Quòd si fuerit in tempore veris, curabitur potione rubra & rosata simplici, quæ recipit croci orientalis drach. j. tragacanthæ unc. j. succi liquiritiæ unc. j. seminis citru. melonis, ana unc. j. rosarum unc. iv. tempera cum melle rosaceo & aqua rosea.

Rhodosacchara ad idem.

Accipe rosarum albarum lib. j. minutatim incide rosas, & frica bene cum manibus ipsas cum saccharo, & pone in vase, & ligabis, ponasque ad solem sexaginta diebus, donec bene coquatur, & nocte auferes.

Diacidonion ad idem.

Coctana mundabis interiùs & exteriùs, & coques cum aqua bene; & in una libra pomorum pone duas libras sacchari, & iterum coques ad spissitudinem, postea addes pulveris sandali rubri & citrini, ana unc. s. spodii drach. vj. rosæ drach. x. seminis por-

tulacæ drachmas quatuor, ſucci liquiritiæ, ſucci rhu, tragacanthæ, ſeminis cucumeris, ana drach. duas, mannæ, caſiæ fiſtulæ, ana drach. vj. croci drach. ij. maſtiches drach. j. camphoræ drach. j. adde ſyrupi violati ſimplicis quod ſufficit. Cibos dabis, ſuccum oryzæ aut alicæ, jus gallinæ, &c. ſicut ſuperiùs dictum eſt.

De febre quartana cum typo.

Ad febrem quartanam cum typo, ſi fuerit in æſtate, ante horam acceſſionis dabis potionem muſam; ſi fuerit in hyeme, utantur potione diaſulfuris, & dialthææ unguento: de cibis, utantur rapis, porris coctis, & farre, & ciceribus: de carnibus, porcina, agnina, pedibus porcinis, gallinis: de pomis, malis cydoniis: de vino, neque levi, neque forti.

Ad duplicem quartanam.

Ad duplicem quartanam, adriano & panchreſto temperatis utantur cum balſamo. Quartana ſi fuerit tempore veris, curabitur potione Eſdræ mixta cum potione ſancti Pauli, & muſa ænea. Unctionem talem facimus: ſinapi ungimus dorſum ante unam horam acceſſionis: cibos autem calidos & ſtypticos damus, ut lepores, phaſianos, perdices, anates, anſeres: de leguminibus, granum bene coctum, cicer, fabam fractam: de oleribus, fœniculum, capita raparum, rutas agreſtes coctas: vinum rubrum & forte. In æſtate verò, ru. mixta cum theriaca mundiſſima cum vino temperata damus, & unguento marciato ungimus totum corpus ante unam horam acceſſionis, prope ignem, donec ſudet, & præterea horâ acceſſionis: cibos autem, ut ſuperiùs diximus. Si tempore autumni venerit, curabitur potione adriani & diacalaminthes, & trochiſcis probatis ad quartanam: petrolæum dabis ad bibendum: ungimus totum corpus antè & retrò dialthææ, & quotidie damus origanum ad bibendum, cibos verò ut ſuprà.

Vnguentum ad quartanam.

Recipe cinnamomi unc. ij. croci unc. j. myrrhæ, ſtyracis, ſagapeni, ana unc. v. laſeris unc. iv. gentianæ unc. ij. mellis quod ſufficit; da in modum lupini cum aqua calida.

Ad idem.

Oleo pulegino utere cum nepita, purgat ſtomachum & thoracem, cæteraque membra, ita ut priùs utatur commixtione ſancti Pauli, & calidarum potione, & confricetur totum corpus cum vino auſtero.

De febribus ephemeris.

Si naſcantur ex calore, utantur tenui balneo, & fomententur ex aqua calida & oleo, & bibant aquam frigidam, ut tenue vinum; & utantur frigida diæta, ſcilicet cucurbita, portulaca, malo martiano vel ſyriaco, vel ſucco mali granati: de carnibus, pipionibus, ſylvaticis volucribus. Si autem ex frigore fuerint, ungatur ſtomachus oleo maſtichino, quod recipit olei roſ. unc. ij. maſtiches drach. iij. coſti drach. j. rutæ viridis drach. ij. ſimul in oleo coquantur, & ex ea ungatur ſtomachus, & detur potio diatrion pipereon. Diæta: accipiant pecorinam carnem unius anni, & agninam, & pipiones domeſticos, & bibant vinum rubrum & ſubtile, & ferantur ad balneum calidum.

De ſynocha febre.

Si ex ſanguine fit, vel ex cholera rub. phlebotoma in prima die, vel ſecunda, aut ad ſummum in tertia die: ſi maſculus fuerit, in dextro; ſi fœmina, in ſiniſtro. Si ventrem habuerit conſtrictum, clyſterizabis ita. Accipe ſuccum cantabri & malvas tunſas, coquantur cum oleo, deinde colato per linteum, & utere. Si autem deſideraverit balneum, concede illi, & utatur fomento ex calida & oleo. Diæta utatur tali: ſucco ptiſſanæ, & farre molli, & malis martianis & ſyriacis, & pane in aqua.

De homotono.

Potionem roſatam ſuperiùs ſcriptam teneat ſub lingua uſque dum liqueſcat, & ſalivam ejus glutiat. Unctionem talem facimus: oleo roſeo frequenter ungimus caput & præcordia. Epithema tale facimus: Recipe croci orientalis unc. ſ. maſtiches, olibani, ana unc. j. ovorum aſſorum vitelli quantum tibi videtur; confice cum oleo roſeo & pauco aceti, ſuper præcordia ponas.

Item alia unctio.

Oleum roſeum cum portulacæ ſucco, aut cum ſucco verbenæ, aut cum ſucco cucurbitæ, ſuper præcordia pone. Diætam talem damus: Succum alicæ, & ſuccum orizæ: à vino abſtineat, ſed mulſam Atticam damus.

Ad idem.

Si ventrem conſtrictum habuerit, clyſterizabis cum ſucco cantabri; aut bibat pſyllium in tribus aquis lotum, & utatur mali granati ſucco, & malis, & pyris, & ſorbis maturis; & ungatur unctione quæ recipit ſucci ſempervivæ, ſucci portulacæ, ſucci raſuræ cucurbitæ, olei roſ. ana drach. j. ungatur ex his totum caput, præter loca ubi cerebrum eſt. Epithemate utantur ut ſuprà.

De cauſo.

Cauſus naſcitur ex cholera rubra nimirum ſicca circa ſubtiliores venas hepatis; quæ his ſignis cognoſcitur: & ſitis & inſomnietas eſt magna, & alienatio proſequitur, & ſurditas, aut muti fiunt: quando hæc ſigna ante triduum habuerint quàm febris fiat, dolor capitis ſentitur, & buccinæ aurium, ipſe dolor cum forti ictu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida potione; & frigida adjutoria neceſſaria ſunt his, quæ ſuprà diximus. Evacuetur autem humor cholericus, extinguatur, diſſolvatur per ſudorem, aut per vomitum, aut per ventris ſolutionem. Certiſſimè autem extinguitur, ſi biberit aquam multam & nimis frigidam: etiam hydromeli bibat; aut lavacrum intret ut ſudet, ſed non deſcendat in ſolium, nec diutius moretur. De eſcis verò nihil niſi ptiſſanam manducet.

CAPUT XL.

De nephritica paſſione.

AD nephriticam paſſionem ſi fuerit ex cholera rubra in dextro latere, detur ei muſa, vel juſtinum minus, poſt elixaturam apii & fœniculi, quæ conficiatur ex corticibus eorum in aqua coctis. Si fuerit in ſiniſtro latere, ex phlegmate cholera nigra, detur antè adrianum, & juſtinum majus, cum decoctione apii, & petroſelini Macedonici. Si fuerit ſine febre, vinum bibat; ſi fuerit cum febre, aquam. Et utantur emplaſtro ceronio, & fomententur cum aqua calida, & ſuccum creſcionis per ſe bibant. Diæta verò, omnia calida & levia; & utantur creſcionibus, & alexandris, & urticis, petroſelinis, & apio, & aſparagis: de carnibus, porcina, agnina, hœdina; de volatilibus, phaſianis, perdici-

bus, turdis, ficedulis; de leguminibus, cicere; de piscibus, nullatenus; de vino, claro & rubro utantur.

CAPUT XLI.

De pleuritide.

SI fuerit ex sanguine, & spuerit sanguinem, phlebotomia de brachio ejusdem partis, & cozumbrum coctum in patella cum melle plagellæ imponatur ita, ut refrigerata altera calida imponatur. Si fuerit cholera rubra, utatur electuario, quod recipit amygdalarum unc. ij. pineæ mundatæ unc. ij. gummi Saracenici unc. j. tragacanthi albi vel rubri unciam j. seminis citruli, melonis, cucurbitæ mundatorum, ana unc. j. tempera cum decoctione epithymi: amygdalæ purgatæ terantur, & ex succo aqua inficiatur, & ita bibat. Si ex phlegmate fuerit, accipiat pilulas ex sagapeno factas, & bibat decoctionem hyssopi cum aqua, vel pulvere facto de caprifico cocto in pice, in modum emplastri utatur. Diæta verò sit pultes, far molle, & amygdalæ, & bibat aquam eorum.

CAPUT XLII.

De phrenitide.

PHrenitis si fuerit tempore veris, curabitur sic. Venam, quæ in medio fronte est, post septem dies tangimus; & eos sternutare facimus cum melle albo, & euphorbii pulvere; qui si sternutaverint, bonum. Unctionem facimus talem: Oleo roseo, vel oleo violato frontem & præcordia ungimus, & sæpius faciem ejus aquâ frigidâ irrigamus, ut non dormiat. Si fuerit tempore æstatis, ungimus præcordia ejus cum oleo rosaceo & succo sempervivæ.

Antidotum Basilii hermitritæis omnibus.

Recipe costi, carpobalsami, celticæ, gariophyllorum, ana drach. j. croci scrup. nardostachyos, meliloti, ana scrup. ij. casiæ fistulæ, sempervivi foliorum, ana unc. ij. mellis lib. j. aquæ lib. j. & s. aut ij. tere & infunde.

Cataplasma ad omnes febres.

Recipe lini semen, hordeum, fœnumgræcum, absinthium, anethum, apium, petroselinum, libysticum & lupinos, ex supradictis farinâ factâ mittas in oleum desuper aut axungiam veterem, & facto ita cataplasmate, induc in linteolo, & calidum super stomachum impone, omnibus diebus mutando & calefaciendo.

CAPUT XLIII.

De diebus timendis.

QUisquis prima die cujusque mensis in infirmitatem ceciderit, sequens tertia dies est timenda; quam si transierit, usque ad triginta dies evadet. Qui verò secunda die deciderit, decima quarta timenda est; quam si transierit, diu evadet, licèt ægrotans. Qui autem tertia die deciderit, sine molestia liberabitur in proximo. Et qui in quarta die inciderit in infirmitatem, graviter usque ad decimam octavam diem infirmus erit, sed evadet. Quinta die ægrotans, licèt graviter patiatur, evadet. Sexta die decidens, licèt sanari videatur, quinta tamen die alterius mensis morietur. Qui septima die deciderit, absque molestia liberabitur. Octava die ægrotans, si non fuerit factus sanus usque ad decimam quintam diem, morietur. Nona die ægrotans, quamvis cum summa molestia, evadet. Decima die qui deciderit, proculdubio morietur. Undecima die qui deciderit, in proximo liberabitur. Duodecima die qui deciderit, nisi liberatus fuerit in decima quinta die, morietur. Tertiadecima die qui deciderit, infirmus erit usque ad decimamoctavam; quam si transierit, evadet. Quartadecima die si quis deciderit, manebit usque ad decimam quintam diem, & sic evadet. Quintadecima die si quis deciderit, nisi intra novemdecim dies convaluerit, morietur. Sextadecima die si quis deciderit, licèt per vigintiocto dies molestetur, tamen liberabitur. Decimaseptima die decidens infirmus usque ad octodecim dies, evadet. Decimaoctava die decidens, subitò sanabitur. Decimanona die decidens, evadet similiter. Vigesima die decidens, quinque diebus evadet, sed tamen sequenti mense morietur. Vigesimaprima die ægrotans, nisi periculum mortis incurrerit, intra decem dies alterius mensis liberatur. Vigesima secunda die decidens, licèt decem diebus patiatur graviter, liberabitur. Vigesima tertia die decidens, quamvis cum molestia, altero mense liberabitur. Vigesima quarta die decidens ægrotans, trigesima sexta die quasi liberabitur, attamen mense sequenti morietur. Vigesima quinta die decidens, licèt aliquantulum patiatur, evadet. Vigesima sexta die decidens non morietur. Vigesima septima die decidens, licet usque ad exitum patiatur, tamen in altero mense liberabitur. Vigesima octava die decidenti mors minatur. Vigesima nona die decidens ægrotans, paulatim altero mense liberabitur. Trigesima die infirmus utrùm evadat, dubium est. Similiter qui trigesima prima die ægrotaverit, utrùm evadat, ignoratur.

CAPUT XLIV.

De urina & pulsu.

QUoniam & causarum omnium, & nonnullarum dimensiones, atque imminentis spiritus prævidere difficile est, urinæ diversitates & varios pulsus arguto stylo conscripsi, ne confusa ratione medicinæ, vel ordinata quærenti pernoscere fecissem errorem.

De pulsu & urina in febribus ephemeris.

Ephemeræ febris pulsus est simplex, non valde inæqualis, aut sordidus, aut difficilis; quarum ex urina, si guttatim fuerit egressa, patiens dolorem capitis senserit, hæmorrhoïdas scias esse venturas. Si verò ex animi ægritudine, i. tristitia aut cupiditate, febris nata fuerit, pulsus ejus est lassus, tenuis in principio, ita ut putes eum multis temporibus ex longinqua infirmitate ægrotasse: urina in his rufior invenitur, quàm in cæteris ephemeris febribus. Si autem ex iracundia ægritudo nota fuerit, & febris fuerit in magnitudine & in nimietate, pulsus fit non minuens atque desinens. Sicut in iis, qui ex tristitiis & vigiliis atque cogitationibus laborant, urina crocea est & ignea, & extra consuetudinem cholerica evenit cum morsu veretri exiens. Nam qui ex multo labore sudantes deficiunt & frigescunt, pulsus eorum mitior invenitur & lassior, urina viridis & turbulenta apparet: quæ si subitò asperitatem, & rubei vini co-

lorem assumpserit, & calor defecerit; aut si fuerit versa in album colorem, aut dolorem articulorum aut aurium, nunciat apostema, id est parotidas. Quòd si cholera supradicta urina abundans fuerit, & non supradictum dolorem habuerit, ejus ægritudinis solutionem ostendit futuram. Urina alba & spissa bonam significat sanitatem, si tamen capitis dolor non fuerit. Si autem talis coloris urina in initio ægritudinis venerit, contractionem corporis futuram denunciat. Illi verò qui nimia fatigatione fuerint lassi, pulsum habent majorem & lassiorem, in hisque urina rubra est & candida. Quibus verò indigestio ciborum febrem attulerit, pulsus eorum labentior & mitior ictu, & procedente tempore acrior fit; urina verò eorum multùm rubra est. Quibus inguinum dolor febrem moverit, pulsus est maximus, & grandis ictu, & velox atque spissus, urina his subalbido colore apparet, & communis, ut in cæteris ephemeris.

De pulsu, & urina causi, synochi & synochæ.

Causus & synochus, hi ambo habent pulsum synochæ consimilem, non horarum declinationes similes; quibus si lingua fuerit arida, & vomitus cholericus, & urina lucida, mors significatur. Urina crocea & turbulenta cum nebulis non bonis, & pluribus diebus in eis non egesta, aut longinquam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Urina crocea, si guttatim stillando fuerit egesta, ventris constrictionem malam cum animi turbatione & angustia ostendit. Urina alba & aquosa in augmento morbi, aut in statu veniens, laborem corporis cum frigore, & maciem nunciat futuram: si verò pinguis fuerit, mortem significat. Urina similis spermati hominis, imminentia nunciat. Urina viridis critico die immutata, mortem ostendit. Urina viridis, si se mutaverit in album aut aquosum colorem, typicam ægritudinem venturam significat. Urina æruginosa stranguriam significat. Vrina nigra & tenuis cum nebulis, phrenitim ostendit, maximè si odor vitiosus fuerit ei: quibus autem fluxus sanguinis ex naribus venerit, solutionem ejus morbi statim fore significat. Vrina æruginosum habens colorem, spasmum significat. Vrina nigra & tenuis, cum aurium obtusione & insomnia, & in se nebulam habens, tempus longum ejus morbi nunciat, & sanguinis fluxum imminere ostendit. Vrina sanguinea cum dolore capitis & hypochondrii dextræ partis, statim subitaneam mortem significat. Vrina pinguis sine febre senibus eveniens, apoplexiam facit: quæ cùm soluta fuerit, caliginem oculorum citò transeuntem, & delectationem cibi ostendit. Vrina turbulenta, & non varia, crisim cum dolore aliquo venturam ostendit.

De pulsu & urina in homotono, epacmastico & paracmastico.

Homotonus pulsum habet gravem, spissum & sordidum: acmasticus verò pulsum habet vigentem & sordidum, sine intermissione: quibus gravis est per singulos dies & horas, febris augmentatur, nullo statu vel declinatione interveniente, urina rufa in his invenitur. Paracmasticus autem in secundo vel tertio die cum declinatione, pulsum tenet mitiorem, quamvis in principio vehemens fuerit. In his ergo omnibus præscriptis passionibus si urina fuerit colore livida, & tenuis constitutione, phrenitin futuram denunciat, quam longo tempore protrahi significat. Vrina colore alba, & constitutione tenuis, cum nebulis non bonis, renum & dolorem & indignationem significat: si in bono colore, & in die critico conversa fuerit, certum discussionis tempus denunciat: si verò ex bono colore in malum die critico conversa fuerit, futuram mortem ostendit. Vrina cholerico colore, nebulam albam habens, & furfures supernatantes, aut longam ægritudinem, aut mortem significat. Vrina tenuis cum nebulis non bonis, phrenitin, sive mortem, aut spasmum significat. Vrina alba si se mutaverit, apostema celeriùs venturum scias. Vrina turbulenta, & tardiùs residens, maximè si sanitas interaneorum fuerit, & per multos dies perseveraverit, & non se mutaverit, pro certo scias acutas febres in tertianam converti. Vrina subalbida, & spumosa, aut rufa, etsi ex cholerico humore ipsa ægritudo nata fuerit, mortem significat; quòd si eo tempore sanguis de naribus fluxerit aquosus subitò & à solito abundans, & tenuem se urina fecerit, & diu perseverans non se mutaverit, frigus subitaneum demonstrat venire; pro quo frigore fit ægritudinis solutio non bona. Vrina cum sudore si in febrium augmento fuerit, & abundantia urinæ fuerit, mortem citò venturam nunciat. Vrina rubra & spissa modo supradicto, mortem citò futuram significat. Vrina rubra & spissa, si fuerit egesta frequentiùs, & si dolor capitis vel scapularum affuerit, & auditum patiens obtusum habuerit, & hypochondriorum dolorem senserit, futuram phrenitin denuntiat: quòd si infra septem dies soluta fuerit, ictericum facit; & si non fuerit soluta, & in macronoxiam venerit, & nebulæ non bonæ in eadem fuerint, ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba & aquosa, & nebulam bonam habens, & cum odore bono egesta, supradictam phrenitin expurgat. Vrina lactea, si in initio morbi juvenibus evenerit, non bonum significat. Vrina alba, spumosa, & nebulosa, non bonum significat: & si in critico die, aut post criticum diem supervenerit, solutionem morbi ostendit. Vrina nigra cum sudore, non bona signa imminere ostendit. Vrina pulverulenta, & maximè si frigus & lippitudo oculorum fuerit, & caligo, & superiores partes in sudorem veniant, venturum spasmum denunciat: quòd si se supradicta urina abstinuerit, & dolor capitis cum sudore corporis fuerit, spasmum statim venturum ostendit. Vrina non bonum colorem habens, & si non fuerit digesta, vel constitutionem urinæ animalis similem habuerit, & missa in calice citò resederit, & amens patiens fuerit, & insomniam senserit, spasmum significat aut mortem. Vrina sine nebula turbulenta, non bonum significat. Vrina nigra aut livida non sine periculo erit. Vrina crocea & spissa, laborem, & dolorem & gravedinem in hoc morbo, sive mortem ostendit. Vrina tenuis, maximè si dolor capitis & scapularum, & insomnia fuerit, phrenitin, & paracopen, & dementiam sive cardiacam significat. Mulieribus tamen hoc tale signum mortem significat. Vrina tenuis, in critico die si aspera facta fuerit, statim sudorem venturum demonstrat. Vrina suprascripta post crisim si se mutaverit, ejus febris fiet repetitio. Vrina spissa & cholerica, si fuerit in augmento febris, mortem significat. Vrina nigra, per varios colores frequenter mutata, cum nebulis non bonis, & velut concisis & separatis, & frequenter in nigrum colorem conversa phrenitin cum morte significat. Vrina nigra & lucida, cum sudore & dolore hypochondriorum, mortem nunciat. Vrina tenuis, & boni coloris, frequens, & multa egesta, macronoxiam & solutionem morbi ostendit: sed apostema scias esse futurum, & per ventris solutionem, morbi crisim demonstrari. Vrina alba, & turbulenta, & non composita, aliquem dolorem cum periculo nunciat. Vrina nigra & spissa, non boni coloris, si multus vesicæ dolor fuerit, mortem significat. Vrina nigra, & tenuis, & æstuosa, si æstuatio fuerit cum fastidio, & si turbatum sensum patiens habuerit, & non rectè intelligat, & loquatur, aut malefactio non defuerit, mortem ostendit. Vrina

quæ velut florem vini supernatantem habuerit, phrenitin aut paracopen venturam ostendit. Vrina valde lucida phrenitin venturam ostendit.

De quartanæ febris pulsu & urina.

Quartana febris in initio pulsum rarum & segnem facit, & in alto positum: declinante autem passione, invenitur pulsus lassus, sordidus & segnis. Cui causæ tempore accidente frigido, minuitur plus accenso calore. Vrina in his mixto calore apparet maximè pallida, vel fusca & indigesta videtur.

De tertianæ febris pulsu & urina.

Tertianariis pulsus est ingens, citatus, vehemens, creber. Vrina in eis crocea, aut satis rubra, quasi sanguinea videtur.

De quotidianæ febris pulsu & urina.

Quotidianis febribus pulsus est minor quàm quartanæ: urina eorum candida apparet, aut spissa, aut turbulenta. Vrina alba, si longo tempore perseveraverit, frigora solvit. Memineris autem quantò quartanariorum pulsus à tertianariis minor est, tanto quotidianorum à quartanariis inferiorem esse. Vrina nigra quartanam nunciat. Vrina cum nebulis scissis macronoxiam significat. Vrinas nebulas cholericas habens, in morbum acutum transire nunciat. Vrina quæ velut rasuram habuerit, & arenam, & in nebulis quasi sanguinem, syntaxin renum, id est colliquationem ostendit. Vrina phlegmatica, si apparuerit sicut Sol in lympidis coloribus, indignationem renum denunciat. Vrina alba, si se subitò in malum colorem mutaverit, proximam nunciat mortem. Vrina tenuis, si post crisim venerit, & longo tempore perseveraverit, repetitio cujuslibet morbi fiet. Vrina tenuis, si in malum colorem se post crisim mutaverit, & ii qui patiuntur, prima ætate fuerint, contractionem corporis significat. Vrina aspera, si post crisim fuerit, in eandem febrem reintegrari demonstrat ægrotum.

De dolentium caput pulsu & urina.

Caput dolentibus si urina livida fuerit, augmentum significat. Vrina rufa ut superior demonstrat; quibus si sanguis de naribus fluxerit, hujus doloris fiet solutio.

De synanchicorum pulsu.

Synanchisis pulsus est parvus, velox & densus; qui quando ad periculum veniunt, sine pulsu sunt.

De cardiacorum pulsu & urina.

Cardiacis pulsus est parvus & densus. Quibus imminenti periculo pulsus fit catoryctus, id est defossus vel deciduus; & quando creverit, quasi jaculum contrahitur, & fit velox, & parvus, & minùs clarus, & inanis, & velut creber: ac ubi cœperit crebrescere passio, incipit vibrans esse, non clarus cum tremore & formicatione, incognitus, & se subducens. At ubi cœperit gravari, pulsus fit densior, & pòst defectior: quibus velut inclusus esse sentitur, quod est pessimum signum. Quæ quando ad melius venerit, pulsus invenitur exaltatus, & bene dispositus, & levis ictus. Vrina eorum alba, & aquosa, cum nebulis albis, eorum ægritudinis solutionem ostendit. Vrina in eis spissa quando fuerit, quæ spissitudo si velut scissa apparet, paralysin significat.

De pleuriticorum pulsu & urina.

Pleuriticorum pulsus est spissus: quæ passio quando fuerit gravior, pulsus plus conspissatur, & fit velox, & validus, & veluti fluctuans, & inspicientium digitis velut ungues sentitur. Quando autem ad peripneumoniam convertitur, pulsus fit spissior quàm supradictus. Vrina tenuis & sániosa, A si in initio ægritudinis venerit, & per multos dies manserit, phrenitin futuram nunciat, maximè si eis tussis sicca, & insomnia fuerit: quibus si sanguis narium, & plurimus dolor venerit, solutionem ægritudinis hujus futuram nunciat. Vrina pinguis & rufa mortem futuram ostendit: alba & sublivida mortem demonstrat. Vrina tenuis, habens veluti limum lividum, indigestionem aut mortem nunciat.

De peripneumonicorum pulsu & urina.

Peripneumonicis pulsus est validus & spissus. B Qui quando ad periculum venerint, pulsus fit tardus, & veluti non comparens, & formicans. Vrina eorum nigra, cum variis nebulis, mortem futuram ostendit. Vrina sanguinea cum nebulis supradictis, vitæ periculum nunciat. Vrina indigesta initio & ante crisim, significat mortem futuram.

De cachecticorum & phthisicorum pulsu.

Cachecticis & phthisicis pulsus est lassior, & talis morituris imminenter efficitur.

De dysentiricorum & iliacorum pulsu.

Dysentericis & iliacis est pulsus lassus, minùs tamen C quàm cachecticis: quibus si cum singultatione pulsus fuerit, mortem futuram ostendit.

De hepaticorum urina.

Hepaticorum urina alba, & spissa, & plurimùm egesta, sanitatem promittit. Vrina sanguinea, mortifera est. Vrina nigra, & turbulenta, & velut capillosa, & aliquid rasuræ habens, mortem significat.

De spleniticorum urina.

Spleniticorum urina rufa vel nigra, intemperata & tenuis, periculum venturum ostendit. Vrina lucida nimis bonum signum significat: quæ si cum nebulis fuerit, quasi conglobatione instanti, bona im- D minentia ostendit.

De ictericorum urina.

Ictericorum urina intemperata etiam ut suprà, protractionem in longum tempus significat. Vrina rufa & spissa, plurimùm egesta, & solutionem ventris promittit.

De hydropicorum urina.

Hydropicorum urina intemperata, & pauca, & rufa quando fuerit, mortem annunciat.

De iliacorum pulsu.

Qui dolorem ilium patiuntur, illis pulsus est E densus: & si ad periculum veniunt, fit eis pulsus mitior.

De eorum qui in renibus patiuntur, pulsu.

Iis qui in renibus patiuntur, pulsus pigrior in una manu, major ac vehemens, plenus, vel siccus, aut celer invenitur: in altera verò manu pulsus invenitur parvus, aut imbecillis, aut inanis, dispari tempore tempore respondens.

De nephriticorum pulsu & urina.

Nephriticorum pulsus lassus. Vrina in his rufa si fuerit, non bonum significat, si causa in pejus protrahit. Vrina in his spissa, & color velut sperma hominis, mortem significat. Vrina vinosa augmentum F doloris significat.

De apostematum pulsu.

Qui eruptionem patiuntur apostematum, iis pulsus est spissus, qui neque in declinatione, neque in augmento mutatur.

De ulceris renum urina.

Iis qui renum ulcerationem habent, urina spissa apparet, habens velut carnes supernatantes, nimium dolorem ventris significat.

De scabiei vesicæ urina.

Scabiem in vesica habentibus urina si spissa appa-

ret

ret cum furfuribus supernatantibus, dolorem futurum ostendit. Vrina saniosa, & plurimùm egesta, & velut coagulata, aut aliquam eruptionem in renibus, aut initium calculi in proximo venturum ostendit.

De ischiadicorum urina.

Ischiadicorum urina sanguinea, & tenuis, & intemperata, in dolorem si venerit, acriorem dolorem venturum ostendit.

De arthriticorum urina.

Arthriticorum urina sanguinea & tenuis, nimios dolores venturos indicat. Vrina rubra & nebulosa, dolorem cessare significat.

De opisthotonicorum & emprosthotonicorum pulsu.

Opisthotonicis & emprosthotonicis pulsus est in tenuitate deductus.

De cognitione urinarum variarum.

In omnibus his infirmitatibus, id est phthisi, hydrope, apoplexia, epilepsia, peripneumonia, paralysi, cholica, dysenteria, si urina rubra fuerit, mortem significat. In phrenitica verò, vel pleuritica, synocha, causo, tertiana, si urina alba fuerit aut sublivida, mortem significat. Vrina alba sine febribus, in masculis sive fœminis, dolorem laterum, & aliquando renum significat, & prægnantem fœminam significat aliquantulum. Vrina asterica, id est habens quasi stellas, ubi fœmina est, multum dolorem stomachi, gravitatemve capitis; masculis, scapularum dolorem significat. Vrina, si superiùs claritatem habuerit, & inferiùs nebulosa & sublivida fuerit, dolorem renum significat, & coxæ, & genu, & superiùs stomachi. Vrina, si superiùs fuerit subnigra, & plena, & inferiùs claritatem habuerit, inferiùs dolorem renum, & superiùs gravitatem capitis, obturationem aurium & narium significat, quod fumus stomachi facit. Vrina alba & nuda in omnibus, debilitatem & frigiditatem significat corporis. Vrina alba, & pinguedinosa, vel jumentina, dolorem renum significat, & vesicæ & capitis aliquantulum. Qui sæpius ad urinam vadit, infrigidationem vesicæ significat. Qui patitur vitium hepatis, urinam rubram & obscuram habet. Vrina pulmonis pinguedinosa & alba, peripneumoniam significat. Si urina spumosa superiùs fuerit, significat stomachi ventositatem, & aliquando desiderium veneris, & tussim, & frigiditatem.

De febrium majorum urina.

Vrina quasi ignea significat tertianam. Vrina sanguinea synochum causon significat. Vrina sanguinea & obscura causon significat. Vrina de pleuritide quasi fæx est: juvenes rarò moriuntur inde, & senes rarò evadunt; sed qui quarta die solutionem habuerint, non evadunt. Vrina in febribus rosea & obscura, phrenitin significat: de synocho enim incidit homo in phrenitin. Si fœmina habuerit urinam velut jumento similem, dolorem vulvæ seu matricis, & febrem significat.

Cura fœminarum hæc est.

Si doluerit vulva, post balneum accipiat trypheram magnam, & serò mittat scrup. ij. de eadem in vulva.

CAPUT XLV.

De vulneribus sanandis, & aliis.

Recipe pilosellam pro ulcere, salviam pro paralysi, violam pro dolore, agrimoniam ad curan-

A dum, hederam terrestrem ad sanandum, melangiam ad aperiendum, opopanacem ne contrarii sint cibi, tenericulam pro pleuritide, dictamum etiam, quæ etiam irrationalibus subvenit, morsus serpentum curat; betonicam pro febre, quinquefolia pro expellendo sanguine vel pure, ad constringendum plantaginem, ad consolidandum consolidam, ejectâ pilosellâ & melangiâ.

Mixtura perfectissima ad plagam.

Recipe buglum, id est herbam venti, major. id est consolidam m. fœniculum, peplium, vel pimpinel- B lam pindemontis.

Emplastrum ad vomitum restringendum.

Recipe mastiches, cimini, ana unciam j. baccarum lauri unciam j. tere, & cum succo rutæ collige, & super stomachum pone, & miraberis effectum.

Ad idem.

Recipe zingiberis uncias tres, pinse, confice cum melle, in stomacho pone, statim stringit.

Emplastrum ad febrem.

Tolle radices rafani, & frige cum melle, & fac inde tentam, & mitte intus: postea tolle agrimoniam, C & pinse, & fac emplastrum, & superpone. Si vis scrofulas absque plaga curare, pone super eas corticem nucis valde pinsitam; & post duos vel tres dies aufer, & pone ibidem nepitam herbam, tunsam, & post tres dies tolle, & impone sanguisugas, & sanabitur.

Emplastrum barbarum, quod facit ad omnia vulnera recentia; propriè autem ad nervorum & musculorum contusiones, & luxata intumescere non patitur, articulos incisos jungit, & omnium hominum periculosissima sanat mirificè; interius priùs injectum postea D *extrà appositum, plagas veteres & fistulas sanat & consolidat.*

Recipe ceræ, resinæ frixæ, picis frixæ, bituminis, omnium ana uncias quatuor, opopanacis, aluminis, & vitreoli, croci, gallæ omphacinæ, olei veteris, ana uncias duas, cerusæ, mannæ, thuris, aluminis scissi, æruginis campanæ, omnium ana uncias quatuor, confice sic: Pulverem terendorum cum sufficienti aceto in mortario sine intermissione tere, solubilia cum oleo & cera soluta medicamini adde, & sufficienter commisce; quando autem commixtum fuerit, composi- E tis magdaliunculis conde, & usui reserva.

Ad ficum.

Pulverem radicis philipendulæ, id est sisalidos, dabis patienti interiùs, & exteriùs superpone.

Medicamen ad dolorem dentium.

Succo hederæ terraneæ, aut herbæ in aure misso, in ea parte qua dolor est, statim mitigatur dolor.

Ad idem.

Senecionis succus in aure ejusdem partis missus mirabiliter tollit dolorem.

Ad idem.

F Succus herbæ calendulæ per nares ejus partis missus quæ dolet, dentes putridos excutit, & dolorem sedat.

Fumigium ad destillationem vulvæ, & ad rheumatismum.

Recipe styracis, ficuum pinguium, florum amygdalarum, hyoscyami seminis, omnium quatuor uncias septem, fac sic: Hæc omnia trita, in pulverem redacta, cum ficubus & styrace diu terendo commisce, & in trochiscos informa; quandoque opus fuerit, positos super carbones lentisci, ut trajectorium superimpone, & patiens ore aperto fumum accipiat,

donec sustinere prævalet; & hoc ter in die faciat, mane, & meridie, & vespere; & interpositis tribus diebus aut quinque, iterum atque iterum faciat, donec sanus erit. Accipe auripigmentum, & diu tere, ut multùm tenuis pulvis inde fiat, & album ovi, & misce cum prædicto pulvere; quibus bene mixtis, accipe pannum subtilissimum, & infice in illo mixto, ita quòd totum absorbeatur ab illo panno; postea pone ad Solem, ut bene siccetur; postea incide pannum, & recipe frusta ad minus demum usque ad novem dies: ponat unum frustum super prunas positas in tegula, & inveniat infundibulum, mittatque super pannum, fumum qui inde exhalaverit, per cannellam infundibuli in ore recipiat.

Ad guttam probatissimum experimentum.

Accipe cornu cervi, & incide per partes, quas incisas pone in lebete cum vino albo, & tandiu fac bullire, quòd solummodo sexta pars vini remaneat; & sic cornu projice, & vinum in pyxide repone, quod coagulabitur, & de illo loca dolentia perunge.

Ad idem.

Accipe novem folia lauri, & pone unum in veru, postea lardi frustum, & sic facias pro unoquoque folio unum frustum lardi: quibus positis accende, & guttas lardi in paropside collige, & loca dolentia perunge.

Ad ficcum destruendum.

Accipe pulverem herbæ capilli veneris, & cepæ, & aristolochiæ rotundæ, appone super ipsum, & sine dubio destruitur.

Ad hominem loqui impotentem propter phrenetin.

Accipe lapillum de oche, & bene tere, & pulverem cum aqua tepida tribue, & sine dubio liberabitur.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΠΕΠΑΓΟΜΕΝΟΥ,

ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΟΔΑΓΡΑΣ.

DOCTISIMI ET DISERTISSIMI VIRI DOMINI

DEMETRII PEPAGOMENI LIBER DE PODAGRA.

A

Procemium ad ejus rei declarationem.

CUM mihi pro imperio præstantissimus & sanctissimus dominus & Imperator noster injunxit, ut scriptis mandarem de podagra quid sentirem, & differerem quid facto esset opus, tum in victu, tum in medicamentis, tum his quæ imponuntur, ut caveretur ista valetudo: & morbo commisso, itidem ostenderem quibus modis profligaretur, in prima tentatiuncula valetudinis, in incre- B mento, vigore, declinatione: hisque de rebus omnibus diligenter & accuratè pro captu meo explicarem: sanè par erat, ut ne quid ista de re in totum scribere tentarem, cùm tam multi veteres & maximi Medici perdiligenter & copiosè de ea perscripserint, præsertim ad Imperatorem talem, qui amplissima admirabilique & verissima scientia præditus est, atque adeò quam hac in re, nemo, ut mihi quidem videtur, pro eo ac meretur, oratione explicare possit, cùm omnes hujus ætatis præclara ejus ista imperatoria scientia inferiores esse videantur: C in tanta alioqui egregiorum apud eum & optimorum Medicorum copia. Cùm itaque talis Princeps planè intelligeret intelligentiæ & ingenii mei vim perexiguam esse, nec facilè me rem tantam aggressurum esse, mihi imperavit ut hoc mandatum explerem, ut qui quantum facere potuissem, ipsius naturam penitus comprehendissem: ut diu multúmque recusare non potuerim, cùm præsertim scirem, quæ maximus omnium magister Hippocrates dicat: *Naturæ à naturis multùm differunt, & à locis loca.* D Oportet igitur Medicum, ut communem omnium naturam cognoscere, sic & propriam cujusque compertam habere, atque adeò occasionis & loci, tametsi difficile istud est & operosum. Ac rursum idem, *Ob occasionis*, inquit, *celeritatem sæpenumero errare fallique video, non solùm quoslibet, verùm etiam præstantissimos Medicos.* Et eximius ille Galenus: *Fieri non potest*, inquit, *ut curet is qui privatam suamque cujusque hominis naturam ignorat: nam in omni curatione cognosci debet qualitas, & quantitas, & occasio, & natura, ratioque utendi.* Quoniam igitur sacratissimus

Εἰς διασάφησιν προοίμιον.

ΕΠΕΙ ὥρισέ πρός με ὁ κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν αὐθέντης καὶ βασιλεὺς, ἵνα ἐγγράφως παραδηλώσω περὶ τῆς ποδάγρας νόσου, καὶ διαγνώσωμαι πόσα δεῖ ποιεῖν προφυλακῆς χάριν τῆς τοιαύτης νόσου, διά τε διαίτης, φαρμάκων τε, καὶ ἐπιθεμάτων τοῦ πάθους δὲ γινομένου, ὡσαύτως παραδηλώσω, ὅσα χρὴ ποιεῖν κατ' αὐτοῦ εἴς τε τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ νοσήματος, ἀνάβασιν, ἀκμήν τε, καὶ παρακμήν· καὶ περὶ πάντων τούτων, κατὰ τὴν τῆς ἐμῆς διαγνώσεως δύναμιν, ἐπιμελῶς δηλώσω· ἔδει μὲν ἔδει, μὴ κατατολμῆσαι ὅλως περὶ τούτου γράψαι, τοσούτων ἰατρῶν ἀρχαίων τε καὶ μεγίστων, ἀκριβῶς καὶ κατὰ πλάτος γραψάντων· καὶ ταῦτα εἰς βασιλέα τοιοῦτον, μεγίστην ἔχοντα καὶ θαυμασιωτάτην καὶ ἀληθῆ διάγνωσιν, καὶ εἰς ταῦτα ἣν ἂν οὐδεὶς δυνηθείη ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ἐγγράφως κατ' ἀξίαν δηλῶσαι, καὶ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, πάντων ὑποδεεστέρων φαινομένων τῶν καθ' ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ βασιλικῆς γνώσεως· καὶ ταῦτα ἰατρῶν παρ' αὐτῷ ὄντων κρειττόνων καὶ ἀρίστων, καὶ οὐκ ὀλίγων. ἐπεὶ γοῦν τοιοῦτός γε ὢν, εἶδε πάντως καὶ τὴν τῆς ἐμῆς διαγνώσεως δύναμιν ἀσθενῆ τε οὖσαν, καὶ πρὸς πρᾶγμα τοσοῦτον ῥᾳδίως μὴ ἐπιβάλλουσαν, προσέταξε δέ μοι τουτὶ τὸ ἐπίταγμα ἐκπληρῶσαι, ὡς τὴν φύσιν αὐτοῦ καταστοχασαμένῳ, εἰς ὅσον ἔνεστί μοι· πρὸς ὃ καὶ ἀντιλέγειν οὐκ εἶχον ἐπιπολὺ, ἄλλως τ' εἰδὼς καὶ ἃ ὁ μέγιστος πάντων καὶ ἡγεμὼν Ἱπποκράτης φησὶ, φύσιες φυσίων μέγα διαφέρουσι, καὶ χωρία χωρίων. δεῖ δὴ τὸν ἰατρὸν, ὥσπερ τὴν κοινὴν ἁπάντων φύσιν γινώσκειν, οὕτω καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου, καὶ τὴν τοῦ καιροῦ, καὶ τοῦ τόπου, εἰ καὶ δυσχερὲς τοῦτο καὶ δύσκολον. καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι· διὰ τὴν τοῦ καιροῦ ὀξύτητα σφαλλομένους πολλάκις ὁρῶ, οὐ τοὺς τυχόντας μόνους, ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς ἀρίστους ἰατρούς. καὶ ὁ θαυμαστὸς Γαληνὸς, ἀδύνατόν ἐστι, φάσκει, θεραπεῦσαι τὸν ἀγνοοῦντα τὰς κατὰ μέρος φύσεις τῶν ἀνθρώπων· ἐπὶ πάσης γὰρ θεραπείας, χρεία ἐστὶν εἰδέναι καὶ ποσοῦ, καὶ ποιοῦ, καὶ καιροῦ, καὶ φύσεως, καὶ τρόπου χρήσεως. ἐπεὶ τοίνυν ἐκέλευσε μὲν ὁ θειότατος

βασιλεὺς, εἰμὶ δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν τοῦ κρατίστου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ τὴν κρᾶσιν, καὶ ἰδιότητα κατὰ τὸ δυνατὸν εἰδὼς, διὰ τὸ μὴ πρὸς ὀλίγον καιρὸν συνεῖναι αὐτῷ, τὰ πρὸς ἐμὴν ἀνήκοντα δύναμιν, κατὰ τοῦτο, τῷ ὁρισμῷ τούτου πειθόμενος, ἤδη γράφω. δέον οὖν κατὰ πρῶτον εἰπεῖν μερικῶς περὶ τῆς αἰτίας τοῦ τοιούτου νοσήματος, καὶ τῆς αὐτοῦ διαγνώσεως· ὁ γὰρ ἄριστα διαγνοὺς, ἄριστα καὶ θεραπεύσει. εἶθ' ἑξῆς καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

Imperator mihi istud injunxit, qui quidem é decuria sum Medicorum præstantissimi domini & Imperatoris, & ejus naturam & temperamentum & proprietatem, quoad ejus fieri potest, perspectam habeo, cùm perdiu cum eo versatus sim; idcirco quæ meæ sunt opis & captus, Imperatoris jussa secutus, jam hinc scribo. Primùm autem sigillatim disserendum est de hujus morbi causa & notitia. Nam qui probè noverit, is demum optimè etiam curaverit: deinceps de reliquis ordine.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Διάγνωσις, ὅθεν γίνεται τὸ νόσημα τῆς ποδάγρας, ἔχουσα ἐν αὐτῇ, ὅπως γίνονται αἱ πέψεις, τοῦ τε ἥπατος, τῶν φλεβῶν, τῶν ἀρτηριῶν, καὶ παντὸς μέρους τοῦ σώματος, καὶ ὅπως ἐκκρίνονται, καὶ ὁποῖά εἰσι τὰ ἐξ αὐτῶν περιττώματα, καὶ ὅθεν ἐξέρχονται.

Ἡ φύσις ἄλογος οὖσα, τὰ κατὰ λόγον ποιεῖ· ἰσχυρὴ γάρ ἐστιν, ὁ ὡς Γαληνός φησιν, ἐν ἅπασι τοῖς ζώοις ὁρμὰς οἰκείας ἐνθεῖναι πρὸς ὑγίειάν τε καὶ σωτηρίαν, ἀπαύστως ἀγωνιζομένη. διὰ τοῦτο τῶν ἀνθρώπων ἐσθιόντων καὶ τρεφομένων, μετὰ τὸ πεφθῆναι, ὅσα μέν εἰσι χρηστὰ, εἰς ὑγείαν τε καὶ πρόσθεσιν τοῦ ζώου λαμβάνει· ὅσα δὲ ἄχρηστα καὶ περιττὰ, διώκει. ἐνεργεῖ δὲ οὕτω καὶ εἰς τὰς κατὰ μέρος πέψεις, τοῦ τε ἥπατος, ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν, καὶ παντὸς ἑτέρου μορίου· διὰ πολλῶν γὰρ ὀργάνων παρεσκεύασεν ἡ φύσις αὕτη, καὶ ἐνέθηκε δυνάμεις, καθαίρειν ἐχούσας καὶ διακρίνειν τὰ περιττώματα· καὶ τὰ μὲν ἕλκειν, τὰ δὲ παραπέμπειν, τὰ δὲ παράγειν, τὰ δὲ ἐκκρίνειν.

CAPUT I.

Vnde podagræ morbus oritur, & quomodo concoctiones fiunt, jocinoris, venarum, arteriarum, & omnium partium corporis: & quomodo excernuntur, qualiaque sunt eorum excrementa, & unde proveniunt.

NAtura cùm sit illa quidem rationis expers, quæ rationis tamen sunt facit. Nam, ut ait Galenus, *ea est quæ omnibus animantibus accommodatas impulsiones ingenerare possit ad valetudinem & salutem, sine fine operosa & actuosa.* Proinde cùm homines vescuntur & nutriuntur, post concoctionem quicquid utile est, id omne ad salutem animantis & accessionem adsumit: quicquid inutile est & supervacaneum, ejicit: quo eodem etiam munere fungitur in singulis concoctionibus, jocinoris videlicet, arteriarum, venarum, & omnium aliarum partium; multorum enim instrumentorum ope natura potestates comparavit, insevit corpori, quæ purgarent & secernerent excrementa, & partim traherent, partim transmitterent, partim deducerent, partim excernerent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ὅπως ἐκκρίνονται τὰ τοῦ στομάχου περιττώματα διὰ τῶν ἐντέρων.

ΚΑὶ κατὰ μὲν πρῶτον διακρίνεται τὸ περίττωμα, ἅμα καὶ παραπέμπεται διὰ πάντων τῶν ἐντέρων, μέχρι καὶ τῆς κοιλότητος τοῦ καλουμένου ἀπευθυσμένου· ἧς κατὰ τὸ πέρας ἐπίκεινται μύες, εἴργοντες, καὶ κατέχοντες, καὶ κωλύοντες μὴ ἐκρεῖν ἀκαίρως τὰ περιττώματα. τὸ δ' ἐν ἥπατι περίττωμα, διπλοῦν τε καὶ παρόμοιον ὑπάρχει, ὡς ὁ Γαληνός φησι, τὸ μὲν, ὥσπερ ἄνθος τὸ ἐν οἴνοις γινόμενον ἄνω, τὸ δὲ, ὡς τρύξ· ἕλκεται δὲ, τὸ μὲν ὑπὸ τῆς ἐπικειμένης τῶν σπλάγχνων κύστεως· τὸ δὲ, ὑπὸ τοῦ σπληνός· καὶ ἀθροιζόμενα ἐν τούτοις, ἐκκρίνεται, τὸ μὲν ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τῶν λεπτῶν ἐντέρων· τὸ δὲ, εἰς τὴν γαστέρα αὐτήν. τὸ μὲν οὖν εἰς τὰ ἔντερα κατερχόμενον, τὸ ὥσπερ δηλονότι ἄνθος οἴνου, ἐστὶ χολὴ ξανθή· τὸ δ' εἰς τὴν γαστέρα, χολὴ μέλαινα καὶ ὀξώδης. διὸ καί που ὁ Γαληνός φησιν, ὅτι διὰ τὸ ποιεῖν τὴν γαστέρα εὐόρεκτον, προενοήσατο τοῦτο ἡ φύσις. τὸ δ' ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ ἀρτηρίαις περίττωμα, ἐστὶν ὀῤῥὸς ἐν τῷ πηγνυμένῳ γάλακτι· καθαίροντες δὲ καὶ τοῦτο οἱ νεφροὶ, παραπέμπουσι τῇ κύστει· τὸ δ' ἀθροίζεται κατὰ λοιπὸν ὁμοιότατον τοῦ πρὸ-

CAPUT II.

Quomodo stomachi recrementa per intestina excernuntur; quomodo jocinoris, venarum & arteriarum, atque totius corporis.

AC quod ad primum quidem attinet, secernitur excrementum, & deducitur per omnia intestina ad sinum usque recti intestini: cujus ad extremum musculi incumbunt, qui cohibent, continent, arcent, vetant, ne intempestivè excrementa effluant. Jocinoris autem excrementum duplex, & itidem assimile, ut Galenus ait, partim tanquam flos est, qui vino innatat, partim seu fæx: quorum unum ab adjuncta elicitur jocinoris vesica, alterum à splene: atque illic collecta excernuntur: unum, sub primordium gracilium intestinorum; alterum, in ipsum ventriculum. Atque illud quod in intestina descendit, quod flori vini respondet, flava bilis est: quod in ventrem egurgitatur, atra bilis & acida. Quocirca Galenus scribit hoc excrementum à natura provisum, ad excitandam ventriculi appetentiam. At verò arteriarum & venarum excrementum, tanquam serum quoddam in presso lacte censeas: quod quidem & renes expurgantes vesicæ transmittunt, ibique colligitur similiter atque illud de

quo suprà diximus: nam vesicæ quoque musculus incumbit transversus, ita ejus osculum arctè claudens, ut nihil intempestivè profluat. Reliqua excrementa in singulis partibus generantur ex eo alimento, unde quæque nutriuntur, indeque secernuntur. Ac tenuissimum quidem excrementum facilè excernitur, sudorque ac humor vocatur. Sunt & alia excrementa, quæ ob tenuitatem effugiunt oculorum aciem, quæ fuliginosa vocantur.

A ἔθεν εἰρημένου· ἐπίκειται γὰρ ἐν ταύτῃ ἐγκάρσιος μῦς, κλείων ἀκριβῶς οὕτω τὸ στόμιον, ὡς μηδὲν παραῤῥεῖν ἀκαίρως. τὸ δ' ὑπόλοιπον τῶν περιττωμάτων, ἐν ἑκάστῳ μορίῳ γὰρ τοῦ τρέφοντος αὐτὰ χυμοῦ, καὶ διακρίνεται ἐξ αὐτῶν τὰ περιττώματα· καὶ τὸ μὲν λεπτότατον περίττωμα, ῥᾳδίως ἐκκρίνεται, καὶ λέγεται τοῦτο ἱδρὼς καὶ ὑγρότης. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα περιττώματα, ἅτινα ὑπὸ τῆς λεπτότητος ἐκφεύγουσι τὴν ὄψιν, λιγνυώδη καλούμενα.

B

CAPUT III.

Quomodo, quaque de causa fluxione laborant articuli.

CUm igitur articuli, de quibus institutus est sermo, semper moveantur, si sint eorum potestates & vires firmæ, quas diximus, ut purgare, secernere, transmittere possint inutilia & crassa recrementa: quæ autem utilia & tenuia sunt, adsumere, salubre corpus est & omnes ejus partes: sin & copiosiora, & inutilia, & crassa sint excrementa, nec possint instrumentorum potestates, quas natura sanitati corporis & optimo habitui comparavit, ea expurgare & secernere, ut diximus; tum sanè excrementa præpotentia, copiâ eorum exuberante, & per calorem putrescente (omnis enim humor putrescens, in bilem degenerat) sanguine bile & pituitâ viriato, podagræ morbum committunt. *Nam ex bile & pituita*, ut ait Hippocrates, *morbus iste generatur*: alii tamen, ac ferè omnes, ex omni humore censent. Atque, ut arbitror, sic compendio orationis inserviens loquitur. In iis enim inest humor, siccitas, calor, frigus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Ὅπως πάσχουσι καὶ διὰ ποίας αἰτίας τὰ ἄρθρα ὑπὸ τοῦ ῥυματισμοῦ.

ΤΩν οὖν ἄρθρων ἀεὶ κινουμένων, περὶ ὧν καὶ ὁ λόγος ἐστὶν, εἰ μὲν αἱ δυνάμεις εἰσὶν ἰσχυραὶ, ἃς προείπομεν, ἐκκαθαίρειν, καὶ διακρίνειν, καὶ διαπέμπειν τὰ ἄχρηστα καὶ παχυμερῆ περιττώματα· τὰ δὲ εὔχρηστα καὶ λεπτομερῆ λαμβάνειν, ὑγιαῖνον τὸ σῶμα καὶ πάντα τὰ μέρη αὐτοῦ· εἰ δὲ καὶ C πλείονα, καὶ ἄχρηστα, καὶ παχυμερῆ, μὴ δυναμένων τῶν ὀργάνων τῶν δυνάμεων, ἃς παρεσκεύασεν ἡ φύσις, χάριν ὑγιείας καὶ εὐεξίας τοῦ σώματος, ἐκκαθαίρειν καὶ διακρίνειν, ὡς ἔφημεν· ἰσχυρότερα δὴ τότε γινόμενα τὰ περιττώματα, πλησμονῆς ὑπὸ τούτων γινομένης, καὶ σαπείσης ὑπὸ τῆς θέρμης· πᾶς γὰρ χυμὸς σαπεὶς χολοῦται· φθειρομένου τοῦ αἵματος ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, ποιοῦσι τὸ τοιοῦτον πάθος τῆς ποδάγρας. ὑπὸ χολῆς καὶ φλέγματος, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, τὸ τοιοῦτον γίνεται πάθος. ἕτεροι δὲ, καὶ πάντες D σχεδὸν, καὶ ἀπὸ παντὸς χυμοῦ. οἶμαι δὲ διὰ τὸ σύντομον τοῦ λόγου φησὶν οὕτως· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἔνεστι καὶ ὑγρότης, καὶ ξηρότης, καὶ θερμότης, καὶ ψυχρότης.

CAPUT IV.

Quomodo creantur diuturniores dolores, & cruciatus vehementiores liberatu sanatuque difficiles, & immobilitates, & resolutiones.

ORto autem vitio, ut diximus, vi caloris vehementiùs impulsa excrementa, quocunque se profundent influentia, ibi morbum committunt. *Nam redundantes venæ*, ut Hippocrates ait, *laxioresque factæ, propterea quod capere non possunt, dolorem & cruciatum vehementem creant in omnibus partibus, in quas influunt. Et ex affecta parte vocabulum morbus invenit, ischias, podagra, arthritis, odontagra. Nam nomina*, ut doctissimus Hippocrates dicit, *morborum propagines sunt. Pro eo igitur quod in tenuissimas*, inquit, *venulas pervadet, proinde etiam dolores acerrimi in nervis & ossibus multis ac crebris generabuntur: ac eodem modo morbus maximè perdurat, vixque liberatur.* Quinetiam viis obstructis sæpenumero immobilitas, resolutio, debilitas in totum committuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ὅπως γίνονται αἱ ὀδύναι πολυχρονιώτεραι, καὶ οἱ πόνοι ἰσχυρότεροι καὶ δυσαπαλλακτότεροι, καὶ ἀκινησίαι, καὶ παραλύσεις.

E ΦΘορᾶς δὲ γινομένης, ὡς εἴπομεν, μετὰ ἰσχύος κινούμενα τὰ περιττώματα ὑπὸ τῆς θέρμης, καὶ ῥυματιζόμενα ἔνθα ἂν χυθῇ, ἐκεῖσε καὶ τὸ πάθος ἀποτελοῦσιν· ὑπερπιμπλάμεναι γὰρ αἱ φλέβες, καὶ χαλαρώτεραι γινόμεναι κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, διὰ τὸ μὴ ἐγχωρεῖν, ὀδύνας καὶ πόνους ἰσχυροὺς ποιοῦσιν εἰς πάντα τὰ ῥυματιζόμενα μέρη, καὶ τὰ ἕτερα μέρη τοῦ σώματος· καὶ ἀπὸ τοῦ πάσχοντος μορίου, καλεῖται ἡ ἐπωνυμία τοῦ νοσήματος, ἰσχιὰς, ἢ ποδάγρα, ἢ ἀρθρῖτις, ἢ ὀδοντάγρα· τὰ γὰρ ὀνόματα, ὡς ὁ σοφὸς Ἱπποκράτης φησὶ, βλαστήματά εἰσι τῶν νοσημάτων. Εἰς ὅσον δὴ ὁρμήσῃ ἐν λεπτοτάτοισι φλεβίοις, F τοσοῦτον, φησὶ, καὶ ὀδύνας πλείστας καὶ ἐν νεύροισι καὶ ὀστέοισι καὶ πολλοῖσι καὶ πυκνοῖς· ὡσαύτως καὶ παραμονικώτατον, καὶ δυσαπαλλακτότατον γίνεται πάθος. φιμουμένων δὲ πολλάκις τῶν πόρων, καὶ ἀκινησίας, καὶ πάρεσις, καὶ παράλυσις εἰς τὸ καθόλου ἀποτελοῦσιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Ὅπως γίνεται ὁ τοιοῦτος ῥευματισμὸς, καὶ εἰς ἐγκέφαλον, καὶ εἰς ἧπαρ, καὶ εἰς καρδίαν· καὶ ὅτι δέονται καὶ ταχέως καὶ ἰσχυρῶς τῆς καθάρσεως.

ΟΥ μόνον δὲ εἰς χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ εἰς πάντα τὰ ἄρθρα γίνονται οἱ τοιοῦτοι ῥευματισμοὶ, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐγκέφαλον, καὶ εἰς ἧπαρ, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν καρδίαν, ἅ τινα εἰσὶ δεινότατα καὶ δυσαπαλλακτότατα. πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ πολλῶν περιττωμάτων γινόμενα, πρόξενα γίνονται θανάτου, εἰ μὴ ταχέως καὶ ἰσχυρῶς καθαρθῶσιν· ὀργᾷ γὰρ εἰς ταῦτα ὁρμήσας ὁ ῥευματισμός. ἔστι δὴ τὸ πάθος τῆς ποδάγρας, ἰσχιάδος, ἀρθρίτιδος, καὶ χειράγρας, δυσαπαλλακτότατον μὲν, οὐ θανατῶδες δέ. ἡ γὰρ συνήθεια μετὰ τὸ ῥευματίσαι ἕξις γινομένη, οὐκ ἀφίησι ἀθροίζεσθαι μεγάλην καὶ πλείστην πλησμονήν· ἀλλὰ διὰ τὸ εὐπαθὲς, εἰς τὰ συνήθη ἄρθρα ὁρμῶσι τὰ περιττώματα.

CAPUT V.

Quomodo ejusmodi fluxio & in cerebrum fertur, & in jecur, & in cor; quodque & celeriter & vehementer purgationibus egent.

NEc verò tantùm in manus, pedes, omnes articulos, tales feruntur fluxiones: verùm etiam in cerebrum jecur, atque adeò ipsum cor, quæ quidem sunt teterrimæ, & liberatu difficillimæ. Sæpenumero autem à multis excrementis profectæ, mortem conciliant, nisi celeriter & vehementer purgentur. Fluxionis enim in ista prolapsus turgescentis est. Ac morbus quidem podagræ, ischiadis, arthritidis, chiragræ, ut liberatu sanatuque difficilis sit, non tamen lethalis est. Consuetudo enim fluxionis in habitum cùm concesserit, non sinit magnam ingentemque copiam colligi: verùm ex facilitate perpetiendi, in consuetos articulos excrementa illabuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Ὅπως προσοικειοῦται τὸ τοιοῦτον πάθος, καὶ γενεαὶ διαδέχονται.

ΤΟσοῦτον δὲ προσοικειοῦται τὸ τοιοῦτον πάθος, ὅτι καὶ γενεαὶ, ὡς γέγραπται, διαδέχονται, εἰ μήπως ἀπὸ ἀσφαλῶν διαιτημάτων καὶ καθαρσίων συχνῶν, κατὰ λόγον γινομένων, ἐπανόρθωσιν ποιήσουσιν· ἐπεὶ καὶ ἡ τοῦ νοσήματος τούτου γένεσις ἐξ ἀρχῆς μὴ ἔχουσα τὴν ἐκ προγόνων διαδοχὴν, διὰ τὴν ἀδηφαγίαν καὶ κακοσιτίαν προσγίνεται.

CAPUT VI.

Quomodo hujusmodi morbus familiaris fit, & familiæ successione quadam excipiunt.

VSqueadeo autem morbus hic familiaris evadit, ut familiæ aliquæ, quemadmodum scriptum reperimus, ejus hæreditatem quadam successione stirpis adeant, nisi certa victus ratione, multis purgationibus rectè & ordine factis id emendent: cùm tamen initio hic etiam morbus nullam à majoribus successionem habens, ab ingluvie & cibi pravitate proficiscatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ὅσα προξενοῦσι καὶ αὔξουσι τὸ τοιοῦτον πάθος.

ΓΕννῶσι δὲ τὰ τοιαῦτα πάθη, ἀπεψίαι συχναὶ καὶ ἐπάλληλοι, ἀδηφαγίαι, οἰνοποσίαι τε καὶ πολυποσίαι, καὶ μᾶλλον περὶ τὰ ἀφροδίσια, κόπος ἄμετρος παρὰ τὸ ἔθος, ὥσπερ καὶ ἀνάπαυσις· ἐποχαὶ τῶν συνήθων ἐκκρίσεων, καὶ τῶν γυμνασίων· ἀφροδίσια πλεῖστα· λύουσι γὰρ τὸν τόνον τῶν νευρωδῶν σωμάτων, αἱ καθ' ἑαυτῶν ἡδοναὶ, καὶ μᾶλλον αἱ μετὰ σφοδρᾶς κινήσεως ἀποτελούμεναι· βλάπτουσι δὲ καὶ δυσπεψίαι· πλησιέστεραι γάρ εἰσι τῆς ἀπεψίας ἡ δυσπεψία, ἢ τῆς εὐπεψίας.

CAPUT VII.

Quænam procreant & augent hujusmodi affectum.

HOs autem affectus procreans cruditates assiduæ, & aliæ super alias saturitates, meri potus & ingurgitationes crapulæque, atque adeò multò magis, si quis veneri operam det: immoderatus præter solitum labor, ut & quies: consuetarum excretionum retentio, & exercitationum omissio, frequens venus. Nervosi enim corporis firmitatem labefactat ipsius voluptas, præsertim si magno impetu cieatur. Lædunt & concoctionis difficultates, cùm propiùs ad cruditatem quàm concoctionem accedant.

A

CAPUT VIII.

Quomodo, si firmi sint quidam articuli, & excrementa quæ à cruditate proveniunt, ejiciantur, acriores inferunt, & diuturniores, ac vehementiores reliquis articulis dolores.

QUandoquidem autem succus qui è cruditate provenit, inutilis est, propterea quòd non probè concoctus est, idemque impurus qualitate & modo copiosus, & venæ omnes eum eliciunt *& hauriunt à crassis venis*, ut Hippocrates ait, *alimenti causâ*, & pro consuetudine omnium corporis partium, nervi quoque & ossa; si firmiores & valentiores partes corporis sint, illarum quas diximus facultatum ope & beneficio, eum succum absque excrementis sincerum accipiunt. Sin vires excretricis facultatis sint imbecilliores, ista quòd corrupta & vitiata sint, vehementer jactantur, &, ut antè diximus, minutatim influunt: & quocunque impetum ceperint, illic hujus morbi domicilium sedemque collocant. Ob hanc igitur causam, quantò partes sunt imbecilliores, tantò vehementiùs in eas defluunt, longosque & tristes affectus pariunt. Nam è valentibus corporis partibus, propter ipsarum robur excrementis ejiciuntur, & imbecillioribus converso impetu inferuntur, cùm aliæ partes illæsæ remaneant suapte vi, ut dictum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Ὅπως, ἂν ἰσχυρὰ ὦσί τινα ἄρθρα, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἀπεψιῶν περιττώματα, ἀποπέμπωσι, σφοδροτέρας ἀπεργάζονται καὶ πολυχρονίους καὶ ἰσχυροτέρας τὰς ὀδύνας τοῖς ἑτέροις ἀσθενέσιν ἄρθροις.

B ΕΠειδὴ δὲ ἡ ἀπὸ τῶν ἀπεψιῶν γινομένη ἰκμὰς, ἄχρηστός ἐστι, διὰ τὸ μὴ καλῶς ταύτην πεφθῆναι, καὶ ἀκάθαρτος κατὰ τὸ ποιὸν καὶ κατὰ τὸ ποσὸν πλείστη· τῶν δὲ φλεβῶν πασῶν λαμβανουσῶν ταύτην ἀπὸ τῶν παχέων φλεβῶν, κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, ἕνεκεν τροφῆς, κατὰ τὸ συνήθες πάντων τῶν μερῶν τοῦ σώματος, καὶ αὐτῶν τῶν νεύρων τε καὶ ὀστῶν, εἰ μὲν ἰσχυρότερά εἰσι τὰ μέρη τοῦ σώματος ἀπὸ τῶν εἰρημένων δυνάμεων, ὡς εἴρηται, λαμβάνουσι ταύτην ἄνευ περιττωμάτων· εἰ δὲ ἀσθενεστέρων οὐσῶν τῶν δυνάμεων τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως, διὰ τὸ φθαρῆναι τὰ τοιαῦτα, μετὰ C ἰσχύος κινοῦνται, καὶ ῥευματίζουσι λεπτομερῶς, ὡς προείπομεν· καὶ ἔνθα ἂν ὁρμήσωσιν, ἐκεῖσε καὶ τὸ πάθος στηρίζουσι τῆς τοιαύτης νόσου. διὰ γοῦν τὴν εἰρημένην αἰτίαν, ὅσον εἰσὶ τὰ μόρια ἀσθενέστερα, τοσοῦτον σφοδρότερα εἰς τὰ τοιαῦτα καταρρέουσι, καὶ δυσαλγῆ καὶ πολυχρόνια κατεργάζονται τὰ πάθη· ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ὑγιαινόντων μερῶν τοῦ σώματος, ἀποπέμπονται διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ἰσχὺν τὰ περιττώματα, καὶ τοῖς ἀσθενέσι προσβάλλουσι τὴν ἀντιστροφήν, ὡς τῶν ἑτέρων μερῶν ἀπαθῶν διαμενόντων, ὡς εἴρηται, διὰ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν.

D

CAPUT IX.

Quomodo, si valent sanique sunt omnes articuli, excrementa non excipientes, ea eiiciunt, quæ paulatim collecta, magnos acresque morbos committunt.

QUod si, ut mihi videtur, omnium corporis partium potestates firmæ sint, ut eliciant illæ quidem succum à cruditate crapularum ortum, verùm quæ supervacanea tamen sunt, ejiciant, omnes sanè corporis articuli & partes valent, sed cum pigritia tamen & molestia. Talia porrò excrementa, tametsi propter excretricis facultatis vim earum partium nihil illa quidem influunt, attamen sensim & minutatim collecta, & in copiam exuberantia, magnos morbos tandem committunt, ut Hippocrates ait. *Paulatim enim*, inquit, *collecta excrementa, & longinquitate temporis copiâ coacervata, ad morbum duxere: quicquid autem fortè eo tempore homines egerint, quo in valetudinem incidere, hoc accusant quod accusandum non est.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Ὅπως, ἂν ὑγιῶς ἔχωσι τὰ ἄρθρα πάντα, μὴ δεχόμενα τὰ περιττώματα ἀποπέμπουσι ταῦτα· συλλεγόμενα δὲ κατὰ μικρὸν, πρόξενά εἰσι μεγάλων καὶ ἰσχυρῶν νοσημάτων.

ΕΙ δέ γε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἰσχυραί εἰσιν αἱ τοιαῦται ὀργανικαὶ δυνάμεις πασῶν τῶν μερῶν τοῦ σώματος, λαμβάνειν E ἐκ τῶν τοιούτων, τὴν ἀπὸ τῆς πολυτροφίας ἀπεψιῶν ἰκμάδα· ἀποπέμπειν δὲ ὅσα περιττά, ὑγιαίνουσι μὲν πάντα τὰ ἄρθρα καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος, νωθρῶς δὲ καὶ δεινῶς. τὰ δὲ τοιαῦτα περιττώματα, εἰ καὶ μὴ ῥευματίζουσι διὰ τὴν ἰσχὺν τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως τῶν μερῶν, ἀλλ' οὖν κατὰ μικρὸν συλλεγόμενα, καὶ εἰς πλησμονὴν ποιοῦντα, μεγάλης νόσου αἴτια γίνονται, κατὰ τὸν Ἱπποκράτην· φησὶ γὰρ, κατὰ μικρὸν συλλεγόμενα τὰ περιττώματα, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου πλησμονῆς γινομένης, ἐς νοῦσον ἤγαγεν· ὅ, τι δὴ ἂν τύχῃ ποιήσας ὁ ἄνθρωπος κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, τοῦτο αἰτιῆται αἴτιον ἐὸν, F οὐκ αἴτιον ἐόν.

CAPUT. X.

De præcautione morbi.

NOs igitur quæ hujus morbi cavendi causâ facere oportet, dicamus: quæ sanè verbo dicere facile est, re facere difficile & permo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Περὶ προφυλακῆς τοῦ νοσήματος.

ΕΙπωμεν οὖν ὅσα δεῖ ποιεῖν προφυλακῆς χάριν τοῦ τοιοῦδε νοσήματος, εὐκόλως μὲν καὶ ἀληθῶς λεγόμενα, δυσκόλως δὲ καὶ δεινῶς περατούμενα· ἐπεὶ γὰρ

τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία εἰσὶν ἰάματα, ἔστι τὸ φυλάττειν τὰς ἀλλεπαλλήλους ἀπεψίας· οὐκ ἄλλο δέ ἐστιν, ἢ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν ὅσα εἰσὶν ἀρκετὰ εἰς τὸ καλῶς πεφθῆναι τὸν στόμαχον· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος, εἰ ὀλίγα ἐσθίει καὶ ὀλίγα πίνει ὁ ἄνθρωπος, οὐδεμίαν νόσον ἐπάγει· καὶ ὡς ἐν ὀλίγῳ καὶ ἀληθεῖ λόγῳ, ὅτι εἰ ἐσθίει καὶ πίνει ὁ ἄνθρωπος ὅσα εἰσὶν ἀρκετὰ εἰς τὸ πέψαι, καὶ οἰκεῖα τῆς φύσεως αὐτοῦ εἰσιν εἰς τὸ εὐκόλως πεφθῆναι, οὐδεμίαν ἀπεψίαν ὑφίσταται. ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν ἑτέρων αἰτιῶν τοῦ τοιούτου νοσήματος, ἃς κατὰ μέρος εἴπομεν, δυνατόν ἐστι τῷ βουλομένῳ φυλάξαι ταύτας ἐλαφροτέρας οὔσας· ὅσον γάρ ἐστιν ἀναγκαιότατον, ἐσθίειν καὶ πίνειν πρὸ πάντων, διὰ τὸ ζῆν τὸν ἄνθρωπον, τοσοῦτον εἰσὶ καὶ ὑποδεέστεραι αἱ ἄλλαι αἰτίαι τούτου· ἐν γὰρ τῷ μὴ φαγεῖν καὶ μὴ πιεῖν τὸν ἄνθρωπον, ἀδύνατόν ἐστι ζῆν. τῷ δὲ σὺν μέτρῳ χρῆσθαι τούτοις, καὶ μᾶλλον καλῶς προσέσει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ζῆν. αἱ δ' ἄλλαι αἰτίαι, ἃς προείπομεν, μὴ γινόμεναι, οὐκ εἰσὶν αἰτίαι θανάτου· κατὰ τοῦτο, εὐκολώτεραί εἰσιν αἱ στερήσεις αὐτῶν, ἢ τῆς πολυποσίας καὶ ἀδηφαγίας. δοκεῖ μοι δὲ, καὶ ὁ Ἱπποκράτης τῷ εἰπεῖν, σῖτα, ποτὰ, κόποι, ὕπνοι, ἀφροδίσια σύμμετρα, κατὰ λόγον καὶ κατὰ τάξιν προσέθηκε ταῦτα· εἰπὼν γὰρ σῖτα καὶ ποτὰ πρότερον ὡς ἀναγκαιότατα, ὕστερον δὲ τὰ λοιπά.

lestum. Nam cùm contraria contrariorum remedia sint, cavendæ sunt continuæ cruditates: quod sanè non aliud est, quàm tantum esse & bibere, quantum commodè concoqui potest à stomacho: quando de sententia Hippocratis verum verbum est: *Si homo paulum bibit & paulum comedit, nullum sibi morbum creat.* Et ut brevi veraque oratione complectar, si quis comedit & bibit, quantum commodè concoquere potest, & accommodatum ejus naturæ est ad facilitatem concoctionis, is nullam cruditatem unquam subit. Ad eundem modum & alias causas hujus morbi quas sigillatim commemoravimus, cavere licet, quæ leviores sunt. Nam ut bibere & esse omnium maximè necessarium st ut vivamus, ita reliquæ causæ tantò inferiores & minores eo censendæ sunt. Nam si homo nec edat, nec bibat, fieri profectò non potest ut vivat: hisque moderatè qui utitur, atque adeò rectè sibi propagat vitam. Aliæ autem causæ, quas antè diximus, si non adsint, tamen mortis efficientes non fuerint. Idcirco penuriæ earum facilior est conditio, quàm vel crapulæ vel edacitatis. Atque, ut existimo, Hippocrates cùm dixit, *Cibus, potus, labor, somnus, venus, mediocria*: rectè atque ordine ista adjunxit, cùm cibos & potum præposuisset, ut maximè necessaria, reliquis subjunctis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Ὅπως καὶ τὰ μὴ δυνάμενα πέψαι, ζητεῖ ὁ στόμαχος, καὶ ὅπως γίνεται ἡ ὄρεξις, καὶ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν ἡδέως.

Ἐπεὶ δὲ καὶ διαιτᾶσθαι κατὰ λόγον, τῶν δυσκολωτάτων πάνυ ἐστὶν ἐπὶ πᾶσι σχεδὸν ἀνθρώποις· εἰ γὰρ καλῶς ἡ φύσις προηγήσατο τὸν στόμαχον, τοῦ πᾶσι τὴν τροφὴν διδόναι, ἀλλὰ διὰ τὸ εὐόρεκτον αὐτοῦ, καὶ τὰ μὴ δυνάμενα πέψαι, μέχρις ἂν πλήρης γένηται, λαμβάνει· ἐπιθυμεῖ γὰρ ἡ φύσις ἅτινα χατίζει, εἰς τὸ ἐμπλῆσαι τὴν μοῖραν ἐκείνην, καὶ ἰσῶσαι, κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, τὴν δ' ὑστερημένην καὶ κενεὴν οὖσαν τοῦ σώματος, ἃς πηγὰς ὀνόμασε τέσσαρας οὔσας· τούτου χάριν καὶ ἡδέως ἐσθίομεν καὶ πίνομεν, φησὶν, οὗπερ ἂν ἱμειρώμεθα· καὶ κατὰ τοῦτο οὐ δύναται πέψαι· καὶ τούτου χάριν, ἀπεψίαι ἐπακολουθοῦσι συχναὶ καὶ ἐπάλληλοι, αἰτίαι οὖσαι, ὡς προείπομεν, δεινῶν· ἐκ δὲ τούτων πλησμοναὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάθη ἕπονται· διὰ τοῦτο καὶ χρεία πρὸς ταῦτα βοηθείας· ἐροῦμεν καὶ περὶ τούτου, ἔχοντες ὁδηγοὺς καὶ μάρτυρας εἰς ταῦτα καὶ τοὺς σοφοὺς τεχνίτας.

CAPUT XI.

Quomodo etiam quæ non potest concoquere, stomachus requirit; quoque modo excitatur appetentia, edimusque ac bibimus libenter.

Sed enim victus disciplinam, ut ratio postulat, tenere, omnibus fere hominibus perdifficile est: etsi enim rectè natura ventriculum providit, qui omnibus cibum largiretur, attamen propter insignem appetentiam, etiam quæ concoquere non potest, quoad refertus sit, assumit: appetit enim natura quæ desiderat, ad hanc partem corporis implendam & æquandam, ut Hippocrates scribit, *& quæ vacua & inanis est in corpore, quos quatuor fontes nominavit: hac de causa libenter & comedimus & bibimus*, ut ait, *id cujus desiderio tenemur*: atque hac de causa non potest concoquere: proindeque cruditates crebræ & assiduæ consequuntur, quæ, ut diximus, morborum causæ sunt. Hinc etiam impletiones, & isti affectus eveniunt: idcircoque opus adversus eos auxilio est, de quo etiam disseremus, viæ duces & adstipulatores in his habentes doctos Medicos.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Ὅπως εἰς πάντα συμφέρει ἡ κένωσις.

Φημὶ δὲ ὅτι ταῦτα πάντα κενώσεως δεῖται· ὅσα γὰρ, φησὶν Ἱπποκράτης, πλησμονὴ τίκτει, κένωσις ἰῆται· αὕτη γὰρ καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι, ταύτην κωλύει, καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι ἰᾶται.

CAPUT XII.

Quomodo ad hæc omnia confert inanitio.

Dico igitur ista omnia inanitione egere: nam, ut ait Hippocrates, *Quæcunque repletio parit, inanitio curat.* Hæc enim repletionem & antequam nascatur, nasci prohibet, & natam curat.

CAPUT

CAPUT XIII.

De vomitu, quodque utilissimus est, multis rationibus.

SEd ante omnia purgantia, tutissimum, à periculo remotissimum, & accommodatissimum statuo esse vomitum. Nam in aliis purgantibus, pro facultate & scientia Medicorum, prodesse quidem licet, si probè notus sit humor qui lædit: sin malè notus sit, offendere. *Si enim talia purgentur, qualia purgari oportet, utile est, & facilè ferunt: sin minus, contra*: cùm præsertim stomachus sit, ceu omnium fons & caput: ex eo autem & fons, & principium, & origo alimenti est & repletionis: ex eoque solent etiam nasci omnes succi. Itaque cùm repletus est, ex eo omnes deinceps corporis partes replentur: cùm inanitus, inaniuntur, dum & ipsæ penitus exhauriantur. Nam ipse auctor est omnium & salubrium & insalubrium alimenti succorum. Quia autem commune præceptum est in omnibus, causam adversariam ei causæ quæ incommodum attulit, inducere: idcirco aliis purgantibus antepono vomitum. Vomitus enim non solùm stomachum, & corporis partes quæ ex eo alimentum acceperunt, purgat, sed & ipsos humores.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Περὶ ἐμέτου, καὶ ὅπως ἐστὶν ὠφελιμώτατος διὰ πολλῶν ἀποδείξεων.

ΠΡὸ πάντων δὲ ἡγοῦμαι τῶν καθαιρόντων, ἀσφαλέστατον, καὶ ἀκινδυνότατον, καὶ οἰκειότατον τὸν ἔμετον· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων καθαρσίων, κατὰ τὴν δύναμιν καὶ διάγνωσιν τῶν ἰατρῶν ἐστὶν, ὠφελῆσαι μὲν, καλῶς διαγνωσθέντα τὸν λυποῦντα χυμόν· βλάψαι δὲ, κακῶς διαγνωσθέντα· ἐπεὶ, εἰ μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρονται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φορέουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον· τοῦ στομάχου ὄντος ὡς πηγὴ τῶν πάντων· ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ ἡ πηγὴ, καὶ ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ γένεσις τῆς τροφῆς τε καὶ τῆς πλησμονῆς· ἐξ αὐτοῦ πέφυκε γίνεσθαι καὶ πάντας χυμούς· ὅθεν καὶ πληρουμένου τούτου, πληροῦνται ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα μέρη τοῦ σώματος· κενουμένου δὲ, κενοῦνται, μέχρις ἂν καὶ αὐτὰ τελείως κενωθῶσιν· αἰτία γὰρ τῆς τροφῆς πάντων εὐχρήστων τε καὶ ἀχρήστων χυμῶν, αὐτός ἐστιν. ὅτι δὲ ἐστὶ καὶ κοινὸν παράγγελμα ἐπὶ πάντων, τὴν ἐναντίαν αἰτίαν τῇ τὴν βλάβην ἐργασαμένῃ προσάγειν· κατὰ τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων καθαρσίων, προκρίνω τὸν ἔμετον· ἔστι γὰρ ὁ ἔμετος μὴ μόνον τὸν στόμαχον, καὶ τὰ τοῦ σώματος μέρη, τὰ ἐξ αὐτοῦ δεξάμενα τροφὴν, κενοῖ καὶ καθαίρει, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς χυμούς.

CAPUT XIV.

Exemplum, quomodo corporis partes omnes cibo replentur, & inanitionibus inaniuntur. Quo etiam modo corpus omnem cibi humorem trahit.

ARbitror enim, quemadmodum pratum, quod omne in se genus arborum, stirpium & herbarum fert: & in cavo fontem aquæ scatentem habet, ex suo fonte quicquid in se est rigat, animat, & alit: quæ si modicè & pro eo ac ratio postulat humore perfruantur, alimenti causa sui, bono habitu sunt: verùm copiâ in eis exuberante, multo humore redundantia, non conservant viriditatem, propter humoris copiam: cùmque humor ex iis vacuatur, quod vacuatur in cavum se recipit, ut fons, quod largitus est, postliminio recipiat: item & ventrem facere, qui quidem omnibus est corporis partibus fons: in quo si repletio sit, propterea quòd consuetum alimentum non accipiunt solitæ corporis partes, eum refertum esse: si inanitio, rursum eas inaniri, ut doctus censet Hippocrates. Ait enim: *Ubi in ventrem delapsus est cibus & potus, è ventre corpus eo fruitur, & cum fontibus repletur: verùm ubi venter inanitur, retrorsum humor redditur, quemadmodum & corpus accepit.* Et rursum: *Venter corpori omnium fons est, cum plenus est: verum vacuus, fruitur corporis tabe & consumptione.* Et rursum: *Ubi comedit & bibit homo, ad se corpus elicit è ventre ex succo jam dicto, & fontes è ventre per venas trahunt, similis humor similem, & dilargiuntur corpori, quemadmodum in stirpibus è terra similis humor similem attrahit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Παράδειγμα, ὅπως ἀπὸ τῆς τροφῆς πληροῦνται τὰ πάντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν κενώσεων κενοῦνται· καὶ ὅπως ἕλκει τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς τροφῆς πᾶσαν ἰκμάδα αὐτῆς.

ΟΙμαι γὰρ, ὥσπερ τις λειμὼν πᾶσαν φύσιν ἐν ἑαυτῷ φέρων δένδρων, φυτῶν τε καὶ βοτανῶν· μέσον δ' αὐτοῦ ἐν κοιλότητι πηγὴν ἀναβλύζουσαν ὕδατος ἔχων· ἔστι ἐκ τῆς ἐνούσης αὐτῷ πηγῆς ἀρδεύει τὰ ἐν αὐτῷ πάντα, ζωογονεῖ τε καὶ τρέφει· ἅπερ μετρίως μὲν καὶ ἀναλόγως τῆς ὑγρότητος μεταλαμβάνοντα τροφῆς ἕνεκεν αὐτῶν, καλῶς ἔχουσι· πλησμονῆς δὲ γινομένης εἰς ταῦτα, πολλὴν ὑγρότητα δεξάμενα, οὐ τὸ εὐθαλὲς περισώζουσι διὰ τὴν ἐπαγομένην αὐτοῖς πλείστην ὑγρότητα· τῆς δ' ὑγρότητος κενουμένης ἐξ αὐτῶν, πρὸς τὴν κοιλότητα χωρῆσαι τὸ κενούμενον, ὡς ἂν ἡ πηγὴ ὃ δοθὲν ἀπολάβῃ· οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ, πηγὴ πᾶσι τοῖς μέρεσι τῶν σωμάτων οὖσα, ταὐτὸ ποιεῖ· πλησμονῆς γινομένης ἐν αὐτῇ, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὰ συνήθη μέρη τοῦ σώματος, τὴν συνήθη τροφὴν, πλήρης ἐστίν· ἧς κενουμένης πάλιν κενοῦται, κατὰ τὸν σοφὸν Ἱπποκράτην, φησὶ γάρ· ἐπὴν εἰς τὴν κοιλίαν πέσῃ τὰ βρώματα καὶ τὰ ποτὰ, ἐπαυρίσκεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, καὶ πληροῦται σὺν τῇσι πηγῇσιν· ἐπὴν δ' ἡ κοιλίη κενῶται, ἀποδίδοται αὖθις ὀπίσω ἡ ἰκμὰς, ὥσπερ καὶ ἐπεδέξατο. καὶ πάλιν, ἡ κοιλίη τῷ σώματι πάντων πηγή ἐστι πλέη ἐοῦσα· κενεὴ δὲ γινομένη ἐπαυρίσκεται ἀπὸ τοῦ σώματος τηκομένου. καὶ πάλιν· ἐπὴν φάγῃ ἢ πίνῃ ὁ ἄνθρωπος, ἕλκει τὸ σῶμα εἰς ἑωυτὸ ἐκ τῆς κοιλίης τῆς ἰκμάδος τῆς εἰρημένης· καὶ πηγαὶ ἕλκουσι διὰ τῶν φλεβῶν ἀπὸ τῆς κοιλίης, ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην, καὶ διαδιδοῦσι τῷ σώματι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἕλκει ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ὁμοίη ἰκμὰς τὴν ὁμοίην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Ὅτι ὁ ἔμετος μὴ μόνον εἰς προφυλακὴν ὠφελιμώτατος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἀκμὴν πολλάκις· καὶ ὅτι ἐξ αὐτοῦ κενοῦνται τὰ τῶν ὅλων μερῶν περιττώματα.

Ἕνεκεν γὰρ τούτων, καὶ προφυλακῆς χάριν, καὶ καθάρσεως τῶν περιττωμάτων, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ ῥευματισμοῦ πολλάκις τὴν ἀκμὴν, ἐστὶν ὁ ἔμετος πάντων ὠφελιμώτερος· καὶ γὰρ ἐπεὶ ἡ προνοητικὴ δύναμις τῆς καθάρσεως τῶν περιττωμάτων, ὡς προείπομεν, πλείστη ἐστὶν, ἡ μὲν, ἐν τῇ γαστρὶ, ἡ δὲ ἐν ἥπατι, ἀρτηρίαις τε καὶ φλεψίν· ἡ δὲ καθ' ἕκαστον μόριον· τῶν μορίων δὲ ἀτονησάντων, ἀνάγκη καὶ τὰ περιττώματα πλείονα εἶναι· ἐπεὶ δὲ ὁ στόμαχος αἴτιος πάντων τῶν προσθέσεων, ὡς πρότερον πλατυτέρως εἴπομεν· λυσιτελὲς καὶ συμφέρον διὰ τοῦτο, καὶ πάντων κρεῖττον κρίνω ποιεῖν τὴν τοιαύτην τῶν πάντων κένωσιν, ἐκ τοῦ τοιούτου στομάχου δι' ἐμέτου.

CAPUT XV

Quòd vomitus non modò præcautionis gratiâ est utilissimus, sed etiam in ipso frequenter vigore morbi; quòdque per eum universarum partium excrementa vacuantur.

Horum enim causâ, & præcautionis gratiâ, & purgationis excrementorum, etiam in ipso fluxionis vigore sæpenumero, vomitus omnium utilissimus est. Nam quia vis illa cui provisio & procuratio attributa est excrementorum purgandorum, plurima est, cùm in ventre, in jocinore, in arteriis, in venis; tum verò etiam in singulis particulis: particulis tamen imbecillioribus, necesse est majorem vim excrementorum colligi: estque stomachus omnium quæ corpori accedunt & adjiciuntur auctor, ut antè latiùs disseruimus: idcirco commodum & conducibile, & omnium optimum judico, hujusmodi inanitionem omnium istorum moliri per stomachi vomitum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Ὅσα ὠφελεῖ ὁ ἔμετος.

Ὠφελεῖ δὲ ἐστὶν, ὡς ὁ Γαληνός φησιν, εἰς ταῦτα· φλέγμα κενοῖ ὁ ἔμετος, καὶ κουφίζει τὴν κεφαλήν· καὶ τοὺς προθυμοτέρως φαγόντας, καὶ οἴνου πλείονος λαβόντας, βλαβῆναι κωλύει. Βοηθεῖ δὲ ἡ δι' ἐμέτων κάθαρσις, καὶ ταῖς παραλόγοις ἐξισχνώσεσι τοῦ σώματος. Ἀρήγει δὲ καὶ τοῖς ὑπερβαλλόντως καταπαχυνομένοις· τὰς δὲ ῥευματικὰς διαθέσεις πάσας ὠφελεῖ ὁ ἔμετος ἐξιᾶσθαι, καὶ ἑλκώσεις νεφρῶν, καὶ κύστεως, καὶ τῶν ἄλλων μορίων· καὶ τὰς καχεξίας τοῦ σώματος, καὶ τὰς ἀρθριτικὰς διαθέσεις· ποιεῖν δὲ χρὴ τὸν ἔμετον οὕτως.

CAPUT XVI.

Quas ad res vomitus utilis sit.

Has autem ad res, ut Galenus dicit, *utilis est vomitus, pituitam exinanit, caput levat, qui avidiùs comederunt, & largiùs vino se ingurgitarunt, lædi prohibet. Opitulatur & vomitus purgatio corporibus immodicè obæsis; prodest & immoderatè emaciatis. Omnes affectus à fluxione profectos persanare solet: sed & ulcerationem renum, vesicæ, aliarum partium, & malum corporis habitum, & articulorum causas: sic autem vomendum est.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ'.

Ὅσα δεῖ ἐσθίειν ἐν τῷ ἐμέτῳ, καὶ ὅπως ποιεῖν αὐτόν.

Πρῶτον μὲν ἐσθίειν τροφὰς πολυειδεῖς καὶ ποικίλας, ἄνευ στρυφνῶν καὶ ξηρῶν· εἶναι δὲ τὰς τοιαύτας τροφὰς, τὰς μὲν πλείστας γλυκυτέρας· πρὸ πάντων δὲ εἶναι χρὴ, ὡς εὐδοκιμεῖν ἐνεργέστερα, ῥαφανὶς καὶ τάριχος παλαιός. ταῦτα γὰρ εἰσὶν ἀναγκαιότερα· κρόμμυον ὀλίγον, πράσα, εὔζωμον, ὀρίγανον, τὰ λιπαρὰ τῶν κρεῶν· μηδὲ τὴν μάσησιν χρὴ ἐπιμελῶς διατρίβειν· καὶ ἀμύγδαλα εἰς μέλι διαβάπτοντα· οἴνους δὲ τριττοὺς πίνειν· αἱρετέον δὲ τοὺς γλυκυτέρους. ἐσθιόντων δὲ καὶ πινόντων κατὰ τὸ δυνατὸν, χρὴ προσκαρτερεῖν ἕως τρίτου ὥρας· εἶτα χλιαρὸν ὕδωρ μετὰ μέλιτος πιὼν πλεῖστον, ἐμείτω, δακτύλου, ἢ πτεροῦ καθέσει μετὰ ἰρίνου ἐλαίου, ἢ κυπρίνου· χλιαροῦ δὲ ὕδατος πάλιν ἐπιδιδόναι χρὴ, καὶ ἐμείτω ἐς τ' ἂν τὸ χλιαρὸν μόνον ἐξέλθῃ ὕδωρ. μετὰ δὲ τὸ καλῶς ἐμέσαι, ἀποπλυνέτωσαν τὸ στόμα οἴνῳ παλαιῷ, προφυλακῆς χάριν, καὶ ὑγείας τῶν ὀδόντων· καὶ περιπατείτωσαν ἡσύχως εἰς τόπον χλιαρὸν πρὸς ὀλίγον, εἶτα ἀναπαυέτωσαν· τῇ δὲ νυκτὶ, ἄρτον μετὰ οἴνου κεκερασμένου φαγόντες, ὑπνούτωσαν· τῇ δὲ ἐπαύριον, ὀλίγα ἐσθιέτωσαν, καὶ μὴ πάνυ ψυχρά.

CAPUT XVII

Quæ cùm vomendum est, comedenda sunt, quoque pacto vomitus ciendus.

Primùm quidem comesse oportet cibos varios & cujusque generis, exceptis duntaxat adstringentibus, & siccis: ac cibos esse eos magna ex parte oportet dulciores: sed ante omnia ut efficaciora sumi debent, radiculæ, & salsamentum vetus: hæc enim necessaria magis sunt: cæparum aliquantum, porrum, eruca, origanum, pinguis caro: (nec sunt magnopere mandenda:) amygdalæ etiam in mel tinctæ: vinum trium generum bibendum, sed dulcius præoptandum. Cùm sic pro virili ederint & biberint, ad tertiam horæ partem expectandum, deinde aquam tepidam copiosam ex melle ubi biberint, vomant, digito inserto, aut pinnâ, oleo irino aut cyprino delibutis: ac rursum aqua tepida porrigenda est: vomantque eousque dum sola aqua reddatur. Ubi satis vomuerint, vino vetere os colluant, salutis & custodiæ dentium causâ, & in loco tepido leviter ambulent aliquandiu, deinde quiescant: noctu pane ex vino diluto sumpto, dormiant: postero die paulum comedant, nec valde frigida sumant.

CAPUT XVIII.

Alius modus Hippocratis de vomitu.

POrrò juxta Hippocratem, maxima ex parte hyeme vomendum est. *Oportet autem*, ut ait, *calida copiosa lotum hominem primùm antè bibere dilutam potionem, deinde cibos cujusque generis promiscuè ingerere, nec inter cibum bibere, nec à cibo, sed se sustinere tandiu, dum decem stadia peragrari possint: deinde vini tria genera commixta dare bibenda, austerum, dulce, acidum: initiò meracius, paulatim tamen & longo intervallo, deinde dilutius, crebrius, & largius. Qui autem consuevit*, inquit, *bis quotquot mensibus vomere, satius fuerit, si duobus deinceps diebus continentibus id faciat, quàm decimoquinto quoque die: quod tamen contrà nonnulli faciunt. Qui autem ad cibos*, inquit, *vomendos accommodati non sunt, aut quibus non facilè descendit alvus, his omnibus confert sæpius die esse, & omne genus ciborum & opsoniorum variè apparatorum vorare: vinaque duo vel tria bibere, ac sic vomere.* Sed & de his ita scribit: *Qui homo sapiat, eum reputantem quanti hominibus sit valetudo, scire in morbis à sua prudentia auxilium petere oportet.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

Ἕτερος τρόπος Ἱπποκράτους περὶ ἐμέτου.

ΚΑτὰ δὲ τὸν Ἱπποκράτην, τὸν χειμερινὸν καιρὸν δεῖ ἐμεῖν ἐπὶ τὸ πλεῖστον· χρὴ δὲ, ὡς φησὶ, λουσάμενον πρότερον θερμῷ πλείστῳ, προπιεῖν εὐκράτου οἴνου, ἔπειτα σιτία παντοδαπὰ ἐσθίειν, καὶ μὴ πιεῖν ἐπὶ τῷ σιτίῳ, μηδ᾽ ἀπὸ τοῦ σιτίου, ἀλλ᾽ ἐπισχεῖν, ὅσον δέκα στάδια διελθεῖν· ἔπειτα συμμίξας οἴνους τρεῖς, πίνειν διδόναι, αὐστηρὸν, γλυκὺν, καὶ ὀξὺν, πρότερα μὲν ἀκρατέστερον, καὶ ὀλίγον δὲ καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, ἔπειτα ὑδαρέστερον καὶ θᾶσσον, καὶ πολύ. ὅστις δὲ, φησὶν, εἴωθε τοῦ μηνὸς δὶς ἐμέειν, ἄμεινον ἔσται ἐφεξῆς ποιέεσθαι τοὺς ἐμέτους, ἐν δυσὶν ἡμέρῃσι μᾶλλον, ἢ διὰ πεντεκαίδεκα· οἱ δὲ, πολὺ τοὐναντίον ποιέουσιν. ὁκόσοι δὲ, φησὶν, ἀνεπιτήδειοι ἀπεμέειν τὰ σιτία, ἢ ὁκόσοισιν αἱ κοιλίαι οὐκ εὐδιέξοδοι, τούτοισι πᾶσι ξυμφέρει πολλάκις τῆς ἡμέρας ἐσθίειν, καὶ παντοδαποῖσι βρώμασι καὶ ὄψοισι χρέεσθαι πάντα τρόπον ἐσκευασμένοις, οἴνους τε πίνειν δισσοὺς καὶ τρισσοὺς, καὶ οὕτως ἐμέειν. φησὶ δὲ καὶ περὶ τῶν τοιούτων οὕτως· ἄνδρα δὲ χρὴ ὅς ἐστι συνετὸς, λογισάμενον, ὅτι τοῖσιν ἀνθρώποισι πλείστου ἄξιόν ἐστιν ἡ ὑγιείη, ἐπίστασθαι ἐκ τῆς ἑωυτοῦ γνώμης, ἐν τῇσι νούσοισιν ὠφελέεσθαι.

CAPUT XIX.

Alius modus Alexandri.

ALexander autem ita scribit: *Si igitur tibi paret, noxios humores vomitu purgandos esse, cave alia utaris medicina, si vomitum concitare potes. Facile autem*, inquit, *innatabunt & rejicientur redundantia, si largè & sæpius vino diluto utaris. Nam mulsa, etsi vomitum movet, veruntamen in his fugienda est. Quandam enim occultam & intestinam intemperiem corpori affert. Melius igitur feceris, si diluto tantùm vino utaris. Quòd si cum aliis, vitellis etiam ovorum, aut cremore ptisanæ eum nutries, priusquam vinum dilutum des, deinde aliquantum intervalli facias, facilè vomitum provocabis.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Ἕτερος τρόπος Ἀλεξάνδρου.

ΑΛέξανδρος δὲ φησὶν οὕτως· εἴπερ οὖν φαίνοιτό σοι δι᾽ ἐμέτων κενῶσαι τοὺς λυποῦντας χυμοὺς, φεῦγε τὸ χρήσασθαι φαρμάκοις, ἐμέτους δυναμένοις κινῆσαι. εὐχερῶς δὲ ἐπιπλεύσει καὶ ἀνενεχθήσεται τὸ περιττὸν, φησὶν, εἴπερ εὐκράτῳ πολλῷ καὶ πολλάκις χρήσῃ. τὸ γὰρ μελίκρατον, εἰ καὶ ἔμετον κινεῖ, ἀλλ᾽ οὖν φεύγειν ἐπὶ τῶν τοιούτων αὐτὸ δεῖ· δυσκρασίαν γάρ τινα λανθάνουσαν ἐπιτίθησι τῷ σώματι, βέλτιον οὖν πράξεις, εἰ τῷ εὐκράτῳ μόνον χρήσῃ. εἰ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ λεκύθοις ὠῶν, ἢ χυλῷ πτισάνης θρέψεις αὐτὸν, πρὶν ἢ ἐπιδοίης τὸ εὔκρατον, εἶτα μικρὸν διαστήσεις, εὐχερῶς ποιήσεις τὸν ἔμετον.

CAPUT XX.

Quomodo vomitus utilissimus, quemque concitare non expedit, sed alvi inanitionem moliri.

AC iste vomitus, & minimè molestus est, & maximè salutaris. Atque ita quidem, si æger ad vomitum accommodatus aptusque sit, tractandus est, aut cogendus stomachus. Nam vehementiùs vellicare & convellere eum, id verò est appetitum subvertere. In iis igitur satius est, materiam in alvum concitare. Nam qui humido & temperato cibo usus sit, promptè purgantibus materiam obtemperabit: sensim autem etiam per purgantia stomachus confirmandus est. Cùm autem plurima commoda è vomitu proveniant, ad hujus morbi præcautionem, omnibus ferè qui pedum morbo laborant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Ὅπως ἔμετος ὠφελιμώτατος, καὶ τίνα οὐ δεῖ ποιεῖν, ἀλλὰ τὴν διὰ γαστρὸς κένωσιν.

ΟΥτος δὲ ἔμετος, ἄλυπός ἐστι καὶ ὠφελιμώτατος, οὕτω μὲν, εἴπερ ἐπιτήδειος πρὸς ἔμετον ὁ κάμνων, μεταχειρίζεσθαι χρὴ, ἢ ἀναγκάζειν τὸν στόμαχον. τὸ γὰρ ἐπιπλέον συγκράτειν καὶ διατείνειν μᾶλλον, ἀνατρέπειν οἶδε τὴν ὄρεξιν. βέλτιον οὖν ἐπὶ τούτων, ἐπὶ γαστέρα προτρέπειν τὴν ὕλην· ὑγρᾷ γὰρ καὶ εὐκράτῳ τροφῇ χρησάμενος, ἑτοίμως ἐπακοῦσαι τοῖς καθαίρουσι τὴν ὕλην δυνήσεται. δεῖ δὲ ἠρέμα καὶ ῥωννύειν διὰ τῶν καθαιρόντων τὸν στόμαχον. ἔστι δὲ πλεῖστα τὰ ἀγαθὰ ἐκ τοῦ ἐμέτου γινόμενα, χάριν προφυλακῆς τῆς τοιαύτης νόσου, σχεδὸν ἅπασι τοῖς ποδαλγικὸν πάθος ἔχουσι.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα΄.

Ὅπως μὴ γινομένου τοῦ ἐμέτου, ἡ διὰ τῆς γαστρὸς κάθαρσις συμφέρει.

Δεύτερος δὲ τρόπος προφυλακῆς, ἡ διὰ γαστρὸς κάθαρσις, εἰ δυνατὸν κατὰ μῆνα γινομένη, ἁπλῆ καὶ μετρία· ἡ δὲ αὐτῆς συμβολὴ ἔχει οὕτως.

CAPUT XXI.

Quod vomitu non concitato, alvi purgatio confert.

Tum altera ratio præcautionis est, ventris purgatio, si fieri potest quotquot mensibus, eaque simplex & moderata, cujus compositio talis est.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ΄.

Συμβολὴ ἁπλῶν κοκκίων τῆς καθάρσεως.

Ἀλόης μέρος ἕν, ἑρμοδακτύλου S'' μέρους, γλυκανίσου ἢ κινναμώμου, διὰ τὸ κακοστόμαχον τοῦ ἑρμοδακτύλου μέρος, καὶ ἐξ αὐτῶν S'', σκαμμωνίας καλλίστης μέρος ἕκτον· γινέσθωσαν ταῦτα κοκκία, καὶ διδότωσαν κατὰ τὴν δύναμιν, καὶ κατὰ τὸ ποσὸν τῆς ὕλης, καὶ τὴν φύσιν τοῦ διδομένου, καὶ κατὰ τὸν καιρόν. ἐπεὶ δὲ εἴπομεν χάριν προφυλακῆς ὀλιγοσιτεῖν, ὀλιγοποτεῖν, καὶ τὸ καθόλου εὐπεπτεῖν, καὶ τἆλλα· τὸ δὲ διαιτᾶσθαι κατὰ λόγον οὐ ῥᾴδιον, ὡς προείρηται, διὸ καὶ ἐμέτων χρεία, καὶ καθαρσίων, ὡς ἔφημεν καὶ περὶ αὐτῶν. διὰ δὲ τὸ ὑγιῶς ἔχειν, ἔσθ' ὅτε ἀμελοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἀναγεγραμμένων, ὅθεν καὶ ῥευματισμὸς ἐκ τούτου ἐπιφύεται, δέον εἰπεῖν καὶ περὶ τούτου μετὰ τὸ γίνεσθαι τὸν ῥευματισμόν, τί χρὴ ποιεῖν.

C

CAPUT XXII.

Compositio simplicium pilularum purgantium:

Aloes pars una, hermodactyli dimidium, glycanisi aut cinnamomi, quòd hermodactylus stomacho sit infestus, dimidium: scammoniæ pulcherrimæ sextans: ex iis fiant pilulæ, denturque pro viribus, materiæ copia, & natura ejus medicamenti quod datur, & tempore. Quando autem cautionis gratiâ, diximus exiguo cibo utendum, & potu, atque omnino probè concoquendum, itemque alia: nec tamen ita ut ratio flagitat, vivendi rationem & disciplinam tenere facile est, velut antè diximus: quo factum est, ut vomitu & purgationibus esset opus, ut de iis diximus: sed & homines quia valent, interdum ea quæ perscripsimus negligunt, ex quo & fluxio oritur: etiam dicendum est quid post fluxionem commissam faciendum esse videatur.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ΄.

Τοὺς ἀμελήσαντας τῆς προφυλακῆς, καὶ ῥευματισμοῦ γινομένου, τί δεῖ ποιεῖν.

Κατὰ τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ νοσήματος, ἤγουν τοῦ ῥευματισμοῦ, χρὴ γίνεσθαι τὴν φλεβοτομίαν· τοῦ δεξιοῦ μὲν ποδὸς ῥευματισθέντος, τὴν ἐν τῷ δεξιῷ ἀγκῶνι νεφρικὴν τέμνε φλέβα· ἀριστεροῦ δὲ, τὴν ἀριστεράν· καὶ γινέσθω αὕτη, κἂν οἵα ὥρα καὶ ᾖ. εἰ δ' ἔχει τροφὴν ὁ στόμαχος, καὶ οὔπω ἔφθασε πέψαι ταύτην, ἐξεμεῖν χρή, ὅπως μὴ γίνηται ἀπὸ τῆς φλεβοτομίας καθολικὴ ἀπεψία. τούτου δὴ οὕτω γινομένου, καὶ τοῦ ῥευματισμοῦ παυσαμένου, μεθ' ἡμέρας ἴσως δύο ἢ καὶ τρεῖς, τοῦ ἑτέρου ῥευματισθέντος ποδός, κατὰ τὴν πρώτην κατάπειραν, πάλιν οὕτω ποίει.

E

CAPUT XXIII.

Si qui præcautionem neglexerint, fluxioque oborta fuerit, quid faciendum.

In prima morbi tentatiuncula, sive fluxionis, sanguis mittendus est. Ac si in dexterum pedem influit, dextri cubiti renalem venam incidito: sin in sinistrum, sinistram pertundito: idque ita fiat quacunque horâ. Quòd si stomachus cibum etiamnum continet, neque dum concoxit, evomere oportet, ne è missione sanguinis nascatur perpetua cruditas. Hoc igitur ita facto, & fluxione suppressa, post biduum ferè aut triduum, altero pede fluxione lacessito, ad primam tentationem & commotionem rursus sic facito.

F

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ΄.

Ὅπως γίνεται κατὰ τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ νοσήματος εἰς πάντα χυμὸν ῥευματίζοντα, ἡ φλεβοτομία.

Οὔπω γὰρ ἔφθασεν εἰς τὴν πρώτην κατάπειραν φθαρῆναι καθόλου, τὸ ἐν ταῖς φλεψὶν αἷμα. εἰ δ' οἷος δήποτε εἴη ὁ χυμὸς ὁ ἐνοχλῶν, αἴτιος τοῦ πάθους τούτου γινόμενος, φλεβοτομεῖν ἀνάγκη· ἐπεὶ κἂν ὁποῖος ᾖ, ἐν ταῖς φλεψὶ περιέχεται, ποσότητι μᾶλλον ἢ ποιότητι λυμαινόμενος.

CAPUT XXIV.

Quæ sit ratio venæ secandæ in prima morbi tentatiuncula, ad omnem humorem influentem.

Nam ad primam commotiunculam nondum in venis sanguis corruptus est. Qualis autem cumque noxius humor eum morbum committat, sanguis mittendus est: quia qualiscunque est, certè in venis continetur, modo potiùs quàm qualitate nocens.

A

CAPUT XXV.

Quomodo magis lædunt quàm juvant venæ sectiones.

Toto autem sanguine corrupto, & fluxione patefacta, sanguinis missio lædit, ut quæ humores multò magis laxet in partes eas in quas influunt: eoque nomine, tenui utendum victu, ex intubo, uva, malo punico, cucurbita, oleribus, quæ quoque anni tempore inveniuntur. Quòd si febris manifesta est, etiam cremor ptisanæ convenit: sin sine febri est æger, etiam minutos pisciculos comedat, cæterùm vino abstineat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κε'.

Ὅπως βλάπτουσι μᾶλλον αἱ φλεβοτομίαι.

Φθαρέντος δ' εἰς τὸ καθόλου τοῦ αἵματος, καὶ ῥευματισμοῦ φανεροῦ γινομένου, βλάπτουσι μᾶλλον αἱ φλεβοτομίαι· χαλῶσι γὰρ τοὺς χυμοὺς ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ῥευματιζομένοις μέρεσι. χρὴ δὲ λεπτὴν ποιεῖσθαι διὰ τοῦτο τὴν δίαιταν, ἔκ τε ἰντύβων, σταφυλῆς, ῥοδίων, κολοκύνθης, καὶ λαχάνων τῶν κατὰ καιροὺς εὑρισκομένων. εἰ δὲ πυρετὸς ἐστὶ περιφανής, καὶ χυλὸς ἁρμόζει πτισάνης· εἰ δ' ἀπύρεκτός ἐστιν ὁ νοσῶν, καὶ ὀψάρια λεπτὰ ἐσθιέτω, πλὴν οἴνου.

B

CAPUT XXVI.

Quòd vinum non modò lædit eos qui fluxione laborant, sed etiam fluxionis causa est.

Nam vinum non solùm lædit eos qui fluxione infestantur, verùm etiam ultro auctor fluxionis est. Dicunt enim, si fieri possit, eos qui hoc morbo laborant, per totam vitam abstemios esse oportere.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ'.

Ὅπως ὁ οἶνος οὐ μόνον βλάπτει τοὺς ῥευματισμένους, ἀλλὰ καὶ αἴτιος ῥευματισμοῦ γίνεται.

Ὁ γὰρ οἶνος οὐ μόνον βλάπτει τοὺς ῥευματιζομένους, ἀλλὰ καὶ αἴτιος αὐτὸς τοῦ ῥευματισμοῦ γίνεται. φασὶ γὰρ περὶ τούτου, ὡς εἰ δυνατὸν, οἱ ἔχοντες τὸ τοιοῦτον πάθος, ἀοινήτωσαν διὰ παντὸς τοῦ βίου αὐτῶν.

CAPUT XXVII.

Quòd inedia lædit biliosos, dolores augens; itidem & valde humidus victus humidos, augens & ipse fluxiones.

D

Verùm inedia cavenda: nam qui biliosi sunt, eos vehementer offendit, cùm bilem acriorem reddat, & amplificationem dolorum afferat. Itidem non admodum humido victu utendum. Humor enim fluxiones auget, cùm succos putrefaciat, & ad influendum impellat. Missione autem sanguinis, ut diximus, post fluxionem est supersedendum, quòd humores laxare soleat, nisi si quis ejus usus est, cùm malum senuerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ'.

Ὅτι ἡ ἀσιτία βλάπτει τοὺς πικροχόλους, αὐξάνουσα τὰς ὀδύνας, ὡσαύτως καὶ ἡ πάνυ ὑγραίνουσα δίαιτα τοὺς ὑγροτέρους, αὔξουσα καὶ αὐτὴ τοὺς ῥευματισμούς.

